2° Jur. Isag 48.

<36606834430015

<36606834430015

Bayer. Staatsbibliothek

Sup. N.ro 574.

Arnoldi de Reyger IC.
hæreditarij in Gladtbeck.

SERENISSIMO ELECTORI BRANdenburgico à Consilijs Coloniæ ad Svevum, & Assessoris Iudicij provincialis in veteri Marchia,

THESAVRVS IVRIS LOCVPLETISSIMVS ET COPIOSISSIMVS,

Qui instar Bibliothecæ instructissimæ esse poterit: cum in eo non solùm variæ iuris materiæ, in praxi & foro vsitatissimæ & quotidianæ, ex probatis & receptis Auctoribus allegatæ, sed etiam maxima ex parte decisæ sint: in vsum eorum, qui in Aulis & Foro versantur, ordine Alphabetico digestus, elaboratus, multorum votis diu desideratus: partim ex D. Martini Dobbercini Repertorio, partim ex alijs Auctorib. vt indicat præfatio, concinnatus, & iam tandem editus:

Adiecto Indice Capitum, materiarum & Auctorum.

IVRA



VIGILANTIBVS SVBVENIVNT.

Cum gratia & Priuilegio Sacræ Cæsar. Maiest. Roman. Imper.

Lipsiæ

EXCVSVS PER ABRAHAMVM LAMBERGVM,
Impensis Iohannis Franci Bibliopolæ Magdeburg.

Anno M. DC. V.



Dum ruit infelix fatali Belgia bello,
Excipit obiectu te Themis alma suo,
Consiliisq; Ducum melioribus inserit, hoc est
Virtuti stimulos addere, non rapere.

H. Treutlerus. F.

Bayerische Staatsbibliothek München

REVERENDISSIMIS,

Magnificentiſsimis, Nobiliſsimis, Ampliſsimiſque Dominis:

Dn. LVDOVICO à LOCHOV,

DECANO: Dn. VVICHARDO à BREDAV, Seniori: Cæterisq; florentiſsimi Primatûs & Archiepiſcopatûs Eccleſiæ Metropolitanæ Magdeburgenſis, D. D. Canonicis Capitularibus optimis & laudatiſsimis: Dominis meis Clementibus, & Patronis benignis ac obſeruandiſsimis:

REVERENDIS, NOBILIBVS,

STRENVIS, CLARISSIMIS, SPECTABILIbus, & prudentiſsimis Viris: Dominis Prælatis, Equitibus, & Conſulibus, ac Senatoribus Magdeburgenſibus, Hallenſibus, ac reliquarum Rerumpublicarum: Dominis, Fautoribus, & amicis meis plurimùm colendis, & honorandis, S.

REuerendiſsimi, Magnificentiſsimi, Ampliſsimi, Nobiliſsimique Domini: Domini Clemētes, Patroni benigni ac obſeruandiſsimi:

Reuerendi, Nobiles, ſtrenui, Clariſsimi, ſpectabiles ac Prudentiſsimi Domini: Prælati, Equites, Conſules ac Senatores: Domini fautores, & amici plurimùm colendi ac honorandi:

Animi eſt ingenui, *inquit Cicero, Lib. 2. Epiſtol. Familiar.* cui

 mul-

multum debeas, eidem plurimum velle debere, &c. Et nullum officium, referendâ gratiâ, magis est necessariū, *Lib. I. Offic.* Cùm itaq; Thesaurus hic duplo auctus & locupletatus, publici iterum iuris faciendus, & in lucem denuò edendus esset: eoq; casu Patroni quæri & deligi soleant, quorum auspicijs & tutelâ libri noui tutò in publicū prodire possint & ausint: dispicienti & sedulò cogitanti mihi, nullum aliud melius & magis idoneum, quàm Reuerendissimæ Dignitatis, ac clementiæ VESTRÆ: VESTRÆ item Reuerentiæ, Strenuitatis, Præstantiæ, & Amplitudinis patrocinium occurrit: cui commodè nouus hic liber committi posset & deberet.

Tanto autem ac tam firmo VESTRÆ Reuerendissimæ Dignitat. ac Clem. similiter VESTRAE Reuerentiæ, Stren. Præst. & Amplitud. præsidio præstantissimo, vt librum hunc munirem, & iterum in publicum emitterem: caussæ me impulerunt grauissimæ & minimè contemnendæ. Si enim originem huius lucubrationis spectemus, non video, cuinam nunc meliori iure, quàm VESTRÆ Reuerendissimæ, Dignit. ac Clem. VESTRAE item Reuerent. Stren. Præst. & Amplitud. inscribi & nuncupari debuerit. Nam in Primatu & Archiepiscopatu isto celeberrimo & laudatissimo, cum liber hic à Domino MARTINO DOBBERCINO Iurium Doctore, piæ memoriæ, colligi, à me verò reuolui & quodammodò augeri cœperit: ibi etiam patronos ei quærendos esse, maximè visum fuit opportunum & commodum. Quos si præterijssem, defraudare ipsos (quod absit) voluisse viderer eo, quod ipsis præcipuè & præsertim à me debebatur.

Deinde si mihi in mentem & memoriam reuocē (vnde etiam nunquam excident) maxima illa à multis Primatûs istius columnis & proceribus in me, cùm adhuc Illustrissimi tunc temporis Administratoris, Dn. IOACHIMI FRIDERICI, &c. modò Electoris Brandeburgici Serenissimi & Potentissimi, Domini mei Clementissimi, in Salinis Saxonicis (vbi postquam ante nouennium laborarē morbo chronico grauissimo & periculosissimo, quo tandem etiam solâ gratuitâ Dei misericordiâ eripiebar & liberabar,

bar, singularem & incredibilē multorum in me deprehendi & expertus sum fauorem, συμπάθειαν & beneuolentiam, cuius hoc loco gratitudinis ergò meritò recordor) Consiliarium agerem, vbertim collata beneficia: iniurius essem, nisi vicissim aliquam, pro virili (parem enim qui possim) VESTRÆ Reuerendissimæ Dignit. ac Clement. VESTRAE item Reuerent. Stren. Præstant. & Amplitud. referrem gratiam: quam meliorem & maiorem comparare mearum non est viriū, quàm libri huius solenni dedicatione, ad VESTRAM potissimùm Reuerendissimam Dignitat. & Clementiam, VESTRAM similiter Reuerent. Stren. Præstant. & Amplitud. directâ. Quam vt fronte serenâ, & vultu benigno accipiat VESTRA Reuerendissima Dign. & Clem. VESTRA similiter Reuerent. Stren. Præstant. & Amplitudo: meq; in posterum pristino suo fauore, amore & beneuolentiâ dignum judicet: quàm obseruanter & studiosè oro & obsecro: VESTRÆ Reuerendissimæ Dign. ac Clement. VESTRAE item Reuerent: Stren. Præstant. & Ampl. mea officia, quæ à me proficisci & expectari possunt, humiliter officiosè & amicè deferendo.

Deus ter Opt. Max. VESTRAS Reuerendissimas Dign. & Clement. VESTRAS quoq; Reuerent. Stren. Præstant. & Amplitud. præclaro totius Primatûs & Archiepiscopatûs, nec non omnium Statuum Ordinumq; commodo, quàm diutissimè sospitet, florentes conseruet, protegat: consilia conatusq; vestros bené fortunet: nec publicam tranquillitatē, quam sub moderamine & regimine vestro hactenus sartam tectam esse voluit, labefactari vnquam patiatur. Scriptæ Berolini, XVIII. die Iulij: qui dies aliâs Arnoldo quibusdam in locis sacer est, & hoc nomen mihi etiam, ante XLV. Annos inditum in sacrosancto baptismatis fonte, DEO Opt. Max. ago gratias, & Spiritus sancti auxilium indesinenter imploro: Anno λόγου incarnati, M.DC.IV.

VESTRÆ Reuerendiss. Dignitat. ac Clement.

VESTRÆ item Reuerent. Stren. Præst. & Amplitud.

Obseruantissimus & addictissimus.

Arnoldus de Reyger D.

Summa Priuilegij.

CÆSAREÆ MAIESTATIS PRIuilegio cautum est, Doct. Arnoldo de Reyger, & eius cessionario Johanni Franco Bibliopolæ Magdeburgensi, eiusq; hæredibus: ne quis hunc THESAVRVM Iuris, Ordine alphabetico auctum, locupletatum, ac ab autore Doctore Arnoldo de Reyger IC. & consiliario Electoris Brandeburgici digestum ac editum: intra sacri Romani Imperij & omnium regnorum & prouinciarum hæreditariarum Imperialium fines: eodem vel alio charactere forma vel modo excudere, aut vbicunq recudendum dare, aut alibi impressum importare, vendere vel distrahere palàm vel occultè ausit, ad annos octo. Quod Sacræ Maiestatis interdictum si quis, dictum THESAVRVM recudendo vel vendendo & distrahendo, violauerit vel neglexerit: non modò libris expressis, verùm etiam insuper decem marcis auri puri, imperiali fisco & dicto Johanni Franco eiusq; hæredibus ex æquo soluendis, mulctabitur: vt latiùs in CÆSAREO diplomate declaratum est,

Dato Pragæ XIX. Mensis Martij Anno M.DC.IV.

RVDOLPHVS

Ad mandatum S. Cæsareæ
Maiestatis Proprium.

R. Coradûz.

An. Hannivvaldt
Manu PP.

In Ardeas geminas
V. NOB.
ARNOLDI de REYGER,
IC. & Consiliarij Elect. Brand.



E GALEA plausis auras everberat alis
 ARDEA, sub celsos ire minata polos.
Altera ventorum & pluviæ præsaga futuræ,
 Compositum scuti format in orbe situm.
His tua Nobilitas, REYGERE, Insignibus orta est:
 Virtute & factis tu genuina probas.
ARDVVS ingenij famâ super æthera tranas:
 Consilio & sagâ mente futura caues.

Frid. Taubmanus.

AD INSIGNIA

Nobilissimi & Doctissimi Viri

ARNOLDI de REYGER

I.C. Consiliarij in aula Electorali Brandenburgensi hæreditarij in Gladebeck/etc.

CVr nomen clypeumq́; det ardea, quærere noli,
ARNOLDO, cœli quæ super astra volat.
Nunquam serpit humi, sed TENDIT IN ARDVA VIRTVS,
Virtutisq́; comes Gloria, laus & HONOR.

Nicolaus Reusnerus. IC.

Arnol.

ARNOLDVS de REYGER I. C.

BENEVOLO ET CANDIDO
Lectori

S. P.

CVm ante annos quatuordecim vel circiter, Beneuole & Candide Lector, meâ operâ & studio typis diuulgatum & publici iuris sit factum REPERTORIVM siue Promptuarium, à Clariss. Viro Dn. D. MARTINO DOBBERCINO, Scabino quondam Magdeburgensi, secundùm ordinem Alphabeticum delineatum collectum & digestum: illud verò primâ vice, propter caussas in Præfatione mea prioris editionis ad Lectorem allegatas, conuenienti elegantia & debitâ formâ, perfectè & absolutè non potuerit perfici & in lucem prodire: plurimáq; σφάλματα in priori editione remanserint & resederint: Intellexerim autem, imò res loquatur ipsa, prioris editionis exemplaria iam dudum fuisse distracta & diuendita: Operæ precium me facturum existimaui, si multorum præstantissimorum virorum hortatu & rogatu *expugnatus*, rudem istum primum fœtum lambendo nonnihil reformarem; & opus illud crudum & imperfectum sub incudem reuocarem; & non saltem limam, sed maiorem etiam adderem supellectilem.

Hac ratione motus, ab eo tempore, præsertim cum adhuc vitam degerem in Academijs & otio literato, succisiuis horis prædictum Repertorium recognoui; à multis mendis & maculis, quæ tum temporis ob nimiam festinationem irrepserant, non solùm repurgaui & emendaui; sed etiam mirificè, imò ferè duplo plùs locupletaui & auxi: memor eius: Turpe admodum esse aliorum scripta referre, & nihil noui addere, *secundùm Bald. in l. 1. in fin. C. de SS. Eccles. Mascard. de Probat. vol. 1. q. 6. num. 18. Seraphin. priuileg. 83. num. 23. in fin. de Priuileg. Credit.* Idq; cum solus præstare, præsertim in hoc præsenti vitæ genere & functione satis operosa & onerosa, cùm propter ingentem molem negociorum quibus occupor, tùm propter legationes & peregrinationes frequentissimas, quæ mihi subinde subeundæ & expediendæ veniunt, haud valuerim: iccirco aliorum Magnificorum Nobilissimorum & Amplissimorum, nec non Clarissimorum Doctissimorumq; virorum operâ voluntariâ & subsidiariâ ex parte sum vsus: nemne Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Dn. Nicolai à **Burckhaus & Stoltz / in Schildtberg Gierßdorff Polnischen Newdorff & Janßdorff / etc.** Sacr. Cæsar. Maiestat. Consiliarij: à quo multa eiusdem argumenti, styli & ordinis accepi: quæ olim à quodam Doct. in Silesia (cuius nomen mihi excidisse doleo, aliàs Auctoris honori, eum expressè nominando, minimè defuissem) collecta, consarcinata & serie

Alphabetica dispositā perhibentur: in quibus multæ elegantes quæstiones motæ & decisæ continentur: & Dn. Lucæ Langenmanteln à Sparren EQ. ex Palatinatu oriundi, Reuerendissimi & Illustrissimi Domini Domini Heinrici Iulij Episcopi Halberstadensis Ducis Brunouicensis & Luneburgensis, &c. Domini mei Clementissimi, Consiliarij in aula VVulferbytana; qui me in hoc opere plurimùm iuuit, & egregiā operam nauauit: Idem præstitit Theodorus Næfius, in iure peritissimus, Aduocatus in Curiâ siue Dicasterio Primatûs & Archiepiscopatûs Magdeburgensis, quod est in Salinis Saxonicis. Cùm autem variorum operâ & studio me vti oportuerit: & omnia ista aliunde desumpta & communicata inter varias occupationes meas, tam accuratè congruè & inconcinnè vnum Corpus coagmentare, concinnare & construere solus nequiuerim: etiam hac in parte me alicuius Doctissimi & Discreti viri studium & operam adhibere oportuit: quas vices commendaui Dn. Iosepho Behr, I.V.D. Clarissimo & Consultissimo: qui non solùm singula aptè concinnauit; sed cum esset in loco; supremam etiam inspectionem correcturæ habuit, vt emendatè omnia excuderentur. Quos omnes honoris caussâ hîc recensere & nominare volui: ne mihi aliena vendicarem & adscriberem, sed vt suus potius vnicuiq; attribueretur honos.

Ad methodum verò, siue ordinem dispositionis quod attinet: non ignoro diuersa diuersorum de eo esse iudicia & censuras: ac multos improbare locos communes ad seriem Alphabeti conscriptos. Et quosdam vocare huiusmodi Auctores Abecedarios, in manifesto est. Ac sanè si perfectiorem methodum intuearis, necesse est, vt concedamus materiarum explicationem pleniùs cognosci, si singula capita ad suas referantur sedes: nec vt in serie Alphabeti fieri oportet, connexa disiungantur. Quam opinionem amplectitur inter Neotericos Fulu. Pacian. *in tractat. cui incumbat onus probandi, c. 1. num. 9. lib. 1.* vbi dicit: Quod in ordine Alphabeti sit nulla inuentio, nulla materiæ connexio, nullū deniq; genus dispositionis. Et allegat ibidem Dioscoridem dicentē: Illos, qui libros per seriem Alphabeticam scribunt, non solùm in ordine peccare, verùm etiam dissipare materias generaq;, ac eorum effectus à sua cognatione disiungere, *hactenus ille*. Verùm in tàm vasto pelago, & innumerabilibus rebus materijs & casibus, ad Iurisprudentiam pertinentibus, nemo visus est, qui absolutam huiusmodi ideam & methodum, omnia complectentem conscripserit. Interim negari non potest, locos communes caussâ memoriæ adiuuandæ conscribi: cum nimirum memoriam hominis, quæ aliàs labilis esse fertur, mirum in modum adiuuent. Si itaq; habeas, quò recurras: & sanè nullo planè negocio inuenire queas, vbi, quibusue in locis quæstio proposita latiùs sit discussa; fatendum erit, ordinem Alphabeti, vti faciliorem & minùs laboriosum, præferendum tractationi methodicæ,

ad hunc

ad hunc præfatũ ſcilicet finem quod attinet. Dum enim multo laborẽ cogeris perſcrutari methodi obſeruatæ rationem; & multũ temporis conſumere, priusquam propoſitæ quæſtionis tractationem inuenias; Alphabeti auxilio in momento quaſi videre licet, quinam quo loco & quid de propoſita facti ſpecie ſcripſerint: qua ratione tempori mirum in modum conſuli, nemo, cui ſanum erit ſynciput, diffitebitur. Præterea & hæc methodus probari poterit aliorum multorum præſtantiſsimorum ICtorum exemplo; qui ſimili ſerie & methodo opera ſua conſcripſerunt, & publici iuris fecerunt; vt inter multos paucos referam, inter illos meritò (meo iudicio) primum locum obtinet Petrus Rauennas in aureo ſuo Alphabeto: Deinde extat Repertorium Bertachini: Item Repertorium aureum D. Nicol. de Milis: Similiter Compendium Reſolutorium Brunor. â Sole: Nec non inſignis tractatus D. Ioſeph. Maſcard. de Probat. quæ opera omnia & alia ſimilia eodem ordine ſunt contexta & conſcripta. Nonnulli quoque opinionum communium Compilatores, inter quos Hiſpani Itali & Germani numerantur, ordinem Alphabeticum obſeruârunt: Vt Baptiſt. Villalob. Franciſ. Viu. Emanuel Zoarez, Laurent. Kirchouius. Hinc Theſaurus hic ob ordinem Alphabeticum adeò nemini debet eſſe inuiſus; vt potiùs ob in eo contentas varias materias Iuris & deciſiones, in Aulis & Foro verſantibus vtiliſsimus, multorum votis dudum ſit expetitus & deſideratus. His & ſimilibus argumentis, ordinem Alphabeti defendi, & obiectiones refutari poſſe non dubito. Ex quibus ſimul conſtat vtilitas huius & ſimilium operum; quæ confirmatur quoque eleganti ſententia *Columel. ex Caton. vbi inquit*: Certiſsimam eſſe paupertatem, ſi alicuius indigeas, vti eo non poſſe; cum ignoretur, vbi proiectum iaceat, quod deſideratur.

Hic autem Tractatus, abſit iactantia verbo, ordine ſuo, vtiliſsimas atq; grauiſsimas, easq; plerunq; ſingulares doctrinas & diſputationes, ex varijs vndiquaq; & doctiſsimis Interpretibus decerptas & collectas, breuiſsimis & apertiſsimis ſententijs explicat. Ergo poteſt eſſe inſtar magnæ Bibliothecæ, aut certè loco multorũ Interpretũ, circa Praxin & forenſia tradenda atq; docenda ferè occupatorum. Et hoc opus antea imperfectum, & minus auctum; nihilominus â Doctiſsimis & vſu fori Præſtantiſsimis, noſtræ ætatis Iuriſconſultiſsimis ita adamari: vt quocunq; locorum proficiſcendum ſit, ſecum deferant; atq; ſiue domi, ſiue foris ſint, è manibus nunquã deponant; quippe quòd hæc, ſimiliaq; opera vſui eſſe poſsint & conducant, hominibus occupatis, Aulicis Aduocatis & Cauſidicis; extra omnem eſt controuerſiam.

In tantum autem prius illud Repertorium, mutatum locupletatum & reformatũ in publicum procedit & exhibetur; vt nunc planè nouum opus, & nouam habere faciem veſtem & ſupellectilem videatur. Quid igitur mirum, ſi & noua Epigraphe acceſſerit, cum nomina rebus maximè conuenire oporteat.

Quòd verò D. Dobbercini, p. m. in Titulo vel inſcriptione huius operis ſaltem ſecundariò ſit facta mentio, non in malam, ſed optimam accipi partem velim. Cùm enim prior editio eius poſthuma, per me potiſsimum lucem viderit, aliàs interitura, vel longè imperfectior futura: vbi tamen ei nihilominùs debitam laudem lubentiſsimè & abundè tribui & adſcripſi; nunc autem maior & potior pars huius operis, ſe non D. Dobbercino, aſt mihi & alijs debeat: quapropter non inconuenienter (quod tamen citra iactantiam dictũ velim) à potiori facta denominatio, & certè quòd noſtrum nobis auferendum non fuit, multò minùs alijs, aliâs ſatis laudatis, tribui debuit: nam vt cuiq; ſuum laborem, ita etiam honorem conſtare oportet; quem tamen me hîc minimè aucupari, ſed tantùm rei literariæ publicæ pro virili conſultum velle, ſanctè proteſtor.

Quamuis autem ante aliquot annos, publici iuris & vſus hunc Theſaurum facere voluerim & decreuerim: editio tamen eius in hoc tempus dilata eſt, quandoquidem quidam Bibliopolæ pactis hac de re mecum initis non ſteterunt, acceſſerunt etiam meæ occupationes ab hoc opere me remorantes, donec toto elapſo triennio eum Bibliopolæ Magdeburgenſi Iohanni Franco, ſingularis ſolertiæ Bibliopolæ, qui & ſuam hîc meretur laudem, excudendum tradiderim.

Si verò qui Ariſtarchos agere, vel Theonino rodere dente velint; eos nihil moror, meâ conſcientiâ & aliorum rectè ſentientium iudicio fretus: ſciensq; quòd omnibus Cenſorib. iniquis & maleuolis optimè conueniat Taletis reſponſum: qui interrogatus, quid ſit difficile? Reſp. Reprehendere alios. Rurſus interrogatus, quid facile? Reſp. Reprehendere alios. Enimverò cùm tanta quorundam ſit φιλαυτία temeritas & peruerſitas; quorum vnum & alterum, niſi honeſtus prohiberet pudor, nominare poſſem; vt ſibi omnia tribuant, reliquis autem nihil: imò Iurisprudentiæ luminib. Menochio, VVeſenbecio, Mynſingero, Schradero & alijs ne nomen quidem ICti relinquant; Sed potiùs quantum in ipſis eſt, acerbè inuideant, cùm ſibi quaſi ſolis vſurpent: non mirum, ſi & Ego cum tantis viris, quos ego cum eorum ſcriptis & monumentis, præceptorum loco habeo colo & veneror, minimè comparandus, eiusmodi petar morſibus: qui tamen in me varij & inefficaces incident, & ſuo ſe ipſos iugulabunt veneno, Beneuolum autem & Candidum Lectorem his vti frui & plurimùm ſalvere iubeo.

NOBILI

I.

NOBILI ET MAGNIFICO VIRO: PIETATE, SAPIENTIA, ERVDITIONE, ELOQVENTIA ET AVCTORITATE PRÆSTANTI: Dn.

ARNOLDO de REYGER I.C.

Serenissimi Electoris Brandeburgici Consiliario, & Legato ad Aulam Cæsaream fidelissimo; Amico suo Candido.

LAude facis dignum, iuris REYGERE perite,
Qui mihi dilectus lumine vtroq; magè:
Dum tua non dubitas scripta hæc vulgare per auras,
Nobilis ingenij nobile fœnus agis.
Et meritò: sic sic famam sapientia clarat,
Sic doctus volitas docta per ora virûm.
Nam tibi Legato patulæ stant Cæsaris aures:
Brandenburgiacæ es fida columna domus.
Et sic consilijs regis os linguamq; Potentum:
Nobilis ingenio, clarus & eloquio.
Pergito doctisonas genij ingenijq; sagacis
Prodere fœturas. Sic tibi palma datur.
Sic tua, quæ semper doctissima scripta renident,
Æternum monumen posteritatis erunt.
Nunc tu laude tuâ longum vsq; vtare fruare,
Et per Nelidæ tertia secula eas.

Iohan. Georg. Gödelman D. Serenifs. Elector. Saxo. à consilijs, & pro tempore Legatus in Aula Imper. αὐτοσχεδιαστί, Pragæ XII. Martij, An. 1604. F.

II.

AD VIRVM EX NOBILITATE LITERATA CLARISSIMVM, DOMINVM

ARNOLDVM de REYGER,

in Gladbeck, Consiliarium Elect. Brandeb. &c.

DVm res Marchiacas, celebris pars magna Senatus,
Consilio sapiens auxilioq; iuuas;
Et simul emissis statuis monumenta libellis,
Iuris vt in pelago promptius extet iter:
ARDEA quô plenis se tollit ad æthera pennis,
Tum legum tantas nunc quoq; pandis opes:
(Liuor abi;) quis non vero te prædicet ore,
Esse bonum ciuem & diuitis ingenij.

Ad Thesaurum iuridicum eiusdem.

THesaurus meritò dicor: quando vndiq; iuris,
Si me lector adis, suppeditantur opes.

Christian Distelmeier in Malsdorff E. Q. March.

III.

NOBILI, ATQVE EXCELLENTISS. Dn.

ARNOLDO de REYGER,

Consiliario Illustriss. Electoris Brandeburgensis dignis. Amoris ergò scribebat Berlini, Anno Salutis 1604. V. Non. Iulij.

COmmunes in Iure locos te scribere dicis,
Et dudum certis disposuisse modis.
Rem facis ingenio dignam REYGERE, sagaci.
Quis nisi iudicio, præstet, & arte potens?
Augiæ stabulum quanti est purgare laboris:
Tanti est, ad Methodum iura referre bonam.
Sit grauis iste labor: vendunt Dij cuncta labore:
Et merces tanti Fama laboris erit.

Fridericus à Ratzbar & Przybor, Capitan. Generalis Carnouiæ in Silesia.

IIII.

In Thesaurum Iuris.

NOBILISS. MAGNIFICI ET CLARISS. VIRI

Dn. ARNOLDI de REYGER &c. I.C. & Consiliarij Brandenburgici.

THesauros alius de diuite congerit auro,
Inq; suum occultat quæ cumulata lucrum:
Non animus prodesse vlli: non ipse quod auxit
Ipse sibi confert, vix sua quæ sua scit.
Thesauros alijs de diuite diuidit arcâ
REYGERVS, nostri gloria magna soli.
Est animus prodesse alijs, non ipse quod auxit
Ipse sibi, confert sed tamen omne alijs.
Scrinia librorum profert, armaria legum
Pandit, ab archaicis tracta voluminibus.
Quæ collecta diu, multorum prodit in vsus,
Diuitijsq; studet quemq; iuuare suis.
O celebrem ditemq; virum. Sic copia crescit
Et non decrescit suppeditata alijs.
Crede mihi, dicumana tuis accessio rebus
Fiet, & vnde iuues, vnde iuueris, erit.
I modò, dum peccant in publica commoda multi,
Publica tu multùm commoda quære, sere.
Sic verè, (sic certa vehit te gloria) partes
Conciliantis ages, Consiliantis ages.

Christoph. Pelargus D. Superat. Gen. March.

MAGNIFI-

MAGNIFICO ET VERE NOBILI VIRO,

DOMINO

ARNOLDO de REYGER I. C.

Excellentissimo, Electoris Brandenburgensis Consiliario intimo, Domino & amico suo, S.

MAgnifice vir, Domine & amice obseruande: ab eo tempore, quo tuas vidi meditationes & studia, ita te animo meo sum complexus: vt nesciam, an te amare plus possem, etiam coràm visum. Ita animi tui egregij speculum illa mihi exhibebant, & iam tùm præsagiebat mihi mens mea: fore, vt præstiturus esses aliquando ea, quæ postea præstitisti, & præstas etiamnum indies.

Cùmprimis verò perplacuerunt mihi Disputationes tuæ ad Processum iudiciarium pertinentes; ad quas me etiam quotidie recurrere, & exinde discere haud diffiteor. In his etiam meo nomini multùm dedisti: & crede mihi, esse mihi volupe, à viris magnis, tui similibus, magni fieri. Ingens tibi facultas est, de studio iuris porrò benè mereri: sed vereor, ne negocia illa aulica, & cum primis legationes tuæ frequentes, quas Illustrissimi Electoris Brandenburgensis nomine suscipis, te ab hisce studijs nostris abstrahant, & tandem prorsus eripiant. Quid enim mihi, tametsi in Scholis potissimùm constituto, euenerit, video ac sentio; Distrahor: & iam me Schola suum esse vult: mox postulat forum: quin & aula quandoq; me fatigat. Sed ita fatum meum est. Gallos magni facimus, Italos miramur, Hispanos suspicimus: Sed quid mirum, magnos illos esse, qui Latinam linguam habent propemodum vernaculam, Græcam negligunt, Philosophiam vix attingunt: vt qua ætate illi sint Iurisconsulti, eâ nos Germani iura primùm addiscere incipiamus: & quod omnium maximum, non distrahuntur illi; at nos Germani in infinita. Sanè si subsidia illa, quæ istis nationibus affatim suppetunt, Germanis essent: verè affirmare ausim, Germanos non certaturos esse cum illis, sed etiam superaturos. Quanti sint Germani, quanta ipsorum ingenia, quanta iudicia, res ipsa loquitur: & tacitè fatentur Galli Itali & Hispani. Habemus Zasios, Ferrarios, Oldendorpios, Schurffios, Sichardos, Grempios, Fichardos, Pistores, VVesenbecios, Schneidevveinos, Mynsingeros, Gailos, Beustios, Coleros, Teuberos, Heigios, Kirchouios, Grassos, Schraderos, Panschmannos, Zangeros, Dauthios, Cothmannos, Forsteros, Borcholdos, Godenos, Schenckios, Sensbecios, Euerhardos, Mudæos, Obrechtos, Pruckmannos, Rosenthalios, Thomingios, Klingios, Cunones, Cisneros, Reusneros, Brederodios, Peckios, Zuichemos, Freheros, Frideros,

deros & infinitos alios. Tu verò nobilissime Arnolde, pro diuino tuo ingenio & industriâ; quamuis in media & quidem Potentissimi Electoris Imperij Romani aula negociosissima verseris; non desinis de Iurisprudentia nostra benè mereri. Iam enim in ea illustranda te occupatum esse in occupationibus tuis aulicis, referunt mihi, qui à vobis ad nos veniunt. Intelligo autem tibi esse sub manibus Thesaurum iuris ordine Alphabetico digestum; in quo nullo negocio variæ materiæ reperiri possint, cum resolutionibus infinitarum quæstionum.

Hoc si ita est, quæso, ne eum nobis & posteritati inuideas, sed tandem aliquando publicum facias. Scis, quàm sit ius nostrum Pelagus immensum; in quo multi in ipso portu fecerunt naufragium, plures prorsus submersi. Suppetiæ sunt ferendæ, quod iam tentârunt ex Germaniæ Iurisconsultis multi; neq; id prorsus infeliciter, ita vt asserta iam illa esse videantur: Tu tandem, vir nobilissime, illa nobis da perfecta; vnde non Theorici duntaxat, sed Practici etiam hauriant, quæ Reipublicæ Christianæ sint commodo. Ita enim omninò mea fert opinio, te id nobis in Thesauro illo tuo esse præstiturum.

Quare ne differas, quod debes Reipublicæ; cum fœnore dabis, si sat citò dederis. Dabis hoc nomini tuo, iamdudum immortali. Facito, vt sciam, quid mihi ea de re sperandum sit; immò facito, vt ipsum illud tuum immortale opus videam. Hoc inter cætera magno mihi hoc tempore erit solatio; quo amisi filium meum Carissimum Iohannem Vulteium natu maximum, Iuris vtriusq; Candidatum, in ipso iuuentutis flore: cum ad annos viginti duos ipsi tres duntaxat dies deessent: cuius corpus nudius tertius terræ, vnde desumptum est, reddidi; eo maiore meo cũ mœrore, quo maiorẽ & mihi & alijs, ob eximiũ ingeniũ & præstans iudicium, de se expectationem concitauerat. Quare si quid scripsi turbatius, id animi mei perturbationi adscribas velim. Serenio-ra erunt, vt spero, quæ sequentur. Interim vale, vir nobilissime, & me ama: tui me esse obseruantissimum omninò tibi persuadens. Marpurgi è Museo meo a. d. XII. Iulij, Anno à nato Christo M. D. C I V. qui mihi est annus ætatis XLIX.

Magnific. Tuæ Nobilit.
Studiosiss.

Hermannus Vulteius I. C. Hassiæ Consiliarius & Academiæ Marpurgensis Antecessor primarius.

In The-

In Thesaurum Iuris
MAGNIFICI ET NOBILISS. VIRI
Dn. ARNOLDI de REYGER ICti, eminentiss. Consiliarij Elect. Brandenb. meritiss.

SÆpe ego miratus, varios ARNOLDE labores:
Quos tibi quotidie surrogat aula potens:
Præcipuè cùm te legati munere cerno
Fungentem, Summi Principis ire loco.
Aut commissa tuis si quando negocia curis
Exigis ingenio, iudicioq́ graui.
Scilicet vnius vix est tot ferre labores,
Poscit & integrum functio quæq virum.
Sed tibi maiorem parit hæc sollertia laudem,
Atq tuum meritò nomen ad astra vehit:
Quòd curas inter varias, tantosq labores,
Exeris ingenij tot monumenta tui.
Quòd te tot scriptis notum facis, aurea libris
Dogmata propagas, iuraq́ plana facis.
Quos inter, veluti radiat Sol aureus orbe
Æthereo, præsens eminet iste liber.
Qui nunc THESAVRI IVRIS sub nomine lucem
Aspicit, eximij grande laboris opus.
Qui varijs dispersa locis emblemata iuris
Monstrat, vbi inuenias ordine quæq́ suo.
O te felicem, studijs quæ dedita turba es,
Quàm multos libros continet iste liber?
Quid reliquum? liber hic per secula mille legatur:
Et REYGERE tuum floreat orbe decus.
VIRTVTI laudes, & præmia digna LABORE
Succedant: animi surgat ad astra vigor.

Hieremias Setserus, Philosophiæ & V. I. D.
Illustriss. Acad. Francoford. P.P. Iudicij
Prouincialis per Lusatiam inferiorem Regius Assessor.

IN THE-

VII.

IN THESAVRVM IVRIS

VIRI NOBILISS. ET CONSVLTISSIMI Dn.

ARNOLDI de REYGER, I C.

Consiliarij Electoralis Brandeburg. hæreditarij in Gladebeck/etc.

THesauros alij sibi quærant, paupere mentis
Qui censu, & Pluto nocte dieq; litant,
In medijs miseri gazis, sortisq; malignæ
Ludibrium: te mens ad potiora vocat.
Nam quæ lecta tibi multo & præstante labore est
Copia, & è iuris fonte petita sacro:
Non est arbitrio fortunæ nixa, rapaces
Nec furum metuit libera vbiq; manus:
Immò manus vltrò multorum affectat, & ambit
Quemq; penu cupidè de locuplete beans.
Perge ARNOLDE foro thesauros condere, perge
Promere collectos publici amore boni:
Sic promuscondus iuris dicêre, tibiq;
Cum re perpetuum diuite nomen erit.

Balthasar Caminæus, I. V. D. Profess. in Acad. Francofurt.

VIII.

AD MAGNIFICVM, NOBILISSIMVM ET CELEBERRIMVM IVRISCONSVLTVM Dn.

ARNOLDVM de REYGER,

Electoris Brandenburgici Consiliarium primarium, & ad S. Cæsar. Maiestatem legatum, Dominum & amicum suum honorandum:

QVando Dobercinum patulas emittis in auras
REYGERE consultissime,
Auctum tam magno & precioso fœnore: cunctis
Astræa gaudijs ouat,
Et tibi pro studio gratissima pectora tanto
Per omne spondet seculum.

Sic re-

Sic reliquos REGERE *tuos emittere fœtus*
In arte Iuris pergito.
Et tibi debebit Iurisprudentia tantum,
Quantum Vlpiano & Scæuolæ.
Nam quia consilijs Magnatum semper adhæres
Septemuiriq; Principis,
Magna tibi rerum venit experientia, veræ
Quæ mater est prudentiæ.
Ergo quôd ab omni doctrinæ parte referti
REGERE *libri sunt tui:*
Doctrinæ facit hoc vsus coniunctus & arti,
Scientiæq; Practicæ.
Vtraq; te toto iampridem clarat in orbe,
Remota quâ Thule iacet.
Et tibi legato merito sua limina pandit
RVDOLPHVS AVGVSTISSIMVS
Cæsar: quo maior non est, fuit, atq; futurus
In seculis sequentibus.
Hoc regnante FIDES, THEMIS & BELLONA *triumphant,*
Et Turca victus interit.
Viue diu sospes Dominoq;, tibiq;, tuisq;
REGERE *præstantissime.*

Pragæ in aula Cæsarea pridie Calend. Febr. Anno 1604. fac. OTHO MELANDER, I. V. D.

IX.

SI, qui iustitiam multos docuêre, futuro
Seculo in axe, velut sidera clara, micant:
Hæc micet, atq; altam supra volet ARDEA nubem:
Ardea, justiciam quæ docet atq; facit.
Da DEVS vt doceat faciatq; diu; atq; Themisti
Thesaurizando, talia multa canat.

Josephus Behr, V. I. D.

IN THE-

X.

IN THESAVRVM IVRIS VIRI NOBILISS.

ARNOLDI de REYGER, I.C. & Elect. Brand. Consiliarij.

OMNIS cura viros omni stimulauit ab ævo
Condere thesauros & cumulare penum,
Pro se, proq; suis. Naturæ ex indole sueuit
Thesauris CAROS quisq; beare SUOS.
Tu quoq; THESAURUM meditans, REYGERE: secundo
Hercule JURIDICAS cogis auarus opes.
Nunquid & ipse tibi compendia priua tuisq;
Condis? an in plureis se dabit ista penus?
Se dabit hercle. Quid ergò moras trahis? ede, quod audes.
Summa viri laus est, pluribus esse bono.
Vixerit ALCIDES sibi THESAVRARIVS olim:
ALCIDES nostri tu potes esse fori.

VVitebergæ facieb.

Frid. Taubmanus, Fr. Poëta & Professor.

THESAV-

THESAVRVS IVRIS LOCVPLETISSIMVS, SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM DIGESTVS.

A

ABBAS.

1 ABbas Legatum Monacho factum repudiare potest: cùm æquiparetur seruo. *Vide Socinum in l. Legatum de leg. 1.*

Dispositum in Monachis, & Abbatibus, extenditur ad Moniales, & Abbatissas, *c. fi. ad fin. Vbi Abb. notat de statu regula. Vide de hoc Ias. in l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud. in 2. col. Ibi: idem adde.*

Abbates & similes Prælati minores, ex leuioribus causis deponuntur, & remouentur ab administratione, *c. per duas el. 1. in fin. de Simo.*

Abbas Panormitanus, allegat Petrum de Anchorano, *in c. Sententiam, Ne Cler. vel Monachi, in 3. col.* Socinus allegat D. Abbatem, *in reg. 208.* D. Nicolaum *in 1. & 2. fallentia.*

Ablatiui absoluti.

2 ABlatiui absolutè positi resoluuntur in conditionem, *Bart. in l. à testatore ff. de cond. & demonst. Vide Ias. in Rub. ff. Sol. matr. Bart. in l. vnic. C. Quando non petent. par.*

De abolitione.

3 ABolitio est, qua reorum numero reus eximitur, & aboletur accusationis memoria, *l. si interueniente 12. ff. Ad S. C. Turpil.* ¶ Quotuplex autem sit (*videlicet, publica, legalis, aut priuata*) qualiter, intra quæ tempora petenda, & quot modis fiat, (*primò publicè, ob diem insignem, gratulationem remue prosperè gestam. Secundò lege, mortuo scilicet reo vel accusatore: vel iusta causa, puta morbus impedito. Tertiò priuatim, actore vel reo postulante,*) quæ requirantur ad illam (*primò iuramentum petentis: quod nec pretio, nec prece corruptus abolitionem istam petat. Secundò, vt alleget causam, propter quam petit abolitionem. Tertiò requiritur causæ cognitio, ideoq; partes præsentes, aut saltem citatas esse oportet*) & in quibus casibus non sit admittenda, (*videlicet inuito aduersario, vel si calumniosè instituta sit actio, aut calumniosè petatur abolitio*) vide *Bonifa: de Vitella: in Tractat. suo Malefi. in Rub. de Abolitionibus, & Angelum de Maleficiis in Versi. Et ad querelam nume. 76. versi. legalis verò, & nume. 78. VVesenbec. in paratit. ff. ad S. C. Turpillia. in fi. & in tit. C. de aboli. Iacob. de Areza in Tractat. suo de quæstionibus à prin. vsq; ad num. 15. & Cuiac. ad Paul. lib. 5. tit. 17. ex tit. C. de abolit.* ¶ Quòd autem abolitione per deceptionem, vel corruptionem, desistente, Iudex 4 nihilominus possit procedere ex officio, dicit textus *in l. 2. C. de Abolitio.* Quia Reipubl. interest, maleficia ne remaneant impunita. *l. ita vulneratus ff. ad legẽ Aquiliam:* & boni principis est prouinciam purgare à malis hominibus, *l. præses ff. de officio præsidis. facit id quod notat Angelus de Malefi. in versi. Ex mero officio, arbitrio, autoritate, potestate, &c.* Tunc enim priuatorum pactionibus iuri publico nihil derogatum esse censetur, *l. Ius publicum ff. de pactis.* ¶ Impetrata autem abolitione, is qui desistit, accusare ampliùs nequit: nisi ex indulgentia principis, *l. 1. C. de abolitio. VVesenbe. in paratitlis ff. d. tit. ad S. C. Turpillianum, in fine.* aut nisi abolitio generalis seu publica fuerit: tunc enim intra 30. dies reus repeti potest, *Angel. vbi supr. num. 76.*

De Absente & Absentia.

DIcuntur absentes, qui à loco absunt, in 5 quo aliquid petendum fuit, extra ciuitatem, extra continentia ædificia, *l. absentem ff. de verbo. significa.* Et è diuerso præsens dicitur, qui est in ciuitate, vel in loco, in quo aliquid petendum fuit, vel in ædificiis continentibus, *l. præsens, cum l. sequen. ff. de procura.* vbi dicitur etiam præsens esse, qui in hortis

est. ¶ Quinque enumerantur genera ab-
sentiæ *secundùm glossam ordinariam & ibi Dd. in*
l. finali ff. de Restitutio: in integrum, vide eleganter
Bartolum ibidem in 2. colum. vers. Et primò quæ-
ro, cum seqq.

6 Prima absentia est necessaria & proba-
bilis, sicut est in eo, qui abest causa militiæ,
vel aliâs causa Reipubl. vt quia fungitur le-
gatione, *l. 1. vers. si quis abest causa infirmitatis, ff.*
ex quib. caus. l. quæ soluta. ff. de re iudicata.

7 Secunda absentia est probabilis tantùm,
non autem necessaria; vt in eo, qui abest
causa studiorum, quibus à jure multa priui-
legia concessa sunt, *de quibus in Auth. Habita,*
C. ne filius pro patre. ¶ Et Canonico absenti
causa studiorum, an debeantur fructus de-
cimarum, præbendarum, atque distributio-
nis quotidianæ, idq; fauore studiorum, con-
suluit Decian. *in cons. 43. vol. 1.* Et respondet
affirmatiuè *per c. licet vobis ext. de præbend.* dum-
modò distributiones illæ quotidianæ non
sint distinctæ à præbendis: non autem si sint
distributiones verè quotidianæ, quæ tantùm
præsentibus debentur, *d. c. licet vobis.* nisi, ex le-
gitimâ morbi, vel ipsius ecclesiæ euidentis
vtilitatis causâ absint, ecclesiæ nimirũ con-
suetudine in posteriori hoc casu cõcurrẽte.
Sed Canonicus, Episcop. vel beneficiatus a-
lia de causa absens, an percipiat in quoti-
dianis distributionibus quotam vel non, do-
cuit idem Decianus *in cons. 69. volum. 2.* Et
ibi quare residentibus quotidianæ distribu-
tiones dentur.

8 Tertia absentia est necessaria tantùm, sed
non probabilis, vel fortè improbabilis: vt
est in Relegatis, *&* in eis, qui decesserunt
metu commissi criminis: Nam isti necessa-
riò absunt, sed non probabiliter.

9 Quarta absentia est voluntaria, sine con-
tumacia, vt est in mercatoribus, qui vadunt
ad nundinas; vel in alijs, qui commodi cau-
sa volentes absunt.

10 Quinta est absentia voluntaria cum con-
tumacia, vt in his, qui citati per Iudicẽ, con-
tumaciter non comparent in Iudicio, *de qui-*
bus est text. in l. contumacia. ff. de Re iudica. de i-
stis absentiarum generibus dicit & notat Schneide-
winus in sua Lectura Institu. Titul: de actionib. §.
Rursus, & remittit lectorem ad Iasonem & Zasium
ad princip. d. §. Sed quia ibi in d. §. Rursus:
tractatur materia restitutionis in Integrum
contra vsucapionem, igitur d. D. Schneide-
uuinus ibi dicit in quo, & quolibet absentiæ
genere, competat absenti restitutio contra
vsucapionem impletam data rescissoria. Et
tres dat fallentias seu limitationes ad regu-
lam, (quæ dicit, quòd absens Reipubl. cau-
11 sa debeat restitui) 1. procedere regulam: Nisi
absens procurauerit sibi dari hanc legationẽ.
Nam is non restituitur, *l. Reipubl. & l. 4. in fin. ff.*
Ex quibus causis. 2. Limitatur non procedere,
si absens Reipubl. causa fuerit læsus damno
fatali: vt quia idem damnum passus fuisset,
si domi mansisset, veluti *secundùm Zasium in d.*
tit. §. rursus Inst. de actionibus. Si per alluuionem
magna pars agri sui esset coniuncta agro
meo, Reuersus non potest petere istam agri
partem à me. Idem enim damnum passus
fuisset, si nunquam abiisset, *l. is qui la 2. & ibi*
glos. ff. ex quibus causis. 3. limitatur secundùm
eundem Zasium non procedere, quando
absens Reipublicæ causa non fuerit reuer-
sus, cùm reuerti potuerit: si enim intereà,
quo potuit redire, quid vsucaperetur, non
restitueretur absens, *d. l. 4. in princip. ff. ex qui-*
bus causis. Vnde colligit Zasius *post glossã in d. §.* 12
Rursus in verbo, ciuitate, quòd absens Reipub.
causa tamdiu pro absente habebitur, donec
finitum sit officium Reipub. & donec com-
modè redire potest: nisi fortè infirmitate,
tempestate, vel alia iusta causa fuerit impe-
ditus, *vt est text. in l. si cui, §. tam diu, ff. ex quibus*
caus. l. contumacia, §. cum ita, ff. de re iudica. gloss.
c. 24. Lehnrecht, & Arti. 7. lib. 2. Landrecht. Nec
enim vt diplomatibus diebus, & noctibus, &
omni tempestate contempta, iter continua-
re cogitur: neq; tam delicatè progredi de-
bet, vt reprehensione dignus appareat: sed
habita ratione temporis, ætatis, valetudinis,
id agat, vt maturè perueniat, hoc est, vt eo-
dem tempore, quo pleriq; eiusdem condi-
tionis homines peruenire solent: *ut in simili*
casu inquit Iurisconsultus in l. continuus, §. cum ita,
ibi Zasius ff. de verbo: ob. ¶ Et hoc casu præ- 13
figuntur absentibus certa tempora à iure, in
quibus redire coguntur, videlicet 20. milia-
ria Italica pro qualibet dieta, *l. 1. & ibi in gloss.*
ff. si quis cautionibus, & l. 3. ff. de verbo. signif. Et
mille passus, qui numerantur non à muro
vrbis, sed à continentibus ædificijs, faciunt
vnum miliare Italicum, *secundùm gloss. in d. l.*
3. ff. de verbo signif. et in l. mille passus, ff. eod. Quinq;
verò pedes faciunt vnum passum, *secundũ glos.*
in d. l. 3. in verb. passum. Pes vero dicitur 15. di-
gitorum, *iuxta gloss. 1. in c. Sicut el. 1. 17. q. 4. Ia-*
son. in l. 1. ff. si quis cautio. ¶ Quomodo autẽ 14
mensuratio miliaris fiat, vide *Schneid. ad d. §.*
rursus n. 40. & seqq. & ea, quæ notaui infr. in li-
tera M. vers: de mensuratione miliaris. ¶ Et
notandum est id, *quod docet Felinus in C. quo-*
niam frequenter, num 9. vt lite non contest: quòd
absentia in iure consideretur secundũ sub-
iectam materiam. Nam aliter consideratur
quò ad præscriptionem, aliter quò ad stipu-
lationẽ, aliter quò ad Iudiciũ, & aliter ratio-
ne prouinciæ, *glossa allegatur singularis in l. fin. in*
verb. inter absentes, ff. de verb. præsc. longi tẽp. gl. 1. in
l. præsens, ff. de procur. Geyl. in obser. 49. lib. 1. num.
10. & ibi in num. seq. vide de absente in appellatio-
nis instantia per proclama citando.

¶ Et

15 ¶ Et absentia mariti ab vxore per annum excludit præsumtionem, quòd natus ab illo sit conceptus. *Geyl. in obser. 97. num. 20. lib. 2. l filium eum definimus ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vide, quæ notaui infr. in litera P. vers. de partu perfecto & imperfecto.*

Aliud de absentia causa Reipublicæ.

16 ABsentia eius, qui causa Reipubl. abest, neq; ei, neq; alij damnosa esse debet: & ideo datur restitutio contra fiscum, contra etiam alium absentem causa Reipub. non solùm pro damno, sed etiam pro lucro, quòd cessauit, *l. non solum, §. fin. l. Si quis Titio §. fina. ff. ex quib. causis maior.* Limitatur, nõ habere locum, quoad primum decretũ, quod etiam contra absentem causa Reipubl. possit interponi, si non defendatur, *l. ignorare C. de restitutio. minorum, &c.* Secundò, quando fuit læsus in omittendo, secus si in faciendo, *l. ea quæ à patre 7. & ibi Paul. de Cast. C. de restit. minorũ. declarat Dn. Oldendorp. in sua explicat. antinom. ad regulam absentia eius, ff. de regulis Iuris.*

17 De Iure Saxonico absens per contumaciã condẽnatur, vsq; ad legitimi impedimẽti probationẽ. bis auff Ehehafft / *gl. cap. 24. Lehnrecht, & gloss. cap. 7. lib. 2. Landrecht. Et ibi vide quæ sint iusta impedimenta.* ¶ Nota in hac absentiæ materia, quòd absenti per promissionem, vel stipulationem non acquiritur: nisi sit, qui nomine absentis acceptet, *nota. in l. illud C. de S. S. Eccle. & in l. absenti, ff. de dona. l. generali, ff. de rit. nupt. c. si de procur. in 6. per hæc in casu matrimonij, sic dixit Alex. de Imo. in Consi. 156. vol. 5.*

De absentia Aduocati.

18 ABsentia Aduocati est iusta causa dandæ dilationis, *gloss. & Dd. in l. Emancipatus, C. de bono. possess. rest. Bart. in l. si longius, ff. de Iudi.* qui sic declarat, si sit absentia breuis, secus si longa: nam quærat & inueniat aduocatum, *l. ait prætor, & ibi in fi. nota. ff. ex quibus causs. maior: Idem dicit de impedimento aduocati Hippol. de Marsil. in repe. Rub. C. de probationibus nume. 131.* & ibi nota, quòd probetur ista absentia iuramento. *Vide ibi iura multa, ad quæ remittit: ex quibus apparent huius theoricæ declarationes, ampliationes & limitationes.*

19 Præsentia includit actus intelligentiam *Capyc. decis. 192. n. 3.* Hinc si dicit testis, quod fuerit præsens, includit etiam, quod intellexerit: secus si deponat de præsentia alteriꝰ, *ibid. per l. testium de testib.* nã qui præsens est, et non intelligit, non dicitur esse præsens, *l. coram. de V. S. l. diem §. coram, de arbitr.* Præsentia coniunctorum facit cessare fraudis & metus suspicionem, *Granat. theor. 25. n. 1.* Præsentia alicujus in actu an præsumatur, cùm illa omnino requiritur, *Menoch. lib. 6. præsumpt. 18.* Præsentia vel absentia an præsumatur, *præs. 19.* Præsentem præsumi scire, quæ ibi acta fuerunt, *præs. 21.* Absentia iusta & legitima an præsumatur vel potius ex malitia, *Menoch lib. 6. præs. 20.*

Absens & ignorans puniri non debet, *l. generali, C. de tabula. li. 10. l. ex malef. §. 1. de Act. & obl. Bart. in l. 1 §. nunciatio, de op. no. nunc.* 20
Absens quis multis modis dicitur, secundũ diuersos tracta. *De quibus vide gloss in l. præsens, ff. de procura. & Alex. in l. 1. in princ. in 2. nota. col. 4. ff. de verb. oblig. vbi multa allegat. textum vide cum gl. in l. Absentem, de verb. sig.* An absentia, vel potiùs præsentia contra aliquem præsumatur: *vide D. Carolum in rub. Solut. matr. fol. 4. vbi pulcrè concordat opinionem Bart. & Butri.* Absens præsumitur ignorare, quæ fiunt in ciuitate, *l. planè, & ibi ad hoc pulcrè no. Bal. de excus. tut. Bald. & Ang. in l. tres fratres de pactis, c. fin. & ibi Abb. in 3. not. Qui matr. accus. possunt. Idem Abb. in c. 1. in col. de postul. præla. vide Ias. in l. Si is §. qui pro emptore, in 13. col. in princ. de vsucap.*

Absentes dicuntur, qui in diuersis prouincijs domicilia habent, præsentes verò, qui in eadem. *Ita dicit Iust. in l. fin. C. de præscrip. long. temp. & est text. ad literam Accurs. idem asserit in varijs locis, in Aut. de fideiuss in princ. in glo. in verbo præsentes, & in l. præsens. ff. de procur. gl. & DD. in l. Absentem ff. de verb. sign.* Sed hoc hodie non obseruatur: nam nostra ætate absentes dicuntur, qui in diuersis comitatibus domicilia habent; nec est opus, quod in diuersis prouincijs. *Ita d.* Accurs *in d. l. fin.* adducens vnicam rationem. Nam ex quo singulæ ciuitates hodie sua regimina habent, sicut olim prouinciæ habuerunt: Absentes dicuntur, qui in diuersis ciuitatibus domicilia habent: præsentes qui in eadem. Accursium approbat ibidem Bart. & hoc puto verum. Prædicta procedunt in materia præscriptionis. At, in alia juris materia, quis dicatur absens, quis præsens, vide *gloss. supra allegatas, & ibi DD. & maximè gl. in d. Auth. de fideiuss. coll. 1.* 21

Nolle adesse non tantùm dicitur ille, qui latitat: sed etiam ille, qui non latitat, sed venire contemnit, *l. si eum seruum in pr. de fideicommiss.* Abesse autem intelligitur, qui à tribunali abest, *l. non tantum. §. Senatusconsultum. ff. eod.* Abesse contumaciter dicitur qui adest, & illicentiatus recedit. *Bart. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Vide inf. in hoc in verbo contumax, col. 316.* 22

De Absolutione.

VVlgata regula est, actore non probante reus debet absolui, *l. qui accusare C. de Edendo.* & intelligitur, quòd debet absolui definitiuè, non aliter, *vt dixit gloss. in Aut. qui semel* 23

mel, C. quom. & quan. iudex. in verbo, quod locum, in fine: ſecus autem quando reo abſente terminus ad probandum eſt ſtatutus, quia tantùm ab obſeruatione iudicij fit abſolutio, *Hippo. de Marſi. in ſing. ſuo 169. incipiente, nota eſt regula.* ¶ Item: Fauorabiliores ſumus ad liberandum, quàm ad condemnandum, *l. Arrianus, ff. de Actio. & obl. l. abſentem, ff. de pœnis, cum ſimilibus, l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris, Hippo. de Marſi. in ſingul. ſuo 90. incipiente, fauorabiliores, & ibi vide caſus, qui reſpectu, & fauore abſolutionis, ſunt liciti, aliàs autem non, Geyl. in obſerua. 109. nume. 1. lib. 2. & in obſerua. 111. eo. lib. 2. num. 11. in ambabus in caſu homicidij.*

24 ¶ Et quando qualitas in accuſatione, vel inquiſitione eſt appoſita, non verò probata, ſequitur abſolutoria. *Hippo. de Marſi. in ſing. ſuo 187. incipi. qualiter neq; abſolutus de certo crimine, amplius accuſari poteſt, vt in c. de his, vbi bona gloſſ. de accuſa. Ioannes Bernhardi. Diaz. in regul. fallentia. regula 6. incip. Abſolutus. & remittit ibi ad duodecim limitationes. Felini in d. c. de his, de accuſa.* quodq; ciuiliter nec pro damnis neq; pro expenſis ſit conueniendus conſuluit Decian. *in conſ. 56. vol. 1.* ¶ Adde alium caſum, quòd ſi deduco vnam cauſam in libello, & poſtea probem de alia: ſuccumbo, & ſequitur reum abſolutio: *habetur in l. 1. ff. ſi menſ. fal. mo. dixerit.* fallit niſi cauſa ipſa eſſet cognoſcenda de æquitate, vel ſola facti veritate inſpecta. nam tali caſu, licet actor in libello deduxerit vnam cauſam, & probauerit de alia cauſa, debet obtinere, & non fieri abſolutio. *Hippo. de Marſi. in ſingu. ſuo 172. incip. in hac iuſtitia.*

25 ¶ De abſolutione à iuramento, & quis poſsit abſoluere ab excommunicatione, *vide Ioan. Bernard. Diaz. in regul. fallen. regula 5. 7. & 8. cum ampliationibus & fallentijs ibidem notatis.* ¶ Et nota, abſolutionem à iuramento ſemel factam, ſufficere ad totam cauſam in Camera Imperiali, *dicit Dn. Mynſing. in obſeruat. 57. cent. 2. obſerua. Cam. Imp. & ibi vide quid de iure communi. (Idem eſt de iure communi ex ſententia Caſtrenſis, quē Camera ſequitur: licet Felin. diſſentiat.)* ¶ Abſolutio iuramenti ad effectum agendi quando petenda, (*Poſtquam ſcilicet ex carcere dimiſſus eſt, & ſe gravatum ſentit.*) & an requirat partis aduerſæ citationem & cauſæ cognitionem: (*quod ſic, reſpondet.*) an legitimus proceſſus in cauſa citationis ad videndũ relaxari à iuramento obſeruandus ſit, (*non eſſe neceſſarium, ne ex cauſâ ſummariâ ordinaria fiat, concludit.*) decidit quid iuris Geyl. *in obſer. 22. & 23. lib. 1.* quo caſu (*quando nimirũ comparet, & relaxationi excipiendo contradicit.*) victus victori in inſtantia relaxationis iuramenti condemnandus ſit in expenſis, & quòd in cauſa principali nouo proceſſu ſit agendum, docuit Geyl. *in obſer. 24. lib. 1.* ¶ Iuramenti abſolutio ad effectum agendi ad quem iudicem (*ad Cameram videlicet: quemadmodũ generaliter, ubi agitur, non de viribus, ſed executione iuramenti, aut ad pœnā violati iuramenti, aut ad abſolutionem à iuramento turpiter recepto, vel etiam contra heredem iurantis: iudex laicus competens iudex eſt.*) ſpectet, notauit idem Geyl *in obſer. 25 lib. 1.* Sed illicitum iuramentum præſtans non opus habet abſolutione, quia non tenetur illud obſeruare, *c. quando, de iureiur. c. inter cætera 22. q. 4. Deci. conſ. 180.* Nam impia eſt promiſsio quæ ſcelere adimpletur, *text. in c. in malis 22. q. 4. & in l. Quintus Mutius §. fin. ff. de annu. lega. Geyl. in obſerua. 25. nu. 5. lib. 1. latiùs in obſer. 42. lib. 2. (vbi diſtinguit, an præſtitum ſit ſuper facto ipſo iure illicito, vel improbato, & abſolutionem non opus eſſe docet: aut ſuper facto ipſo iure licito, & abſolutionem ex ſententia Panormitani requirit.)*

26 Per abſolutionem ab inſtantia cauſa non terminatur, *l. generali & Br. C. de Dem. li. 10.* Abſolutus in foro Pœnitentiali non eſt abſolutus per hoc in Contentioſo: nam quo ad Deum abſolutus videtur, non autem in foro contentioſo, quo ad pœnam temporalem. *Ita eſt gl. in c. admonere. in verb. pœnitentia 33. q. 21. & gl. in c. 2. de Schiſmat.* Qui condemnatum ad mortem, familiæ poteſtatis eripit, tenetur l. Iulia Maieſt. *Br. in l. Legis Iuliæ ad l. Iuliam de vi. publ.* Condemnatis ſunt dati ex Miſericordia quatuor menſes ut ſoluant, *l. Si cum. §. 1. de comp. l. 2. C. de execut. rei iud. l. ſi debitori de iud. l. quod dicimus de ſolu. ratum eod. tit. l. Si cum dies. §. fin. de Arb. Ang. in §. etſi in rem. in 3. col. Inſt. de offic. iud. vide in verbo Solutio.*

Condemnatio *in quantum quis facere poteſt*, 27
intelligitur deducto eo, ne quis egeat. *l. in condemnatione de Reg. iur. De his perſonis, quæ condemnantur in quantum facere poſſunt, habes tex. in l. ſunt qui, cum 3. ſeq. V. ff. de re iud.* Aliud eſt pronunciare iudicem, (*Quem eſſe condemnandum*) & aliud (*Condemnare.*) *vide Alex. latè in l. 1. Si quis ita, n. 17. de verb. oblig.*

De acceptatione.

Acceptatio eſt magni effectus: facit va- 28
lere confeſsionem, contumaciam, & renunciationem: Item operatur quòd teſtis non poſsit corrigere dictum ſuum, *Hippo. de Marſi. in repe. l. de vnoquoque, ff. de re iudica. num. 123. 124. & 125. & in ſingu. ſuis 329. & 315. incip. plures ſunt caſus & acceptatio.* ¶ Item facit acceptatio pollicitationem tranſire in pactum, & facit renunciationem valere, quæ aliàs non valeret: & qui non acceptat oblationem aduerſarij, non poteſt ſe ex ea iuuare. *Mynſinge. in 1. Reſponſ. Decadis num. 40. cum. ſeq.*

De Accessorio.

29 DE Accessorio regula est, Accessorium sequitur naturam sui principalis, *c. accessoriũ de reg. iur. in 6. Sed istius regulæ vide pulcherrima declarationes, ampliationes & fallen. apud Hyppol. de Marsil. in singulari suo 17. incip. Accessorium, & facit singulare 52. incip. prorogatio.* ¶ Sed accessoria ad causam principalem quando & qualiter sint tractanda, æquè atq; causa principalis, vel aliter, *vide apud Petrum Gerbar. de Pet. Sancta in singulari suo 23. incip. Notant, &c. Ibidem declarat per exempla.*

30 ¶ Sed nota, quòd accessorium non potest continere quid maius, quàm principale, *l. cùm nurum, §. vlt. ff. de auro & argent. leg.* neq; possunt accessoria extendere principalem dispositionem, *tex. in Clement. 1. cir. prin. de præbend. Decia. in cons. 45. vol. 5. num. 2. & 3.* Adde concesso vno, omnia videntur concessa, per quæ deuenitur ad illud, *l. 2. ff. de Iurisdict. omn. iud. Hyppol. in singulari, 175. incip. concesso. Vide Dyn. & alios Dd. in d. c. Accessorium; de reg. iur. in 6. Et ea, quæ pulcherrimè docuit idem Hippol. in pract. sua crimin. §. Secunda, num. 9. cum seqq. & num. 59. Ibi videbis notabiles declarationes.* Et principali perempto, quando accessoriũ perimatur, vel non, (*non perimitur, si diversa inter hæc sit ratio, aut specialis prouisio in accessorio, veluti in iuramento.*) vide Mynsing. *in suis obseruat. obseruat. 2. cent. 3.* ¶ Refer huc, alienato principali (puta territorio) alienata videntur simul omnia accessoria, nisi probetur exemptio, *VVesenb. in Consil. 78. parte 2.*

31 Accessoriæ clausulæ ad contractum, naturam contractus sequuntur, *Gabr. lib. 6. de claus. cond. 10.* vtputa clausula constituti Guarentigiæ & similes: Dispositum in accessorio habet locũ in principali in materia fauorabili, *Raud. de anal. lib. 1. c. 34. n. 360.* & ex accessorio probatur principale. *ibid.* Accessorium dicitur quid inseparabile à suo principali, *Menoch. lib. 3. præs. 6. n. 63.*

De Iure Accrescendi.

32 QVòd ius accrescendi tàm habeat locum etiam inter substitutos atq; inter institutos, si non refragetur mens testatoris: & multa bona in ista materia Iuris accrescendi consuluit Decia *in cons. 40. vol. 1 per totum.* Portio hæredis vnius vacans quòd accrescat cæteris hæredibus, ita quòd distribuatur inter illos pro hæreditarijs portionibus, quia qui plus habet in portione, plus quoq; debet habere in ea, quæ accrescit, *l. interdum, §. pater, vers. Sed si aliter, ff. de hæred. instit. l. 3. C. de milit. testam. §. videamus. Instit. de hæred. instit. l. Mæuio in prin. vbi Bart. ff. de legat. 2. consuluit etiam Decia. in cons. 61. vol. 2. num. 10. 11. & 12. in isto & sequenti consilio 62. vide plura de hoc iure accrescendi, quando censeatur habere locum, vel non?*

¶ Et an iuri accrescendi locus sit in Em- 33
phyteusi, maximè quando à pluribus est acquisitum simul & in solidum, & quando: Idem Decia. *in cons. 73. volum 2. (respondit: quòd sic: quia in omnibus quæstibus ultrò citroq; obligatorijs, & ex causâ onerosâ, vel etiam, quando in solidum & pro indiviso contraxerunt, aut aliàs id tacitè egerunt, ut locus esset iuri accrescendi, iuri accrescendi locus est)* & an per diuisionem censeatur præiudicatum iuri accrescendi: (*Resp. quòd nõ, nisi expreßè in illa divisione fuerit renũciatũ*) consuluit ibi Decianus *in d. cons. 73. vol. 2. num. 29. vsq; ad num. 35.* Et noua inuestitura quòd non posit derogare iuri accrescendi *num. 36. vsq; ad fin.*

Hereditas indigno quando aufertur, cui accrescat: post indignum successuro, vel fisco? *Decia. in cons. 85. vol. 3. consuluit ibi pro successuro post indignum (quia delictum, ob quod ibi facienda erat priuatio, respiciebat personam certam, quæ remoto indigno aliàs succederet, & quia ibi agebatur de successione ab intestato, ut latiùs ibi per eum.)*

De iure accrescendi vide egregiè Seb. 34
Medic. *de acquir. possess. gloss. 1. p. 1. n. 186. & seqq. fol. 270. vsq; ad fol. 277. vbi aliquot conclusiones in hac materia, & earũ declarationes. Viuiũ decis. 406. lib. 3.* Ius accrescendi locum habet in rebus concessis à principe. *Carol. Tapia, l. ff. de constit. Princip. p. 1. c. 2. n. 2.* hinc infer ad habitationem pluribus factam, *vt n. 2.* nec nõ ad feuda *n. 4. & 3. & seqq. ibid. adde Medic. de acquirenda possess. n. 203. fol. 375.* Ius accrescendi an habeat locum in contractibus. *G. Pap. decis. 204.* Item an in vltimis voluntatibus *ibid. n. 2.* Ius accrescendi an habeat locum, vbi est incertũ, an portio deficiat, *Mod. Pistor. p. 1. quæst. 29.*

De Actore.

DAs Sachsenrecht verwarnet den 35
Kläger vor drey Dinge / daruor er sich in seiner Klage hüten soll. 1. Das die Klage kein Schmehung / oder schandwort in sich habe. 2. Das er sich darinn keiner vberflüssigen Beweisung anmasse. 3. Das er niemand darinn mit gewalt / vnd ohne Gericht angreiffe / *gloss. 6. Artic. 62. lib. 1. Landrecht.*

Actor is dicitur, qui primò in ius vocat, *Baldus. in l. libertus, in fine. ff. de in ius vocando.* ¶ Incumbit autem Actori, sequi forum Rei, *l. iuris ordinem, C. de Iurisdictione omn. iud.* (non reo forum actoris, *Add. in reg. 10. in verb. Actor. vbi limit.* & quod forum sortiatur, quis pluribus modis & pluribus ex causis, *Hipp. sing. 404.* & ad cognoscendum, ad quod forũ spectet cognitio delicti, *per eundẽ Hippol.*

sing. 480. Add. ad hunc text. Tiraquell. post ll. connub. gl. 5. nu. 8.) ¶ Quod tamen fallit in pluribus casibus, puta ratione bonorum, delicti, contractus, conuentionis, & in alijs, in quibus reus sortitur forum actoris, qui notantur per Dd. in c. licet, & ibi in commento: Klingi. Ext. de Foro compet. Landrecht lib. 3 Arti. 25. in gl. in verbo was also, lib. 1. Arti. 61. & Arti. 87. eod. lib. in gloss. fin. ibi quia in casu denegatæ iustitiæ, etiam coram alio iudice potest conueniri.

Octo fallentias, seu limitationes, & vnam cautelã, notat Bartol. Socinus in regulis fallentia: Reg. 15. D. Petrus Duen. ibidem Regula. 21. & vide ea, quæ notaui infr. in litera F. versicu. de foro.

36 ¶ Item actor regulariter cogitur intentionẽ suam probare, l. qui accusare C. de Edendo. (Intentione non probata reus absoluitur, etiamsi nihil præstiterit, l. Actor. C. de probatio. Sed deducens vnam causam in libello, & probans de alia, an probatum dicatur, vide Hippo. de Marsi. in singula: suo 272. incip. in hac inclyta, & vide supr. in dictione Absolutionis: quare differt iur. ciu. & Sax.) vel potest reo deferre iuramentum ante litis contestationem, vel præstitam guarendam, secundum Articu. 6. lib. 1. Landrecht. Cogitur etiam Actor præstare Iuramentum à reo sibi relatum, Arti. 22. lib. 2. Landrecht. ¶ Debet etiam Actor paratus venire ad Iudicium, & cum deliberatione, c. de quo. de pœnis dist. 6. c. 1. versicu. Iudas. Speculator in Titulo de præparatorijs iudicij, §. 1. in principio, ideo etiam ipsi non dantur induciæ deliberatoriæ, lib. 2. Art. 2. in Textu. & glossa magna in fine Landrecht. c. 2. de libelli oblatio. ¶ Debet etiam actor esse habilis ad agendum, quia facilè sibi inhabilitas potest obijci, l. 1. & 2. C. Qui legit. person. stand. in Iud. hab. vide plenius Kilia. Köningk in practica sua c. 7. von dem Kleger, & Specula. in Tit. de Actore.

De Actis Iudicialibus.

37 Acta Iudicij quæ sint, qualiter conficiantur, quòd redigantur in scriptis, & quòd faciant fidem absq; alio adminiculo faciunt gloss. & Dd in c. Quoniam contra extra de probationib. ¶ Sed acta facta in vno iudicio, an præiudicent in alio: (puta, testes sunt producti & recepti in vno iudicio, an probent in alio: & confessio in vno iudicio facta, an operetur in alio) vide singul. 191. Domini Matthæi Matthesilani, incipiente, nota singulare dictum, & ibi in additione D. Gabriel. Saraijnæ D. Barto. Soci. in regul. fallen. regul. 8. dicit, quòd Acta facta in vno iudicio nõ faciant fidem in alio, per l. 2. & ibi per Bartol. C. de Edendo. cum duabus fallentiis, & tandem remittit ad fallen. Felini in c. causam quæ. de Testibus, & ad Iaso. in l. is apud quem C. de Edendo in pe. col. Et quòd Acta in vno iudicio facta, nõ probent in alio iudicio, inter diuersas personas, dicit idem Soci. in regu. 10. addendo 4. fallentias. & facit Tit. C. res inter alios acta, per tot. Et tandem acta facta in vna, ex pluribus instantijs, non valent, neque inter easdem personas fidem faciunt, quando ad diuersum finem facta sunt, dicit idem Soci. in 11. regula cum 5. fallentijs, & tandem in regul. 9. & 12.

Vide de Actis coram arbitro factis qualiter in scriptis conficiantur, & quod in iudicio ordinario probent: pulcherrima inuenies quoq; apud D. Robertum Marantam in suo speculo aureo, 5. cap. de instantia n. 55. 56. 57. (vbi dicit, peremptâ instantiâ perire acta iudicij, seu ad iudicij ordinationem tendentia, vt est libellus, satisdatio, litis contestorum, non autem acta litis seu causæ, quæ ad litis decisionem pertinent, quales sunt probationes, dummodo hæc acta publicata sint: nam si testes adhuc viuant coram iudice secundæ instantiæ publicari non possunt: aliàs secus in causa ciuili, probatoria.) ¶ Geylius in 4. obserua. 103. lib. 1. docet. Testes in momentaneo iudicio receptos, facere fidem in ordinario possessorio, ¶ Wie Gerichts Acten vor / in / vnd nach der litis contestation auch nach eröffneten beweisen vnd leuterungs Instantz / in Churfürstlichen Sächsischen Gerichten vnd Landen / sollen gesatzt / vnd eingebracht werden / notatur in der Sechsischen Constitution Arti. 1. Arti. 9. Arti 18. & Arti. 19. parte 1. 38

¶ Quod autem Acta facta in iudicio summario, non noceant in iudicio plenario etiam inter easdem personas, licet secùs in Confessione, notat Hippo. de Marsi. in singu. cuo 257. incip. Nemo audiendus, fac. not. Gail. d. obs. 103. n. 3. 39

¶ Et acta regulariter quòd debeant probari per scripturam, notat Hippoli. de Marsi. in Repetitio. Rub. de proba. mihi num. 20. reprobando Innocent. tenentem contrarium per d. c. quoniam contra. ext. de proba. ¶ Et quod acta in vno iudicio facta probent etiam in alio iudicio, firmat Geyl. in obserua. 123. num. 4. lib. 2. ibi declarando aliquos Actus qui gesti in vno iudicio probentur sic in alio. ¶ Wie aber Richter vnd Scheppffen oder andere Obrigkeit von jhren Proceß gezeugen sollen / de Iure Saxonico, vide in Arti. 88. lib. 3. Landrecht. Et est ibi addi. latina litera A. & gloss. 2. Arti. 100. Weichbild. Nota & vide Arti. 7. & 8. lib. 1. Landrecht. ¶ De actorum editione, â quo, (à iudice nimirum primæ instantiæ) cui, (cuicunq;, cuius interest ea edi) qualiter, (acta integrè edenda sunt: & quidem eorum copia, originali penes iudicium remanente) quomodo & quando (Appellatione interpositâ, & maximè si compulsorialibus per iudicem ad quẽ, id ei iniungantur: tunc enim intra terminum ab eo præfixum edat) sint edenda, & de compulsorialibus, vide Geyl. in obserua. 134. lib. 1. ¶ In actis quod non reperitur, omissum censetur,

tur. *text. est in d. c. quoniam contra. deprobat C c. in Albericus, de testibus, Geyl. in d. obser. 134. nu. 15. ibi inuenies multa bona.*

40 ¶ Pro solennitate actorum, & processus iudicis quanta sit præsumptio, *Menoch. lib. 2. præs. 68.* Acta debent scribi per Notarium actuariũ, & scripta per officiales nõ valent, & sunt nulla. *Viuius lib. 1. decis. 48.* Acta facta inter easdem personas de diuersis causis semiplenam probationem faciunt, *Viuius decis. 213. lib. 1.* Non dicitur actum, quando aliquid restat gerendum, *Viuius decis. 224. lib. 2.*

De Actorum amißione.

41 IN Instantia appellationis ad Cameram Imperialem, quando acta prioris instantiæ sunt amissa, vel defectus reperitur in illis: potest appellans de nouo agere: & condemnandus est iudex primæ instantiæ vtrisque partibus in expensis litis. *Mynsinger. centur. 1. obseruatione 12. Geyl. d. obs. 134. n. 21.* ¶ Et de actorum redemptione, quo casu appellans, & appellatus, teneantur illa pro dimidia expensarum redimere, *notauit Mynsinger in obseruat. 21. cent. 1.* ¶ Quando Acta sunt manca & inepta; reijciuntur, & in Camera de nouo agunt partes, *idem Mynsing. in obseruat. 16. cent. 2.*

De Actibus legitimis.

42 ACtus legitimi, sunt emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, tutoris datio, qui actus in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem, (puta: hominis vel facti. Iuris autem conditionem bene recipiunt,) *l. Actus legitimi, ff. de regu. iur.* ¶ Quid autem sit Actus legitimus, & quamlibet prædictam speciem, declarat Oldendorp, *in sua explicatione Antinomiarum, ff. de regu. Iuris ad d. regu. Actus legitimi.* Addit ibidem Oldendor. alios quinque actus legitimos, adoptionem, matrimonium, sententiam diffinitiuam, hæredis institutionem, & electionem, *de sing. vide ibi:*

43 ¶ Et plenißime de actibus legitimis, vide Daut. *de testam. n. 16. fol. 50. & 115.* Omnes actus tria canonizant, scilicet potestas, voluntas, & MODVS, *Alex. Raud. de Analog. lib. 1. c. 28. n. 90. & c. 34. n. 36. & seqq. vbi tres regulæ circa actus.* Actus factus in morte quin præiudicet tertio. *Fœm. de mom. temp. c. 7. n. 51. contr. ibid.* Actuum humanorum duo sunt principia, voluntas & potestas, quorum concursu omnia sicut, & altero deficiente nihil fit, *l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi. Carol. Molin. ad c. 1 §. si quis ita. n. 34. de verb. oblig. Panorm. e. Felin. c. cum super. de offic. deleg.*

De Actibus superfluis.

44 ACtus superfluus impertinenter factus, & inepte, vel vitiose adhibitus, nõ vitiat rem gestam, neque eius remotio, non etiã per omissionem leuis solennitatis res gesta vitiatur, dicit *Zasius in l. quæ extrinsecus, ff. de verb. oblig.* & huc est referenda regula: Quod vtile per inutile non vitiatur, quæ tamen regula in sua materia per ampliationes & fallentias à Dd, declaratur, *vide quæ notaui infr. in litera V. vers. de vtili, & inutili.*

¶ Hic loco non incõmode posset moueri illa quæstio, in foro, & praxi vsitata & quotidiana. Quando nimirum in aliquo contractu *duo interuenerint.* Actus: vtrum isti duo actus pro vno coniuncto; an diuersis, disiunctis, & separatis sint habendi. Et respondetur, quod duo actus correspectiui *pro vno* habeantur, *p. l. cum antiquitas, C. de testam. & ea quæ tradit Aym. Grauet. cons. 290. n. 13. & Iacob. Menoch. lib. 6. præsumpt. 12. nu. 3. & 2.* Vnde etiã propter vicinitatẽ Actuũ illud quod vni actui inest censetur etiam alij inesse. *l. patris & filij, ff. de vulg. & pupill. l. Titi. §. idem respõdit, ff. de. V. O. Modest. Pist. cons. 11. n. 52. vol. 2.* Quando vnus Actus fuit factus statim post alterũ, censentur duo Actus correspectiui (h. e. quod vnus, respectu causa & gratia alterius, confectus & celebratus fuerit) *l. 51. ventri, §. fin. ff. de priuil. cred. Menoch. lib. 3 præs. 12. n. 87. e. l. 6. præs. 12. n. 4.* Nec refert vnico contextu vel in continenti confecti, & absoluti fuerint *Menoch. d. n. 4. Dec. cons. 5. n. 10. cons. 46. n. 28. vol 3.* An verò non in cõtinenti nec vno contextu, sed breui tempore post, *vt post Anchoranũ & Decium respondit. Decia. cons. 32. n. 113. vol. 2. Menoch. cons. 109. n. 9. lib. 12. & de præs. lib. 6. præsumpt. 12. n. 28. & 31. Car. Molin. in tract. de cons. n. 407. Meno. d. præs. 12. n. 31.* 45

¶ Et in dubio actus præsumitur potius cõtinuatus, quam de nouo inductus: nec pluralitas Actus in dubio est præsumenda, *l. triticum l. scire debemus vbi Ias. ad fin. ff. de V. O.* Vnde etiam Baldus respondit, *in cons. 344. v. 2.* quod vbi præsumitur pluralitas contractuũ etiam ex pluralitate instrumentorũ, si cõstat: quod essentialia, & substantialia sint eadem, *Lati Decian. cons. 11. n. 34. 35. & seqq. vol. 1.* 46

De Accusatione.

QVid sit accusatio, quid differat à querela, & ad Accusationẽ quæ requirantur, notat Angelus *in Tract. suo de Malefi. in vers. Et ad querelam Titij.* ¶ Accusationis autem processus nõ fit officio iudicis, sed ad partis petitionem, *l. rescripto. §. Si quis accusatorem, ff. de muneribus & honoribus.* Secundum glossam ibi nota: Quod sine accusatore nemo damnatur. vnde illud (mulier: nemo te accusat.) Fallit in casibus *notatis in l. 1. §. Si publico, ff. ad l. Iu. de adulterijs.* ¶ Inter alia proceditur in notoriis, sine accusatore, vel solennitatibus accusationum, *l. ea quidem C. accusationib. & ibi Salicetus pulcherrime tractat materiam notorij, & habetur in c. de manifesta 2. q. 1.* 47

48 ¶ Accusatio autem vel inquisitio facta de crimine, tanquam commisso Certo tempore, vel loco: si probetur de Alio tempore, vel alio loco. debet sequi absolutio, *probatur in l. denunciasse. §. Quid tamen. ff. de adulterijs: dixit D. Petrus Duen. in regulis fallen. regu. 28. incip. accusatio, addendo tres limitationes, seu fallentias.* ¶ Reaccusatio, purgatione obtenta, an habeat locum, ita quòd etiam possit conuinci de periurio. *Mynsing. in obs. obseruat. 82. cent. 2. (crebriùs obtinuit, ait Myns. accusatorem admitti, si probauerit reum, qui præstitit iuramentum purgationis in causá fractæ pacis, peierasse) vide quæ de hoc notaui infr. in litera I. vers. de inquisitione, & in litera R. vers. reaccusatione.* ¶ Qualiter formandus sit libellus accusationis, *vide quæ notaui infr. in litera L. vers. de libello.*

49 ¶ Quid de conclusione libelli in accusatione, *infr. litera C. vers. de conclusione.* ¶ De formandis accusationibus, de fine, effectu, & qualiter extinguantur accusationes, *vide apud VVesenb. in Parat. de accusat. in fine.*

De Accusatore.

50 DE Accusatore vide Angel. *in Tractat. de maleficijs, in vers. & ad querelam Titij*, qui ibi in specie enumerat personas, quæ de crimine accusare prohibentur. (*ut sunt, mulier, pupillus, miles, qui in magistratu potestateve est: infames & iudicio publico damnati: qui falsum testimonium subornati dixerunt: qui duo iudicia aduersus duos subscripta habent: pauperes, seu qui non habent 50. aureos in bonis: rei postulati, antequam se purgauerint: qui nummos ob accusandum vel non accusandum acceperunt: serui, filij contra parentes, liberti contra patronos, consanguinei contra consanguineos, in enormi delicto, aliiq; similes. Adultos accusare posse verius est, ait VVes. in par. hic n. 9. licet repugnet Salic. in l. 2. C. de his qui accus. non posset.*) Item Iacob Nouel. *in Tractatu suo Defensio. in cap. Quæ personæ accusare non possunt*, ibi videbis qui, & propter quas causas ab accusando quisq; repellatur. VVesenb. *in Parat. ff. de accusation. num. 9.* docet qua ratione quilibet accusare prohibeatur. Hi tamen omnes (dicit) si suam iniuriam exequantur, mortemvè propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur, vel, nisi quęstio sit de atrocissimo crimine, quod quàm ocyssimè vindicari Reipublicæ intersit, *l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. ambit. l. fina. ff. ad leg. Iul. de anno. & l. 2. ff. de accusat.* ¶ De istis, qui accusari possint, docuit idem VVesenbec. *in Paratit. ff. d. tit. de accusat. num 10.* Quòd regulariter quilibet accusari possit, (*excipiuntur, absentes, mortui, legati, magistratus, serui, quibus casibus tantum bona aut ciuitas adimuntur: & semel absolutus de eodem crimine repeti non potest, nisi præuaricatione probatâ.*) etiam (in certis tamen casibus) Papa & Imperator, *consuluit Decia. in cons. 49. volu. 3. num. 13. & 14. & ibi de Magistratu accusando.*

51 Vniuersitas quòd possit accusando vel defendendo, in criminali comparere per procuratorem vel Syndicum, dicit Gandi: *de maleficijs, in tit. de homicid. & eorum pœnis num. 17.* ¶ Et pluribus accusatoribus concurrentibus, quis in accusando præferatur, vide Angel. *in d. vers. & ad querelam. VVesenbec. in Parat. ff. de accusat. num. 9. in fin. ibi.* (si non conueniat inter plures, quis accusare debeat, erit iudicis, magis idoneum eligere.)

52 Tutor & curator quatenus possint accusare nomine pupilli sui, vide Salicetum *in l. 2. C. de his, qui accusare non poss. Veluti, in crimine falsi d. l. 2. & cùm mortem patris sui persequitur. Bald. in add. ad specul. tit. de homicidio.*) Nach Sächsischen Rechten / gebürt die peinliche Anklage allein dem nechsten Agnaten vnd Schwerdtmagen / *gloss. 4. Artic. 16. lib. 2. Landrecht, & ibi in Apostilla:* Oder in mangelung des Schwerdtmagens / gebürt sie dem Spielmagē / *additio ad Artic. 64. lib. 1. Landrecht, litera C.* Anhero ist zu mercken / wann jhrer viel klagen auff einen Mann / vmb Vngerecht / das er nicht darff dem andern antworten / ehe dann er von dem ersten ledig wird / *Arti. 12. lib. 3. Landrecht* (puta, de eodem crimine: secus de diuersis. *VVesenb. declarat. in parat. ff. de accusa. num. 10.*) inspicimus isto casu saltem litis pendentiam, non etiam requirimus litis contestationem, *& præsentis materiæ concordantias iuris ciuilis vide in addit. lat. litera F. ad d. Arti. 12. lib. 3. Landrecht.*

53 ¶ De processu Iuris Saxonici mus der Kläger auff begeren des Beklagten der Klagen ein rechte gewehr bestellen / hat die wirckung das er jhn nach der Absolution vor Ansprach anderer müste vortretten. *Chilia. König in practica sua, c. Von der gewehr, gloss. 5. Art. 14. lib. 3. Landrecht.* ¶ Aut iudex accusat ad vindictam publicam officio suo nobili, quod etiam facere potest accusatore desistente. *Bart. in l. inter omnes, § Rectè, ff. de furtis. Aretinus in titu. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascunt. §. furtum, num. 7. vers. in gloss. fraudulosa.* ¶ Nota, die da klagen vber Handhafftige That / die sollen klagen mit geruffe / wir nennen es ein Zetergeschrey / vnd das vmb der Handhafftigen That willen / die da offenbar ist / *Arti. 64. lib. 2. Landrecht.* Was aber eine Handhafftige That sey / vide ibi *in d. Arti. 64. in glossa 6. (quæ dicit, Handhafftige That heist eine jegliche mißhandlung, welche also offenbar ist, das man sie mit den Augen sehen, vnd mit der that begreiffen kan,) & notaui infr. in litera C. vers. de crimine flagranti.*

¶ Et

54 ¶ Et quia licet quis possit pœnam remittere respectu sui, non tamen potest remittere respectu pœnæ fisco applicandæ, sicut nec econtrà, *Aretinus in tit. instit. de exceptionibus, §. sequitur col. 14. num. 22. vers. vbi dicitur.* ¶ Qualiter autem accusator desistens ab accusatione, sit citandus ad accusationis prosecutionem, notat Salicet. *in l. qui crimen col. 3. vers. contra secundam partem C. de his qui accusa. non poss. vide Dd. in d. tit. C. de his qui accusa. non poss. in tit. C. & ff. de Accusa. & inscrip. nota aliqua huc quæ supr. notaui*
55 *vers. de Actore & de Accusatione.* ¶ Pœnam eius, qui ab accusatione incepta desistit, vide in Arti. *62. & ibi in addi. latina litera D. & in glos. 6. lib. 1. Land. & Arti. 8. lib. 2. Land.* (vbi dicitur: vmb geringe Beuthe wird mit dreyen schillingen gewettet: einem jeden Richter: aber vmb grosse Beuthe/ als in Peinlicher Klage/ sol man wetten/ als du hast/ *Art. 64. lib. 3. Landr.*) Plures quòd ab vno de diuersis delictis non possint accusari, nisi suam iniuriam prosequatur: de vno delicto autem rectè quod accusentur, voluit VVesenb. *in parat. ff. de Accusatio. nume. 10.* ¶ De *Reconuentione* in hac materia, vide quæ notaui, *infr. in litera R. vers. de Reconuent.*

De Actionibus & actibus.

56 Actio *Directa* dicitur, quando locum habent & verba & sententia legis: *Vtilis* verò, quando solum mens, & sententia legis conueniunt, & non verba: *Text. est & ibi gl. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omnium iud.* Habens Vtiles actiones, præfertur habenti Directas, aut exercitium directarũ. *Hæc est communis opinio, de qua per Alex. in cons. 15. vol. 6. col. 1. viso & consider.* De vtili actione, & quot modis dicatur, & an sit Natiua, vel Datiua, *vide Bart. in l. 1. ff. de Act. & oblig.* Item an Vtilis actio eadem sit cum Directa, & an habeant eandem vtilitatem intentatæ, *vide pulcre Pet. de Bell part. q. 11. Item an Actio vtilis sit natiua, vel datiua? & quæ dicatur natiua & datiua, vide Petrum q. 12. Et de materia duplici Actionum tã Realium, quàm personalium, vide eundem in d. q. 12.*

57 De suo proprio jure, non tertij, unumquemq; agere & excipere oportet, *l. vti frui ff. Si vsusfr. pet.* Nec potest quis ius tertij allegare, *l. Loci, §. competit. Si servit, vend. vide Petr. de Bell. de feudis in Rub. quo iure pet. feud. col. 3. in pr.* Sine actione nemo experitur, *l. quotiens, §. Item si temporali ff. de adm. tuto l. Si pupilli, §. fin. ff. de neg. gest.* Fallit quando ex contestatione litis speratur nasci actio, *ita limit. Ias. post Moder. in l. Si pluribus in pen. col. de leg. 1. per tex. in l. Si Titius de verb. oblig. & l. nuda C. de contrah. & committ. stip.* Et iudex talem agentem tenetur repellere, etiam parte non petente, quando hoc ipsi constat, vel ex actis. *Ita Ias. post gl. no. in l. vbi pactum in 5. col. C. de transact. & ibi vide Bart. in 4. col.* Adde præmissis casum, quo sine actione quis agit, *in l. Si Titius, ff. de verb. obl. vide Carolum in l. stipulationes non diuiduntur in 9. q. fol. 135. ff. de verb. obl.* Actio semel extincta non reuiuiscit, *l. qui res §. aream, ff. de solut. l. 2. circa fin. C. de vet. iur. enucl. l. inter stipulantem. §. Sacram. de verb. obligat.*

Actio inanis est quam debitoris inopia 58
excludit, *l. nam is nullam, ff. de dolo. c. olim el. 1. de rest. spol. l. itaq; fullo. de furtis.* Actio *Confessoria vtilis* competit pro iure iurisdictionis cõseruandæ, vel iure eligendi. *Paul. de Cast. in l. vt pontem de seruit. titulo genera, vide latè Doct. Moder, in l. si prius, de op. no. nunc.* Agere quis dicitur, lite contestata, non prius, *l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. Vide Ias. in d. l. Si prius.* Actio & Accusatio quomodo differant, *vide Ias. Inst. de Act. in glo. 1. Item Alex. in l. qui accusare C. de edendo.* Et quando actio dicatur criminalis vel ciuilis, *vide Bart. in l. 3. ff. de Sepulc. viol. Abb. in Rub. de Mag. Ias. in d. l. 3.*

An actiones sint computandæ inter bo- 59
na Mobilia vel Immobilia, *vide Petrum Ferrar. in sua practica, in for. libel. in act. real. in verbo veris. fol. 13. col. 4. in princ. Ibi amplius quæritur an actio personalis. Et eundem in forma li. pro lega. rei sing. fol. 171. col. 3. in princ. ibi. Sed pone, quod Testator legauit omnes res mobiles Titio.* Actionis appellatione omne remedium venit, & continetur, *l. & eleganter, & ibi Bart. in 1. not. de Dolo.*

Parum esset habere res nisi haberemus Actiones, per quas conseruaremus, *gl. Rub. ff de serui vend.* Actore non probante reus absoluetur, *l. qui accusare C. de Edend. c. 1. vt Eccles. benef.* Etiamsi reus nihil præstiterit, *c. si. de iur. iurand.*

Actio per lit. contest. perpetuatur, *in l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. fin. C. de Edict. Din. Adr. toll. Bart. in l. fin. ff. de eo per quem factum est. Hæc iura allegat, ad hoc Alex. in cons. 150. volum. 5. fallit in 4. casib. l. fallaciter C. de Aboli.* Actio quælibet stricti iuris, potest fieri *arbitraria*, & quare ita dicatur, *vide Ias. in l. vnic. Si certum petatur. 13. col.* Actorem per singula momenta onerare non oportet. *l. Si is à quo §. vlt. vt in poss. leg.*

Actoris & Rei debet esse eadem conditio, 60
nec vni licere, quod alteri non licet, *l. non debet, de Reg. Iur. c. 2. de mut. petitionibus.* Vnde quando vnus ex litigatoribus est priuilegiatus, quod non soluat sportulas: aduersarius eodem priuilegio gaudet, ratione æqualitatis in iudicio seruandæ, *Vide latè de hac regula: quod æqualitas in iudicio seruanda est, Ioann. de pla. in l. in sacris. § fin. C. de prox. sacro. li. 12* ubi

latè

latè declarat, hanc regulam in alijs dispositionibus locum habere. Quod nota contra nobiles, & iudices sedentes in iudicio prouinciali, in aula Cæsaris Vrat. Nam ipsi sunt liberi, quando litigant in dandis pecunijs pro sententia & alijs sportulis. Vnde aduersarij eorũ, cum quibus litigant, etiã liberi esse debent, ut æqualitas in iudicijs inter actorẽ & reum seruetur: per supra deducta.

61 Agere tenetur quis per se in iudicio, maximè criminali: hoc tamen fallit, *vt videre pot. s ap. Socinum in reg. 245.* Agere si velit, qui excipiendo succubuit, non audiatur, *vide Decium cons. 96. vol. 4.* In actionibus bonæ fidei, iure Actionis, & non officio iudicis *fructus* veniunt, *gl. est in, §. Actionum in gl magna Inst. de Act. circa medium*: in alijs regulariter officio iudicis mercenario, *l. 1. cum gl. C. de iudic. vide Ias. in l. edi. C. de Edend.* In Actionibus bonæ fidei veniunt fructus, & accessiones à tempore moræ, *l. in minorum C. in quib. caus. in integ. rest. non est necessaria.* In Actionibus verò stricti iuris, veniunt solùm à tempore litis contest. *l. videmus, §. Si actiones, de vsur. Ita Alex. incidenter in l. 1. in 13. col. de leg. 1. n. 28.* Quando veniant Accessiones tàm in Actionibus bonæ fidei, quàm stricti iuris, *vide plenè Petrum in quæst. 9. ibi tractat intellectum l. 1. in fin. C. de condict. ind.*

62 Actor forum rei sequitur, *l. 2. C. de iurisd. omnium iudic. c. cum sit, de for. comp.* Nota tamen casum singularẽ, in quo reus forum Actoris sortitur, contra regulam iuris communis, *per Io. de Plat. in l. 1. in fin. C. de Incol. lib. 10.* Tu hic nota, & alliga ad digitum cautelam, per quam fere nunquam Actor tenetur sequi forum Rei, videlicet, quod Acturus dicat Iudici: *Ego sum acturus ad talem rem, vos faciatis fieri proclama, ut omnes, qui sua interesse putant, compareant.* Nam si hoc casu comparuerit, etiamsi fuerit Clericus, tenebitur respondere in foro Actoris. *De hac vide Socinum in Reg. 10. in 8. fall.*

Quando fuit actum inepta & incompetenti actione, iudicium est nullum, *gl. est Inst. de obl. in princ. in verb. secundum, quam gl. Bl. in l. Actori C. de re. cre. dicit in mundo singularem.* De ineptitudine autem Libelli, *vide Latè Moder. in l. 1. de off. ass. & Can. in c. cum dilecti, de empt. & vend.* Actiones dici debent de eo iure, à quo iam sunt proditæ, tàm quoad materiam, quàm quoad formam, *gl. est vnica in l. Creditores, in verb. ciuili, vide Ias. in pro. act. fol. 13. n. 46.*

Quando verba legis referuntur ad iudicem, oritur officium iudicis, & non actio: quando verò ad partem, oritur actio, *gl. in l. si soror. C. de coll. Bart. plene in l., vnic. ff. de cond. ex lege.*

63 Quando competit remedium Ordinarium, cessat Extraordinarium, *l. 3. §. Sed an sit, & §. sed si gratis. ff. nau. caup. stab. Io. de Plat. in §. 1. Instit. de bonor. poss.* Quando autem duo remedia concurrere possint, & vnum aliud tollat, *vid. Br. in l. in prouinciali, §. si verò in loco de op. nou. nunc.*

Vbi non reperitur, proditam esse Actionem à iure, & habemus edictum prætoris, nullam specificam concedens actionem: intelligitur concedere actionem in factum, *l. 3. §. ait prætor cum gl. ff. nau. caup. stab. l. ex hoc edicto. ff. de eo. per quem factum erit. Alex. in l. 1. in 13. col. ff. de leg. 1.* Actionem cedere & mandare quomodo differant, *vide per Pet. q. 13.* Actor instructus venire debet, *l. qui in alterius, §. fin. de Reg. iur. Car. in l. stipulationes non diuiduntur, Lect. 65. fol. 108. de verb. obl.*

Quando alicui plures actiones ad idem competunt, tunc Actor debet *eligere*, qua velit agere. *l. quod in hæredẽ, §. eligere, de trib. act. vide Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. q. 9. in 3. pract. de verb. oblig. vbi declaratur hoc.* Tamen quando incertum est, quæ actio potiùs competat, potest duas vel plures simul proponere, *l. 1. §. quia autem, ff. quo leg. idem Br. in d. l. stipulationes in vlt. quæst. ad finem.*

Actio & obligatio *semel extincta* in perpetuum, restitui non potest, *l. qui res, §. aream ff. de solut. & l. memor, §. duobus, ff. de leg. 2. vide Ferr. in forma libelli, qua agitur pro Donat. in verbo irreuocabiliter, fol. 137. col. 4. in fin. il. verbu col. vbi ad pulcram q. de qua ibi allegat hæc iura.* 64
Et per hoc ego consului Doctori Ruperto de Schuueid. &c. in casu, quo frater Titius fratri Iohanni omnia bona Donatione inter viuos donauit coram Capitaneo: Executione post mortem dilata, posteà Iohannes frater non expectata morte Titij emit à Titio omnia bona priùs donata. Dixi per hoc esse recessum à Donatione, *l. ab emptione, ff. de pact.* Etenim in mortis articulo frater Titius instrumentum Donationis primæ, iterum tradidit fratri Iohanni: vigore cuius, post mortem Titij, bona relicta ipse ratione illius Donationis petit: mater verò Titij filij præmortui asseruit, se hæredem filij, & se debere præferri filio suo Iohanni in successione fratris Titij ab intestato mortui. Consului pro matre: Quia donatio semel extincta restitui non potest, per iura prædicta. Et hoc de iure Sax. in quo mater filio præmortuo, excluso fratre defuncti, succedit, *in spe. Sax. lib. 1. art. 17.* Quanquam de iure communi frater simul cum matre admitteretur. *Aut defuncto C. ad Tert.*

Qui vult agere, vel rem petere, sequatur Iurisconf. consilium, *in l. is qui destinauit, ff. de Rei vind.* vt si aliquo interdicto possessionem nancisci potest, hoc faciat: Quia longè commodius est, ipsum possidere, 65

dere, & ipsum aduersarium ad onera petitorũ cōpellere. Ad agendũ interdũ quis cogitur, *vt est in remedio l. diffamari C. de ing. manu. vide Ang. Inst. de Except. fol. 274. col. 2. in fin. ibi secundo fallit secundum gl.* Sed necesse est, quòd iudex in assignando terminum dicat (& si infra terminũ dictum nō egerit, ex tunc pro vt ex nunc eum de cætero non esse audiendum) *ita Cepol. caut. 168.* Actionem cedere & mandare quomodo differant, *vide Pet. q. 13.*

66 Cessio actionis *inter alios casus, quos ponit Spec. in tit. de Cess. act. §. 1. vers. 5. verum si actio, quæ ceditur, fuerit indubitata*, de iure vera & valida dicitur: quando creditori suo pro debito debitor cedit, etiamsi cedat actionem ad maiorem quantitatem, *est tex. in in l. per diuersas. C. mando & l. 1. & per totum C. de hæred. vel act. vend.*

Nomen vel actionem suam potest quis vendere, vel cedere etiam ignorante debitore, vel inuito, cuius nomen venditur: siue purè debeat, siue non, *l. nominis C. de hæred. vel act. vend. & l. 2. C. de Don. & l. nomina, ff. de hæred. vel act.* Secus est in delegatione, quæ fit consentiente demum debitore, *l. 1. C. de nou.* Quia delegatio fit per nouationem, nouatio per stipulationem, & stipulatio tantùm à præsente, & volente contrahitur, *l. 1. in pr. ff. de verb. obl.* Cessionis veritas apparet inter alia, quando publicè, & palàm facta est, *l. non existimo, de admin. tutor. & cur. ibi per artes clandestinas, & si fiat creditori pro debito.* Cessio nominis est venditio, *l. cum is. ff. de fideiuss.*

67 Paria sunt aliqua fieri in actu, vel in continenti post actum, *vide ad hoc decisionem pulcram Bart. in l. vt iurisiurandi, in pr. de op. lib. & Alex. in l. iurisgentium, §. adeo, ff. de pact. vide etiam Ias. in l. edita C. de edend. Br. in l. si impuberi, ff. de tut. & cur. dat. vide gl. in l. Pomponius, §. rati, ff. de procur. & gl. in l. 2. in pr. in verb. post narrationem. C. de iur. calum. & Ias. in l. Sancimus, in 3. col. de iudic. facit l. Pedius in pr. ff. de iact. vel nauf. Ias. in l. Diuortio, §. interdum ubi multa accumulauit, ff. Sol. matr. Idem Ias. in l. 1. in 1. Lect. col. 10. ibi quarta conclusio ff. de aqui poss. & Ias. in l. edita C. de edendo in 4. vel. 5. col. Vbi hanc Regulam sex fundamentis confirmat. & Ias. in l. ita demum in 1. col. ibi secundo limitatur. de procur.*

Quæ in continenti fiunt post actum, videntur actui inesse, *l. Lecta, §. dicebam ff. si certum pet. vide Paul. de Cast. in l. in suis, ff. de Lib. & posth.* vbi Bald. dicit, quòd si vigore statuti licet Bannitum impunè interficere, licitum & est ei bona auferre: quòd intelligit Paulus, viuente Bannito: Sed eo mortuo non licet bona eius furari. Et dicit idem Paul. *in cons. 31.* quòd vigore dicti statuti non licet Bannitum mortuum spoliare, nisi ab ipso occisore, & dummodò hoc in continenti fiat: quia sicut sibi licuisset priùs auferre bona, & posteà occidere: ita hoc sibi licet, si statim post occisionem facit. Quia quæ in continenti fiunt, &c. *vide ad hoc Fel. in c. quæ in Eccles. col. 5. de const. tu.* Quando plura fiunt in continenti, vnum post aliud: dicuntur fieri simul, *vide pulc. Br. in l. quærebatur. ff. de test. vide inf. in verb. testis.*

Paria sunt aliquid factum esse, vel statim secuturum fuisse, *hoc per multa declarat. Goza. in l. si quis id quod, ff. de iur. omn. iud.* Quod etiam habet locũ in pœnalibus. Ad præmissa adde, quòd paria sunt, quod quis per tormēta cōfiteatur, vel metu tormentorum. Item paria sunt, fieri in naufragio, vel timore imminētis naufragij. Itē paria sunt, fieri propter bellũ, vel timore belli. Item idem operatur præparatio ad fugā, quod ipse actus fugæ. Itē operatur timor litis, quod ipsa lis, quoad transactionem faciendā. Idem iudicamus de inimico, quod de illo, de quo dubitatur verisimili ratione, quod debeat fieri inimicus. *De quibus omnibus, & multis alijs pro confirmatione præmissæ regulæ, vide D. Hyppolitum de Marsil. in l. 1. in pr. fol. 4. n. 43. cum mult. seq. ff. de quæst.* Actus validus potest peti cōfirmari. *Latè Alex. in l. de pupillo, §. qui opus in pr. de op. n. nunc.* Actus vltra intentionem agentis extendi non debet, *l. non omnis. ff. si cert. pet.* Paria sunt actum non fieri, 68

vel malè, & ineptè fieri, *vide inf. in verb. factum, vbi multa ad hoc.* An actus, qui fuit de facto, sed iuris effectum non habuit, puniatur, *vide Fel. in tr. conatus remißiuè col. pen. in fi. vide inf. in verb. pœna.* Prohibitus facere actũ, post terminũ nō prohibetur declarare, *Bal. in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. & iur. vide Gaza. in l. omnes populi in 2. q. principali.* Actus idem non parit liberationē & obligationem, *l. cum ijs, §. 1. de cond. ind. Br. in l. pactũ in 1. col. C. de transact. l. qui hominem, §. fin. de Sol. Pet. de Bell. pert. in notabili 14.* Actus in iudicio facti, sunt efficaciores, quàm extra: vt pactum nudum, in iudicio factum, producit actionē: item confessio sine causa, *vide Alex. in l. 1. & in Rub. de verb. obl. vide inf. in verbo iudic.* Item simplex patiētia in iudicio sine verbis, habet vim stipulationis, *vide Br. in l. 1. in pr. de verb. obl. l. cũ ostend. gl. fin. de fideiuss. tut. vide de hoc latè Ioh. de Mon. Ferr. in l. 1. in. pr. col. 9. de verb. obl. vide de hoc etiā latè D. Hipp. in Rub. ff. de prob. col. 19. et 20.* Vt actus valeat, verba impropriantur. Vide Deciũ *& ibi Goza. in l. fin. lect. 20. in pr. C. qui admitti.* Vbi etiā dicit: Ad hoc, quod actus valeat, præsumitur præposteritas, & vltimum primo factum, & primum vltimò. Semper debet fieri interpretatio in dubio, quòd actus valeat, quàm quòd corruat, *l. quotiens la. 2. ff. de verb. obl.* Quod declara, quo illa interpretatio fiat, vt actus semel tantùm valeat, non autem, vt duobus modis. Satis est enim actum semel valuisse. *Ita Moder.*

Moder. declararunt in l. si quis ante ff. de aqui poss. Goza. in l. 2. Lect. Si certum pet. vide Br. in l. fructus in fin. ff. sol. mat. Caro. in l. 1. §. 1. fol. 35. in pr. ff. de verb. obl. Et ista præsumptio præualet alijs, *ita Dec. conf. 77. vol. 1. vide etiam Curtium in conf. 20. fol. 96. col. 3. vbi pulcrè loquitur.*

71 Actus inualidus non nocet agenti, multò minùs conatus, *Fel. in C. ex tenore Ex. de rescript. & in tract. Conatus.* Actus nullus non est actus, *l. 2. C. de Eunuch.* Actus etiam validus, qui non potest habere effectum, dicitur nullus, *vide latiss. Ias. in l. fin. ff. de off. eius.* Actus etiam nullus & inualidus declarat voluntatem alicuius, *l. si. ff. de reb. eo. l. Legatum §. fin. De adim. Leg. Bart. & D D. in l. cum quis C. de iuris & facti ignor. & in l. 1. in col. 2. de cond. ind. vide inf. in verb. voluntas. Adde Dom. Goza. in l. 1. §. fin. ff quod quisq. iu.* Et ergo licèt paria sint, actum non fieri, & nullum fieri: hoc tamen fallit in declaratione voluntatis, quæ sicut ex valido actu, ita & nullo declaratur. Quod nota. *Vide Ruinum in l. in quartam fol. 21. ibi donatio verò ff. ad l. Falcid. vbi habes etiam alias limitationes.*

72 Annullatio actus est pœna. *l. non dubium, ubi communiter D D. C. de leg. Cur. conf. 7. fol. 81. col. 2. Vide Bar. Bl. & Alex. in l. turpia de Leg. inf. per illum textum.* Quod est vtile scitu ad L L. & statuta pœnalia, *Vide Alex. & Goza. in l. omnes populi ff. de iust. & iur.*

Omissio solennitatis ipso iure vitiat actum, *l. cùm hi § si prætor ff. de Transact.* Hoc intellige de graui & substantiali solennitate, nõ autem leui. *Vide ibi Ias. & eund. in l. hac consultissima C. qui test. fac. poss.* Quando actus fit contra prohibitionem cõstitutionis, est nullus, *vide Dec. conf. 229. vol. 2.* An actus, qui non habuit juris effectum, debeat puniri, vide Petr. *not. 15. & q. 57. vide Fel. in tract. conatus in penul. col. Qui est post tit. de Appell.* Et talis actus qui nõ habuit juris effectum, etiam dicitur actus nullus, *secundùm Ias. in l. fin. ff. de offic. eius.* An & quando faciendo de facto incidat quis in pœnam, vide post Br. alios *in l. vbi pactum C. de transact. & ibi melius per Ias. quàm alibi.* Hinc nota: quòd licèt stipulatio & contractus sit nullus, tamen confessio in eo facta valet & probat, *Vide Bar. in l. 1. §. si quis ita, vbi D D. de verb. obl. Latè Alex. in l. stipulatio ista §. Chrysogonus eod. tt. Br. & ibid. Latè Ias. in 6. colum. ibi successiuè in quantum; in l. certi conditio. §. si nummos. Et ibi aliqua adducit contra hoc, quibus optimè Goza. respondet ff. si cert. pet. vide in verb. contractus.*

73 Contra actum ipso jure nullum potest etiam ipsemet qui actum fecit, venire. *c. si quis presbyterorum, vbi not. de reb. Eccles. non alie. C. nosti, vbi not. de elect. vide Alex. in conf. 22. vol. 6.* Casus multos, in quibus verba pro actus validitate requiruntur, vide per Ioh. *de Mon. Ferr. in leg. fin. in pr. in 4. col. de verb. obl.* Partes non possunt contra substantialia actus disponere, *l. cum precario ff. de precario.* Nec legi derogari potest formam inducenti *l. nemo potest cum materia ff. de leg. 1. vide Goza. in l. 1. §. 1. de verb. obl. in prin.* Actus liberatorius faciliùs valet, quàm obligatorius, *gl. in l. eum, qui de const. pec. vide Car. in l. 1. §. si quis ita, fol. 45. fa. 2, in pr.* Actus à forma potiùs denominandus, quæ dat esse rei, quàm à materia, *vide inf. in verb. forma.*

Geminatus Actus est efficacior simplici, *l. si mulier La. 2 C. ad Vellei.* Hoc fallit in actu momentaneo, in quo geminatus actus habetur pro vno: *Per ea, quæ voluit gl. in l. si conuenerit, de pig. act & gl. in verbo instanter in c. ab eo. de Appell. lib 6. Hoc pulcrè confirmat Ioh. de Mon. Ferr. in l. 1. in pr. col 8. ibi opinionem autem Br. ff. de verb. obl. Vbi tradit pulcram doctrinam de geminatione verborum & actuum.* Actus geminatus ut fiat efficacior simplici, requiritur, quòd non vno tempore fiat, quia tunc reputatur pro vno, *gl. in l. si conuenerit, de pign. act gl. in c. ab eo in verbo instanti, de Appell. in 6. Alex. in l. 1. in pr. n. 37. de verb. obligatio.* Hoc limitat ibi Car. *lect. 10. fol 25.* nisi illi duo actus eodem tempore fierent à diuersis personis. Appellatione *actus* in dubio venit primus, *l. boues §. hoc sermone, de verb. sign.* 74

Si actus, vel res peruenit ad illum casum, 75 à quo incipere non potuit, an vitietur, *vide Pet. q. 47.* Aptitudo est attendenda, etiam si actu res talis non sit, *l. Labeo ff. de stat. lib. vide Car. in l. stipulationes non diuiduntur in 8. q Lect. 62. fol. 131. de verb. obl.* Actum licitum faciendo quis pœnam non meretur, *l. Gracchus C. de Adult.* Quamdiu aliquid superest agendum, nihil actum esse dicitur, *l. si is qui quadraginta §. quædam ff. ad l. Falc. & l. cum Silleianum in fin. vbi verba formalia C. de his, quibus ut indig.*

Vnus & idem actus est *licitus* interdum ex 76 parte vnius, & ex parte alterius *illicitus*, & prohibitus, *ita gl. & Ias. qui hanc regulam colligit in l. transigere in 3. col. in fin. C. de Transact.* An eadem solennitas requiratur in actu destruendo, quæ requiritur in eo conficiendo, *vide Cur. in tr. feud. in 2. part. princ. fol. 13. col. 3.* An solennitas requisita in actu Conficiendo, requiratur in actu Reficiendo, *vid. eund. Curt. in d. tr. & par. fol. 10. col. 2.*

De Accidente.

Accidens, vel qualitas non potest esse sine substantia, *l. 2. de vsufr.* 77

Accidentis non est accidens, *l. 1. de vsufr. leg. l. 2. §. recte Neratius. Si Seruit. vendic.* Accidens vel qualitas intelligitur secundũ tempus verbi, cui adjicitur. *l. in delictis §. si extraneus de noxa. l. Titius, & latè Br. in l. ex fact. in pr. de vulg.*

Acciden-

Accidentis esse, est inesse, *l. si seruum mihi, §. 1. de act. empti. l. 2. de vsufr.*

De Additione, statuto vel legi facta.

78 ALicui statuto vel legi quando fit additio, vtrum intelligatur repetitum in additione, quod erat in statuto, quò ad pœnam & quò ad alia, *vide Anto. Corse. vbi pro negativâ concludit. in singula: suis, in verbo, Additio, & ibi in additione.*

De Admenatione.

79 ADmenationis materiam an iste actus punibilis sit (Wann ein Poeck/Messer/Schwerd oder Hand zum schlage wird auffgehobē) vide Ang. (*Qui respōdet, quod sic, nisi vulnus secutum esset, tunc enim de solo vulnere puniretur, vt ibi per eum*) *in Tractat. suo Malefi. §. Admenauit contra dictum Titium.* respicit materiā, quam infr. notabo, *de affectibus sine effectu.* Sed videns præparamenta ad offendendum potest licitè præuenire, & offendere aduersarium: quia cunctatio isto casu est periculosa. *declarat & docet Marius Salomon in l. vt vim ff. de Iusti. & iure. num. 3.* ¶ Gezucket Schwerd oder Messer/wo ferne (*si vulnus duellare, Kampffwanden, infligitur, committitur iudici supremam iurisdictionem eius loci habenti: sin tantùm stringitur, vel saltem sanguine per transuersos gladij ictus cutis percusso stringitur, hereditario iudici cedet.*) vnd wann dasselbe des Richters werde. *Vide Tex. addi. & gloss. Arti. 62. lib. 1. Land.* Vnd ob der Richter die Scheide möge mit nemen. (*Respondet additio Latina, quòd non.*) *Concordant. Iura ciuilia prout habetur in l. 1. §. Diuus Hadrian. ff. ad l. Corne. de Sica.*

De Administratore alienarum rerum.

80 IVstum & æquum est, vt quis reddat rationem administrationis suæ, prout VVesenbe. consuluit progrediendo ad tutores & curatores, *in cons. 47. part. 1. per tot. Alex. de. Imo. in cons. 62. vol. 4, ibi, quòd nec rationis redditio à testatore posit tutori remitti, & per t. t. ff. de tutel. & ration. distrah. & fac. in iure Sax. art. 11. & 23. lib. 1. Land.* ¶ Et istud etiam habet locum in *fratre*, qui stetit cum fratribus in communione, administrauit communia bona fratrum & rexit domum; nam talis, quando fratres volunt diuidere, administrationis suæ rationem reddere tenetur, etiam non obstante cursu longi temporis, cogitur etiam rationem edere, de his, quæ viuente patre administrauit, etiamsi pater rationem reddi non mandauerit. *Hipp. de Marsi. in singu. suo 493. incip. Iustum & æquum. Vide ibidem remißiuè.*

81 ¶ An administrator, qui semel reddidit rationem, teneatur eam vlteriùs reddere? Vide Do. VVese. *in comment. C. ad Tit. de Errore calc.* ¶ Et de pœna officialiū publicorū non reddentium rationes iusto, debito & statuto tempore (*quòd videlicet in hoc potiùs attendat. pœna statuti, quam iuris communis*) ac de causis, quæ moram purgare posint, quò minus incidant in pœnam, consuluit d. VVesenb. *in cons. 61. part. 2.* ¶ Adde administratores etiam seu officiales, vt sunt tutores, curatores & similes: non possunt emere res illorum, seu bona cuius vel quorum administrant, *probat tex. in l. si in emptione, §. fin. ff. de contrahen. emp. gloss. in l. cùm ipse C. eo. tit. l. non licet, ff. eo.* vbi text. dicit, quòd amittant rem, & condemnentur in quadruplum, *D. Pet. Duen. in regulis fallen. reg. 31. 6. posuit fallentias de officiali. De tutoribus seu curatoribus tres docuit prohibitionis rationes, nouem ampliationes, & nouem fallentias, lege & inuenies vtilißima.*

¶ Administratores bonorum ciuitatis possunt constitui ab ipsa ciuitate, etsi ea nullam iurisdictionem habeat, *Henning. Goed. consil. 2. de iur. ciuit. n. 2.* & possunt incipere administrare, antequàm à superiore confirmati sunt, *ibi. n. 3.* & tenentur reip. de malè gestis, vel omninò non gestis, *n. 4.* & ijs subest ciuitas, sicut minor, vel pupillus tutori, *ib. d. n. 2.* 82

Camerarius vniuersitatis, qui recipit granum, & introitus ciuitatis quando teneatur de diminutione calo, & mancamento, & quando non, *latè Caualc. 1. decis. 37.* Hæres administratoris vel tutoris tenetur reddere rationem, & exhibere libros: nec statur eius iuramento de illis non repertis in hæreditate: quando præsumtio violenta esset cōtra eum, non confecisset inuentarium, promisisset restituere omnes libros, vel esset condemnatus ad omnes libros exhibendos, *Caual. decis. 38.* Administrator, & eius hæres tenentur de neglectis, & omisis: & ad debita non exacta, si debitor effectus est non soluendo, tempore eius administrationis, *Caualc. dec. 38.* item tenetur soluere debita contenta in libro rationis, si talis liber non est benè ordinatus, & non facit fidem, *ibid. & 39.* 83

Negotia aliorum, qui tractarant, rationes reddere debent, & quid in reddendis rationibus obseruandum sit, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 209.* Rationes si reuidendæ sunt, impensis petentis reuideri debent, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 228. n. 18.* Rationes qui reddere tenetur, quo loco facere posit, vel debeat, *Menoch. lib. 2. cent. 1. c. 468.* 84

Acquisita ab Administratore bonorum Principis, vel Reip. quando præsumantur quæsita propria pecunia, vel pecunia principis & Reipub. *Menoch. lib. 3. præsumt. 52.* 85

 Admi-

Administrator tenetur reddere rationes in loco, vbi administrauit. *Sebast. Medic. de ll. & statut. p. 4. quæst. 13. n. 7. per l. prætor. §. is etiam, de edendo.* Rationem reddenti quæ iniungenda sint, *Viuius, decis. 400. lib. 2.*

De Adminiculis.

86 VEhemens adminiculum supplet semiplenam probationem. *Bal. in l. ea quidem C. de Accusationibus, (vbi dicit, quod vehemens adminiculum est suppletio defectus probationis.)* ¶ Vehemens infamia etiam sine alio indicio sufficit ad torturam. *Hippo. de Marsi. in sing. suo 205. incip. Vehemens opinio. Et notabo in litera P. in specie probationis fiendæ per vehementem omnium hominum opinionem.* Qualiter etiam fama adminiculetur, *vide, quæ dicam in eadem litera P. in specie probationis fiendæ per famam.* Et huc referenda est regula: Quæ non prosunt singula, multa simul iuncta iuuant. *de qua in gloss. l. admonendi, ff. de iureiurando. & in c. fina. de succes. ab intestato cum similibus.*

De Adoptionibus.

87 ADoptio vt valeat, plura requiruntur: inter cætera quòd fiat in scriptis, inter præsentes: Item debet fieri coram magistratu, aliàs non valet, *§. adoptio autem, Institut. de adoptio.*

¶ Et requiritur, quòd sic facta probetur: vt valeat ius sanguinis, successionis & institutionis inducere: non etiam sufficit probari, quòd coram cognatis fuerit facta, *optimè consuluit Decian. in cons. 120. volum. 3.* ¶ Necq; sufficit in probatione adoptionis, patris simplex enunciatio vel nominatio, *idem Decian. in d. consil. 120 vol. 3. num. 15. & in seqq. Et ibi in num. 17. & in seq. vide casus, vbi verba enunciatiua penitus non probent.*

88 ¶ Adoptio facitne, vt aliquis adoptatus hodie sit nobilis? Vtiq; efficit, si gentem spectamus (sic Ciceronem seruasse, se Pisonum familiæ vt se nobilitaret Trebellius Postro scribit in decimo nono tyranno) non si genus, nisi id specialiter agatur, adoptione facta apud Principem, *arg. l. 10. §. 3. de in ius vocand.* Vt ita etiam honorem propaget in suos liberos: *& ita consuluit Cuiac. consult. 56.*

De Aduocato.

89 ADuocatus quomodo in propositione, exceptione, allegatione, & disputatione, clientuli sui partes debet defendere, extollere: aduersarij autem partes confundere, *notat pulcher. Specul. in titu. de Disputat. & allegatio.* ¶ Et quæ sit persona Aduocati, *notatur per text. gloss. & D d. in tit. C. de Aduocat. diuersorum iudiciorum.* ¶ Dicuntur autem militare, & ideo ipsis conceditur armorũ vsus. *D. Pet. Duennas in reg. 55. fallentia, limitatio. 7.*

¶ Germanicus Caligulæ pater, quem omnes miris laudum præconibus extollunt, 90
orauit causas etiam triũphalis, *vt à Suetonio traditum est, in ipso Caligula c. 3.* Ex quo patet, viros vel in summa dignitate collocatos ea tempestate hoc studium non intermisisse. Martinus inter nostros ICtus celeberrimus potest videri Aduocatus fuisse, *ex l. vlt. §. vlt. in fin. ff. ne de stat. defunct.* Et Paulus alter ICtus planè attestatur, se huiusmodi officij munere functum, *in l. quæsitum 78. §. cùm vir ita 6. ff. de leg. 3.* vbi & tradit se in caussa quadam, in qua postulabat, non obtinuisse defendebat, & tamen reuerenter & benignè auctoritatem & rationes iudicis aduersus suam ipsius sententiam accepit, agnouit, & comprobauit. Hinc discerent aduocati nostri temporis æquo animo ferre, si quando in caussa succumbant. *Andr. Tiraquell. de nobilit. cap. 29. num. 18.*

Quodq; Aduocatus fouens iustam caussam potest conuincere aduersarium suum cum malitiâ dixit gloss. *notabilis in c. Dominus noster 23. q. 2. & secundùm illam Mynsing. in suis obseruatio. obserua. 6. centu. 3. VVesenb. in par. C. aduocati dam. iud. n. 26. & in par. C. dol. mal. n. 1. Lips. Lib. 5. Polit. c. 12.*

¶ De patrocinio aduocatorum & pro- 91
curatorum Cameræ: *(quòd videlicet inuiti cogantur patrocinium suscipere (licèt iure ciuili secus sit in procuratoribus) nisi iustâ de causâ se excusauerint: gratis pauperibus inseruire, & iudex ex officio his alijsq; miserabilibus personis de patrocinio prospicere teneatur.)* De Salario eorum: *(quod debeatur initio anni, si moriantur, aut per eos aliàs non stat, quò minus officio fungatur, quod pro eo citatio decerni solet, quòd labores eorum à iudice taxari, & ratione laborum taxatorum executoriales decerni: quod vtroq; munere aduocati & procuratoris in eadem causâ fungenti, vtriusq; salarium soluendum sit.)* De restitutione Domini aduersus eorum negligentiam: *(Quæ tùm demum conceditur, si procurator soluendo non sit; quo casu decernitur citatio ad videndum restitui, &c.)* Procurator quomodo mandato renunciare possit? *(Procurator ex iustâ causâ ab officio desistiturus, nisi Dominus consentiat citationem ad videndum se exonerari à iudice petere debet: nec opus est legitimo processu, sed summariâ causæ cognitione. Idq; in Camerâ in excusatione etiam ante litem contestatam obtinet, ob satisdationis clausulam, mandatis ex stylo Cameræ inserendam. Sic etiam Dominus post litem contesta-*

tam

tam reuocaturus mandatis citationem ad videndam reuocationem impetrare debet.) Et gesta per falsum procuratorem an post sententiam ratificari possint, (*Licèt Dd. variè distinguant, communior tamen benignior, & in Camerâ recepta opinio est, text. l. licet. ff. de iudic. comprobata, demum indistinctè gesta per falsum procuratorem ratificare posse*) docuit Geyl. *lib. 1. obseruatio. in obseruationib. 43. 44. 45. 46. & 47.*

¶ Et aduocatus si auxilietur fouente iniustitiã, & habens iustitiã succumbat, tenetur ei ad omne interesse, *secundùm Antonium in c. calumniam in fin. de pœnis Hippo. de Marsi. in sing. suo 181. incip. Mandans, in fine, vide plenius Specu-*
92 *la. in Tit. de Aduocato.* ¶ Pro expeditione materiæ de Aduocatis vide tex. *Arti. 60. lib. 1. Landrecht.* & gloss. *ibidem*, quæ nouem format quæstiones earumq; dat resolutiones. 1. Was ein Vorsprech sey / & dicit cum apostilla, quòd sit Aduocatus. 2. Wer ein Vorsprech sein könne. 3. Wer keinen haben möge. 4. Was einer seines Vorsprechen sonderlichen nutz habe. (*nemlich, das wo der Vorsprecher der sachen worinn nicht recht gethan, oder sich geirret hette, mag sein Herr solches wol vor dē vrtheil wiederziehen oder wiederreden.*) 5. Wie man jhn kriegen möge. (*Durch des Richters vrlaub vnd gebot.*) 6. Wie man sich auffhalten möge / den man zu einem Vorsprechen bittet. 7. Ob man auch einen darzu vmb gebührliche Besoldung oder Belohnung bestellen/ vnd annemen möge. Ibi canit materia de salarijs & de pacto ad litis quotam. 8. Was frommen einer dauon habe / der eines andern Vorsprech sey/nemlichen/das er des Rechten ein Ritter heist. 9. Was des Pœne sey/ der felschlichen einen betreuget / des wort vnd bestes er reden solte/efficitur infamis. *In dieser glossa findet der Leser nützliche materiam & ibi in addi: Latinæ glossæ. vide pulcherrimè de Aduocati salario, Arti. 63. lib. 2. Land.*

93 ¶ Interdicitur officium aduocationis mulieri, bannito, & excommunicato. Item Clerico, *Arti. 61. lib. 1.*

¶ Nota, recti aduocati & iudices vtentes legibus, prout debent, meliorem vitam ducunt, quàm prædicatores & alij religiosi, *notauit per Hostien. & Albericum de Rosat. Ioan. de Arno. in singul. suo 23. incip. sæpè audiuisti.* ¶ Aduocato ex sententia Cameræ quando salarium debeatur, (*Ait Mynsi. frequentius obtinuisse in Camerâ, finitâ demum causâ soluendum esse: pendente tamen iam lite ex officio iudicis ei deberi,*) & an transmittatur ad hæredes, (*transmittetur salarium illius anni, quo decedit, non aliorum annorum,*) notauit Mynsinge. *in suis obserua. obserua. 7. & 8. cent. 3.* cogi autem possunt ad suscipiendas causas pauperum, *Mynsinge. obseruat. 32. centur. 4.*

¶ Recipiens aliquem pro clientulo in suam advocatiam seu patrocinium, nihil derogat ordinariæ Iurisdict. *Geyl. in obseru. 54. lib. 2.*

¶ Aduocatos plures vel procuratores 94
vnius caussæ in Camerâ habere non licet, *Wormischer Cammergerichtsordnung, Anno 1495. fol. 12.* Non debet Aduocatus pro vili pretio aduocare, sed debet tenere competentiam, & multa alia requisita in Aduocato, *Viuius lib. 1. decis. 123.* Iudices, & aduocati rectè administrantes suum officium, magis merentur, quàm religiosi, si id faciant propter DEVM. *Carol. Tapia. in Auth. ingress. vrb. ingress. cap. 9. num. 9. C. de sacrosanct. Ecclesia.*

¶ Aduocati hodierni nouerant meliùs 95
calumniari, quàm partes, *Marsil. de Bonnit. verb. lis pendet. n. 15.* & nouerant omnia mala, *gloss. in l. Anastasio, C. mandat.* & aduocati præsumuntur parum conscientiati, *Marsil. ex Bl. Vide item P. Gregor. de Republ. lib. 2. c. 6. n. 19.*

¶ Aduocati reprehenduntur, qui sine lege clara consulunt, ne clientes moueant lites. *Raud. de analog. c. 35. n. 7. ex Bl. Vide de Aduocatis Viuium decis. 123. & infr. tit. de Medico.* Aduocati, & procuratores debent gratis pauperibus patrocinari, *Viuius decis. 159. lib. 1.*

¶ Aduocato ex causa potest aduoca- 96
tione, professione & foro interdici. *l. 1. ind. de offic. præf. vrb.* Iudex ex officio potest inquirere in aduocatos, & procuratores calumniosos, & malè versantes in eorum officio: vel si sint infames, & possit illis interdicere, ne postulent, aut vllum actum forensem exerceant, *Marant. de ord. iud. p. 6. in pr. in materiâ inquisitionis. n. 182.*

De Adulterio & stupro.

AN de adulterio liceat transigere, vide 97
tex. *cum gl. in §. fin. in Aut. vt lic. matr. & auiæ col. 4. & est tex. quod non in l. transigere, C. de transact. ibi Ias.*

Adulterium committit coniugatus cum soluta, *Abb. in C. transmisse, de eo qui cog. consang. vxo. suæ.* De iure autem ciuili secus, quia non committit adulterium, ita vt pœnam, l. sustineret, *tex. & ibi gl. in 2. 1. C. de Adult. vide Abb. in d. c. transmisse, & in c. tuæ, de procur. in verb. fin. vide l. inter, ff. de adulter.* ibi gl. vbi videtur probari: Quod si solutus accedat coniugatam, quod committat adulterium, quia violat alienum thorum. Et licet gl. *in l. 1. C. eo.* dicat. Quòd coniugatus accedens solutam non committat adulterium, non possit accusari de adulterio: tamen posteà dicit illa gl. quod

mulier illius mariti lucratur donationem propter nuptias, & potest eam repudiare, *Ad hoc est tex. in l. ex consensu C. de repud.* Et ergo videbatur mihi, quòd etiam ille maritus sit adulter, ex eo, quòd patitur pœnas adulterij, d. gl. amissionem scilicet donationis propter nuptias. Nam sicut propter adulterium mulier amittit dotem, *d. l. consensu. & C. plerumq. de Don. inter vir. & vxor.* Sic & maritus donationem: proinde adulter videtur talis, cùm pœnas adulterij patitur. Igitur putarem posse dici, (quod talis non sit adulter, *d. gl. in l. 1.*) hoc verum esse quoad accusationem l. quisquis *La. 2. C. de Adult.* Tamen est adulter quoad alium actum respectu scilicet amissionis donationis propter imp.

98 ¶ Maritus accedens solutam non committit adulterium, *gl. est in l. eum qui C. de Adult. Vbi hoc no. per illum text. vide de hoc plenum consilium Soz. in cons. 148. vol. 1. Memini.* An filius natus ex coniugato & soluta Spurius, & sit successibilis, vide Dec. *cons. 306. vol. 2. in casu proposito.*

Adulterij pœna de iure Codicis est pœna sanguinis, *l. quamuis La. 2. C. de Adult. melior tex. in l. trāsigere C. de transact.* In muliere adulterante hodie pœna illa iuris antiqui correcta est, Quia hodie in muliere non est pœna vltimi supplicij, sed vt detrudatur in Monasterium, *secundùm quod habetur in Aut. Sed hodie C. de adult. vide Alex. in cons. 99. vol. 6. in pr.* Sed in masculo nihil est immutatum hodie: Imo ipse punietur pœna capitali.

Adulterij hodie sunt tres pœnæ, separatio thori, Detrusio in Monasterium, scissio pannorum antè & retro, *de quib. vide Lud. Rom. sing. 1167.* Adulterium cum virgine committitur, *c. nemo 32. q. 3.* hunc tex. dicit notandum Lud. *Rom. in d. sing. 1167.* Per Adulterium non fit iniuria in persona Mariti. Fit enim clam volente vxore. *Ita Br. in l. licitatio. §. quod illicite de publ.*

99 ¶ Mulier in adulterio deprehensa infamis est, etiam in iudicio absoluta, *l. palam. §. quæ in adulterio de rit. nupt.* hunc text. tamen limitat Abb. *in c. cùm non ab homine, de iud.* Si sit deprehensa in præsentia multorum, secus si paucorum.

¶ Tenens maritatam per plures menses non committit plura adulteria, *ita dicit Br. in l. Pomponius La. 2. de neg. gest.* Coniugatam meretricio more se præstituentē qui cognoscit, adulterium committit. *Gloss. in l. si ea quæ, C. de Adult. & gloss. in l. quæ adulterium C. eodem, vbi dicit Br. vltra monta. tenere contrarium. & fortè melius.*

¶ Deprehensus in domo pulcræ mulieris, vel vbi est pulcra mulier, reputatur adulter manifestus, *Br. in l. 2. ff. de fur.* Et potest retineri per maritum viginti horis, testandæ rei causa, sine pœna, *per l. quinto capite, de Adult.* Qui fecit pacem cum aliquo sub pœna, & posteà adulterium commisit cum vxore sua, vel furtum ei fecit: non incidit in pœnam, *vide Br. in l. verum, ff. de furt.* Statutum dans marito licentiam occidendi adulterum cum vxore sua deprehensum: intelligitur, si in rebus venereis cum vxore in Camera reperiretur deprehensus, *ita Br. in l. quod ait lex. ff. de adulter.*

Contra adulterum lata sententia adulteram non infamat, *l. & si de crimine, C. de Adult.* Et ergo condemnato vno ex adulteris, alter non est condemnatus, *ita Br. per illum text. in l. qui vxori. §. quæritur, de adult.* Adulterium probatur per præsumptiones violentas. *c. Literis de præsumpt.* Etiam si ageretur criminaliter, *secundum Abb. ibid.* Adulterium licèt non possit probari directo, aliqua ratione tamen præsumptione, *Bart. in l. 2. in fin. ff. de Adult. & in l. quod ait lex, & idem in l. capite quinto. ff. eod. in l. 1. in pr. Si cert. pet. c. Literis de præsumpt.* Adulterij crimen aliter quàm per coniecturas probari non potest. *Paul. de Cast. in cons. 348. vol. 1. incipiente notandum.* Quod adulterium est graue, & capitale crimen, *n. 14.* 100

Adulterium, & fornicatio quomodo probentur, vide Alb. *intr. de testib. in V. part. princ. fol. 73. col. 2.* Committens adulterium cum vna pluribus vicibus, punitur vna pœna etiam pecuniaria ex forma statuti imponentis pœnam pro adulterio, *ita consuluit Br. in cons. suo 222. Antonius.*

¶ Ad thori separationem sufficit balneum commune cum alienis viris, probatum per maritum, *gl. in c. non oportet. 14. dist. tex. in l. fin. C. de rep. ibi commune Lauacrum.* Adam hodie si viueret, vxorem habere non posset, nec ducere, *gl. in verb. in infinitum, Inst. de nupt. Bolog. in Apostill. in l. 4. ff. de in ius voc.* Nec sine venia in ius vocari posset, *gl. in §. pœnales. Inst. de Nupt. de primo est gl. in l. nuptiæ consistere, de Rit. nup.* Adam nisi peccasset, nulla esset in coitu voluptas, *gl. in c. sicut 32. q. 2.* Stuprum committitur in puerum, *l. stuprum, ff. de Adult.* & in viduam. *l. inter liberos, de Adult.* 101

¶ Raptus non committitur in sponsa propria, *gl. in c. Lex illa 36. dist. contrarium dicit, l. vn. C. de rapt. virg.*

¶ Adulterium maius delictum homicidio, *l. codicillis, §. matri, ff. de leg. 2. vbi Apostilla pulcra*

appress. Adde tex. in l. isti quidem in fi. ff. Quod met. caus. Per quem tex. dicit Bald. in c. 1. §. similiter, si dominum, quib. mod. feud. amitt. determinari. q. (Cur vasallus cucurbitans sororem Domini feudum amittat. Si autem eam occidat non) Bene facit tex. in l. codicillis.
101 §. matre. ff. de leg. 2. ¶ De pœna stupri absq; violentia, & in volentem puellam commissi (nam si vi committitur, maiorem habet pœnã) duo videntur esse in iure ciuili, textus contrarij, vnus est Triboniani, in fin. Inst. de publ. iud. vbi inquit, (Lege Iulia stupri flagitium punitur, cùm quis sine vi, vel virginem, vel viduam honestè viuentẽ stuprauit. Pœnã autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationẽ partis dimidiæ bonorum, si humiles, corporis cohercionẽ cũ relegatione.) Ex quibus verbis clarè patet, in eo delicto sanguinis pœnam nõ esse. Paulus verò ICtus, in l. 1. ff. de extraord. criminib. præmissis contraria videtur prodere. Nam is inquit: (qui virginem interpellauerit, perfecto flagitio capite puniendum, imperfecto deportandum. Prætereà comites, qui pecunia corrupti opem dederint flagitio, trucidandos.) Huic sẽtẽtiæ Pauli adhærens. Bal. in l. si quis ne dicam rapere. C. de Episc. & Cler. scribit: Si se iudice tales stupratores oblati fuissent, se summum supplicium de illis sumpturum. Hanc duarum LL. (vt videtur) contrarietatem Alciatus vir in iure summus, lib. 5. paradox. c. 10. in concordiam reducit. Affirmans leg. Iul. de qua in d. §. item Lex Iulia. stupratoribus iudicio Ordinario eam pœnam irrogari: At iudicio Extraordinario longè grauiùs eos plecti: Nempe pœna, quam tradit Paulus in d. l. 1. de extraord. criminib. Nõ nouum inquit esse eiusdem criminis diuersis L L. diuersas pœnas constitutas esse.

Bertachinus in repertorio suo, in verbo Stuprũ, allegatos textus alia distinctione conatur ad concordiã reducere, inquiens. §. item l. Iulia locum esse, si voluntas puellæ stupratæ viri voluntatẽ præuenit: Si verò viri stuprantis voluntas prior accesserit, tamen sine vi stuprum factum sit, habere locum capitis pœnam, de qua in d. l. 1. de extraord. crim. Sed hæc sententia mihi non placet, quia & textu, & ratione caret. Allegata enim iura simpliciter, & generaliter loquuntur, nihil discriminis facientia, An puellæ, an stupratoris voluntas flagitio prior accesserit. Nec ipse interesse puto, vtrius voluntas prior accesserit. Sicut in contractibus dicimus, non referre, vter contrahentium contractui prior consensum præstiterit, sufficit enim vtriusq; consensum adesse. Vnde Alciati sententiam veriorem esse puto: Quòd stuprans virginem, & l. Iulia, & l. 1. de extraord. criminib. puniri possit; Ita tamen, quòd vna pœna imposita, altera locum non habeat. Et arbitror ego hoc casu à iudicis arbitrio pendere, inspecta personæ conditione, & qualitate tam stupratoris, quàm stupratæ puellæ, quam pœnam imponere velit. Cum text. l. 1. de extraord. criminib. jus Sax. lib. 2. art. 13. concordare videtur. Vbi dicitur, qui mulierem, virginémq; violauerit, capite puniatur. Nec potest (mea sententia) ille tex. intelligi de violento stupratore, nam tale violentum stuprum hoc iure Saxonum longè maiorem habet pœnam: Eo enim violenter stuprans capite punitur: ædificia, in quibus stuprum commissum, vel quorsum puella vi stuprata deducta est, destruuntur: homines quoq; & bestiæ, qui opem delicto tulerunt, vitam amittunt: fiunt & alia hoc casu, de quib. in spec. Sax. lib. 3. art. 1. ex quo apparet, in puniendo stupro absq; vi commisso, & ius cõmune Cæsareum, & Sax. concordare. Alciati tamen assertioni (quanquam eam veram puto) obstare videtur, quod vulgo per manus traditur: Cessare remedium extraordinarium, vbi adsit ordinarium, iurib. vulgarib. Vnde cùm stuprum sine vi commissum, l. Iulia ordinariam habeat pœnam minorem, (scilicet capitis) videtur cessare debere pœna extraordinaria, & maior ordinariã. Ad quod facere videtur. Quod in criminalibus, & pœnis infligendis semper minorem, & mitiorem amplecti debemus, l. interpretatione, ff. de pœnis. l. cùm quidam, ff. de Liber. & posth. c. odia, de Reg. iur. lib. 6. De præmissis tamen omnibus diligentiùs deliberandum puto, cũ de vita hominis agatur. Vide de hac pœna stupri in additionib. ad spec. Sax. in hoc tt. von peinlichen straffen/ §. von notzögen/ vnd Jungfrawen.

Adulterium totiens cõmittitur, quotiens copula reiteratur, Abb. in c. sicut nobis, n. 3. de test. vbi vide. 103

De Ædificijs.

Nota, pulchritudo ædificiorum cedit in decorum ciuitatis: & interest Reip. ne ciuitas deformetur ruinis. Et nota aliud, quòd ex magnitudine ædificiorum quis præsumatur & iudicetur magnanimus, Ioan. de Platea in l. 2. ver. quartò nota, & circa finem, C. de prædijs & omnib. rebus naui. lib. 11. Vide inf. in litera D. vers. de domo. 104

Architecto quod tempus ad domum ædificandam præstituatur, Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 221. De operibus, & ædificijs publicis ciuitatis, P. Greg. de Repub. lib. 2. c. 9. & de ædificijs priuatis c. 10. 105

De Ædificijs extollendis, meliorandis, deteriorandis vel demoliendis.

106 CVilibet licitum est parietem vel domum suam tollere seu altiare vsque ad cœlum, *l. altius, C. de seruitut. & aqua, & in l. fin. ff. de seruitutib.* ¶ Sed vide tres limitationes, (*Ne videlicet idoneum & sufficientem ventum ad fructus in area excutiendos, vicino infringat. 2. Ne vsufructuario vicino præiudicet. 3. ne iniuriæ tantùm causæ, & citra vtilitatem suam altius tollat.*) apud Hippo. de Marsi. *in singu. suo 154. incip. cuilibet licitum.* Concordat jus. Saxon. *Art. 49. lib. 2. Landrecht. & ibi gl. final.* das man also bawen solle / das man seine Trauffe / oder vberhang / oder balcken / oder dem gleich / nicht henge oder lege in eines andern Hoff / oder gebewde / vbi tamen additur sublimitatio : Es geschehe dann mit seinem willen / oder were zuuor durch dieses Vorfahren also bewilliget vnd zugeben worden / als ob er die dienstbarkeit verkaufft / oder willig gestattet vnd verliehen hat / oder auff andere wege einem eingereumet. Quod ad æmulationem, inuidiam, vel iniuriam alterius ædificare non liceat, notauit quædam Geyl. *in obserua. 69. n. 17. lib. 2. obser.* Et dicit Bal. *in l. altius, C. de serui & aqua.* Quod etiam in proprio pariete quis non potest facere fenestram ad æmulationem alterius : secus autem, quando concurreret vtilitas sua: quia tunc posset, licèt vicinus damnum pateretur, Et huc refer materiam seruitutum vrbanorum prædiorum, Aretinus *in titu. Institu. de seruitutib. rustico. & vrba. prædio. §. prædiorum num. 2.* ait, quòd seruitus potest imponi alicui, ne subleuet domum suam. Nam si dicta seruitus non est imposita, quamuis areola mea steterit depressa per mille annos, tamen non prohibeor alleuare & obscurare lumina tua. *allegat l. qui luminib. cum gloss. ff. de seruit. vrba. prædiorum. Et l. altius & gloss. cum notatis, C. de seruitutib. & aqua.* Tres docuit ampliationes & 8. limitationes pulcherrimas D. Pet. Duen. *in regul. fallentia. reg. 33. incip. ædificare.* vel nisi aliquando prohibitum fuerit, & volens ædificare æquauerit, *glossa in c. Abbate. de verbo. signif. Et vide, quæ notaui in litera P. vers. de præscriptione seruitutum.*

107 ¶ Prætereà quòd quilibet possit in suo ædificare vel reficere etiam castrum, notaui infr. *litera C. vers. de castr.* Vasallus etiam de Iure Saxonico in solo sibi infeudato potest sine Domini sui voluntate ædificia meliorare, vel peiorare, de iure communi non potest feudi conditionem deteriorem facere: meliorem autem reddere debet. *Arti. 21. lib. 2. Landrecht. Ibi, Ein jeglich Mann. Aluaro. in §. econtrario de inuesti. de re alie. fac. in vsib. feudo.* similiter & conceditur mulieri in suo dotalitio, *d. Arti. 21. Sed modificationem vide in additio. latina, litera G. ibidem.*

¶ Item offen Gänge (das sind Heimligkei- 108
ten) vnd Schweinställe / wie dieselben gebawet / (*nemlich drey Füß, von eines andern Mannes Zaun*) bewaret / vnd bewircket werden (*Backofen sollen bedeckt, vnd genge, die dagegen eines andern Mannes Hofe vberstehen, biß an die Erden zubewircken*) nota, *Arti. 51. lib. 2. Landr. in iure ciuili notatur in l. prætor & per totum, ff. de damno infecto: Alia de ædificatione, ibidem in d. Arti. 51. vide in addi. & gloss.* Nota vlteriùs de ædificatione rei censualis, Was ein Mann bawet auff frembden Gut / da er Zins von gibt / das mag er wol wieder abbrechen / ob er von dannen zeucht / vnd seine Erben nach seinem tod mögen es auch thun / ohne das Thor vnd ohne den Zaun / fornen vnd hinden / vnd das Haus / ober das gebawet hat / vnd der Mist / denn dieses sol der Herre lesen nach der gebawete Khor / thut er das nicht / dieser mag wol eins mit dem andern wegführen / *est Tex. Arti. 53. lib. 2. Landrecht. Quantum ad ius commune, (quo distinguitur inter impensas, necessarias, vtiles, voluptuarias.) vide in l. domum C. de rei vendi. & Insti. de rerum diuis. §. certè illud.*

¶ Propter quas causas ædificia possint 109
destrui, demoliri vel prosterni, notatur *in Tex. addi. & gloss. Arti. 1. lib. 3. Landrecht.* præcipuè propter raptum. ¶ Von bawen / wie die Rittersitze / Städte vnd Dörffer sollen in baw vnd werth gehalten werden / im Fürstenthumb Anhalt / præscribit constitu. Anhal. *in Artic. 28. Von bawen.* ¶ Mutuans ad refectionem ædificij quæ habeat priuilegia, (*tacitæ videlicet hypothecæ, & prioritatis, vt præferatur alijs creditoribus tempore prioribus.*) notauit quædam D. Mynsinge. *in suis obserua. obseruat. 60. centur. 1.*

De Æqualitate.

IN Iudiciis semper est æqualitas seruanda, 110
ita quòd omne reo licitum sit, quod actori. *Decius in l. non debet actori, ff. de regul. Iu. & Hippo. de Marsi. in singul. suo 168. incip. æqualitas. Dynus in c. non licet actori. eo. tit. in 6.* ¶ Sed in quibus casibus & in qua parte iudicij, rei partes sint fauorabiliores, quàm actoris (*actoris fauorabiliores sunt in principio litis: alias rei partas vt dictis locis.*) vide apud d. Decia. *in l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris, & ibi notat. de intellectu l. absentem, ff. de pœnis,* vbi habetur, quòd in dubio sanctius sit nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare.

¶ De æqualitate à patre inter liberos ser- 111
uanda vide egregiè, *constit. Leonis 19. tit. de pacto paterno* ex æquo hæredem filium futu-

rum, *Petr. Greg. Lo.41. c. 4.n.17.& lib.46. c.8.n.20.& 31. vbi de æqualitate etiam in alijs rebus seruanda. Marsil. de bannit. verb. seruatis seruandis n.24. Daniel Moll. lib.2. semestr. c.22. Duth. in l. hac consultißima n.42. C. de testam. fol.614.*

De Æquitate.

112 DE æquitate vide Decium, *in l. in omnibus, ff. de reg. iuris. Abbatem. & alios in c. fina. ext. de transactionibus, D d. in l. placuit, ff. de iudiciis.* ¶ Et nota in his, quæ sunt commissa arbitrio iudicis, debet ipse iudex seruare æquitatem, *Hippo. de Marsi. in sing. suo 397. incip. Arbitrium.* ¶ Quatenus autem & quando æquitas rigori iuris sit præferenda, & econtrà rigor quando sit anteferendus æquitati, notant Dd. in locis suprà allegatis.

113 ¶ Item æquitas iuris canonici, quòd in multis moderatur rigorem iuris ciuilis, *declarauit, & dixit per aliqua exempla Hippolit. de Marsil. in singu. suo 463. incip. rigor iuris, & vnũ casum dedit, idem in sing. 223. incip. nonnulla. vide ea, qualiter æquitas rigori iuris in iudicando sit anteferenda, quæ consuluit Decian. in cons. 52. in prin. vol. 2. æquitatem ibi bene commendat. Et in cons. 84. vol. 2. ibi, quòd in pacto de retrouendendo moræ purgatio propter illam bene admittatur, & de illa materia æquitatis ibi vide bona.*

114 ¶ In tantum valet æquitas, quod indefinita non æquipollet vniuersali, quando repugnat æquitati: *ita per iura consuluit Laurent. Syluanus in cons. 81. num. 10. vol. 2. & ibidem ex sequentibus vide bona de æquitate à parentibus inter liberos seruata, seruanda, præsumenda, interpretanda, vel coniecturanda.* ¶ Et scias etiam *Iudæis* non conuenire æquitatem, & ideo illis non esse seruandam, *gloss. in c. 2. Ext. de Iudæis. Hippol. in sing. suo 463. in fine.*

115 ¶ Philipp. Melanchth. ait: Frustra leges scribuntur, nisi iudicibus ab istis recedere suo arbitratu æquitatem fingere liceret, *refert Stracha, & hunc Moller. in lib. 1. semestr. cap. 37.* Insani sapiens nomen feret, æquus iniqui, vltra quàm satis est, virtutem si petet ipse.

116 ¶ Iudex in casibus expresse in legibus non decisis, æquitatem, & quod sibi iustum videbitur, iudicare potest, *Ayrerus in processu c. 2. obseru. 4. n. 9. & seqq.*

117 ¶ Ius Canonicum non curat de apicibus verborum, sed tantùm de effectu rerum, *Seraphin. priuil. 63. n. 7.* & apices iuris dicuntur quædam solennitates, & subtilitates legum, quæ veritatem negotij non attingunt, *ibid. n. 8.* & quando res est decidenda secundùm veritatem & æquitatem, & sic omisis apicibus: erit decidenda in foro ciuili secundùm jus Canon.

De Æstimatione.

ÆStimationes rerum quando fiant & 118
ad acta publica describantur, & læsus circa æstimationem, qualiter restituatur, *(ubi agitur de æstimatione cuiusq. facultatis, in censu soluendo.) vide Ioan. de Platea in l. 1. C. de censib. & censitoribus lib. 11. & in l. 2. in princip. & vers. & nota C. de prædiis & omnibus rebus nau. lib. 11. (vbi dicitur æstimationem fieri secundùm rei reditum, in immobilibus: in mobilibus verò, ijs potißimum, quæ pondere, numero, mensurâ constant, secundùm communem rei valorem, & quanti in foro venduntur.)* Item quale tempus circa illam consideretur, *vide ibi ferè per totum. (Tempus videlicet contractus seu alienationis, quod semper spectandũ, vbi de æstimatione rei agitur, etiã in pignore.) De hac æstimationis materia consulendi sunt Dd. in l. 2. de rescindenda vendit: & præcipuè vide ibi moderniorem commentatorem Arium Pynelium.*

¶ Wann mit hüten oder treiben schaden ge- 119
schicht / so sollen jhn die Bawren schätzen / *Arti. 47. lib. 2. Landrecht.* ¶ Probatio æstimationis rerum vi ablatarum an præcedere sententiam debeat vel subsequi, *Mynsinger. obserua. 100. cent. 4. (tenet, quod præcedere sententiam debeat, ne ea incerta sit, cum hoc casu interesse, seu æstimatio principaliter petatur.)* ¶ Nota, æstimatio rectâ solui potest, quando species debita ampliùs non reperitur, *textus est notabilis in l. non dubium, ff. de legat. 3. fac. tex. in l. si seruum, §. fin. ff. de verb. oblig.* Est vna fallen. regul. quæ est, quòd aliud pro alio regulariter solui non poßit, *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. in quo, §. num. 8. vide per Iason. istius reg. 20. fallentias, quòd aliud pro alio inuito creditori solui non poßit. Geyl. in obseruat. 73. num. 8. lib. 2.*

¶ Cuius temporis æstimationem res, quæ 120
petita est, recipiat, *vide VVesenb. in par. ff. de condict. triticaria, n. 2. Cuiac. ad l. 59. de V. O.*

¶ Æstimatores variantes inter se tenentur 121
de falso. *Seb. Med. de notat. p. 2. q. 1. f. 13. verb. æstimatores.* Quod intellige de variatione, quæ oritur penes se ipsum: nam æstimatoribus tribus æstimantibus diuersimodò, (vt vnus in 10. alius in 15. alius in 20.) debent omnes summo coaceruari, & iudex debet æstimare in tertia parte totius summæ
& sic in 15. *ibid.* ¶ Iudex, cùm agitur de vero 122
precio rei, potest ex officio illud perquirere, & informare se: item æstimare rem, *Asin. de execut. §. 3. c. 115. & 221.* Item ex officio potest æstimatores eligere, *c. 117.* Item ex officio potest taxare lucrum cessans, *Asin. d. cap. 221.* Itẽ rẽ petitã potest æstimare, licèt probatũ non sit de eius æstimatione, *Asin. de exec. §. 3. c. 320.* itẽ ex officio condemnat in ęstimatione, etsi non æstimatio, sed res petita sit. *Asin. c. 321* Æstimatione grauato succurritur, officij iudicis imploratione, *l. 1. & l. qui se grauatum, ff de cens. l. 2 de vac. mun. Platea l. quoties de discuss. C.*

De ætate hominis.

123 WJe ein Menſch nach Keyſerlichen / Land vnd Lehnrechten / nach anzahl der Jahren zu ſeinen Jahren kom̃en vnd mündig geworden / oder auch vber ſeine Jahr gelanget / *vide Arti. 42. lib. 1. Landr.* videlicet, Nach Sachſenrecht / wann einer 21. Jar erreicht / wird er vor mündig geachtet / *d. Art. 42. lib. 1. Landr.* Nach Keyſerrecht / wann er 25. Jahr erlangt / *§. minoris Inſt. de excuſa. tuto.* Nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtat. *Vide*, an ætas ſtatus appellatur, *l. 77. §. 14. de leg. 2. Cuiac. de Minorib. ad l. 1.* ¶ Jährich wird ein Kind zu Landrecht / wann es 14. Jar alt iſt / zu Lehnrecht / wann es 13. Jar vnd 6. wochen erreichet / *gloſſ. 4. in d. Art. 42. text. eſt in cap. 26. Lehnr.* ¶ Vnd des Kinds Jahrzal ſol man nicht rechnen / von der zeit / als es die Mutter empfieng / ſondern von der zeit / als es die Mutter gebahr / vñ es lebendig in die Welt kam / *tex. eſt in d. Arti. 26. Lehnr.* ¶ Vber ſechtzig Jar iſt ein Mann vber ſeine tage kommen / *tex. eſt in d. Arti. 42. lib. 1. Land. & ibi. ſoll Vormünder haben, ob er wil. Quomodo ætas probetur, notaui infr. in lit. P. verſ. de probatione ætatis.* ¶ Quòd ſenex magis ſit memor ſalutis ſuæ æternæ, quàm iuuenis, & quòd de perfecta ætate malum non facilè cogitandum, voluit Decia. *in conſ. 8. vol. 2. num. 14.*

124 ¶ Regulariter actori incumbit onus probandi, *l. qui accuſare C. de edendo.* Et aſſertio patris vtiq; probat ætatem, *Bart. in l. de ætate, ff. de minor.* & pupillarem ætatem probat datio tutoris, vel ſaltem transfert onus probandi in aduerſarium negantem, *Decian. in conſ. 53. vol. 2. per totum. Idem conſ. 121. vol. 3. num. 38. & in ſeqq. Bal. in l. cum te C. de probat.*

125 ¶ Aetas hominis in ſex gradus diuiditur: *Caual. de teſtib. p. 1. n. 13. cum 2. ſeqq.* Senes *præſumi* prudentiores, ſapientiores, probatiores ipſis iuuenibus, *ait Menoch. lib. 6. præſ. 48.* & Iuuenes præſumi validiores, robuſtiores, calidiores ipſis ſenibus, *Menoch. præſ. 48. lib. 6.* Aetas minor, & valdè ſenilis *excuſat* in pœnalibus. *Seb. Med. de Reg. Iur. reg. 2. illat. 34. fol. 55.* Senes an ægri, atq; infirmi præſumantur & quando ægris comparentur. *Menoch. lib. 6. præſ. 46.* Aetas minorum quoad reſtitutionem, poteſt conſuetudine vel ſtatuto abbreuiari. *Medic. de Conc. poſſ. gl. 2. p. 3. n. 198. fol. 684.* non ſufficit vltimum attigiſſe annum, niſi illum impleuerit.

126 ¶ Diſpenſatus ſuper ætate ob beneficium ſimplex non poteſt alia ſimilia beneficia obtinere, ſine noua diſpenſatione ætatis, durante minoritate ætatis, *Caual. deciſ. 29. in iudic.* Senex qua ætate quis dicatur, *Menoch. Lo. 2. cent. 1. c. 49. De ætate hominis, vide Petr. Greg. lib. 2. part. iur. tit. 2. De pubertate, vide Valent. Franc. de fideiuſſ. c. 2. n. 106. vſq; ad 112.*

¶ Pueri ſæpe ad dignitates regias, & alias 127
euecti, *Dauth. de teſtam. n. 145. fol. 189.* Puerorum & fœminarum dominatus infelices eſſe contendit Bod. *de repub. lib. 6. c. 2. fol. 672. & 5. fol. 734.* Aetas hominum, quę de infante proximo infantiæ, puero, & proximo pubertati dicatur, *Menoch. lib. 7. cent. 1. caſu 57.* Aetas aſpectu probatur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 117.* & ex ſcriptura patris, item parochi, *Viuius deciſ. 443. lib. 3.*

¶ Aetatem maiorẽ, vel minorem quis pro- 128
bare debeat. *Menoch. lib. 2. præſ. 50.* Aetatem hominis præſumptionibus & coniecturis interdũ probari, *præſ. 51.* Quomodo probetur, vter gemellorũ ſit primogenitus, *Moller. lib. 2. ſemeſtr. c. 29. Vide 1. verb. de partu imperfecto.* Aetatis veniã faciliùs fœmina, quàm mas impetrat, *Pruck. l. in multis de ſtatu hom. p. 2. art. 18.*

De affectibus ſine effectu.

AFfectus quòd non ſit punibilis, videtur 129
colligi *ex l. cogitationis ff. de pœnis, (dicente quòd cogitationis pœnam non meremur)* ſed quando deuentum fuerit ad tractatum & ordinationẽ, certè punitur. *Decian. in conſ. 67. vol. 3. num. 7. & in ſeqq.* Et affectus ſine effectu, quando, in quib. caſibus, & quomodo ſit punibilis, *vide latiſſimè Baldum in l. ſi quis non C. de Epiſco. & cleric. (vbi diſtinguit, an delictum non ſit conſummatum, quia non voluit propter eius pœnitentiam & negat puniri conatum, niſi ipſe conatus iam ad alicuius iniuriam pertineat, velut in eo, qui effregit oſtium cauſſa adulterij, & pœnituit, aut cõſummatum non eſt: quia non potuit, & conatus remotior veniam mereri, propinquior pœnam, maximè in delictis atrocioribus. Sic enim inter delicta leuiora & atrociora diſtinguitur.) Et multos enumerat caſus, in quib. punitur affectus ſine effectu, Hippo. de Marſi. in l. qui falſam monetam, nu. 3. ff. ad l. Corne. de falſis.*

¶ Econtra autem ibid. *nu. 25.* cumulauit ca- 130
ſus, in quibus non punitur affectus non ſecuto effecto. *Idem Hippo. in l. is qui cum telo, C. ad l. Corne. de ſicarijs à nu. 15. vſq; ad finem, qui affectus & conatus materiam tam in criminalib. quàm in ciuilibus pulcherrimè tractat, quem ibi vide. Idem Hippo. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virginum, nu. 254. cum ſequen. Et Robert. Maranta in 4. parte ord. iudicia. 1. diſtinctio. indicio. num. 54. Schneidew. eleganter in tit. Inſtit. de obliga. quæ ex delic. naſ. § ſed etſi credat nu. 4. pulcherrima vide apud Socinum in reg. fallen. regu. 49. incip. attentatur & ibidem in octo fallen. Textus eſt in c. 39. Sächſiſchen Lehnrechte, an willen noch an worten iſt kein gewalt, da folge denn auch die That mit, & ſecundùm iſtum textum vide Schneidew. in allegato loco (Cuius dicta cũ diſtinctione Bald. coincidunt.) gloſſ. Arti. 67. lib. 2. Landrecht.*

131 Pœna actui consummato præscripta, non habet locum in delicto non consummato. *Pecc. c. peccati venia. n. 2. de R. I. in 6. ibi ampliatione 2.*

De Affectantibus honores dignitatis vel officia.

132 AFfectans honorem vel dignitatem, ex quibus proueniunt immunitates, non debet consequi, *Bart. in l. vniuers. C. de lega. lib. 10.* ¶ Ex quo infertur, quando quis est debitor Reip. ex quo non potest admitti ad honores. *l. descripto. §. debitores, ff. de mune. & & honoribus*, quòd tamen etiam soluendo debitum ista intentione non consequitur honorem, *Pet. de Rauen. in aureo suo Alphabe. litera H. honor. huc pertinent tituli, C. & ff. ad l. Iul. de ambitu.*

Si statutum, conuentio, vel concordia quando extat, *ne quis vel talis existens in tali officio admittatur ad superius officium vel maiorem dignitatem ciuitatis*, tunc qui dimittit officium propterea, vt proueniat ad maius officium, non debet admitti: *exemplum dedit in Notario Corset. in sing. suis in verbo statutum 13. allegat in argumen. l. præcipua & ibi Bart. C. de primicе. lib. 12.*

133 Affectationem non solùm non prodesse, sed & plurimum nocere, demonstrat multis Seraphin. *Priuil. iur. 4. n. 102. vsq. ad 115. & priuilegio 18. n. 15. & 16. & priuil. 94. 49. n. 49. 50. & 51.* Procurans officium, data pecunia, videtur habere animum malè administrandi illud, & indebitè illud lucrandi. *Marsil. de bannit. verb. iudice n. 21.* Nam omnis affectatio, & procuratio est suspecta. *Freh. de fama lib. 1. c. 3. n. 3.* ideò non prodest. Factum enim procuratum non prodest. *Moll. lib. 5. semestr. c. 19. n. 2. vbi remißiones ad hanc regulam.* Nullum affectatum reuelat. *Schneid. §. item tria onera Inst. de excusat. tut. n. 3.* hinc gl. *d. §. item tria* dicit: hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter.

De Affectione.

134 AFfectio non petitur, nec eius ratione condemnatio augetur, *tex. in l. si seruum, ff. ad leg. Aqui. in l. vnica, in vers. quòd reuera C. de sentent.* ¶ Fallit in quinque casibus, *quos notauit Pet. Duen. in reg. fallen. regula 34.*

De Affinitate.

135 PEr coitum illicitum an & quando contrahatur affinitas, (*iure ciuili & quoad effectum iuris, quod affinibus competit, esse nuptias legitimas cum contrahitur, secus iure canonico, & quoad impediendũ matrimonium. Kling. in tract. suo matri. C. de affin.*) *vide c. discretio. 5. pen. & fi. et quæ ibi notãtur, extrà de eo qui cogno. consang. vxo. sua. Sed vide vnam pulcherrimam declarationem apud Hippo. de Marsi. in fin. suo 254. incip. ex illicitò coitu.* ¶ Affinitas quomodò contrahatur, nempe ad impediendum matrimoniũ, non autem ad puniendum incestum. (*Quia in pœnis extensio prohibetur, & leges incestum punientes tantũ de legitimã affinitate loquuntur.*) *Idem Pet. de Anchora in cons. 391.*

Affines qui sint & vnde dicantur, *dicit text. & notat gloss. in l. non facilè. §. Affines; ff. de gradibus & affinib. Anchora. in d. cons. 391.* 136 ¶ De triplici affinitatis genere docuit per regulas Melchior Kling. *in tract. suo matrimoniali in c. de affinit.* & *nono impedimento matri.* dicit primum genus affinitatis impedire matrimonium vsque ad 4. gradum inclusiuè: alia duo non impedire, & docet ibi computationes graduum affinitatis.

¶ Affinitatis *leuis* nulla est habenda ratio. *Seb. Medic. reg. 5. n. 5. fol. 160 1.* Affinitas *dissoluitur* per mortem alterius coniugum in totum, præterquàm ad impediendum matrimonium. *Viuius decis. 18. lib. 1.* & ideò omnia introducta in fauorem cessant, cessante affinitate per mortem ipsius. *Viuius decis. 376. lib. 2.* Affinitas quomodo probetur, *Caualc. de testib. p. 2. n. 122. & seqq. fol. 88.* 137

De Afflicto.

AFflicto non debet addi afflictio, *c. cum percussio 7. q. 1. l. tam dementis, C. de Episcop. aud. gloss. in l. Diuus, ff. de offic. præsid. Hippo. de Marsi. in singul. suo 241. incip. non debet. Elegans est tex. l. iure succursum, ff. de iure dot. bona est gloss. in c. ad audientiam. De Cleric. non residen.* Exemplum est de naufragia patientib. quòd non perdant simul bona, *in tit. de statu. con. Ecclesi. toll. in vsib. feudor. §. Naufigia.* Adde ea quæ notantur de grauato, quod non debet quis in plus grauari, quàm fuit honoratus, *Bart. in l. ciuitatib. in l. fin. ff. de lega. 1. quem non honoro, nõ grauo. l. ab eo c. de fideicom. not. Pet. de Rauen. in suo Alphabet. lit. G. vers. Grauatus.* 138

¶ Du solt den Tauben nicht fluchen/ du solt für den Blinden keinen anstoß setzen/ denn du solt dich für deinem Gott fürchten/ denn ich bin der HErr/ Im 3. Buch Mose c. 10. v. 14. & 15. 139

De Agere volente, vel nolente.

LIcet quis potest agere ad declarationem iuris sui quando dubitat molestari, *vt habetur in l. diffamari C. de ingenuis manumiss. & in l. si duo patroni in princip. vbi gloss. notat. ff. de iureiur.* attamen tene mente, quòd si ego essem in possessione alicuius rei, in qua non haberem ius, & dubitarẽ molestari à te, quẽ etiã scio nullũius habere in eadẽ re: nõ possũ agere ad declarandũ, te nullũ ius habere in illa re: Sed tunc demũ possum agere, quando prætendo me jus habere, vt illud declaretur, 140

dixit

dixit Innocen. in c. abbate post prin. 1. col. de verb. signif. Hippo. de Mars. in sing. 280. incip. ¶ Huc referendum est, quòd agere volens cogatur intra terminos præfixos agere, aliâs cadat ab actione, *prout est casus in l. diffamari C. de inge. manumiss.* ¶ De constitutione autem super l. diffamari, C. *de inge. manu.* (*Pacis publicæ caussa introductā esse, & iurisdictionē Cameræ fundare, remoto beneficio primæ instantiæ*) De requisitis ad constit. istius l. pertinentibus. (*Ideoq; in Camerâ non in omnibus causis, sicut aliâs iure ciuili, locum habere, sed tantùm in in caussis scandali, & ad turbationem pacis spectantes, requiri etiam, vt diffamatus immediatè Cameræ Imperio subsit, quia loco rei est, & diffamans loco actoris, in causâ principali, licèt in iudicio diffamationis diffamatus pro actore habeatur.*) De præuentione in materia istius l. (*Præuentis in iudicio diffamationis locum esse, eamq; sola citatione diffamatoris induci.*) & de processu super constitutione eius, vide Geyl. *in lib. 1. obseruation. obseruationib. 9. 10. 11. & 12. Schursiu. consil. 75. num. 6. & 7. cum sequentib. & consil. 34. num 3. & 4. centur. 1. & notat. in c. pastoralis. De exceptio*: Ratio est, quia auctoritas judicis non debet esse ludibrio, *l. si prætor ff. de iudi.* ¶ Sed an *citatio vnica* ad iudicium l. diffamari sufficiat, notauit Myns. *in obser. 86. cent. 3.* tenens per multos sententiam æquiorem, quòd fiat citatio bina (*antequàm imponatur perpetuum silentium, quod & Geyl. tradidit, 1. obser. pract. 12. n. 4.*) & sic pronenciatum esse in Camera. *Et vide eundem Mynsing. in obser. 78. d. cent. 3.*

141 ¶ Et quòd supr. dictum est, (agere volentem cogendum esse, vt intra terminos præfixos agat, est limitatio ad reg. quæ est: (Quòd nemo inuitus agere vel accusare cogatur,) *l. 1. C. 1. vt nemo inuitus.* Secundò fallit in crimine homicidij, in quo iudex potest cogere aliquem ad accusandum, *secundum Bart. in l. omnium ff. de procu. de quo tamen vide per Bal. Sali. & Ang. in l. si quis homicidij, C. de accusa. & Aretinum in Tract. Malefi. in vers. nec non ad querelam.* ¶ Alia etiam datur declaratio, quòd hęres posit cogi vindicare necē defuncti, *l. 1. C. de his quib. vt indig. & vide casus sex, in quib. alicui ad agendum terminus posit præfigi apud soci. in reg. fallen. reg. 14. incip. agere. iunge gloss. l. vnicæ C. vt nemo inuitus.* Hinwiderumb aber soll der Richter niemands zu klagen verbieten / oder zu seiner klagē hinderung thun / sondern der / auff den die klage gehet / sol dem Kläger die Klage vorlegen / wie recht ist / *Arti. 16. l. 3. Landr.* ¶ Potest tamen iudex ex officio bannitum comparentem repellere de iure communi: *Bart. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo.* & nisi agere volens, prorsus omni sit destitutus actione, & tantùm ageret de facto *d. l. 1. & l. si vnus, §. pactus ff. de pactis*: vel si haberet actionem, sed inefficacem, *Felin. in c. ad aures. de præscrip.* vel si actio ineptè sit libellata, quia dentib. potest lacerari, *Specu. in tit. de libelli concep.* quòd iudex neminē ad agendū posit cogere est tex. *Art. 62. li. 1. Land. declaratur ibidem in latina additione prima. Glossa prima declarat & enumerat 4. casus (Duo iam supra expressi. Tertius est, vt maritus queratur de adulterio vxoris suæ. Quartus, vt tutores, de iniuria pupillo facta.) in quib. quis ad agendum per ius vel iudicem cogatur, vide gloss. in c. 1. de restit. spolia. in 6. ponit casus 18.*

De Agricolarum priuilegijs, & de Agricultura.

DE eorum priuilegijs & immunitatibus, 142
vide Ioan. *de Plat. in l. 1. C. de agri. & censitis lib. 11. gloss. 3. Arti. 79. lib. 3. Landrecht.* Nam personę, animalia, & instrumenta pertinentia ad agriculturam non possunt capi pro debito, & contrà facientes incurrunt infamiam, & restituunt ablata in quadruplum, & nihilominus puniuntur corporaliter. ¶ Quatenus autem res ad operam rusticalem pertinentes posint pignori dari, (*cum ipso prædio possunt, quia tunc cessant rationes prohibitionis, sicut etiā, cum executio fit in his rebus, cum ipso predio: nā aliàs executio in his rebus ne quidem in subsidiū admitti contra opinionem gl. Aluorott. tradit.*) notat omnia Aluorott. *in tit. de statu & consuetud. contra libertatem Ecclesiæ tollendis, in vsib. feudorum, §. agricultores.*

¶ Adeò etiam interest Reipub. & versatur 143
publica vtilitas in agricultura, ne deficiat, quòd colonus iners potest cogi ad laborandum: si autē non valeat laborare, quòd possit ipsi alius subrogari, *Ioan. de Plat. & alij Dd. in l. 2. C. de agri. & censitis lib. 11.* Et de venditione seu alienatione coloni vide ibid. ¶ Wer auch eines andern Acker Erdnet / wissentlich / oder vnwissentlich / stehet vnter Rechtlicher klagen / oder vor der klagen ohne vorbot / wie derselbe seine Erbeit oder Samen verleuret oder behelt / vnd jenem dē schaden gelten vn̄ seine busse geben müsse / *notat, Arti. 46 lib. 2. Landr. & Arti. 20. lib 3. & de iure ciuili, in §. qua ratione, & ibi D d. Instit. de rerum diuisione.*

¶ Wenn du dein Land erdnest / soltu es nicht 144
an dem end vmbher abschneiden / auch nicht alles gnaw auffsammeln / also soltu auch deinen Weinberg nicht gnaw lesen / noch die abgefallenen Behren aufflesen / sondern den Armen vn̄ Frembdlingen soltu es lassen / Im 3. Buch Mosis cap. 19. vers. 9. & 10.

De Alapa.

DAns Alapam officiali, qui est in officio, 145
vel in Syndicatu, qua pœna puniatur, notauit *Ioan. de Arno. in sing. suo 13. inc. quidā prætor C. primo casu pœna capitali, altero casu pœna arbitrar.* ¶ Alapa quòd gladio repelli posit, & si eo ictu vulneratus ceciderit, quòd de occiso

ciso non teneatur dicit per Bal. & Angel. Marius *Salomon. in repeti. l. vt vim. ff. de Iust. & iure num. 8 vers hinc omnium.* Cui alapa infligitur, non patitur damnum, sed iniuriam, *Marant. p. 4. dist. 1. n. 9.*

146 ¶ Alius est dictio implicatiua similium, *vide Abb. in c. sedes de rescriptis n. 13. vide gl. in proœmio, ff. in §. duobus alijs, in verbo finem vbi est Br.* Per alium quædam possumus, quæ per nos non possumus, *l. Aristo. in fin. & ibi plena gl. quæ multa allegat. ff. quæ res pig. obl. poss.* De alijs non loquamur, quod de nobis nolumus dici, *c. ponderet. l. dis.* Alterius factum quis probabiliter ignorat, *l. 1. ff. pro Socio qui in alterius, de Reg. iur.* Alieno morbo laborans misericordia dignus, *l. legem, C. de nat. lib.* An in dubio quis dicatur aliquid alieno nomine facere, vel suo, *vide inf. de verbo facere.* Ex alterius facto causa mea deterior fieri nō debet, *l. 1. ff. de al. iud. caus. mu. fa.* Quando quis censeri debet vt alius propter sui fauorē talis censebitur tantū, si sibi est vtile nō si inutile. Sic per contrarium, quando quis vt alius sui odio reputari debet, hoc fiet, quando est sibi damnosum, *vide infr. in verb. Tale.*

De Aggeribus muniendis, & ab aquarum impetu protegendis.

147 Welche Dörffer mit jhrem Lande bey Wasser liegen/ vnd ein Dam̃ haben/ der sie vor der Fluth bewaret/ jegliches Dorff sol seinen theil des Dammes befestigē vor der Fluth: kompt aber die Fluth vnd zubricht den Dam̃/ vñ hetschet man darzu alle/ die bey dem Dam̃e gesessen sein/ welcher da nit hilfft bawen den Dam / der hat verwircket alles sein Erbe / das er vmb den Dam̃ hat / *text. Arti. 56. lib. 2. Land. Vide declarationes, limitationes ibi in gloss.* Von Lehen vnd von Ehehaffter noth des aussenbleibens/ *& ibi in gloss.* ¶ Wer einen solchen Teich mit willen ab oder aus lest/ oder absticht / den sol man brennen/ vnd die dazu gerahten haben/ sol man ewiglich verweisen / *per l. si quis C. de Nili agge. non rumpen. ibid. Cy. & Sali. gloss. Lehnrecht. c. 71. gl. 9. in fi. Art. 16. lib. 2. Land.*

Ripam suam aduersus impetum fluminis
148 munire permittitur, *l. 1. C. de alluuionib.* & cùm flumen priori alueo derelicto alium sibi fecit, ager, quem circumit, prioris domini manet: quod si paulatim ita auferat, vt alteri parti applicet, id alluuionis iure ei quęritur, cuius fundo accrescit, *d. l. 1. C. de allu.*

De Agente sine actione.

149 Agens sine actione regulariter repellitur à limine iudicij, *l. si pupil. §. videamus. ff. de nego. gest.* ¶ In casu tamen, *(cùm videlicet per vim absentis possessio turbata est,)* & sine actione quis experitur, *vt est gloss. hic per l. 1. C. si per vim vel alio modo. Aliquæ notabiles notantur limitationes per Zasium in l. si Titius, ff. de verbo. obliga.*

De alienationibus quædam, & primò de alienatione fideicommissi.

Alienatio rerum fideicommissariæ re- 150
stitutioni subiectarum ab ignorante facta valet, & tantùm agitur ad precium fideicommissario, contra ipsum hæredem alienantem: & sic volens impugnare alienationem debet probare de scientia. *Hippo. de Marsi. in sing. suo 31. incip. valet alienatio.* Quando autem alienans nō potest restituere precium fideicommissi, etiamsi ignoranter alienauit penitus, non valet alienatio, sed vendicantur res venditæ ab emptoribus, *dicit Paul. Castren. in cons. 94. incip. Clarum est in iure part. 2. & cons. 301. n. 1. incip. prædicta dubia part. 2. (Et ibi dicit, quando grauatus restituere fideicommissum præsumatur illud ignorasse seu ignorare. Et ibi vide pulcherrima de præsumptione ignorantiæ & scientiæ.)*

¶ Sed diuisio hæreditatis an tollat fidei- 151
commissum, *(regulariter non tollit, nisi expreßè ei renunciatum sit & quidem inspectis cognitisq́ testamenti verbis & fideicommissum reciprocū sit: aut nisi prioribus concurrentibus libera alienandi facultas permissa, qua tamen non secutâ, durat fideicommissum,)* & quædam de alienatione, *(Veluti, licitam eam esse, si renunciatum sic fideicommisso, aut cui libera de re suâ disponendi facultas concessa.)* fideicommissi, docuit Geyl. *in obser. 139. lib. 2.* in tantum etiam non potest quis alienare rem restitutioni fideicommissariæ subiectam, & non præiudicet fideicommissario, etiamsi fiat in eius (fideicommissarij) præsentia, & non contradicat, *ita communiter tenent Dd. damnando gloss. in l. cum proponas la. 1. C. de pactis: quam dicit communiter reprobari Bal. in l. 1. in fi. C. de bon. mat. limita tripliciter per Iasonem in d. l. cum proponis in fin. col. tenet Duen. in regul. fallen. regula 29 incip. alienas.* ¶ Et quòd bona restitutioni fideicommissi subiecta regulariter alienari non possint, voluit Socinus *in regu. fallen. regu. 57. litera B. incip. bona, per l. fi. §. Sed quia C. commu. de lega. addit regulæ prædictæ 10. fallen. & 5. limitationes ad l. fin. §. fina. ff de lega. 2. vide pulcherrima apud Alex. de Imo. in cons. suo 8. volu. 5. per totum.*

¶ Testator quando in testamento suo vo- 152
luit non vendi ædes suas ab hæredibus suis, intelligitur relinquere per fideicommissum de vno ad alium. *Corse. in singul. suis, in verbo, testator. 1. Et de alienatione rei fideicommissariæ, vide eundem Corse. in singul. suis in verbo. alienatio. 2.* Et res subiectæ fideicommisso quando alienari possint, *(Licita est alienatio fideicommissi, Primò ratione Trebellianicæ. Secundò ratione legitimæ. Tertiò ratione æris alieni à testatore*

tore relicti, si alia bona non sufficiant. Quartò si res sit sterilis, aut seruando seruari non posit. Quintò si fiat alienatio ex causa dotis, aut donationis propter nuptias, etiam spirituales. Sextò fideicommissi in diem, aut sub conditione relicti alienatio valet, donec conditio extiterit, aut dies venerit. Quid autem posteà iuris, & maximè si ab ignorante facta sit alienatio; idem Geyl. d. obs. 137. & dictum suprà. Septimò similiter notum est, quod de fideicommisso hic dicitur ad substitutionem pupillarem non pertinere. Octauò alienatio contracta prohibita non impedit Dominij translationē, sed tamen facit locum petitioni interesse, aut pœnæ adiectæ à contrahentibus;) tradidit Geyl. *in obserua. 137. lib. 2. obser. Ca. Impe.*

153 ¶ In casu quando testator concessit alienationem, tamen sic largè non est intelligendum, vt omnia ista bona alienentur, sed tenetur quartā partem saltē reseruare substituto. *Decian. in cons. 75. volum. 2. in princip. Idem Decia. pulcherrima in cons. 28. vol. 3. ibi, (pro voluntate testatoris esse alienationem concedendam, vel non.)* Appellatione alienationis quando veniat permutatio, idem Decia. *in cons. 55. volu. 3. nu. 60. (vbi nititur probare, non venire in odiosis permutationem appellatione alienationis.)*

154 ¶ Alienationem licèt pater prohibeat inter filios fieri, tamen contra ipsos talis prohibitio non extenditur, nisi expressè dixerit, *vide Soz. in reg. 288.* Alienari prohibita tamen ad pias causas possunt alienari. *Vide infr. in verb. priuilegium.*

¶ Alienationis appellatione venit hæredis institutio, *l. si quis prioris, §. certum.* C. *de sec. nupt. l. si quis priores. Ita, §. ea le. de v. obl. l. peto, §. fratre, de leg. 2.* An autem semper, & quando, & quando non, vide Br. *in d. loc. & D. Alex. in cons. 55. vol. 3. per quæ ego consului.* Item an alienans rem prohibitam alienari transferat dominium: & an, & quando posit fieri alienatio non obstante prohibitione, *vide de hoc infr. in verb. testator.* Et quid, si prohibitio facta est à lege? Et quid, si à testatore? *Vide Petrum de Bellapert. in q. 10. vbi latè.* Alienationem in perpetuum testator prohibere potest, *l. filiusfa. §. Diui. de leg. 1.* Sic etiam diuisionem, *vide D. Carolum, qui refert alios in l. stipulationes non diuiduntur. q. 1. char. 111. Lect. l. 2. ff. de V.O.* Alienationis prohibitio extra familiam non comprehendit successionem ab intestato, *vide Carolum l. 1. fol. 48. fol. matr.* ¶ Alienatio dicitur omnis actus, per quem dominium siue vtile, siue directum transfertur, *Ita vide Iason. declarantem in §. item si quis in fraud. Inst. de Act. no. 22. Et ibid. §. vide varios modo alienandi in fraudem personarum, & multas qq.* An transigendi quis dicatur alienare, vide Alex. *conf. 41. vol. 6. n. 5.*

De Alienatione rerum Ecclesiasticarum.

IN alienatione rerum Ecclesiasticarū immobilium requiritur solennitas, (*Veluti, consensus Capituli. Eiusdem capituli præbabitus tractatus instrumento desuper confecto, & subscriptionibus confirmatus, Pontificis summi licentia episcopi alienationi accedens, legitima & probabilis causa, vtilitas Ecclesiæ ex ea alienatione, vel saltem ne damno ea inde afficiatur.*) *de qua in c. fine exceptione 12. q. 2. & in Authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. Et in Authen. de rebus Eccles. non alienandis.* 155

¶ Sed nota duos casus, in quibus illa solennitas non requiritur, *qui notantur ab Hippo. de Marsi. in singu. su. 132. incip. in alienatione. (vbi docet, non requiri in alienatione legati mendicantibus ad subsidium vitæ relicti. Item si Ecclesiæ fideicommissum sub conditione alienandi relictū sit.* Et vnum casum notat glos. *d. c. fine exceptione 12. q. 2. & vide ea, quæ notaui in litera B. vers. de bonis Ecclesiarum & monasteriorum.* Et possunt alienari pro redemtione captiuorum, *c. aurum 12. q. 2.* Imò de rerum Ecclesiasticarum alienatione & luitione, vide VVesenb *in cons. 8. par. 1. consi.* Et ibi cadit materia præscriptionis in reluitione pignoris, à prælato Ecclesiæ vel monasterii contracto: de rebus Ecclesiæ non alienandis consuluit idem VVesenbecius *in cons. 59. parte 2.*

¶ Sed quatenus alienatio prædij Ecclesiæ defendatur contra assertionem, quòd sine euidenti vtilitate Ecclesiæ alienatio celebrata sit, modò sit facta solenniter, consuluit Menochius *in cons. 114. vol. 2. per totum.* & ibi, vide ex quibus Ecclesiæ vtilitas circa prædia consideretur.

De Alienatione à carcerato facta.

TAlis alienatio non valet, & potest carceratus recuperare possessiones venditas, etiam non restituto precio à venditore ab ipso extorta, *ita Hippo. de Marsi. in singul. 106. incip. materia carcerati, per Paul. Castrens. in l. non interest in 1. colum. C. quod met. causa, & secundùm Cy. in l. 2. C. eod. (dicens, nam carceratus præsumitur vendidisse per metum) & ibi in d. singu. 106. Hippo. vide de contractibus factis cum carceratis.* ¶ Et an carceratus possit contrahere, (*Non potest cum eo, à quo carceratus est, nisi debitè carceratus sit, vel in suam vtilitatem contrahat puta vt liberetur, vel contractus iustus sit. Causa enim huius prohibitionis est metus præsumptio. Sanè cum alio contrahere potest.*) testari, & confiteri, vide quædam apud Hippo. *de Marsi. in practica sua crim. §. attingam num. 22. cum sequentib.* Et in specie donatio à carcerato facta quòd non valeat, Rolan. 156

à valle

à valle in conf. 2. mihi: nu. 47. verf. quod non, voluit lib. 1. inducendo, quòd non tantùm propriæ perfonæ, fed etiam confanguinei, vel coniuncti carcer inducat iuftum metum, num. 61.

De Alienatione prohibita.

157 Alienatio bonorum quòd poſsit interdum prohiberi, & bona prohibita alienari, quòd non poſsint confifcari propter delictum, cuius contemplatione alienatio eſt prohibita, notat Hippo. *de Marſi. cum duabus fallentijs in ſingu. ſuo 314. incipien. prohibitio alienationis.* ¶ Et facit ad hoc, quòd in generali alienatione vel obligatione non veniant ea, quæ ſunt ſub pœna prohibita alienari vel obligari. *Bart. & alij in l. codicillis. §. Inſtituto filio, ff. de lega. 2. & in l. obligatione generali, ff. de pignorib. Bald. in l. 1. per illum text. C. quæ res pigno. obliga. poſſint.* ¶ An autem, quando prohibita eſt alienatio, intelligatur etiam prohibita pignoris obligatio, vide Barto. (*diſtinguit, vt ſi pecunia credita valorem pignoris æquet, alienationis prohibitione & pignus contineatur, aliàs ſecus. In feudis tamen indiſtinctè etiam pignus prohibitum eſt.*) *in l. qui habebat, ff. de lega. 3. Abba. in c. 1. de pigno.* (*vbi concludit, quod ſic.*) & circa materiam prohibitæ alienationis vide *Iaſon. in l. ſi ſtipulatus fuerim in §. cum ſtipulamur, ff. de verbo oblig. Hippo. de Marſi. in d. ſuo ſingulari 314.*

158 ¶ Alienare, etiam prohibitus, ad longum tempus quoque locare prohibitus cenſetur, *Socinus in reg. fallen. regula 25. incip. Alienare. ſed addit 8. fallentias.* ¶ Nota tamen, quòd prohibitus alienare, non ſit prohibitus rem relinquere in teſtamento, vel in aliqua vltima voluntate, *Hippo. in ſingu. ſuo 465. incip. aliqua ſunt prohibita.* ¶ Et prohibitus alienare, non prohibetur legatum vel donationem repudiare, *Paul. de Caſtro in conſ. 11. incip. in caſu præſenti.* ¶ Et prohibitus alienare, an ſit prohibitus conſtituere dotem, notat idem Paul. *Caſtren. in conſi. 13. incipi. Quia per ſuprà ſcripta*, quòd poſsit, non obſtante prohibitione, conſtitui affirmat Soci. *in regul. fallen. regul. 26. incip. alienari cum 18. ampliatio. & duab. fallentijs remitt. ad 15. notabiles fallentias Iaſon. in Authen. res quæ C. commun. de lega.*

159 ¶ Videtur etiam prohibita permutatio, *Decian. in conſ. 55. vol. 3. num. 53.* ſed in ſequentibus diſtinguendo benè docetur: niſi fiat meliorando. *Caſtrenſ. in conſi. 270. incip. dubitatur nunquid, part. 2.* & ibi pulcherrimè dicit, quòd voluntas teſtatoris maximè ſit attendenda, & ratio prohibitionis conſideranda. ¶ Et de prohibita alienatione à teſtatore facta, quatenus valeat, vide tex. *gloſſ. & Dd. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de legatis. 1. & facit pulcherrimus textus l. fina. C. de rebus alie. non alienand.* quia iuxta illum dominij etiam impedit tranſlationem, prohibitione legis vel hominis durante. Ex illa lege quoque videbis, quæ veniant nomine alienationis & ſic prohibita intelligantur. ¶ Menochius *in conſ. 63. vol. 1.* (an prohibitio in contractu facta impediat dominij tranſlationem) reſpondet quòd non, ſed diſtinguit de pacto reali & perſonali. *num. 10.* 160

¶ Sed prohibitus alienare ad tempus, quòd poſt tempus alienare poſsit, conſuluit Decianus *in conſ. 9. vol. 3. num. 18.* ¶ Et prohibitio alienationis an (*Diſſentientes in hoc Dd. opiniones Decianus in allegato loco recenſet. n. 4. & 21.*) & quando etiam videatur comprehendere vel non hæredis inſtitutionem, *idem Decia. in conſi. 78. volu. 3. per totum. Et ibi in iſto conſilio 78. vide multa bona de materia prohibitæ alienationis.* ¶ Et nota, quòd appellatione alienationis venit omnis contractus, per quem transfertur dominium, *D. Paul. Caſt. in conſi. 16. in princip. pro meliori tamen expeditione, vide Alciatum in l. alienari, ff. de verbo ſignif.* ¶ Et prohibitio facta hæredi an ſe extendat ad hæredem hæredis, *declarat Pet. Duen. in regulis fallen. regula 39. incip. Alienationis, cum quatuor limitationib. & cum tribus ſublimitationibus primæ limitationis.*

¶ Et alienatio certæ familiæ prohibita extendit ſe vſque ad quartum gradum ſaltē, quo finito licet cuicunque ea alienare, *Decius in conſil. 321. num. 5. in 2. parte.* ¶ Sed prohibitio alienationis contemplatione propinquorum de familia facta, an comprehendat non natos & neque conceptos tempore alienationis, ita quòd habeant reuocationem, & an viuentes conſentiendo poſſint præiudicare non nato (*Primo caſu quòd ſic, ſecundo quòd non*) conſuluit Tyber. *Decian. in reſpon. 60. vol. 1.* 161

Nota, alienatio ſi prohibeatur, non cenſetur prohibita inter eos, qui ſunt in pari gradu, & qui ſucceſſuri fuiſſent, *d. Decia. in conſ. 55. volum. 3. nu. 72.*

De Alienatione regis, (Principis, Marchionis vel alterius alicuius domini, per quā maieſtas vel dignitas grauiter læditur) quòd non teneat, conſuluit Rolandus *à Valle in conſ. ſuo 2. mihi 95. verſ. ſecundo quod.*

Marſil. de bann. verb. alienata. De alienationis à teſtatore facta prohibitione Poſſager. *de teſt. rubr. 30. Brun. à Sole quæſt. 45. egregiè, & Tapia. in authent. ingreſſi. C. de ſacroſa. Eccleſ. verb. ſua, c. 13. fol. 448.* ibid. de alienat. prohita à lege vel homine. Alienatio bonorū etiāſi nulla adiecta ſit cauſſa, ſi ſit prohibita à teſtatore: valet etiam abſque cauſſa, *Raud. de analog. lib. 1. c. 30. n. 107.* quia cenſetur facta fauore liberorum, & quid operetur hæc prohibitio, 162

hibitio, cum aliâs à legibus immobilium alienatio minoris sit prohibita. Prohibitio duplex, legis, & hominis operatur, vt res nullo casu sit alienabilis. *declarat Raudens. lib. 1. c. 30. nu. 107.* Et I. in bonis minoris, quæ & alienari à testatore prohibentur, quæ licèt aliâs ex causa vtili, vel necessaria sint alienabilia, attamen hoc casu nô alienari possunt, *ibid. nu. 107.* II. Hinc nec vasallus subinfeudare potest adiecto pacto, ne alienet. *n. 109.* Hinc si filia iuret non alienare dotem, & postea alienet cum iuramento, attamen iuramentum attenditur primum, *n. 110.* Hinc & pactum vel statutum de non alienando rem minoris impedit translationem dominij, *n. 111.* etiam legitimæ, *n. seq.* & dotis, *n. 113.* quamuis regulariter super alia re alienabili non impediret, *Viuius decis. 471. lib. 3.*

163 ¶ Alienare simpliciter, atque indefinitè prohibitus, vniuersaliter intelligitur prohibitus, ita vt comprehendat etiam hæredis institutionem. *Medic. de Reg. iur. reg. 2. n. 6.* Alienationis prohibitio facta per testatorem filio, an extendatur ad posteros, vel alij personæ, si facta, an ad alios, *Capyc. decis. 108.* Præceptum de nô alienando, cuius sit effectus, *Coler. p. 3. c. 11. n. 10. & seqq.* Alienatio facta à constituto in mortis articulo in præiudiciû tertij non valet. *Foen. de mom. temp. c. 7. n. 46. Iun. vt n. 12.*

¶ Bonorum alienatio quando prohibita est à testatore, causa dotis tamen alienari possunt, & ex alijs caussis. *Viuius decis. 18. lib. 1. & quid in fideicommisso Fess. decis. 192. n. 3. 4. & 11.* Prohibitus acquirere ex contractu, non censetur prohibitus acquirere ex vltima voluntate, *Daniel Moller. lib. 1. semestr. diff. 8.*

164 ¶ Prohibita alienatione in certam personam, non potest etiam ea persona iure successionis talia bona consequi. *Modest. Pistor. p. 2. quæst. 59. n. 1. per l. Lucius Titius 88.* (*aliâs est lex codicillis 91.*) *§. matre ex vxore. de legat. 2.* Alienatio quando possit reuocari, *Sebast. Med. de nouat. p. 2. q. 1. fol. 38. verb. alienatio.* Alienare qui prohibetur, non prohibetur repudiare, vel non acquirere, *Marsil. de bannit. verb. alienata. n. 9.* Alienatio rerum preciosarum facit præsumi fraudem, *Marsil. de bannit. verb. alienata, n. 16.* Alienatio fraudulenta quando præsumatur, *passim Marsil. d. verb. aliena.* Actus alienationis faciendæ per syndicum vniuersitatis, de autoritate, & mandato ipsius celebratus omninò redditur validus, nec vllatenus infringi potest. *Viuius decis. 4. 36. lib. 3.* De alienatione rei litigosæ, *Marsil. de bannit. verb. alienata. n. 17. 18. 19. & n. 25. 29.* De alienante caussa mutandi iudicij, *d. verb. alienata. num. 22. 23. 24.*

¶ De alienatione bonorum subiectorum restitutioni, *Tapiani Auth. ingreßi verb. sua c. 13. fol. 461. C. de S S. Eccles.* Alienare prohibitus quasdam res extra familiâ non censetur côtrauenire prohibitioni, instituendo extraneum hæredem vniuersalê in omnibus bonis. *Ruchard. de miss. in poss. n. 484.* Statutum prohibens alienationem in non subditos comprehendit & Clericum, *Seraph. priuil. 73. num 97.* 165

¶ An & quando in prohibitione alienationis inducatur fideicommissum, vide Dec. *cons. 218. vol. 2. in casu ad me transmisso, & cons. 23. vol. 1.* Alienari res prohibita debet intelligi inter viuos prohibitum non in vltima voluntate, *l. ex hoc edicto. §. Si hæredem, ff. de alien. mu. iud. caus. fact.* Et transfertur dominium, cum alienatur in vltima voluntate, *vide Petr. in lib. sent. in tt. qual. peti feud. & alien. in 6. col. in fin.* De statuto, quod tribuit potestatem recuperandi agnatis bona aliena, *vide Dec. cons. 222. vol. 2. viso puncto.* ¶ Res donata cum pacto, vt non posit alienari, non obstante pacto, ad pias causas potest alienari, Item statutum prohibens mulierem, vel minorem alienare, an procedat etiam in alienatione, quæ fieret in Ecclesiam? *Vide Fel. reprobantem Bl. qui hoc voluit in c. quæ in Ecclesiar. col. 30. de constit.* Res alienari prohibita semel alienabilis effecta, semper durat alienabilis, *l. cum pater, §. quindecim cum ibi not. de leg. 3.* Sicut causa indelegabilis semel delegabilis facta manet semper delegabilis, *Ita Br. in d. §. quindecim & in l. 1. de off. eius Soc. in cons. 165. vol. 2. char. 23.* 166

167 ¶ An valeat statutum, quòd, bona non posint alienari, in extraneos: Et qui prohibetur alienare, prohibetur compromittere: Item: Alienatione prohibita, actio personalis non prohibetur, *Dec. Cons. 300. vol. 2. Visa petitione.*

¶ In omni contractu quis dicitur alienare, excepto illo, quando quis rem transigendo dimittit apud possessorem: vnde si vasallus transigit, feudum apud possessorem dimittendo, non dicitur alienare, secus si transigit tradendo feudum, *vide pulcrè Alex. de Imol. in cons. 41. vol. 6. n. 5.* Hinc dicitur, quòd alienare intelligitur, qui rem alienam vendit, *l. ex hoc edicto §. ff. 1. de alienat. iud. mut. ca. facta.*

¶ Prohibitio alienationis extra familiam ad quartum gradum restringitur, *Ita not. Ang. in §. nos a. in Aut. de restit. fid. Dec. cons. 311. in 1. col. ibi non obstat, quod dispositio in 2. volum. In causa quæ Alexandria.*

Prohi-

Prohibitus alienare extra familiam, is decedit ab intestato & eius succedentes non sunt de familia, dicitur hoc casu in eos alienasse, & contra prohibitionem fecisse.
168 *Franc.Curt.in conf.4.in 3.col.prope fin.* Si rem vendo ne alienes: si alienata fuerit, possum propria authoritate apprehendere, *gloss. in Aut.vt de cet.com.rer. Eccles. Ias.in l.pen. ff. de pact. Ang.in l.nemo potest de leg.1. Bl. in c. illud de præs. & in c.caterum in fin.de iud. vide Ias.in l.filiusfam. §.Diui in 9.col.circa medium.ff.de leg. 1.* De materia prohibitionis alienationis, vide Br. & DD. *in l.filiusfam.§. Diui ff.de leg.1. vbi latissimè de hac materia habetur, & est locus ordinarius materiæ prohibitionis alienationis.*

De Rei alienatæ fructibus contra prohibitionem, & expensis in meliorament o factis.

169 FRuctus quos lucretur emptor, (*eum lucrari fructus, & melioramenta excipiendo saluare posse tradidit Castrens. cons. 94. incip. Clarum est in iure. n.3. part. 2.*) & quas expensas in meliorando factas recuperare possit emptor, *vide Paul. Castrens. in (d. cons. 17. non reperio d. nec in 1. 2. nec 3. parte consil. de. Castrens. in quem sensum allegatur.) cons. 17. colum. 9. versicu. venio ad aliam, & versicu. venio ad tertiam.*

De Alienatione prædij vel rei immobilis minoris.

170 VIde Titu. C. de prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienan.
171 ¶ Bona minorum immobilia regulariter non possunt alienari sine decreto iudicis, vt habetur in toto Tit. *ff. de reb. eo. & in titu. C. de prædiis minorum.* Hoc tamen fallit in alienatione facta à patre, qui habet legitimam administrationem in bonis filij: nam potest alienare bona immobilia filij, etiam sine decreto, quia lex multùm confidit de paterna pietate, *Hippo.de Marsi.in singu.suo 498. incip. Bona minorum.* ¶ Sed istius doctrinæ vide declarationes, *apud Dd. in locis allegatis. & notaui aliqua infr. in l.D. vers. de decreto iudicis. Et in litera L. versi. de legitima, ibi alienatio patris quod reuocetur saltem vsque ad legitimam.*

¶ Causas, propter quas possit fieri alienatio, vide inter cætera, *l. ob æs alienum gloss. & notata Dd. in Titu. allega.* ¶ Annui etiam reditus, qui sunt perpetui vel ad longum tempus, qui sunt de futuro & non in retardatis, qui adhærent immobilibus, & sic computantur inter immobilia, *quas declarationes adducit Iacob. Venent. in Tract. de Annu. præsta. quæst. 39. in 2.part.* non possunt alienari sine decreto iudicis, *dictus Iacob. Venent. in d. Tractat. de annua præstatione quæst. 40. parte 2.*

¶ Nota adultus habens curatorem, li- 172
cèt inter viuos non possit alienare sine auctoritate curatoris & decreto iudicis, potest in testamento executoribus dare facultatem alienandi, *Mynsinger. in obseruat. 5. cent.3.* ¶ De alienatione aduentitiorum per filiumfamiliâs facta an & quando valeat, (*Non valere in Camerá conclusum ait, etiamsi iuramento firmetur, in præiudicium scil. patris & eo viuente: nam eo mortuo filius iuramento stare tenetur.*) docuit Mynsinge. *in obseruat. 10. cent. 3.*

De alienatione debitorum.

ALienatio in fraudem creditorum facta 173
non valet: quomodo autem rescindatur traditio, & res à creditoribus petantur, quibus modis, qualiter, quando, & per quæ remedia, *est tex. & facit gloss. Angel. & alij Dd. in tit. Institu. de actionib. §. item si quis in fraudem.*

De Alienatione feudi.

ALienatio feudi non valet sine consensu 174
Domini, *hanc regulam probat tex. in c. imperialem de probi.feu.alie.per Frideric. notauit Pet. Duen.in regul.fallen.regu.40. cum 14. ampliationib. & 10.limitationibus, earumq; declarationibus.* Imò propter alienationem priuatur feudo, *c.Imperialem. De probibita feu. alie.* est verum, si traditio fuerit facta, aliàs secus, *declarat Corse. in singul. suis in verbo, alienatio.1.* Imò in alienatione feudi paterni vel antiqui requiritur etiam consensus agnatorum cum consensu Domini, *Rolan. à Valle in cons.2. num. 103. & in sequen. Mynsinge. in Responso 48. in prin. Decia. in cons. 90. volu.3.* habere etiam locum in feudo franco, dixit idem Rolan. *in d. cons.2. num.134.*
¶ Sed quando proximior agnatus cum vo- 175
luntate Domini consensit alienationi, præiudicat etiã filijs alienatoris, quô minus illam possint reuocare, *notauit obseruatum in Camera Mynsinge. in obseru. 50.cent.1.* ¶ Et an consensus patris expressus vel tacitus obstet liberis in reuocatione feudi alienati, *consuluit (quod non: quia Successor consentientis potest ex suo iure & propriâ personâ feudum reuocare.) VVesenbec. in consil. 54. part. 2.* ¶ De alienatione feudi antiqui an præiudicet agnatis, (*nõ præiudicat, nisi consentiant.*) & quom. reuocetur: (*Refuso pretio statim, post mortem verò vasalli sine vllâ pretij numeratione agnatus, qui non consentit, reuocat: atq; hæc si Domini consensu alienatio facta sit.*) Item de differentia alienationis feudi noui & antiqui, *docuit Mynsing. in obseruat. 85. cent. 4.* Et de reuocatione, *Decia. in cons. 90. volum. 3.*

¶ Sed feudū an in dotē dari poſsit à Vaſallo, (*à Vaſallo filiæ in dotem dari non poteſt, ſine conſenſu, idq́; crebrius placuit: videlicet ex fructibus feudi dos conſtitui poßit: A fœmina feudum poßidente rectè in dotem datur, quod ſoluto matrimonio dos eſſe deſinat.*) vide eundem *Mynſinge. in obſeru. 86. cent. 4.* ¶ Et quando in inueſtitura vaſallo libera poteſtas de feudo diſponendi eſt data, quòd tunc poſsit diſponere de illo, conſuluit Decia. *in conſ. 58. vol. 2. num. 23.* & in ſeq. per quã inueſtituram, & aliàs cognoſcatur feudum eſſe hæreditarium. Et illud alienari poſſe in præiudicium maſculorum & ſine Domini conſenſu, maximè ſtante ſimul conceſsione de diſponendo in illo prohibito. Et quòd fœminæ ad ſucceſsionem illius admittantur.

176 ¶ Ex quibus præſuppoſitis, nempe quòd ſit feudum hereditarium, degenerans, improprium, de quo nō præſtantur onera perſonalia, vel Homagia, & de alijs vide ibi *in d. conſilio per Decian. num. 66.* (*conſuluit, poſito quòd filiæ eiuſmodi feudum retinere non poſſent, quòd tamen deberentur ipſis filiabus melioramenta feudi, facta per patrem vel ipſius maiores. Et ſic in hoc conſilio inuenies bona de feudo degenerante, propriam naturam feudi non habente, & de hæreditario.* Siquidem vaſallo per Dominum feudi conceſſa ſit licentia alienandi feuda, pro certa ſumma, vaſallus viuens ſi non alienauit, an eo mortuo poſsint creditores eius, nullis alijs bonis exiſtentibus quàm feudalibus, aliquod ius prætendere in ipſis bonis feudalibus pro ſumma, pro qua conceſſa erat alienatio? Reſpondet quòd non Decia. *in conſ. 83. volum. 2. quia extincta eſt iſta licentia cum perſona mortua.*

177 An in caſibus, in quibus domini feudi conſenſus requiritur, tacitus ſufficiat: Item ſi domini ratihabitio ſubſequatur, *Mynſ. obſer. 87. eiuſdem cent. 4.* (*Reſpondet quod ſic: idem de conſenſu agnatorum tradit, d. cent. 4. obſer. 85.*)

Wann aber vnd wie die Vettern oder mitbelehnten/ die verenderte Lehn reuociren/ vnd wider erlangen können/ als bey leben oder nach tod des alienatoris, *habetur in Conſtit. Elect. Saxo. Arti. 48. part. 2.* Vnd wie es mit erſtattung des Kauffgeltes gegen dem Beſitzer zuhalten/ *Arti. 49. part. 2.* Vnd in welcher zeit die reuocation vnd Außſpruch der geſtalt ſolle geſchehen/ *vota. in Arti. 50. part. 2. Et conſuluit Mynſing. in d. Reſponſ. 58.* ¶ De alienatione feudi in potentiorem facta conſuluit VVeſenb. *in conſ. 66. part. 2.* ¶ Et de amiſsione feudi ob alienationem ſine domini conſenſu factam idem VVeſenb. *in conſ. 73. par. 2.*

De alienatione rei emphyteuticæ.

Eam nō poſſe fieri inuito domino, & multò minus in potentiorem, aut omnes, in quibus nō eſt eadem facilitas conueniendi, docet Henni. *Goed. conſ. 3 de iur. ciu. n. 19. & ſeq.*

De alienatione à patre vel filio facta.

Filius an & quando alienationem à patre, 178
& pater à filio factam poſsit reuocare, (*ſi ſcilicet fiat in fraudem legitimæ*) notat Ange. *Aretin. in tit. Inſtit. De Act. §. item ſi quis in fraudem, mihi num. 24.* ¶ Et de alienatione filij familiàs in aduentitijs ſine patris conſenſu facta, docuit Mynſing. *in obſeru. 10. cent. 3. & d. l. 5. c. de alien. præd. minor.*

De Alimentis.

¶ Alimenta an appellatione expenſarū veniant, *vid. Gail. 1. in obſ. 151. n. 5.* Alimentorum nomine ſtudiorum expenſæ veniunt, *VVeſen. conſ. 80. n. 3. lib. 1.* Alimentorum, & ſtudiorum cauſſa pia, *VVeſen. d. loc. n. 7.* Fauor alimentorum ceſſat in præteritis, *Vinc. de Fran. deciſ. 203.* An nobili bonis cedenti alimenta debeantur, *VVeſ. conſ. 50. nu. 16. lib. 1.* Alimenta debentur de bonis, quæ ſuperſunt æri alieno. *VVeſ. d. l. nu. 19.* Nobilioribus ampliora alimenta conſtituenda, *VVeſen d. l. n. 21.* Alimenta præteriti an mulier ab hęredibus viri petere poſſit, cùm durante anno luctus pro illorū præſtatione non interpellaſſet hærede, *vide Theſaur. deciſ. 44.* Alimentorum cauſa feuda alienari poſſunt, *Theſ. deciſ. 99. nu. 5.* De alimentorum materiâ vide eundē *Theſaur. deciſ. 211. per tot.* Alimenta debentur in principio anni, & idcirco tranſmittuntur ad hæredes, quando is, cui debentur, moritur ante annum finitum. *Vincent. de Fran. dec. 155. n. 1.* Alimenta æſtimata ad certum tempus relicta, & poſteà æſtimatio creuerit, vel decreuerit, *Vincent. de Fran. dec. 186. nu. 5. & 8.* 179

¶ Valet in iure *argumentum* ab alimentis 180
ad legitimam, *Bald. in l. fratres C. de inoff. teſtamento. Affirmat ibidem apoſtilla lit. B. in verbo ſuccedit.* Sicut ergo debetur legitima filijs, *prout notaui infr. litera L. verſ. de legitima*: Videntur etiam ſic deberi filijs alimenta. Dicit tamen Bald. in d. loco, non ſemper procedere tale argumentum: igitur cogitandum erit, an & quando pater filio robuſto & nihil operanti poterit denegare alimenta, *vide Barto. in l. vnica, circa finem, C. de mendi. validis lib. 11.*

¶ Quòd autem *pater* tenetur regulariter a- 181
lere filium etiam diſsipantem, propter naturalem ratione, notat Hippol. *de Marſ. in ſing. ſuo 104. incip. Pater tenetur.* Imò onus alendi filium tranſit ad hæredes patris in ſubſidiū. *Eſt ſingulare D. Matthæi Matthæſilani 147. incip. nota quòd iſtud, & ibi additio.* Et quòd pater teneatur alere filium eſt, text. *in l. 1. §. hinc deſcendit ff. de Iuſt. & iu. Vincent. de Fran. deciſ. 133. nu. 9.*

¶ Et

¶ Et ideo si alius, vel ipsamet mater præstaret alimenta, pater tenebitur reficere actione negotiorum gestorum, *l. si quis à liberis, §. si mater, ff. de lib. agnosc.* Et frater repetit alimenta facta filio fratris pro eius portione, *Bal. in l. si paterno in fin. C. de negot. gest.* Ita etiam auia à patre repetit, *l. Nesennius, ff. de negot. gest. consuluit Decian. in cons. 110. vol. 3. nu. 9.* & ibi *num. 10.* colligit 4. casus, in quibus mater vel auia repetit alimenta, & non dicitur, quòd intuitu pietatis illa fecerit, præsertim si fuerit nouerca.

182 ¶ Et nota, quòd pauperi & egeno diutiùs *litiganti* cum diuite, modò pro paupere militet præsumptio, posśint lite pendente incidenter officio iudicis decerni alimenta, & expensæ, sine causæ principalis præiudicio, ex bonis diuitis, cum quo litigatur, *consuluit Decia. in cons. 66. vol 2. Malitijs enim debet obuiari l. in fundo, ff. de rei vendic. & in cons. 128. vol. 3. Et de alimentis vide tract. Bart. de alimentis.*

De alimentis *viduæ* præstandis ab hæredibus mariti, antequàm ipsi soluatur dos, & alia vide Aretinum *in Inst. de actio. §. fuerat nu. 7. & 8. cum sequen. & Alex. de Imo. in cons. 27. in prin. volu. 4. facit Constit. August. Elect. Saxo parte 2. Arti. 25.* (*in fine adijciendo, quòd etiam habeat ius retentionis simul cum alimentis. Et alimenta vxori à marito, præstanda, etiamsi habeat, vnde se alat, traditur Mynſ. obſ. 64. cent. 1.*) *Vide VVeſ. in parat. ff. de postuland.* ¶ Et quatenus secundùm eandem Const. debitor incarceratus debet ali de suis, *nota. Arti. 22. Vom Schuldthurn, verſ. Es ſolten aber.*

183 ¶ Transigi autem qualiter posśit super alimentis, notat *in l. cum hi, ff. de transactio.* Sed de futuris alimentis incōsulto prætore transigi quòd nō posśit, ne homines fame pereant, tenet per iura And. *sicu. Barba. in proleg. clem. in 2. lectu. colum. 4. in fin. Marant. part. 2. num. 22.* Et quòd alimenta legata morte legatarij finiantur, & sic non transeant ad heredes, est gloss. *finalis in l. 4. ff. de aliment. & cib. legatis.*

¶ Et nota, quòd si quis tenetur aliquē alere, sufficit, si faciat eum recipi in aliquo *hospitali* vel domo Dei: vel si procuret aliquam præbendam: tamen illud de hospitali restringitur, dummodo ille, qui debet alimentari, posśit stare sine dedecore in hospitali: aliàs secus, *Hippo. de Marſi. in ſing. 420. incip. Extat iuris regu. Mynſ. cent. 3. obſ. 12. Vincent. de Fran. dec. 58.*

184 ¶ Sed appellatione alimentorum non solùm veniunt *cibus & potus*, sed etiam habitationes, vestes & alia, sine quibus quis viuere non potest. *l. legatis alimentis, ff. de aliment. & ciba. lega. Menochi. in cons. 62. vol. 1. nu. 10.* ¶ Sed quæ veniunt nomine alimentorum (*traditur in cap. ſequenti, de alimentis pupilli.*) & victus, vbi, (*præſtanda ſunt in domo teſtatoris, ſeu hæredum, niſi legitima cauſa ſubſit, veluti, ſi legata ſunt alimenta, vt alimenta præſtentur ab heredibus ſimul in communicatione exiſtentibus, ſiue expreſsè ſiuè tacitè id voluerit teſtator, & ipſi diuiſerint hæreditatem.*) quom. & quo ordine (*Seruanda ſunt per menſes, in ijs, quæ menſtruam ſolutionem recipiunt, vel etiam ſingulis annis, ut lectus, aut pro ijs, quæ tempore pereunt, ſoluenda æſtimatio.*) legatario alimenta præstentur, ære tamen alieno deducto, notauit eleganter Rolan. *à Valle in conſ. 22. per totum lib. 1. Decia quædam in conſ. 30. vol. 2.* Et ibi de alimentando spurium, (*vbi docet alimentorum modum æſtimandum eſſe ex qualitatibus alendi, educatione patris, modo facultatum, alijsq; ſimilibus.*) Nota ¶ Quando alimenta à pluribus debentur, quòd Iudex vnum statuere potest, qui solus soluat cæteris contribuentibus, & qua actione petantur, (*officio ſcilicet iudicis, quandoq; tamen actione ex teſtamento, ex ſtipulatu, aut præſcriptis verbis petuntur.*) notauit Mynsing. *in ſuis obſerua. obſeruatione 63. cent. 1.*

¶ Et alimenta *ad vitam* quomodo pro ætatis consideratione constituantur, notauit quædam Geyl. *in obſerua. 8. num. 4. lib. 2.* 185
quomodo ad arbitrium boni viri pro dignitate, modo facultatum &c. præstentur & cōstituantur, quo iure debeantur & petantur, (*quòd videlicet debeantur vel officio iudicis, quo caſu præterita alimenta non veniant, vel iure actionis.*) consuluit Decia. *in conſ. 9. num. 42. & in ſequent. volum. 1.* vbi potiùs alimenta dentur pupillo (*pupillus ibi educandus, vbi teſtator voluit, aut ſi de hoc nihil diſponat, inſpectâ qualitate perſonarum, iudex ſtatuit.*) & qualiter idem, *Decian. in conſ. 49. vol. 1. & in conſ. 8. vol. 2.*

De Alimentis pupilli.

TVtor cogitur pupillo prouidere de alimentis, aliàs tutor tanquam suspectus remouetur, & mittitur pupillus in posśesśionem bonorum tutoris custodiæ causa, vt sibi de mala administratione rectiùs sit cautum. *Inſtitu. de ſuſpect. tuto. §. ſuſpectus, & §. ſi quis tutor, l. fin. ff. vbi pupillus educari debeat.* ¶ Qualiter autem alimenta decerni debeant, traditur, *in l. ius alimentorum, ff. vbi pupil. educari debeat.* (*Videlicet ne totum patrimonium alimentis deputetur, ſed vt aliquid ex reditibus reliquum maneat.*) 186

¶ Alimenta autem quæ tutor præstitit pupillo pauperi, poterit ab eo, si ad pinguiorem fortunam peruenerit, *repetere*, quia non debet alimentari de bonis tutoris, sed de bonis proprijs: Non enim præsumitur tutor donasse, licèt nihil dixerit, vel non fuerit protestatus. Et non præsumitur vixisse de vento vt lupus, *Bart. in d. l. ius alimentorum. vbi pup. edu. de ff. Angel. in §. ſi quis tutor Inſtit. de ſuſp. tuto. l. fina. iuncta gloſſ. C. de* 187

aliment. pupillo. præstand. Decia, in consil. 110. vol. 3. num. 13. ¶ Etiam tutor potest repetere expensas, quas fecit litigando cum pupillo, vel alio modo, quando allegatus fuit suspectus, Barto. in l. 1. §. si pupill. ff. de tutelis & rationibus distrahen. Aretin. in tit. instit. de susp. tuto §. si quis tutor in fin. nu. 3.

188 ¶ Ein Kind ausserhalb der Ehe gezeuget/ soll von dem Vatter nach Gerichtlicher ermessigung alimentirt werden/ Constitut. Electo. Saxo. parte 4. Arti. 27. in princ. ¶ Alimenta si sint vsque ad pubertatem concessa, debentur masculo vsq; ad annum 18. fœminæ vsq; ad annum 14. Et quæ veniant nomine alimentorum (non tantùm cibaria, sed etiam vestitus, habitatio, medicinæ, sumptus studiorum, & alia ad viuendum necessaria veniunt) declarat Mynsing. in obser. 12. cent. 13. ¶ Vbi potiùs (an apud matrem vel fratrem) pupillus sit educandus consuluit ex præcepto testatoris & commodo pupilli pro fratre, quod ibi sit educandus, Menochius cons. 62. vol. 1. num. 11. & in seq. & ibi bona de amore fraterno.

189 ¶ Iudex in caussa alimentorum tenetur officium suum non petenti impartire, Asin. de execut. §. 3. c. 203. Alimentorum nomine quæ veniant Husan. de hom. proprijs fol. mihi 88. n. 41. Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 170. Ioseph. concl. 1. fol. 1. in fin. Alimenta præsumuntur præstita ab eo, qui apud se animal habuit, Menoch. lib. 6. præs. 71. Alimenta spurio an regulariter debeant fratres, Tes. dec. 211. Spurio an debeantur alimenta, Bruno. à Sole, quæst. 25. debentur ab hæredibus defuncti, qui habuit naturalem, Ioseph. concl. 16. lat. fol. 55. vbi ampl. Et econtrà an naturalis vel spurius teneatur alere patrem, Capyc. dec. 164. Ioseph. Ludouic. concl. 1. late Gabriel de alim. concl. 1. lib. 6. vide 1. verb. Spurius. Alimenta quomodo sint præstanda pupillo, filiæ dotatæ, spurio, pauperi seruo, & clerico, Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 169.

190 ¶ Cui legata sint alimenta, si cum hæredibus manserit, tenetur morari, si velit consequi alimenta, nisi commodè habitare possit, Seraph. priuil. 31. & quid si hæres moriatur, debentúrne ab hærede hæredi. Alimenta non petita per longum tempus, peti an possint, Brun. à Sole quæst. 25. Consuetudo liberans patrem ab obligatione alendi liberos non valet, Brun. à Sole quæst 50. Si testator reliquit Titio alimenta, quæ ei in vita præstabat, præsumitur, quòd intellexerit, de alimentis, quæ præstabat postremo loco, & tempore mortis, Menoch lib. 3. præs. 6. n. 38. fol. 821. Naturalis quando à patre, vel matre alẽdus, Tess. dec. 3. n. 4. & seq. An vxori, quæ fructuaria ex asse relicta est, alimenta debeantur tantũ. Vau. lib. 1. quæ. 13. Brun. à Sole quæst. 48. ibi si domina, & vsufructuaria relicta sit. Vidua de domo viri debet expensis hæredum habere vestes lugubres, & viduales, Capic. dec. 26. An vidua toto tempore viduali sit alenda. Tess. dec. 44. n. 2. & 3. De alimentis vxori præstandis lite pendente, Afflict. deci. 20. Super alimentis, quę minutatim dantur, transigi potest facilè, Seb. Med. reg. 5. n. 7.

¶ Fundus ad alimenta relictus sine decreto non alienatur, Marsil. de bannit. verb. alienata n. 14. Si quis per triennium vnoquoque anno præstiterit alimenta legata ex testamento minus solenni, etiam in futurum tenebitur: secus si præstationes alimentorũ semel factæ fuerint, pro tribus annis, Foen. de mom. c. 21. n. 1. Naturalem pater tenetur alere & pater quomodo probetur, Thesau. decis. 3. Si cui ex dispositione testatoris debeantur alimẽta, & fructus, vel reditus bonorum non sufficiant ad alimenta, an aliqua bona testatoris pro alimentis possint alienari, Marsil. de bannit. verb. alienat. n. 60. fundus ex quo quis habet alimenta, tacitè pro ijs est obligatus, n. 61. & an alimentatus debeat in domo operari, n. 62. 191

De Allegatione.

Allegare vel dicere non sufficit, nisi probetur, gloss. in c. non est de consue. lib. 6. in verb. quam allegat & in Cle. vna de integ. restitu. Io. Bernar. Diaz. in regu. fallen. regu. 26. remittit ad 9. limitationes per Hippo. de Marsi. in §. si quis dicatur, ff. de quæstionibus Specula. pulcher. in tit. de disputa. & allegationibus. 192

¶ Allegans propriam turpitudinem non est audiendus, tex. in l. si creditoribus in fin. C. de seruo. pig. da. manumis. & ibi gloss. cum vna ampliatione & 12. limitationibus, vide Ioan. Bern. Diaz. in reg. fallen. regu. 24. incip. allegans turpitudinem, Felin. in c. lator, de re iudica. in 1. & 2. col. ponit plures casus fallentiæ.

¶ Allegans contraria etiã non est audiendus, l. 1. C. de furtis. l. Titiæ ff. de condi. & demon. & allegat plures concordantias gloss. d. l. 1. C. de furtis.

¶ Tene menti, quòd si aduersarius contraria allegantem non vult repellere in totum, potest acceptare vnũ ex allegatis, Bal. in l. si precum, C. de liberali causa. vbi dicit, hoc esse notandũ. Iason. in d. l. 1. De furtis, imitat. 7. modis. adde alias 4. limitationes per Clan. Menne. in repe. §. Nihil cõmune, l. naturaliter, ff. de acquir. possess.

De Alternatiuis.

Quoties est alternatiua rerum & actionum, electio est actoris, ne in potestate rei sit actionem actori adimere. l. 3. §. Qui Stichum, ff. de eo quod certo loco, vbi habetur pulcher tex. ad illud. vel secundùm illum textum dicas sic: ante moram electio est rei, post moram petitoris, facit l. eum qui certarum, ff. de verbo. oblig. ¶ Debitor alternatiuè obligatus, 193

gatus, si alteram ex rebus partem creditori
uolenti offerat, post eius interitũ liberatus est,
ac si esset purè debitor, *l. 105. stipulat sum Da-*
mam, & ibi Zasius. ff. de verb. oblig. sed in alter-
natiuis si altera res efficiatur stipulatoris, al-
tera in obligatione remanebit, *l. si Stichum, ff.*
de verbor. oblig. ibi sic summat Zasius, & per tria
puncta hanc materiã ibidem resoluit, & benè docet.
194 ¶ *In alternatiua quantitatis* illud quod mi-
nus, in alternatiua *temporis* illud quod est re-
motius, intelligitur promissum, *l. si ita stipu-*
latus fuero, & ibi declarat Zas. ff. de verb. oblig.
¶ In alternatiua *totius & partis* pars debetur,
Iason, in l. d. si ita stipulatus fuero, ff. de verb. oblig.
declarat Zasius, nisi pars sit preciosior toto.
¶ In promissione alternatiua *dotis* quæ de-
beatur, vide Zas. *in d. l. si ita stipulatus fuero, ff.*
de verb. oblig. num. 6. (Ias. communiorem & ve-
riorem esse dicit, vt penes mulierem sit electio, & id
quod minùs est promissum intelligatur. Cõtra Raph.
Bulgar. Bald. ad quod maius est mulierem promisisse,
intelligi volunt, quò & Zas. inclinat.) Quid si in
alternatiua sit *affectio?* facit illam valere in v-
traq; parte, *Zas. num. 6. facit l. si is cui, ff. de nouat.*
¶ In *legatis* cuius sit electio, cuius in *contra-*
ctibus, cuius in *gratijs* & beneficijs, vide Dyn.
& additionem ibidem in reg. in alternatiuis, de reg.
iur. in 6. Et ibi sufficit alterum adimpleri.
¶ Et in alternatiuis quòd sit electio penes
debitorem, & penes eum, in cuius fauorem
verba alternatiua sunt prolata: Et quòd in
dubio concedenda sit electio illi, ad quem
verba sunt directa, in casu quando decem
sunt promissa, donec soluerit centum, quòd
non possit cogi soluere centum, consuluit,
Decia. *in cons. 77. vol. 2.*
195 ¶ Alternatiua posita inter duas conditio-
nes, an, & quando in coniunctam resoluatur,
& sic oporteat impleri vtramq; conditio-
nem, lim. fauore piæ, nam tunc stat propriè,
& non resolutiuè, limita item in dote stipu-
lata. *Franc. Viuius decis. Neapol. 7. lib. 1.* Alterna-
tiua inter honoratas personas posita in co-
pulatiuam resoluitur. *Dauth. de testam. n. 280.*
fol. 328.

De Ambasiatore & Ambasiata.

196 POtest quis cogi suscipere ambasiatam.
probat text. iunc. gloß. & Bart. in l. si quis C. de
decur. lib. 10. Et debet habere literas creden-
tiæ. Debent mitti illi, qui sunt beneuoli &
grati illi, ad quem mittuntur. *Panor. in Rubri:*
de vita & hones. cleri. An to. Corse. in sing. suis
in verbo Ambiasiator. Et vide bona apud Bertach. in
suo Reper. litera A. vers. Ambasiator. Et apud eundem
Corse. in sing. in verbo Ambasiator, 2.

De Amico & Amicitia.

197 AMicitia magna idem operatur, quod
coniunctio sanguinis, *l. cum allegas C.*
de Castrens. pecul. mili. lib. 12. gloss. in c. 2. in gloss.
penult. de testamentis in 6. & in d. l. cum alle-
gas, habetur, quòd amicitia æquipollet affi-
nitati. *Iura quæ per rationes contrarium volunt.*
(quòd scilicet amicitia & coniunctio non procedat de
pari,) habent saltem locum de simplici amicitia.
Nos autem loquimur in amico magnæ & strictæ
amicitiæ, & Iason *in l. non dubium. C. de testam.*
in vltima colum. dicit, quòd licèt ex testamen-
to inutili & non solenni regulariter non de-
beantur legata, nec fideicommissa, nec peti
possint efficaciter: Tamen fallit in casu sin-
gulari, *l. in testament. ff. de fideicom. liber:* quando
legatum vnum vel plura relinquantur perso-
næ valdè dilectæ testatori: quia illa affectio
facit, vt ex testamento etiam non solenni le-
gata debeantur, *vt dicit gloss. in d. l. in testam. in*
2. solutione, quam approbant omnes Dd. in l. ea quã
C. de fideicom. vbi est gloss. quæ dicit. quod est specia-
le in d. l. in testa. propter pietatẽ & affectionẽ.
¶ Et sicut affectio habet vim clausulæ codi- 198
cillaris: ita habet vim reuocationis clausu-
læ derogatoriæ in primo testamento cõten-
tæ. Hæc declarat Hipp. *de Mar. in repetitione*
Rub. ff. de fideiusso. nu. 234. versi. debent etiam ha-
bere locum. Et ibi *num. 237.* conatur asserere,
quòd amicus magna amicitia coniunctus
sit idoneus *fideiussor*, etiamsi non possideat
imobilia & vlterius dicit obligando sese pro
magna summa, constat eum esse amicum
magna amicitia iunctum, *per Bald. in l. fina. C.*
per quas perso. nob. acq. in fine. Et idem Hippo. de
Marsi. in sing. suo 351. incip. amicitia magna.
plus dicens, quòd possim insultantem ami-
cum meum magna amicitia iunctum impu-
nè occidere, *per Bald. in l. vt vim, ff. de iusti. &*
iur. ¶ Imò potest etiam amicus defendere
amicum in possessione sua, etiam perimen-
do expellere volentem. *Hippo. de Marsi. in sing.*
suo 456. incip. habuisti, Paul Castren. in cons. suo
193. incip. in causa incarceratorum.
¶ Amicus magnus admittitur in *testem* pro 199
amico magno, *l. 3. & ibi nota. ff. de testibus, Fe-*
lin. in c. quoties extra de testib. Quia magna af-
fectio veritatem prorsus impedit, *c. accusato-*
res el. 2. 3. q. 5. ¶ Quis autem in hoc casu
magnus sit amicus æstimandus, stat in arbi-
trio iudicis, *Alex. de Imo. in cons. 78. in 2 colum.*
in fi. & in colum. sequen. in 1. volu. adde quæ ele-
ganter, dixit idem Alexan. in cons. 88. in 5. volum.
¶ Et nota, quòd actus facti & admissi ra-
tione amicitiæ vel familiaritatis non indu-
cant aliquod ius dominij vel possessionis,
nisi in contrarium sit protestatum, vel con-
tra expressam prohibitionem sint actus fa-
cti, *Paul. Castr. in cons. suo 164. in col. circa me-*
dium vsq; ad finem.
¶ *In criminalibus* amicus etiam sine mandato 200
admittitur ad allegandũ causas absentię pro
amico suo accusato. *Gand. in Tractat. suo malef.*
titu.

titu. vtram procurator in maleficio inter & quando, num. 5. vers. sed quare.

¶ Affinitas vel amicitia existens inter *occisum & occidentem* inducit præsumptionem animi, de non occidendo, cōcurrente qualitate occidentis & iuramento purgationis, *gloss. in l. 1. C. ad leg. Cor. de Sicarijs, & in repetitione eius Hippo. de Marsi. num. 85. vers. capio, gloss. secundam, & Bal. in hac l. allega. & allegantur ab Hippo. alij Dd. plures.*

201 ¶ Inimicitia non censetur remissa nisi probetur, & ex quibus indicijs, *Sebast. Med. de nouat. p. 2. q. 1. fol. 54.* Amicus reputatur, qui pro alio se obligat. *Seraph. priuil. 17. n. 1.* De amore fratrum, Menoch. *lib. 5. præs. 16.* De beneuolentia fidæ societatis, *præs. 18.* De amico ficto, & homine, qui se scit varijs modis fingere, *Roger. de protest. rubr. 1. §. 6. n. 20. fol. 77.* Pro amico habetur, qui interponit fidē pro aliquo, *Seraph. priuil. 17. n. 1.*

202 ¶ Sortilegia & imagines, quæ fiunt ad prouocandum amorem mulierum, & inuocatio Dæmonum ad tentandam pudicitiam mulierum, licèt sint illicita, non tamen sapiunt manifestam hæresin, *vide Ias. vbi allegat August. in l. huiusmodi, §. si is cui in fin. de leg. 1. in 4. lect. fol. 39.* Amoris fauore nihil vehementius. *§. illud in Auth. quib. mod. nat. eff. legit. gl. in pr. Inst. de eo cui lib. ea.* Amor honestus ex animo solo, non lucro pendet, *l. 3. in pr. de Don. inter vir. & vxor.* Ergo donatio inter virum & vxorem est prohibita, *vid. ibi gl.* Amator factus, peior factus est, quàm erat, *l. 1. §. is quoque deteriorem, ff. de ser. corrup.*

¶ Amicus magna amicitia iunctus præponderat coniunctioni sanguinis, *l. cum allegas. C. de Cast. pec. lib. 12.* Et potest is sine mandato agere, sicut coniuncta persona, *vide de hoc Ias. in l. exigendi in 2. col. ibi quarto C. de procur. Eundem in l. cùm rem alienam C. de leg.* Hoc nota pro ampliatione, *l. Sed hæ ff. de proc. facit tex. in l. nemo dubitat, ff. de hæred. inst.* Amicorum omnia debent esse communia, *c. dilectis 12. q. 1.* Per amicos absentes negotia, & opera nostra perficere possumus, *l. de pollicitationibus, ff. de pollicit.*

De Animo.

203 SOlo animo fit *hæreditatis aditio, l. pro hærede & l. gerit, ff. de acquiren. hæredi.* ¶ Iste autem animus probetur & ostendatur signis, verbis, vel factis, *Ang. in titu. Institu. de hæred. qu ali. & differen. §. item extraneus, num. 1. vers. in gloss. nuda.* ¶ Per quæ verba autem, signa vel facta probetur iste animus vel hæreditatis aditio, notat pulcherrimè D. Robertus Maran. *in repe. l. si potest, ff. de acqui. hæredi. à n. 42. vsq; ad n. 49. sunt vtilißima & pulcherr.*

Sed quando & in quibus terminis dependentia ab animo & conscientia probentur iuramento, notat Hippo. *de Marsi. in repeti. Rub. C. de probationibus, mihi num. 122. vers. Item iuramentum, cum sequentibus & Ange. in tit. Instit. de actionib. §. sed iste quidem, mihi num. 14. vers. in eadem gloss. ibi in summa.*

¶ Quòd *probetur* animus redeundi per exteriora, notat Bart. *in l. gerit, ff. de acquir. hæred.* Et de animo redeundi & emanendi in feris mansuetis, vide Schneidew. *Ang. & alios in tit. Insti. de rerum diuisio. §. Pauonum.* ¶ Ex dictis & factis etiam in præludiis apparet, & probatur, qualis fuerit animus in sequen. *l. fin. ff. de hære. Insti. l. Fulcinius, §. Quid sit autem latitare. cum ibi nota in gloss. ff. quibus ex causis in possess. ea.* Econtrà ex sequentibus actis vel verbis apparet, qualis fuerit animus in præcedentibus, *Paul. Castrens. cons. 263. in 2. colum. post princip.* 204

¶ Animo & corpore acquiritur possessio, *l. possideri in princi. ff. de acqu. possessio.* Animo retinetur & animo amittitur, *l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirend. possess. l. possideri, §. in amittenda, ff. eod. l. nemo C. eod.* ¶ Recipiens etiam *annuam præstationem*, acquirit obligationem ex animo præstantis, qui videtur attendi debere, *vt l. 1. ff. de solu.* & super hoc eius iuramento standum videtur, alio non constito vel docto per aduersarium. *Iacob. Venen. in tractat. de annua. præstatio. in 23. quæstio.* ¶ Animus contrahentium quòd tam consideretur in *contractibus*, atque in vltimis voluntatibus animus testatoris, & qualiter contestetur & probetur, consuluit Decian. *in cons. 41. num. 84. 99. & 102. volum. 1.* 205

¶ Imò quòd in qualibet dispositione animus & mens, de qua constat, *prædominetur verbis*, & illam potiùs attendendam, quàm verba, *est text. in l. scire, §. aliud ff. de excus. tut. ibi, (sed etsi maximè verba legis hunc habeant intellectū: tamen mens legis latoris aliud vult) declarat & ampliat Decian. in cons. 43. volum. 2. num. 12. & 13. & ibi in seqq. num. 19.* docet ex quibus mens colligatur. Sic etiam in *statutis* principalis mens, animus & intentio statuentis attenditur, *in d. cons. num. 26.* 206

¶ In his, quæ ab animo pendent, statur iuramento, *gloss. in §. aliæ. Inst. de Act. gl. in l. si cui. §. ijsdem de Act. Bart. in l. Celsus de vsur. Bl. in l. 1. C. de seru. & aq.* Et ergo Br. *in l. Fulcinius §. quod autem, ex quib. causs. in poss. eat.* dicit, quòd animus alicuius, quòd faciat aliquid dolo, probatur per ea, quæ ipse dixit extra iudicium, *vid. de his Alex. in cons. 125. vol. 4. Saluatoris, vide omnino Socinum in Reg. 72. cum fallentijs pulcris vide infr. in verb. Conscientia. Et latè Ias. in d. §. aliæ, vbi est materia conscientiæ. Et latè Ias. in Rep. l. admonendi col. 109. de iur. iur.* 207

vide

vide *Alex. in l. pro hærede*, *vbi limitat hoc*. Prædicta tamen intellige vera, si *præsumptio verisimilis* sit pro iurante, alias non statur iuramento suo. *Ita dixit, Hippo. de Marsi. lib. 1. nu. 66. fol. 5. per ea, quæ ibi cumulat, ff. de quæst. De his late vide eundem Marsi. in l. qui falsam char. 36. col. 3. ff. de fals. vide Dec. in l. si quis nec causam in pr. Si cert. pet. & ibi Goza. & late Alex. in l. cætera, §. sed & si quis de leg. 1.* Limita præterea notabiliter, nisi pars vellet *probare contrarium*, quia tum iuramento ipsius non staretur, *ita Br. in l. 2. §. si à pupillo, de vsurp. pro emp. Item Io. And. & Imol. in c. quia propter. §. illud de Elect.* Item fallit nisi *præsumptio iuris* esset contra iurantem, item nisi iurans esset *malæ conditionis*, & famæ. *Ita Ang. in l. qui iudicio de accus. vide Goza. vbi supra.* De impedimento statur iuramento dicentis, fallit nisi contrarium probetur, *Goza. in l. si quis nec causam in princ. post Modernos, ff. Si cert. pet.*

De Animo in criminalibus: in vltimis voluntatibus & contractibus.

208 Secundum animum delinquentis vel occidentis imponitur pœna delinquenti vel occidenti: voluntas enim & propositum distinguunt maleficia, *l. qui iniuriæ, ff. de furtis.* Et qualiter probetur animus *occidendi*, vel delinquendi, notat Hippo. *de Marsi. & alij D d. in l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicarijs. idem Hippo. in l. 1. ff. eo. tit. Angel. de malefi. in verbo, scienter, dolosè. Paul. Castr. in cons. suo 193. incip. in causa incarceratorum.* ¶ Sed quòd quis non animo interficiendi, sed saltem *animo vulnerandi* vulnerauerit, & tamen mortuus sit vulneratus, probatur iuramento, *per gloss. l. 1. in verb. non occidendi animo, C. ad l. Cor. de Sica. quam gloss. valdè singularem reputat Ludou. Rom. in l. in illa in pe. col. ff. de verbo. ob. Iason in §. sed istæ in 24. col. Instit. de actio. & per illam notauit Io. de Arno. in sing. suo 44. incip. vulnerasti.*

209 ¶ Ex *affectu* etiam furandi delictum æstimari notatur *14. q. vlti. penul.* Et committens vltra animum vel cogitatum non ordinaria pœna, sed pro excessu arbitrariè puniatur. *Ludou. Rom. in suo sing. 3. & ibi in addi. num. pigno.* (*Vide etiam Bald. in l. si quis non dicam. C. de episc. & Cler.*) ¶ Item quòd in detinendo animali naturâ mansueto committatur furtum, notat Schneidew. *& ibi apostilla. in titu. Institu. de rerum diuisio §. Gallinarum.*

210 ¶ Animus in delictis semper inspiciendus, *Roger. de protest. rubr. 1. §. 5. n. 5.* & quando magis factum, quàm intentio delinquentis inspiciatur, & econtrà, ibid. *n. 3. & n. 5. in fine remiss.* Animus semper *talis* præsumitur, sicut verba, vel facta ipsum declarant, *Menoch. lib. 6. præs. 35.* Animus *probatur* per signa exteriora, coniecturas, facta, & non facta, & verba: magis tamen probatur facto, quàm verbis. *Seraph. de priuileg. iur. priuil. 1. nu. 42. vsq. ad 77. vbi mult. illat.*

De Anima.

Fauore animæ in dubiis vel obscuris præsumitur delictum, contra reg. (Semper in obscuris, *ff. de reg. iuris*) ita dixit *Petr. de Ancho. in cons. suo 174. incip. prima facie*, & in foro animæ timenda est culpa, vbi non est culpa, *c. consilium. De obseruat. ieiunij, Hippo. de Marsi. in sing. suo 151. incip. semper in dubiis.* ¶ Et fauore etiam animæ cogitur hæres credere dicto testatoris iurato, aliàs enim se faceret indignum hæreditate, cogitur enim hæres exonerare conscientiam defuncti, *tex. & ibi nota. Authen. de iureiur. à morient. præstito.* ¶ Et propter animæ periculum possunt probationes sumi de domo rei. *Hippo. de Mar. in sing. suo 171. incip. probationes.* 211

¶ Item fauore animæ post conclusionem in causa admittuntur probationes, & eius fauore creditur alleganti propriam turpitudinem, *d. Hippo. de Mar. in pract. sua crimi. §. sequens nu. 40. & 41.* ¶ In dubiis etiam ista opinio est sequenda, quæ fauet animæ. *Clem. exiui, De verbo, signi.* & fauore animæ iudicatur de peccato tam in foro seculari, quàm in foro ecclesiastico, *Alex. de Imo. in cons. suo 51. vol. 6. in fin. 1. col. circa medium 2. col. & vers. ex his infertur.* ¶ Sed Vasallus quòd non possit de feudo etiam pro anima disponere de iure ciuili, secus de iure canonico, notauit *Ludoui. Roma. in sing. 533. incip. Tu scis ibi pigno. in additio.* ¶ Nota vitium animæ periculosius est, quàm vitium corporis, *sic intelligitur Authen. de Leno. §. præponamus, vers. 1. §. si omni & §. mulieres & eorum appell. cum seq.* 212

Animæ partes quæ sint. Raudens. *de anal. lib. 1. c. 26. n. 16. & seqq.* mens, intellectus, ratio, spiritus, sensus, memoria, ingenium, prudentia, diligentia, iudicium, contemplatio, consilium: *ibid.* harum virtutes, & operationes, *ibid.* Anima quando infundatur, *Viuius decis. 82. lib. 1.* De animæ nobilitate plura, *Viuius lib. 1. decis. 83.* 213

¶ Animarum regimen est ars artium, *c. pen. de æt. & qual. in 6. gloss. in c. cùm in illis, de præb. lib. 6. quæ all. d. c. pen.* 214

Maius damnum est in amissione vnius animæ, quàm mille corporum, *c. si habes 34. q. 3. & sunt verb. Augustini.*

Anima cunctis rebus est præponenda, *l. sancimus, C. de Sacrosanct. Eccles. Hunc textum allegat Ias. in l. licet in 4. col. C. de pact.*

Quando

Quando sumus in dubio, semper id quod tutius eligendum est, vel maxime quando sumus circa conscientiam, & animi periculum. Quando sumus in dispositione respiciente Animæ fauorem, tum talis dispositio, quantumcunque sit exorbitans, dicitur fauorabilis, & debet late intelligi, & extendi. *Ita Alex. in l. seruum. C qui test. fac. poss. Soc. in l. 2. de leg. 1. per gl. & Br. in Aut. Sacramenta puberum, C. si aduersus vend. Io. And. in c. pen. Qui filij sunt leg.*

De Animalibus.

215 ANimalium appellatione quatenus veniunt *anseres & gallinæ*; bestiarum appellatione non veniunt animalia mansueta. Venit tamen eius appellatione omne animal ratione carens, *Syluan. cons. 72. part. 2.* prodest scire in casu, quando statutum extat, vt damnum ab alicuius animali, vel fera bestia datum resarciatur, Vel vt certa gabella de animali vel fera bestia soluatur, *declarat ibi in d. cons. Syluanus.* ¶ Von zamen Thieren/ wie die zuhalten/ vnd wann derselben schade zu gelten/ durch den Herrn/ habetur, *Arti. 40. lib. 2. Landrecht.* ¶ Von den zahmbden wilden Thieren/ wie derselben schade zugelten/ wie sie mögen gesetzet vnd gehalten werden/ *Arti. 62. lib. 2. Landr.* ¶ Ein getödtet/ oder gelehmet Viehe/ wie es zuuergelten mit seim Wehrgelte/ vnd zuuerbüssen/ *nota, Arti. 48. lib. 3. Landr.* ¶ Item wann ein Hund getödtet/ *Arti. 49. eod. lib.* Aber von Wehrgelte eines jeglichen Viehes vnd Vogels. *vide Arti. 51. lib. 3. Landrecht.*

De Anno.

216 ANte Iulium Cæsarem non computabatur annus, nisi 353. diebus, incidente mense intercalari, annus dies habebat 383. eius mensis initium erat pridie Kalend. Martias, *ut ex quinto Marcio Celsus refert l. 51. §. 2. ad l. Aq. l. 4. §. 5. de statulib. l. 134. de V. S.* Sed quia hæc erant confusa, & apud Ægyptios annus constituebatur ad numerum Solis 365. diebus, & quadrante. Iulius Cæsar adnitente sibi M. Flauio scriba 365. diebus annum conclusit & quadrantem quarto quoque anno intercalauit, interuocauit, seu interposuit (nam καλῶ Græcis est voco) ad sextum Kalend. Martias, vnde bissextus appellatur, quia bini dies eo anno in sexto Kalend. Martias reperiuntur, *vide l. 98. de V. S.* Sed quia Pontifices centro quarto incipiente eum diem intercalabant, qui peracto intercalendus erat. Cæsar Augustus plenissime annum correxit, de quo vide *Macrobium 1. Soster. 14. Gothofr. ad l. 2. ff. de diutur. & temp. præscript.*

217 ¶ Annus quo tempore incipiat, (*annus varijs modis incipit, apud nos à natiuitate Saluatoris, ratione fructuum à mense Septembri.*) quot habeat dies, nempe trecentos & sexaginta quinque, & (*annus alius legalis & magistralis est, qui diebus 365. constat, alius communis & vulgaris, qui incipit à natiuitate Saluatoris.*) quotuplex sit, notat Aluaro. *in tit. finiatur lex. §. his consequenter vers. nota annum incipere, in vsib. feu. Alexan. de Imola in con. 114. in fin. vol. 5. vbique quot habeat menses.* Et qualiter computetur annus, vide Alciatum *in l. anniculus 2. ff. de verbo. signi.* ¶ Jahr vnd Tagist/ de Iure Saxonico, ein Jahr vnd sechs Wochen/ *gloss. 1. Arti. 36. lib. 1. Landrecht. Lehnrecht. c. 25. in gloss. Weichbild, Arti. 4. in glossa & Arti. 21. in text.* ¶ Semper annus ponatur in instrumentis publicis. *Authen ut propona. nom. Imper. & apertius scribentur tempora. §. omnium colla. 5. Spe. de instru. editio. §. 1. per totum.* Wer Jahr vnd Tag ein Gut in rechten gewehren gehabt/ der darff darumb zu hand nicht antworten/ *Arti. 38. lib. 3. Landrecht.* ¶ Annui reditus perpetuò vel longo tempore duraturi, quòd computentur inter immobilia, notauit Mynsing. *in suis obser. obseruat. 69. cent. 1.*

¶ Anni sunt quatuor tempora hyemis, veris, æstatis, autumni. & vnicuique tempori, sunt tres menses deputati, quandoque tamen anni tantùm sunt duo tempora scilicet æstatis & hyemis, *de hoc vide gl. in l. 1. § æstatem, ff. de aq. quotid. & æst. in verb. Autumnali.* Æstas largo modo sex menses comprehendit, strictè tres tantùm, *tex. cum gl. quam approbat Br. in l. vnic. §. æstas. Ne quid in flum. pub.* 218

De Annuis reditibus, prouentibus, seu præstationibus.

IN annuis debitis quòd etiam pro futuris agi possit, notauit Geyl. *obser. 74. lib. 2. obser.* ¶ Annui reditus quòd computentur inter immobilia affirmat Bald. *in l. iubemus in princip. C. de Sacrosanct. Eccles. sed istius assertionis vide 3. pulcherrimas declarationes apud Iacobum Ven. in tractat. suo de annua præstatione, quæstio. 39. part. 2. fol. 56. & habetur in Clem. Exiui de paradiso. De verb. signif. vide in Consti. Electo. Sax. part. 3. Arti. 24. de eorum præscriptione, in d. const. Arti. 2. par. 2. Geyl. 2. obser. pract. 10. vbi hoc in alienationibus rerum minorum, statutis de immobilibus disponentibus, interdicto vti possidetis, & satisdationibus iudicio sisti, locum habere asserit: simul etiam statutis huiusmodi reditus pro mobilibus haberi, & illis ipsis statutis per pacta derogari, & ad ius commune rediri posse docet. Geyl. in obser. 10. lib 2. in prin. deseruiet tibi hæc scientia ad praxin Arti. 41 lib. 1. Landrecht. Et ad praxin l. sciendum, ff. de his qui satis rogan.* de quo in specie quærit & respondet D. Iacob. *Venen. in d. tractatu suo de annua præstatio. part. 4. quæstio. 34.* 219

¶ Et

¶ Et in sequentibus duabus similiter quęrit & respõdet, an executio possit fieri in annua præstatione, sicut in bonis soli? Et publicatis bonis imobilibus an veniat in publicatione annua præstatio? & de multis alijs in ista materia utilib. docetur, *in d. Tract. per totũ. Et aliqua sunt apud Zas. in l. eũ qui, §. ita. à n. 1. vsq. ad n. 9. ff. de verb. obl. faciũt tex. gl. & Dd. tit. ff. de annuis legatis,*
220 *per totũ.* ¶ Annui reditus à testatore relicti ab hærede solui debent, quando fructus recolligit, *Lud. Rom. in sing. suis 389. incip. reditus relictus.* ¶ Et singulis annis siue annuatim: quando tamẽ & qualiter, præsertim quando relinquitur quid in testamento, & ad fauorabilẽ causam, vel quando fit onerando eũ, qui acquirit ex causa lucratiua, consuluit Dec *in cons. 114. vol. 3.* quòd sit licita. (*Licitã vid. eam esse, & habendã esse rationẽ ætatũ, cũ ad vitã emuntur reditus, ita ne interueniat deceptio vltra dimidiũ iusti pretij*) ¶ De emptione redituum annuorum, & ad vitã de cõstitution. *Imp. Car. V. super emptionibus redituũ*, an ad casus præteritos extendantur. (*quòd non:*) & an cõputentur (*Si ad modicũ tẽpus constituti non sint, cõputantur*) inter immobilia? Respondet Geyl. *in obs. 7. 8. 9. et 10. lib. 2 obs. Cam. Imp.* ¶ De emptione ad vitã, & de præscriptione annui reditus, vide Myns. *in obs. Cam 13. cent. 3.* ¶ Et in annua præstatione, an currat præscriptio, & in qua moneta solutio facienda, Geyl. *in d. obser. 73. lib. 2.*

221 ¶ De annuis reditibus, an hi possint titulo emtionis in pecunia constitui. *Couar. V. R. lib. 3. c. 7.* an ad vitam, *n. 3.* an ad certum tempus, *n. 4.* An constitui possint obligatione personali, *n. 5.* & an peremtis rebus, perimant reditus, *n. 5.* qualis hypotheca oriatur, & quomodo contra plures possessores rerum, super quibus, Annui reditus an emi possint ea legę, vt intra certum tempus, liceat eos non postea redimere. *Couar. d. L. 6. c. 8. n. 7. & 8.* Annui reditus non possunt licitè constitui cum pacto redimẽdi ad voluntatẽ primi emtoris. *Couarr. V. R. lib 3. c. 9 n. 4.* Iustũ tempus annui reditus perpetui, item ad vitã *ibid. c. 9. n. 5. & seqq.* De iusto pretio annui reditus perpetui, redimibilis, & de ipso redimẽdi pacto, *Couar. V. R. lib. 3. c. 10.* Annuus reditus an in dubio iudicandus perpetuus, *Couar. d. L. 3. c. 10.* Quo tẽpore ex l. statutaria possit retrahi res vendita sub annuo reditu redimibili, *Couar. V. R. lib. 3. c. 11.*

De Antiquo.

222 ¶ Antiquiora debent esse priora. *§. fin. Inst. de Rer. diu. l. semper de mun. & hon. l. fin. ff. de fid. instr l. 1 ff. de alb. scrib.* Quid dicatur antiquũ, vide *Alex. cons. 90. vol. 6. & Alex in cons 15. vol. 5.* Antiquũ dicitur illud, quod excedit memoriam hominũ, *vide Franc. de Curte in cons. 17. in pr.* Et requiritur, quod lapsum sit tẽpus centũ annorũ, *Ita Ias. in l. admonendi, col. 87. in fin. de iur. iur. vide infr. in verb. Fama.* Quale autẽ sit tẽpus, cuius initij memoria non extat, vide *Alex. in cons. 16. vol. 5. in caussa & lite, n. 9.* vbi etiam vide differentiã in modo probandi memoriã extare, & memoriam non extare, *vide inf. in verb. Tempus, in verbo Memoria, & in verbo Probatio.*

De Annullatione actus.

ANnullatio actus an sit pœna Bald. dicit, 223
in l. nõ dubium, C. de legibus: aut annullatur actus ratione prohibitionis, & dicitur pœna, aut ratione omissionis formæ, & tunc secus, *Petr. de Rauen. in aureo suo Alpha. litera A. vers. ann.* ¶ Actus factus non seruata forma legis vel statuti, quatenus annulletur, notat Alex. *de Imol. in cons. 24. col. 2. vol. 4. incip. inspecto processu.*

De Apostillis.

APostilla in margine protocolli, instru- 224
menti, vel testamenti, an & quatenus fidem faciant, (*quando notarius in fine assereret, se fecisse vel fieri mandasse additiones, de consensu testatoris vel contrahentis, n. 10. & 47.*) consuluit Decian. *in cons. 100. vol. 2.*

De Appellationibus.

QVid sit appellatio, docet Abbas, *in Rubr.* 225
ext. de appellat. Bald. & alij Dd. in l. per hanc C. de tempor. appell. Et ibi traditur, ad quos *fines* fiat: nempe vt à iudice ad quem, suppleatur id, quod à iudice à quo, fortè omissum fuerit ex quacunque causa: Vel vt iniquitas vel imperitia iudicis inferioris à iudice superiore corrigatur, *l. 1. ff. eod.* Omissa in caussa principali in causam appellationis deduci possunt, *l. 6. C. de Appell. l. 4. C. de temp. & repar. appell.* ¶ Operatur effectus principaliter duos suspensiuum & deuolutiuum. Suspendit enim in iurisdictionem iudicis inferioris quantum ad illã causam, *de quo Abbas in c. super eo. De appell.* Item suspendit præsumptionem, quæ erat pro sententia, *vt in c. cùm ad sedem, de restit. spoliat.* & suspendit pronunciatum, *c. venientes de iureiuran.* ¶ Effectum habet deuo- 226
lutiuũ, quia deuoluit causam ad superiorẽ, *vt in c. cùm contingat, de offic. deleg. & c. per tuas de sentent. excommu. declarat Abb. in d. Rubr. col. 2 de appell.* Et deuoluta sic iurisdictione ad iudicem ad quẽ debet reformare sententiam, si opus fuerit, vel supplere, vel in parte reprobare, prout opus est, *habetur in c. Rainut. & in c. Rainald. de testam. Abb. in c. causam, de re iudica.*
¶ Sed quæritur, *quo ordine* sit appellandum? 227
Et respondetur, quòd fiat gradatim. *vt in c. dilecti filij cum gl. 2. de appell. & in l. præcipimus, C. eo. tit. habetur in l. Imperator ff. de appell. docuit Bart. in l. 1. §. fin. ff. quis & à quo appelletur.* ¶ Sunt tamen aliqui casus, in quib. immediatè appellatur ad Papam, *de quib. in c. dilecti & ibi per gloss. & Abb. de appell. in c. ad Rom. 2. q. 6.*

¶ Myn-

¶ Mynsing. *in obser. 76. cent. 1.* trib. modis limitat, 1. Quando medius iudex palàm & euidenter denegasset iustitiam, 2. Si nihil opponatur. 3. Si extet consuetudo, quòd appelletur omisso iudice medio.

A quibus judicibus posſit appellari, & ad quem.

228 POtest ab omni iudice appellari, qui recognoſcit superiorē, & cogitur iudex inferior parēre inhibitioni superioris, quem recognoscit tanquam superiorem, *notatur in l. iudicium soluitur, ff. de iudic. habetur in c. Rom. §. si verò vocatus, de appell. in 6. c. vt debitus honor in text. & gl. de appell.* ¶ A quibus autem iudicibus appellari non poſsit, enumerauit Mar. *in suo speculo cap. de appellat. num. 235. & in seqq.* ¶ Licitum est à Principe appellare ad Camer. immediatè, quando ad instantiam alicuius partis aliquem extraiudicialiter grauauit: Nam princeps tanquam Magistratus, vel ordinarius istius loci functus est officio suo, secus si ipse princeps sit pars, (*Adde, cùm aliquem extraiudicialiter grauauit.*) quia priùs eum pro suo iudice ordinario debet conuenire. *Notauit Geyl. in obser. 120. lib. 1. obser. Cam. Imp.* refert se inter alia zu den Außträgen / ne fiat praeiudicium primae instantiae.

229 ¶ An à Commiſſarijs Caesar. ad Camer. poſsit appellari, & proceſſus obtineri, vide eundem, *Geyl. in obser. 121. lib. 1.* dicentem, quòd appellandum sit à delegato ad delegantem, & ibi habetur, quòd Imp. & Came. habeant concurrentem iurisdictionem. (*Geyl. distinguit: aut Commiſſarij illi vigore Ordinationis, vermög der außträg, dati sunt, & ad Cameram rectè appellatur, ita expreſsè disponente ordinatione, part. 2. tit. 6. aut ad instantiam partium etiam priuatorum hominum, per meram delegationem à Caesare dati sunt, & hic Caesar appellandus est, quanquam contraria in hoc praeiudicia idem Geyl. allegat.*) Quòd autem ab Imper. & Papa non appelletur, fit ex illo, quia non habent superiorem, *l. bene à Zenone, C. de quadrien. praescript.* ¶ Et ex priuilegijs ab electoribus non appellatur, *nota. in c. omnis anima, de censib.* ¶ Sed tamen nota, quòd ab omni sententia continente manifestam iniquitatem non recognoſcentis superiorem, poſsit appellari ad Papam, quia ratione manifestae iniustitiae & peccati est iudex eorum, *gl. est in c. ex transmiſſo, de foro compet.* ¶ Item potest appellari ab eorum vicarijs, *secundùm Bart. & Bald. in l. à proconsulib. C. de appellat. Mar. in cap. de appel. nu. 265. & 266.*

230 ¶ Alioqui Principes habent priuilegia limitata pro summa & quantitate causae: veluti Dux *Brunsuuicen.* &c. est priuilegiatus, das man von F. F. G. von keinem bey oder endurtheil Erkentnis oder Decret / so an F. F. G. Hoffgerichten außgesprochen vnd eröffnet werden / in sachen / da die Klage vnd Hauptvrsache nicht vber 300. Gülden Reinisch am Golde oder darunter werth were / durch niemands an die Kay. Maje. oder Cammergericht solle appelliert / suppliciret oder reduciret werden / in keinerley weise / sub poena & comminatione, wie aus solchem priuilegio F. F. G. Hoffgerichtsordnung angehengt / vnd daselbst publiciret vnd getruckt befunden wird.

Saxoniae Duces, etsi Imperatori subiecti sunt, sicut & alij Electores, atq; Principes, qui ea propter appellationem ad Cameram Spirensem admittunt: tamen à se appellari non patiuntur: quia defensores sunt iuris Saxon. secundùm quod in his terris iudicatur, in Camera autem nulla eius habetur ratio. *VVesenb. in parat. à quib. appell. non licet n. 2.* Appellatio vim suam exerit aduersus sententiam rescripti principis accommodatam, *l. 2. C. de Appell. l. 1. §. 1. ff. ibid. l. 48. de l. firm.* Quando princeps super aliqua cauſſa consulitur, ab eius consiliarijs partibus praesentibus, vel absentibus cauſſa examinatur: Et ab eorum consultationibus non appellatur, vide *l. 34. C. de Appell.*

Sed quòd non sit appellandum nisi summa sit conformis priuilegio, docuit Geyl. *in obseru. 123. lib. 1.* ¶ Sed quid in defectum iudicis appell. interdum agendū sit, docuit Abb. *in Rub. de appell. col. 3. & 4. in fi. & prin.* 231
¶ Ad quem sit appellandum à rectore alicuius collegij? (*Et debet appellari ad illum, cui istud collegium est subiectum*) *Bart. in l. 1. ff. de appellat. & secundum illum Abbas in d. Rubr. eod. tit. & ibi alia inuenies bona. vide Marantam in suo speculo, cap. de appella. num. 357.* primò docet, quòd gradatim sit appellandum, & non omiſſo medio regulariter: sed istam regulam limitat decem modis, *à num. 359. vsq; ad nu. 369.* Et istam theoricam, (quòd ad superiorem sit appellandum) declarat per decem regulas, *ibidem à num. 357. vsq; ad num. 387. nota, an immediatè vel mediatè.* ¶ Quando vacat iudex appellationis, potest & debet appellari ad priores ciuitatis, Corset. in sing. suis in verb. appellatio 7. num. 1.

Coram quo iudice appellandum sit.

REgulariter appellandum est coram iudice à quo, si copia eius haberi poterit: sin minus, vel si vereatur eius potentiam, & propter metum eum accedere non audeat, appellet in praesentia bonorum virorum, *c. fin. extra de appell. l. 2. C. de his, qui per metum iudic. non appell. cum quidam. ff. de appell. gloſſ. est in c. suggestum eod. tit. & in c. appellat. eod. in 6. l. apertiſsimi C. de iudic. ibi, quia iudicis copia haberi* 232

non

non potest. ¶ Hodie de consuetudine adhibetur Notarius cum testibus. Requiritur Notarius & rogatur de instrumento. Vel etiam schedula appellationis potest præsentari actorum magistro,& fit ad istum effectũ, ne transeat sententia in rem iudicatã: *Mynſ. in obſerua. 12. cent. 2. & in obſer. 44. centur. 4.* (*Gothof. ad colleg. l. 2. C. de his qui per metum.*) vbi vult, quòd neq; insinuatio appellationis sit necessaria, ex Cameræ ordinatione, sed nihilominus valeat, vtcunq; de iure communi necesse sit, appellationem insinuari iudici à quo, *prout notat Philip. in c. si iuſtus in 4. colum. de appellat.* Tutius est,vt insinuetur,ne fortè iudex procedat ad executionem,quia faciliùs possumus occurrere,quàm post vulneratam causam remedia quærere. Imò ipse Mynsinge. *in obſeruat. 85. centu. 2.* vult quòd quando iudex à quo, non sit certificatus de appellatione, quòd possit sententiam suam exequi, & non reuocabitur per viam attentati executio, sed tunc demum vt iniusta reuocabitur, si appellans coram iudice appellationis obtineat.

De fatalibus interponendæ appellationis.

233 Est decendium: *Authen. hodie C. de appellat.* incipit currere à tempore publicationis sententiæ, numerandum de momento in momentum: seu à tempore acceptæ notitiæ, *ſecundùm Peruſinum in C. ex ratione in col. 1. de appella. gloſſa in clemen. ſicut de appella.* seu à tempore cessantis iusti & legitimi impedimenti, *Specul. in tit. de appell. §. reſtat verſ. ſed nũquid hoc tempus.* ¶ Imò quòd istud decendiũ sit obseruandum, & qualiter veniat numerandum (*de momento videlicet in momentũ, initio facto à tempore ſcientiæ:*) docuit Geyl. *in obſer. 139. lib. 1. & Mynſ. in obſer. 2. cent. 2.* ¶ Et tale decendiũ quòd à partib. non possit prorogari, notauit idem Mynſ. *in obſer. 68. cent. 2. & in obſ. 11. cent. 3.* ¶ Sed statutũ vel consuetudo prorogans istud fatale interponẽdæ appellationis quòd sit seruanda, voluit *gl. ſing. in l. præſcr. in verb. iuris, C. ſi cont. ius vel vtili pub. Art. 6. lib. 2. Landr.* ¶ An & quando iudex istũ terminũ appellãdi possit *abbreuiare* vel prorogare vide *Dyn. in reg. indultum, de reg. iur. in 6.*

234 ¶ Et quòd regulariter intra *decendium* sit appellandum, docuit cum vna ampliatione & duabus fallentijs, *Maran. in ſuo Specul. cap. de appell. nu. 202.* ¶ Et potest etiam ista appellatio præsentari in die *feriato* ad honorem Dei, *ſecundùm Bart. in l. 1. §. dies ff. quando appell. ſit. Chil. König in ſuo proceſſu, cap. 104. n. 4. & 5.* ¶ De iure Saxo. potest appellari oreten⁹ in cõtinenti, *Lehnr. c. 70. in gloſſ.* quod tamen in desuetudinem abijt. (Saxones quibusdam casibus in cõtinenti à sentẽtia prouocari volunt, *Sachſen Recht lib. 2. art. 6. König in pract. c. 124. & 125.* Id quod perrarò seruatur. Legitimum nãq; tempus vsurpamus, *VVeſe. in par. quando appell. Mynſ. cent. 1. obſeru. 7.*)

De fatalibus introducendæ appellationis.

Non sufficit intra decendium appellatum fuisse, sed necesse est, vt *introducatur* appellatio, aliàs sententia sic transit in rem iudicatam, ac si ab illa non fuisset appellatũ, *tex. eſt in c. ſæpe, de appellat. Geyl. in obſeru. 140. lib. 1.* ibi docet de duplici fatali, legis & hominis, introducendæ appellationis quale possit arctari vel prorogari docet. (*Terminus à lege ad introducendã appellationem ſtatutus iudice à quo iuſtis de cauſis minui poteſt, nõ prorogari: à iudice tamen ad quem prorogari poteſt, dummodò vna ac ſupplicatione pro citatione, vel ſaltem, antequàm terminus ſex menſium (quod fatale legis eſt ex ordinatione Cameræ) elabatur, petatur.*) Et ibi secundùm ordinationem Cameræ Imperialis, *tit. 30. §. 1. & §. 5. part. 2.* facit mentionem, quòd sit terminus in Camera *ſex menſium* introducendæ appellationis, & intra illum reproducendi processus. *Idem docet Mynſing. cent. 3. obſ. 15. n. 4. & obſ. 57. cent. 5.* 235

¶ De ferijs incidentibus (*ſi fatale incidat in diem feriatum. Benigniorem ſententiam Camerales ſecuti ſunt, vt pro eâ, quæ ferias proximè ſequitur audientiâ, appellatio introduci poſſit.*) quid sit obseruatum, & quomodo ex causis intra tempus sex mensium prorogatio istorum fatalium possit obtineri, non autem pòst, docuit Geyl. *in d. obſeru. 140. lib. 1. ad longum, quem vide,* cõcludendo quòd nisi introducatur in isto fatali appellatio, quòd censeatur & habeatur pro deserta, *Mynſing. in obſeruat. 57. cent. 5.* 236

De recipiendis *apoſtolis* docuit Maranta *in ſuo ſpeculo d cap. de appell. num. 208. vide Chil. Kõn. in ſuo proceſſu cap. 130.* ¶ Et quòd in Camera appellatio recipiatur, etiamsi libellus dimissorius vel apostoli petiti non sint ex ordinat. *Cam. part. 2. tit. 30. §. 1.* refert Geyl. *lib. 1. obſeru. 139. in fine.*

IN QVIBVS CASIBVS non poſſit appellari, & qualiter, in ſcriptis nè an viua voce, & quid circa quodlibet obſeruandum, vt appellatio teneat.

De appellatione à ſententia interlocutoria.

Regulariter appellatio à sententia *interlocutoria* de iure ciuili non admittitur, *Specul. in tit. de appellat. §. 2. verſ. 14. & in l. ante ſententiã, C. quorum appell. non recip. Rolan. à Valle in conſ. 43. incip. de duobus dubitare videtur.* secus de iure Canonico, quia regulariter ab omni grauamine appellari potest, *c. ſuper eo. de appel.* 237

c. vt debitus, eod. Id & de iure Sax. obseruatur, *VVesenb. de Appell. n. 8.* ¶ Sed debet fieri in scriptis, & instrumento appellationis debet esse inserta grauamina, aliàs non valet, siue in continenti, siue ex interuallo sit interposita, *c. cordi, c. vt debitus, de appellat. Mynſ. cent. 3. obſ. 15. n. 1. & 2.* ¶ Fallit, nisi habeat vim diffinitiuæ, & nisi de consuetudine aliud sit introductum. (*Nam interlocutoria aut est simplex, aut vim definitivæ habet, & hoc posterior definitivæ comparatur tàm quo ad formam, quàm effectũ appellationis, Geyl. 1. obser. pract. 130. per tot. Mynſ. cent. 3. obſ. 88.*)

238 ¶ Sed quæ interlocutoriæ sint, quæ habeat vim sententiæ diffinitiuæ, (*quando videlicet definitur non quidem ipsa causa principalis, sed articulus, qui ad definitiuam spectat, vel quando per illam sententiam expirat iudicis officium, tertiò si potiùs interlocutoriã nõ speratur alia sententia, vt in absolutione ab obseruatione iudicij, quartò quando interlocutoria continetur aliquod dari vel fieri. Huc pertinent, reuocatoria attentatorum, sententia super incompetentia, & similes. Mynſ. cent. 3. obſ. 88.* & quatenus illis in Camera Imperiali deferatur, citatio & inhibitio simul vel coniunctim decernantur, vel denegentur (*in simplici interlocutoria, appellabili tamen, non potest statim cũ citatione decerni inhibitio: at si vim definitiuæ habet, simul decernuntur, Geyl. alleg. loco, & obſ. 144. lib. 2. obſ. pract. Mynſing. tamen indistinctè inhiberi solere in Camerá ait, quoties de iurisdictione fundata saltẽ ex narratis appellantis cõstet. cent. 3. obſ. 87*) docuit Geyl. *in obseruat. 129. & 130. lib. 1.* vide Schurff. *in conſ. 60. cent. 1.* (*dicit de forma, solennitate, siue practica, quæ debeat obseruari in appellatione ab interlocutoria per iudicem appellationis, antequam inhibeat, vel aliter in causa procedat.*) ¶ Et notat de appellatione ab interlocutoria Mynsing. *in obserua. 43. cent. 4.* vbi simul de appellatione extraiudiciali. In obseruat. *66. cent. 1.* refert in Camera ex (*idq; consuetudinis ratione: valet enim consuetudo vel statutum, vt ab interlocutoria in continenti, à diffinitiuâ ex interuallo viuâ voce appellari poßit. Geyl. 1. obser. pract. 130. n. 4. Mynſ. cent. 3. obſ. 32. in pr.*) Bauaria multas appellationes viua voce factas, esse admissas ab interlocutorijs.

¶ Et de duplici effectu appellationis ab interlocutoria, *refert secundum Ferrar. Mynſing. in obseruat. 46. cent. 4.*

239 Primò quando iudex ad quem pronunciat (benè esse appellatum) tota causa principalis deuoluitur ad eum, *c. vt debitus, de appellat.* item deuoluitur etiam causa principalis, si iudex à quo spontè detulit appellationi ab interlocutoria interpositæ, *Felinus in d. c. vt debitus. De appellat. Chilian. Kön. bene notat in suo processu in c. 105. Berüffung ist zweyerley.*

De appellatione à sententia diffinitiua.

QVòd fieri poßit, habetur in Authen, *hodie C. de appellat.* ¶ Sed quòd poßit fieri etiã viua voce in continenti: Ex interuallo autem, quòd fieri debeat in scriptis, notauit Robertus, *Maranta in ord. suo iudic. part. 6. de appellat. num. 124.* ¶ Sed quando dicatur in continenti appellari, docet idem *Maranta in nu. seq. 125.* ¶ Item regulariter non est necesse, vt instrumento appellationis grauamina ipsa inserantur, sed reseruentur ad iustificationem, *Marant. d. loco num. 141.* ¶ Item potest iustificari ex nouis causis & ex nouis probationibus, quòd non similiter in appellatione ab interlocutoria, *Marant. num. 147. & Kön. in suo processu. cap. 106.* 240

¶ Appellatio etiam à diffinitiua statim iudici à quo, ligat manus, *tex. est in l. appellatione C. de appellat.* sed in appellatione ab interlocutoria non sic: quia ita non ligat manus iudici à quo, quin poßit procedere ad vlteriora, donec illi à superiore inhibitum fuerit, *Marant. nu. 160.* ¶ Habent tamen istæ differentiæ suas declarationes & limitationes, *de quibus vide Maran. in d. cap. de appellat. à num. 124. vsque ad nume. 198. & habebis scitu dignißima.* 241

¶ Dictum est suprà, vt in Camera Imperiali inducatur appellatio in scriptis à mera interlocutoria semper, à diffinitiua ex interuallo facta. Dubitatum fuit, an sufficeret verbo introducere appellationem, si à Notario non statim poßit haberi instrumentum: & sufficere, dummodò id fiat intra tempus introducendi appellationes præstitutum. (aliàs appellatio censeretur deserta) Et posteà in termino præfigendo per ipsam curiam realiter producatur instrumentum, testatur Mynsing. *in obseruat. 83. cent. 1.* 242

¶ An poßit quis appellare à futuro grauamine iudicis? Et respondetur regulariter, quòd non poßit, *est tex. in c. vt debitus. De appella. & in l. ante sententiæ tempus, C. eod.* ¶ Sed quando iudex non vult sententiam dare, an alicuius exceptio vel petitio fortè in iudicio proposita sit admittenda, nec ne, potest propter illam denegationem quis bene appellare, *Hostien. c. dilecto, §. procurator, & in c. ex parte, §. ideoq; de appella. Chil. Kön. in cap. 107. Appellatio. Von der Beschwerung.* 243

De præcepto & comminatione pœnali, deq; executione cõminationis, quòd poßit appellari, notat *König in suo processu, ca. 108. n. 1.* 244

De Appellatione à pœna, quòd à pœna imposita pro delicto in iure vel statuto cõprehensa non poßit appellari, voluit idem Chilian. *König in d. cap. 108. nu. 2. allegat. l. illicitas. §. veri-*

§. *veritas. ff. de offici. præsid.* & in seqq. tamen declarat cum alijs, aliud esse in pœna arbitraria, quàm si vltra modum imponatur.

¶ A mulcta autem quòd appellari possit post Chili. voluit Mynsing. *in obseru.43.cent.3.* affirmans crebriori calculo in aliqua causa sic obtentum fuisse, *& in obseru.41.cent.4.*

245 De mandatis & comminationibus iudicis, quolibet tempore quòd possit appellari, dixit idem Chil. *in d. cap.108.num.3. secundum Imolam, Perus. & Innocent. in c. cum cessante, de appell.* Appellatio facta à Commissario suspecto, ad examinationem testium deputato (*si is pergat post recusationem examinare testes.*) quòd recipiatur in Cam. & admittatur eius prosecutio, notauit Mynsing. *in obser.29. cent.3.*

De appellatione ob denegatam iustitiam.

246 TRina requisitio efficit, vt quis habeat legitimum grauamen denegatæ iustitiæ appellandi ad superiorem, *Mynsing. in obseru. 24. Cent.2.* Ludou. *Roma. in sing.429.* vult quòd sufficiat vno contextu multiplicata interpellatio, vt videatur iudicē constituere in mora. (*trinâ tamen citatione opus esse pleriq; volunt. Myns. cent.1. obs.91. in fin.*)

247 ¶ Et quòd possit appellari à iudice protrahente vltra requisitionem, tradidit Anton. *de S. Georgio in c. ex ratione de appellat. gloss. c. si religiosus, de elect. in 6.* & dicit Mynsing. in causa aliqua sic obseruatum fuisse.

248 ¶ Sed requiruntur istarum requisitionum & dilationum documenta vnum vel plura, propter verbum Kündtlich / ordinationi, Cam. *tit. 8. §. 13. 2. part.* insertum: & multoties ad istā querelam decretæ sunt promotoriales ex officio: vel quòd documentum exhiberet denegatæ vel dilatæ iustitiæ.

¶ Posset super requisitionibus apud iudicem factis, secutis denegationibus & dilationibus, adhibere Notarium cum testibus, & sibi facere confici instrumentum, & haberet probationem in promptu.

249 ¶ Et tandem quatenus ob denegatam vel dilatam iustitiam possit appellari, vel iudex inferior cogi ad faciendam iustitiam, eleganter præscribit Dn. Mynsing. *in obserua.57. centu. 3.* (*vbi distinguit, an hoc tantùm proueniat ex negligentia iudicis, & promotoriales decerni solent cōtra negligentem magistratū: an penitus denegata sit iustitia, quo casu citationes & processus contra subditos decernuntur; & à tali magistratu denegante vel protrahente iustitiam appellari potest.*)

250 Sed an quis iuramento probare possit, quòd non speret sese iustitiam apud talem iudicem consecuturum? Ex Felini authoritate, quòd possit, conclusum fuisse, *in c. accedens, lect.2. vt lite non contesta.* attestatur idem Mynsing, *in obseruat.58. d. cent.3.* si tamen iurare debens non fuerit periurus, *vide ibi. fac. id quod de denegatione processuum iudicum inferiorum dixit idem Mynsing. in obseru. 55. cent. 3. vide Chil. König in suo processu cap.121.* & ibi an ob negligentiam iudicis possit appellari.

Appellatio in quibus casibus recipiatur vel non recipiatur.

¶ Appellationes à pronunciatione de exequendo vel ab executione (Ab Executione nisi modum excedat, non appellatur, *l.5.C. quor. appell. Vurmserus 1. pract.24.c.10. vide Gothofr. ad l.2.C. de Episcop. audiend.*) in casibus de iure permissis. (*qui notantur per gloss. & Dd. in l. ab executione, C. quorum appella. non recip.*) in Camera admittuntur. 251

¶ Sed debet appellatio huiusmodi interponi in scriptis, cum causæ expressione, *prout notat Bart. in l. ab exercitore, ff. de appella. Bal. in d. l. ab executione, C. quorum appellat. non recip. Rol. à Valle in cons.43. incip. de duobus dubitari videtur.* 252

¶ Et ab executione Procurator, nisi habeat speciale mandatum, non potest appellare, *idem Rolan. à Valle in d. cons.43. nu. 11.* Quòd si appellatum fuerit viua voce, tanquam nulliter facta, pronunciatur. Idem refert Mynsing. sic olim iudicatum fuisse *in obser.32. cent. 3.* 253

Sic etiam sententia super competentia iudicis est appellabilis, & recipitur: sed est appellandum in scriptis, (*repugnat Geyl. 1. obs. pract. 130. n.9. & 10.*) & causa est inserenda in appellatione, aliàs censetur appellatio esse deserta, *c. cordi de appella. in 6. idem Mynsing. in obserua.35. centu.3.* 254

De appellatione à grauamine à principe vel comite Imperij extraiudicialiter ad partis alicuius instantiam, vel ex proprio motu, vel pro sua persona illato, an pertineat ad Cameram immediatè: respondet Geyl. *in obseru. 120. lib.1.* quòd primo spectet ad ordinarium, secundo casu ad Cameram: & ibi per Geyl. habes bona de appellatione à grauamine extraiudiciali. (*notatum supr. cap. à quib. iudicib. possit appellari, & ad quem. §. Licitum est à principe.*) 255

Appellatio vel reuisio, à sententia impositionis perpetui silentij in casu l. diffamari C. de ingenuis manumis. quòd sit admittenda: (*idq; verum est & si in contumaciam non comparentis iudex imposuerit perpetuum silentium, nisi esset manifestus & verus contumax.*) sed quatenus in forma interlocutoriæ, vel in forma diffinitiuæ, (*haberi pro interlocutoria vim definitiuæ habente tradidit Geyl. alleg. loco.*) docet Marant. *in ordine suo iudic. parte. 6. cap. de sentent.* 256

sentent. mihi nume. 34. & Geyl. in obserua. 132. lib. 1.

Sententia arbitri an sit appellabilis, distinguendo docet Mynsing. *in obser. 68. cent. 4. allegat iura multa*, Robert. Maran. *in d. ord. iudic. cap. de appellatio. num. 259.* docet quando ab illa arbitri sententia possit appellari, vel non.

257 A sententia tertia in vna eademq; causa lata, non potest quis *tertiò* appellari, *l. 1. C. ne liceat ter prouoc. Specul. in tit. de appell. §. Quoties. in prin. vide declarationes per Maran. notatas in d. c. de appell. num. 269. Chil. in cap. 127. c. finem litibus. de dolo & contum.* ¶ Item non appellat quis in causa, in qua appellans fuit verus contumax, *l. 1. C. quorum appellat. non recip. declarat Maran. in d. cap. de appell. num. 273. Geyl. 1. obs. pract. 132. n. 6. & 7.*

258 Item non appellatur in causa, in qua quis est confessus, & conuictus, *l. 2. C. Quorum appellat. non recip. Marant. in d. cap. de appell. num. 281. (Geyl. 1. obs. pract. 82. n. 20. 21. & 22. vbi proponit exemplum.)* ¶ Item appellatio non admittitur in factis notorijs, *tex. est in c. cum sit, in fin. in c. peruenit. & in c. consuluit la. 1. de appella.* ¶ Limita nisi causa rationabilis appellationi inseratur, *Marant. d. cap. de appel. num. 283.*

259 ¶ Item non appellat condemnatus in crimine falsæ monetæ, *l. 1. C de fals. monet.* neq; condemnatus de raptu virginis appellat, propter criminis immanitatem, *l. 1. §. si autem, C. de raptu virg.* Similiter appellare prohibentur latro insignis & famosus, seditiosus & author alicuius factionis, *tex. est in l. constitutiones, ff. de appella. & in l. si quis filio exhæredato, §. hi autem ff. de iniuf. rup. & irrit. testam.* ¶ Et non procedit appellatio in casu læsæ Maiestatis, *tex. est in d. l. constitutiones, secundùm intellectum Bart. ff. de appella.*

260 ¶ Neq; in crimine Simoniæ admittitur, *Maran. in d cap. num. 287.* ¶ Item non auditur appellans in crimine hæresis condemnatus, *c. vt inquisitionis, de hæret. in 6.* ¶ Neque condemnatus pro debito publico seu fiscali appellare potest, *text. est & ibi Dd. in l. abstinendum, & in l. fin. C. quorum appellat. non recip.*

261 Et appellatio in criminalibus qualiter & quatenus admittatur, vide Ang. *de malefic. in vers. præsente d. Caio & appellante. Bruno. à Sole in consil. suo criminali à num. 204. vsq; ad finem. Paul Grillan. in tracta. suo de relaxatio: carcera. tit. de sententia & pœna execut. in quæst. 2. ibi. Secundò quæro.* Sed illicita est ex consuetudine Germaniæ, quæ etiã in Camera est recepta secundùm ordinationem, secus autẽ in mulctis, quæ non successerunt in locum pœnæ corporalis, vel quando fit, seu côqueritur de nullitate processus. Istis enim casibus recipitur etiam appellatio in Camera, *teste Mynsing. in obseru. 41. & 42. cent. 4. Chil. in cap. 118.*

¶ Item non appellat officialis iudicis, qui à iudice suo pro gestis in officio est condẽnatus, *l. nulli & ibi Bart. C. quorum appellat non recip.* ¶ Item non appellatur à sententia lata in causa decimæ, *text. est in c. tua nobis et ibi gloss. de decimis.*

Neq; in causa possessorij, quia (côtra sententiam in possessorio prolatã *(non indistinctè hoc verũ est ex iudiciorũ practica, & eo, qui hodie est, vsu, sed tãtùm de momẽtaneo possessorio: nã in possessorio plenario appellationes legitimæ interposita, etiã in Camerã recipiuntur, Geyl. 1. obs. pract 7. n. 7. & obs. 147. n. 8. & 9.)* non admitti,) habetur in *l. 1. C. si de momen possess.* ¶ Et habet locum in omni possessorio siue adipiscendæ seu retinendæ seu recuperandæ, *secundùm Bart. in d. l. 1. C. si de moment. poss. notatur in l. quisquis C. quorum appell. non recip. rationem, vide per Maran. in d. cap. de appella. num. 294.* ¶ Et declarat istam theoricam, limitando eam vndecim modis, *à num. 295. vsq; ad num. 305. Lanfran. de Oria. in sua pract. cap. de appellat. num. 60. vers. vigesimo fallit. Et ibi Celsus in addit.* 262

¶ Sed & in possessorijs quando detur appellatio consuluit Decian. *in cons. 45. vol. 1.* & in fine ibi dicit, quòd in dubio appellatio semper admittatur, & suspendatur sententia, quia hoc minus est præiudiciale partibus, *c. vt debitus, de appell. cum alijs.* Simile consuluit tam in supplicatione, quàm in appellatione Decia. *in cons. 47. vol. 1. in fin.* ¶ Itẽ non admittitur quis ad appellandũ ab isto actu, quem semel approbauit, *l. ab eo C. quom. & quand. iud. l. fin. C. de temp. appell. & est pro isto tex. in l. ad solutionem. C. de re iud.* vt quando accepit terminum ad soluendum. 263

¶ Item non appellatur, quando agitur hypothecaria ad auocandum pignus, *Abb. in c. cum ad sed. col. antepen. in fin. de restit. spol.* ¶ Nec isto casu quando agitur Saluiano interdicto, *Ias. in §. item Seruiana l. de act.* Item prohibetur appellari in prouincia de aperiendo testamentum, vel de mittendo scriptum hæredem in possessionem, *l. quisquis 6. C. quor. appell, non recip.* ¶ Sicut nec appellatur de interdicto quorum bonorum, *secundùm Bart. in l. 1. C. quor. bonor.* 264

Item non auditur quis appellando à nominatione publici muneris, quod est vtilitate priuatum, nisi habeat excusationes, cum quibus intra quinquaginta dies auditur. *Specula. in tit. de appell. §. In quibus, vers. 7. text. est in l. 1. §. si quis, ff. quando appellat. sit.* 265

¶ Secus in nominationibus ad munera, vtilitate & authoritate publica, quia in his potest appellari, *l. 2. de decurio. lib. 10. Maran. d. loco num. 313. & 314.*

Item

266 Item in causis minimis & breuioribus nō appellatur de iure ciuili, secus de iure Canonico. *tex. & Abbas in c. de appellationibus. extra de appell. Authen. nisi breuiores. C. de senten. ex breui. recita.* Item non appellatur à sententia absolutoria in criminalibus, ex mero officio vel in processu ad denuncia. facto lata, *Marant. in d. cap. de appell. num. 317.*

267 Item non procedit appellatio à sententia torturæ irrogandæ in crimine, de quo constat per vnum testem de visu, & per publicam famam. *Marant. nu. 318. vide Chil. Königin suo processu cap. 119. appellatio. Von peinlicher Frage.*

¶ Item non admitti appellationem in causis requirentibus celeritatem, ne executio impediatur, *notat Specul in tit. de appella. §. in quibus vers. 8.* ¶ Item condemnatus super actione ad exhibendum, nō appellat. *Specul. in d. tit. de appella. d. §. in quibus, vers. sed nunquid.*

268 ¶ Item non appellatur, quando causa est decisa per iuramentum delatum vel relatū, *tex. est & ibi Bart. & D d. in l. generaliter, §. sed iuramento, C. de rebus credit.* ¶ Item prohibetur appellari à correctione clerico regulari ab Abbate suo iniuncta, *Specu. in d. §. in quibus, vers. vndecimo. Marant. in d. cap. de appella. num. 322. & 323. c. reprehensibilis. de appellat.*

269 Item non procedit appellatio in causis, in quibus est prohibita per rescriptum principis, vel alias, *l. 1. in fin. ibi gl. & Bart. ff. à quib. appell. non licet.* Item non potest is appellare, qui appellationi renunciauit, *Maran. in d. cap. de appell. num. 330. & ibi in seqq. de renunciatione expressa & tacita.* ¶ Limita in criminalibus, quia ibi defensioni non renunciatur, nisi in casu flagrantis criminis. (*Angel. in tractat. malefic. verb. præsente dicto Gaio. n. 10. & 11. vbi tamen Augustin. de veritate huius conclusionis dubitat.*) ¶ Item friuolam appellationem iudex non admittit, sicut nec lex illam admittit, *c. cum appellationibus, de appella. in 6.*

270 ¶ Imò propter friuolam appellationem quis potest mulctari. *Abbas in c. sollicitudinem, in prin. de appellat. vide Marant. in d. cap. d. appell. num. 334.* Et *ibidem num. 336.* docet, quæ appellatio dicatur friuola vel temeraria. *Vide de hac appellatione friuola Chil. in processu. cap. 128.*

Item non admittitur appellatio à iuramento in litem de iure ciuili, secus de iure Canonico, *Maran. num. 339. ibi remittit ad limitationes Iasonis.* Non appellatur à sententia excommunicationis & interdicti *Maran. nu. 340.* Quando sententia est ipso iure nulla, non appellatur ab ea, sed de nullitate conqueritur. *tot. tit. C. quan. prouoc. non est necesse.*

271 Item non admittitur appellatio generalis & vaga, non restricta ad certam causam, *Clemen. appellanti de appell. Maran. num. 443. Chil. in cap. 129. Rubr. Von der vngewissen appellation: c. consuluit la 2. extra de appellat.* Item non appellatur à mandato, vt quis resideat in sua Ecclesia, nisi habeat iustas causas & impedimenta legitima, *Maran. num 344.* Item non appellatur ab actu facto secundùm leges & canonicas sanctiones, *tex. est in c consuluit el. 3. de appella.* ¶ Quod limitandum, nisi causa satis rationabilis appellationi possit inseri, per quam specialiter in illo casu admitti debeat, *Maran. in cap. de appell. num. 345.*

¶ De termini modificatione seu breuiatione, quòd nō admittitur ob illam appellatio, idem Maran. *in d. cap. de appella. num. 346.* 272

Neque conceditur appellatio à decreto, per quod quis declaratur pro confesso ob suam contumaciam. *Maran. nu. 347. Decius in cons. 34. col. 2. in prin.* Conuictus, & sponte cōfessus non appellat, *l. 2. C. quor. appell.* Conuictus non confessus: (aut confessus quidem, sed vi tormentorum) appellat, *l. 244. d. V. S. & d. l. 2. C. quor. appell.* Non etiam potest appellare is, qui est conuictus de furto manifesto, *And. de Isern. in tit. quæ sint regal. versi. & dona. col. 10.* Conuictus an sit, qui negat, nisi contrarium probetur, *vide Mynsing. cent. 4. obs. 51. Geyl. lib. 1. obser. 82. n. 10.* Item non appellatur propter pœnæ magnitudinem, stante quòd delictū confiteatur, *Maran. in d. c. de appell. 349.*

Item non appellat quis à mandato facto, vt declaret, an scriptura sit sua. *Bal. in cons 325. vol. 4.* Item non admittitur appellatio à reuocatione delegationis ordinarij & delegātis. *Bal. consil. 3. vol. 5.* Item quando causa aliqua est commissa alicuius conscientiæ, & is dat sententiam secundùm suam conscientiam: ab illa non appellatur: quia non est alius iudex vel cognitor, quàm iustus Deus, *gloss. in c. statutū §. assessorem de rescript. in 6. Felin. in c. super his, colum. 5. de accusat. Mara. d. cap. de appell. nu. 352. & in num. seq.* vide de sententia secundùm commissum arbitrium iudicis lata, an ab illo possit appellari. 273

Item nō potest appellari ab eo, quod maior pars facit. *c. 1. ext. de his quæ fi. à maio. par. cap. Spec. in tit. de appella. §. in quibus nu. 19.* Item nō apellatur, quando iudex reuocat grauamen, propter quod extat esse appellatum, *c. cū cessante, ext. de appella.* Item non potest quis appellare ab eo, quod ipse fecit, vel fieri procurauit, *l. generaliter §. 1. C. de rebus credit.* 274

Item non appellat is, pro quo lata est sententia, pro eo tantùm quòd iudex non adiudicauit sibi expensas. Sed pro eo quòd adiudicauit insufficientes, sic scilicet bene appellat, *l. fin. C. quando prouoc. non est necess. Specul. in d. §. in quibus num. 23. Innocent in c. fin quod metus causa. Lanfran. in sua praxi cap. 10. de appellat. num. 66. in fin.* Imò specula: *in d. tit. de appellat.* 275

§. in quibus 37. casus speciales enumerat, in
quibus appellare non liceat vel posſit.

De appellatione *à carcere* vel iniusta in-
carceratione, quòd posſit fieri, docuit Chil.
*König in cap. 120. appellatio vom Gefengnüß. VVe-
senbec. in cons. 43. parte 1. examinat ibi in ista ma-
teria 5. quæstiones satis vtiles.*

276 A Banno & ab annotatione, quatenus &
in quibus casibus posſit appellari, vide Chil.
in cap. 122 Lanfran *de Oriano in sua praxi cap. 10.
de appella.* cumulauit casus viginti, in quibus
non liceat appellare. & maximè secutus est
Specul. & Maran. in casibus & locis allega-
tis. ¶ Inter cætera autem ponit casum,
quòd non appelletur, vbi interuenit *pactum*
de non appellando à sententia iudicis: nam
tunc non poterit appellari, etiamsi senten-
tia fuerit iniqua, *l. fi. §. fi. C. de tempor. appella.*
idem si litigantes promisiſſent stare senten-
tiæ certi iudicis, quæcunque foret talis sen-
tentia. nam per talia verba tollitur benefi-
cium appellationis, *gloſſ. est sing. in l. tale pactũ,
§. qui prouocauit. ff. de pactis, quam gloſſ. sequitur,
Bal. & Ange. d. Lanfran. nu. 60. vers. octauo fallit.*

277 Vnius appellatio consortium, quando
prosit alij? Respondetur, quando causa est
communis & omnium vna eademq; defen-
sio, tunc certum est vnius appellationẽ pro-
deſſe omnibus non appellantibus, *tot. tit. C.
si vnus ex pluribus appella. text. est singul. in l. si quis
separatim, § fi. ff. de appell.* secus si diuersæ sint
causæ: cùm separatorum seperata sit ratio,
d. §. fin. Geyl. 1. obs. pract. 126. n. 3.

278 Domini an pro subditis suis posſint ap-
pellare, & an domini appellatio prosit sub-
ditis? (Quod sic (*dummodò, si non principaliter,
saltem in consequentiam Domini inter sit puta, si quis
à subditis meis collectas indebitè exigat, vel in cultu-
ra agrorũ eos turbet, etc.*) etiam sine mandato)
respondet Geyl. *in obserua. 125 & 126. lib. 1.*
¶ Maritus quòd pro vxore sua posſit etiam
sine mandato, cum cautione de rato, appel-
lare, (*Et pro ea in prima instantia agere, Geyl. d.
loco, vbi in bonis dotalibus & paraphernalibus nec
cautione opus esse, asserit, per l. fin. C. de pact. con-
uent. idem Mynſ. cent. 3. obs. 53.*) voluerunt Bart.
*Bl. & com. D d. in l. maritus, C. de procur. tradit
Geyl. in obs. 133. lib. 1.* ¶ Vxor verò non iti-
dem facit pro marito absente, *text. est in l.
quia absente, C. de procur. Geyl. in d. obs. 133. nu. 8.
lib. 1.* vbi tamen vult, quòd interueniat vxor
pro libertate & liberatione mariti.

Curator ad litem, quòd pro qualibet mu-
liere & fœmina, cui est constitutus, posſit ap-
pellare: colligitur ex textu, *additionibus & gloſſ.
Arti. 46. lib. 1. Landr.* Item tutor appellat no-
mine sui pupilli, prout omnes actus iudicia-
les pro eo exercere debet & potest, *gl. Art. 26.
Weichbild. Et notaui infr. in lite. T. vers. de tutore et
tutela.* Iuuenis factus maior debet prosequi
appellationem interpositam à suo curatore
l. 24. §. 1. & l. vlt. ff. de appell.

Item cõiuncta persona cum cautione de 279
rato admittitur pro coniuncto ad appellan-
dum, prout etiam ad alios actus iudiciales,
*notaui infrà in lite. C. vers. de coniuncta persona,
Geyl. d. obs. 133. n. 2.* Item procurator nõ tan-
tùm pro domino suo potest appellare, sed
tenetur, si sententia feratur contra dominũ
suũ, *l. inuit. C. de procur. c. non iniustè. extrà eod. no-
tauit Romanus in sing. suo 473. incip. procurator.*

Item defensor vel negotiorum gestor si 280
susceperit plenam defensionem, potest &
tenetur appellare si posſit, *casus singularis est in
l. liberto, §. litem, ff. de negoc. gest. Roma. in d. singul.
473. in fin.* Item is cui primò facta fuit iurato-
ria promisſio de vendendo sibi rem, quã pri-
mùm sentiat, quòd illã rem posteà alij ven-
dere velit: cautela est, vt appellat à venditio-
ne fienda ad iudicem Ecclesiasticum, & pe-
tat præcipi & cogi ad obseruantiã iuramenti:
& in appellatione inserat causam talẽ, quæ
neceſſariò concludat, venditorẽ alteri ven-
dere non posse. Nam non poterit postea
alteri vendere & tradere: & si contrà fecerit,
reuocabitur tanquam attentatum penden-
te appellatione. Ita Innocent. *in c. bonæ, de ap-
pella.* tradit istam notabilem cautelam impe-
diendi futuram venditionem, *quam sequitur
Iason in l. quoties, C. de rei vendicat. Pet. Gerar. de
Petra sancta in singu. suo 98. nu. 6.*

¶ In criminalibus etiã de iure permiſſam 281
esse appellationem notatur per Bart. *Ange.
Rapha. & Imo. in l. non tantùm, ff. de appellat.
Angelus voluit in tract. malefi. in vers. præsente dicto
Caio, in prin. Et Bruno. à Sole in consil. suo vnico
crimina. num. 204. secund. Bart. in l. qui vltimo sup-
plicio, ff. de pœn.* ¶ Maximè quando nulliter
est contra ipsum processum, *prout est textus
clarus in c. in occultis 2. q. 6.* ¶ Isto casu et-
iam contra desuetudinem Germaniæ appel-
lationem admitti in criminalibus etiam in
Camera Imper. affirmauit Mynsinge. *in ob-
serua. 42. cent. 4.* Imò dicit & intelligendũ est,
quòd isto casu neq; Diabolo remedium ap-
pellationis eſſet denegandum. *Brun. à Sole in
d. consil. crimina. num. 107.*

¶ Plus etiam, in nullitate potest appellari 282
in crimine læsæ Maiestatis: quod in sacris li-
teris probatur, vt patet de S. Paulo: qui cùm
accusaretur coram Festo de seditione & læsa
Cæsaris Maiestate, appellauit ad Cæsarem,
& eius appellatio fuit admissa, *probantur cap.
24. 25. in actis Apostolorum.* ¶ Et pro eo, qui est
in carceribus vel vinculis, potest appellare
procurator, *vt l. 1. ff. an per alium cau. ap. red. poſſ.*
quia sententia eludi non potest.

¶ Imò potest appellatio interponi per quẽ- 283
cunq; de populo, etiam non coniunctum:
quia homo homini propter humanitatem
bene-

benefacere tenetur, *l. non tantùm, ff. de appellat.*
Item non appellatur à sententia lata à præ-
fecto prætorio, *l. 1. ff. de offic. præf. prætor.* ¶ Et
per consequens non poterit appellari à sen-
tentia lata à Cardinali, cùm sit similis præfe-
cto prætorio, *gl. sing. in l. 1. C. de offic. præfe. præto.*
284 ¶ Item non potest quis appellare di-
cendo statutum esse iniquum, quod statutũ
est generale, *Bal. in l. quisquis, C. quorũ appell. non
recip. Lanfran. in sua praxi cap. 10. de appella. nu. 60.
versic. decimo sexto fallit.*

Item non potest appellari, quando statuto
cauetur, vel legitima consuetudine habetur,
quòd à certa sententia non posit appellari.
nam si pacto tollitur appellatio, quantò ma-
gis per statutum vel consuetudinem, *d. Lanfr.
in sua praxi cap. 10. de appell. nu. 60. vers. decimo no-
no fallit.* (*Et huiusmodi statutum etiam in crimina-
libus valere contra Angel. tradidit Augustin. in tract.
malef. ad Ang. verb. præsente Gaio & appellante.
num. 25. Huiusmodi tamen statutum, aut consue-
tudinẽ in Camerâ Imperiali non attendi, sed appel-
lationes nihilominus recipi, quæ & aliàs communior
Dd. opinio sit, tradidit Mynſ. cent. 1. obſ. 14. vbi quoq;
docet. pactum de non appellando valere. Idem Geyl.
1. obſ. pract. 135. n. 10. 11. 12.*)

285 Et hìc incidit pulcherrima quæstio, an,
stante statuto (*quòd non appelletur*) posit ap-
pellari vel non? Et respondetur, si quidẽ sta-
tutũ sit à recognoscentibus superiorem, ne
appelletur: quòd nihilominus appellari
posit, *consuluit adducendo rationes, soluendo con-
traria & declarando, VVurmſ. 1. pract. 24. obſer. 29.
Mynſ. cent. 1. obſ. 6. Geyl. lib. 1. obſ. 135. n. 12. Rolandus
à Valle in conſ. ſuo 29. lib. 1. ibi inuenies pulcherrima,
(Si appellatio sit facienda ad superiorem ciuitatis,
non valet huiusmodi statutum, quia reperitur factum
super eo, quod non est iurisdictionis ipsius ciuitatis, sed
superioris: at si ciuitas habeat primã et secundam ap-
pellationem, seu habet suos iudices appellationum,
vt est ciuitas Bononiensis: tunc valet statutum de nõ
appellando) Abbas docuit, in c. veniens, de iureiur.
Aretin. in §. ius autem ciuile num. 7. in fi. Inſt. de
iure natu. gent. & ciui.* Ad hanc materiam
conscripsit casus triginta duos, in quibus nõ
admittatur appellatio, Socin. *in regulis fallent.
reg. 40.* qui casus omnes in prædictis & antè
positis sunt comprehensi. Et vltra alios ca-
sus notauit ibi d. Socin. quòd non posit ap-
pellari à sententia lata super alimentis, per
*l. fin. ff. de appell. recip. & ibi per Ange. l. si iudex,
ff. de his qui sunt sui vel. al. iur.* Et in fallentia vi-
gesima octaua voluit, quòd non valeat ap-
pellatio, ne fiat electio secundùm ordi-
nem iuris vel pro vsu Ecclesiæ, *c. cum à no-
bis. de elect.*

286 Adde vltra prædicta quòd in Camera Im-
periali appellationes in caussis matrimonia-
libus non recipiantur: refert Geylius *in ob-
seruat. 112. lib. 1. in fin.* se in memoria ha-
bere in caussa matrimoniali ad Cameram
Imperialem esse appellatum, sed appella-
tionem non admissam fuisse: aliter autem in
casibus admitti illam docet d. *Geyl. ibidem in
d. obſerua. 112. lib. 1.*

Item in Camera Imperiali non recipitur 287
appellatio, neq; eius fit deuolutio, nisi sum-
ma super qua est appellatum, excedat sum-
mã *quinquaginta* aureorum, *Mynſing. in obſer-
ua. 89. centu. 3. & in obſerua. 4. cent. 40.* Quæ
tamen summa, vt temeritas appellantium
compesci, & sumptus litium minui possent,
extensa est vsque ad centum, & quinqua-
ginta aureorum, *Ord. quam Cam. par. 2. tit.
28. §. Vnd ſonderlich ſagen, ordnen, Conſt. Imp.
Anno 1570. in Cam. Spir. Geyl. lib. 1. obſer. 123.
Mynſ. cent. 5. obſer. 83.* ¶ Idem obtinet in
summis priuilegiorum de non appellando
statibus & ciuitatibus Imperij concessorum:
quia appellatio non deuoluitur ad Came-
ram, si summa non sit priuilegio conformis,
Geyl. in obſeru. 123. lib. 1. ¶ Tres tamen ibi
num. 5. & 6. vide limitationes, & ibid. *num. 7.*
vult quòd iuramento appellantis de valore
seu summa caussæ probari posit.

¶ Et tandem quomodo appellationes in 288
formalibus & materialibus sint qualifican-
dæ, vt recipiantur in Camera, vide pulcher-
rimè Geylium, *in obſeruat. 119. lib. 1.* ¶ Item
à iudicio sortis (vbi per sortem diuidi po-
tuit vel debuit) non appellatur, posito et-
iam quòd quis sentiat se enormi læsione
esse grauatum, eò quòd sors & fortuna non
habeat superiorem de mundo, *Iaſon in l. hu-
iuſmodi, §. ſi is cui, ff. de lega. 4. 1. num. 13. refert
apoſtilla latina litera D. ad Art. 29. lib. 3. Landrecht.*

De appellatione in caussa feudali à senten- 289
tia parium, quòd grauatus posit ab illa
appellare, colligitur ex textu, *c. fin. & ibi
notauit Aluoro. in tit. quo temp. miles.* In vsi-
bus feud. *Innocent. in c. cæterum ext. de iudi.
plenis d. Aluaro. in c. 1. apud quem vel quos. Vide
Mynſing. cent. 5. obſer. 5. Geyl. lib. 2. obſer. 156.
n. 3. Guid. Pap. dec. 501. col. 3. & Con. in tr.
feud. par. vlt. n. 11. 12. & 13.* ¶ A sententia
iudicis qui se pronunciat competentem vel
incompetentem, quòd posit appellari, vo-
luit Lanfran. *de Oria. in ſua praxi cap. de appellat.
num. 64.* ¶ A citatione verbali quòd non
posit appellari sed à reali, benè, docuit d.
Lanfran. *in d. ſua praxi cap. de appell. nu. 62. & 63.*

Appellationibus extraiudicialibus an de- 290
feratur in Camer. Imper. contra istum, qui
Cameræ immediatè non est subiectus? no-
tat, quòd non, & plura refert remittendo
de extraiudicialibus appellationibus, Myn-
sing. *in obſeruat. 43. cent. 4. Geyl. in obſeruat.
120. lib. 1.* (*Plenius hoc tractatum ſupra eod. cap.
à quibus iudicibus poßit appellari. §. Licitum eſt
à principe.*)

An à sententia, per quam iudex pronunciat procedendũ fore super libello inepto existente, appellari possit? quòd sic: determinat per rationem ibi positam d. Lanfran. *in sua praxi de appell. num. 64. in fine.*

291 An & quando à termino nimis breui & nimis longo possit appellari, docuit idem Lanfran. *in d. loco, nu. 65.* ¶ An à denegata audientia queat appellari? Respondet, quòd sic, declarando Lanfran. *d. loco num. 66.* ¶ A sententia lata ab obseruatione iudicij, quòd liceat appellare, firmat d. Lanfran. *ibidem in d. num. 66. in fine per gloss. & Bart. in l. earum, ff. si seruit. vindic.*

292 ¶ A sententia, in qua iudex pronunciat appellationem esse desertam, posse appellari (*atq; hæc est communis opinio, quam & Camera observat. Geyl. d. obs. 138*) dicit d. Lanfran. *in d. loco nu. 67: sed declarat. Bal. in 2. C. de Episcopa. audientia, quanquam desertor contumax fuit in non veniendo, textus in decretu 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. sunt etiam quorum, Geyl. in obseru. 138. lib. 1. num. 4.*

Iudex quando pronunciat appellationi esse deferendum, an ab illa quis appellari possit? voluit quòd sic, d. Lanfran. *d. loco num. 68.* Iuri appellandi potest pacto renunciari, *l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. l. 1. in fin. C. de Temp. & repar. Dissentit Roland. à Vall. 1. cons. 29. n. 7. & 8. 29.*

293 Sed circa materiam prohibitionis appellationum venit illud singulariter notandum: quòd omnes leges, quæ prohibent appellationem, sint odiosæ: cùm sint contra regulas iuris communis, quæ permittunt regulariter ab omni actu appellari: & ideo restringi debet, prout possunt secundùm And. de Isern. *c. 1. vers & bona. colum. 10. in tit. Quæ sunt reg. refert secundùm illum Maran. in ord. suo. iudic. cap. de appell. num. 356.*

294 ¶ Notandum tamen est, quòd in casibus, quando non potest appellari, poterit querelari, *singulariter est glossa secundùm D. Card. in c. querelam de procurat.* ¶ Item prohibita appellatione, non prohibetur supplicatio (*quæ sententia communis est, etsi statuto sublata esset appellatio.*) *tex. est in l. vni C. de sentent. præf. præto. vide Anton. Corse. in sing. suis in verb. querela 2. Consuluit Decian. in consilio 47. vol. 1. num. 6. & in seqq. ibi refert aliquas differentias appellationis & supplicationis (appellatione enim iniquitas aut imperitia iudicantium corrigi petitur: supplicatione proprij erroris venia imploratur, vel aduersarij circumuentio allegatur. Appellatio ad superiorem fit: supplicatio ad eundem, qui pronunciauit) de quibus ibi vide, quia sunt bona.*

De pœna non deferentis appellationi.

295 DE iure ciuili punitur pœna triginti librarum auri, *l. quoniam iudices & l. iudicibus, C. de appellat.* de iure Canonico mittitur ad superiorem puniendus, *c. priore & ibi Philip. Dec. de appell.* ¶ De iure Saxoni. punitur depositione ab officio, vel impediendo, ac turbando eius iurisdictionem, *gloss. in Arti. 12. lib. 2. Landrecht. Refert VVesenb. in cons. 43. num. 83. Marant. in d. c. de appell. n. 388. limitat* & dicit, quòd non incidat in pœnam, quando non defert appellationi, quæ est prohibita à iure, & in casu, quo iudex possit procedere appellatione pendente, *c. cũ appellation. de appell. in 6.*

¶ In criminali quando appellationẽ, quam 296
admittere & recipere debebat iudex inferior non admisit, sed sententiam suam ea nõ obstante executus est: talis iudex debet capite puniri, casus est, *in l. Lex Iulia. § fin. ff. ad leg. Iul. repetund. Dixit Angel. de malefic. in versic. præsente dicto Caio & appellante nu. 29.* & ibi voluit Augustinus *in addit.* quòd puniatur capite, referens se ad limitationes in certis casibus. quid autem agat tali casu, præscripsit idẽ Angel. *in d. tract. & in d. versic. num. 28.*

De iuramento ab appellante præstando.

COnsuetudo, quòd appellantes iurent de 297
non temerè appellando, valet. potestq; tale iuramentum etiam ab hærede præstari, *Mynsing. in obserua. 56. cent. 3. allegando Bal. in l. si per altum, § fin. ff. ne quis eum, &c.* Iuramentum item (summam appellabilem esse) & ab ipso appellante & hærede eius præstari potest. *Myns. cent. 4. obs. 40.*

Quis possit appellare.

APpellat regulariter principalis, quolibet 298
grauamine grauatus, prout superiùs est notatum: sed tertius quando pro suo interesse ad appellationis ab alio interpositę prosecutionem admittatur, (*Semper admittitur ad prosecutionem appellationis, etsi ipse non appellauerit, modò causa appellationis per appellantem coram iudice ad quem introducta sit. Hic primus est casus.*) & quomodo ei adhærere debeat (*hoc casu necesse est, vt intra decendiũ ratam habeat appellationem ab alio interpositam. Hic secundus est casus.*) vel qualiter appellet, (*hic tertius est casus de appellatione tertij.*) iusto scilicet tempore vt interponat, & vt nuncupatim grauamina & causas exprimat, cur sua intersit appellare à tali sententia: Et hoc procedere, etiamsi à diffinitiua appelletur, pulcherrimè docuit & rationem posuit Geyl. *in obseru. 122. lib. 1.* Et ibi docet, quomodo interueniente eiusmodi tertio sententia sit dirigenda, (*contra ipsum, nostrum tertium non in postremo illo casu.*) Matthæus de Matthesil. *in sing. suo 123. num. 1.*

¶ Imò etiam contra voluntatem morifesti- 299
nantis debet admitti & supersederi in exequendo. *d. l. non tantùm ff. de appellat. Angel. in tracta. malefi. vers præsente d. Caio. in prin.* ibi ampliat

pliat

pliat istam doctrinam, quòd etiam Clericus cum eiusmodi appellatione exaudiatur.

300 ¶ Et *in num. 7. ibid.* quòd popularis appellatio non tantùm admittatur in condemnato ad mortem, sed etiam ad membri mutilationem, saltem quæ morti æquiparatur, quia saltem istud membrum moritur. habere etiam locum, si quis damnatus fuerit ad mortem ciuilem, voluit d. Ang. *in d. vers. præsente d. Caio. num. 8.* ¶ Item quòd neq; in istis casibus appellationi possit renunciari, ampliauit d. Ang. *d. loco num. 10. vide Dd. in l. non tantùm, ff. de appellat.*

Iudex ad quem, quid facere debeat.

301 COgnito isto, quòd causa sit appellabilis, iustè & benè quod sit appellatū, & quòd legitimè & debito tempore appellatio sit introducta, sic iurisdictio ad eum deuoluta, debent ab eo decerni inhibitio & compulsoriales ad iudicem à quo: & citatio ad appellatum.

¶ De inhibitione decernenda & emittenda dicit tex. *in c. non solùm, & in c. Romana, §. si verò, & §. si autem,* & ibidem docuit Gemina. *de appellat. in 6.* (*vide distinctionem suprà positam sub cap.* *De appellatione à sententia interlocutoria.*
302 *§. Sed quæ interlocutoriæ sint.* ¶ Post emissam autem sufficientem inhibitionem, si iudex à quo, procedat, reuocantur illa tanquam attentata, docuit Mynsing. *in obser. 87 cent. 3. vide latè de hoc Specul. in tit. de appell. §. officium iudicis ad quem, & §. sequen.* Et quando attentata debeant reuocari, & in libello peti, vide Bart. *in l. Chirographis, §. adeò, ff. de admin. tutor.* Geyl. *in obserua. 145. & 146. lib. 1. ibi in d. obs. 145.* docet, quòd super attentatis causam principalem concernentibus iudex inhibere non debeat, veluti ne possessor appellatus fortè vtatur sua possessione, &c. *in sequenti obs. 146.* tradit quòd attentata ante omnia reuocentur, qualiter ad eorum reuocationē agatur, (*Aut ea notoria sunt, nec altiorem indaginem requirunt, & de plano expediri possunt, imò iudex ex officio ea reuocare, aut indigent altiore indagine, & libellus offerendus, lis contestanda, & attentatorum ac principalis causa simul prosequendæ sunt, ita tamen, vt super attentatis, si de his priùs constet, & à causa principali separata sint, non expectata causæ principalis conclusione, pronunciari possit. Sanè de principali causa pronunciari nō potest, donec attentatorū iudicium etiā ad finem deducatur: quo facto, primùm in causā attentatorū, deinde in causa principali pronunciandum est. Mynsing. cent. 3. obs. 33. vide eundem Myns. cent. 1. obs. 26.*) & tandem de pœna attentantis, (*Appellans, si attentata immediatè contraria appellationi sint, illi renunciasse censetur, & ideo eo casu, probatis attentatis, iudex appellationis cùm ad iudicem à quo pro executione remittet.*) appellantis & appellati. (*Vterq; in expensis condemnatur, sic & iudex attentans, qui vnà cum parte attentante in his condemnari solet.*)

Imò pendente appellatione suspensa est 303 iurisdictio iudicis à quo, quòd nihil ab illo interim est attentandum seu innouandum, *vt in l. appellatione, C. de appellat. affirmat Pet. Duen. in regulis fallent. regula 42. & cumulauit ad istam regulam fallentias numero viginti duas. Anto. Corse. in sing. suis in verbo appellatio, 1. posuit 7. fallentias notabiles*, & ibi in addit. dicitur: sicut pendente appellatione nihil est innouandum: sic etiam pendente nullitate sententiæ, per Iasonem, *in l. 1. C. de bon. poss. secund. tabul. Et adhuc vnam istius theoricæ vide limitationem, apud Ludouic. Roman. in singu. suo 163. incip. hoc nesciunt legistæ, Socinus in reg. fall. regu. 42. colligit 7. limitationes. Rob. Marant. in suo Specul. cap. de appella. cumulauit 22. à num. 162. vsq; ad num. 201.*

¶ Et nota, paria sunt, appellationem esse 304 interpositam, vel esse intra tempora, intra quæ potest appellari. *Corset. in sing. suis, in verbo Terminus.* ¶ Item notandum est in appellatione à diffinitiua statim ligatæ sunt manus iudicis à quo: in appellatione ab interlocutoria à tempore inhibitionis, *Mar. in suo Specu. cap. de appellat. num. 160. habet ibi suas declarationes, ad quæ animaduertendum.*

De compulsorialibus & citatione decernendis & mittendis à iudice ad quem, ad 305 iudicem à quo, tradiderunt Bart. & Iason *in l. is apud quem, C. de edendo.* Et interdum decernuntur inhibitiones & compulsoriales arctiores, scherpffere verbots vnd zwangs Brieffe / puta sub pœna banni, *& de istis vide Geyl. in obseruat. 134. lib. 1. obserua. pract. Imper.*

Iudex à quo, quid facere debeat.

DEbet deferre omni appellationi, quæ 306 non est friuola & ipso iure nulla, *notaui suprà in hoc vers.* de pœna non deferentis appellationi, habetur *in c. vt debitus, ext. de appellat.* facta inhibitione obediat & in exequendo supersedeat, *Mynsing. in obserua. 87. cent. 3.* ¶ Ad compulsoriales emissas acta priora edat integrè, non manca, non imperfecta neq; falsificata, aliàs tenebitur parti ad interesse, vel puniatur arbitrariè pro modo & conditione, *Elegantia de istis vide per Geyl. in obser. 134. lib. 1. de attentatis iudicis notaui sup. in vers. prox.*

De prosecutione appellationis.

PArs appellans quando suam appellationē debito tempore & modo introduxit, 307 proces-

processus obtinuit, & intra terminum parte citata reproduxit, procedat ad iustificationem, & libellum offerat, *Authen. offeratur C. de litis contesta.* quid iste libellus continere debeat, & qualiter sustentetur, vide Geyl. *in obser.61. lib. 1. & notaui inf. in litera L. vers. de libello, & ibi de consuetudine dandi libellos articulatos.* In Came. Impe. ad libellum istum appellatus respondere & litem contestari cogitur. Nam non potest omitti, lite enim non contestata non proceditur regulariter ad probationes & sententiam diffinitiuam, *prout notaui inf. in lit. L. vers. de litis contestatione.*

308 ¶ Sed omisio litis contestationis an vitiet processum instantię appellationis, quęritur? & respondetur: in causis appellationis processus ob omissam litis contestationem non corruit, si modò in prima instantia litis contestatio intercesserit. nam effectus litis contestationis durat post sententiam in causa appellationis, nec per eam extinguitur vel suspenditur, *testante Decio in Rubri. & in c. per tuas, de appellat. Domini de Rota in decisionibus nouis decis.467. Rubri. de litis contest. Mynsin. in obser. 1. cent. 1. Geyl. in obserua. 76. lib. 1.*

309 Quid, quando partes sunt præsentes, & quando agitur causa nullitatis coniunctim incidenter cum appellatione, vel seorsim principaliter, an requiratur litis contestatio, *Mynsing. in obserua. 38. cent. 1. nonnullos putare non esse necessariam, sed in causa nullitatis contrariũ obseruari in Camera dicit & respondet ibi. Sed Geyl. in d. obseru. 76. lib. 1. remotis doctorum distinctionibus refert, de stylo Cameræ Imp. regulariter in omnibus causis ad Cameram per appellationem deuolutis litis contestationem necessariam esse, nec sufficere semel factam fuisse litis contestationem in causa principali, idq́, indistinctè obtinere tã in interlocutoriis, quàm diffinitiuis, ordinatione ita disponente parte 3. tit.32. §.4. (quod & Mynf. tradit. in fin. d. obs. 1. centur. 1.)*

310 ¶ Vnde si per incuriam procuratorum lite non contestata, in causa appellationis conclusum sit: iudex ex officio factam conclusionem rescindit, & litis contestationem partibus iniungit, vt nullitas euitetur. ¶ Sic etiam super nullitate distinguendo in casibus (*in casibus altiorem indaginem requirentibus ordo iuris seruandus est: at si notoria sit nullitas, siue principaliter siue incidenter deducatur, litis cõtestatione opus non est, Geyl. all. loco.*) esse litem contestandam in Camera Imperiali, docet idem Geyl. *id obserua. 77. lib. 1. Et Mynsing. in obseru. 38. centur. 1.*

311 Sed omisio litis contestationis (*in primâ instantiâ*) an vitiet processum, incidit quæstio? & regulariter respondetur, quòd sic, (*quia est fundamentum iudicij, adeoq́, de ipsa ordinis iudiciarij substantia*) *l. 1. cum Authen. offeratur C. de litis contest.* vt ne partium quidem consensu, nec iudicis auctoritate omitti possit: sed omissa vitiet processum, & sententiã latam reddit ipso iure nullam, *tex. est in c. de causis, iuncta gloss. in verbo consensu, ext. de offic. deleg. & habetur in similibus, prout notaui infr. in litera L. vers. de litis contest.* Sed istis non obstantibus in Cam. Imp. ad diffinitiuam proceditur, etsi prorsus omissa sit: dummodò aliàs de meritis causæ principalis ex prioribus actis iudici plenè constet, ex quibus animi sui motũ informare queat: *notauit Geyl. in obs.75. lib.1. referens se ad ordinat. in par.3. tit.34.*

Termino isto absoluto deuenitur ad probationes, in quarum productione & editione proceditur non secus atq; in prima instantia, *de quo infr. in litera P. vers. de probatione per testes, & in versic. seqq. ibid. & in litera T. vers. de testibus, notaui.* 312

¶ Et iustificatur appellatio ex nouis etiam assertionibus, vel exceptionibus: quæ non ad nouum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis cõiunctæ sunt, quæ apud anteriorem iudicem propositæ noscuntur, *l. per hanc, & ibi notant post gloss. Dd. C. de tempor. & reparat. appellat.* Sed quatenus testes ob publicationem attestationum ampliùs non admittantur in appellationis etiam instantia atq; in prima, ex rationis identitate habetur in tex. *& notant. gloss. & Canon. in Clem. 2. de testi. fac. l. eos qui. § qui autẽ. & ibi Bart. C. de appell.* 313

¶ Sed ne iustificatio in infinitum protrahatur, iura statuerunt tempora ad iustificandum, quæ vocantur fatalia. Igitur de fatalibus quædam veniunt notanda.

Fatalia sunt triplicia interponendæ & introducendæ appellationis, (de istis duobus notaui suprà) sed de fatalibus prosequendæ & finiendæ appellationis hic dicendũ venit. Appellans intra annum, à die appellationis numerandum, loco primi fatalis regulariter appellationem suã prosequi & finire debet: aut si iusta causa intercesserit, alius annus secundus indulgetur: vel datur ex iusta causa etiam tertius annus, per viam restitutionis, *Authen. Ei qui, vbi Bart. & gl. in verbo manet, C. de tempo. appell. l. fin. §. illud in fine & gloss. in verb. Inchoatam, in fin. C. eod. tit. Geyl. obseru. 141. in prin. lib. 1. Mynsinge. obser. 15. num. 4. centu. 3.* 314

¶ Quibus fatalibus transactis aditur iudex: & petitur executio, ac si appellatum nõ fuisset, *gloss. in verb. Executioni, in l. a. C. de tempor. appella. Mynsing. in d. obser. 15. Chil. cap. 110.* 315

Sed vt concedatur illi appellanti secundũ & tertium fatale, non sufficit vt impedimentum simpliciter allegetur: sed requiritur, vt appellator euidẽtissimis probationibus possit ostendere: se quidẽ summa ope nisum voluisse litẽ exercere, per iudicẽ autem stetisse, vel aliam inevitabilem causam subsecutã, propter quam hoc facere minimè valuit:

tunc

tunc etenim illud annale tempus indulgendum esse, *dicit l. fin. in §. illud C. d. tit. de tempo. appella. gloss. est in Arti. 12. lib. 2. Landrecht.*

316 ¶ De illis autem impedimentis appellationis non prosecutæ docuit Innocent. & post eum Abbas, *in c. ex ratione, de appell. gloss. in Art. 7. lib. 2. Landrecht.* Imò quòd appellans tempore impedimenti de suo iusto impedimento debeat protestari, aliàs quòd nõ excusat ipsum impedimentum, & currat ipsi fatale, firmat Alex. de Imo. *in consil. 114. volu. 5. Et Geyl. obserua. 143. lib. 1. num. 3.* ¶ Et de probatione impedimenti nõ prosecutæ appellationis, quòd & qualiter probetur, *Chil. Kön. in processſ. cap. 111.*

317 ¶ Appellatione autem sic non prosecuta, ista appellationis causa fit deserta, & prima sententia executioni mandatur, ita vt appellans condemnetur in expensis, *Chil. ad ca. 126. in additione in materia desertæ appellationis & processu eius. ibi num. 5. docuit, quatenus iudex ad quem, vel à quo, iudicet de appellationis desertione, & qualiter, vt cognoscat, de illa procedat, distinguit inter appellationem deuolutam, & non deuolutam.* Primo casu iudex ad quẽ cognoscet, secundo casu mandet iudex à quo sententiam suã executioni: nisi appellans ad hoc citatus contradicere possit, quò minus sententia exequi debeat. *Et docet Bal. in l. eos qui, in vers. modò quærit gloss. C. de appella. Ioan. Andr. in c. 1. eod. tit. in 6 habetur in c. persona. Et in c. cùm sit Romana, de appellat. Mynsinge. obseruat. 59. & 60. cent. 2.*

318 ¶ Imò appellatione deserta, quis iudicum cognoscet de desertione, (*naturam iudex appellationis.*) de causa principali, (*de hac cognoscit iudex à quo, non iudex ad quem, nisi realis de iniustitiâ appellantis constaret, & à parte aduersa desertio non allegetur, priorem sententiam iudex appellationis confirmare potest, quod & vtile est. fac. notat Mynſ. cent. 2. obſ. 59. & 60.*) & expensis, (*Et de his cognoscere potest iudex ad quem, etiam ex interuallo, quod in causâ desertionis singulare est.*) & qualis, (*Communis & vera conclusio est, quam etiam Camera sequitur, si ab interlocutoria appellatũ sit interlocutoriam esse, si à definitiua, definitiuam.*) sit sententia desertionis, docuit Geyl. *in obseru. 137. & 138. lib. 1.* ¶ Et notandum est, quòd si tempora prosequendæ appellationis corã inferiorib. iudicibus nõ sunt seruata, quòd appellatio non recipiatur in Cam. sed ad iudicem à quo, pro executione remittatur, secundùm Geyl. *in obseruat. 141. lib. 1. num. 8.*

319 ¶ Sed in Camera Imperiali huiusmodi fatalia prosequendæ appellationis non currere, & d. *Authen. Ei qui, C. de tempo. appellat.* ibi non habere locum, idq; propter multitudinem causarum, sed tantùm tempora interponendæ & introducendæ appellationis diligenter ibi attẽdi dicit & affirmat d. Geyl. *in d. obserua. 141. lib. 1. num. 7. Mynsing. obserua. 48. cent. 2.* Et Geylius *in sequentibus d. obseruationis* tamen docet, vbi intra fatalia propter impedimenta prosecutiones fieri non possunt, quòd procuratores non semel tantùm, sed pluries & aliquoties de sua diligentia de fatalibus non lapsis vel labendis protestentur, & prorogationes obtineant, *ubi allegat gloss. singu. in c. cupientes, §. quòd si verò, in verb. proposita, de electio. in 6.* abundantem enim cautelam non nocere dicit.

Sed pauperi an currant fatalia & quæ, (*fatalia interponendæ appellationis currere pauperi, Camera probauit, nisi coram iudice primæ instantiæ paupertate allegata, & in interponenda appellatione sumptus aliqui faciendi sint: introducendæ & prosequendæ appellationis fatalia pauperi non currunt.*) qualiter (*vel vicinorum vel magistratus testimonio sit ista probatio.*) autem ad istum finẽ, ne currant contra ipsum, probet se pauperem, & quid faciat, (*probare debet paupertatem & ex actis summariè de causâ rigandi constare oportet, antequam appellatio recipiatur.*) vt recipiatur eius causa in Camera Imperiali tanquam pauperis, Geyl. *in obserua. 142. lib. 1. & in seq. obseru. 143.* de restitutione in Integrum aduersus lapsum fatalium omniũ interponendæ, introducendæ, & prosequendæ, coram quo iudice petatur, quæ probanda (*impedimento allegatio & probatio non sufficit, nisi & probetur extrema diligentia,*) & quid faciendum, (*summaria cognitio, absq; libello & litis contestatione, propriâ tamen citatione ad videndum restitui sufficit.*) ibi optimo ordine docuit. Item Mynsinger. *in obseruatio. 97. centu. 4.* 320

Et restitutio ad prosequendam appellationem contra lapsum fatalium an & ex qua causa concedatur, respondet distinguendo, (*Ex cuius facto impedimentum illud proueniat.*) Mynsing. *in obseru. 98. cent. 5.*

De executione sententiæ appellationis.

QVis sententiam appellationis exequatur, an iudex à quo, vel ad quem, respondet distinguendo Mynsing. *in obseru. 94. cent. 4.* Et controuertitur inter D d. de illo latissimè, *in l. à diuo Pio, §. sententiam. ff. de re iud. Panorm. in c. cum in Ecclesia. de appellat.* (*Sententiam confirmatam exequitur iudex ad quem: ac desertâ appellatione, vel etiam inualidâ ea pronunciatâ iudex à quo executionẽ habet.*) ¶ Imò si iudex appellationis viderit, quòd malè 321

malè sit appellatum, remittat causam ad iudicem à quo, & is faciat executionem, *c. cum appellationibus, de appella. in 6. Chil. cap. 113. num. 1. in fine.*

De expensis instantiæ appellationis, & miscellanea.

322 IVdex appellationis non tantùm friuolè & malè appellantem remittat ad iudicē inferiorem, sed etiam ipsum condemnet in expensas, & ad fructus, *c. cum appellationibus, de appell. in 6. & ibi gloss. in verb. eadem die l. Paulus, ff. de re iud.* Et qui deserit appellationem, in expensis est condemnandus, *tex. est in c. sæpè in fin. & in c. reprehensibilis, de appell.* ¶ Et hoc faciat iudex appellationis, *notat. in l. properandum. §. siue autem & ibi Cyn. C. de iudic. latiùs, examinauit Chil. in processu, in cap. 131.*

323 ¶ Sed de expensarum istarum iudicialium æstimatione seu taxatione, quæ nempe expensæ veniant in condemnatione & executione, (*Iudex necessarias & iudiciales, non autem delicatas & voluntarias expensas taxare debet, & expensæ tantùm litis, non aliorum damnorum, nisi damnum illud in personá petentis consistat.*) vide Geyl, *in obserua. 151. lib. 1.* ¶ Et quatenus appellatus, (*Appellans succumbens semper in expensis condemnandus est: quod ad appellatum attinet, Camera vt plurimùm opinionem Baldi sequitur & succumbente appellato fit expensarum condemnatio, licet alij distinguant, ex ijsdē ne actu an nouis probationibus appellatio iustificata sit.*) veniat in expensis condemnandus, idem Geyl. *obseruat. 152. d. lib. 1.*

324 ¶ Appellari à quolibet potest, *l. à proconsulibus, & ibi Br. C. de Appell.* præter ab aliquibus, *de quibus ibi per gl.* Appellans frustratoriè remitti debet ad iudicem à quo, & in expensis condemnari, *c. Literæ, & ibi gl. seu. c. cum in Ecclesia, & c. vt debitus de Appell.*

Quando iudex in criminali non vult deferre appellationi, possunt amici resistere executioni, *ita dicit And. Barb. in add. ad Br. in l. nemo C. de exact. tri. lib. 10.* Imò Clerici, si vident iniustè damnatū ad mortem, possunt talem eripere de manibus familiæ, *ita dicit Alb. de Ros. in l. æditos, C. de Episc. aud.* de his & alijs multis, quæ cumulauit, vide Hypp. *de Marsi. in l. 1. n. 27. & 28. & seq. fol. 3. ff. de quæst. Vide ad hoc pulcrè Petrum in q. 115.* Et quòd iudici violentiæ inhærenti resistere liceat, vide Soc. *in Reg. 442. Br. in l. omnes C. de Dec. lib. 10. vide inf. in verbo Iudex.*

In capitalibus causis admittitur appellatio, imò iudex exequens sententiam capitalem pendente appellatione incidit in pœnam capitis, *L. lege Cornel. de fals. in pr. per quam ita decidit. Bl. in l. si quis filio exhæredato. §. hi qui, de iniust. rupt. vide Ias. in l. 1. in 2. col. in pr. quod quisque iuris.* Hoc limita, nisi reus, contra quem esset lata sententia, fuisset confessus delictum, tum non potest appellari à quo, aliàs potest, *l. non tantum, ff. quor. app. non recip. & in l. 1. in fin. C. de iur. cal. Cæp. cons. 32. n. 5. fol. 37. fa. 2.*

¶ In caussa appellationis produci, & probari possunt, in causa principali non producta, nec probata, *Soc. in reg. 333.* An exceptio dilatoria omissa in causa principali possit opponi in causa appellationis, vide Ias. *in l. ita demum C. de procur. post alios.* Cuilibet licitum est appellare pro eo, qui condemnatus est ad mortem, & ad supplicium, dicitur etiam eo inuito, *text. est clarus in l. non tantum, ff. de Appell.* Appellationi per pactum renunciari potest, *l si in fi. de temp. appell.* Libelli appellatorij possunt post factam appellationem durante adhuc termino 10. dierum variari, emendari, & ab ea appellatione in totum discedi potest, *tex. cum gl. in l. si quis libellos, C. de Appell. Alex. in l. fin. C. qui ad. vbi reprehendit Paulum.* 325

Terminus decem dierum ad appellandum à die scientiæ datur, non antè, *vide de hoc & fallentijs in reg. 395. per Soc.* Post decem dies quando audiatur Dominus, & an si lata est sententia contra procuratorem non appellantem, *vide Doct. in l. 1. §. fin. Quando appell. sit. & Alex. in cons. 237. vol. 2. fol. 84. n. 12.*

¶ An appellare, vel non appellare modum procedendi, vel decisionem causarum respiciat, *vide Alex. in l. 1. in fin. de leg. 2. & in cons. 166. vol. 2. & D. Goza. in l. omnes populi in 2. q. princ. de Iust. & iur. & eundem in 3. q. 4. in pr. Lect. 12. ead. l. omnes populi.* Appellationem solus princeps tollere potest, *vide Br. & ibid. Goza. in Lect. 12. in l. omnes populi in 3. q. in pr. de iust. & iur.* Vbi pulcrè habetur, An valeat consuetudo, quòd appelletur ad Minorem. Et an statutū possit tollere recursum ad superiorem, & alia pulcra vide ibi. Causa appellationis à principali est diuersa, *Alex. cons. 238. vol. 2. fol. 85. num. 6.* Et hoc est magnæ vtilitatis, *de quibus vide ibid. inf. in verb. Doctor fol. 149 fa. 2. in pr.* An in Appellatione interlocutoria pro forma requiritur, quod nominatim debeat exprimi grauamen, an sufficiat expresio, quæ fieret per relationem ad acta, *vide Ang. in l. vbi autem non apparet, §. per illud, de verb. oblig. Io. de Mon. Ferr. in l. 1. in princ. col. 4. de verb. oblig.* 326

¶ A futuro grauamine appellari potest, *Dec. cons. 214. vol. 2. in caus. Cathed.* 327

Si infra decem dies non fuerit appellatum à sententia, vel si fuit appellatum & non legitimè prosecuta appellatio, sententia transit in rem iudicatam, *l. hi §. illud*

illud C. de temp. appell. c. quod ad consultationem, de re iud. c. cum dilecti in fin. de Elect. Aut. hodie, C. de Appell. l. si contra de Appell. & in clem. de Appell.

Et quando appellans non fuit prosecutus appellationem, debet in expensis condemnari, *l. sæpe & ibi Io. An. no. clarius, & alij, de appell. vide pulcre Alex. in cons. 277. vol. 2. ponderatis hic per totum.* Hic nota, quod licet infra X. dies debeat appellari, *Aut. hodie, C. de Appell.* hoc limitetur, si aliquis probabili ratione dixerit, sententiam Nullam. Quia interim ei tempus appellandi non currit, *ita Bl. in l. contra maiores, circ. fin. C. de inoff. test. Sequitur Ang. in l. Paulus in §. hæres rogatus, ff. d. vsur. vide Hypp. sing. 152.* An & quando à sententia lata super possessorio appellari possit, *vide Dec. cons. 26. vol. 1. Et Landfr. in c. quoniam contra, de prob. & instr. in verb. Possessio, & in verb. Sententia.*

328 ¶ An & quando propter contumaciam appellatio prohibeatur, & an in dubio appellatio debeat admitti, *Dec. cons. 34. vol. 1.* Appellatio reducit nos ad tempus litis contestatæ in causa principali, *vide Ias. qui alios allegat in l. si insulam in fin. verb. de verb. oblig.* Deserens appellationem in quo puniatur: An valeat appellatio generalis, (appello ad iudicem competentem:) An valeat appellatio alternatiua, (appello ad Episcopum, vel Papam,) & multa de appellatione alternatiua: *vide per Alex. in cons. 12. vol. 6. per totum videtur.*

Pendente Appellatione nihil innouandum.

APpellatione pendente nihil innouandum est, & executio non fit absq; citatione, *Dec. cons. 97. vol. 1.*

¶ Appellatio multis modis dicitur nulla, *vide Zas. in l. præses. col. 115. ff. de re iudic. lin. 16.* Supplicatio æquipollet appellationi, & in causa supplicationis proceditur ad confirmandam, vel infirmandam sententiam, sicut in causa appellationis, *vide Abb. in c. ex literis n. 6. de rest. in integr.*

De Apostolis.

329 APostoli cæteri Petro pares in honore, & potestate fuerunt, & Petrū in principē elegerunt, *c. in nouo 21. dist. Et ibi habes gl. quando sint Apostoli ordinati.* Et dicit, quòd Petrus solùm in administratione cæteris fuit maior. Petrus Apostolus nihil habuit præter nauiculam, & tamen omnia dimisit, *ita dicit gloss. in l. cum & filiusfamiliàs, C. qui bonis cedere poss.*

Apostata.

APostata quis, & quot modis dicatur, 330
qua pœna puniatur, an contrahere possit, & alia, *vide in Indice practici Papiensis, in verbo Apostata col. 35. & in verb. Contractus & D. Abb. in c. 1. de Apost.*

De Arbitris, Arbitratoribus & arbitramentis.

ARbitrum & arbitratorem non vocabuli 331
significatio, sed modus procedendi ex partium cōuentione distinguit: arbiter enim est, in quem partes compromiserunt, vt procedat iuris ordine seruato. arbitrator, vt cōponat causam amici ex æquo & bono, sine longo litis sufflamine, *Geyl. 1. obser. pract. 150. n. 40. seq.*

¶ Nota, laudum ab arbitro ità valet, si feratur super deductis in compromisso, aliàs non: sic declarat Anto. Corse. *in sing. suo in verbo Arbiter.* ¶ *Vide tractat. Barto. de arbitris: & Chil. König in sua practica cap. 4. Von dem gleicher vnd arbitratore & cap. 5. de arb. compromisso.* ¶ Et arbitramentum quid sit, an, quale, & quando valeat, inuenies apud Barto. *in cons. suo 166. incipien. Salamon de Spoleta. Vide quæ notaui infr. in litera C. vers. de compromisso.*

¶ Et notari potest, quòd arbitria, vt iu- 332
dicia tractentur, & ad instar iudiciorum redacta sint, *l. 1. ff. de arbit.* ¶ Sed istius assertionis fallentias vide per Socinum, *in reg. fallent. ad regu. 45. incip. arbitria.* ¶ Sententia arbitri contra ius litigatoris an valeat, dixit Ioan. de Arno. *in sing. 83. l.* De tertio arbitro eligendo, vel adiungendo duobus arbitris discordantibus, (*Valet compromissum, vt à duobus tertius eligatur, dummodò in eo eligendo consentiant. & sine dubio arbitratoribus ea facultas concedi potest. Quod si ipsi arbitri dissentiant, iudex eos ad consentiendū cogere, vel ipse tertiū eligere potest.*) consuluit Decian. *in cons. 42. volu. 3.* 333

Arbitri adduntur finiendarum litium gratia, non differendarum, *l. quamuis, ff. de arbitr.* Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, *l. 1. de arb. l. notionem, de verb. sig.* Arbitri iurisdictionem non habent, quia priuatorum consensus iurisdictionem dare nequit. *l. priuatorum, C. de iurisdict. omnium iudic.* Arbitrorum materiam pulcrè tractat, *Br. in l. si societatem, §. arbitrorum ff. pro socio.* ibi differentia inter arbitrum, & arbitratorem. De arbitris iuris, *vide Bart. in l. fin. C. de iud.* Arbitratores dicuntur proxenetæ, vel Mediatores. *Br. in l. fin. de va. coo.* & coram illis libello nō est opus. De arbitris receptis, qui à partibus eliguntur, & illis, qui de iure cognoscunt, *vide Ang. in §. omnium Inst. de Act. vbi differentias 16. ponunt inter illos.*

A ſententia arbitrorum non appellatur, *l. 1. C. de Arb. Br. in l. pen. & l. 2. C. de Arb.* & eorum ſententia etiam iniqua ſtare debet, *l. diem proferre, §. ſtare, ff. de Arbit.*

334 ¶ Quis dicatur Arbiter, & qualiter ab arbitratore differat, *vide D. Abb. in c. Quintauallis in 3. col. cum ſeq. de iureiur. vbi decem differentias ponit.* Compromiſſum de iure ciuili nudo pacto factum licèt nihil valeat ſine pœnæ adiectione, eò quòd laudum eſſet eluſorium, *l. non diſtinguemus, §. fin. ff. de Arb.* Tamen bene valet de iure Canonico, cùm ex nudo pacto oriatur Actio. *Ita Iaſ. in l. Iuris gent. §. ſed cum nulla in 2. col. de pact.*

Sic etiam ſi arbiter, in quem ſubſtantia contractus confertur, ſi non arbitratur, contractus non valet, hoc eſt, propter incertitudinem, fallit de iure Canonico, vbi ſemper incertitudo certificatur arbitrio boni viri, *ita Car. in l. ſi quis arbitratu, fol. 143. fal. 2. de verb. oblig.*

335 ¶ Promittens ſententiam arbitri ſe ratam habiturum ſub pœna certa, ſi eam cupit reduci ad arbitrium boni viri, non incidit in pœnam, quia ratam habet, qui hoc petit, *Ita Bart. in l. 3. §. falſus, ff. rem ratam habere.*

Nunquam poteſt dari tam lata poteſtas arbitratoribus, & pleniſsimæ renunciationis, quin ſemper poſsit peti reductio, ad arbitrium boni viri, etiamſi iuramentum interuenerit, *c. veniens. c. Quintauallis, vbi Cano. de iure iur. vide Alex. in conſ. 273. num. 15. vol. 2. in cauſa verten.* Et ſemper verba compromittentium, & ſe obligantium ad parendum Laudo intelliguntur, ſi æquè arbitratum fuerit, *l. ſi libertus iurauerit, de op. Liber. & d. c. veniens de iure iur. & Alex in d. conſ. num. 18. & D. Car. in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* Adhuc pleniùs per Decium, *in conſ. 11. vol. 1. n. 6 col.* vbi dicit, quòd communis opinio ſit, quòd per nullam cautelam verborum appoſitorum in compromiſſo fieri poteſt, quò minùs reductio petatur data magna iniquitate, *vide eund. Dec. conſ. 60. eo. vol. 1.* In arbitrio recurritur ad arbitrium boni viri, *l. ſocietatem, §. arbitratorum, pro Soc.* Hoc eſt verum, quando arbiter arbitratus eſt, & malè. Sed ſi nullo modo arbitrator non recurritur ad Boni viri arbitrium, *ita Soc. in l. ſi quis arbitratu in 2. col. ibi prima concluſio de verb. oblig. vbi Carolus Ruinus præceptor meus.*

336 ¶ Arbitrium Boni viri eſt, vt quis non omittat facienda, & vt non facienda non faciat. *gloſſ. in l. 1. ff. vſusfr. quemadmod. amitt.*

Ad compromiſſum cogi nemo poteſt.

AD concordiam, transactionem, compromiſſum de iure communi nemo tenetur inuitus, *Bart. in l. furti, §. qui iuſsu, ff. de infa. Iaſ. in l. qui ſe patris, C. vnde Liberi. Soc. in l. quidam in 2. col. Si cert. pet. vbi pulcrè limitat.*

¶ Quando offenſus teneatur, & cogi poſſit ad concordiam, *Br. in l. congruit, de off. præſid. §. fin. in Au. vt lic. matr. & auiæ, vide Fel. in c. 1. de Treuſ. & pac. vide in verbo iudex fol. 141. Abb. in Rub. de Treu. & pace, & ibi latè Fel.* An autem princeps, quem cogere poteſt; vt ſuper iure ſuo compromittat, Et an valeant ſtatuta, quæ volunt partes compelli ad compromiſſ. *Vide pulcrè Fel. in c. quæ in Eccleſiarum col. 19. in princ. de conſtit.* An & quando qui ſemel arbitratus eſt iterum arbitrari poteſt, *vide Petr. q. 49. & q. 243.* Compromittens propter malitiam non petendi incidit in pœnam compromiſsi, *tex. eſt vnicus in l. De rebus, de arbitr. ita & Bl. in c. exceptionem, de except.*

¶ De arbitris iuris & qui ſint, *vide Abb. in c. paſtoralis in 2. col. in prin. extra de Reſcript.* & in quibus caſibus eliguntur. De arbitris receptis, qui à partibus eliguntur, & illis qui de iure cognoſcunt, *vide Ang. in §. omnium Inſt. de Act. vbi 16. differentias ponit inter illos.* 337

¶ Ordinarius iudex licèt arbiter eſſe non poſsit, tamen bene poteſt eſſe arbitrator. Aut. ſi vero contigerit, *vbi Paul. & Mod. not. C. de iud. text. eſt in l. ſed & ſi ſeruum, §. ſi quis iudex, ff. de arb. vbi gl. & D D.* Alex. pulcrè *in l. 1. §. & poſt operis, ff. de op. nou. nunc.* vbi dicit, quòd non ſolùm de iure Canon. ſed etiam de iure ciuili poteſt compromitti in iudicem tanquam in arbitratorem, & dicit, quòd hæc eſt magis communis opinio, *gloſſ. eſt etiam in §. ſi verò contigerit in Auth. vt diff. iud. rationem ibi eſſe aſsign.* Alex. differentiã inter arbitrum, & arbitratorem. Arbitri & arbitratores tenentur de dolo, & lata culpa, *vide Abb. qui alter alligat. in c. quia iudicante in fin. ext. de præſcript.*

De Arboribus.

WEr die Wurtzel eines Baums oder Krauts auff ſeinem Grunde hat / dem folget auch der Stamm / vnd er hat auch die gewehr daran von natürlichen Rechten / darumb das ſeine Erde oder Grund den Baum nehret oder fruchtbar machet / (Veluti Eychen / Buchen / Weinſtöck / Feygen / Kaſtanien / Oepffel vnd Birnbäume / vnd alles was nutzbare Frücht träget /) *gloſſ. 5. Arti. 28. lib. 2. Landrecht. Et vide tex. gloſſ. & Dd. in §. ſi Titius, Inſti. de rerum diuiſione. Vbi tractatur, quomodò plantatione plantarum & arborum nobis acquiritur dominium.* Adde, wer tragende Beume 338

Bäume eim andern oder Mahlbäume abhewet/ der soll 30. Schillinge Pfenninge zur straffe geben / vnd den Schaden bezahlen / *tex. addi.* & *gloss. d. Arti.28. lib. 2. Landrecht.* *Vide titulum, ff. arborum furtim cæsarum*, & ibi *in d. gloss. 5.* inuenies, was vor Beume vnter tragende gerechnet werden. ¶ Et de pœna incidentis arbores fructiferas, *vide Constitu. August. Electo. part. 4. Arti. 37. & in Constit. Anhaltina Arti. 25.*

¶ Es sollen auch keines Mannes Bäume / eim andern zu schaden in seinem Hoffe hengen/ sondern die Zweige sol der Herr des Baums abhawen / wo nicht / mag es der thun / dem sie zu schaden hengen / *tex. addi. & gloss. Arti. 52. lib. 2. Landrecht. & ibi in gloss. Arti. 52. lib. 2. Landrecht.* & ibi *in gloss. fin.* notatur, daß das Obest/ welches von den vberhangenden Zweigen / in des Nachbarn Hoff falle / des Nachbarn sey. Nota & cogita, *facit titulus ff. de glan. legen.* ¶ Von gehege der Gehöltze/ *Vide Constit. princip. Anhalt. in Arti. 25. Von Holtzmarcken.*

Arbor consanguinitatis.

339 IVris nostri interpretes tractant etiam de arbore consanguinitatis. Huius ergo plerorumq; interpretum calculo Imper. Iustin. ascribitur, qui *in §. fin. d. grad.* non obscurè ostendit, septimum huius laboris auctorem esse, cuius assertioni in his, quæ ad tertij præiudiciũ non spectant, standum est, *Cl. vn. d. prob. Menoch. cons. 1. n. 8. & 89. lib. 1. Decian. cons. 25. n. 8. vol. 1. Cephal. cons. 32 vol. 2. Masc. d. prob. vol. 3. concl. 1257. mihi fol. 141.* Et gl. *in d. §. fin. verb. adipisc.* ait, quosdam codices habere hanc arborem depictam & rectè, propterea, quòd à textu requiratur Huius quæstionis ea est vtilitas, vt sciamus, hanc de arbore doctrinam esse allegabilem, & authenticam. Quippe corpori iuris ciuilis insertã, & in corpore iuris Canonici approbatam, *Can. ad sedem 35. q. 5. c. fin. de consang. & affin.* Arbor consanguinitatis est personarum, quæ ab eodem stipite ortæ & propagatæ sunt in lineas, & gradus eo fine & consilio facta distributio, vt earum distantiæ oculis subiectæ demonstrari possit. *§. fin. l. de gradib. Can. ad sedem 35. caus. 1. quæ. 5.* sic dicta ad similitudinem arboris naturalis, sicut enim leges nostræ in alijs non rarò naturam imitantur, *§. minorem. l. de adopt. l. adoptio. ff. de tit.* Vnde naturã legis Pædagoga à Tiraquell. dicitur, *in tract. cessant. causs. n. 7. n. 71. cum seq. vid. Kling. Inst. de nupt. & de grad.*

De Archiuo.

340 ARchium, seu Archiuum est principis domus, vel locus, in quo instrumenta priuata, & publica deponuntur. Vtilitas eius ea est, vt ab eo sit, vnde peti possint instrumenta, si exemplum sit amissum. Hinc colligit Cuiac. in archium redacta, ad authoritatem valere, licet sint destituta solennitate, *vide Cuiac. ad Paul. 4. sent. 6. §. 1.*

De Area seu curia munienda: Wie einer seinen Hoff befestigen möge.

MAn mag wol befestigen einen Hoff 341 mit Zeunen / oder mit Stecken oder Mauren/ also hoch ein Mann reichen mag auff einem Roß sitzende/ Zinnen vnd Brustwehren sollen auch nicht daran sein / *tex. Arti. 66. lib. 3. Landrecht. declarat gloss.* das solch Recht sey vmb der Ritterschafft willen gesetzt/ dann damit mögen sie sich vnd andere Leut beschirmen. ¶ Alij volunt, vt fiat munitio vsque ad genua hominis, *Arti. 37. lib. 2. Landrecht.* ¶ Alij dicunt hoc arbitrarium esse, & arbitrio iudicis ordinarij esse relinquendum, *c. de causis. §. fin. ext. de offic. delega.* ¶ Hoc verum, quando certum quid consuetudine vel statuto non sit determinatum. ¶ Alij dicunt, quòd taliter debeat fieri munitio, ne vicino damnum inde contingat: aliàs venire illud resarciendum, Wie der Textus sagt / *Arti. 49. lib. 2. Landrecht. & Arti. 125. Weichbild.* Ein jeglicher Mann sol bewircken seinen theil des Hoffes / thut er das nicht / vnd es geschehe Schaden dauon / denn darff man jhn nicht wandeln. Wer auch zeunet/ der soll kehren die Este in seinen Hoff / *Arti. 126. Weichbild.*

De aliquibus argumentationum generibus.

ARgumentum à contrario sensu semper 342 procedit, dummodò ritè formetur ab effectu causæ finalis. ¶ Vt ecce lex dicit, quòd si præses prouinciæ absentat se, potest committere causas meri imperij. Ergo si non absentat se, non potest, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.* ¶ Procedit etiam tale argumentum in pacto, *l. inter socerum, §. cùm inter, ff. de pactis dotalibus.* ¶ Item in statuto quod est tacita quædam ciuium conuentio, *C. de decre. decu. in Rubri. l. sed ad ea, ff. de ll.* ¶ Corsetus, *in singula. suis in verbo argumentum 1.* notat hoc argumentum valere in scriptis. ¶ Item in pactis & stipulationibus, *idem Corse. in verbo argumentum 2.* ¶ Item in sententia in testamentis, in statutis, *in verbis argumentum 4. & 5.* ¶ Hoc argumentum quod procedat in prædictis & in alijs, notat Soci. *in regulis fallen. regula 46. & enumerantur casus aliqui*

qui remißiuè ibidem in additione Bened. Vnd: sed vide Socini fallen. 17. circa regulam prædictam.

343 Argumentum à cessante ratione, *gl. in l. 1. de off. eius.* Argumentum à sufficienti partium enumeratione, *gl. in l. 1. de Act.* Argumenta qui vna solutione omnia soluunt, *de his text. habes cum gl. in c. necesse 30. dist.* Qui dicunt aliud secundùm LL. aliud secundùm Canones. Hoc vetus, illud nouum ad instar imperiti medici, qui vno collirio omnium oculos sanat. Argumenta non soluuntur per contrariorum adductionem, *Petr. de Bell. pert. Inst. gl. in c. sicut vrgeri 1. q. 1. gl. in. l. creditori, ff. de op. nou. nunc. Ias. in l. 1. in 3. col. C. de success. ed. Soc. in l. 1. in 3. col. contra Arbitr. de leg. 1.* Argumentum ab Etymologia, seu vocabuli allusione in iure validum est. *No. in l. 1. ff. de Tutel. & in l. 2. §. appellato, ff. si cert. pet. vbi latè Mod. Ias. latè in l. 1. de acquir. poss. latè Mod. Inst. de tut.* Argumentum à similibus valet, *l. non possunt de LL.* & de similibus est idem iudicium, *c. inter corporalia, de translat. vbi latè Abb.* & hoc argumentum cessat, si assignaretur aliqua dissimilitudo, *Abb. in prob. de re.* Et hoc procedit, licèt non sit omnino simile, sed sit eadem ratio, *c. cùm dilecta de confir. vti, vel inut. non poss. & l. neq. LL. de LL.*

344 Argumentum à simili procedit, licèt aliqua dissimilitudo reperiatur, dummodò similitudo sit in eo, de quo agitur, *Ita D. Abb. in c. translato de const. & in c. quemadmodum, de iureiur. vid. Dec. in Rub. C. qui admitt. in pr 2. col.* & vt tale argumentum à simili tollatur, non sufficit dare dissimilitudinem simpliciter, sed requiritur dissimilitudo in eo, de quo agitur, *D. Abb. in d. l. & Dec. in Rub. extrà de prob. in 6. col.*

Ex contrario contrarium in vera hypotheca sequitur, *ita dicit gl. in l. 3. §. si emancipatus ff. de bon. poss. cont. tab.* Argumentum à contrario sensu non solet fieri in glossarum verbis, & si fit, non multùm stringit, *ita Alex. in l 1. in 13. col. de leg. 1.*

345 Argumentum à contrario sensu est fortissimum, *l. inter Socerum, ff. de pact. Latiss. Ias. in l. 1. §. huius rei, de off. eius.* Et hoc argumentum etiam sumitur ad correctionem iuris antiqui, quando lege noua in sensu directo nihil operaretur, *Bl. in l. obseruare, §. proficisci, in 3. q. ad fin. de off. procons. & leg. Rom. & Alex. in Auth. ex testamento C. de collat. in pr. vide infr. in verbo superfluum.*

In consuetudinibus feudorum an liceat sumere argumentum à contrario sensu, *vide Soc. cons. 156. vol. 2. in fin.*

346 Argumentum à speciali valet: Sic (illud est speciale. Ergo in contrarium eius commune.) *Ita arguit Br. in l. infamem in 2. col. de publ. iud. & in l. sed & re probari, ff. de exc. tut. & in l. omnes populi in 45. q. princ. de iust. & iur.*

Hîc tu nota Regulam. Quando ICtus vtitur his verbis propter vtilitatem, vel vtilitate suadente denotatur, quòd ibi sit ius speciale, & quòd in contrarium sit ius commune, *l. iusto, §. eum qui ff. de vsuc. l. seruum pupilli salu. for.* Hanc reg. ponit Io. *de Mon. Ferr. in l. 1. in pr. in 13. col. ff. de v. obl.*

Illud est speciale. Ergo in contrarium est ius commune. Ita arguunt Mod. contra Bart. *in l. 1. in prin. de verb. obl.* vbi voluit contra Br. quòd pactum nudum in iudicio factum non producat actionem, speciali fauore pupilli pactum nudum in iudicio factum actionem producit, *l. cùm ostendimus in fin. ff. de fideiuss. tut.* Ergo in contrarium est ius commune, *l. ius singulare de LL. l. 1. in fin. ad imu. vide fo. de Mont. Ferr. in col. 7. expeditis.*

Argumentum de pacto negatiuè non valet. *Br. in l. alea, §. eleganter, & in Aut. & omnino C. ne vx. pro mar. Ias. in Auth. iubemus C. de iudicijs 2. col.* Ibi secundò limita. *Facit tex. in l. non est singulorum, de Reg. iur. vide pulcrè D. meum Goz. in l. omnes populi in 3. q. pr. de Iust. & iur.* & ibi de argumento à sententia ad statutum, & de rescriptis ad statutum. 347

An valeat argumentum de pacto ad statutum, *vide Br. & ibi Goz. in l. omnes populi in 3. q. 3. q. pr. de Iust. & iur. vbi Liuinus, qui tres ponit conclusiones,* Et an argumentum de sententia ad statutum, & de rescriptis ad statutum, *vide vbi supr. Goz. Lect. 17.*

Argumentum illud non valet. Illud delictum grauiùs punitur. Ergo est maius. 348
Nec tales grauiùs puniuntur, Ergo grauiùs peccant, *vide pulcrè gl. in c. admonere 33. q. 2. in verbo Existimes.*

Validum est argumentum ex coniunctione duarum Legum, *ita arguit Br. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. principalis,* ibi ex ista theoria apparet, de iust. & iur. *vbi per l. amissione, de ea dim. & l. in fi. ff. de Sicca. arg.* Quòd Bannitus impunè possit occidi, *ita arguit Goz. in l. quamdiu in pr. C. qui admitt.*

Item ex duarum Legum coniunctione, probat Br. *in l. 1. in 4. col. in fid. Legum. Vbi coniungit l. quotiens, §. fin. de vsu. & l. cogi ad Trebell. ita arguit Aret. in c. per tuas col. pen. de prob. Et l. si vxor in pr. iuncta l. item Legato, §. parui de Leg. Ita arguit Io. de Monte Ferr. per tex. l. pen. & vlt. C. de inter. matr. in l. 1. in pr. col. 12. de v. ob. ita Br. in l. si insulam in 6. opp. prin. par. de v. obl.*

Sic etiam argumentum ex coniunctione duorum statutorum validum est, *l. Gallus, §. ille*

ille casu, vbi not. communiter D D. de lib. & posthum. vide Curt. cons. 70. fol. 80.

349 Bonum est argumentum : Hæc lex est posterior in ordine. Ergo est nouior. Et illa lex est prior in ordine. Ergo est antiquior. Et hoc si ambæ leges sunt collatæ sub vno tt. Sed illa prioritas, & posteritas in tt. C. non attenditur. Sed non sequitur, ille tit. præcedit hunc: Ergo antiquior, & primò factus: Quia potest esse, quod vlt. tt. C. sit factus ante primum, *Vide de hoc pulcrè D. Ias. hoc probantem in l. fin. C. qui admitt. in pen. col. ad fin.*

Non est bonum argumentum de tutore ad prælatum. Nam maior est autoritas prælati, quàm tutoris, *vide Soc. in l. legatum, de leg. 1.* Validum est argumentum de contractu, & obligatione ad possessionem, *l. quamuis saltus, ff. de acquir. poss. Ias. in l. 1. in 7. col. de acqu. poss.*

Bonum est argumentum à verbis prætoris, seu iudicis ad Testatoris verba, *l. si quis legauerit, de leg. 1. l. qui filium, §. habemus ad Treb. l. si ita fuerit, §. fin. de ma. test.* Item bonum est argumentum de iudicijs ad vltimas voluntates, *l. qui testamento, §. nec furiosus, vbi Br. no. de Test. vide de hoc Ias. in l. Diui in 2. Lect. in final. verb. de leg. 1.*

350 Argumentum à solitis est bonum, *l. certi conditio, §. si nummos. Si cert. pet. vbi Apost. pulcra alia iura ad hoc allegat. vide Hipp. in sing. primo.* Solitum autem verificatur in vno actu, sic ut insolitum, quod nunquam fuit, *ita Br. in l. 1. C. quo & quando lud. per tex. in l. Mela, §. 1. ff. de al. & cib. leg. vide Curc. cons. 19. fol. 94. col. 2.* Bonum interdum est argumentum dicendo. Hoc est iuris, quia ista à præceptoribus accepi. *Ad hoc pondero tex. in ea gl. in l. si negotium in fin. ff. de priuil. credit.*

351 De toto ad partem regulariter est bonum argumentum, & econtra. Quando non datur efficax ratio diuersitatis, *l. quæ de tota, de rei vend. l. quis sit in pr. vbi gl. allegat concordiam, ff. de vsuc. c. pastoralis in pr. de off. deleg. vide Ias. in l. 1. §. si quis ita de verb. oblig. col. 5.*

Bonum est argumentum de fideiussione ad Hypothecam, *tex. no. in l. si legati in fin. ff. de pignor. vide Alex. & Ias. in l. 1. in fin. ff. de leg. 1.*

Argumentum ab Arrogatione ad legitimationem est validum, *vide Ias. in l. cum filiosam. in vlt. col. in pr. de leg. 1.* An & quando valeat argumentum de collatione ad imputationem legitimæ, hoc modo scilicet illud confertur, ergo in legitima imputatur, *vide pulcrè Car. in l. in quartam, ad l. Falcid. Lect. 69.*

Argumentum simplici verbo, non est credendum, *c. cum dilecta de confir. vti. & inut. l. ei incumbit de prob. & 6. q. vlt. Actor quod asseuerat, l. actor, C. de prob. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.*

Arguere an liceat ex verbis narrationis legislatoris, *vide Ias. in l. vnic. in 8. col. C. quando non pe. partes, vide infr. in verb. verbum.* 352

Argumentum est validum à vitatione absurditatis, *l. quemadmodum, §. illud ibi prorsus absurdum, vbi Abb. not. in 4. not. de iureiur. c. ex ore de priuileg. l. si mater, §. 1. de vulg. & prop. qui tex. semper ad hoc alleg. l. pluribus in fin. de con. & dem. vide Car. in l. 1. fol. 70. ibi alius est casus de vulg. Ita arguit Br. in l. non dubium in 3. col. n. 3. C. de LL. Ita arguit ICtus in l. ita vulneratus, §. pen. ad l. Aq. Ita arguit ab absurdo Br. in l. certi conditio in 2. col. dum probat.* Quòd sit certi conditio specialis pro mutuo, *ff. si cert. pet. Ita arguit Imp. in l. vnic. C. de sen. quæ pro eo quod inter. ibi ne dum in infinitum. Ita arguit Franc. Curc. cons. 5. fol. 70. col. 2. Ita arguit ICtus in l. non absurdum, ff. de op. liber. & in l. continuus, §. illud de verb. oblig. Quæ iura Cur. in d. cons. 5. allegat.*

Argumentum est validum à vitatione elusorij, *gloss. fin. in c. quanquam de vsu. lib. 6. l. filium habeo ad Maced. l. libertum, §. Senatus, De rit. nup.* Vbi dict. gloss. ne dispositio illius c. fieret elusoria, excludit dispositionem illius c. quæ est pœnalis, & loquitur in testamentis ad codicillos, *vide Alex. in l. 1. in pr. in 3. col. ff. de verb. oblig. & ibi col. 11. Io. de Mont. Ferr. text. bonus in c. si ciuitas de sent. ex lib. 6. & in l. 1. §. pecuniam de calum. c. Clericus solus 81. dis.* Vbi prohibitus loqui, aut accedere ad monialem prohibetur etiamsi mandari aliquid secreta per Clericos, aut domesticos matronæ. Argumentum licet sumere ex lege correcta, *l. authoritate de concess. præb. lib. 6. vbi no. gloss. 1. magna in fin. in l. 1. ff. de coniug. cum eman. lib. vide Alex. in l. 1. in 4. col. C. qui admitt.* 353

Argumentum de alimentis ad dotem semper validum, *ita arguit Br. in l. Meuius, §. duobus, ff. de leg. 2. & in l. tui, §. pater*, de his qui in fraud. credit. *vide Car. in l. quartam ad b. Falcid. lect. 70.* Contrarium vult Alex. *in l. 1. n. 12. Sol. matr.* Argumentum ex consequentia in iure est validum. Iura allegant talem librum. Ergo est approbatus. Hanc consequentiam vtilem ad multa facit, *Fel. ex c. ex parte 24. col. de Rescript.*

Argumentum illud non valet: Hoc verbum significat hoc largo modo. Ergo impropriè. Quia stant simul, quod aliquid largè sit tale, & etiam propriè, *vide de hoc infr. in verb. verbum.* 354

Argumentum hoc valet: illa Lex est prior. Ergo est antiquior & illa est posterior in tit. Ergo nouior, dummodo sint ambæ LL. vnius tt. sed hoc non procedit in tt. C. *vid. infrà in verb. Lex. & in verbo Rubrica. vide supr. eod.* Argumentum illud semper valet negatiuè: Quicquid non est transmissibile ad hæredes, non potest cedi, *l. si ex tribus de adm. tut. Alex. in l. si stipulatus fuerit vna, §. 1. de v. obl. & car. in l. non solùm, §. morte supr. gl. in verbo alienatione, de op. no. nunc.*

Quicquid est cessibile, est transmissibile ad hæredes. Illud non est transmissibile. Ergo non est cessibile. An talia argumenta valeant, *vide Franc. Curt. cons. 4. fol. 64.* Bonum est argumentum de contractibus ad maleficia, *l. omnem, ff. de iudic. l. 2. in fin. ff. de cust. reo. notatur inst. de publ. iudic. in pr. ita Cæpola, vbi hoc declarat in cons. 34. fol. 40. fa. 2. num. 85.*

355 Argumentum de tempore ad locum est validum, & contrà de loco ad tempus, quia quicquid statuitur in loco, statuitur in tempore & econtra, *vide Ias. post alios, qui hoc not. ex tex. ibi in 3. col. in 1. no. in l. si cert. pet.*

Argumentum à tacita mente disponentis est validum in iure adeò, quod dispositum in vno casu censetur etiam dispositum in alio, in quo si disponens fuisset interrogatus, idem verisimiliter disposuisset, *gl. est communiter approbata, & per scribentes commendata, in l. tale pactum, §. fi. ff. de pact.* quam Bl. *ibi in 2. no.* dicit esse mente tenendam, ne dum in Legibus, & statutis, sed etiam in conuentionibus, & rescriptis.

Et hoc argumentū locum habet in statutis in vltima voluntate rescriptis, & contractibus, *vide pulcrè ad hoc Fran. Curt. in cons. 19. fol. 95. col. 4. vide ad hoc multa cumulantem, & alleg. Hipp. de Mars. in l. si quis viduam in 3. col. ff. de quæst.*

Argumentum bonum est à iurisdictione ad dominum. Ille habet iurisdictionem in hoc loco. Ergo dominium, *ita arguit Br. in l. 1. in fi. de iuris omnium iud. & ibi Goz. meus.*

Argumentum ex ordine Rubricarum est validum, *Hoc vtitur Br. in l. imperium in 3. col. Ibi quem quibus iudicibus, ff. de iurisd. omnium iud.* Et etiam ex verbis Rubricarum est bonum, *vide de vtroq. Br. & latiss. Mod. in l. 1. in pr. si cert. pet.*

356 Argumentum à sufficienti partium enumeratione est validum, *gl. in l. 1. de act. & obl. l. more. & ibi Br. in pr. ff. de iurisd. omnium iudic. vide D. Ias. in l. pater furiosum. De his qui sui, vel alieni iuris, vbi multa allegat.*

Argumentum ab Authoritate an valeat, & quando, & an ex Chronicis, & historijs arguendum sit, & an libris in studijs approbatis, *vide post Br. in l. 1. in pr. col. 4. omnes Mod. qui latissimè insistunt. Et vide latè Fel. in c. ex parte el. 2. de rescript. vide infra in verb. scriptum.*

Argumentum de tempore ad rem valet, *l. miles ibi in pr. de test. milit. Ias. in l. si insulam in 6. opp. Br. ff. de verb. obl.*

Argumentum de re ad tempus est validum, *l. miles ita ff. de test. mil. ita alleg. hunc text. D. Carol. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de v. obl. Ita per hunc text. arguit Ias. in l. si insulam in 6. opp. Br. 1. part. de v. obl.*

Argumentum ex legibus correctis sumere licet, *c. authoritate de concess. præb. lib. 6. quem text. ad hoc allegat Bart. in l. fin. de fal. & in l. 1. in pr. vbi gl. not. ff. de coniug. cum emanc. liber. Ias in l. si is qui pro Emptore, col. 12. in fin. de vsuc.* Dummodo sit inserta in corpore iuris, & hoc fiat in eo, in quo non corrigitur.

Argumentum de instrumento ad testes 357
est validum, *c. cùm Iohannes extra de fide instrum. & Alex. in l. 1. §. si stipulanti col. 2. num. 11.*

Argumentum à communiter accidentibus in iure validum est, *l. certi conditio, si cert. pet. l. si nummos. De hoc vide latè Hippol. in sing. 1. vbi multa cumulat.*

Argumentum de Trebelliana ad Falcidiam negatiuè valet, non affirmatiuè, *Carol. in l. in quartam, ad l. Falcid. lect. 66. in prin.*

Argumentum de alimentis ad dotem validum est, *vide Carol. in l. in quartam, char. 26. in fin. fa. 1. ff. ad l. Falcid.*

Argumentum est bonum de toto ad partem, & idem iuris est de toto, quo ad totum, quod est de parte quo ad partem, *l. quæ de toto ff. de rei vend.*

Sed hoc argumentum non procedit, quando est diuersa ratio, *secundùm gl. in l. qui hominem in princ. Solut. matr.* Nam diuersa ratio reformat pactum, *l. interpositas, C. de transact. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, chart. 25. & 4. opp. Br. ff. de verb. obl.*

Bonum est argumentum ab æquipa- 358
ratis, *ita arguit Br. in l. si quis arbitratu in 6. q. de v. obl.* & sequuntur ibi Mod. vbi concluditur. Quod excommunicatus potest esse arbitrator ex eo, quia deportatus potest esse, & hinc æquiparatur excommunicatus, *per gl. in §. minor. Inst. de cap. dimin. vide de hoc latissimè D. meum Goz. in l. omnes populi in 6. q. princ. de Iust. & iur. gl. est in l. si quis seruo. C. de furt.*

Argumentum à sufficienti partium enumeratione est validum, *ita arguit gl. in l. 1. in verb. Bonorum, de iurisd. omnium iud.*

Argumentum de datione ad promissum est

est validum, *l. fin. C. ad l. Falcid. vide Car. in l. stipulationes non diuiduntur, Lect. 10. fol. 87. fall. 1. de verb. oblig.*

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates est validum, *vide supra eo, quibus adde l. fin. C. de leg. l. seruum filij, §. eum qui chirographum de leg. 1. Paul. de Castrens. in l. si non sortem, §. si certum, de cond. indeb. In q.* an testator in perpetuum posit prohibere diuisionem. *Refert Carol. in l. stipulationes non diuiduntur in Lect. 51. char. 111. de verbor. obligat. Quibus adde Dec. in l. singularia, dum reprehendit Alex. in Responsione, quam dat ad l. nam ad ea, ff. de cond. & dem. ff. si certum petatur, & ibi Goza. in lect. 68. in prin. & D. Car. in l. si quis arbitratu, lect. 66. fol. 142. de verb. oblig.* Ibi sed fortiùs instatur. Immo adde, quòd appellatione venditionis venit vltima voluntas, *l. sunt §. venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hyp. solut. vide Ias. in l. fin. C. de pactis in 4. col. in 8. not.*

359 Arguere licet à ratione expressa in l. *ut in l. milites agrum, de re mili. & in l. his solis. C. de reuoc. donat.* Sic arguere licet à ratione coniecturata.

Et sicut licet arguere à ratione legis expressa, ea cessante, *l. quamuis, C. de iudeiuss.* sic etiam à tacita cessante, *vide istos modos arguendi per Soc. in cons. 165. vol. 2. col. 9. ibi nono respondetur.*

Est bonum arguere de præteritis ad præsentia. Nam de præteritis ad præsentia præsumitur, *l. non ignorabat,* ad exhibendum, *l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, ff. ex quib. caus. maior. Pro hoc vide D. meum Gazadium in l. si emancipati in pr. C. de coll.* Pro hoc ego adduco bonum tex. vbi casus, & ita arguit ICtus de præteritis ad præsentia, *in l. non omnes. §. à Barbaris, ff. de re militari.*

360 De hac materia argumentandi, & de locis legalibus vide latißimè librum Nicol. Eberh. cui titulum fecit, topicorum seu locorum legalium opus, in quo centum locos legales doctißimè congeßit. In quo raro, & nunquam satis laudato Doctiss. & Consultiss. viri opere omnium & locorum, & argumentorum legalium materiam perfectè, distinctim, clarè, examußim, & ita absolutè congeßit, vt in ea nihil reliquum desiderari poßit, omnibusque post se futuris in iure interpretibus omnem scribendi materiam præripuerit. Quare in omni, & quacunque iuris materia ex eo auctore legalia cuiusuis generis argumenta cumulatißimè, & ad nauseam vsque petere potes. Nec opus est, quod aliunde inquiras. Quicquid enim desiderabis in hoc aureo libro perinde ac in Thesauro offendes.

A rubro ad nigrum.

ARgumentum ductum à Rubrica ad legem nigri non semper procedit, quia sexcentas cuiuis mediocriter in libris iuris versato proferre leges licet ad suam rubricam nihil pertinentes. *Hotom. de pignor. sub tt. 2. in quib. caus. in fin.* 361

A vocabuli allusione.

QVod argumentum est probabile, *vt l. 2. §. appellare. ff. si certum petatur.* 362

A vulgi opinione, quod est verisimile.

NAm ita debent intelligi verba, vt vulgus opinatur, *vt l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de leg. 3.* sæpè enim ad opinionem vulgi recurritur, *l. 1. §. 1. in verbo circumcolentium, ff. de fluminibus.* ¶ Imo per vehementem omnium opinionem inducitur probatio, *prout dicit Bald. in repe. Rub. C. de probatio: vide quæ notabo infr. in litera P. vers. de probatore.* 363

A toto integrali.

PRocedit hoc argumentum vt notat: *in l. diem §. si plures, ff. de arbitriu. Vide Gothofred. ad l. 72. d. V. S.* Quia totum infert quamlibet suam partem de necessitate, *l. si quis cùm totum, ff. de excepti. rei iudi. Oldendor. in Topicis suis legalibus, in argumento de toto integrali ponit eius definitionem, distinctionem, formulam & infractionem.* 364

A toto vniuersali.

QVod est, quod multas habet partes ita subiectas, vt ad vnum respiciant, & vertantur. ¶ Inde enim vniuersitas dicitur collegium, Academia & vniuersa res pro tota re, *l. Mæuius qui, § fina. ff. fam. ercisc.* ¶ Ducatus, Comitatus, vel ciuitas & quodlibet corpus eò spectans, *l. 1. ff. quod cuiusque vni. nom. §. vniuersis Instit. de rer. diuis.* Hæreditas, dos, peculium, *l. item veniunt, §. non solum, ff. de peti. hæredi.* Grex, equitium, armentum, *l. 1. §. per hanc, ff. de rei vendica. Oldendor. in Topi. lega. argumento de toto vniuersali.* 365

A toto quantitatis.

TOtum quantitatis accipitur dupliciter, aliàs cum nota vniuersalis adijcitur: vt, omnis, nullus, quilibet. Aliàs totũ quantitatis dicitur respectu partium, est quoddã totum, relatione facta ad quinquaginta, 20. 10. quinque vel tres. ¶ Huc etiam pertinent indefinita, quę comparantur vniuersali, propter generalem pronunciationem, *l. si plurib. in princip. ff. de leg. 2. Oldendor. in Topi. legalibus argumento de toto quantitatu.* 366

A Pari.

367 ET hoc sumitur tripliciter: vno modo sic. ¶ Parium est eadem natura. ¶ Secundò, parium eadem est potentia, non maior. ¶ Tertiò, à pari potentia causæ par procedit effectus, *proba. in l. si socer. in fin. C. solu. matrim. l. de quib. vers. nam cum ipse, ff. de ll.* ¶ Nam cùm ipsæ leges nulla ex alia ratione nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt, meritò & eæ, quas sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes, ¶ Adde paria sunt non esse & non apparere, *l. in lege. ff. de contrahen. emptio.*

Ab Autoritate.

368 ET hoc sumitur dupliciter. Ab autoritate probabili & necessaria, *vt ff. qui & à quibus l. 1.* vbi Vlpianus adducit autoritatem Celsi. ¶ Et necessariam autoritatem habet lex à DEO seu natura. ¶ Magistratus à lege, cuius magister est, *l. ius ciuile. ff. de Iust. & Iur. l. 2. ff. de ll. l. digna vox C. eod.* ¶ Probabilis verò autoritas est eorum, qui in publicis Academijs hodie solent insignia & titulum docendi atque respondendi ex iure studijs suis mereri, *iux. l. 2. §. & vt obiter dicamus, ff. de arg. Iur.* ¶ Sed tale argumentum vincitur per rationem manifestam.

369 ¶ Vnde etiam autoritas glossæ vincitur per textum, vel per rationem necessariò contra glossam inferentem, *l. Labeo, §. verum, ff. de suppell.* ¶ Sed ab autoritate non probabili vel incerta nullum sumitur argumentum, *Olden. in Top. legal. in argumento ab autoritate.*

A Contrarijs.

370 ARgumentum à contrarijs affirmatiuè procedit, non negatiuè. Vt quod meū esse dicitur, tuum esse illico negatur: quod meum non esse dicitur, non illico tuum esse dicitur, *Gothofr. ad l. 15 de Except. rei iud.*

¶ Et istud potest formari pluribus modis 1. contrariorum contraria est natura, *l. etsi contra. ff. de vulg. & pupillari substit.* ¶ 2. Posito vno contrariorum inesse, remouetur reliquum, *l. hæc verba, ff. de verb. signif.* ¶ Non autem erit bona argumentatio hæc. Posito vno contrariorum in potentia esse, remouetur potentia contrarij. Quia eadem potentia potest se habere ad duo contraria, *l. 1. C. de furt.* ¶ 3. Contrariorum est eadem disciplina, *§. 1. Instit. de his, qui sunt sui vel alien. iur.*

371 ¶ Allegans autem contraria non est audiendus, *ad hoc solet allegari, l. 1. C. de furtis.* ¶ Et hæc argumentatio contrariorum procedit in immediatè contrarijs: secus in mediatè contrarijs, *l. si inter me & te, ff. de except. rei iud.*

¶ Diuersis etiam temporibus & successiuè possunt duo contraria effectum habere circa eandem rem, *l. id quod potest in pr. ff. de peric. & comm. rei vend. Inst. de legi. patro. tutel. Oldend. in Topi. lega. in argumento à contrarijs.*

Ab enumeratione partium.

HOc argumentum procedit partibus benè enumeratis: secus si quid in enumeratione partium omittatur, *vt habetur in l. cùm hi, § si prætor, ff. de transacti.* 372

A communiter accidentibus.

HOc argumentum est vtilissimū in materia probationum, & in materia permissiua, quòd formatur sic. Quod communiter accidit, præsumitur esse verum, *l. neque natales 10. C. de probationib. 2.* ¶ Probatur id sic, quod communiter fit, præsumitur legitimè fieri, *l. certi conditio, § si nummos, ff. si certum petat: vide sing. 1. Hippo. de Marsi ibi de spontanea confessione facta*, adde his Argumentum à solitis Quia in contractibus & alijs dispositionibus attenditur, quod fieri solet, & est validum argumentum in iure: ponitur exemplum in concessione in emphiteusin, seu de infeudatione. *Hippo. de Marsi. in sing. suo. 495. incip. in contractibus.* 373

De argumento à contractibus ad vltimas voluntates.

HOc argumentum valet in iure affirmatiuè, tanquam à minori ad maius, veluti: hæc licent in contractibus, ergo etiam in testamentis, *l. vlt. C. ad l. falcidiam*, non autem negatiuè. Sicut nec argumentum à minore ad maius negatiuè valet: fauorabilior n. est interpretatio vltimarū voluntatū, quàm contractuum, *l. in testam. ff. de reg. iur.* ¶ Sed vbi est eadem ratio, vtroque casu valet argumentum de vno ad aliud, *l. seruum. §. eum qui, ff. de legatis 1. Iason. Angel. & alij in titu. Inst. d. l. Fusi. Canin. tollenda. Vide Oldend. & Euerhard. in Topi. in loco à contractibus ad vltimas voluntates.* 374

De Argumento à iudicijs ad vltimas voluntates.

BOnum est argumentum à iudicijs ad vltimas voluntates negatiuè, non autem affirmatiuè, exemplū Quia illi, qui prohibetur esse testis in iudicijs, vel alio modo stare in iudicijs, prohibetur etiam esse testis in testamēto. ¶ Quia licitū est arguere de iudicijs ad vltimas voluntates negatiuè, sed non affirmatiuè, *Aretin. in titu. Instit. de testam. ordin. §. testes autem nu. 5. vers. in gloss. interdum.* 375

De Argumento à pacto ad statutum.

BOnum est argumentū in iure à pacto ad statutum affirmatiuè, veluti: Hoc potest fieri 376

fieri per pactum. Ergo multò magis per statutum, quod est potentius, quàm pactum. ¶ Non autem negatiuè, sicut nec à minore ad minus negatiuè argumentum procedit. *est text. in l. fina. circa finem, & ibi Barto. & Dd. C. de fideiussorib. probatur expressè per tex. in c. 2. ext. de delictis puerorum.*

De cæteris argumentationum generibus *vide Baldum, in l. conuenticulam, C. de Episco. & Cleric. & Oldendorp. vbi argumentationum materia copiosissimè tractatur.*

De Armis.

377 ARmorum vsus rusticis & mercatoribus est interdictus in specie: extenditur tamen ad omnes, cùm indistinctè nullus debet portare arma: secus tamen in itinerantibus & viatoribus, qui licitè possunt portare. ¶ Quid autem nomine armorum veniat, *vid. tit. de pace tenend. & eius violatorib. §. si quis rusticus, & §. mercator.* ¶ Neq; in foro iudicij quis debet arma portare. *d. §. sed si Rusticus.* ¶ Et Palatium Principis non debet quis accedere cum armis, *Aluaro. in eod. titu. §. ad Palatiū.* ¶ Et de rustico portante arma, *vide singul. Ludo. Rom. 267. incip. prohibitum. facit Arti. 71. lib. 2. Landrecht.* (*Omnia videlicet, quæ sunt apta ad nocendum, & in hunc finem inventa, non autem ad defendendum,*) Populares propria authoritate arma i.e. *insignia* sibi assumere possunt, *vt dicit Bart.* Sicut n. nomina inuenta sunt ad cognoscendū homines, *l. ad recognoscendas, C. de ingen. manumiss.* Ita etiam ista insignia ad hoc inuenta sunt, *l. sanctū §. 1. ff. rer. diuis. Cassanæ. de gloria mundi part. 1. consider. 28.*

378 ¶ Quid veniat appellatione armorum, *vide Angel. de malefi. in vers.* Vno stocho ferreo, & dentes an veniant appellatione armorum, *vide Bart. consi. 106. incip. statuto castri.* ¶ Deniq; de armis & arma portantibus, *vide Hippo. de Marsi. in practica sua crim. §. pro complemento, per totum.* ¶ Ampliationes & limitationes pulcherrimas vide apud D. Pet. Duen. *in regulis fallen. reg. 55. incip. arma portare,* & videbis, cui regulariter arma portare liceat. ¶ Item vide Barto. Socinum, *in d. reg. fallen. regu. 48. cum septem fallentijs.* ¶ Dicitur etiam violentia cum armis commissa, quando habet arma ad latus, dato quòd arma nō extraxerit, vel etiam deposuerit. *Decius in l. quo. §. vi factum, ff. de R. I.*

379 ¶ Wer vmb vngericht beklaget wird/ der mag nicht mehr dann 30. Mann mit führen für Gericht/ wann sie dann vorkom̃en / so sollen sie keine Waffen tragen noch führen/ ohne Schwerte allein/ *Arti. 67. lib. 2. Landrecht.* ¶ Pfaffen vnd Jüden/ vnd die so vnter des Königs Frieden begriffen sind/ sollen keine Waffen führen/ *Arti. 2. lib. 3. Landr.* ¶ Richter vnd Schöpffen / wenn sie in Gerichte sitzē/ sollen auch keine Waffen bey sich haben/ denn sie auch in des Reichs Friede begriffen seind/ *gl. 1. d. Arti. 2. lib. 3. & Arti. 69. in tex. & gl. eo. lib.* ¶ Vom Frembden das der auch nit sol Gewehr tragen/ *sagt der Art. 56. li. 3. Landr.*

Armorum appellatione quid contineatur, *vide Ioh. de Plat. in §. quæ autem Instit. de interdict. & §. item lex Iulia. Inst. de pub. iud.* & ibi an statutum Laicorum de non portandis armis liget Clericos, *& Ang. §. recuperandæ Inst. de interd. & in §. ex maleficijs, num. 13. Inst. de act.* Statuto caueri non potest, ne quis ad sui defensionem deferat arma, quia cum defensio sit de iure naturali, *l. vim de iust. & iur. l. itaq; seruum ad l. Aq. l. scientiam, §. qui cum altero eod. tt.* Statuto igitur tolli nequit, *§. sed naturalia Inst. de iur. nat.* Et quia ratio naturalis dictat defensionem, & per consequens necessaria, & habilia ad eam, *l. 2. de iurisdict. omnium iur. c. præterea. e. suspiciones de off. del. Ita voluit subtilis Ioh. Faber in §. quæ a. Inst. de interd. Idem voluit D. meus Carol. in l. 1. §. Nunciatio de op. no. nun. vide infr. in verb. Defensio.* Imò defensio nec per rescriptum principis, nec statuto tolli potest. *vt no. per Bl. in d. l. vt vim facit lex defensioni. vbi Br. de iur. Ass. lib. 10. vide Ias. in l. 3. §. si is pro quo in 2. col. & formaliter Br. & ibi Alex. in Apost. in d. l defensionis, dicunt tale statutum defensionem prohibens non valere, in c. pastoralis, de re iud.* 380

¶ Si statutum prohibeat portare arma offendibilia sub pœna, an portans arma, quæ offendibilia nō sunt, & offendibilia esse possunt, debeat puniri, *vide Br. in l. pediculus, §. argento, de auro & arg. leg.* Pro hoc facit reg. An sub simplicibus mixtum comprehendatur, *de quo latissimè per D. Alex. in l. 2. in pr. de verb. oblig.* 381

Ex armorum delatione maleuolus animus præsumitur, *gloss. in §. Mercator de pac. tenend. vide Br. in l. hi qui, §. telorum, ff. ad l. Iul. de vi publ.*

Delatio armorum an de iure sit prohibita.

ARmorum delatio de iure C. est indistinctè prohibita sine licentia principis *l. vnic. C. vt arma vsu. Inst. prin. intersit lib. 11.* De iure autem ff. licitum erat portare arma extra ciuitatem itinerantibus. *Ita Br. in l. 1. per illum text. ff. ad l. Iul. de vi pub.* Vbi etiā quid de iure Auth. *vide Ioh. de Plat. in d. l. 1. lib. 11.*

Statutum disponens, si quis inuenerit aliquem cum armis, intelligitur de inuentione effectuali, & cū inuenerit, & apprehenderit, *l. si Barsatoram & ibi D D. no. C. de fideiuss. Br. in l. 1. in pr. in 3. q. de acqui poss. & ibi Ias. concordantias, vide etiā Alex. ibid. col. 20 ibi itē, vbi fit mentio in 1. & 2. lect. vbi allegat concordantias in 1. lect. in 16. col. & probat aliquibus fundamentis per integr. columnā.*

Sic statutum loquens de agente & accusante debet intelligi cum effectu, 1. Si accusatio probabitur per reg. *l. 1. ff. Quod quisq. iur. vide D. Ias. vbi tex. & gl. bene probant in l. si prius in 8. col. in fi. & 9. in pr. ff. de op. no. nunc.*

382 ¶ Arma portare rustici non debent sub pœna 20. solidorum, & si portauerint, iudex loci debet ea tollere, *§. si quis rusticus de pac. ten.*

Armorum appellatione quid contineatur, an cultellus paruus, quo panis inciditur, *vide Bonifac. in tit. Quid sit accusatio, fol. 27. col. 1. & 2.* Armorum appellatione comprehenduntur fustes, lapides, non solùm gladij, hastæ, &c. modò omne id, quod nocere potest. An autem propriè illa contineantur, vt veniant in statutis, vel non, *vide Apostill. in l. 3. §. armis ff. de vi & vi arm.*

De Arrhis.

383 ARrhæ solent duobus modis dari, vno modo, vt sint argumentum, & probatio captionis, *l. 35. in princ. de contrah. emp.* altero, pro parte pretij, priore casu, venditore inuito emptor pœnitere potest, sed arrham datam amittet, altero non licet ei pœnitere, *Gothofred. ad d. l. 35.*

De Arte.

384 MAgica prohibita est, *l. eorum 4. C. de malefic. & math. lib. 9.* ¶ Mathematica damnabilis est & omnino interdicta, *l. 2. C. de malefic. & mathem.* Sed hic sciendum per Mathematicos intelligi vaticinatores, qui mathematicarum liberali nomine adumbrantes suas ineptias, profitentur & fata cuiusque nosse, & natales syderum obseruationes, *1. Eccl. c. περὶ μαθηματικῶν, l. 10. C. de Episcop. aud.*

385 ¶ Ars nocua tollenda est, *l. 4. in pr. C. de præscript. 30. vol. 40. ann.* ¶ Ars nulla aduersus publicum, *No. 38. c. 6. A.* ¶ Artem ludicram exercens an infametur, *l. si fratres 21. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. lege Iulia. ita 44. §. an & is 5. ff. de rit. nupt.* (*dicitur, quod sic.*) ¶ In arte sua cuilibet perito credendum est, *l. 1. ff. de insp. ventr. l. 1. ff. de reb. cred. l. 3. §. vlt. ff. de suis & legit.* ¶ Artes omnes infinitæ excepta Iurisprudentia, *in proœm. ff. §. & quod penè.*

De arte Alchimistica.

386 QVòd sit licita ars alchimistica, probatur per rationes pro & contra, *per Ioan. Andream in addi. ad Specul. sub Rubr. de crimi. falsi. Bald. Aluarot. & And. de Isernia in tit. quæ sunt regalia in vsib. feudo.* ¶ Sed aurum Alchimisticum an possit vendi pro vero auro, & an habeat tantas proprietates, dixit remissiuè Iacob *de Belloui. in pract. su. iudi. c. de iniuriis mihi num. 16. vers. sed nunquid aurum, per Oldradum in cons. 74. de sortilegijs, quem, sequitur Abbas in c. ex earum tenore ext. de sorti legis.*

¶ Item illam artem approbat Fabianus, 387
de monte S. Seuerino in tractat. de emptione, quæst. 5. num. 8. Albericus *de Rosat. in dictionario in verbo Alchimia. Et in verbo, Emptio.* Albertus *Brunus in tractat. de augmen. & diminu. monetæ in prima præsuppositione num. 13. & 14.* Ioan. *de Platea. in l. vnica, C. de argenti pretio, quod Thesau. infertur lib. 10.* omnes eo concludunt, si fiat sine arte magica vel alia legibus odiosa, quòd sit tunc licita, licèt per accidens sæpissimè abusus multorum interueniat.

¶ Nemo est sic in contraria sententia, nisi 388
Angelus *in summa sua Angelica in litera A. versi. Alchimia*, inducens duas principales rationes. ¶ Sed probatur tanquam singularis & ex regulis dialecticorum, (quod per se inest ad illud, quod per accidens accidit, non valet consequentia.) ¶ Item (plus esset in conclusione, quàm fuerit in præmissis.) ¶ Item vtuntur isto argumento (quòd in nulla lege vera illa ars sit prohibita. Sed saltem Sophistica) allegantur & alij Dd.

De Artificibus & mercatoribus.

ARtifices & mercatores non possunt in- 389
ter se ponere metam rebus vendendis, *tex. l. vnic. C. de monopolijs, & per illum textum Iacob. Aluaro. in tit. de pace tenend. & eius violatoribus, §. post natales col. 3. verb. vtrum autem.* ¶ Et ibi textus præscribit, qua pœna exercentes *monopolium* puniantur, *vide. tex. & Dd. vide gloss. Arti. 1. lib. 2. Landrecht.* ¶ Artifices statuta facere nō possunt inter se, quæ firmari debent iure cōmuni, *l. 2. §. 2. C. de Const. pec.* ¶ Artificium insigne interdum pœnam mitigat, *l. ad bestias, de pœn. Tiraq. caus. 50.* Diuus refert se ex hoc textu mortis veniam impetrasse cuidam fabro ob artis suæ peritiam, cui alioqui manus ex statuto erat amputanda, *vide Clarum 5. sent. §. vlt. quæst. 60.*

¶ Inter artifices est magna differentia, *l.* 390
inter artifices, ff. de solut. Artificis appellatione non perfectus scientia, sed quales vulgò habentur, continetur, *l. sciendum & l. si quid venditor. ff. de Aedil. ed.*

Artifices suas artes lucri causa falsantes, vt sunt textores debiles pannos facientes, pictores, scriptores, &c. quomodo puniantur, & qua pœna, *vide Ioh. de Plat. in l. Baphij, C. de murilegijs lib. 12.* Artifex recipiens mutuo pecuniam, in dubio videtur accepisse causa artis suæ, *Br. in l. fin. ad Maced.* Artifex quicunque facultatem aliquam profitetur, si in eadem errauerit, vel eidem non satisfecerit, tenetur de lata culpa, quæ ignorantiæ æquiparatur, *§. præterea, cum pulcra gl. Inst. ad l. Aq.*

Diffe-

391 Differentiam inter officium, & artificium, vide per Br. *in l. legatum, §. si ex officio, de leg. 3.* Ars imitatur naturam in quantum potest. *§. morem Inst. de adopt. & l. adoptio, ff. eod.* Peritis in sua arte credendum, quomodo hoc intelligatur, *vide Br. in prooe. ff. totum, in const. omnem in 4. col. l. 2. C. de ponde. & Aut. illa lib. 10.* Statutum loquens de testibus non habet locum in deponentibus de peritia artis suæ, quia dicuntur tanquam iudices, *vide infr. in verb. testis, vide Ias. in Rep. l. admonendi de iureiur.* Peritis in arte statur, *Br. in l. 1. §. 1. de ventr. insp. Vide de hoc aliquot limitationes per Soc. in Reg. 294. latè D. Abb. in c. proposuisti, De prob. vbi pulcras q. format, & Mod. post eum, vide infr. in verbo Testis & l. pen. C. de re milit. lib. 12. Br. in l. quæsitum ad fin. ff. de re iud. & Br. in l. comparationes in fin. verb. C. de fid. instrum.*

392 ¶ Excellenti in sua arte decapitando parcendum est, si reus sit mortis, & vtilis Reipub. *tex. in l. ad bestias, ff. de pœnis.* Cum peritioribus peritus quis efficitur, *l. si auiam, C. de ing. man.*

An appellatione artificum veniant addiscentes, & an statuta de artificibus loquentia comprehendant addiscentes, *vide Br. in l. legasti seruus, §. ornatricibus: de leg. 3.* Faber circa scholas habitans repelli potest, *l. 1. C. de stat. lib. vrb. Rom. lib. 11. Br. in l. 1. Sol. matr. in vlt. col.* vbi dicit, quod ad officium iudicis spectat, quicquid fit iuxta scholas, per quod lectura impeditur, vel auditores turbarentur, remouere.

De Assessoribus.

393 NOta, Assessores debēt esse ex iusto matrimonio, *Myns. in obser. 31. cent. 4. vbi & vide notatu digna de illegitimis & spurijs.*

De Attentatis pendente appellatione.

394 LIcèt iudex à cuius sententia est appellatum nihil debeat attentare in causa pendente appellatione, *vt habetur in c. non solùm. de appellationibus in 6. & ff. nihil noui pendente appella. in Rubro & nigro.* ¶ Attamen quando res esset tempore peritura, valeret attentatum per iudicem appellatione pendente. *Ita notabiliter dixit dom. de Rora in antiquis decisionibus, titu. de testibus, in secunda decisione.*

395 ¶ Et attentata post appellationem vel tempore fiendæ appellationis facta, quomodo, qualiter & per quem reuocentur, *vide Alex. de Imo. in cons. 99. incip. visis processibus, col. 1. & 2. vol. 5.* ¶ Sed nota, causa attentatorū ante omnia est expedienda, & in ea ex stylo Cameræ requiritur libellus & litis contestatio, *Mynsing. in obseruat. 26. cent. 1.*

¶ Sed an iudicium attentatorū suspendat 396
causam principalem, (*simul tractari posse ordinatio docet.*) & an sine causa principali expediri (*non posse pronunciari definitiuè in causa principali, donec attentatorum iudicium ad finem perductum sit, & prius de attentatis, deinde in causa principali pronunciandum, Myns. sentit.*) valeat, notat Mynsinge. in Came. Imper. pronunciatum fuisse priùs in causa attentatorū, *obs. 33. cent. 3. Geyl. lib. 1. obseruat. obser. 146. Vide supr. quæ notaui ad versi.* ¶ Apppellans si attentet appellatione pendente, censetur eam deserere. Mynsing. *in obser. 50. cent. 2.*

De Auaritia.

AVaritia est mater omnium malorum, 397
vt habetur in c. bonorum 47. dist. & in Auth. in iudices sine quoquo suffragio in 2. col. ¶ Maximè quando non priuatorum, sed iudicum inhæret animabus & ideo dicit, *l. venales, C. quan. prouo. non est necess.* quòd sententia per pecuniam lata sit ipso iure nulla. Hippo. de Marsi. *in sing. suo 190. incip. iudic.* vbi præcipit, quòd iudices & officiales debeant esse puris manibus, & abstinere ab omni acceptatione.

¶ Xenia tamen obsoniaque, quæ hospiti- 398
bus primò ingressis hospitalitatis & beneuolentiæ gratia dare moris fuit, neq; morosè repudianda, neq; ab illo auarè recipienda censuit VVesenb. *in para. ff. de off. proconsu. vid. infrà in litera M. versic. de muneribus.*

De Augmentis.

REgula est: Idem iudicatur de augmen- 399
to, quod de principali, *l. si ex toto, in prin. l. quod in rerum, §. si quis post. ff de lega. 1.* vbi augmentum rei legatæ sequitur ipsum legatum. ¶ Sic & augmentum dotis sequitur ipsam dotem. ¶ Et in restitutione dotis venit & augmentum eius, *l. etiam, C. de iure dot. in fin.* vbi omnes scribentes, alia multa benè declarant de augmento fideicōmissi, quòd sic veniat in restitutione, sicut ipsum fideicommissum. Et ibi vide pulcherrima de augmento per Alluuionem accesso per Dec. *in cons. 52. num. 51. & in seqq. volum. 1.*

¶ Sed nota, augmentum præsupponit præ- 400
existentem materiam, vel formam, quam augeat, vt in materia augmenti dotis tradunt omnes, *in d. l. etiam, C. de iure dot.* ¶ Augmentum legati conditionalis pendente conditione an spectet, ad hæredem vel legatarium, pro legatario consuluit Decia. *in consil. 87. vol. 2. num. 10.* Et in augmento vel diminutione in legato cōditionali vel puro, certi vel incerti, quale tēpus spectetur, tempúsne testamenti confecti, mortis testatoris, euenientis conditionis, litis motæ, vel fiendæ solutionis, benè docuit d. Decia. *in d. consil. 87. vol. 2. à num. 10. vsq; ad finem.*

De

De auocatione causarum.

401 WAnn nemlich eine Sache durch den Oberrichter / von dem Underrichter wird abgefordert: waß sich dann der Underrichter / allenthalben zuuerhalten / (*Auocatâ causâ ligantur manus iudicis inferioris, & attentata fortius reuocantur, quam interpositâ appellatione.*) *Geyl. in obseruat. 41. lib. 1. Baro Schenck in viridario concl. 1. VVesenb. cons. 43. nu. 48. & seqq. Moller. 2. Semestr. Ioh. Zang. de Except. par. 2. c. 1. n. 144.* & ibi, an ista auocatio locum habeat in Camera. (*In Camarâ auocatio causarum locum non habet ex ordinatione. tit. Das dem Cammergericht sein stracker lauff gelassen werden soll. part. 2.* ¶ Quando possit causa auocari à iudice pari ad superiorem, (*Auocari potest in actionibus realibus, vel personalibus ex casu delicti: non autem, si par in paris territorio deliquerit, quia per delictum amittit priuilegium suum. Decian. d. consil n. 16. & 17.*) ne par in parem habeat iudicium, *v. l. nam magistratus. ff. de recept. arbit. l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad S. C. Trebell. Decia. cons. 118. vol. 3.*

De Aurifice.

402 AVrifex faciens aurum vel argentum de minori liga, quàm ciuitas requirit, tenetur pœna falsi, *Hippo. de Marsi. in l. qui falsam, ff. ad l. Cornel. de falsis num. 111.* ¶ Simile de eo, qui expendit falsam monetam. ¶ Item de tondente bonam monetam: & de tingente monetam auro vel argento, *idem Hippo. in d. l. num. 198. & 110. Angel. de malefi. in versi. falsario num. 29. & 30. Specul. in tit. de crimine falsi.* ¶ Im Fürstenthumb
403 Anhalt ist den Goldschmieden sonderlich gebotten / ein Marck Silber geringer nit zu arbeiten / dann auff 14. Loth / vnd sol ein eigen Zeichen darauff schlahn / omittentis vel contra facientis pœna est 100. fl. vel pro grauitate delicti infamiæ seu vitæ, *Arti. 36. in der Anhaltischen Policey Ordnung.*

De Auxiliatore ad maleficia.

404 MAteriam de auxiliatore opem præstante vel consilium dante, *vide Angel. de maleficijs versi. & Andream Marci lanificem capellæ S. Blasiæ auxiliatorem.* ¶ Quis sit auxiliator, (*Ex cuius videlicet præsentiâ insultatus redditur timidior, siue vim inferat, siue non, dummodò animo auxilium ferendi se delinquenti coniunxerit,*) quot modis auxilium præstetur, qua pœna puniatur, (*si de autore cædis constat, ille solus punitur: si non constet, ex rigore iuris tenentur etiam auxilium præstantes. In fracta pace is, qui auxilium præstitit, non minus quàm principalis tenetur*) quomodo & quando inquisitio cōtra ipsum sit instituenda, (*Oportet omnino priùs constare de ipso principali delicto.*) docuit post Angelum in loco allegato, Hippo. de Marsi. *in sua practi. criminali, §. constante, à num. 40. vsq; ad num. 77.* & dicit, quòd fortè materia auxilij alibi sic non reperiatur collecta, idem Hippo. *in repe. l. si in rixa, ff. ad l. Cor. de sica. mihi à num. 33. vsque ad num. 63. Ioannes Cerasianus in repetitione, c. sententiam sanguinis ext. ne Cleric. vel Monachi in 4. parte principali Arti. quando quis dedit causam homicidio seu occasionem, vicesima quæstione. Gandin. de malefi. titu. de homicidijs & eorum pœnis num. 7. Hippo. de Marsi. in singul. suo 217. incipien. ter vel quater & in singul. 15. incip. statuta.*

¶ Et hic cadit materia, quando plures 405
fuerunt in rixa, quid iuris? *de quo vide Hippol. de Marsi. in pract. sua criminali. §. constante num. 46. 147. & 77. Alex. de Imo. in cons. 46. volum. 4.* ¶ Et de auxiliatoribus, *vide pulcherrimum singulare Hippol. de Marsil. 400. incip. sæpiùs iudices.* ¶ Auxilium præstans homicidio, vt teneatur, quid requiratur, (*requiri perisamentum hoc est, tractatum & deliberationem de delicto perpetrando, eo in loco tradit.*) *consuluit Decian. consil. 67. vol. 3. num. 20. & in sequen.* ¶ De opem consiliúmue dante, & auxilium præstante, (*opem ferens per actum remotum, mitius, id est, pœna arbitraria: per actum propinquum seu aßistendo facto eâdem pœnâ, quâ delinquēs, punitur*) *Schneidew. in titu. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. interdum quoq;, per totam. Vide Arti. 46. ibidem additiones latinas, & gloss. lib. 3. Landrecht.* ¶ Et ibi: quomodo auxiliatores siue comites in criminali & ciuili solutione liberentur, vel in casu aliâs teneantur. ¶ Von helffen zu Diebstall / wie die zu straffen / (*opem præstans tum furti pœnâ punitur, si tantum ex re furtiuâ, quantum in faciente suspendij pœnam meretur, acceperit.*) *post alia Constitut. Electo. August. Saxo. Arti. 39. parte 4.* ¶ Opem præstans per actum remotum, vel propinquum, quomodo vel quando puniatur, *Vide quæ notauit Bald. in l. 1. C. de Nili agge. non rump. idem Bald. in l. 1. C. de cri. pecula. Pet. de Rauen. in notab. extra vagan. incip. fuit à me quæsitum.*

Auxilium, opem & fauorem præstare di- 406
citur, qui pecuniam mutuat, *Bart. not. ex l. cuiusq;, ff. ad l. Iul. Maj. vide infr. latè de hoc in verbo delictum & crimen.*

De Auctoritate glossæ, Bartholi, Ioannis Andreæ & Oldradi & Bald. vide Geyl. lib. 1. obs. 153.

TAmetsi inficiari nequeamus, commu- 407
nem opinionem sæpenumero deprehendi falsam, et erroneam: ita vt illi non semper tutò confidendum, rectéq; ab Imperatore Iustiniano scriptum sit, *in l. 1. §. de quo ex multitudine & de vet. iur. enucl.* non ex multitudine Auctorum, quod melius & æquius, iudi-

iudicandum esse, cùm vnius forsan, & qui sit deterior, sententia & multos & maiores in aliqua parte superare possit, & grauiter *item* à Domino siue Iehoua sancitum sit: *In* iudicio non quiesces plurimorum *sententiæ*, vt à vero deuies: tamen vicissim *apud* omnes prudentes, & intelligentes in *confesso* adeoq; pro axiomate certo receptum est, maximam esse cōmunis opinionis autoritatem, adeò vt ab illa nec in consulendo, nec in iudicando, sit recedendum, nisi illa vel per ius expressum, vel per euidentem rationem erroris conuincatur. In practica quando casus incidit, magnum est, habere decisionem alicuius Doctoris in terminis etiam sine lege loquentis, *vt ait Lud. Gomoz. in 8. æquè num. 14. Inst.* certè in actu practici laborandum, vt inueniamus decisionem in terminis: quia talem inuenire est doctissimi Doctoris, *vt ait Felin. in c. cum ordine de rescript.* De autoritate Responsorum conf. 1. de Responsis prudent.

Glossæ auctoritas magna est, Bald. *in l. hæreditas, depositi.* vbi dixit, quòd auctoritas glossæ omnes alios antecellit, *Cyn. in l. 1. C. de actio. & obliga.* (*Bart. in cons. 6. incipient Andriolus*) dixit sequere glossam ordinariam, quæ meliùs præ ceteris intelligit. Baldus nihil ignorauit in iure, *Ias. in l. Lecta num. 12. de reb. credit.* Legistarum numen dicitur à Zasio, *Lib. 1. sing. respons. c. 7. num. 12.* Interpretum omnium ingeniosissimus est, semper scienter, & doctè scribens, *Tiraq. de vtroque retract. §. 1. gl. 14. num. 105.* Petrus de Rauen. *in aureo suo Alphabeto, litera G. vers. gloss.* quodq; in iudicando & consulendo non debeamus recedere ab opinionibus glossarum, *consuluit Alex. de Imo. in consilio 74. colum. 4. volum. 4.* ¶ Dicit tamen Bald. *in l. Respublica C. quibus ex causis maiores restituantur,* Quòd glossa quæ nihil allegat non sit tenenda.

De autoritate Ioannis Andreæ vide 408
Baldum, *in l. olim De re iud.* vbi dixit, quòd opinio Ioannis Andreæ sit sequenda, quia fuit fax iuris Canonici, & Abbas, *in c. de quarta, de deprascriptionibus,* quòd si Ioannes Andreas voluisset decidere, non fuisset opus, quòd multi scripsissent.

Et Bartolus ab Angelo lucerna iuris di- 409
citur, *in consil. 15.* (& Auriga ICtorum, *Marant. part. 4. dist. 9. num. 63.*) & excelsus vir & præceptor eius, *in consilio 135. & 207.* cuius etiam opinionem tenendam Raphaël dixit, *con. 176. in fi. 2. col. & in medi. 3. colum.* ¶ Et Oldradus doctor egregius fertur, qui multo tempore in curiâ Romanâ practicauit, *secundùm Raphaelem Fulgo. cons. 22.* ¶ Hæc ideo notanda, quia in dubio eorum opiniones aliorum opinionibus videntur debere præferri, &c.

De Bannito siue banno.

1 BAnnitus wirdt auff Teutsch geheissen der so in die ACHTer=klåret ist. Quando quis propter graue aliquod delictum capitale accusatur, & citatus non compareret, tunc propter ipsius inobedientiam seu contumaciam, ponitur in Banno, quod æquiparatur annotationi, *de qua habetur in ff. & C. requirendis Reis, & in Arti. 38. lib. 1. Landrecht.* ¶ Bona ipsius annotantur, quæ recuperat, si intra annum veniens se purgat: sed intra annum & diem (de Iure Saxonico) non rediens bona ipsius confiscantur, & postea veniens repertus nocens punitur, innocens verò absoluitur, bona autem non recuperat, *l. 1. & 2. ff. de requi. reis.*

uerint bona, præſumitur ex qualitate perſonarum. Quid enim ſi filius nihil ſcit operari, & negligens ſit, & pater diues, præſumitur ex re. patris tunc eſſe: Econtrà ſi ſtudioſus filius, & pater ſit pauper, præſumitur ex aduentitia causa acquiſitum, *facit gloſſ. l. cum oportet, C. de bon. quæ libe: Et tenet Alexan. de Imola. in conſ. 31. colum. 2. verſ. & ad hoc reſpondeo, vol. 4.*

¶ Ex

¶ Ex substantia autem patris esse videtur, si aliquid contemplatione patris datum est filio. ¶ Item si pater dedit ei fundum, vt inde se aleret, & inde postea quæsiuit fructus, dicuntur ex re patris: vel quando ex pecunia data à patre, vsuras acquisiuit, *d. gloss. l. cùm oportet*, C. *de bon. quæ lib.*

56 ¶ In casu fiendæ probationis refert quis petat an frater, vt quæsita communiter, an ipse, qui quæsiuit, petit, vt præcipuum habeat, & sic qui agit probet, *d. glossa per l. ei qui, ff. de probatio.* Et est hæc materia vtilissima & frequens in materia collationum. ¶ Et tandem quæ bona sint filijs propria, *vid. text. & gl. d. l. cùm oportet, & ibi de peculijs. Vide pulcherrimam & bonam glossam Arti 10. lib. 1. Landrecht. Ibi inuenies, quæ in tantum bona sint filijsfamiliàs propria, quòd etiam non teneatur ad eorum collationem,* de successione in bonis filiorum, *vide Arti. 17. lib. 1. & ibidem per notata.* ¶ Pater an teneatur conficere Inuentarium de bonis filij? Regulariter quòd non, deciditur in Camera, *teste Mynsing. in obseruatio. 93. cent. 2.* (*Nisi esset malæ conuersationis, aut subesset verisimilis suspicio dißipationis, Mynsing. d. loco. Atq; ex eodem fundamento receptum est, vt pater sine decreto poßit alienare bona filij minoris in potestate constituti, non autem emancipati, quòd & in transactione obseruatur, Geyl. 2. obs. pract. 72. n. 14. vbi hanc communem dicit.*)

De Bonis in diuersis territorijs sitis.

57 VIdetur quòd consuetudo siue statutum vnius territorij, disponens de bonis, aliter atq; ius commune, non extendat se ad bona existentia in alio territorio, *argum. l. pupillo in prin. ff. de tuto. & cura. dat. ab his*, ex quo certa forma bonis vbiq; data est, non fit extensio, *l. certa forma C. de iure fisci, lib. 10.* Ius enim afficit res ipsas, *l. 6. rescripto in fin. ff. de mune. & hono. Mynsing. in obserua. 19. cent. 5. Barto. in l. cunctos populos, C. de sum. trin. mihi colum. 11. in fin. versi. sed posset dubitari, & hic in sequentibus Bart. mouet quæstionem & decidit.* ¶ An pro delicto in alio territorio pœna statutaria posit imponi, *& de hac materia, vide Schurff. cons. 6. in princip. centu. 1.* Et huc refer quæstionem, an in confiscatione bonorum, vi statuti etiã bona extra iurisdictionem, confiscantis & statuentis sita, intelligantur simul confiscata, *vide Ang. de malefi. in versi. Et eius bona publicamus num. 5. & 6. Qui hanc quæstionem per distinctiones soluit & decidit.* (*August. tamen ex sententia Nelli maximè concludit, quòd non afficiantur.*)

58 ¶ Testamentum factum iure statuti porrigere vires suas etiam ad bona extra territorium statuentis, *affirmat & concludit post disputationem pro & contra Hippo. de Marsi. in l. fina. ff. de iurisdictio. omn. iud. num. 95. versi. vlti. vsque ad num. 100.* & hoc propter vltimæ voluntatis fauorem, (*imò propter regulam generalem, quia quoad solennitates attenditur consuetudo loci, in quo actus celebratur, Geyl. all. obs. 123. n. 1.*) *Mynsi. in obseruat. 20. cent. 5. Geyl. in obserua. 123. & 124. lib. 2.* ¶ In tantum etiam bona immobilia respiciunt territorium, vbi sita sunt, quòd quis alibi nisi infrà territorium de illis respondere non tenetur, non etiam rex secundùm hominis, sed secundùm ius prouinciæ, in qua sistit proprietas, iudicabit, *Arti. 33. lib. 3. Landrecht.* Ius ciuile concordat, *prout notatur in l. vltima C. vbi in rem actio exerce. deb. cum similibus.*

¶ Sic etiam bona immobilia non possunt 59
donari, nisi in iudicio & in territorio, vbi sita sunt, & hoc quia territorium respiciunt, *adde di. latina litera B. Arti. 52. lib. 1. Landrecht.* mobilia verò vbicunq;, *vt ibi* (*Insinuatio tamen donationis in vno loco facta porrigit effectum suum etiam ad alia bona extra territorium sita. Geyl. 2. obseru. pract. 123. n. 5.*) ¶ Huc refer quæstionem, testamentum secundùm consuetudinem loci factum, an & vbi valeat, & an consuetudo vel statutum de rebus vel personis disponens extra territorium extendatur, respon. Geyl. *in obser. 123. & 124. lib. 2. obserua. Cam. Impe.* quòd sic, cum ampliationibus. (*Doctrina Geyl. his regulis concludi potest. 1. statutum vel consuetudo localis de rebus disponens non extenditur ad bona extra territorium sita, & hoc maximè, cùm in correctorijs sumus. Geyl. d. obs. 124. n. 4. vsq; ad 10. Myns. obser. 19. cent. 5. Secunda, idem est, si disponat de personis, habilitando eas vel prohibendo aliquid, exemplum in filiofamiliàs testante vigore statuti vel consuetudinis; nam valet eius testamentũ tantùm in bonis in territorio illo sitis: mobilibus tamen, vbicunq; ea fuerint, sub dispositionem illam venientibus, quia personam testatoris respiciunt, Geyl. d. obseru. 124. n. 11. & seqq. Tertia. Statuta vel consuetudo loci solennitatem tantùm contractus vel testamenti respicientia extenduntur, tam ad forenses, quàm ad bona alibi sita. l. cùm fundus de euict. Geyl. obser. 123. & Mynsing. obser. 20. cent. 5.*)

De bonis minorum.

REgulariter sine iudicis decreto non debent alienari: secus si alienentur à pa- 60
tre, quia lex paternæ pietati multùm confidit, *Hippo. de Marsi. in singul. suo 498. incip. bona minorum. Et vide, quæ notata sunt supr. lit. A. versi. de alienatione prædij minoris.* (*vide supr. de Bonis filij. §. vlt.*) ¶ Quando autem pater praue & dissipando bona alienat, aufertur ab eo administratio, & datur minori tutor, nec valet eius alienatio, *l. fina. C. de senten. passis l. 2. C. de bon. mater.*

Imò si dissipat bona propria, etiam non sub-

subiecta restitutioni, potest officio iudicis cogi ad instantiam filij, ad assignandum sibi legitimam: vel saltem tot bona, quæ adscendant ad perceptionem alimentorum, *dictum est singul. Bal. in l. 2. ad fi. C. quæ in frau. patr. Alex. in l. Imper. ff. ad Trebellia. rationem assignat Baldus ibi, quia. dicit,* cogitur alere filios: & interest ipsius patris, & Reip. ne malè substantia sua vtatur. ¶ Minoris bona an, & quomodo vendi possint, notat quædam Mynsing. *in suis obseruationibus ob seruat. 10. cent. 2.* Et 7. causæ describuntur, propter quas bona pupillorum possint alienari in glossa, *Arti. 26. Weichbild colum. 12.(Bona minoris inuecta illata locatori tacitè non obligantur: vxori tamen pro dote ea tacitè obligari contra Bar. communis sententia est, Geyl. 2. obs. pract. 83. n. 8. 9. 10. & obs. 96. n. 10.)*

De Bonis Maternis, & materni generis.

62 IN bonis maternis, filiosfamiliàs delatis ex successione matris, ex testamento vel ab intestato: pater habet vsum fructum, dominio rerum ad liberos spectante, pertinente & saluo. Et licèt pro istis rebus persequendis & defendendis etiam in iudicio pater per se vel per procuratorem habet personam standi, & comparandi: & fructus bonorũ maternorũ, ac si plenũ haberet dominiũ percipiat: non tamẽ potest illa alienare in præiudiciũ filiorum, sed benè in præiudicium sui & sui fideiussoris. Et emptor in casu contra filium, nullam poterit præscriptionem opponere filijs, quandocunq; rem suam vendicantibus, *l. 1. C. de bonis mater. & l. 2. eo. tit.* & habeant filij illa præcipua: ita quòd ea in communi hæreditate diuidenda, non cogantur conferre, sicut nec peculia castrensia vel quasi, *d. l. 2. in fi. C. de bo. mate. l. fina. C. de colla.*

63 Et nota quòd pater in bonis maternis adeò habet vsumfructum, quòd migrando etiam ad secundas nuptias, illum non amittat, *l. fina. in fi. C. de bon. mater.* neq; competit filio querela, castigatio vel alia molestia contra patrẽ, quò minus administret, illis vtatur & fruatur, *d. l. fi. in fi. C. de bon. mater. & in l. cùm oportet, §. non autem C. de bon. quæ lib.* contra facientem filiumfamiliàs, patria potestas verberibus potest castigare, in d. §. *non autem, & ibi gloss. in verb. patria potestas,* erubescit enim lex filios fieri castigatores parentum, *gloss. d. §. non autem per Authen. de nuptijs, §. si verò expectet col. 4.* Et omnia prædicta habent locum, quando pater legitimè & benè administrat: secus autem, quando prauè malè & cum prodigalitate: tum enim aufertur administratio patri, & datur tutori, *l. fina. C. de senten. passu.*

Filius autem quando exiuit patriam potestatem, bona ipsius veniunt ad plenum eius dominium & dispositionem: cùm neq; nomen peculij permaneat, sed alijs rebus confundantur & fortunam reliqui patrimonij recipiant, *l. fi. in fi. C. de in offi. test. cum simil. (quæ tamẽ loquitur tantũ de quasi Castrensi peculio: nam in cæteris bonis aduentitijs filiorum emancipatorum pater, quam diu viuit, dimidiam vsusfructus habet. vulg. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.)* 64

Darumb sagt der Sachs/ das der Vater seiner vnmündigen Kinder Gut sol in seinen gewehren behalten. Wann sie sich aber darnach von jhm scheiden/ er sol jhnen lassen vnd geben alles jhrer Mutter Gut/ es sey jhm denn von Vnglück vnd ohne seine Schuld abgegangen: dasselbige sol das Weib den Kindern auch thun/ vnd ein jeglich Mann/der der Kinder Vormund ist. *Tex. est Arti. 11. lib. 1. Landrecht. Et colligi. ex prin. Arti. 23. eod. lib. declaratur in addi. latina litera B.* quod intelligatur de restitutione bonorum immobilium saltem, mobilia enim pertinent ad maritum, *Arti. 31. lib. 1. Landrecht.*

Si autem minus ex bonis immobilibus liberi consequantur suâ legitimâ, maritus ex bonis mobilibus eandem illis cogitur supplere, *fac. addi. latina lit. E. Arti. 27. lib. 1. Landrecht. Declarans d. Arti. 31. (vbi vide gl. Latinam cum addit. ad verba, maritus & vxor.) quod sic accipiatur per l. 2. & l. non est enim ff. de in offi. testa. l. cùm ratio, ff. de bo. damna: Et sic nuperrimè in causa aliqua per Hallenses est pronunciatum. (Notat tamen Geyl. 2. obs. pract. 124. n. 3. valere consuetudinẽ vel statutum, vt alter coniugum, liberis penitus exclusis in mobilibus succedat, quod etiam Camera sequatur: per rationem, quod legitima liberorum minui possit.)* 65

De Bonis mulieris seu vxoris.

BOna mulieris in tribus consistere censentur: in dote, donatione ante nuptias, & in paraphernis, *prout notatur in l. Assiduis C. qui potio. in pig. habean. & per Dd. in §. fuerat Inst. de Act.* ¶ De paraphernalibus consuluit VVesenb. *in cons. 63. par. 2.* ¶ Adde quarti generis bona, quæ vltra dotem, & paropherna delata sunt, vel aliter acquisita (quæ vulgò appellantur bona receptitia) & ista sunt in regimine mulieris, *l. maritus 21. C. de procur.* ¶ Rerum dotalium Maritus constante matrimonio est dominus. *l. doce ancillam, C. de rei vendi. l. pro oneribus C. de iure dotium.* ¶ In paraphernis habet quidem administrationem, sed nullum aliud ius, *l. hac lege & l. fi. C. de pactis conuen.* ¶ Ad quem spectent fructus talium bonorum, facilè ex notatis colligitur. Et consumpti de voluntate mulieris: quidq; tandem maritus mortua 66

vxore lucretur in bonis vxoris extra dotem,
67 vide Alex. *de Imo. in cons. 144. vol. 5.* ¶ Bona autem, ab vxore constante matrimonio quęsita, pręsumuntur regulariter quæsita ex bonis mariti. *l. Quintus Mutius 52. de dona. inter vi. & vxorem. sed declarationes istius præsumptionis vide apud Mynsinge. in obseruat. 92. cent. 2. & Geyl. in obser. 78. n. 9. lib. 2. vbi dicit*, quòd bona constante matrimonio quæsita, (*addit: quæsita ex bonis proprijs viri & vxoris, si constet taliter empta & acquisita esse.*) sint inter coniuges communia & diuidenda. Adde, vir & vxor quia sunt vnum corpus, igitur vir fruitur bonis vxoris ea viuente, *sunt verba gloss. secundùm Bal. in l. si viua matre C. de bon. mater.* & licèt Bart. consuluerit, quòd vir teneatur ad restitutionem fructuum bonorum paraphernalium hæredibus vxoris: tamen dicit Baldus, hoc esse verum, quatenus excedant vsum: nam cùm vir & vxor sint vna caro, promiscuus debet esse vsus, *vid. Bart. in l. maritus, pen. ff. ad l. falcidiam.*

68 Vnd wie dann auch ein Weib jhre Güter vorerbe/ *nota in tex. gloss. & addi. Arti. 31. lib. 1. Landrecht. & Arti. 27. eo. lib.* ¶ Was das Weib aus deß Mannes Gütern/vnd der Mañ aus deß Weibes eigen Leibzucht vnd Erbe zugewarten/ *nota. Arti. 76. lib. 3. Landrecht.* ¶ Mußtheil vñ was nach absterben deß Mannes/ auch jenerhalb dem dreissigsten einkompt/ gehört allein den Erben/ *Constit. Electo. Saxo. Arti. 34. part. 3.* ¶ Ob Gersten/ Hopffen/ vnd Heydekorn zu Mußtheil gehöre: dispositum & constitutum, quòd adiudicentur hæredibus, *in Const. 35. part. 3.* Ob alle cibaria domestica darzu gehören/ *Arti. 36. Par. 3.* ¶ Wie sich die Witwe derselben Güter anzumassen/ in oder nach dem dreissigsten/ *nota. in Const. Electo. Arti. 33. parte 3.* ¶ Leibzucht/ Morgengabe/ Gerade vñ Mußtheil werden der Frawen aus jres Mannes Gütern/ zeit jres Lebens vnd erblich: vnd was zu einem jeglichen gehört/ *nota Arti 20. 21. vnd 24. lib. 1. Landr.* ¶ Wann der Mañ verstirbet mit Kindern erster Ehe/ nimbt im Churfürstenthumb Sachsen/ das Weib nach ablegung der Schulden den vierdtentheil: Wo aber der Mann ohne Kinder verstirbt/ nimbt sie den dritten Theil/ *disposuit Const. Saxo. in Arti. 20. part. 3.* ¶ Jedoch wird daselbst gedacht/ das Ehstifftungen willköhr vnd gewonheiten/ sollen in acht genommen vnd zuförderst gehalten werdē. Et dicta Const. ibidem dat vxori electionem, ob sie wil jhr eingebracht Gut wider nemen/ oder zum vierdten oder dritten theil greiffen.

Maritus in tantum habet possessionem
69 & vsumfructum in bonis vxoris suæ, quod eo insciente nihil possit alienare, *Arti. 45. lib. 1. Landr.* ¶ Sed an bona mulieris ad maritũ allata sine pacto, censeantur dotalia: quòd non, respondet VVesenb. *in cons. 25. parte 1. n. 14. & in seqq. colligitur ex textu Saxon. Art. 31. & 45. lib. 1. Landr.* ¶ Idem de bonis iudicatur, quæ stante matrimonio vxori obuenerunt, quòd non sint dotalia, *VVesenb. in d. cons. 25. lib. 1. in fine.* Siquidem autem pactum dotale conficiatur, & ponuntur ista verba: dedit sponso vel futuro viro ista bona. quatenus præsumatur & qualiter quid dederit in dotem, vide Dec. *in cons. 12. vol. 2. à princ vsq. ad n. 14.* (*vbi docet, præsumi causam dotis, si vsa sit mulier verbo dandi: quin et de tradēdi verbo idem respondendum, si dignitas sponsi, dotis eam quantitatem flagitet, aut ex donatione propter nuptias id appareat.*)

Bona in dubio an censeantur mariti vel 70
vxoris: & in dubio cui incumbat hoc onus probandi, vel vxori, vel mariti mortui hæredibus: consuluit d. Decia. *in cons. 47. vol. 2.*

Sed possidens domum, præsumitur etiam possidere mobilia, quæ in illa domo sunt, *in d. cons. 47. n. 11. & ibi simul etiam docuit.* de bonis constante matrimonio quæsitis, quòd scilicet quæsita sint marito, *num. 13. & ibid. declaratur l. Quintus Mutius 51. ff. de donat. int. vir. & vxo.*

De Bonis prælati.

IN dubio præsumitur quòd bona prælati 71
sint de bonis Ecclesiæ quæsita, (*Decian. D. consil. 42. n. 15. & 16 vol. 2.*) de quibus igitur bonis, (*testari potest de omnibus bonis, quæ intuitu ecclesiæ seu beneficij non acquisiuit: veluti de bonis, ab intestato aut ex testamento propinquorũ sibi delatis.*) & quatenus prælatus possit in præiudicium Ecclesiæ testari, vel aliter disponere, notant *Bal. & alij Dd. in Authen. licentiam C. de Epis. & Cler. & facit ibi gl. Et est sing. Lud. Roma. 271. incip. tu habes gl. Geyl. in obser. 78. in fine. lib. 2.* ¶ Sed Clericus an de bonis suo labore quæsitis possit testari, vel aliter disponere, notat Bal. *in l. 1. in fi. C. de Epis. & Cle.* ¶ De successione ab intestato in bonis prælati vel Clerici: *vide sententiam hindern Sachsen Spiegel von Pfaffen Gütern, wer darin succedirt, mihi fol. 569. & Arti. 5. lib. 1. Landrecht.*

De Bonorum publicatione seu confiscatione.

PVblicatio bonorum quando fiat: an 72
semper necesse sit, quòd in sententia exprimatur: (*regulariter exprimenda est in sententia bonorum publicatio.*) propter quæ delicta autem veniat bonorum publicatio, etiamsi in sententia non sit expressa: (*vt in crimine læsæ maiestatis.*) per quem possit vel debeat fieri: (*per eum, qui regalia habet, vel saltem merum imperium, ita tamen vt tunc bona confiscata fisco cedant.*) ad quæ bona, ratione situs, loci seu iurisdictionis, (*dictum supr. de Bonis in diuersis territorijs sitis*) dominij, (*veluti vxor, quæ in res proprias manus injicere, & incorporationem bonorum*

rum impedire potest.) possessionis, (*res pignorata vel alteri locata in præiudicium creditoris aut conductoris deuastarium debet, saltem catenus, quatenus illi satisfiat.*) communionis, (*facienda est diuisio, si fieri possit sine partis alterius læsione.*) crediti, peculij, (*peculium non censeri publicatū, docet l.3. §. sed vtrum ff. de min. quod tamen tam de profectitio quam castrensi intelligunt: nec beneficium filij ecclesiasticum, seu præbenda, & si pater læse maiestatis damnatus sit.*) vel ratione dotis (*mulier actionē habet contra fiscum.*) se extendere possit vel non, *vide Ang. in tract. suo malefic. vers. Et bona eius publicamus per tot. Gandi. de maleficijs in Rubri. de bon. malefic. Dd. in tit. C. de bo. proscrip. & in tit. de bonis damna.* Iacob. de Arena, *in tractatu suo de quæstionib. à n. 15. vsq; ad finem,* docet casus in quib. ipso iure vel per sententiam bona veniant confiscanda. ¶ Et bona confiscanda intra quale tempus debeant à fisco peti, vide Hippo. *de Marsi. in sing. suo 307. incip. bona delinquentis.*

73 Et quòd bona prohibita alienari, non veniant in confiscatione, docuit Hippo. *de Mars. in sing suo 314. incip. prohibitio.* Et ibi limitat, si modò causa prohibitionis adhuc extet & non finita sit, aliâs secus, *consuluit Rol. à val. in cons. 31. n. 25.* ¶ *Et ibid. facit mentionem,* quòd neque res restitutioni ex fideicommisso subiectæ possint confiscari, neq; dos vxoris & donatio propter nuptias, *Rol. in d. con. 31. n. 37.* potest à fisco petere vel confiscationem impedire. (*confiscatis bonis, feudum non confiscari, magis communis est opinio ex mente Rom. quem refert Augustin. in addi. ad Ang. tract. malef. vers. & bona eius publicamus n. 41. qui etiam tradit confiscatam proprietatē consolidari cum vtili dominio.*) ¶ Item fit bonorum confiscatio, saluo ære alieno. tenetur enim fiscus sicut hæres soluere debita, legata & seruitutes delinquentis, *Rol. d. cons 31. n. 33.* ¶ Bona eorum, qui sibi mortem consciuerunt, quatenus publicentur, (*si videlicet post accusationem, vel post in flagranti crimine deprehensi semel fuerint: modò tale sit delictum, cuius damnationē publicatio bonorum sequatur. Non tamen obtinet confiscatio: si impatientia dolorum, & sine sceleris conscientiá quis manus sibi intulit.*) *vide ti. C. & ff. de bo. eo. qui mortem sibi consciu.* ¶ Et de iuribus conditionalibus, quæ ex publicatione transferantur ad fiscum vel non, *vide Lud. Roma. & ibi in addi. in singula. 170. incip. gloss. ordinari.*

74 Publicatio bonorum ob delictum, à statuto indicta, ad quæ bona se extendat & quæ comprehendat, *Anton. de Butr. cons. 61. & cons. 57. n. 4.* ¶ Bona bannitorū potest Princeps bannitis restituere propter bonum publicum, & ad illorum restitutionem emptores tenentur, *Capyc. decis. 69. n. 1. & 3.* ¶ De distinctione bonorum Reipub. P. *Gregor. lib. 3. de Repub. c. 2.*

De Bonis vniuersitatis alienandis.

QValiter ad hoc constituatur Syndicus, 75
(*à maiori parte populi ad hoc conuocata, descriptis consiliariorum nominibus, quæ communis est sententia: item præcedente superioris decreto.*) & quo consilio bona demum vniuersitatis possint alienari, ita vt alienatio valeat, consuluit, *Rolan. à Valle in cons. 90. per totum.* De vsurpatione & oppignoratione bonorū vniuersitatis. (*possunt oppignorari sine consensu domini. sed is tamen ius luendi habet, velut prior creditor, cum ea bona ei sint tacitè obligata ob censum, &c.*) consuluit, *VVesenbe. in con. 75. par. 2. ibi habet an nobiles, participent in bonis communitatis.* (*respondet quod non.*)

De Bonis proscriptorum, damnatorum & eorum qui sibi mortem consciuerunt.

IVs ciuile quid statuat de bonis prædicto- 76
rum, *vide text. gloss. & nota Dd. ad titulos C. & ff. de bonis proscrip. & damna. & de his, qui sibi mortem consciuerunt,* quid & qualiter obseruetur de Iure Saxonico, & primò de proscriptorum bonis. Wie vnd wehm man im Lehn vnd eigen vortheilet/ *nota. Arti. 38. lib. 1. Landr.* De bonis damnatorum & eorum qui sibi mortem consciuerunt, *Arti. 31. lib. 2. Landr.* vide VVesenb. *in para. ff. in tit. de bon. damna. in fin.* volentem quòd nouissimo iure bona non publicentur, si extent agnati ad 3. vsque gradum: excepto crimine læsæ maiestatis, & refert Saxonum obseruantiam.

Quomodo hæredes eius, qui sibi cōsciuit 77
mortē, possint contraria probatione auertere bonorum publicationem, docuit idem VVesen. *in para. ff. tit. de bonis eo. qui sibi mortem consciu.* ¶ De causa possessionis & proprietatis, ad repetitionem bonorum proscriptorum instituta, consuluit VVesen. *cons. 6. par. 1.*

Bona eorum, qui desperatione aliqua, 78
& diabolorum homicidarum instinctu, vim intulerunt, non publicantur, *Ord. Imp. c. 135. Schneid. §. iuris præcepta. nu. 6. Inst. de iur. nat.* Atq; ita apud Saxones iudicatum dicit VVeseb. *in parat. de bon. damnat. 3 in fin. & art. 31. lib. 2.* ¶ Parens filij interfectoris, instar sui, interficiendi occasionem habere videtur. *l. 3. §. 5. de bon. eor. qui ante sentent.* ¶ Vitæ sibi eripiendæ inceptio, pro vero homicidio habetur. *arg. l. 3. §. 6. de eor. qui ante sent.*

De Bona Fama, & bono nomine.

BOnam famam negligens, & se non pur- 79
gans à mala suspitione, crudelis est. *c. non est*

est audiendus 11. q. 3. c. nolo. 12. q. 1. ¶ Imò statum & ordinem dignitatis suæ negligens, crudelis censendus est, *d. c. nolo. in prin. 12. q. 1. (Geyl. 1. obs. pract. 123. n. 6.) & 1. ad Corinth. 9. cap. refert tex. in c. sacerdos 1. q. 2. inquit Tulli. 1. offic.* Negligere gradum dignitatis suæ, non modò arrogantis est, sed dissoluti etiam omninò. Neq; enim debet quis tam humilis esse, & inglorius, vt se contemni patiatur: & plus subijci quàm expediat, inquit tex. *in c. admonendi 2. q. 7. & in c. quando 86. dist.* Et ambitionis vitio ipsum eximit, qui statū & ordinē dignitatis suæ sustinet, Dec. *in consil. 67. vol. 2.*

80 Et bona fama est magnæ importantiæ & effectus, quia ea probata minuit indicia vigentia contra reum, *Sylua. in consi. 94. in fin. lib. 2.* Imò res furatæ licet penes eum inueniantur: tamen propterea non poterit torqueri. *Hippol. de Marsi. in l. qui falsam monetā n. 124. 125. & 126. ff. ad l. Corn. de fals. idem Hippo. in singula. suo 392. incip. aduertas.* ¶ Sed bonæ famæ diminutio, vel mutatio qualiter fiat, vide Gandi. *in tractat. maleficio. in Rubri. quomodo de malefi. cognos. n. 3. versi. restat modò videre. notabo infr. litera P. v. de causa famæ.* dicitur causa ardua (*famosæ actiones graues dicūtur. Geyl. 2. obs. pract. 64. n. 2.*) & æquiparatur causæ vitæ, *Petrus Gerhar. de Pe. Sam. in sing. suo 82. (Geyl. 2. obs. pract. 100. n. 6. & 123. n. 6. quia fama res est inæstimabilis. Geyl. d. obs. 123. n. 5.)*

81 Item bonum & vtile est, bonum habere nomen, *iuxta notatum in l. 1. C. de sum. trini. circa medium gloss. vers. hanc. Baldus referendo exemplum de vidua in l. si cum dotem, §. maritus ff. solu. matri.* ¶ Econtrà habere malum nomen & malam famā, est turpe, *l. factam, §. si in danda, ff. ad trebell.* ¶ Et malam famam habens non admittitur facilè ad iuramentum, fortè de dāno passo: neq; creditur eius libro, si sit mercator, *Io. de Arn. in sing. suo 45. inc. per omnia.*

De bona fide.

82 Bona fide nihil melius, *gl. notabilis in. l. à procuratore C. mandati & ibi dicit Baldus.* Nota pro mercatoribus bonis contra mercatores falsos, qui fugam accipiunt. ¶ De bona fide autem in præscriptionibus, an in omni præscriptione requiratur, & allegetur: & in casu à quo probanda, notat Schneide. *in tit. Inst. de vsuc. in pri. n. 19. vsq. ad n. 31.* ¶ Et an bona fides ex possessione 30. annorū præsumatur quieta & pacifica sine interpellatione iudiciali, ita quòd tantū allegetur, & non probetur, cōsuluit Schurff. *in cōs. 62. cent. 1. n. 3.*

83 Sed quod ex longissimo vsu & possessione præsumatur bona fides, *notat Bar. in l. si, C. vnde vi.* ¶ Quòd possit apparere de bona fide ex priuilegio concesso, *nota. in l. pe. C. de Euic.* & ex probatione publicæ famæ, *l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acqui. hære. dixit per hæc iura Alex. de Imo. in conf. 16. colum. 7. v. quinimo, vol. 5.* ¶ De bona fide in contractib⁹, quòd ibi requiratur bona fides, *notat. in l. bonam fidē C. de act. & oblig. cum similibus* ¶ Et bonæ fidei cōtractus enumerantur, *in tit. Inst. de actionibus, §. actionū & ibi vide Dd. (Bona fides non patitur, vt idē bis exigatur Geyl. 2. obs. pract. 53. n. 3.)*

De bonitate hominis præsumpta.

Bonus quilibet præsumitur, donec contrarium probetur, *c. fina. de præsump. & in c. 1. de seruit. Bartholo. Soci. in regu. fallentia. regula 58. litera B. dicit & dat vnam ampliationem secundum Inno. in c. dudum l. 2. de Elec. & duas fallentias*, nisi probetur malus, vel laboret contra ipsum infamia seu alià præsumptio, *limitat 4. modis Felinus in c. cum in iure, de officio delegati. (Geyl. d. obs. 48. n. 30. & 32. lib. 2.)* ¶ Nota: præsumitur dignus, qui est electus à principe, *l. disputari C. de crimi. sacrile.* Quia princeps aut dignum recipit, aut dignum facit: & ideò præsumitur dignus. Sic etiā semel malus, in eodē genere mali semper præsumitur mal⁹, *gl. in c. semel mal⁹ de reg. iuris in 6.* 84

Sed ex cursu triennij in quo benè versatus est: præsumitur emendatus, & ex malo bonus factus, *hæc & alia multa bona in hac materia præsumptionis vide apud Dynum in d. c. semel malus, & inuenies multa non negligenda.* 85

Bononia.

Studij Bononiensis meminit gl. *in rub. C. de stud. lib. verb. 10. lib. 6. & gl. in l. fin. C. de test. in verb. LL. nostræ*, vbi dicit quod Bononia sit nutrix Legū. ¶ Bononienses possunt optimè aliud in corde gerere, & aliud simulare, *gl. in l. obseruandum de off. præsid.* ¶ Bononienses solent se recommendare, vt fiat fauor verbalis, *gl. in l. si vero, §. cum quidā ff. man. in verb. commendare gl. in c. nemo de elec. lib. 6.* Et aliud gerunt in corde, & aliud simulant, *gl. in l. obseruandum ff. de off præs.* ¶ Bononia vnde dicatur, & à quo studij priuilegia habuerit, & quanto tempore post Christi natiuitatē, vide gl. *in Clem. 1. de Magistris. in verb. Bononiensem.* ¶ Bononia est regia ciuitas, *gl. in l. sed & reprobare, §. fin. in fin. ff. de accus. tut.* ¶ Odofredus, *in Auth. Habita C. ne filij pro patre*, dicit, quod tempore Azonis Bononiæ fuerunt decem millia scholarium: & inter Tuschios, & Lombardos orta dissensione, Bononia fuit in periculo: & vt facilius dissensiones, & contentiones in posterum sedarentur, renunciauerunt priuilegio Auth. *Habita. C. ne fil. pro pat.* & in criminalibus submiserunt se iurisdictioni Potestatis. ¶ Archidiaconus Bononiensis præbet gradum Doctoratus auctoritate Apostolica, *gl. fin. in Cle. fin. extra de mag.* ¶ De statuto Bononiensi, (Quod si scholari furtum factum fuerit, quod vicinia tota teneatur ad omnes res ablatas declarandas sacramento scholaris,) vide Bart. *& post eum Ias. in l. si quando C vnde vi.* Quædā quæ seruantur circa electionē Magistratuū Bononiæ, *vide in gl. in §. interim in Auth. de def. ciuit.* 86

De Ca-

C

De Cadaueribus humanis.

1 L. Prætor ait. *3. §. 7. ff. ſepul. viol.* notat & oſtendit, veteres in more habuiſſe poſitum, vt cadauera veſtita ſepelirẽtur: quod vt ſuperſtitioſum repræhẽdit, *l. 14. §. 5. de religioſ. l. vlt. de auro. Lactantius 2. de origine erroris 4.* Ideoq; Gothofr. *ad d. l. 3.* dicit, ſe facilè accedere Rebuffi ſententiæ, negantis executorem teſtamentarium repetere expenſas factas in coëmendis mortuo veſtibus, vt in ijs ſepeliretur. Is tantum excipit ab ea ſuperſtitione Epiſcopos, & presbyteros, quos negat ſine veſtimentis ſepeliendos: quia, inquit ille, veſtes ſacerdotales ſignificant eorum virtutes. *Rebuff. in præfat. tractat. de ſentent. prouiſion: n. 48. 49.* Illud interea notandum eſt: prodignitate defuncti funus fieri: & vnguenta, & odores ad cadauer ſepeliendum, ſi ita ferat mos regionis, emi, *l. 7. §. 3. de in rem verſo. v. l. 113. in fin. de leg. 1.* vbi allegatur autori. Baldi, *citant. ſacr. ſcript.* (*Nudus egreſſus de ventre matris meæ, & nudus reuertor illuc.*)

2 Reipublicæ intereſt, ne cadauera maneãt inſepulta, *titu. ff. de religio. & ſumptibus funerũ, l. ſi quis ſepulchrũ, §. prætor ait & l. ne corpora.* Adeo etiã quòd non auditur creditor appellans, ne corpus debitoris ſepeliatur. quod procedit niſi creditor haberet inſtrumentum, per quod debitor capi poſſet ad omnem inſtantiã creditoris: Quia tunc creditor cum licentia iudicis poteſt ſequeſtrare corpus mortui debitoris, ne ſepeliatur, donec ſit ſibi ſatis factum, *vide tamen Hippoli. de Marſi. in ſingul. ſuo 199. incip. in iure expreſſum, in fin.* Didac. *Couarruuias lib. 2. var. recol. c. 1. n. 10. Maranth. par. 4. diſt. 11. n. 58. Peck. de iur. ſiſtendi c. 5. n. 23. Gram. deciſ. 82.*

3 Et hic cadit quæſtio, an contra cadauer mortui hominis delinquentis ſit aliquid faciendum, *l. 20. in fin. de pœn.* vt quòd ſuſpendatur, vel vt aliquid aliud fiat, *Ange. in l. 1. ff. de publi. iudi. & ibi Imo. & Bal. in l. 1. C. ne ex deli. de ſu. dicit quòd non, allegat Cyn. in l. 2. C. qui teſta. facere poſ. Et ſic dicit Ang.* Caueat autem iudex, quando delinquens moritur proceſſu pendente, quod eius cadauer non ſuſpendatur: aliàs tenetur iniuriarum, *vt l. 1. §. quoties ff. de iniur. dicit tamẽ ibi Imola*: quòd aliquando contrarium ſeruatur in famoſis malefactoribus, & hoc in odium eorum videtur poſſe tolerari, *vt in c. mulier 15. q. 1. & Imo. allegat ea quæ habentur in c. cum ad monaſterium, §. 1. de ſtat. monach. Ang. de maleſi. qui dominus iudex n. 43. verſi. an autem contra cadauer,* & tandem in quibus caſibus, videlicet in crimine læſæ maieſtatis: in crimine hæreſis, & repetundarum: & in alijs, *qui enumerantur in tex. & gl. l. ex iudiciorum, ff. de accuſatio.*

4 Et in caſibus (qui adduntur per bonas rationes à Dd.) mortuum corpus poteſt ſuſpendi: quia ex cauſa licitum eſt ſtatuta & leges tranſgredi, *iuxta nota. in l. qui ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui notant. infa. & Catald. in tract. Syndi. dicit,* quòd eſt in arbitrio iudicis, an corpus mortuum velit facere vt ſuſpendatur, quia illud eſt corpus pœnæ. *& alia bona vide per Ang. de maleſi. in verſ. qui dominus iudex n. 48. verſ. item in quantum. adde ibi per Angelum,* quòd iudex debet conſiderare an crimen ſit atrociſsimum, & an delinquens ſit famoſus latro vel malefactor: quodq́ poſsit quis puniri poſt mortem propter horrendũ crimen, tenuit Anto. *Corſet. in ſingula. ſuis in verbo pœna. 5.* ¶ Et ſic habes, quando & quibus caſibus executio ſit facienda in mortuum corpus, nec ne.

5 Sed interdum ex conceſsione principis ſepeliuntur, aliquando etiam qualitas delicti ſepulturam admittit, vel non, *titu. ff. de cadauer. punito. & ibi in paradit l. VVeſenb. facit mentionem, quibus caſibus deneganda ſit ſepultura, vel non. vide l. obnoxios C. de religios. Speckhan. cent. 1. quæſt. 9. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fi. quæſt. 100. n. Gomeſ. in com. var. reſolut. tom. 3. c. 14. n. 8. Couar. l. 1. reſol c. 1.* ¶ Conſuetudo regionum in hoc maximè eſt ſpectanda, quia denegantur ſepulturæ, vt multis graſſantibus ſint exemplo, *notaui infr. quædam in lit. S. verſ. de ſepultura. vide tamen Bal. in c. 1. §. iniuria, de pac. iuramen. firman. in vſibus feudo. & Petrum de Rauen. poſt ſuum Alphab. in notabilibus infr. notabili incip. quia diſputaui.*

6 Et ad hanc materiam nota, mit was ſtraffen dieſelben ſeind zubeladen/ welche die todten Cörper aus den Gräbern auffgraben/ die Todtẽ an Galgen oder auff Rhädern beſtelen/ oder gantz weg nemen. *per Auguſ. Elec. in Conſt. ſua part. 4. Arti 34. Et notantur quædam in tit. ff. de ſepulchr. viola.* Cadauera punitorum ad anatomen medicis concedi ſolent ex ſola principis, non etiam inferioris authoritate, *Iul.*

Clarus lib. 5. sent. §. vlt. quæst. vlt. Gomez. resol. lib. 3. c. 14. & vlt. VVese. in paratit. de cadauerib. punit. Speckh. cent. 1. q. 8.

7 Debitor moribundus non potest molestari: ac, si creditor hoc facit, amittit tertiã partem bonorum, actionem, & incurrit infamiam. *Fœn. Med. tr. mors omnia. verb. cadauer.* ¶ Sepultura an deneganda affectis vltimo supplicio, *Couarr. var. resol. lib. 2. c. 1. n. 11.* ¶ Iudex ex officio suo potest mandare, vt defuncti corpus exhumetur, vt videat, an vulnera sint lethalia, *Asin. de exec. §. 3. c. 160.*

De Caloribus.

8 Calores hominum, deliberatio refrenat, *§. 1. in fin. in Aut. de Apell.* Calore iracundiæ iuramentum præstitum, vel votũ; non est obligatorium, vel confessio, *gl. in c. ex literis de diuort. de voto est gloss. & Dd. in c. dudum, de conuers. coniug. de iuramento l. 2. C. ad l. Iul. Maiest. l. quicquid calore iracundiæ, ff. de reg. iur. l. vnic. C. si quis imp. male. l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. c. si quis iratus 2. q. 3. l. si non conuicij C. de iniur. Abb. in c. cum venerabilis n. 12. de Except. gl. in c. apud 32. q. 1.* ¶ Calores iuueniles sunt refrenandi, ne cupidini dediti tristẽ exitũ sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium, *l. cum non solum C. de bonis quæ liberis.* ¶ Primi impetus non sunt in potestate nostra, *l. si quis ne dicam rapere C. de Episc. & Cler.*

De Calculo.

9 CAlculus significat rationẽ seu rationis positionem, *l. 1. C. de errore calcul.* ¶ De qua materia per quos, qualiter, & ad quem finem seu effectũ ratio sit reddenda, & qualiter exigatur, quos producat effectus, & vsq; ad quæ tempora possit redargui: notauit D. VVes. *in com. C. ad tit. de erro. calcu. notabo infr. in litera P. versi. de probatione per rationem, dixi aliqua supr. litera A. v. de administ. alien. rerum.*

10 Inutile, & valdè laboriosum est, hominẽ literatum ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare, *c. inut. dist. 8.* ¶ Ratio quomodo reddenda, & quod ad obseruantiã conuentionis de ponendo calculo quis teneatur, *Viuius decis. 400. lib. 2.*

De Calore iudicij.

11 CAlor iudicij est magni effectus, quia facit valere confessionẽ legitimè etiã sine causa factam, quæ aliàs non valet, *l. cum de indebito, §. fi. ff. de probatio*: facit valere testamẽtum sine testibus, quia ad acta publica est descriptum: facit valere taciturnitatẽ in vim stipulationis, assertionem in vim pacti: facit producere actionẽ ex nudo pacto: facit valere mandatum procuratoris, ita, quòd non possit impugnari, *Hipp. de Marsi. in rep. Rub. C. de prob. à n° 81. v. intellige etiam, vsq; ad n. 88. adde vnum menti teuendũ ibi n. 83.* quòd promissio facta in iudicio habet executionẽ paratã, sicut instrumentum Guarantigiatum, *& idem Hipp. in sing. suo 394. incip. calor iudicij.* 12

Et hæc sunt benè notãda propter iudicij autoritatẽ, sic etiã de factis in iudicio quis min' se liberabit iuramẽto. *Arti. 7 lib. 1. Landr.*

Testamentum etiam actis insinuatũ, vel in iudicio coram iudice factũ valet, neq; in eo opus est adhibere alios testes, quia in iudicio semper præsumitur multitudo testiũ. *Schurff. in cons. suo 78. per tot. cent. 1. Adde Petr. de Rauen. in Aureo suo Alph. lit. N. vers. nudũ pactũ.* 13

De Calumnijs & calumniatoribus.

CAlumniator est qui falsa crimina scienter intendit, *l. 1. in prin. ff. ad Turp. & facit ad hoc l. Athletæ, §. calum. ff. de his qui not. infa. gl. in proœm. Inst. §. vt vtrumq;.* ¶ In ordinarijs criminibus punitur similitudine supplicij: in extraordinarijs motu iudicis, *vt nota. in l. si, C. de transac Ang. in d. §. vt vtrumq; in proœm. & facit gl. in d. §. in verbis, per legitimos tramites.* 14

In casibus in quibus ex officio iudex possit repellere calumniantẽ, vide Hipp. *de Marsi. in pract. sua crimina. §. oportune à n. 76. vsq; ad finem. sunt in pract. benè not. spectat ad locum communem notatum Infr. in lit. M. versi. de malitijs hominum, ibi vide.* ¶ Et de repellendo eum qui vult protrahere iudicium, vide Dec. *in cons. 99. vol. 2. n. 11.* In cauillationibus, iuris subtilitates concernentibus, plerumq; perniciosè erratur, *l. si seruum. §. sequitur ff. de verb. obl. Dec. benè in cons. 109. vol. 2. n. 55.* 15

De Canone vel censu soluendo, & de colono seu censito.

CAnon ab eo est soluẽdus, qui suscepit rẽ in Emphitheusin, secũdũ pactiones vel ex natura istius contractus, etiã non requisitus, *l. 2. C. de iure Emph.* Sed si cessauerit soluere Canonẽ Ecclesiæ per bienniũ, & laico per triennium, cadit à iure Emph. *vt ibidem, (secus est in contractu censuali, quia censualis non soluens censum etiã intra 10. annos non priuatur re censuali: Mynsi. obs. 65 cent. 3. vbi tradit, in re priuati censeri in dubio censiticum, at in re ecclesiæ emphyteuticum contractum.)* ¶ Intelligitur hoc tamẽ non ipso iure, sed saltem si dominus voluerit, *(& hanc voluntatem suam cum Emphyteuta declarauerit: nam nec hæredi nec contra hæredem declaratio ista caducitatis datur. Quod & de Domino & vasallo dicitur)* sed quòd tamen Dominus rem propria autoritate possit occupare, *Mynsing. in obser. 65. cent. 3. Dec. in consil. 92. vol. 3.* etiamsi offerat se soluturum pœnã appositam. *gl. magna in l. 2. C. de iure Emphy.* Item etiamsi aliquid & non totũ Canonem soluerit *Dec. in d. cons. 92. vol. 3. n. 8.* 16

Sed

17 Sed cessatio solutionis Canonis patris, an & quando præiudicet filijs, (*si rem recepit in emphyteusin pro filijs vt filijs, non soluendo ijs non præiudicat: secus, si pro filijs vt hæredibus,*) notauit idem Mynsinge. *quid conclusum in Camera, obseru. 66. centu. 3. & ibidem in obseru. 97. cent. eius. idem Myns. in 4. Respo. deca. primæ Responsorum suorum nu. 24.* Die Sächsische Churfürstliche Cōstitution weiset diese Sache/ quando Emphyteuta debet priuari, propter non solutũ Canonem, zu ordentlichem Rechte vnd Vberwindung/ *Arti. 38. parte 2.* ¶ Solutionem autem Canonis probet Emphyteuta. *Vt l. 1. C. de prob.* quod faciet per testes, instrumenta, per cōfessiones, vel alio modo legitimo, *Decian. in cons. 92. volu. 3. num. 7. Et de quibus probationum modis notaui infr. litera P.*

18 Sed qui tribus proximis annis soluerit, præsumitur retrò soluisse semper, *gl. est in l. 2. C. de iu. Emphy. allegat. l. pe. C. de apochis pub. lib. 10. Bal. in d. l. 2. in 4. col. vers. sed qualit.* ¶ Imò solutio extranei prodest vero Emphyteutæ, quò minus res ceciderit in commissum. *Myns. in 4. Responso. deca. 1. n. 17. 18. & in seq.* ¶ Sed quòd possit dici Canonẽ esse solutũ, intelligitur si sit solutus per probã & non per reprobã pecuniam: & quia fortè pecunia soluta est restituta. istis enim casib. non potest gloriari solutionem esse factam, *Decia. in d. cons. 92. vol. 3. num. 11. & sequen.*

19 Propter sterilitatem autẽ fit remissio Canonis, *ext. de locato.* (*Quæstionem hanc eleganter & prolixè tract. Panschmannus in tract. suo de locat. & conduct. q. 2. f. 15.*) fallit, 1. ¶ Quando damnũ passus est modicum, *l. ex conducto. §. sed & si habes. ff. locati.* Æquo enim animo modicũ damnum ferre debet colonus, *tex. l. si merces, §. vis maior. ff. eo.* ¶ 2. Fallit, quando sterilitas, vel casus fuerit solitus, quia propter insolitũ tantum. fit remissio, *l. ex conducto, §. si vis tẽpestatis ff. eo.* ¶ 3. Fallit, nisi potuerit resistere, & sic sine sua culpa, vitia ex ipsa re oriãtur. hoc enim casu non fit remissio, *d. l. ex conducto, §. si vis tempestatis in fi. tex. & gloss. c. propter sterilitatem de locato.* ¶ 4. Nisi vbertas præcedentis anni, vel sequentis possit compensari sterilitati. *gloss. d. c. propter sterilitatem l. licet, C. de loca. & l. si vno, ff. eo.* ¶ 5. Nisi aliter sit actum inter locatorem & conductorẽ, *l. licet C. de locato.* Semper enim in stipulationibus id obseruamus quod actum est, *l. semper in stipulat. ff. de reg. iur.* ¶ 6. Fallit, nisi mos regionis aliud postulabat, *d. l. licet, C. de loca.* quia quando nihil est actum, recurrendũ est ad id, quod in regione frequentatur, vbi cōtractus est factus. Vel inuestigetur de consuetudine contrahẽtium: si n. clariora fuerint adminicula in cōsuetudine speciali cōtrahentiũ, quàm in more patriæ, non negat, quin illa inspiciatur, Vlpian. *in l. hæredes palá in fi. ff. qui testa. face. pos. Oldend. in explic. antin. iuris antiqui ad regul. Semper in stipul, ff. de reg. iur.* 20 ¶ Sterilitas autem quid sit, *vide gloss. in c. propter steril. ext. de locato & l. licet, C. eo. adde, quæ de steril. notau. Hipp. de Mars. in sing. suo 58. incip. tu scis, & notaui infrá lit. S. vers. de sterilit.* ¶ Will ein Herr seinen Zinßman von seinem Gut weisen/ der zu dem Gute nicht geborn/ sondern es gemietet hat: dasselbige soll er jhm verkündigen zu Liechtmeß/ *Arti. 29. lib. 2. Landrecht.* Et alia de censu soluendo ab hærede præmortui censiti, *vide ibidem.*

21 Solui debet census annuatim, ita tamen, vt in ædibus censitorum à domino sententialiter postuletur, sic in mora cōstitutus duplicabitur, dann der Mann ist nicht schüldig seinen Zins ausser seinem Haus zugeben / *tex. Arti. 54. lib. 1. Landrecht.* ¶ Secus de iure communi Emphyt. tenetur, pro Canone soluendo de consuetudine, ire ad domum domini, si vterq; est eiusdem fori, *Panor. in c. signific. de pign. Bart. in l. item illa, ff. de const. pec.* spectatur consuetudo, *add. lat. lit. C. ad d. Art. 54.* puta patriæ vel soluentis, & recipientis. Et standum est conuentioni, *l. semper in stipulat. ff. de re. iuris.* ¶ De remissione pensionis in multis casibus, vide *ea quæ eleganter tradidit cum 9. limitatio. Gayl. in obserua. 23. lib. 2.*

Caput.

CAput principalior, & nobilior pars hominis, *l. 44. cũ in diuersis ff. de relig. & sumpt. fun. vid. Cuiac. 21. obs. c. 4. Schneid. ad §. vlt. n. 8. I. de iur. nat. gent. & ciu.*

De Captura.

22 IVdex licet sine indicijs nō possit aliquem ponere ad torturam, aliàs punitur, *vt l. fi. ff. de quæstio.* tamen iudex sine indicijs potest capi facere, *ita eleganter dixit Bal. in l. etsi certus, ff. ad Silleia, & in l. 2. C. de his qui latro. Et ideo dixit Salice. in l. nullus, C de exhibe. & transmit. reis.* quod in maleficijs iudex statim potest capere malefactorem, præhabita aliquali informatione. Et ista procedunt in criminalib. secus autem in ciuilibus: quia in illis nō est incipiendum à captura, aliàs possit agi actione iniuriarum, *de quo Alex. de Imo. in cons. 17. incip. requisitus in causa. in pe. col. in 1. vol. Hippo. de Mars. in sing. suo 93. incip. iudex licet.*

23 Secus autem quando periculũ est in mora, vel quando tempore res est peritura, tum enim conceditur hæc & alia, quomodo ad capturã in criminalibus & ciuilib⁹ sit procedendum, notat Hipp. *de Marsi. in pract. sua crim. §. constante in princ. cu seq. & vide Ang. de malef. in §. quod fama pub. præced. n. 4. vers. aduertendũ autẽ.* (¶ *Nota singulariter, valere statutum vel consuetudinem ne ciuis alium vulnerans capiatur ante mortem vulnerati Henning. Goed. consil. 2. de iur. civit. n. 15. v. 5. secus est in criminalib. vbi explicat regulam, neminem extrahendum de suá domo, habere locum in ciuilibus, non autem in criminalibus.*)

24 Et quod iudex non possit regulariter pro-

cedere ad capturā personæ, vel ad aliud, nisi ipsi constet de delicto, dicit idē Hipp. *in pract. sua crimini. § princ. n. 5. vide in const. crim. Car. 5. in Art. 6. ibi, de captura ex mero officio. & Arti. 9.* de captura ad instantiā alicuius accusatoris, debet indicare sufficientes suspiciones, quæ pœnam criminalem importare possint.

Notandum est, quòd cuilibet iudici tamen competenti, licet capere malefactorē. Vnde Clericus non potest capi à iudice Laico, nisi de licentia sui ordinarij Ecclesiastici, vel nisi in flagranti crimine reperiatur: quia tunc potest capi per laicum, vt ducatur ad iudicem Ecclesiasticum, *ita dicit Inno. in c. vt famæ. de senten. excom. notat Floria. in l. 4. ff. ad l. Aquilia.*

25 Si Clericus capiatur vel inquiratur à iudice laico: an possit petere se remitti ad iudicem Ecclesiasticum, si non est in habitu & tonsura, vide Bal. *in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cleric.* (*Eius allegationi iudex credere non tenetur, nisi probauerit per instrumenta Clericatus, aut nisi Episcopus interloquatur eum esse clericum.*) ¶ Facit ampliatio, quòd non tantùm officiali licitum est capere Clericum delinquentem: Imò etiam laico priuatæ personæ, vt ad suum iudicem ducat, *vt nota. per Barto. in l. si quis in seruitute ff. de furtis: facit l. 1. C. de Rap. Virgi. & hoc etiam voluit Bal. in d. l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cler.* ¶ Secundo casu licitum est cuilibet capere malefactorem, in casu quando aufugit, *arg. l. ait prætor, §. si debitorem meum, ff. quæ in frau. credito. & gloss. vbi est text. quod debitor laicus fugiens possit propria autoritate capi, si non possit haberi copia iudicis.*

26 An autem Clericum debitorem fugientem licitum sit creditori capere, vide Abba. (*qui respondit, quod sic.*) & Moder. *in c. cum non ab homine, extra de iudiciis.* Et an possit capi per iudicem secularem: quomodo autem puniatur is, qui sic ipsum Clericum capi fecit notat Ioan. *de Ana. in sing. 86. incip. habebam.* ¶ Tertio casu quando quis est repertus in flagranti crimine, tunc quilibet habet mandatum à lege de capiendo quemlibet malefactorem. *Vt l. Raptores, C. de Episc. & Cleric. & l. capite quinto, ff. de adulte. ita dicit Bal. in l. si C. de requirend. Reis.*

27 Sed aduertas, quòd priuatus nōn potest retinere captum, nisi per 20. horas, sed infrà tale tempus ipsum iudici præsentet, *vt no. gloss. & Bar. in d. l. capite quinto, ff. de adult.* aliàs incideret in priuatum carcerem, & capite esset puniendus. *Vt in l. 1. C. de priua. carceri. Angel. de malefi. in §. quod fama pub. præcede num. 65. vers. nonò nota. & ibi in addi. lit. A. vide* an Clericus deprehensus possit per laicum puniri.

8 Circa capturam autem iudex habeat rationem, ad qualitates causæ & personæ capiendæ, vel captæ, *l. 1. & l. Diuus pius, ff. de cus. Reo. l. nullus & ibi gloss. C. de exhiben. & transmit. Reis.* ¶ Captus & existens in manibus familiæ, etiam bannitus, quòd non possit impunitè occidi, notat Angel. *de Malefi. in §. quod fama pub. præcede. nu. 58. vers. tertiò quæritur.* 29

Malefactor an vbilibet, & sic in Ecclesia etiam capi possit, dicit idem Angel. (*quod sic in delictis atrocioribus de iure ciuili, præcedente tamen Episcopi licentia, vt extrahi possit: Secus de iure Canonico, nisi in ipsâ Ecclesiâ aut cœmiterio homicidium fecisset.*) de Maleficijs in d. §. quod fama publica, num. 59. *vers. quartò quæritur. & ibi vide pulcherrimas additio. sub litera A. & B. & Augusti.* ¶ Et an capi quis possit, non obstante saluo conducto, (*Non posse tradit, si saluus conductus prævia causæ cognitione datus sit, quia etiā hosti fides seruanda: non autem si ex abrupto, quia ius reipublicæ remittere iudex non potuit.*) vide eundem Ange. *in d. §. quod fama publica num. 60. versi. quintò quæritur & ibidem Augusti.* ¶ Et in alio territorio an quis possit capi à iudice, quem fecit prosequi in suo territorio: idē Angel. *de malefi. in d. §. num. 62. versi.* (*tradit, quod non possit capi.*) *Sextò quæritur.* ¶ Stante statuto quòd villa teneatur capere malefactorem, & non facit: an (*si potuit capere, tenetur: alias si ob potentiam delinquentis, vel quia is in confinibus deliquit & aufugit, non cepit, non tenetur.*) & quomodo (*imponitur pro modo facultatum cuiusq; collecta.*) teneatur? Angel. *in d. §. quod fama num. 68. versi. duodecimò circa prædicta. vide cons. 102. Barto. incip. charissimè domine.* 30

Captus quatenus & quando fideiussoribus sit relaxandus, & non carcerandus, vide eundem Angel. *d. § quod fama publica præcedere vers. decimò quæro, cum sequenti num. 66. & 67. & ibidem sunt additiones. Et in vers. pro quibus & quolibet Antonius fideiussit, num. 11.* sed relaxandus est pro qualitate criminis, conditione, & innocentia incarcerati, *l. 1. ff. de custod. & exhibit. reor. & ibi Bart. VVesenbecius in paratit. ff. d. tit. de custod. reor. Hippol. de Marsil. in prac. crim. in §. attingam in princ. Grillandus in tract. de relax. carcera. cap. de fideiuss. reorum. Iul. Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 47. num. 7. & in seqq. Marant. in 6. par. ord. sui iudic. cap. 8. de satisdatione, num. 10.* 31

Capienti an iudex possit præmium statuere, an consequatur & vnde sit soluendū, (*ex bonis delinquentis, aut ijs deficientibus ex offensi bonis, vel denique ex fisco.*) idem Angel. *in d. §. n. 72. vers. tertio decimo quæro, cum sequentibus.* ¶ Et tandem capturæ materiam vide plenissimè apud. Hippo. *de Marsi. in practica crim. d. §. attingam per totum.*

Eximens captum quomodo puniatur, *Viuius lib. 1. decis. 92.* Citatio ad informandum expediri nequit, nisi priùs cœperit de delicto cōstare: & de pœna iudicis capientis 32

inno-

innocentem, & non capientis nocentem, *Viuius lib. 1. decis. 121.* ¶ Statutum valet de pignorando, capiẽdo, vel detinendo debitore etiam in persona, & rebus: & quidem propria authoritate creditoris, nec interueniente requisitione iudicis, *Coler. de processs. execut. p. 7. c. 3. n. 46. fol. 102.* ¶ De captura vide multa in *dec. 1. Caualc. circa iudicia*, vbi decisio, quod captura nulliter facta ex defectu iurisdictionis, & litis pendentia, debet reuocari, *et Marsil. de bannit. verb. capti.* ¶ Statutũ quod Decuriones non possint capi, & aliquo modo grauari durante officio, nõ prohibet eos grauari realiter in bonis, *Caualc. dec. 5. circ. iud.* Liber homo quando possit detineri, *Capra. reg. 75.* ¶ Captura ab incompetente iudice est nulla, *Thes. decis. 220.*

De Carceribus & carceratis.

33 Carcer dicitur quoties quis non potest exire de loco pro libitu voluntatis. Vnde potest assignari pro carcere totum palatium Potestatis, vel tota ciuitas. ¶ Si autem ponuntur custodes, tunc dicitur esse in vinculis, *vt l. succurritur, ff. quibus ex causis maio. ita dicit Angel. in l. qui in carcerem, ff. quod metus causa.* ¶ Et quid dicatur Carcer, vel quis dicatur carceratus, *adde quod habetur in l. verum & in l. vinculorum, ff. de verb. signi. facit quod voluit Bart. in l. 2. C. de exhibendis Reis.* vbi vult, quòd omnis locus assignatus alicui pro carcere, sit carcer. *facit l. Titio, §. 1. ff. de condit. & demon. Angel. de malefi. in §. qui iudex d. Caium, num. 14. & 16. Augusti. ad dictum Angel. §. quòd fama publica num. 87. versi. tu autem in hac materia,* ibidem *in d. §. num. 84.* vide Angelũ & Augusti. quotuplex sit carcer: & faciunt ibidem quatuor carceris species, de quibus vide (*Est carcer pœnæ perpetuæ, est modicæ coercitionis, est custodiæ, est deniq; carcer priuatus.*) & ibi videbis quis dicatur carceratus, & ista materia tibi deseruiet ad multa.

34 Inuentus autem est carcer regulariter ad custodiam, non autem ad pœnam: *l. 8. §. 9. ff. de pœnis.* hoc verum, quando carcer nõ habet in se aliquod aliud accidens, *vt est in casu notato pulchrè per Barto. in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstionib. & Bal. in Authen si captiui, C. de Epis. & Cler. Vide Abba. in c. quamuis, de pœnis in 6. Car. 5. Constitu. crimina Arti. 11. wil das die Gefengnissen zu behaltung, vnd nicht zu gefehrlicher peinigung sollen gemacht vnd angerichtet werden.*

35 Quis sit incarcerandus, & in quibus casibus, seu in quibus causis, vide Angel. *de malefic. in §. qui iudex dictum Caium in prin.* (*In omni causa criminali, qui fideiussorem dare non potest, incarcerandus est.*) ¶ Quis possit ad perpetuos carceres damnare, (*iudex tantum Ecclesiasticus, non secularis, nisi id statutum permittat: sed & iudex Ecclesiasticus, non nisi clericos ad carceres perpetuos damnare potest. Angel. in d. tract malefic. vers. quod fama publica num. 84. & ibi in addit. litera C. verbor. perpetui carceris. Geyl. in obseru. pract. 26. num. 7. & 8.*) & ad perpetuum carcerem damnatus an intelligatur de publico iudicio damnatus, idem Angel. *in d. §. qui iudex dictum Caium, num. 8. & 9.* ¶ Adde: pro quolibet crimine regulariter quis potest incarcerari, etiam in causa ciuili pro debito, si fuerit fugitiuus vel fugam præparauerit, *pro vt notaui suprà in hoc versic. & in versiculo de captura.* (*Extra causam fugæ ex ciuili causa captus, datis fideiussoribus relaxari debet. Geyl. 1. obseru. pract. 26. per tot.*)

Wo aber einer mit dem Richter zu vnrechte in Gefengnus gehalten wird/ die Busse ist tag vnd nacht dreissig Schillinge Pfenninge / 36
notat. Arti. 34. lib. 2. Landrecht. In addi. latina litera A. eiusdem articuli: nota. ¶ Et si aliquis percussus, simul captus atq; incarceratus fuerit, datur ei dimidia pars vnius VVergeldi. ¶ Carceratus an possit (*potest, modò non cum eo contrahat, eumve hæredem instituat qui eum incarcerauit: aut ex tali causa captus sit, quæ ei liberam bonorũ administrationem adimat.*) contrahere, testari vel confiteri, notat Angel. *de malefic in §. qui iudex dictum Caium nu. 15. versi. an autem carceratus. Notauit Hippo. de Marsi. in pract. sua crimi. §. attingam nume. 22. & vlterius & ibi vide quatenus carceribus relaxatus quis videatur.*

Alienatio à carcerato facta an valeat, *vide quæ notaui suprà in litera A. versi. de alienatione à carcerato facta.* ¶ Quæstio est: soluens condemnationem pro aliquo carcerato, an dicatur in dubio soluere animo donandi, vel possit repetere? dic quòd potest repetere, *vt notat Bal. in l. quamuis cum l. sequen. ff. solut. matrimo.* licet in piam causam dicatur soluere. 37

Vnde executor datus ad aliquid in piam causam exequendi, potest soluere condemnationem pro carcerato, etiam pro maleficijs: & dicitur soluere in piam causam, *Bal. in d. l. quamuis, ff. solu. matri. Angel. de maleficijs in d. §. qui iudex dictum Caium num. 11. versi. quid si quis soluit.* Plato de LL. 10. carceris tres species facit, custodiæ, correctionis, & supplicij, *vide Petr. Gregor. 31. syntag. 33.* Nemo ad perpetuos carceres damnandus est, *l. 8. §. solent. ff. de pœn. l. 35. ibid. l. 6. C. eod.* quod tamen prius licuit, *l. capitolium 28. §. in exulibus 11. ff. de pœnis.* & hodie per Canon. admittitur, *§. quamuis de pœn. in 6. VVesenb. in paratit. de pœn. n. 7. Gothefr. ad l 8. §. 9. ff. de pœn.* 38

Et tandem materiam carceratorum, vide plenissimè tractari apud Hippo. *de Marsil. in pract. sua crimina. §. attingam, per totum num. 65. 66. & 67.* in specie tractat quibus casibus mulier pro debito possit incarcerari, 39

(*In pu-*

(*In causa tutelæ ex sententia Bart. quam Hipp. reprobat. 2. In meretrice, nisi nupta esset.*) & in sequentibus ibi de carcerum effractoribus Barto. *in tractatu suo de carceribus. Angel. de malefi. in §. quod fama publica præcede. num. 79. vers. tene menti, cum multis sequen. & in §. qui iudex dictum Caium: per totum.*

40 De citatione & comparitione incarcerati consuluit VVesenbe. *in consi. 97. parte 2.* dicẽs quòd se possit defendere ex vinculis per procuratorem, secus si absens esset. Incarcerati habentur pro miserabilibus personis, (*idem tradit Geyl. 1. obs. pract. 78. n. 3. est n. carcer species seruitutis, idẽ Geyl. 1. obs. pract. 133. n. 9.*) & causa eorum est summaria, *in d. consi. num. 12. & 13.* ¶ Iudex ex officio incarceratum visitare & illi necessaria curare obligatus est: & prohibere non debet accessum eorum, qui ipsum defendere & consolari volunt: si tamen fiat sine fraude, *num. 14. & 15.*

41 Et tandem de incarceratione in causa ciuili (puta creditor vult capi & carcerari facere debitorem suum) de quibus iudici fidem faciat, & quid creditori incumbat vide Hippo. *de Marsi. in singul. suo 282. incip. creditor & vide ea quæ notauit D. Schneide. in titu. Institu. de actio. §. si quis agens vers. sed hæc quidem n. 4. & 5.*

42 Et tandem nota: quòd arbitrio iudicis committitur, qualiter reus custodiatur: qui bene considerare debet criminis qualitatẽ, personæ conditionem, & illius innocentiam vel culpam. *Grillandus in tractatu suo de relaxatione carcerato. in materia de fideiussoribus reo. c. 2. incip. iuxta prædicta: est tex. in l. 1. ff. de custo. reo.* ¶ De pœna eorum qui non redemerunt parentes vel cognatos, *vide Authen. si Clerici C. de Episc. & Cleri.* Longa incarceratio mitigat pœnam, *Marant. part. 6. n. 101. per gl. in l. si diutinc. ff de pœnis.*

43 Vide plura *in Marsil. verb. carcerati & Asin. de exec. §. 2. c. 1. 2 & seqq.* De carceribus publ. & priuatis P. Greg. *in Syntag. lib. 91. c. 2. & plura de carceribus Petr. Greg. de Repub. lib. 20. c. 7.* ¶ Carceratus dicitur, qui nõ potest ire, quò vult, *Asin. de exec. §. 2. c. 19. n. 6.* hinc nec liber dicitur, qui ex carcere ducitur, circumstipatus ne possit ire quò vult. Carcer quando sit pœna, quando custodia, *Geyl. lib. 1. n. c. 31. 32. 33. 34.* ¶ Qualitas custodiæ, & vinculorum carceratorum quæ, *Menoch. lib. 2. cent. 3. cap. 305. Asin. de exec. §. 2. in pr.*

44 De pœna carceris perpetui, & temperalis, P. *Greg. Tholos. lib. 31. c. 33. in Syntag. iur. ibid. de carceribus plura.* Carcer quid, *Coler. p. 1. c. 6. n. 5.* ibid. de carceratione plura passim: quòd captura sit citatio realis, & species iurisdictionis, *n. 11.* carcerationis pactum infringit libertatem, *n. 28.* & est instar seruitutis, quæ æquiparatur mortalitati, *n. 29. & seq.* & personæ detentio, maioris est ignominiæ quàm captura rerum *n. 31.* & carceratio species est torturæ, ita vt mortuus in carcere dicatur mortuus in cruciatu, *n. 32. ibid. ratio. & vide. n. 72. vbi declara. & n. 79. & seqq. & Asin. in hanc sent. §. 2. c. 15.*

Die feriato inducto in vtilitatem hominum, item in honorem DEI, non potest quis carcerari, *Seb. Medic. de conseru. poss. gl. 2. p. 1. n. 380. vbi lim. 5.* ¶ Carcerationem rei, quæ indicia debeant præcedere, *Iacob. Nouell. tr. causs. crim. fol. mihi 22. n. 23. & mult. seqq.* ¶ Captura personæ non retractatur, etiamsi non ritè facta sit, quando esset de nouo facienda. *Seraph. priuil. 139. Asin. de exec. §. c. 17.* An iuste, vel iniustè captus possit à carceribus absque reatu criminis, & peccato aufugere, *Couarr. var. resol. lib. 1. c. 2. to. 2. n. 7.* Et an dimissus ex carcere præstito iuramento de redeundo, cogatur redire, *ibid. Seraph. priuil. 132.* ¶ Martyr, quamuis licitè, cum fugere possit, in carceribus manere possit: nunquam tamen ei licet seipsum occidere. *Couarr. d. c. 2. n. 9.* 45

Debitor principalis non est incarcerandus, quando fideiussor est soluendo. *Aluarus Valesc. consult. 13. n. 1.* ¶ Carceratus iniustè, & postmodum relaxatus, cum pacto de redeundo: non tenetur aliter redire, etiamsi iurasset, *Viuius lib. 1. decis. 123.* ¶ Qui diu stetit in carcere, mitius punitur, quia carcer est pars pœnæ: & quando liceat fugere à carcere, *Viuius decis. 201. lib. 2.* ¶ Præuentio quomodo sit facienda ad impediendam liquidationem instrumenti, & carcerationem debitoris, *Viuius dec. 204. lib. 2.* ¶ Incarceratus pro debito fiscali: retineri potest, pro debito priuati, *Guido Papæ dec. 61. n. 3.* De carcerati contractu vide, *Afflictum decis. 149.* ¶ Carcer est quidam cruciatus corporis: & latâ significatione compræhendit tormentum, *Denais in disput. de iu. mori nupt.* 46

De Carceratorum relaxatione & liberatione.

DOminus Paulus Grillandus in tract. suo de relaxatione carceratorum, enumerat & declarat species relaxationis. 47

1. Et primò dicit, quòd fiat per pœnæ vel sententiæ executionem: & ibi vide benè & ordinatè executionis materiam tractatam. Docet enim quid sit executio pœnæ, quæ simul & in quibus criminibus infligi possit: & quare executio publicè debeat fieri: de perpetuis carceribus vtendis vel nõ. & de carcere quòd sit ad custodiam & non ad pœnã inuentus, docuit Grill. *in prima quæst. sui tractat.*

In sequentibus quæstionibus, de sententiæ & pœnæ executione, vide quando executio sit facienda, & quando condemnati audiatur appellatio & defensio. ¶ Si quis pœnam pecuniariã soluere nõ valet, an executio possit fieri in bonis vxoris, vel patris, vide, 48

pauper-

paupertas non excusat à pœna: quia qui non habet in ære, luat in corpore, *ita dicit tex. in l. 1. in fi. ff de pœnis.* De executione fienda in mutilatione membri, notat *quæstione 4.*

49 Iudex Ecclesiasticus quatenus possit ferre sententiam, & exequi pœnam sanguinis: & qua causa ex rationabili, iudex possit pœnas à lege statutas augere, minuere, vel mutare: notat & dicit Grillan. *in 5. & 6. quæstio. De sententia executione.*

50 2. Secundò fit carceris relaxatio beneficio & indulgentia principis: per verba, indulgemus, restituimus, vel facimus tibi gratiã. An autem ad vitam, famam & ad bona censeatur restitutus, & intelligatur sibi facta gratia: & de extensione, seu restrictione gratiæ, beneficij, & restitutionis principis: vide Grillan. *in materia de beneficio & indulgentia principis per 6. quæstiones.*

51 3. Tertiò, fit absolutione innocentis. Iudex debet quàm primũ absoluere, quando sibi constat de innocentia incarcerati, *l. 1. in prin. & l. fin. C. de custo. reo. & ibi per quæstiones. vide Grillandum, quomodo, & per quos testes possit constare iudici de innocentia, in tertia quæstione. In quæstione 5. & 6. vide* quando plures aggrediuntur, & vnus tantùm ferit & occidit, quid iuris de astantibus. ¶ Et quid iuris quando plures fuerunt in conflictu, & nescitur, cuius ictu quis perierit: & quando duo se inuicem aggressi sunt, quis in dubio præsumatur primam fecisse aggressuram, *quæstione sexta: per Barto. in l. 1. §. cùm arietes, ff. si quadru. pau. fe. dicatur. per Alex. ibidem in apostilla.* In 7. quæstione dicit de auxiliatorib. & consocijs maleficij, an puniantur, vel vt innocentes dimittantur: vide.

52 4. Quartò dicit Grillandus, compositione pœnarum fieri carceris relaxationem. ¶ Compositio autem quid fit, quæ dicatur, qualiter fiat, ex quibus causis possit fieri, quando possit fieri, (lite videlicet pendente.) pecuniæ, quæ pro compositione soluuntur, cui debeant applicari, (regulariter fisco, *l. senatus. §. quis delatorem, ff. de iure fisc.* de iure Canonico applicantur Ecclesiæ vel distribuuntur inter pauperes. Quæ soluitur pro transactione priuata, applicatur parti, *l. transigere, C. de transact.*) est in fi. primæ quæstionis, vbi dicuntur quædã de abolitione. ¶ Cum quibus personis possit fieri compositio, notat *quæstio secunda:* in quibus casibus, & super quibus criminibus vel non, possit fieri compositio, declarat *in quæst. 3.* ¶ Per compositionem an reus dicatur fateri delictum & an sibi irroget infamiam, *quæstio. 4.* ¶ De compositione cum fisco sine partis consensu facta, an valeat nota *in quæstio. 5.* ¶ Super crimine autem composito & abolito, an nouis indicijs superuenientib. possit de nouo inquiri: *vide quæst. 6.*

5. Quintò relaxantur per fideiussorum dationes. ¶ Sed pro quibus delictis possint præstari fideiussores, & in quibus terminis delictorũ: à quibus etiam personis possint recipi, & carceribus liberari, dicit Grilla. *in quæstio. 1. de fideiusso. reorum. Clarus in practica crimi. §. fina. quæst. 46. n. 7. & in sequen. notaui remissiuè per plures suprà in versic. de captura.* 53

¶ Nota, in causa pecuniaria quando quis condemnatur: non debet detineri personaliter in carcere, quando vult idoneè cauere: aliàs tenetur iudex iniur. *Ioan. de Anan. in sing. suo 92. incip. habeo. Imò Geylius in obserua. 78. lib. 1. vult quòd carcerati relaxentur ad mandatum, etiam iuris ordine non seruato.*

6. Sextò fit relaxatio carceris per fugam incarcerati. ¶ Sed fuga ante incarcerationem an faciat criminis probationem, vide Grillan. *in hac materia de fuga carcerati vsque ad num. 7. & ibi incipit tractare de fuga facta fractis carceribus cum conspiratione: cuius fuga facit plenam probationem, dicit & aliquas addit limitationes. Et ibi num. 12. incipit tractare de eo, qui aufugit ex carcere: & dicit, quòd plenam faciat contra fugientem probationem: vide ampliationes & limitationes.* ¶ Latitans & non prodiens in publicum, quòd non dicatur fugere, *dicit nu. 17.* & sic habes materiam notatam de carceratorum relaxatione. ¶ Wie auff handelung/Sühne/vnd vrfeihde ein Gefangener seiner Gefengnüs erledigt werde / vnd wie er die zuhalten schüldig sey/ dicunt verba, *gloss. 3. Art. 41. lib. 3. Landrecht.* ¶ Et de relaxandis debitoribus ex ciuili causa captis, vide Geyl. *in obserua. 26. & 78. lib. 1.* 54

Accusator quocunq; nomine censeatur, de calumnia damnatus ad expensas etiam damnari debet, *prout expressè notat & tenet Barto. in l. 1. in prin. in fi. commen. ff. ad Turpillia: qui concludit,* quòd in omnibus causis criminalibus: siue processum fuerit per accusationem, siue per inquisitionem, vel quouis alio modo: fieri debet parte petente condemnatio expensarum, sicut in causis ciuilibus, *de quibus dicit esse casum in l. fi. secundùm vnam lecturam, C. de fruct. & liti. expen. de quibus ibi latius vide per Barto. in d. l. 1. in prin. probat tex. in l. 3. C. qui accusa. non possunt in fi.* 55

Et iudex maleficiorum, super expensis tanquã super incidenti, potest bene cognoscere, *l. interdum. §. qui furem, ff. de furtis, & ibi Barto. in l. si postulauerit. §. fi. ff. de adulte. gloss. magna in fi. in c. cùm oporteat: de accusa.* ¶ Et nota: absolutus à crimine vt possit obtinere sententiã in causa expensarum: oportet vt probetur calũnia accusatoris: qua probata iudex poterit ex officio suo ipsum punire de calumnia *l. 3. C. qui accus. non poss. & hoc videtur esse de mente Barto. in l. 1. in prin. in vl. quæstio. ff. ad* 56

ff. ad Turpil. dicit Grill. in tractat. suo de relax. carcera. capite de Expensis, damnis, & interesse. ¶ Qui autem dicantur calumniari, & quæ sit calumniantium pœna, *vide dictum Grillan. in cap. de calumniatoribus per totum.*

57 Carceratus non dicitur liberatus, qui ita custoditur, vt non possit recedere, *Seraph. priu. 144. n. 4.* Quando de iure Saxonico, & ciuili carceratus, sub fideiussoribus relaxetur, *Coler. p. 2. c. 3. n. 70. & anteced. & seqq. fol. 470. p. 3. c. 11. n. 94. & seqq. Marsil. de bann. verb. capti. n. 1.* ¶ Captus liberatur præstita satisdatione. *Seb. Medic. de conseru. poss. gl. 2. p. 1. n. 385. fol. 533.* si captus est, vt soluat: non liberatur, nisi soluat, *ibid. & ibid. declara. plurib.* Debitor fugitiuus captus, si non inuenit fideiussores, non admittitur ad iuratoriam cautionem, *Seb. Med. d. lo. n. 387.* ¶ Accusatus de delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis; debet diluere caussam in carceribus, *Capyc. decis. 154.* & si statutũ est, quod accusatus debeat incarcerari: statuto satis factum est, si quis in certo loco palatij, vel alio stat sub fideiussoribus magnarum summarũ, de inde non recedendo: & eò magis si adiungantur ei custodes, nam tum non tantùm carceratus, sed in vinculis dicitur, *Capyc. decis. d. 154. n. 4.*

58 Sub iuratoria cautione semel relaxatus si aufugit, & iterum capiatur, sub iuramento non relaxatur, *Pec. de reg. iur. qui semel malus. num. 3.* Liberatus non datis idoneis fideiussoribus iterum capi potest, vt det idoneos, & his datis an liberati sint primi. *Mars. de bannit. verb. capti. n. 2.* ¶ Iniustè, & non ritè carceratus debet dimitti, *Asin. de execut. §. 2. c. 16.* Imò priuatus potest eum carceribus eximere, *ibid. n. 2.* & iudex absque citatione dimittere potest, *num. 6.* & licitè potest aufugere. *num. 7. limit. ibid.*

Eximens captum pro debito è familiæ manibus, punitur pœna pecuniaria, vltra debitũ & interesse partis: sed eximens condemnatum in causa capitali, vltimo supplicio punitur. *Viuius lib. 1. decis. 92.*

59 Non possunt liberari carcerati, sine licentia iudicis per custodes carcerum eorum pro debito ciuili, accedente consensu creditoris. *Viuius decis. 202. lib. 2.* Fideiussoribus relaxari non potest inquisitus in criminibus in quibus imponitur pœna corporis afflictiua. *Anton. Capyc. decis. 30. n. 2. & decis. 154.* Si iniustè incarceratus dedit fideiussores, vt liberaretur: fideiussoria obligatio non tenet, *Seraph. priuil. 133. n. 2.* ¶ Accusatus de crimine falsi an pendente iudicio possit fideiussoribus commendari, stante statuto, pœnam falsi pecuniariam esse: & quando carcerati datis fideiussoribus vel pignoribus, *Mars. de bannit. verb. capti n. 3.* è vinculis relaxari possint. *Menoch. lib. 2. cent. 4. 303.* & qua pœna plectatur fideiussor, sub cuius fideiussione relaxatus è vinculis carceratus fugiat, *c. 304. Lancell. de off. prætor. in causs. crim. tit. de carcerat. fol. 469. Suartz. in alleg. Coler. p. 2. c. 3. n. 52. & seqq. Gabriel de malefic. concl. 18. Marsil. de bannit. verb. capti.*

Obligatus se præsentare, si aliquo casu potuit comparere, & non comparuit, non excusatur, *Seraph. priuil. 144. n. 1.* ¶ Fugiens è carcere, ratione criminis inculpati pro conuicto habetur: Secus verò, si carceratus indebitè & iuris ordine non seruato, inde aufugiat etiam cum carceris fractione: quo casu non punitur, nec pro confesso habetur, *Viuius decis. 509. lib. 3.* Fugiens è carceribus, si in continenti redeat, non punitur, nec habetur pro confesso, *Thessaur decis. 77. n. 4.* nec confessio delicti oritur, si carceratus ianuis apertis per solium in carcere aufugerit, *ibid. in fin.* 60

Carcer.

Carceratus dicitur omnis, qui liberè & tutò de loco recedere non potest. *Dec. cons. 100. vol. 3. melior. text. in l. 1. C. de cust reor. l. in eadem, & l. succurritur, ff. ex q. caus. maior.* Carcer perpetuus de iure ciuili est prohibitus, *l. incredibile, C. de pœn.* sed de iure Canonico est admissus, *c. quamuu. de pœn. lib. 6. vide Porc. Inst. de seruit. rust. præd. in princ. in gl. 1.* Iuris ciuilis ratio est, Quia carcer non ad puniendum, sed ad custodiendum hominem inuentus est, *l. aut. damnum. §. solent. ff. de pœn.* ¶ An pœna perpetui carceris æquiparetur morti, an damnationi in Metallum, *vide Br. in l. imperium in 3. col. de iurisd. omnium iud. & in l. 2. ff. de publ. iud. & D. Ias. in l. transigere, C. de transact. Abb. in c. cùm non ab homine ext. de iud. vide infr. in verb. Clericus.* ¶ In carcerando fit iniuria, si non admittitur ad fideiussores, *Abb. in c. legebatur num. 1. extra de maior. & obe.* 61

In iure communi pro debito quis incarcerari potest, *vide Br. in l. Titio. §. Titio la. 2. ff. de cond. & demonst.* vbi tractat, an statutum valeat: Quòd homo incarceretur pro debito. & concludit, quòd sic contra Dinum, qui volebat contrarium, ad cuius fundamenta respondet. Pactum, quòd debitor per creditorem incarcerari possit, non valet, *Bart. in l. alia. §. eleganter, ff. sol. matr. D. Ias. in l. non impossibili, ff. de pactis.* Sic etiam non valet pactum, quod debitor bonis cedere non possit: cùm videatur se ad carcerem obligare, quod est contra bonos mores. Hoc tamen fallit interdum, *vt per Soc. in reg. 219.* Et ergo nec iuramento firmaretur, *c. non est obligatoriũ, de reg. iur. lib. 6. vide in simili docto, l. pactum, C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo* 62

modo concepta, ff. de v. oblig. ¶ Hic nota conuentionē non valere, qua inter partes conuenit, debitorem posse personaliter, & realiter conueniri, & capi propria authoritate. Hoc enim non obstante, nec per iudicem nec per creditores capi aut carcerari potest. Tùm quia debitor membrorum suorū Dominus non est: tùm quia partes non possunt facere, quin ordo iudiciarius, & eius solennitas seruetur, *vt notatur in Clem. sæpe, in verb. necessario, de verb. sig. & in c. fin. de re iud. lib. 6. l. 1. C. de exec. rei iud. & gl. ordinaria in c. de causis, de off. del. & in auth. offeratur C. de lit. contest. ita multa allegando concludit Alex. in l. quia tale, §. eleganter, ff. Sol. matr. post Ang. quem allegat in l. conuentiones, ff. de leg. 1.* Quod nota, quia illæ conuentiones in Silesia quotidie fiunt: vnde non valent: vide ad hoc *Alex. in l. sæpè in pr. in 4. col.* vbi concludit: Non valere pactum, per quod quis fideiubendo ad pœnam corporalem se obligat.

63 Soluto debito, vel alio modo satisfacto, si quis esset incarceratus, amicus eius potest illum cum violentia de carcere eripere, *vide Andr. Barb. in add. ad Br. in l. nemo C. de exact. trib. lib. 10.* ¶ Si Rector vel potestas in carcere tenuerit dare fideiussores volentem, vel idoneè cauere, tenetur iniuriarum. Idem si familia daturum fideiussores in carcerem deduceret, *tex. est singularis, & notab. in l. si vero, §. qui pro rei, ff. qui satisd. cog. quem Bar. ibi in 3. not. commendat, vide Abb. in c. legebatur n. 1. de maior. & obed.* ¶ Carcer mulierum segregatus debet esse à carcere virorum, *l. 4. C. de cust. reor.*

64 Rectores possunt aliquem in carceribus detinere, vt manifestet socios, vel mandatores, *Br. per illum tex. in l. ex quibusdam, §. Diuus el. 2. de iure fisci.* ¶ Carcer aliquis est pœnæ, aliquis est custodiæ, est & carcer pœnitentiæ, quo vtuntur Episcopi, *ita singulariter voluit And. Barb. post Ang. in add. ad Br. in l. nemo C. de exact. trib. lib. 10.* ¶ Qui pro debito veniret carcerandus: Cautela est: quòd iudici omnia bona sua vendenda offerat, & si emptor non inuenitur, ipse est excusatus, *ita dicit Soc. se fecisse in practica in l. 2. §. 1. n. 11. ff. si cert. pet.* ¶ An fuga carcerati faciat eum haberi pro confesso, *vide Ias. in l. admonendi col. 68. ff. de iur. iur.* ¶ Qui iubetur stare in domo sua, vel in Camera, vel in ciuitate: carceratus videtur, *vide Landfr. in c. quoniam contra fals. extra de prob. in verb. confessiones.* ¶ Carcerem exire non debet, licet quis posset, *l. si captiuus in fin gloss est in l. succurritur, ex quibus caus. maior:* ¶ Faciens aliquem capi iniustè ad quid teneatur, & qua pœna puniendus in criminali, & ciuili, vide Hipp. *in pract. caus. criminalium, §. constant. n. 3.* ¶ Custodes carceris an teneantur ad debitum creditoribus, si debitor effugit ex carcere, *vide Alex. in Apost. ad Br. in l. cuiusq. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. fin. ff. de custod. reor.* ¶ Promissio in carcere facta regulariter est nulla, nec obligat promittentem, *in spe. Sax. lib. 3. art. 41.*

Frangens carcerem & postea fugiens, 65 punitur pœna mortis, *l. 1. in pr. ff. de effr. & expil. & habetur in l. in eos, ff. de cust. reor. tex. est in l. milites agrum §. eum tamen, ff. de re milit. Br. in tr. de carcer. in 3. col.* ¶ Is verò, qui ostium apertum reperit, & aufugit, mitius punitur, *d. l. 1. de effract. & Bart. vbi supr.* Præmissa vera in iustè carceratis, secus est in iniustè carceratis, & indebitè: quia si talis frangit carceres, & effugit, non cadit in prædictam pœnam, *vide Hipp. de Mars. in pract. caus. crim. §. attingam n. 38. fol. 67. vide ad præmissa D. Abb. in c. à nobis n. 3.* vbi concludit: quòd de iure ciuili, si carceratus frangit carcerem: est pœna capitalis etiam si innocens sit, mitius tamen punitur, si sine fractione per incuriam custodis cepit fugam, *allegat l. 1. & 2. & ibi notata, ff. de effract.* Sed de iure Can. potest ad depositionem procedi, & data incorrigibilitate ad traditionē curiæ secularis, *vide Abb. vbi supr. vid. latiss. D. Ias. in l. admonendi col. 68. ff. de iur. iur.*

Detentus in via, licet non includatur, 66 potest detinentem accusare de priuato carcere, *ita Ang. per illum text. in l. 1. in pr. ibi aut vbicunq. C. de priuat. carc.* ¶ Et statim quando quis capitur, & includitur: committitur delictum priuati carceris, & non requiritur, quòd spatio 20. horarum retineatur. ¶ Qui est in carceribus citari non potest, imò processus est nullus, *Br. in l. quoq. ff. de in ius voc.*

Sunt verba glossæ tertiæ, *Arti. 41. lib. 3. Landr.* Hie sagt er von zwey stücken/ welche ein 67 Gefangener zu Rechte halte sol/ ob er sie hat zugesagt/ Das erste ist ob er hat angelobet sich widerumb einzustellen: welches denn dem Gefangenen selbst also zu gute gesatzt ist/ auff das man jhm desto lieber gleube vnd tag gebe: auch sie sich selber desto fleissiger bemühen mögen/ damit sie sich ledigen können. Darumb weil es jhnen zu frommen geschicht/ billich daß sie es auch halten/ *l. postlimini. §. captiuus ff. de capti. & postlimi. reuers.* Das ander Stück so die Gefangenen halten sollen/ ist die Sühne oder Richtunge/ vnd Vrfheide: dann da man die zwey stücke nicht halten müste/ so würde nimmer kein Krieg gerichtet: vnd solches ist auch vmb der Gefangenen bestes willen also gesetzt/ auff das sie nicht vntrew oder Ehrloß werden/ vnd desto eher jhrer Gefängniß ledig werden: dann die Sühne eine wirckung eines Vrtheils hat/ vnd sol gehalten werden/ sie sey mit rechte/ oder vnrechte geschehen/ *allegatur glossa l. cum te. & l. causas C. de transactio.* vnd ist zuuornehmen/ wo der Gefangene zur vorhandelung der Sühne frey vnd loß

gelassen

gelassen sey/ *l. 1. ff. quod metus causa.* Dann sonsten/ eines jeglichen gefangenen Mannes that vnd Gelübte sol durch Recht nicht stette sein noch gehalten werden/ das er im Gefängniß gethan hat/ *d. Arti. 41. in prin. lib. 3. Landr.*

68 Præsumitur enim timore, & coactus fecisse, vel etiam metu coactionis quod idem est, *Soci. in cons. 263. vers. vlti. adde gloss. 2. c. ex tenore de concess. præben.* ¶ Wie vnd wann einer auch geschworne Gelübte widerumb zu Gefengniß zuhalten/ oder auch vnuerletzt seiner Ehren nicht zuhalten schuldig sey/ *dicit tex. d. Arti. 42. lib. 3. Landrecht*, puta wenn einer were vntrewlicher weise gefangen/ oder zum Gelübte gezwungen/ were er zu halten nicht schuldig/ *elegans est singul. Hippo. de Mars. 177. incip. malitÿs, notaui supr. in litera B. versi. de bello in fi. Et est textus in l. qui carcerem, ff. de eo quod metus causa.* ¶ Ex isto textu videtur inferendum, conuentiones inter carceratos factas non valere: sed est verum quando tendunt in carceratorum, & libertatis eorum præiudicium: secus quando conuentiones factæ sunt pro consequenda eorũ libertate, nam tunc seruandæ sunt, *vt declarat Bald. in Rubr. C. de rescin. vendi. in fine, in vers. item requiritur.*

69 Dicendum clarius, quòd, *d. l. qui in carcerem*, procedat quando conuentiones initæ fuissent cum eo, qui illum captiuum detineret, & ad ipsius vtilitatem: secus si fuerint factæ inter priuatos & inter captiuos pro redemptione ipsorum captiuorum: et sic pacta inter captiuos facta esse seruanda: Imò etiam pro redemptione cum capientibus facta. *Bart. in l. hostes in fine. C. de capti. & postlimi. reuer.* Et ideò si captiuus non seruauerit pacta inita in carceribus cum alio captiuo, quòd pacta non seruans teneatur ad pœnam conuentam, consuluit Decian. *in cons. 102. vol. 3.* Imò pro parte saltem & in totum non seruans, incidit in pœnam sic promissam.

Caput: Capitale.

70 CAput est principale membrum hominis, *l. cum in diuersis, ff. de relig. & sumpt. fun.* ¶ Capitale crimen quinq; modis dicitur, *gloss. in l. transigere C. de transact. vbi latè Ias.* ¶ Vnde cum Lex imponit capitalem pœnam, intelligitur exilium: secus quando vltimum supplicium, quod solùm mortem interpretamur, *l. vltimum supplicium de pœnis, vide infr. in verb. crimen, & in verb. pœna.*

De Casibus fortuitis.

71 CAsus fortuiti sunt: animalium casus, mortesq; quæ sine culpa accidunt, fugæ seruorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, & impetus prædonum, *tex. l. contractus, ff. de reg. iuris.* addit Oldendorpius *in explicatio: antinomi. iuris ant:* ad hanc regu. incursus hostium, piratarnm insidias, naufragia, tempestates, & defectus facultatum, *Vlpian. in l. 2. ff. de admi. re ad ciui. pertinent.* Imò definitur sic: Casus fortuitus est inopinatus euentus, quem nulla hominum cura, vel prouidentia cauere, vel prouidere potest, *secundum Abba. in c. 1. extr. commoda.*

Hinc quæritur, an etiam furtum inter ca- 72
sus fortuitos numeretur? Et respondetur quando factum est sic, quod nulla culpa præcessit, vel possit imputari, *Dd. in l. quæ fortuitis C. de pigno. actio.* ¶ Et similiter quando incendia, lapsus facultatum, mortes animalium, & ruinæ culpa fiunt: non tantam habent commiserationem atq; isti casus, qui sine culpa accidunt, *l. si fortuito, ff. de incen. rui. & naufra.*

Et casus fortuiti à nullo præstantur, *l.* 73
contractus, ff. de reg. iuris: nisi casus fortuiti periculum in se quis susceperit: contractus enim legem ex conuentione accipiunt, *d. l. contractus, ff. de reg. iuris l. negocium gerentes C. de nego. gest.* ¶ 2. Nisi mora interuenerit: quia propter MORAM tenetur quis de omni casu fortuito, *tex. est in l. quæsitum, ff. de præca. in l. si in Asia depositum. §. fi. ff. deposi.* vel nisi fuerit in culpa vel mora nimis se arctando, *not. Hipp. de Marsi. in sing. suo 263. incip. monitus. Allegans tex. & nota Dd. in l. 2. §. quod diximus, ff si quis cautio.* ¶ 3. Fallit ratione æstimationis: quia si fortè res æstimata data fuerit, omne periculum præstandum erit ab eo, qui æstimationem præstaturũ recepit, *l. si vt certo loco, §. commodatum, ff. commoda. l. plerumq; ait. ff. de iu. do.* ¶ 4. Fallit ratione mercedis. Qui enim mercedẽ accepit pro custodia alicuius rei, eius periculum pro custodia præstet, *l. Caius, ff. loca. & in l. 1. ff deposi. Oldendorpius in loco sup. allegato.*

Socius in causa societatis allegans dam-
num per casum fortuitũ datũ, debet casum 74
perditionis probare manifestissimis probationibus, *l. creditor C. de pig. actio.* eodẽ modo quo allegat casum fortuitum, *ita intelligatur l. 2. C. de naufra. lib. 11.* intelligendum per duos vel per tres testes: imò probatur per iuramentũ, quod intellige verum, quando casus fortuitus est excusatiuus à pœna ne in eam incurrat: quia tunc probetur per propriũ iuramentum, quando dicti casus fortuiti est difficilis probatio, *facit l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re milita.* sed si ille casus fortuitus possit faciliter probari, tunc debet plenè probari, *l. 3. §. si ad diem l. qui commeatus, ff. de re milita: vide vlterius Petrum de Vbal. in tractatu suo de duob. fratri: 8. parte principali 13. quæstio. incip. quæro quidam socius, & ibi & sequent. vide*, quatenus & quando damnũ casu fortuito contingens in societate, comuniter debeat imputari, vel vnus solus illud portare: lege & inuenies elegantissima.

Pater

75 Pater, Mater, tutor, vel quilibet rerum alienarum administrator, non tenetur ad earum rerum restitutionem, quæ sine culpa casu fortuito perierunt, *Arti. 11. lib. 1. Landr. vnd der 12. Arti. eo. lib. 1. sagt*, wer seins Guts verlust oder Schaden verursacht/ soll jhn allein tragen/ vnd jhn nicht in die gemeine Theilung bringen/ concordat cum suprà notatis & notandis. ¶ De iure ciuili, casu fortuito quando res data perijt, nihilominus est præstandum propter quod res est data, etiam ab Ecclesia, *Francis. Cremen. in sing. suo 1.*

76 Imò conductor quatenus propter casum fortuitum vel insolitum liberetur à solutione, vel à præstatione mercedis, *vide Arium Pinel. in commentarijs ad l. 2. C. de rescindenda vendi. par. 1. cap. 3. mihi à n. 25. vsq. ad n. 34.* Elegantem tractatum de locat. & cond. edidit Hier. Panschman. ¶ Indiscretè vel casu fortuito interficiens bannitum, non habebit præmium quod interficienti est statutum, *Ante. Corse. in sing. suis in verbo statutum. 3.*

De Castro.

77 CAstrum dicitur quasi casa alta, hoc est locus fortis in quo iurisdictionē competentem defensores ciuitatum non habent, *Bar. in tract. suo de insulis vers. figura ista habet punctum, allegans l. quoq. castrum C. de fin. limi. & c. 3. dis. 80.* Si castrum cum pertinentijs sit comessum: etiam molendina eiusdē sunt concessa: modò fuerunt concedentis, & non alicuius priuati, aut in peculio ipsius castri, aut ciuitatis specialiter, *Rosenthal. de feud. c. 6. quæst. 41. per Dd. ibi allegatos.* ¶ Et quòd regulariter de iure communi castrum non habeat iurisdictionem, sed saltem ex concessione, ex rescripto principis, ex consuetudine, & ex vsu, *notat & dicit Bart. in cons. suo 189. incip. primò quæritur, & in cons. 196. incip. ciuitati Camer.*

78 Castrum autem quando ad alium est translatum, quatenus videantur iurisdictio merum & mixtum imperium, pertinentia vel obuentiones, in casu vbi de illis non est facta mentio, simul translatæ, determinauit & consuluit Henningus Goden. *in consi. suo de præscrip. pign. in 3. quæstion. per totum Bal. in titu. de pace iuramen. firman. c. 1. §. adhoc. colum. 2. in fine & col. 3. in prin. Aluarotus in titu. de capi. qui curiam vendi. in prin. & col. 6. Et in 4. col. quærit concesso castro an videantur concessa molendina in aquis castri.*

79 De possessione castri, & quasi possessione iurisdictionis illius, qualiter, & quibus probetur modis consuluit Decian. *in consil. 35. n. 27. & in seqq. volum. 2. (Quòd nimirum probatâ concessione ciuitatis, videatur probata concessio ipsius castri quod intra eam ciuitatem continetur. deinde, quòd per traditionem clauium castri item per eius custodiam & constitutionem Castellani, aliosq. actus similes, possessio probetur.)* ¶ Facta inuestitura de castro, eius territorio, loco, & hominibus à tali iurisdictione separatis, (*Puto sic legendum locum, vt respondeat facti speciei propositæ Decian. Facta inuestiturá de terrá, territorio, loco & hominibus de palauenorum liberis exemptis, & omni separatis ab omni iurisdictione communitatis Brix.*) cum omnibus suis iuribus & pertinentijs quibuscunq: cum omnibus datijs, intratis, emolumentis & præeminentijs, & pro vt facere posset Dominus inuestiens, saluo iure fidelitatis & cum iure dandi accipitrem: Super ista inuestitura & verbis eius, quòd censeatur concessa omnimoda iurisdictio, merum & mixtum imperium, considerando verba, consuluit quòd sic, Decian. *in cons. 43. vol. 3. à prin. vsq. ad n. 14. & in isto numero addit, quòd inuestitura sit facta ob benè merita familiæ inuestitæ.*

Sed an castrum, primo castro sic concesso subrogatum, habeat & gaudeat ijsdem concessionib. quib. primum castrum gaudebat, respondet quòd sic, Dn. Decian, *in d. cons. 43. volum. 3. à n. 25. inclus.* Per actus contrarios, (*Per aliquot actus contrarios non ab ipso domino iurisdictionis, sed tertio factos, non amittitur priuilegium, quia quamdiu quis tenet locum, videtur etiā tenere iurisdictionem, &c.*) & per non vsum, quatenus saltem iurisdictio, mixtum, merum imperium & gladij potestas amittatur d. Decian. *in d. cons. à n. 26. vsq. ad num. 38.* 80

Et de castrorum ædificatione & eorum refectione, regulariter quòd liceat in suo, dixit per iura Dn. Pet. Duen. *in reg. fall. regul. 32. incip. ædificare cum 7. limitationibus, (Idem Geyl. qui tradit non licere ædificare castrum in finibus imperij, aut vnde multa scandela oriri poßint, aut iuxta ciuitatem aliquam inuita ciuitate, ad eius æmulationem: qualia etiā priuilegia multæ ciuitates Germaniæ habent, ne intra certum ab ijs terminum fortalitia ædificari poßint. Geyl. 2. obs. pract. 69. n. 18. & seqq.) quas ibi videbis.* Quid de iure Saxonico, *vide tex. addi. & gl. Arti. 66. lib. 3. Landr. Wie einer mag von newes eine Burg bawen, oder eine zerstörte oder zerfallene wiederumb auffbawen vnd bessern*, castrum expugnatum debet restitui, *tex. 67. lib. 3. Land.* 81

Item castrum potest quidem princeps belli occupare, custodire, defēdere, & munire tēpore belli: sed cessante bello debet istud castrum restitui. cessante n. eo debet cessare omnis effectus secutus, *ex eo. Bal. per tex. in tit. de pace Con. §. hoc quòd nos vers. cassantur. cons. Decian. in cons. 35. volum. 2. n. 36.* Et castrum autoritate superioris destructum an amittat sua priuilegia: similiter quando Ecclesia, ciuitas vel collegium destruitur, (*si id* 82

fiat propter delictum & ex causa scandali, ne reædificetur, amittere priuilegia sua asserit: secus si à tyranno, aut quia illi aliud castrum in alio loco surregetur, & ædificetur: quia posterius illud omnia prioris priuilegia habet. Sed & si castrum destructū, per restitutionem principis reædificetur, priora priuilegia recipit.) Geylius notat in obserua. 61. lib. 2. obserua. & insequen. obserua. 62. de iurib. (*Castrum habens subditos & ius vniuersitatis, eadem priuilegia, quæ aliæ vniuersitates habet, adeò vt in integrū restitui, & alterius subditos præscribere possit.*) & pertinentijs castro competentibus. (*pertinentiæ castrorum destinatione patrisfamilias constituuntur, vt sunt operæ rusticorum, molendina: deniq; omnia in territorio sita, censentur esse territorij, etiam iurisdictio, quæ solo cohæret, & merum & mixtum imperium.*) ¶ Wie eine Burg vmb enthaltung willen eines Friedebrechers in die Acht vnd Oberacht komme/ wie sie aber dem entgehe/ auch wie beschuldigten Friedbrechers halben sie dessen zubenehmen/ habetur, *Arti. 72. lib. 2. Landrecht.*

83 Castrum si conceditur cum iurisdictione, quando non tantum simplex iurisdictio, sed merum imperium videatur concessum, *Raudens. de analogis. lib. 1. c. 15. n. 136. Menoch. lib. 3. præs. 92.* ¶ Castra, vel villæ vnitæ, si separentur, quorum eorum corcialia diuidi debeant, & separari, à quo, late, *Caualc. decis. 50. alias. p. 2. decis. 4.* ¶ Castrum an possit vel vendicatione vindicari, vel agi confessoria, *Guido. Papæ. dec. 148.* ¶ Natus in castro seu villa, an censeatur illius ciuitatis sub qua est castrum, *Marsil. de bannit. verb. villis. n. 5. ibid.* de damno, in territorio dato, *n. 7. & seqq.* & censetur viuere secundum ll. ciuitatis, *n. 14.* vnde non potest habere consuetudinem contrariam consuetudini ciuitatis, *n. 15.* tenetur ad collectas, *n. 15. ibi plura notabilia.* ¶ Arces munitas in repub. principatu & regno ædificandas, *P. Greg. lib. 2. de Repub. c. 5.* ¶ Castrum an præsumatur à Principe infeudatum, aut donatum, aut custodiæ traditum, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 96.*

84 Castro in feudum dato, donato, vel vendito, quando iurisdictio, & merum & mixtum imperium concessum præsumatur, *præsumpt. 97.*

Castro recognito in feudum à Principe, an præsumatur etiam recognita iurisdictio, & imperium, seu territorium, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 98.*

Feudo castri concesso vel recognito, quando pertinentiæ concessæ & recognitæ præsumantur, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 99.*

Castro, oppido, ciuitati prædia adiacentia; an, & quando præsumantur Principis, & Domini ipsius castri, oppidi, & ciuitatis, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 100.*

Prædia sita in territorio oppidi, vel castri feudalis, quando feudalia præsumantur, *præsumpt. 101.*

De Causis.

Causæ lucratiuæ, dicuntur causæ hæreditatis non damnosæ, fideicommissi, vel 85
inter viuos donationis, acquisitum ex pœna, ex ludo, ex vili precio, & secundum prouerbium, frusto panis comparatum, *D. Oldendorpi. in explicatio. Antino. reg. iuris reg. in eo quod velis, mihi fol. 13.* ¶ No. qui de lucro captando certat, deterioris est conditionis, quàm qui de damno euitando, *l. fina. §. sed si legatarijs C. de iure delibe. Specu. in titu. de confes. §. 3. vers. Vltimò quæritur.* ¶ Lucri cessantis & damni emergentis, (*damni emergentis habetur à tempore moræ in actionibus bonæ fidei. non autem lucri cessantis nisi mercator sit is, qui petat.*) quando habetur ratio, docuit Geyl. *in obserua. 6. lib. 2. obserua. Cam. Impe.* quando propter lucrum perceptum, vel cessans præsumatur dolus in delinquente, vel non, Rolan. à Valle, *cons. 45. lib. 1. num. 28. & insequent.* vbi docet, receptantem gratis res furtiuas, non teneri furti.

Causæ cognitio, est maximæ importantiæ, 86
& non debet omitti, *notat Hippo. de Marsi. in pract. sua crimi. §. nunc videndum, num. 34. vsque ad num. 46.* ¶ In quibus autem casibus requiratur, & quòd omissa causæ cognitione actus reddatur nullus, & quomodo appareat de causæ cognitione, *nota. per eundem, Hippo. de Marsi. in l. qui cædem, ff. ad l. Cor. de sica. num. 18. vsq. ad num. 36. & sunt elegantissima.* ¶ Causæ autem cognitio propter breue tempus, quo actus expeditur, non præsumitur interuenisse; & partibus non vocatis causæ cognitio haberi non potest, *Alex. de Imo in cons. 123. volum. 4. col. 8. vers. prætereà est aduertendum. vide l. iudices, & ibi notata C. de iudicijs.* ¶ Adde quòd nemo priuandus sit sua possessione, etiamsi sit prædo: nisi prius citetur, & interueniat causæ cognitio. *Idem Hippo. de Marsi. in suo sing. 195. incip. nemo.* Sed commissa causæ cognitione, an censeatur eiusdem causæ definitio & executio esse commissa, notauit & docuit Mynsing. *in obserua. 93. cent. 4. (distinguitur, aut lex committit causæ cognitionem, & definitio atq; executio simul veniunt: aut iudex per modum delegationis, & non venire illa verius est, nisi fortè in delegato principis.)*

De regula, *cessante caussa cessat effectus*, vide 87
latissimè D. Andream Tyraquel. eius ampliationes & casus speciales per ordinē alphabeticum enumeratos, & limitationes: quia

facit totum tractatum, & retulit illum inter regulas fallentiarum, *mihi fol. 171. allegantur l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patro. c. cum cessante: de appella.* & pro istius regulæ confirmatione & declaratione adducit quædam notatu dignissima Hipp. *de Marsi. in l. vnica C. de raptu virginum n. 20. vsq. ad n. 30. & in rep. Rub. ff. de fideiusso. à n. 220. vsq. ad n. 226.*

88 *Causa ciuilis magna*, æquiparatur causæ criminali, *c. 1. & ibi nota. Dd. de restitutio. spolia. in 6. (Geyl. 2. obs. pract. 94. n 1. & ideò in ijs, probationes luce meridianâ clariores requiruntur, nec iuramentũ suppletorium in ijs locũ habet. Geyl. d. loco n. 2. & 8. & causæ magnæ magnos requirunt iudices. Geyl. 1. obs. pract. 29. n. 2.* ¶ Causa autem magna dicitur, quando de omnibus bonis, vel de plurima parte eorum est controuersia, vel quando mouetur quæstio status, *l. propter litem & ibi gloss. ff. de excusa. tuto. l. Athletæ 7. §. amplius ff. eo.* ¶ Et ideò etiam dicitur, quòd metus perditionis omnium bonorum æquiparetur metui mortis, *Bal. in l. certa forma C. de iure fisci lib. 10.* Et pecunia dicitur vita hominis, *gloss. iuncta textui in l. aduocati C. de aduoca. diuers. iudi.* ¶ Imò propter irrecuperabile damnum bonorum licitum sit occidere furem, *dicit Hipp. de Marsi. in repe. l. si vt allegat C. ad l. Cor. de Sicarijs n. 3. cum sequentibus.* ¶ De quæstione status & omnium bonorum amissione, *vide Antho. Blanc. in repe. l. fina. ff. de quæstionibus, n. 126. vers. quòd causa magna.* ¶ Et quæ causa dicatur grauis, magna vel parua, notat d. Blanc. *ibidem n. 132. & notat Hipp. de Marsi. in sing. suo 109. incip. infamis.* Nota istam materiam, quia in formandis probationibus, *iuxta l. fi. C. de probatio. (& ad reg. quæ est*, quòd ibi cautius sit agendum, vbi maius vertitur periculum,) multum tibi prodesse potest: cogita. ¶ Et nota causæ intra summam quinquaginta florenorũ tanquam causæ viles non recipiuntur in Camera Imperiali propter ordinationẽ. sed qualiter accipiendum (*summa hæc hodie ad 150. florenos producta est, de qua si dubitetur, statur iuramento, non solum ipsius appellantis, sed etiam hæredis eius.*) declarauit Mynsing. *in obserua. 40. cent. 4.*

89 *Causa ciuilis, vel criminalis*, quæ sit (*ciuilis est, cùm quid petitur applicari parti agenti: criminalis, cùm fisco, quod & tunc intelligitur, cum coercitio in corpus accusati petitur.*) & de differentijs earum vide D. Rober. Maran. *Speculo aureo par. 4. de ord. iudic. in 1. distinc. iudiciorum n. 2.* enumerantur istius cognitionis vtilitates per Marantam, *in d. parte, & distinc. n. 73. vbi vide.* vbi ciuilis & criminalis actio ad diuersa tendunt, vna intentata altera non tollitur, *Maranth. par. 4. dist. 1. n. 9.* ¶ Nota & adde quòd in causis criminalibus proceditur ad instar ciuilium, *l. absentem, ff. de pœnis.* Cuius doctrinæ tamen vide fallentias apud Hippo. *de Marsi. in fin. suo 437. incip. in causis criminalib.* ¶ Proceditur etiam in pœnalibus à similibus ad similia, ex paritate identitate vel maioritate rationis, & hoc propter Reip. fauorem, *idem Hipp. de Marsi. in l. qui falsam, §. accusatio, ff. de falsis, num. 6. cum sequentibus.* ¶ Sed in materia torturæ differt causa ciuilis à criminali, *iux. Hipp. de Marsi. in prac. sua crimi. §. expedita, & ibidem incipiendo n. 63. vers. differt enim, colligit 14. differentias causarum ciuilium & criminalium, quas si quis examinauerit, non sine vtilitate fiet, & dicit hic Hipp. quòd differentiæ alibi non sint ita collectæ.*

Causa naturalis & accidentalis, quando concurrunt, regulariter causa naturalis præferenda est causæ accidentali, *exemplum est in l. qui habet, ff. de tute. ibi (quod autem in pupillorum persona agnatos curatores non admittimus, idcircò putamus: vt si minor 25. annis furiosus sit, curatorem ei non vt furioso, sed vt adolescenti dari, quasi ætatis esset impedimentum: & ita diffiniemus: ei quem ætas curæ, vel tutelæ subijcit, non esse necesse quasi dementi quæri curatorem. Et ita Imperator Antonius Augusto rescripsit: cum magis ætati quã dementiæ tantisper sit consulendum) Bal. in Auth. similiter C. ad l. falci. Abbas in c. licet de officio legati.* ¶ Et ex causa vel ratione naturali, qualiter quomodo & quando formanda sit plena probatio, *vide quæ infrà notabo in litera P, v. de probatione per rationem naturalem.* Mixtum ad quale simplex vel extremum trahatur, *vide in argumentum ea quæ notauit D. Zasius in repe. l. stipulationum, §. 1. ff. de verb. obliga.* 90

Iusta causa, multum operatur, & est magnæ importantiæ: siue loquamur in principibus, siue in iudicibus, siue in priuatis, *vt satis luculenter, & copiosè ostendit Dominus Alex. in cons. 119. incip. titulus quæstionis in 5. colum. 2. vol. Hipp. de Marsi. in sing. suo 231. incip. iusta causa, allegatur per Dd. l. si hominem, ff. mandati.* declaratur hæc Theorica, quia ex iusta causa iudex potest credere testibus vel non: causam tamen exprimere debet in actis, *Hipp. de Marsi. in singula. suo 114. incip. vulgatũ.* Ex iusta causa etiam procurator qui suscepit alicuius defensionem, illam potest recusare, *de quo vide exemplum apud eundem Hipp. de Marsi. in sing. suo 233. incip. quæ de nouo emergunt. alia exempla vide apud dictum Hipp. in sing. suis 231. incip. iusta causa litigandi quem releuat à condemnatione expensarum, Dd. in c. finem litibus ext. de dolo & contuma. & Dd. in l. cum terminato C. de fruc. & litium expensis.* 91

Partes pacisci non possunt vel protestari: quòd procedatur sumariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij: & nullus, inferior supremo Principe & Papa, potest in suo scripto apponere, vt procedatur 92

datur summariè simpliciter, & de plano. *Roger. de protest. rubr. 1. §. 6. n. 8. & 9. fol. 73.* ¶ Caussa propinqua magis semper consideratur quam remota: sic causa finalis, magis quàm impulsiua: & causa finalis propinqua magis, quam remota, *Iacob. Nouell. tr. causs. crim. n. 38. fol. 30.*

93 Causa effectum præcedere debet, *l. 1. ff. de acq. poss.* & materia materiatum *l. 2. §. deinde ex his, ff. de orig. iur.* ¶ Quicquid est causa causæ, est & causa causati, *l. & si amicis, ff. de adul. gloss. in l. 2. C. de Episc. & Cler. gloss. fin. in l. manumissiones, ff. de iust. & iur. l. quo minus, ff. de fluminibus.*

Causa cessante cessare debet effectus, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. c. cum cessante, extra de Appell. c. non debet, de consang. & affin. gloss. in l. 1. ff. de off. eius. Br. in l. cum filius, §. Titio decem. ff. de Don. & in l. in omni fere, ff. de adop. de hac quæst. vide Br. in l. cum codicillis, ff. de test. tut. allegat tex. in l. si quis hæres ita scriptus ff. de acq. hæred.* Hoc intellige verum antequam effectus fuit consumatus: sed si effectus est semel consumatus, licet causa cesset, tamen effectus manet, *Br. in l. 2. §. fin. ff. de Dom. Goz. in Auth. præterea, lect. 7. C. vnde vir & vxor.*

94 Causa limitata limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acq. rer. dom. l. cancellauerat, ff. de his qui in test. del. Dec. cons. 2. vol. 1.* Causa proxima & immediata, non remota, est respicienda, *l. si mulier, ff. rer. amot. Soc. in l. 1. §. si vir in 3. col. ibi tertio respondetur. l. Socium, qui in eo ff. pro Socio. l. sed & si plures, ff. de vulg. l. manumissiones, ff. de iust. & iur. vide Goz. in l. omnes populi in 2. lect.* vbi per hoc fundamentum tenet contra Modernos, Bald. saluans, *in l. 1. in fin. prin. ff. de op. no. nunc. vide Franc. Curc. in tr. feudal. ch. 15. col. 2. in 2. par. vide etiam pulcrè eundem Cur. in cons. 2. colum. 2.* Duæ causæ quando concurrunt, vltima inspicitur, *l. si quis ante, ff. de acq. poss.* ¶ Causa immediata inspicienda, *l. si mulier, ff. rerum amot. vide proximè supra* Ad hoc quod causa proxima attendenda est, adde Bart. *in l. Aurelius, §. Gaio, ff. de Liber. leg.* Et quòd non proxima attendatur. vide Bart. *in l. agri plagam, ff. de leg. 3. de quib. vide Car. Ruin. in l. si quis arbitratu fol. 141. ff. de v. obl.*

95 Causa prima per secundam redit ad non causam, *l. si fullo, ff. de cond. sine caus. l. in commodato, ff. commodati.* ¶ Originaria causa inspicienda, *vide Curc. in cons. 3. col. 2.* Primæ causæ actus adscribitur, *l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cuiusq; vni. nom. notatur in c. cum aliquibus extra de rescript. lib. 6. Bart. in l. vnum ex fam. §. fin. de leg. 3. Dec. in Rub. C. qui admitti: col. 6.* ¶ Ad proximam causam verba in dubio referuntur, *l. in Lege cens. ff. de v. sig. Dec. in Rubr. C. quando non pet. part.*

Quando concurrunt duæ causæ, vna accidentalis, alia naturalis: præualet naturalis, *l. qui habet in pr. ff. de tut. Alex. in l si donatione in 1. col. in fin. C. de coll.* ¶ Quando duæ causæ finales in vna dispositione concurrunt, licet vna cesset, si tamen alia militet, dispositio non cessat, *§. affinitatis. Inst. de Nup. Ias. in l. cum filiofamilias col. 22. ff. de leg. 1. l. si non lex, ff. de hær. inst.* ¶ Tamen interdum quando concurrunt duæ rationes in l. vna cessante, cessat dispositio *l. si quis viduam, vbi Hippo. notat, ff. de qq. & ibi hanc contrarietatem soluit.* ¶ Causa impulsiua, & finalis quæ sit, *vide Goz. in l. omnes populi in 4. q. 6. q. princ. ff. de iust. & iur.* ¶ Quando duæ causæ concurrunt, quarum altera nocet altera prodest, quæ attendi debeat, *vide Br. in l. si vir ff. de don. & in l. si quis in graui, §. fin. ff. ad Syll. vide infr. in verb. qualitas.*

Quidquid est causa causæ, est etiam causa causati, *l. manumissionis, ff. de iust. & iur. vbi Paul. de Cast. notat in textu.* Causato prohibito, à fortiori causa prohibetur: & propter vnumquodq; tale est, illud magis, *Auth. multo magis C. de Sacr. Eccles.* ¶ Causa pro effectu & causato interdum ponitur, *l. hoc purè, §. non ff. de Don.* ¶ Omnis dispositio & dictum, limitatur & declaratur per rationem & causam, *l. cum pater, §. dulcissimè, ff. de leg. 2.* Hoc quomodo intelligatur, vide pulcrè Br. *in l. pater, §. fundum de leg. 3.* 96

Sine causa obligatio, promissio, iuramentum, confessio, dispensatio Papæ, Donatio, Protestatio, Absolutio à iuramento, non valent, *de quibus omnibus vide multa per Hyppo. de Marsi. in l. 1. §. præterea num. 97. per 4. vel. 5. col. ff. de qq.*

Omnium causam & rationem reddere non possumus, *l. non omnium de LL. & ita dicit D. Alex. in l. 1. §. 1. num. 4. de verb. obl.* dum deberet assignare rationem, cur longum interuallum vitiet stipulationem, vbi enumeratis multorum rationibus, ijsdemq; reprobatis, tandem concludit: non posse vrgentem rationem reddi, dicique posse, quod dicit ICtus, *in l. omnium de LL.* 97

Ratio non debet esse eadem cum dicto, *vt not. in l. fin. de off. pro. Cæs. & in l. Labeo, §. Neracius, de vsucap.* ¶ Et in continuationibus Rubricarum, & ordinatione earum, cum sint iuris positiui, non potest assignari ratio necessaria & concludens: ergo sufficit qualis qualis: & idem in ratione dubitandi, *l. non omnium, ff. de LL.*

Causæ piæ, priuilegia multa, *vide Soc. vbi enumerat 62. in reg. 310.* ¶ Quicquid relinquitur pauperi, in dubio intelligitur relictum ad pias causas, *vide Alex. in cons. 73. vol. 4. viso themate & cons. seq. vide inf. in verb. pauper.* 98

Dotis

Dotis cauſa pia eſt, l. cũ u, §. ſi ea, ff. de cond. ind. Br. in l. ſi ergo, de iur. dot. Alex. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore col. 3. Sol. matr. Io. de Mont. Ferr. in Rub. de v. obl. col. 3.

Quando quis tenetur ad factum ex contractu pię cauſæ, præcisè poteſt compelli ad factum, nec ſoluendo intereſſe liberatur, vide Carol. in l. ſtipulationes non diuiduntur, Lect. 60. fol. 125. fa. 1. de verb. oblig. Pijs cauſis ita debitores ſumus, ne alijs iniuſtitia fiat, c. ex tenore, de for. comp. c. ſi neceſſe, de Donat. inter vir. & vxor. Dec. conſ. 259. vol. 2. viſis col. 2. ¶ Relictum, vt fiant picturæ ſanctorum, dicitur ad pias cauſas relictum, Br. in l. linea Margaritarum, §. 1. ad l. Falc. Iaſ. in precibus col. 5. C. de impub. ¶ Relictum diuiti amore Dei, an cenſeatur relictum ad pias cauſas, vide Alex. in conſ. 124. vol. 4. col. 2. vbi concludit poſt Br. quod non.

Si res eſt donata cum pacto, vt non poſſit alienari, tamen ad pias cauſas poteſt alienari: item ſtatutum prohibens mulierem vel minorem alienare, non procedit, ſi alienat in Eccleſiam, vide Fel. referentem Bl. ita tenentem, cui tamen ipſe contrariatur in c. quæ in Eccleſiarum. col. 30. de conſt. ¶ Cauſæ piæ fauore, diſpoſitio facta in vno caſu, ad alium porrigitur, Dec. conſ. 273. vol. 2. in caſu propoſito.

99 Cauſa omnis famæ, dicitur ardua cauſa, Bl. in l. ex Ratione in 6. col. de Appell. Ergo in ea frater vel conſanguineus inf. 4. grad. teſtis non eſſet. vid. in verb. teſtis. ¶ Cauſa in qua agitur de fama, eſt ardua: ita quod in ea, ſicut in cauſa criminali, non defertur iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, c. fin. de iur. iur. gl. in c. cum ſint partium iura. de Reg. iur. lib. 6. Mod. in l. admonendi, de iureiur. Hæc eſt communis ſecundùm Alex. in l. 3. de iureiur. text. in l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & ext. cog. qui taxat ſalarium aduocatorum, vt non poſſit excedere centum aureos non procedit in eo, qui eſt aduocatus in cauſa capitali: quia ibi agitur de ſalute hominis, quæ res eſt inæſtimabilis, ita not. dicit Br. in l. ſi pater, §. 1 ff. de Don. vide Franc. de Curc. conſ. 6. fol. 77. col. 4. ¶ In cauſa multùm dubia & perplexa, conſultum eſt, Quòd ipſa amicè componatur: ſi autem componi non poſſit, reus abſolui debet à petitione agentis, reſeruato ſibi iure agendi, per aliam viam ſibi competente. Et propter iuſtam litigandi cauſam, abſoluenda eſt pars ſuccumbens ab expenſis, ita conſulendo dixit Corn. in conſ. 163. incipiente. In conſilijs deciſiuis. vol. 3. ¶ Cauſæ cognitio in quibus conſiſtat, vide infr. in verbo Facere.

100 Quando cauſa eſt dura & rigoroſa, conſilium eſt, eam amicè componere & per medium dirimere, ita ſuadet Imp. in l. congruentius, C. de patr. poteſt. l. filio. ff. vt leg. non can. quod ruſtici, partes concordando facere ſolent: quod repræhendit gl. in l. neſcimus, ff. de leg. geſt. vid. infr. in verb. ruſticus. ¶ In cauſa concluſum quando dicatur, vide infr. in verb. ſententia. An autem in cauſa criminali ſit locus delationi iuramenti, vide Br. in l. maritus. ff. de q q. Et in criminalibus non debemus vti mendicatis ſuffragijs, l. ſinguli, C. de Accuſ. quem text. allegat Alex. in conſ. 15. in 3. col. vol. primo. ¶ Cauſæ tota vis in probationibus conſiſtit, no. D D. in c. cum cauſam de teſtib. quia actore non probante reus abſoluetur, l. qui accuſare, C. de ed. l. actor, C. de prob. c. fin. de iureiur. In cauſæ principio boni aduocati conſilium adhibendum, vide ſuprà in verb. Aduocatus. ¶ Cauſæ cognitionem quæ requirunt feriato die fieri non poſſunt, vide infr. in verbo Feriato.

101 Cauſa argumentis deciditur, l. qui filium, §. Sabinus ad Trebell. & ferrum ferro acuitur, l. 1. ff. de alie. iud. mut. cauſ. fact. In cauſa pecuniaria datur quadrimeſtre tempus ad ſoluendum, l. 2. C. de vſ. rei iud. & hoc tempus ex miſeratione eſt introductum, l. ſi multi. iunct. gl. de compenſ. gl. in l. fin. debitori, De iudic. In cauſa publica, ſicut quilibet admittitur ad accuſandum, ita ad capiendum, tex. & ibi Br. in l. generali, C. de dec. lib. 10. Omnis cauſa regulariter debet terminari triennio, l. properandum in prin. C. de iud. ¶ Cauſa ciuilis magna, æquiparatur cauſæ criminali, gloſſ. & Bl. in l. admonendi, C. de adu. diuer. iud. ex qua gl. allegari poteſt, quod bona ſunt ſecundus ſanguis. In cauſa criminali admittitur appellatio, l. cum reis, C. de pœn. Iaſ. in l. vt vim in 5. col. de Iuſt. & iur. In criminali iudex Eccleſiaſticus laicum iudicare poteſt, c. peruenit el. 2. de teſt. cog. ¶ Cauſæ an ignaris committi poſſint, vide Ioh. Fab. in proœ. Inſt. in §. cumq; hoc. ¶ In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciãt cũcti, C. de prob. ¶ In criminalibus infamia facti à teſtimonio repellit, c. fin. vbi Abb. de teſtib.

De Caſu.

102 CAſum allegans, eum probare tenetur, l. qui fortuitu, C. de pig. act gl. ſing. in c. eum qui 1. diſ. vbi caſus, in quo caſum probare non eſt neceſſe. ¶ Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, l. ſi cum dotem in pr. ff. ſolut. matr. l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam. De caſibus fortuitis vid. infr. in verb. fortuna. ¶ Caſus fortuitus à caſu improuiſo differt: quia fortuitum non procedit culpa, ſecus in improuiſo, gl. iunct. tex. in l. 1. C. de Sica. Quod Bl. reputat notabile, refert Alex. in l. Titius in 2. col. ff. de lib. & poſth. ¶ Si culpa caſum fortuitũ præcedit, de caſu quis tenetur, l. ſi res pupilla. C. de peric. tut. qui text. loquitur in tut. ſec⁹ ſi culpa nõ præcedat, nã tum nõ tenetur, l. tutorib. cod. tt.

¶ Fortuitos casus nullum hominis consilium prouidere potest, *l. 2. §. eo tempore, ff. de adm. rer. ad ciuit. pertinent. vbi gl. in verb. potest, allegat duo optima iura, l. si res publ ff. de admin. tut. & l. quæ fortuitu, C. de pignor. act. vide infr. in verb. fortuna.*

De Cautionibus.

103 AGere volens ciuiliter vel criminaliter, pignoribus vel fideiussoribus, cogitur præstare cautionem pro expensis & pro reconuentione: intelligitur de illo, qui in loco vel territorio iudicij non possidet bona immobilia, *tex. in l. sciend. est ff. qui satisda. cogan.* ¶ Wo der Kläger aber nach Sächsischen Rechten in den Gerichten genugsam gesessen/ insonderheit so hoch sich ein Wehrgeldt vnd die Gerichtskosten vngefehrlich erstrecken mügen/ so bedarff er den geforderten vorstand nicht thun/ *Arti. 5. lib. 2. Landrecht. Et Arti. 9. in tex. & gloss. Weichbildt. Arti. 23. in glossa col. 8. & Arti. 34. in textu & glossa. 22.*

104 Ex causa tamen ab illis exigi potest, vt iuratò promittant, *l. vlti. C. de prin. agen. in reb. lib. 12.* ¶ So einer aber Bürgen oder Pfand nicht hat/ muste er den vorstand mit geschwornem elendem Eyde thun/ vnd bestellen: welcher vorstand mit dem Eyde auch in peinlichen Sachen statt hat: welches alles zuuornehmen ist/ wo der beklagte diese vorstende fodert/ wo aber nicht/ so ist auch der Kleger die zubestellen nicht schuldig: dann der Richter hat seines Ampts halben hierin nicht zuerfüllen noch zu suppliren.

105 Et de ista cautione iuratoria, etiam in casu quòd in defectum admittatur in Camera Imperiali, notauit Mynsinge. *in obserua. 56. in fin. cent. 3. Et vide pulcherrima de ista apud Hippo. de Marsi. in repe. l. fina. C. de iurisd. om. iu. num. 122. & in sequentibus.* ¶ Reus non possidens immobilia, quoq; ad instantiam actoris cogitur cauere de iudicio sisti: & à procuratore rei exigitur cautio iudicio sisti, & iudicatum solui, *d. Arti. 9. lib. 2. Landrecht.*

106 In causis criminalibus quando actor vel reus non potest habere fideiussorem, nec ibidem habeat hæreditatem: illum iudiciaria potestas reseruet. *Arti. 61. ibi wer keinen Bürgen haben mag, lib. 1. Landrecht. Et Arti. 17. lib. 3. in fi. est glossa optima Arti. 3. lib. 2. num. 3. in fine.* ¶ Et competit actio condictitia ex cautione iudicio sisti, ei qui stipulatus est iudicio sisti, aduersus reum ipsum, vel fideiussorem eius qui promisit, *l. 2. ff. qui satisd. cogan.*

107 Sed cautela est pro procuratore, ne cogatur ad prædictas cautiones: Das der constituent in der vollmacht/ darnor/ mit verpfendung aller seiner Haab vnd Güter sich verpflichte/ *Instit. de satisda. §. sed hodie, & ibi per Areti.* & de prædictis cautionibus præstandis, vide Chil. *Kön. in practica sua cap. 46. Von den vorstenden vnd caution, & c. 47. Von peinlichen Vorstande.* facit *Const. Elect. Sax. in Art. 5. Von vorstande par. 1.* ¶ Von verhafftung des Anklegers bis er Burgschafft gethan/ vnd wie dieselbe allenthalben geschehn solle/ vnd in welchem ende/ habetur in Constitu. *crimi. Car. 5. in Arti. 12. 13. 14. & 15.*

Adde, fideiussor datus de iudicio sisti & iudicato soluendo; potest astringi à creditore ad soluendum non solùm debitum principale, sed etiam expensas quas fecit in litigando & conuincendo ipsum debitorem, *istam quæstionem decidit Hippo. de Marsi. in repeti. Rubr. ff. de fideiusso. mihi num. 187. vers. vigesimo quinto quæro.* Ex ratione, nam dicit, connexorum & dependentium idem est iudicium: & idem iudicamus de connexo, quod de principali, *alleg. l. proinde si seruum ff. ad l. Aqui.* Quę autē vel qualis possessio releuet ab onere satisdat. vide Dd. *in l. sciend ff. qui satisda. cogā.* 108

Et in casu quando etiam possidens bona immobilia teneatur cauere (*Quando videlicet non possidet in loco iudicij, sed alibi.*) nota *ea quæ dixit Ioan. de Plá. in l. fi. ver. Et sic, nota hic C. de prin. agen. in re. lib. 12. vide quæ notantur ad d. l. sciendum.* 109

Et tandem quis dicatur talis possessor immobilium, vel multorum mobilium, quòd possit releuari ab onere cauendi: & quis fidejussor sit fidejussor idoneus ratione bonorū, eleganter tractat Hipp. *de Marsi. in repe. Rubr. ff. de fideiuss. à num. 245. vers. modo 33. quæro vsq; ad nu. 261.* & posito, fidejussor quòd non possideat imobilia, in quibus tamen casib. sit fideiussor idoneus, notat idem Hipp. *in d. repe. Rubri ff. de fideiusso. à num. 227. versi. 32. quæro vsq; ad num. 244. vers. Item. Etiam inclusiuè habes ibi Domine lector vtilissimas materias, quas legisse non pænitebit. & Ioan. de Platea in l. quoties versi. nota ex principio, C. de dignita. 12.* 110

An autem fideiussor idoneus recusatus possit agere actione iniuriarum, vide Iaso *In l. si vero, §. qui pro rei qualitate in 5. col. ff. qui satisd. cog.* (*Respondetur quod sic.*) ¶ Et ad hanc materiam cautionis: nota quando lex ciuilis facit mentionem cautionis, quòd regulariter intelligatur de cautione nuda, *l. Sancimus & ibi Bar. C. de verbo. signi.* nisi persona esset suspecta, quæ deberet cauere, *l. penul. ff. de peti. hæredi.* nisi requireretur sufficiens vel plena cautio, *glo. in c. quoniam, §. in alijs, vt lite non contesta. & gloss. l. si mandato, § fina. ff. manda.* vel si requireretur recaueri, *l. 1. §. iubet cum gloss. ff. de colla. bono.* (*Geyl. 2. obser. pract. 47. n. 1. & 3 seqq. cautionis verbū pro nuda repromissione accipi dicit, nisi vel idoneæ cautionis mentio fiat, vel verbum cautio à lege proferatur*), Quamuis autem quis nudè tantùm tenetur cauere, tamen cogitur sub pœna promittere, *gloss. singula. in l. 2. in §. sed si dubitetur, & in §. quamuis, ff. si cui plus quàm per legem falcid.* 111

Vlte-

112 Vlterius nota, si quis exigens per dolum vel machinationem cautionem vltra debitũ,& super isto litem contestari fecerit,quod priuetur toto debito, *l. 1. C. de plus petitionib.* ¶ Imò ad euitandam pœnam, etiam de iure Canonico pœnitentiæ locus non est, *c. 1. & ibi per D d. de plus petitio. Pet. Duen. in reg. fallen. reg. 64. litera C. incip. cautionem, addendo 4. fallentias.* (*Si videlicet transactione, vel secunda confessione ipsius rei, maior illa summa contineatur, si reus petat hanc pœnam, si dolum actoris probet, nam dolus non præsumitur.*)

113 Cautio in multis casibus est præstanda, *12. refert Seb. Medic. de conseru. poss. gl. 2. p. 1. num. 393. fol. 534. & quæ. Menoch lib. 2. cent. 2. c. 129.* ¶ Contrahens scienter cum persona suspecta sibi debet imputare, ita vt non possit petere caueri: fallit in muliere fauore dotis, *Seb. Medic. de cons. poss. gl 2. p. 2. n. 128. priuil. 24. fol. 664.* Promittens aliquid, an de promissione huiusmodi facere teneatur instrumentum,& quale, *Granat. theor. 9.* ¶ Causa iusta præstandi cautionem quę censeatur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 140.*

114 Quantum cautio ab amico præstita, & quantum salua guardia perdurare pręsumatur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 141.* ¶ Cautio idonea, & sufficiens quæ, *Menoch. c. 142.* ¶ Cautio de non offendendo, *Viuius decis. 341 lib. 2.* Ad cautionem de non offendendo iudex ex officio quem cogere potest, *Asin. de exec. §. 3. c. 131.* ¶ Cautionem de non offendendo à muliere etiam nonnunquã rectè peti. *Moll. lib. 3. semestr. c. 29.* ¶ Cautio de non molestando in futurum in libello, & sententia omissa, an in executione peti possit, *Geyl. lib. 1. obseru. 116.*

115 Cautionis nomine simplex sine fideiussoribus promissio venit, satisdatio verò fideiussores complectitur, *l. sancimus, C. de verb. sign.* An qui tenetur ad cautionem, teneatur etiam ad obligandum omnia bona sua, *vide Doct. post Br. in l. si prius, vbi Ias. in 17. col. de op. no. nunc.* ¶ An cautio sine causa valeat, & quid in stipulatione, *vide tex. in l. generaliter, & ibi gl. de non num. pec. latiss. Mars. in l. 1. §. præterea num. 119. ff. de qq.* ¶ Cautio iuratoria admittitur, quando quis plenè satisdare vel fideiubere nequit, *vide Hipp. vbi supra vide Ias. in Aut cui relictum in 4. not. de ind. vid. toll.* ¶ Cautela superabundans non nocet, *l. testamentum, C. de testam.* licet necessariorum omissio contractum vitiet, *ead. l. & l. qui mutuam, ff. mandat.*

116 Quando in aliqua materia iuris cautio est præstanda, qualiter sit præstanda, *vide meliorẽ text. in Auth. cui relictum, C. de iud. vid. toll. quem ibi Ias. post Paul. in 4. not. notat.* ¶ Quia si est quæstio de re immobili, satis est præstare cautionem iuratoriam cum hypotheca bonorum: Si autem est quæstio de re mobili, quæ facilè potest occultari & transferri, tenetur præstare idoneos fideiussores: Si autem est ita pauper vel peregrinus, quòd fideiussores præstare nõ potest, nec inueniat, statur iuratoriæ cautioni, *vide illum text. & omnino Ias. quia hoc pulcrè limitando declarat.*

Cautio de iudicio sisti quanto tempore duret, h. e. quamdiu fideiussor, qui promisit iudicio sisti, teneatur sistere, *vide infr. in verb. fideiussor.*

Et si talis promissor de iudicio sisti non sistat, quomodo ad interesse, & quando teneatur, & pulcra alia in materia, *vid. per Specul. in tt. de dol. & cont. §. restat videre vers. 5. sed quæritur.*

Satisdatio fit: 1. Fideiussoribus, 2. Pignoribus: 3. Iurament. *Vide Zas. in paratt. in tit. qui satisd. cog. in pr. col. 54.* Satisdatio, satisfactio, & solutio quomodo differunt, *vid. ibid.*

De Cautione de rato.

Agens in iudicio nomine alieno, si dubitatur de mandato, non admittitur, 117
nisi cum cautione de rato, *l. non solum, §. qui alieno, ff. de procurato. l. 2. §. voluntate cum l. sequen. ff. solu. matrimo.* hoc est verum, nisi Dominus, pro quo ille vult agere, sit intra ciuitatem, vel in loco propinquo, quòd ita faciliter possit haberi eius præsentia, vt possit tollere dubium circa mandatum: Nam hoc casu non admittitur etiam cum cautione de rato. *ita singulariter dicit Angel. per illum text. in l. mutu in §. sed qui curatorẽ ff. de procur. Hippo. de Marsi. in sing. suo 228. incip. agens in iudicio.*

Et ex prædictis infert, licet coniunctus admittitur pro coniuncto sine mandato, *vt l. sed & hæc ff. de procura. & l. exigendi, C. eo.* dummodo caueat de rato, *vt est tex. in l. 3. §. sed si fortè, ff. iudi. sol.* tamen fallere dicit, quando apparet de contraria voluntate istius cõiunctæ personæ, pro qua agere vult: Quia non admittitur etiã cum cautione de rato: *vt est tex. & ibi D d. omnes in l. Pomponius in §. fi. ff. de procura.* vel quando dubitatur de contraria voluntate, & est in loco propinquo, ita quòd facilè possit haberi declaratio: isto casu etiã non admittitur, etiã cum cautione de rato, *Hipp. de Marsi. in d. sing. 228. incip. agens in iudicio,* declaratur etiã d. doctrina, quòd nõ admittatur quis cum cautione de rato, quãdo agitur de magno pręiudicio: ita quòd per cautionẽ de rato parti aduersæ nõ sufficienter poterit prouideri. non enim sic admittitur, *Hippo. de Mars. in sing. suo 245. inci. quãdo dubitatur.* & dicit, quòd sic poteris limitare l. exigendi, *C. de procur. & l. sed & hæc ff. eo* ratio limitationis esse potest: quia causa ciuilis magna vel ardua æqui-

æquiparatur causæ criminali, *vide quæ notaui sup. in versi. de causa ciuili magna. Vide Dd. in locis allegatis*, fallit etiam prædicta doctrina in alio casu, quando videlicet Dominus constituerit procuratorem: tunc enim non admittitur, *de quo per Specul. in tit. de coniuncta persona, vers. item quòd agit contra. De coniuncta persona infrà notabo.*

De Cautione vsufructuaria.

119 QVilibet vsufructuarius cogitur Domino vel proprietario cauere de restituendo & fruendo arbitrio boni viri: neq; antea res est tradenda, *l. si cuius cum l. seq. in princ. ff. de vsufructu.* re tradita & non præstita, potest per condictionem incerti agi, vt cautio interponatur, *gloss. l. si vsufructus, ff. eo.* qui autem releuentur ab isto satisdationis onere, *vide gloss. & ibi nota, D d. in l. si vsufructus, ff. vsufructuarius quemad. caueat.* ¶ Quæ autem, qualis, cui, & ad quid, oriatur actio ex cautione præstita: vide Oldendorp. *in progymnasi. actio. foren. clas. 3. actione 6. de actione cautionis vsufructuariæ.*

120 Sed quando sine cautione vsufructuaria vsufructuarius lucretur fructus, (nempè ob negligentiam Domini cautione non petita) notauit Mynsinge. *in obserua. 6. in fin. cent. 1. Et Geyl. in obser. 46. lib. 2.* (*In qua tradit, duas proponi cautiones circa rem fructuariam: vnam ex edicto prætoris, de fruendà arbitrio boni viri, & de restituendà re, finito vsufructu: quæ non sit de substantia vsusfructus. t. t ff. & C. de vsufr. alteram ex senatusconsulto in ijs rebus, quæ vsu consumuntur: quæ de substantia huius vsusfructus, & hæredi proprietatis loco sit. Et antequàm cautio præstetur, fructus suos non facit legatarius, nisi hæredis voluntate possessionem apprehenderit, is q; cautionem non exigat. Secus, si mala fide poßideat. Geyl. & Mynſ. d. locis.*) ibi, (duplicem cautionem præstet de vtendo & restituendo.) ¶ Sed an vsufructuarius iuratoriam cautionem saltem præstare possit notauit Geylius *in obserua. 47. lib. 2. obserua.* (*Posse veriorem & benigniorem opinionem esse respondit Geyl. dummodò suspicio nulla contra eum sit: quo casu res sequestranda foret, & à sequestro fructus illi annui soluendi: Mynſ. tamen cent. 6. obs. 48. Dominos Camerales æquißimam ac tutißimam censuisse eam opinionem, quæ vult, vt proprietarius fundum ad se recipiat, & vice vsusfructus certam annuatim summam seu fructuum seu pecuniæ soluat vsufructuario, qui cautionem præstare non potest.*) & an à testatore remitti possit, (*Non posse plurimis eo in loco docet: ne pœnà quidem adiectà, quæ pro non scripta hoc casu habetur. Qui tamen inter viuos vsufructum constituit, remittere cautionem potest, item hæres proprià sponte id potest; sed nec pater in bonis filiorum aduentitijs, nec donator in re donatà retento vsufructu, nec vasallus in re feudali vsumfructum habens; cautionem præstat. Geyl. in obs. 145. n. 12. & seqq. Mynſ. cent. 5. obs. 36. idem Geylius in obserua. 145. lib. 2. obseruat. De prædictis omnibus vide pulcherrimè consulentem Rolandum à Valle in cons. 92. incip. in causa huius lib. 1.* ibi inuenies ampliationes, quòd etiam in casibus vsufructuarius hanc cautionẽ præstare teneatur, non obstante remissione à testatore facta. (*Etiamsi de hoc licentia sibi à principe concessa esset: aut etiamsi testator fecisset illi potestatem alienandi bona quadam in quibus vsusfructus consistit.*)

Quomodo autem de immobili & mobili 121
vsu (*In rebus vsu consumendis cauetur, restitutum iri earum æstimationem, quæ est tempore traditionis. In cæteris verò immobilibus vel mobilibus, sed quæ vsu non consumuntur licet alterantur, restituendas eas eà bonitate & tales, quales sint tempore restitutionis, quod & Geyl. notauit ell. obseru. 46. num. 4.*) consumendo satisdet, nec quod sufficiat cautio iuratoria: & tandem consuluit ibi, quod teneatur simul ad inuentarij confectionem, nec possit sibi talis confectio à testatore remitti. *Rolan. à Valle in d. cons. 92. vide VVesenbecium in cons. 91. part. 2. ibi* (*de cautione vsufructuaria testamento remissa & alia inueniuntur bona.*) (*idem Geyl. d. obseru. 145. num. 10. & 11.*)

Conficere & reddere rationes.

GEneralis regula est: quòd, quicunque 122
alienam recipit administrationem, teneatur conficere & reddere rationes, *iuxta illud Luc. 16.* Redde rationem villicationis tuæ, *c. qualiter & quando el. 2. de caus.* ¶ Hinc est quòd tutor administrationis rationem reddere tenetur, *l. 1. in princ. & §. de Rationibus, ff. de tut. & rat. dist.* Item curator, *l. aduersus, & in l. rationes, C. de admin. tutor.* Idem in negotiorum gestore, qui obligatus est reddere rationem, & tenetur de mala & negligenti administratione, *tex. est, & ibi hoc declarat. not. Br. in l. 2. ff. de neg. gest.* Idem in procuratore ad iudicia, vel negocia, *Hæc habentur in l. si remunerandi, & in l. si procuratorem, §. 1. ff. Mandati.* ¶ Et idem est in fratre existentes in cõmuni cũ fratribus, qui administrauit. Et filius tenetur reddere rationẽ de his, quę viuente patre administrauit, licet pater redditionẽ rationis nõ petierit. Et idem in socio qui administrauit. Quæcunq; enim administratio regulariter redditionem rationis expostulat, *text. est in l. 1. §. de officio ff. de tut. & rat. distr.* Hunc textum D D. extendunt ad omnes administratores. *Vide Soc. in consil. 73. volum. 1. circa primum, & cons. 190. & cons. 192. vol. 2.*

Et debent tales administratores diligen- 123
ter tenere libros rationum: in quibus appareant clarè data, & accepta; introitus, & exitus,

exitus, debent in tali libro rationum sigillatim omnia describi: vt ex tali fundo, & tali colono tantum, & à tali tantum, & sic de singulis. Nec debet in genere, & in summâ asserere, se tantum expendisse, & se tantum recepisse: istud enim non est reddere rationem, *l. cum seruus. ff. de cond. & demonst.* vbi dicit tex. vt explorari posit computationes probè, an improbè referantur; accepta rectè relata, an non rectè, &c. Sic enim specificè singulis declaratis, veritas & falsitas deprehendi potest: non sub nube & generaliter affirmando, sic esse vel non esse, *facit l. argentarius, §. edi. de edend. ita voluit Br. in cons. 150. incip. cum prædicta allegat, l. antepen. de condit. & dem.* vbi Br. quærit, qualiter liber rationum compositus esse debet: Et dicit singulariter omnia debere inseri, vt ex tali fundo à tali colono tantum, tali anno; nec debet in genere in summa poni, vt sic posit reperiri veritas & falsitas, *d. l. antepen.* Et qui aliter edit rationem non videtur edere, quia intelligi non potest, *l. argentarius, §. edi, ff. de edend. & not. Paul. de Castro, in d. l. antepen. ff. de cond. & dem.*

124 Et administratores illi si non ita distinctim, & particulariter conficiunt rationes, pro vt tenentur ex iam dictis, & pro vt proximè declaratum est, vel etiam si omnino non fecerint rationem: censentur esse in præsumpto dolo, *d. l. 1. §. de officio, ff. de tutel. & rat. distr.*

Et tenentur ad interesse declarando per iuramentum in litem, quasi fuissent in præsumpto dolo non conficiendo librum rationum, prout tenebantur, *Arg. l. tutor qui repertorium, ff. de adm. tut. cum ibi not. per Bart. & ita dicit Bl. in d. §. officio.* Quod ita præsumitur contra illum, qui non facit codicem rationum: sic ut contra illum, qui non fecit inuentarium. Et dicit Br. *in d. l. tutor qui repertorium.* idem puto si facit inuentarium, & aliquas res non posuit, vel obscurè posuit: Ita quod de bonitate eorum non appareat, habet locum iuramentum in litem.

Item maximè dolus eorũ arguitur, quando libelli rationum sunt multum confusi, & inordinati, & eò plus quando appareat ibi falsitas. Ex quibus omnibus dolosa, & deceptoria ostenditur administratio in damnum Dominorum. ¶ Est enim dolus falsa asseueratio scienter facta, cum intentione fallendi, *l. 1. de Dolo.* ¶ Ex quo enim sciunt vel scire debebant se obligatos ad diligẽter & legaliter scribendum, & nõ fecerunt, dicuntur esse in dolo præsumpto, *l. si procuratorem, §. dolo & l. dolus ff. mandati & not. Br. in d. l. tutor qui repert.* ¶ Item si ipsi fructus perceperunt, vel pecunias exegerunt, & ad rationes & ad introitũ non posuerunt, apparet de Dolo. Hinc dicitur *Br. in d. l. tutor qui repertorium.* quod non describẽdo in libris, quę scribere tenebatur: vel si scripsit, & obscurè scripsit, censetur esse in dolo, *d. l. Dolus, ff. Mand. & in c. cum æterni, De re iud. lib. 6.*

Item si apparet, quod talis administrator multa accipiebat, & ex quo in introitum nõ posuit in vtilitatem suam conuertebat, propter quod dolus clarè arguitur, & prædo dici potest. *vt dicunt Ang. Im. & Mod. in l. Pomponius, §. ex facto. Per illum tex. ff. de acq. poss. & Alex. in l. si ex stipulatione, ff. de acq. poss.* vbi dicit Alex. quod prædo appellatur, qui non reddidit perfectè rationem administrationis rerum per alium sibi assignatarũ. In rebus ergo non plenariè restitutis, sed retentis, dicitur quis prædo, *l. Pomponius, § ex facto, ff. de acq. poss. vbi Ang. De præmissis omnibus supra sic dictis vide latius, & pulcrius Soc. in cons. 73. vol. 1. circa pr. & in cons. 190. & cons. 192. vol. 2. vbi plenissimè de omnibus administratoribus habes.* Redditionem rationum & Inuentarium, testator in præiudicium fideicommissarij, (licet non creditorum) remittere potest, *l. nemo in fin. vbi D D. ff. de leg. 1.* 125

Administratores vel factores, vti vocant, tenentur diligenter tenere libros rationum, & debent omnia sigillatim describi, & nõ in summa, sed distinctè & particulariter, aliàs dolus ipsius arguitur. *De his & alijs multis in materia. vide Soc. in cons. 190. vol. 2. nemini me pluries, & suprà proximè.*

Pro tutoribus, & alijs administratoribus, qui tenentur rationes reddere, *habes duos bonos text. in l. cum seruus, ff. de cond. & dem. vbi dicit text.* quòd ille qui tenetur rationem, obligatur ad duo, ad factũ, & ad dationem, ad factũ, id est, computationẽ ipsam: ad dationẽ, h. e. ad solutionem reliquorũ. Quando talis erat debitor ex administratione, nec alterũ sine altero sufficit, sed vtrunque requiritur. 126

Secundò habes textum *in l. qui sub conditione, quæ est lex antepen. ff. eod. tt. de cond. & demonst.* quæ vult, quod ille, qui tenetur reddere rationem, non censetur reddidisse: nisi fiat fides de his quæ scripsit in codice rationum, si negentur vera: & nisi restituantur reliqua, si qua sunt, Et ibi Paul. de Cast. dicit ex textu: quod ideo Administratores tenentur docere vera esse, quæ scripserunt in librũ rarationũ: vt appareat, quod nihil subtraxerũt de bonis Domini, sed bona fide fecisse, & nõ scripsisse mendacia. Et nota hic bonũ text. *in l. quam ius, ff. de cond. & dem.* qui dicit ad literam, quòd rationes reddere nihil aliud sit, quàm reliqua soluere. Generalis quietatio facta per eum, cui administrator rationem reddere tenebatur, non liberat administratorem: si apparet computationem, vel rationes non rectè factas: imò non obstante quieta-

quietatione tenetur reliqua restituere, & rationes reddere. *vide Paul. de Cast. plenè in cons. 342. vol. 1. incip. considerandum.*

De cessione bonorum, iurium, & actionis.

127 PRincipalis causa (quare fuit introducta cessio) est, ne debitor in carceribus detineatur, *l. 1. C. qui bo. ce. pos.* Debitor cedendo liberatur à perpetua flagitatione æris alieni, metuq; carceris & addictionis, ita vt vrgeri amplius non posit, *l. 8. C. qui bon. ced. poss.* Non tamen obligatione liberatur, quæ sola solutione extinguitur. Eóq; si postea ad locupletiorem fortunā perueniat, rursus conueniri potest, neq; tamen sine beneficio: in quantum facere potest, duntaxat hoc casu exigitur, *l. 4. 6. 7. ff. de cess. bon. l. sunt qui vi, de rer. ven. §. fin. Inst. de Act. vbi Myns. & alij. VVesenb. in par. de cess. bon. nu. 6.* ¶ Ecclesia, Clerici, vniuersitas scholarium & fabrorū, quòd æquè atq; alius posint cedere bonis, notauit Ludou. *Roma. in sing. suo 565. incip. quæro an Ecclesia, & ibi in addi. Nico. pigno.* Miserabile & flebile bonorum cessionis auxilium, *l. 7. & 8. C. qui bon. ced. poss.* Olim vincula & verbera perpetua proposita erant ijs, qui creditoribus non satisfacerent, *l. 1. & vlt. C. qui bon. ced. poss. Couar. lib. 3. cap. 39.* ¶ Wie aber die abtrettung der Güter vnd cession bonorum wieder den willen der Gläubiger im Churfürstenthumb Sachsen auffgehoben/ vñ dagegen der Schuldthurn geordnet / *habet in Const. Aug. Elect. Saxo. in 2. par. Const. 22.* ¶ Sed nota cessionis reuocatio permittitur si cessionarius non stet pactis. *Myns. in obser. 96. cent. 3.* In fine tamen *istius constit. 22.* promittitur pœnæ mitigatio istis, qui incendijs, naufragijs vel alijs casibus fortuitis sine culpa eorum ad paupertatem eiusmodi deuenerint, tamen secundùm personarum conditiones & alias circumstantias.

128 De cessione bonorum & excussione ibid. contra cedentē facienda, an alicui alimenta saltem sint relinquenda, vide *quæ consuluit VVes. in cons. 50. pa. 1. nu. 16. & in seqq. (regulariter relinquenda non sunt, sed excuti potest cedens vsque ad vltimum teruncium, nisi personæ priuilegiatæ sint, vt sunt in digniore nobilitate constituti, veluti Comites, Barones, milites, clerici, &c.)* quid de vxore (*Vxori etiam alimenta ex bonis mariti debentur, cum pro his ei tacitè hypothecata sint, item dos, in qua & ius prælationis habet.*) & legitima liberorum, *num. 21. & in seqq.* (*Legitima mortuo tantùm patre debetur, & deducto ære alieno: quare nec dotis filiarum nomine quicquam deduci potest, quod in locum legitimæ succedat.*)

129 Et in isto consilio docuit qualiter executio in feudalibus fiat: ita vt creditores contententur potiùs fructibus prædij feudalis, quàm vt prædium distrahatur seu alienetur. ¶ Cedens & cessionarius actionum, quòd puniatur propter simulationem: & ex quibus cessio præsumatur vel probetur simulata, (*ex modicitate pretij, omissā causā cessionis, aut ea non in principio, sed medio instrumenti positā, vel si actio pro parte vendita, pro parte donata sit, si de numeratione pretij non constet, quod venditor fatetur se recepisse: si dicatur donata ob benè merita &c.*) colligit aliqua Decian. *in cons. 109. vol. 3. num. 14. & 15.* Et de cessione actionis in potentiorem fienda vel non, vide Decian. *ibidem num. 16.*

De cessione bonorum latè P. Greg. *Tholos. l. 22. c. 8. & seqq. quem vide, & ibi notata.* ¶ Iurium cessio comprehendit præsentia tantū: non futura, *Med. de amitt. poss. gl. 3. n. 355. fol. 780.* nec in diem *ibid.* & potest fieri in iudicio, vel extra: per nuncium, vel epistolam. *ibid.* potest etiam inter socios in diuisione societatis. *ibid.* non tamen duorum in solidum fieri potest, nisi quoad exercitium directarum. *ibid.* nec cessio iurium vni facta, prodest alteri *ibid.* operatur tamen translationem dominij sine traditione. *ibid.* requirit tamen titulum. Item non fit inuito, neq; in potentiorem per contractum, licet per vltimā voluntatem. *ibid.* Cedens alteri non habet ius repudiandi: non potest intentare actiones cessas; nec recipere solutionem à debitore cesso: nec transigere post cessiones in præiudicium cessionarij: nec semel cessum vni, potest cedere alteri: item vbi cessio fit contra debitorem nolentem, non potest allegari cessionem esse simulatam, *Medic. de noual. p. 2. q. 1. fol. mihi 40. n. 14.* ¶ Statutum loquens de creditore comprehendit etiā cessionarium. *Coler. p. 2. c. 2. n. 29.* ibid. quòd licentia manus inijciendi propria autoritate in personam, vel bona debitoris, posit cedi. Cessus debitor, soluens cedenti, liberatur. *Med. de nou. p. 2. q. 1. n. 29. fol. 77. & ibi plura.* ¶ De precij tenuitate in cessionibus, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 248.* quando arguat simulationē cōtractus, *Gabriel l. 2. concl. 5. de act.* 130

Cessio circa translationem actionū idem operatur, quod traditio facit circa translationem dominij. *Menoch. lib. 3 præsum. 6. n. 47.* nam videtur, cessionarium in sui locum reponere, *n. 92.* ¶ Quod à lege personæ est infixum, cedi non potest *Zoannet. in tr. emt. & vendit.* sub pacto de retrouendendo, *n. 12.* vbi exemplum. nam ius personale cum persona extinguitur. *Pratens. tr. de R. Iur. lib. 4. tit. 4. in pr.* quia sicut pœna non excedit personam delinquentis, ita nec fauor. *ibid.* & quod de priuilegio specialiter dicitur, ad alia quoq; omnia trahitur, vt cessante caussa priuilegij, seu concessionis, id est personę, cesset quoq; ipsius effectus. *ibid.* Vnde rectè personale 131

ius,

ius, seu beneficium ad extraneum non extenditur, *per iura alleg. ibid.* nec ad hæredes, vel alios successores transit, *ibid. & plura ibid. in hanc sententiam.*

132 Nec surrogatum capit naturam surrogati, quo ad priuilegia personalia eius, in cuius locum surrogatur. *Gabriel. lib. 6. concl. de R. Iur. 2. n. 64.* ¶ Quod non est transmissibile, illud non est cessibile, *Zoannet. de lo. n. 7.* Sed affirmatiuè ista argumentatio est falsa, *ibid.* ¶ Cedens quando possit adhuc exercere actiones directas, *Ioss. decis. 201.* Ius redimendi an cedi possit, *Zoannet. d. num. 7. fol. 361. Fachin. lib. 2. contro. iur. c. 11. Modest. Pist. p. 3. quæst. 109.*

133 De cessionario, & cessione latè, *Ioseph. Lud. concl. 4. Cacheran. dec. 61. & ibid. in iudice.* ¶ Exceptio quæ competebat, vel obstabat cedenti, an competat, vel obstet cessionario, *Brunorus à Sole quæst. 10.* ¶ Cessionarius aut hæres agere volentes, an debeant docere se tales esse ab initio, *Brunor. quæst. 11. Ioseph. d. concl. 4.* ¶ De cessione actionum, & iur. *vide tr. asseuerationum.* ¶ Cessio iurium quando censeatur simulata, *Viui. decis. 158. Menoch. lib. 3. præsumpt. 129.*

De Citatione.

134 Eleganter cum ampliationibus, & limitationibus docuit materiam citationis Hipp. *de Marsi. in l. de vnoquoq., ff. de re iudica: & idem Hipp. in singulari suo 75. incip. citatio est magni effectus.* Est iuris naturalis, (*Et ideò nemini auferenda: Mynsing. obs. 6. cent. 6. vbi docet, quibus casibus citatio omitti possit Geyl. 1. obs. pract. 48. n. 1. & 2. vbi etiã in notorijs eam requiri dicit.*) & fundamentum iudicij, *§. fina. Insti de pœna teme. litigan.* & sine illa processus ipso iure est nullus, *dicit Alex. de Imo. in cons. suo 107. vol. 5. Et notanda sunt illa, quæ sic, & latius circa citationem eleganter consuluit. Schurff. in cons. 9. & 38. cent. 1.*

135 Quis autem debeat citari, reus dominus, procurator dominus litis factus, vel Syndicus, notat Chil. *König. in sua practica c. 25.* ¶ Item, quòd post litis contestationem procurator debeat citari, voluit Mynsing. *in obseruat. 39. cent. 2.* ¶ Sic etiam pupillus non est citandus, sed tutor vel curator, (*si eos habeat: si non habeat citandi sunt agnati & cognati eius, vt constituatur tutor: quod si periculum in morã sit, iudex interim curatorem liti in subsidium dabit. Geyl. 2. obs. pract 107. n. 7. & 8.) Mynsing. in obser 35. cent. 2. Menochius in consi 100. n. 121. & in alijs.* ¶ Citari possunt omnes, qui non probibentur edicto prætoris de in ius vocando: vnde quæritur, an vasallus dominum sine venia in ius vocare possit? *Contraria de hoc præiudicia in Camera notauit Mynsi. cent. 4. obs. 92. Idem de subdito singulari vel ciuitate dominum vocante interDd. controuerti ait, & contrarias Bald. & Alex. sententias proponit. Henning. Goed. consil. 3 de iur. ciuit. n. 1. & 2. non opus esse veniæ petitione ait. Idem cons. 4 de iu. ciui. n 8. & 9. docet verbis in factum conceptis & ab omni contumelia alienis contra dominum agendum esse.* Realiter citari non possunt, mulier in domo sua, aut eccles. existens, miles, Doctor & alij priuilegiati: nec citare realiter, nisi iudices mixtum saltem imperium habentes, nisi debitor de fuga suspectus sit. *Geyl. 1. obs pract. 48. n. 13. 14. 15. & 16.* ¶ Citatio autem mariti executa in vxorem an sufficiat, vt aduersus maritum procedi possit? non valere putat, nisi facta sit vxori citatio, quasi ad domum mariti, *Mynsing. in obser. 37 cent. 3. & in obser. 69. cent. 2.* ¶ Citatio generalis quando & quibus casibus possit fieri, docet *Chilian. in sua practica cap. 26. Specul. in titu. de citatione, §. viso n. 6. versi. item licet in addi. l. verbo incumbit. vide ea quæ dicit Angel. in tractat. suo de malefi. §. qui iudex fecit sibi dari licentiam. Et §. qui iudex commisit l. præconi, Hipp. de Marsi. in l. de vnoquoq. ff. de re iud. n. 8. l. & 82.*

Quòd tandem citatio generalis, ad totam causam, tàm de iure, quàm ex styloCameræ valeat (*Est hæc verior opinio etiam communior opinio, quam & Camera sequitur, prater-quàm in causis purgationum fractæ pacis, & legis diffamari, &c*) & cuius sit effectus, (*duo continet vt compareat reus in termino, & vt compareat. Mynsing. cent. 6. obs. 86.*) notauit Mynsi. *obserua. 33. cent. 4. Geyl. 1. obser. pract. 51. nu. 11. & seqq. Menochius in consi. 100. volum. 1. n. 277.* (*Et ratione citationis generalis, etiam ad definitiuam sine alia citatione perueniri potest, nisi citatio illa generalis per edictum facta esset, tunc n. in Camera, nisi præmissa speciali citatione ad audiendam sententiam, ad definitiuam procedi non solet. Mynsing. cent. 3. obser. 71.*) ¶ Sed nota vbi specialis citatio fieri debet, quòd ibi non sufficiat generalis, *Alex. de Imo. in cons. 107. volum. 5.* Et de generali citatione notantur pulcherrima per Hippo, *de Marsi. in sing. suo. 259. incip. generalis citatio.* ¶ De citatione generali cum clausula, vt compareant omnes, qui putant sua interesse, quòd citati dicantur actores, & non rei, textus, *in c. exhibita. de iudi.* & comparens ad talem citationem producat & doceat interesse suum & de iure suo. Imò legitimationem causæ suæ, ex qua vult agere. An sic citatus per non comparationem sibi præiudicet, (*affirmatiuè respondit Decianus.*) & tandem quid sibi noceat vel non, consuluit Decian. *in cons. 54. volum. 3. per totum.* 136

De peremptoria citatione Chilian. *in c. 27.* qui ibi nostri fori Saxonici stylum describit, sequitur Speculatorem, *in titu. de citatione §. viso.* ¶ De citatione personali, quòd habeat locum in criminali, quatenus 137

in ciuili, notat Chilian. *in c.* 18. ¶ De verbali citatione, *c.* 26. Et sic viua voce quatenus, vbi posſit fieri, qualiter, quibus cautelis, & modis, docet Specul, *in titu de citatione, §. ſequitur.* ¶ De citatione ad domum Chilian. *cap.* 30. *vbi videre licet de ſubſtantialibus, & requiſitis ad domum fiendæ citationis, & notat de tali citatione Specu. in tit. de citatione d. § ſequitur num. 16. verſ. ſed nunquid.*

138 De commiſsione citationis, Chilian. *in cap.* 31. debet enim fieri commiſsione iudicis, *Bal. in l. cum Clericus C. de Epiſco. & Cleri.* Et omnia ſic debent deſcribi in actis, aliàs non valet, *Schurff. in conſi. 38. cent. 1. Angelus de maleficijs, in §. iudex commiſit, Specu. in titu. de citatione d. §. ſequitur,* adeò etiam requiritur, quòd ex actis conſtet de nomine Nuncij, *Hipp. de Marſi. in ſing. ſuo 235. incip. procuratores: idem Hipp. in l. de vnoquoq. ff. de re iudica. num. 113. & 116.*

139 De citatione per Edictum, Chilian. *cap.* 32. dicit, quando & quibus caſibus poſsit fieri. Vbi attingitur, & quos producat effectus, *Bal. in l. conſentaneum C. quomo. & quando iudex. Specula. in tit. de citatione, §. ſequitur verſi. & nota. num. 13. & aliqua apud Hippo. de Marſi. in ſingula. ſuo 260. incip. citatus perſonaliter. Menochius in conſilio 100. volum. 1. num. 94. & in ſequen. num. 173. 177. 182. ibi (ritè poterat comprehendi cum citatione, ergo non per Edictum debebat citari.)*

140 Citationis executio autem (*ita ſeruatum in cauſâ Landgrauij, vt citatio ad domū illius valuerit, etiamſi eo tempore fuerit in cuſtodia Caroli V. Imp. refert ibi Mynſing.*) an & quando ad domum, ſua culpa abſentis, valeat, & alia de citatione ad domum habitationis facta, an ſufficiat, Mynſing. *in obſer. 69. cent. 2.* ¶ Sed quòd citationis executio etiam in procuratorem valeat, quando principalis non eſt præſens, notauit obſeruatum in Camera Mynſing. *in obſer. 9. cent. 1. (vbi loquitur in cauſa appellationis, quod & Geyl. tradit, 1. obſ. pract. 49. num. vlt.)*

141 Executio citationis autem per alium quàm per nuncium facta, non valet in Camera, *Mynſing. in obſ. 77. cent. 1.* & ſecundùm illum, *ibidem*, quælibet citatio tria extrema requirit: (*commiſsionem iudicis, executionem nuncij, & eiuſdem nuncij relationē, quæ fieri poſſe die feriato in Camera ait Idem Mynſing. cent. 6. obſ. 10. vbi etiam docet, tria hæc actis inſerenda eſſe, quamuis relatio actorum magiſtro fieri poſsit, vt is in acta referat: conſentit Geyl. 1. obſer. pract. 54. per tot. vbi de executione, qualiter fiat, & in quibus nuncio credatur.*) ¶ Item executio Notarij non immatriculati non valet, & ſententia lata ante Nuncij relationem eſt nulla. *Idem Mynſing. in obſer. 78. cent. 1. & in ſequenti obſer. 79.* dicit, quòd debet de citationis executione per Notarium facta conſtare per publicum inſtrumentum, nec ſufficit citationis copiam exhibere: & *in aliâ ſequenti obſer. 80.* habetur, quòd inſtrumentum debeat eſſe ſcriptum in pergameno.

Sed executio proceſſus per Notarium non legalem, id eſt, qui non ſit inſcriptus matriculæ Notariorū, in Camera facta non valet, etſi perſona legitimetur, (*d. obſerua. 76. cent. 1. Mynſing.*) ¶ Sed comparens non poteſt excipere, citationem illegitimè eſſe executam, *ſic Mynſing. obſeruat. 18. centu. 2. & in obſeruat. 9. cent. 3. & 54. cent. 4. & Geylius lib. 1. obſeruat. 48. num. 4.* ¶ Requiritur etiam, quòd conſtet ex actis de executione nuncij, & de relatione factæ citationis, *ita Schur. in d. conſi. 38. cent. 1. Hippo. de Marſi. in d. l. de vnoquoq. num. 18.* & quòd ſoli Nuncio iurato de citatione credatur, dicit Specula, *in tit. de citatio, §. ſequitur num. 6. verſi. ſed nunquid, ibidem in addi. magna.* 142

Et quatenus citatus teneatur (*Nuncio de his quæ ſui ſunt officij credendū eſt, maximè ſi cauſa exigui præiudicij eſt, & nuncius ſit de territorio citati: quanquam Dd. in hoc variè loquantur. De executione credi nuncio Mynſing. ait, non autem de commiſsione, cent. 6. obſ. 10. n. 4. 5. & 7.*) credere Nuncio citanti, vide eundem, *Specul. in d. §. ſequitur, n. 7. Ang. de maleſi. §. Petro publico & iurato Nuncio,* & ibi dicit quoq; de relatione Nuncij, *facit Ioan. de Arno. in ſing. ſuo 20. incip. citatus fuit.* ¶ Executio citationis in faciē fieri debet, ſi perſonæ præſentia haberi debet, aliàs ſufficit ad domū fieri. *Geyl. 1. obſ. pr. 49. n. 8.* quod ſi tamē in citati notitiā, licet min⁹ legitimè, peruenerit, is à contumacia non excuſatur *arg. eorū quæ notat Mynſi. cent. 5. obſer. 51. & ſic limitatur regula: citatio inualida nullum producit effectum. Geyl. 1. obſer. pract. 48. num. 3. & 4. vbi comparitione conualidari eam ait.*) ¶ Vnum in materia citationis obſerua, quòd in illa *ſtylus* iudiciorum ſit ſeruandus, à quo non recedendum, *l. 2. C. quemad. teſta. aperian. Bal. in l. cum clericus in fi. C. de Epiſ. & Cleric.* ¶ Tandem quæ poſsint contra citationem excipi, cumulat Specula, *in d. titu. de citatio. §. 1.* vbi etiam de excuſationibus non venientis ad iudicium. *Vide bonum ſingu. Hippo. de Marſi. 311. incip. citatus,* vbi dicit, quòd quis in territorio, de quo ſit expulſus, non teneatur comparere. ¶ De temporum interſtitijs inter vnam citationem, & aliam, idem *Specula. in d. tit. de cita. §. nunc de tempore.* 143 144

Et notandum eſt: quando legitimè de citatione conſtat, quòd nondum producat partis aduerſæ contumaciam: ſed eſt neceſſe, quòd altera pars compareat, & accuſet partis aduerſæ contumaciam, *Schurff in d. conſ. 38. cent. 1. per Dd. in l. properandum, §. etſi quidem C. de iudi. & per illum textum Bart. in l. conſentaneum in fi. C. quom. & quando iudex* 145

Et

146 Et quos producat citatio effectus, vide Chilian. Kön. *in c. 34. von der Wirckung der vorladung.* (*primus effectus est comparitionis: vnde & is, qui priuilegio aliquo munitus est, si tamen de eo dubitetur, comparere tenetur: secus est, si certum sit, illum non esse de iurudictione citantis. Mynsing. cent. 6. obs. 7. Geyl. 1. obser. pract. 48. n. 7. & seqq. à diuersis iudicibus vocatus, ex diuersa causâ, coram omnibus comparere debet, si diuerso tempore vocatus sit: at si eodem, distinguendum est, Mynsi. cent. 6. obs. 8.*) ¶ Et an inducat litis pendentiam, (*non aliter inducit, nisi per citationem reus instruatur, de quibus ad iudicium pertrahitur, quod crebrius placuit, dummodò & reliqua requisita concurrant, vt videlicet à legitimo iudice emanata, reo insinuata sit, in eius notitiam peruenerit, & apta sit.*) & quando lis pendere dicatur dicit Mynsing. *in obser. 26. cent. 4.* & quomodo producat partis contumaciam (*Tunc demũ, cùm pars contumaciam accusat, & proclama fieri petit: præterquã in casibus fiscalibus, aut si aliud statuto cautum sit. Geyl. 1. obser. pract. 55. num. 6. & seqq.*) vide eundẽ, *Chilian. c. 35. 36. & 37. adde Bart. in tractat. suo de iurisdict.* vbi ponit aliquot casus in quibus citatio non valeat. Et citatio in quibus non requiratur, vide casus *60. apud Hippo. de Marsi. in repet. l. de vnoquoq. ff. de re iudica. à num. 49, vsque ad num. 112. vide Lud. Roma. in singu. suo 369. incip. fuit vnus & d. Hippo. in singula. suo 24. incip. clarum:* vide aliquos notabiles casus in quibus citatio non sit necessaria, notatos à D. Mynsing. *in obser. 91. cent. 2.* (*& cent. 6. obs. 6. & cent. 3. obs. 71. eam nec à principe, nec in summarijs iudicijs omitti posse docet.*) *Decianum in cons. 109. vol. 2. num. 89. ibi* (*quando periculum est in mora, & quando non paratur parti aduersæ plenum præiudicium.*)

147 Item quæ citatio interrumpat præscriptionem (*interrumpere præscriptionem 30. vel 40. annorum tradit Mynsing. cent. 4. obser. 26.*) docuit Hippo, *in singu. suo 346. incip. præscriptio* dicit, quòd ea quæ fit legitimè facta, & constat in scriptis de Nuncij relatione. Et an citatio generalis interrumpat præscriptionem (*quod sic.*) Petrus *Gerhar. in suo singula. 4. num. 7.*

148 Et tandem pro complemento materiæ citationis, vide Hippo. *de Marsi. in d. repe. l. de vnoquoque, ff. de re iudica. per totum. Bartolum in tractatu de citatione Ange. & alios Dd. in §. si. Instit. de pœna temerè litigan. Angel. in tract. suo malefi. in §. iudex commisit, quod Caius prædictus & alij inquisiti citarentur. in §. Petro publico & iurato Nuncio, §. qui Dominus iudex, vt suprà. Salyce. in l. absentem C. de accusa. Bald. in l. si accusatoribus C. eo. Specula. in tit. de citatione: nostri fori Saxoni. pract. Chilian. König. in c. von der vorladung, cum sequentibus. Schurffius in d. consi. 38. cent. 1. D. Rober. Maran. in Specul. suo ordi. iudi.* (*vbi tractat hanc citationis materiam*) *Landfran. de Oria. in sua praxi cap. de citationib.* In casu declarandæ voluntatis, quòd non requiratur partis citatio ad declarationem, *l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. vide apud Roland. à Valle in cons. 2. num. 171. & in sequen. lib. 1.* Et de citationis materia eundem *Rolan. in cons. 32. n. 20. & in sequent. d. lib. 1.*

Sed delegatus iudex qualiter ex stylo 149
Cameræ citato debeat mittere & fidem facere de commissione, (*transmissio copiæ, vel tenor delegationis insertus citationi sufficit, quo ad comparendum, non quo ad respondendum. Geyl. 1. obser. pract. 48. num. 17. & seqq.*) vide Mynsing. *in obseruatione 1. centu. 3. Menochium consil. 100. volum. 1. num. 79.* De requisitis in citationibus, vt valeat, & primò vt nomen iudicis in ea exprimatur, (*cuius error vitiat citationem. Geyl. ib. num. 23.*) vt videat, an à competente iudice sit citatus, *Geylius in 1. lib. obseruatione 48.* in citatione vt exprimatur nomen & cognomen, (*cuius nomen non exprimitur, nec comparere obnoxius est, licet citationis executio legitimè ipsi facta sit: Mynsing. centu. 5. obseruat. 50. vbi itidem de vniuersitatibus agit, & in his collectiua nomina sufficere cum Geyl docet. Quòd si vnus pro alio citatur, impetrans condemnatur in expensis. Geyl. hîc.*) citandi, & quid in citatione contra ciuitatem, Abbatem, vel aliam communitatem, *ibidem obseruat. 49.* nomen & cognomen citantis continere debet, quia non valet citatio, nisi ad instantiam partis decreta sit, causis vtilitatem publicam concernentibus exceptis, *obseruat. 50.* causa in citatione est exprimenda 51. (*Exprimendam esse causam Cameræ ordinatione, statutis, & iure etiã communi receptius esse tradit Mynsing. centu. 5. obseruat. 85. vndè etiam litis pendentia inducitur ex tali citatione, & citato vlterius deliberandi tempus non datur. Copia tum libelli non est necessariò inserenda citationi, sed tenorem eius inseri sufficit. Geyl. d. loco num. 2. nisi quod articuli suspicionum in causa purgationis fractæ pacis vnà cum libello transmittendi sunt ex ord. in re iuris communis, ius commune seruatur. Citatus tamẽ ad vnam causam, non tenetur respondere in alia, ex Cameræ præiudicio, licet contraria opinio communis & de iure verior sit. Geyl. d. obser. 51. num. 7. & 8.*) & locum iudicij designet, qui debet esse tutus & honestus & à pestis contagio immunis. Cæterùm iudex ordinarius non cogitur exprimere locum in citationem: quia videtur ad solitũ tribunal vocasse: sed tamen delegatus. Et si locus tutus non sit, potest comparere per procuratorẽ citatus, nec cogitur fidere literis salui conductus 52. *Menochius conf. 100. volum. 1. num. 178.* dies & terminus exprimendus, qui debet esse congruus, aliàs citatio non valeret, sed appellari ab eâ posset: hora tamẽ exprimenda

non est. 53. de executione per Nuncium facta, & relatione eius apud acta constet, 54. executio Nuncij impedita an citatū arctet, (*arctare asserit, quia appellans & nuncius officio suo functi sint, & quia malitiosè procurans, ne citatio ad se perueniat, pro contumaci habetur, nec vltrà citandus est*) 55. citatio extra territoriū, quomodò fieri posit, (*fit per nuncium aut per literas ad iudicem missas, quibus casibus, contra bona eius in contumaciam procedi, vel etiam per edictum: subditum autem suum, etiam extra territorium existentem, iudex citare potest.*) 56. Menochius consi. 100. volum. 1. n. 80. VVesenb. consi. 97. in pri. ibi (*quòd non nisi per subsidium iuris, nisi sit superior, qui ex qualibet prouincia suâ in carcere euocare potest, & subditū suū ex aliâ prouinciâ citare potest verbaliter, non autem realiter, alias quàm per subsidium.*)

150 De citatione Edictali, quando locum habeat, (*regulariter non habet locum, sed tum demum, si in personam vel ad domum citationis executio fieri non potest: & fieri tantùm potest ab ordinarijs, non à delegatis.*) 57. citatio illegitima quòd per comparitionem citati conualidetur, *obser.* 58. de contumacia actoris & rei, *obs. 59. & 60. lib. 1. Geyl. Idem Mynsi. cent. 2. obs. 18. cum aliàs citatio inualida nullum producat effectū.*

151 A citatione iudicium incipit, *§. fin. Inst. de pœn. temerè litig. Bart. in l. more, de iurisd. omniū iud. gl. Rub. ff. & C. de in ius voc. gl. in c. prudentiam, de off. deleg. vide in verb. litis contestatio infr.* Citatio absq; speciali iudicis commissione fieri nequit, *l. fin. & ibi Br. no. C. de exec. rei iud.* ¶ De citatione, an ab initio sufficiat ad domum, & quomodò statutum intelligatur, quòd quis citetur personaliter, vel ad domum, & cùm examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, sufficit partem citare ad ianuam *vide de his, & alijs pulcrè Br. in l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect. gl. in c. quoniam frequenter, §. si autem, vt lite non cont. vbi latè Landf. in verb. cit. Ias. in l. 2. de iur. om. iud.*

152 Plenissimam materiam Citationis, & an princeps posit procedere parte non citata, *vide Hippo. de Marsi. in Rep. l. de vnoquoq; de re iud.* ¶ Citare realiter an delegatus posit, & quid in delegato principis, *vide Br. Alex. in l. 2. in 2. & 3. col. de iurisd. omnium iud.* ¶ Citatio sine die valet, & tenetur citatus comparere, quamprimùm potest. *Alex. in l. 1. §. nunciatio, de op. no. nunc. in 8. col.* ¶ Citatus ad locū suspectum, venire non compellitur. *Bart. in l. metus, ff. quib. ex cau. maiores.* ¶ Si in citatione exprimitur iniusta causa notoriè, non tenetur citat⁹ comparere, imò quis non tenetur obedire etiā Papæ. Quando suum mandatum est contra Deum, vel scandalum tenet, *vide Abb. in c. quod super his, de maio. & obed. simile dicit Imol. in c. 2. de Dilat. & in c. inquisitioni, de sent. excom.*

153 An citatus peremptoriè, si in primis duabus dilationibus non venit, sed in tertia compareat, an in expensis condemnari debeat, *vide Br. in l. contumacia, §. contumax. ff. de re iud.* ¶ Citatus, si in prima citatione dixit, se nolle venire & comparere, non est vlterius citandus, licet si ita non respondisset, fuisset citandus, *vide Alex. in l. 1. §. item si ita, ad. l. Falcid. gl. & Br. in l. consentaneum, C. quomodò & quando iudex & in l. tres denunciationes, vbi not. Alex. & in l. contumacia, §. 1. de re iud. Carol. l. stipulationes non diuiduntur. Lect. 63. fol. 34. fa. 1. ibi secunda pract. de verb. obl.*

Quando quis citatur ad aliquem actum, si ille actus aliter agatur, vel in substantia, vel in qualitate, quam dictum fuerit in citatione, videtur factus parte non citata, & clàm, *Br. in l. aut qui aliter. quod vi, aut clàm.* ¶ Citatio facta tempore, quo quis venire non potest, non valet. *Br. vbi sup.* ¶ Citatio nulla validatur per comparitionem subsequentem, *Alex. in l. 1. de ferijs. n. 3.* ¶ An citatus à non suo iudice, teneatur venire & allegare priuilegium, per quod declinet forum, *gl. est in l. 2. si quis in ius vocatus non ierit. vid. Br. in l. non videtur, de iud.* ¶ Citatus potest sponte se permittere iudicari, non solum iudicem, *Landr. lib. 1. art. 29. in gl. post pr.* ¶ Item qui respodet in alieno iudicio, pœna eius est, vt latam sententiam seruare teneatur, *lib 3. art. 83. in gl. l. 1. & l. in criminali. C. de iurisd. omnium iud.* ¶ Citatio est iure diuino inducta, & ergo princeps parte non citata procedere non potest, & ferre sententiam, nec valet statutum, quod feratur sententia parte non citata, *vid. Fel. in c. quem Ecclesiarum, in 26. col. in pr. d. const. vid. Hypp. in l. de vnoquoq; ff. de re iud.* 154

Citatus ad vnam causam, si est præsens, potest contra eum super alia causa procedi sine noua citatione: Satis est enim, quòd aduersarius sit præsens, *Abb. in c. pastoralis n. 6. de caus. poss. & prop.* cuius assignat rationem: Quia citatio non fit ad alium finem, quàm quòd citatus sit præsens, frustrà ergo fieret citatio, cùm pars citanda præsens sit, *vide ad hoc, Landf. idem volentem. in c. quoniam contra. extr. de prob.* ¶ Et quòd præsens citari non debet, voluit etiam Br. *& alij, in l. 1. ff. de in ius voc.* Ratio, quia per præsentiam habetur finis & effectus citationis. Effectus enim citationis est comparitio, *Ant. tamen de Butr. in c. fin. extr. de iud. dicit*, Si præsens & non citatus dixit, se non fore instructum & ad hoc petat tempus ad deliberandū, tum respondere statim compelli non debet, sed terminus ad respondendum sibi dari. *Ita Landfr. in c. quoniam contra, ext. de prob. in verb. citationes post principium.* 155

Citatus tametsi non compareat, etiam facta relatione nuncij citantis, per hoc non censetur contumax, sed requiritur, quòd alia pars compareat, & eius contumaciam expressè 156

expressè in iudicio accuset, *text. est melior de iure in l. properandum, §. & si quidem C. de iud. in verb. actoris absentiā incusante. Quem tex. Kap. Cast. & Ias. ibi in 5. not. ad hoc nota.* Hinc sumpta est praxis: quòd in termino citationis pars compareat, & absentis contumaciam accuset, quod benè nota, *vide in f. in verb. contumax.*

De Ciuitate.

157 PRopriè dicitur ciuitas, omnis locus in quo exercetur iurisdictio illa, quæ competit defensorib. ciuitatum, *de qua dicitur in Auth. de defenso. ciuit. §. iusiurand. colla. 3.* (*Ciuitas est status vniuersalis, compræhendens commoda & incommoda: vnde ad commoda ciuitatis nulli nisi ciues admittuntur Dec. consi. 53. n. 1. & 2. vol. 1.*) ¶ Et est triplex ciuitas, quædam maxima, vt ciuitates Metropolitanæ, in quibus stabant præsides, & præfecti prætorio, hodiè reges, & curiæ regum ad quos appellatur. Alia ciuitas est magna, in qua est forum causarum, meri & mixti imperij. Alia est ciuitas communis, in qua est forum causarum quæ competunt defensorib. ciuitatum, *de qua supr in principio. Hæc notauit Bart. in tract. suo de insula. § figura ista habet punctum, allegat l. duos, §. decet, ff. de excusa. tuto.* (*Ciuitas imperialis habet iura principis in suo territorio. Geyl. 2. obs. pract. 57. n. 7. inferiores verò ciuitates loco priuatorum habentur ib. n. 8. Henning. Goed. consi. 2. de iur. ciuit. n. 1. Ciuitates communi iure non habent ius fisci, nisi sint ciuitates liberæ, superiorē non recognoscentes, aut quasi ex singulari principis concessione ius fisci habent. Geyl. 2. obs. pract. 130. n. 15. Ciuitates, quæ non habent ius fisci, non habent tacitam hypothecam in bonis debitorum suorum, sed habent priuilegium personale contra alios creditores. Io. de plat. int. 2. nu. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11. VVes. in tit. de priuileg. credit. n. 5. Ciues possunt cogi ad mutandum ciuitati tempore necessitatis. Geyl. 2. obs. pract. 5. n. 17. & 18. vbi docet, tunc licitè eos vsuras accipere. Ciuitatis suburbia tempore belli destrui possunt. Geyl. 2. obs. pract. 56. n. vlt.*)

158 Ciuitas obligatur ex mutuo, quando mutuum in eius vtilitatem est versum, & quis hoc probet, notat tex. *& gloss. l. ciuitas, ff. si certum petat.* ¶ Sed possunt res ciuitatis in hanc causam obligari, cum accipiantur pecuniæ in vtilitatē eius, *gl. fi. in d. l. ciuitas & l. si is in prin. ff. de pig.* & de probatione eius, quòd mutuum sit versum in vtilitatem mutuantis, minoris Ecclesiæ vel ciuitatis, *vide singula. 58. D. Matthæi Matthesilani.* Ciuitas quando obligetur, & teneatur ex delicto, *vide Hipp. de Marsi. in pract. sua crimi. § Constante n. 47. & n. 77.* sed quòd contra vniuersitatem delinquentem pœna sit commutanda, & seueritati detrahendum, neq; statim exequenda, ne multorum strages fiat, iuxta Carmen: Ob populum multum crimē pertransit inultum, *Hipp. in l. qui cædem n. 41. & 42. ff. ad l. Corn. sica.*

Ciuitas vel vniuersitas an possit delinquere, & quando ex delicto obligetur, notauit Mynsing. *in obser. 78. & 79. cent. 4.* (*vbi tradit, tunc teneri ciuitatem, quando omnes de ciuitate, vel maior eius pars communicato consilio & præhabito tractatu delinquunt: secus, si vt singuli peccent, nisi delictum illud expressa vel tacita ratificatio vniuersitatis subsequatur. Vide etiam Henning. Goed. consil. 2. de iur. ciuit. num. 15. & consi. 3. de iur. ciuit. n. 13. & 14. vbi communicatum vniuersitatis consiliū itidē requirit. Potest etiam committere delictū per regentes ciuitatem, seu alios quibus ciuitas commisit ex statuto aut priuilegio, vt tradit Mynsing. d. obs. 78. & Henning. Goed. consil. 4. de iur. ciuit. n. 15. & seqq. vbi etiam n. 20. & 21. tradit, in puniendo tali delicto, habendam, quantum fieri potest, innocentium rationem, licet ij quandoq; puniantur sine culpa quidem, at non sine causa.*) ¶ Quòd etiam teneatur ciuitas de delictis familiarium suorum, notauit D Hen. Goed. *in cons 4. de iure ciuitatis.* (*num. 21. vbi docet, id verum esse, si delictum cum officio eorum commune sit, secus, si extra officium deliquerint.*) ¶ Et de modò dictis, quando videlicet vniuersitas ciuitatis teneatur ad solutionem debiti, quod fortè venditione, vel alio modo administratores vel consules ciuitatum contraxerunt, *vide D. Henning. Goed. in consilio 5. de iure ciuitatis in prima quæstione à num. 1. vsque ad num. 25. inuenies ibi pulcherrima ibidem num. 26. Et 38.* (*Alienationem bonorum immobilium, vel etiam oppignorationem, aliumve contractum, in quo maior pars bonorum ciuitatis vertitur: non posse fieri sine consensu maioris partis ciuitatis conuocatæ, ibidem concludit: In mutuo hoc speciale esse dicit, vt qui mutuatur ciuitati, cogatur probare, pecuniā in ciuitatis vtilitatem esse conuersam, nisi numerata esset pecunia præsente concilio populi.*) an singuli ciues pro debito ciuitatis possint (*Regulariter non tenentur, nisi singulares ciues obligati sint, vbi verba spectanda, in solidumne ij, an pro virili obligati sint. Et si singuli ciues non sint obligati, sed bona ipsius ciuitatis, illa autem non sufficiant, imponitur collecta* (*ad dissoluendum debitum in vtilitatem ciuitatis cum consensu consilij contractum*) *per personas pro modo patrimonij cuiusq; ijs scilicet, qui tempore contracti debiti in ciuitate fuerunt, & vt recesserint.*) conueniri, capi, incarcerari, vel eorum bona per repressalias detineri: & concludit quòd non per quas rationes ibi inuenies.

Et tandem vniuersitati ciuitatis qualiter 160 (*si est læsa contractu suo, & quia ibi sunt minores, pupilli, ecclesiæ.*) & quando, (*intra quadriennium à tempore læsionis, aut si per administratores læsa sit ciuitas, quadriennium à die depositionis officij administratorū currit.*) competat beneficium

restitutionis in integrũ, & cessionis bonorum, consuluit idem Henning. *in d. suo consil. 5. num. 40. vsque ad fin.* Et de iure ciuitatis hic Henning. Goden 5. scripsit consilia, vbi inuenies legendo vtilissima. Qualiter ciuitas possit agere & comparere in iudicijs per Syndicum, notaui *infrà in litera S. vers. de Syndico.* Et res ciuitatis, quomodo administrari debeant, & de quibus administratores teneantur, vide, *titu. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinen.*

161 Bona ciuitatis, quando publica vel priuata dicantur, nota. *in l. bona ciuitatis cum l. sequent. ff. de verbo. significatio.* Et de ciuitatis & vrbis materia vide, *l. 2. & l. pupillus, §. vrbs, ff. eo. tit.* ¶ Bona ciuitatis, quanto tempore præscribantur, nota. *in l. fi. C. de Sacro S. Eccles. & pulcherrimè notat, Alexand. de Imo. in consi. 16. col 6. in fi. vers. ex his ergo vol. 5.*

162 Beneficia & statuta ciuitatis, an habeant etiam locum in castris & villis ciuitati subditis, notat Angel. *in titulo Institu. de vsucapio. §. res fisci num. 2. vers. quid in rebus ciuitatis, & ibi vide allegata.* Et de bonis cinitatis seu vniuersitatis, vide *Ange. Schneid. & Dd. in §. vniuersitatis Inst. de rerum diuis.*

163 De ciuitate, *Marsi. de bannitis verb. ciuitas, vbi multa, P. Greg. de Repub. lib. 1. c. 2. & 3, Io. Casus in sphæra ad min. Reipub. lib. 3. c. 1.* ¶ Quid differant oppidum, villa vicus, vrbs, *Pet. Greg. d. lo. lib. c. 1. num. 4.* item pagus: item municipia, *num. 8.* ¶ De vrbium ædificatione, *Pet. Greg. de Repub. lib. 2. c. 1.* vrbes munitas esse expedit, *ibid. num. 1. 2.* ¶ De muris ciuitatum, *Pet. Greg. d. lib. 2. c. 3. multa notatu digna.* ¶ Ciuitatis, vrbis, & diœcesis appellatione quid contineatur, *Capra egregie reg. 101. Menoch. lib. 1. quæst. 99. & lib. 2. cent. 2. cas. 155. Pet. Greg. d. lib. 1. c. 1. num. 4. & 6.* ¶ Ciuitas, & locus insignis quæ censeantur, *Menoch. lib. 2. cent 2. c. 158.*

An ex mutuo, contracto nomine ciuitatis, per senatum, vel alios administratores generales, qui quoquo modo repræsentant ciuitatem, teneatur ciuitas, *Coler. de proces. exec. p. 2. c. 3. num. 337. & seqq.* ¶ Ecclesia quando ex suscepto mutuo à Prælato teneatur: *Menoch. c. 432. lib. 2. cent. 5.*

164 Ciuitas aratrum passa, desinit esse ciuitas, & pro mortua iudicatur, *Pruck. de regal. c. 6. num. 17.* item mortua dicitur, quando ciues ab ea omnes fugiunt, *num. 18. & 19.* & an reædificata, priuilegia pristina habeat, *Marsi. de bannit. verb. ecclesiæ, n. 98. & 99. vide P Greg. lib. 2. de Repub. c. 3. n. 8. & 7.* ¶ Quatuor requiruntur in alienatione ciuitatis, vniuersitatis, vel castri, I. vt sint in ea præsentes omnes, vel pro maiori parte curiales, & honoratæ personæ, ac possessores immobilium. II. quòd dictæ personæ iurent, alienationem esse, & fore vtilem ciuitati. III. quòd interponatur decretum. IIII. Aliqui requirunt subhastationem, *Capyc. dec. 93. num. 1.* & his requisitis non potest renunciari, *Capyc. num. 2.* ¶ Officiali insultato ciues præsentes & auxilium non præstantes, an sint in pœna, & in qua, *Capyc. decis. 149.*

Melius est, quem esse ciuem mediocrem vnius notabilis ciuitatis & honorabilis, quàm esse ciuem maiorem vnius modicæ ciuitatis, *Marsi. de bannit. verb. mihi patria. nu. 1. & verb. ciuitate n. 141.* ¶ Si ex delicto secundùm formam statuti quis desinat esse ciuis, intelligitur quò ad commoda, non verò incommoda, *Marsi. de bannit. verb. delictis. n. 46. & n. 47.* hinc bannitus non desinit esse ciuis, quo ad onera, *ibid.* Sic si propter delictum perdatur nobilitas, intelligitur, quò ad commoda, *n. 47.* ¶ Ciuitas condemnata ad murorum destructionẽ, perpetuò sine muris debet permanere, *Marsi. de bannit. in verb. confinatus n. 3.* ¶ Vniuersitas non potest se in vnum congregare, sine iudicis licentia, *Papæ dec. 106.* nec potest consules eligere, sine authoritate superioris, nisi hoc habeat ex longa consuetudine, *ibid.* 165

De Ciue & ciuilitate.

Ciuis is dicitur qui ibi in ciuitate est oriundus, vel ibi habitat, vel priuilegio receptus est in ciuem, vel in vniuersitatem, *l. 1. ff. ad mun.* & probatur ciuilitas eo ipso, quòd est descriptus in matricula ciuium: si autem non inueniatur descriptus, probata est non ciuilitas, *Dec. consul. cons. 53. in pr. n. 3. vol. 1.* & receptio in ciuem, dicitur quidam contractus inter ciuitatem & receptũ, *vt tenet Bart. in l. 1. ff. ad municip.* qui receptus est in ciuem, obligat se ad onera, & ciuitas obligat se ad conferendum commoda, *Bal. in l. quod fauore, C. de leg. (Dec. consil. 11. in pr vol. 2.)* ¶ Sed quatenus iste in ciuem receptus perdat ciuilitatẽ, propterea quòd fuerit in mora implendi statutum, vide Dec. *in cons. 11. vol. 2. in pr. (semper eo in casu declaratione opus esse dicit, & moram etiam purgari posse.)* ¶ Sed ciuis an & quando possit testificari in causa ciuitatis, & sic qualiter quis de vniuersitate possit esse idoneus testis, vide quæ notauit D. Schn. *(Vulgò distinguitur, an commodum rei controuersæ spectet ad singulos ciues, & testimoniũ eorum non valet: an verò non ad singulos, sed ad vniuersitatẽ, & valere dicunt.) in tit. Inst. de rerũ diui. §. vniuersitatis n. 5. vsq. ad fi. Cynus in l. parentes C. de test. & Dd. in l. omnib C. eo. Alex. de Imo. in cons. 88. vol. 5.* Et hanc quæstionem, ciuis an possit esse testis pro sua ciuitate, vel aliquis de vniuersitate, vide *decisam per tres conclusiones à D. Pet. Gerbar. in singula. suo 24. incip. vtrum ciuis, & Alexan. de Imo. in cons. 98. colum. 3. & 4. vol. 4.* ¶ Quis dicatur 166

dicatur ciuis, de probatione, & delatione ciuilitatis ad deſcendentes, vide Alex. *de Imo. in conſi. 16. col. 2. & 3. volum. 5. verſi. ſed in propoſito, cum ſequentibus.*

167 *Matricula* autem probat, aliquem eſſe de vniuerſitate ciuitatis vel artis: & per matriculę cancellationẽ probatur, quem non de vniuerſitate, *l. fina. C. de aſſeſſo. Bal. in l. 2. C. de ſenten. Abbas in c. fi. ext. de priuile.* ¶ Imò non matriculatus, quòd non gaudeat priuilegio ciuitatis, vniuerſitatis, vel artis, *eſt gloſſ. in l. eos, C. de offic. magiſ. militum. Decia. in conſ. 53. num. 4. vol. 1.* ¶ Adde, ciuis regulariter cogitur obſeruare ſtatuta ciuitatis, contra faciens punitur: limitatur in ciue nouello, (*Geyl. 2. obſ. pract. 48. n. 29. vbi in hoc forenſẽ & nouellũ ciuẽ æquiparari ait.*) iſte n. contrà faciens ſtatutis ciuitatis, excuſatur propter ignorantiam, *Bal. in l. data opera in 5. colum. C. qui accuſa. non poſſ. motus per l. qui commeatus, §. Tyroni, ff. de re milita. & per l. qui cum vno in fin. ff. eod.* (*vbi dicitur, quòd parcitur nouo militi, tanquam iuſtè ignoranti leges militares,*) & facit ratio: quia ignorans non contemnit, *vt habetur in l. ignorans, ff. locat.* niſi tamen talis ignorantia ſit ſupina, craſſa, vel affectata: quia tunc non excuſat, ſed habet vim ſcientiæ, *Hippo. de Marſi. in l. qui ignorans, ff. ad l. Cor. de fal. num. 23. 24. 25. & 26.*

168 Dicitur autem ciuis nouellus, qui per annum in ciuitate nondum egit, *dicit additio ad ſing. Ludoui. Rom. 74. incip. nunquid allegat, l. fi. §. quoties, & ibi Bart. & Dd. ff. de publicanis.* ¶ Nouellus ciuis, vel nouiter ingrediens collegium, an teneatur ad antiquorum debitorum contributionem, *vide Ludo. Rom. in ſingul. ſuo 490. incip. qui nouiter.* ¶ Expedit notare iſtam materiam, propter ſtatuta, quæ communiter in ciuitatibus vigent, & obſeruantur: fortè, ne quis res emat, vel vendat, niſi ſit ciuis: vel vt ſint in aliquibus locis immunes à vectigalibus, pedagijs, vel alijs oneribus præſtandis: de ſimilibus poteſt cogitari. ¶ Nota, appellatione ciuiũ, incolæ continentur: an ergo incolæ obligẽtur cõſuetudinibus & legibus eius loci, vbi incolæ ſunt, dicit Geyl. *in obſ. 35.* Et *in ſeqq. 36.* quæritur, An mutatio domicilij eximat ciuẽ à iuriſdictione ciuitatis originariæ (*Iure communi onera in ciuitate originis ſuſtinere quis cogitur, & honores ibi gerit, etſi domicilium inde aliò tranſtulerit, niſi omnino ciuitatẽ deſerat. Secus tamẽ eſt, quo ad iuriſdictionem, quia mutando domicilium, mutatur & forum. Sanè generali Germaniæ conſuetudine, renunciando ciuitati originariæ omnia hæc amitti, Geyl. d. loco tradit, maximè ſi quis ea præſtiterit, quæ more maiorum, aut ex ſtatutis ciuitatis requiruntur, vt ſunt, Nachſtewere de abzug.*) *lib. 2. obſ. Cam. Imp.* & ibi in iſta obſeruatione vide bona, quomodo ciuis perdat iuriſdictionẽ & priuilegia ciuitatis. ¶ Quatenus perdat ciuis ciuilitatem, propter non impletum ſtatutum, & non ſubiens onera ciuitatis, commodis eius gaudere non debet, *Decian. in conſ. 11. vol. 2.*

Vide Pet. Greg. Thol. lib. de repub. 1. cap. 3. 169
Quid ciuis, *Capyc. deciſ. 162. num. 16.* & incola quis, *ibid.* & quantum ciues à ciuibus, quantum à peregrinis differant, quid item veniat vrbis, ciuitatis, & Reip. appellatione, *Bod. de Rep. lib. 1. c. 6.* item benè fieri poſſe, vt ciuium partim ab oneribus, & muneribus vacationem habeant, partim omnia onera ſubeant, & hoc quidem de Iure, *ibid. in fine cap. 6. fol. 65.* ciuis vbiq; obligatur conſtitutione Principis ſui, in perſona concepta. Ciuis appellatione, in materia odioſa, venit originarius, nõ adoptiuus. *Alex. Raud. de anal. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 10. n. 18.* Ciuis propriè intelligitur de eo, qui habet domicilium in loco, & non ſecundùm originem, *Ant. de Butr. conſ. 21. n. 3.* ¶ Verba ſtatuti; pro ciue habeatur; denotant fictionem, niſi ſimul dicatur: & ſit pro ciue: *Seb. Med. de reg. iur. reg. 3. n. 10. & 44. Vide Raud. de anal. lib. 1. c. 34. n. 264. cum 3. ſeqq. Corn. d. lo. n. 746.* non poteſt ad libitum ciuitati renunciare, *p. 2. n. 247.* & ciuiũ appellatione nõ veniũt ruſtici, *n. 226. nec in materia ſtricta, n. 227.*

Diſcedens à ciuitate, animo ad eam reuer- 170
tendi deliberato, ibidem ſemper & continuè habitare cenſetur, *Viu. deciſ. 477. lib. 3.* Qui ex vico ortus eſt, eam patriam dicitùr habere Reip, cui vicus ille reſpõdet. *P. Greg. d. c. 3. n. 21. per l. qui ex vico, ff. ad municip. & lib. 2. c. 4. n. 2.* quid iuris in eo, qui in caſtro natus eſt, *vid. ſup. verb. caſtrũ.* ¶ Ciuis vel forenſis quando quis præſumatur, *Menoch. lib. 6. præſ. 30.* Cupiẽs nanciſci iura ciuitatis, ſimul ſeſe legum vinculis, quæ in illo loco ſunt, aſtringit, *l. imper. ff. de iur. fiſci.* Ciues ſi in cauſa neceſſitatis mutuò dant pecuniam ciuitati, vel communitati, item ſi ex neceſſitate pro rata bonorum aliquid dandũ imponatur: an bona conſcientia de iure poſſint aliquod lucrum ſeu remunerationem recipere. *Anton. de Butr. conſ. 17. quòd non.* ¶ Vniuerſitas quando dicatur deliquiſſe. *Fœnnl. de mom. temp. c. 10. n. 43. Clar.*
§. f. q. 16. verſ. alterius quæro. ¶ Ciuitatis ap- 171
pellatione quæ veniant, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 155. & lib. 1. q. 99.* Et quando in ſuburbijs factum, dicatur in ciuitate factum, *d. c. 155. vide Molignatum.* ¶ De ciuitate expulſis, *vide Marſil. de bannit. verb. expulſi, vbi multa vtilia.* ¶ Res magni precij fuit olim, ciuitate Romana donari. Vide in hanc ſententiam, *Dauth. de teſtam. n. 169. fol. 213. & ſeq. Prod. de Repub. lib. 1. c. 6.* ¶ De ciue & ſubdito, qui in fraudẽ ſui domini ſe ſubijcit iurisdictioni alterius ciuitatis, vel domini, *extat Aurea bulla Carol. IV. Imper. Anno 1356. edita Norinb. tit. 16 de Pfalburgeris.*

Ciues qui nomine ciuitatis mutuò pecunias sumserunt, tenentur de his rationes reddere *Hier. Laur. decis. 13.* & quatenus ciuitas singulorum bona obligare possit, *vide item Coler. de process. execut.*

172 Territorium alienum prębet securitatem, sicut Ecclesia, & saluum conductum, *l. præsenti & l. denunciamus, C. de his qui ad Eccles. conf. vide Soc. qui refert. Ang. in l. 1. in 2. col. de acq. poss.* ¶ Quid sit ciuitas, castrum, villa, vide *latiß. & pulcerrimè per Br. in Extrauagante, qui sint rebelles, in verb. Lumbardiæ, & Br. in l. vrbis, de v. sing. vide etiam text. in l. præponebatur, ff. de iudic.* Et quomodo ciuitas differat à villa, vide, *Br. in l. 1. §. siue autē de nou. oper. nunc. Br. in l. si hæres, §. vitio de leg. 1.* vbi dicit, quòd ciuitas est, quæ habet Episcopum, vbi *Ias. ex sententia Abb.* dicit, quòd hoc non sit receptū à Teutonicis, & vltramontanis.

Ciuitates, præter Romam, loco priuatarum habentur, *l. eum qui vectigal, de v. sig. Quid sit ciuitas vide gloss. in c. ego Ludouicus 63. distinct.*

Ciuitas mori dicitur, quando aratrum in ea inducitur, *ita dicit text. in l. si vsusfructus de vsufr. an vsusfructus ff. de vsur.* Quid ciuitas, vrbs, castrum, oppidum, villa, *vide notata in c. si ciuitas, de sent. Ex. lib. 6.* ¶ Ciuitates merum imperium non habent, *Br. in l. 1. in 3. col. de iurud. omnium iud.*

173 Ciuitas mori potest, quando scilicet per superiorem damnatur ad aratrum, *ita Innoc. in c. cum ex iniuncto. de oper. nou. nunc.* Vel si illuuione pereat, vel si fuit in banno Imperatoris vel Papæ, *vide pulcrè Bal. in extra de pace const.* sicut Heinricus Imper. ciuitatem Brixiam, quia sibi rebellis fuerat, aratro damnauit, tamen ex misericordia postea sententiam relaxauit, *de quo vide Br. in l. 1. in vlt. col. ff. de iurud. om. iud. & eundem Br. in l. aut facta, §. non unquam, ff. de pœnis, vide omnino illam gloss. Bl.*

Vide pulcrè textum de morte ciuitatum, qui loquitur de Carthagine, *in l. si vsusfructus ciuitati ff. quib. mod. vsufr. finit.* Occupans regimen alicuius ciuitatis propria authoritate dicitur Tyrannus, & committere crimen læsæ Maiest. *Soc. in cons. 22. vol. 1. col. 2.* Singulares personæ de vniuersitate possunt ferre testimonium in causa vniuersitatis: quomodo hoc intelligatur, *& hoc plenè & pulcrè vide per Ar. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de Rer. diuis. & in l. sed si hac, §. qui manumittitur, ff. de in ius vocando, vbi plenè Alex. vide Ias. in l. si quis in causam, ff. si cert. pet. Vide Philipp Corn. cons. 47. fol. 65. col. 2. in lit. F. vbi latiß. & pulcrè vol. 3.*

Quòd delictum vniuersitati imputetur, non sufficit quòd aliqui de vniuersitate deliquerint, sed opus est probare, quòd collegialiter delictum factum sit, *Paul. de Castrens. in cons. 104. in caussa Horcij.* ¶ Deputati ad administrationem ciuitatis, non possunt bona obligare: nisi habito mandato, & probata versione in vtilitatem ciuitatis, *Paul. de Castrens. in consil. 20. volum. 1. num. 5.* ¶ Nec Dominus potest obligare subditos, pro eius debito, *ibidem.* Ciuitatem amittens, omnia bona amittit sine publicatione: & quis ea acquirat, *vide Br. in l. tutelas, §. item cum ciuitas, ff. de cap. dim.*

Quid sit ciuitas, quid castrum, quid villa, quid prouincia, *latiß. & pulcerrimè, vide Br. in extr. qui sunt rebelles in verb. Lumbardiæ,* & an habeant merum imperium omnia prædicta, *Br. in l. 1. §. siue autem de oper. nou. nunc.*

Quando omnes de ciuitate particulariter mihi fecerint iniuriam, non possum agere contra ciuitatem, sed solùm contra inferentem, *Goz. hoc inferentem ex dictis Br. in l. omnes populi in 3. q. 2. q. pr. de Inst. & iur.* vbi etiam refert, si plenè probatum fuisset, quòd omnes singulariter de ciuitate possedissent nemus, pascua, &c. non tamen sequeretur, quòd probatum sit, quòd illud nemus vel sylua sit ciuitatis, *vide eum & nota hunc casum, adde Petr. Philipp. de Cor. in cons. 46. vol. 3. & cons. 148. vol. 1. & cons. 83. vol. 4. vbi est eius decisio in terminis.*

Limita tamen hoc, quod licèt per actus singulorum de vniuersitate non possit acquiri, tamen benè retineri. Multa & pulcra, quando factum, vel actus hominum de vniuersitate noceat, vel prosit vniuersitati, *vide Curc. in cons. 46. vol. 3. per totum, vbi multa pulcra de hoc habes.*

Ciuitas non recognoscens superiorem potest infamem suum subditum restituere, 174 *Abb. in C. cum te, de re iud. & omnia potest, quæ potest Imp. Br. in l. infamem. ff. de publ. iud. & in l. 1. §. de qua re, de posthum. Abb. in cons. 103.* Talis est ciuitas Florentinorum, *vt per Fel. in c. quæ in Ecclesiarum in 2. col. de const.*

Hodie vnaquæque ciuitas habens sua regimina, habet vim prouinciæ, *gloss. est vnica sociam non habens in l. fi. C. de præscript. 30. annor. in verb. in vna prouincia, quam Br. ibi commendat Mod. in l. imperium, de iurisdict. omnium iudic.*

Ex delicto vniuersitatis vel ciuitatis, non tenetur vnusquisque de populo, *gloss. est ex qua hoc no. Br. in l. 1. in 2. col. ff. quod quisque iur.* ¶ Contra ciuitatem quanto tempore præscribatur, *vide in. inf verbo præsc.* ¶ Si vna ciuitas detinet castra vel villas alterius, si alius prætendit ius in illis castris vel villis, talis debet agere contra ciuitatem. Sed si à nemine detinerētur, debet agere cōtra castra vel villas,

villas, *Br. in l. deinde ait, §. hoc interdictum, ff. de lib. exh.* Stante statuto, quòd nullus ciuis rem immobilem posset alienare in forensem, contractu inter viuos: Hoc non obstante, hæres forensi vendere in testamento iussus, vendere potest, *Ita Alex. post alios, in l. si dignum, ad l. Falc. Car. in l. si quis arbitratu, fol. 4. de verb. oblig.* ¶ Statutum disponens, quòd qui extra ciuitatem extraxit fructus, contra formam iuris communis, etiam tenetur ille, qui extraxit contra prohibitionem statuti, *vide infr. in verb. fructus.* Vniuersitas est Domina suorum iurium, *l. in tantum, ff. de Rer. diuis.* ¶ Vniuersitas loco vnius personæ habetur, sicut Grex. *l. mortuo, de fideiuss. Io. de Plat. in l. tam collatores, §. vt autem, de re militari lib. 12.* ¶ Et ergo contra vniuersitatem libellus dari potest, sicut contra singularem personam, *l. tigrei, §. municipes, ad exhib. l. 1. §. quibus; & l. ciuitates, ff. quod cuiusq.* ¶ Vniuersitate citata & conuenta, satis est, quòd de collegio cum syndico compareat, etiam in criminalibus, *vide Ioh. de Plat. in d. l. tam collatores, de re militari lib. 12.* ¶ De hoc an vniuersitas, seu collegium in causa criminali syndicum, vel procuratorem constituere possit agendo, satisdando, vel defendendo, *vide Vitell. in tract. maleficiorum in tit. de pro defens.*

175 Vniuersitas an possit delinquere & per consequens puniri, *vide Br. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. & Io. de Plat. in l. fabricenses, C. de Decu. lib. 10. Eundem clarius, in d. l. tam collatores, §. vt autem, C. de re milit. lib. 12. vide Goz. in l. 1. quod quisque iur. Lect. 2. ibi, sed mihi videtur.* ¶ Ex vniuersitatis delicto non tenetur quilibet de populo, *Br. post. gl. in l. 1. in 2. col. quod quisq. iur. per Br. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn.* ¶ Vniuersitas pupillo æquiparatur, *Br. in l. nulli. Quod cuiusq. vn. no.* ¶ Vniuersitas, quæ Rectorem non habet, potest ab antiquiore de collegio conuocari. *Br. in l. Decuriones, de Alba scrib.* ¶ Vniuersitas altera est facti, quę sine corporibus nón constat, vt, Grex, peculium: altera iuris, quæ sine illis constat, vt hæreditas, *l. hæreditas, de pet. hær. vide Soc. in l. 1. in 4. col. de leg. 1. Ias. ibi in 8. col. in fin. Et eundem clarius, in 12. col. Br. in vlt. col. in Rub. solut. matr.* ¶ Vniuersitas animum non habet, adeò quòd ea, quæ concernunt animum, non trahuntur ad vniuersitatem, *c. Romana, §. in vniuersitatem, de sent. excom. lib. 6.* Nec sequitur, homines illius vniuersitatis iurarunt, ergo etiam vniuersitas: vnde, iura loquentia de iuramento, non cadunt in vniuersitatem, *Vide Corn. consf. 48. vol. 3. in lit. B. vide infra in verb. iuramentum,* quia contrarium voluit Ias. *in l. si quis maior in 3. col. C. de Transact. licet de Corneo mentionem non faciat.*

Quomodò probetur, quòd communitas damnum dederit, & confessio Syndici non nocet ciuitati, *Dec. cons. 221. vol. 2. non patitur.* 176

Scriptura Archiui publici alicuius ciuitatis, seu communitatis non faciunt fidem, nec probant extra ciuitatem, nec contra homines non suppositos iurisdictioni illorum: *ita vid. not. Alex. in cons. 16. vol. 5. in causa & lite col. 2.* Singuli de vniuersitate pro vniuersitate testes admittuntur, *vide Soc. in Reg. 408.* ¶ Appellatione personæ venit vniuersitas, collegium & ciuitas, *l. mortuo, ff. de fideiuss. l. si à te, ff. vt in poss. leg.* Et an propriè veniat, *vide de hoc articulo pulcrè Ias. multa allegantem, in l. fin. in 2. col. ibi, septimo extende, C. de pact. vide Alex. cons. 17. vol. 7. in fin.* ¶ An appellatione personæ veniat ciuitas, vel castrum, *vide Alex. in cons. 17. vol. 6. in fin.* Si ciuitas condemnatur, veniunt omnes subditi ciuitatis, *Alex. in cons. 27. vol. 6.* ¶ An ciuitates habeant fiscum & ius fisci, & an iudices ciuitatum habentes merum & mixtum imperium, confiscari possint, *vide Capoll. cons. 17. fol. 18. col. 4. n. 22.* Confiscatio ordinaria & extraordinaria, & cui competat *ibidem.* ¶ Ciuitas & Ecclesia æquiparantur, *l. fin. C. de sacr. Eccles. vbi Br. notat, & alij.* ¶ Contra ciuitatem non currit præscriptio, nisi centum annorum, *ibidem notat Br. in 1. not.* videtur tamen, quod hoc tempus centum annorum, sit limitatum ad 40. annos, *vide D D. in Auth. sequenti, vbi latè Ias.*

Ex solo contractu, sine traditione, transfertur dominium in ciuitatem, *d. l. fin. vbi Br. & D d. C. de S S. Eccles. vbi alia multa de iure ciuitatum habes.*

Quòd ciuitas secundùm sua statuta facit, per præsidem non reuocatur, *l. fin. C. de iure reipub. lib. 11.* ¶ Sententia lata contra ciuitatem indefensam est ipso iure nulla, *l. 1. eod. tt.* ¶ Ciuitas, vel arx, quo tempore possit præscribi, vt dicatur de territorio, vel pertinentia principatus, *vide Hieron. Schurff. in cons. 62. col. 342.*

Ciues, & incolæ in quo differant, *vide l. ciues, vbi gl. & Paul. de Castrens. notat C. de Appellat.*

De Clandestinitate.

QVando quid intelligatur clàm fieri, 177
quot modis matrimonium dicatur clandestinum, instrumenta vel delicta quando iudicentur clandestina & alia in materia clandestinitatis bona, vide apud Decium. *in l. quod tutela, §. clàm. & est ibi tex. ff. de reg. iur. Bart. & Ioan. de Plat. in l. 2. C. de his qui ex pub. ratio. lib. 10.*

In possessorio, is clandestinè & cũ vitio pos- 178
sidere dicitur, cui⁹ possessio reperitur iunior, respectu possessionis antiquioris aduersæ partis,

partis, licet probet cum tit. *nota. ad c. licet causam. ex. de proba. Alex. de Im. in cons. 88. vol. 5.* & in hac materia clandestinitatis vide pulcherrima apud Hipp. *de Mar. in rep. Ru. ff. ad l. Cor. de Sicarijs in pr. inuenies bona.* ¶ Occultè fieri quid & quando dicatur, & quid clàm, præsumitur etiam de scientia contra rusticos, qui faciunt aliquid clàm, *notauit eleganter Anton. Corse. in sing. suis in verbo occultè.*

179 Actus facti in publico, vel palàm, videntur carere omni suspicione doli & fraudis, *Seraph. priu. 83, n. 54.* & dicuntur facti bona fide, *ibid. ibi illat. ibid.* quòd factum coram amicis, faciat cessare omnem suspicionem fraudis.

Palàm gesta an & quando excusent, præsertim in contractu matrimonij, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 244.* & quando excusent à iuris & facti ignorantia, *Seraph priu. 4. & n. 186. & seqq.* ¶ Quisquis peruersè agit, odit lucē, *Iohan. 3.* Clandestinitas actus quid operetur, *Seraph. priu. 4. n. 160. vsq. ad 167. Plat. de in lit. iur. §. 4. n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & seqq.* & clandestinus actus quis? *n. 17.* Dolus verus dicitur in omni clandestinitate, *ibid. §. 48. n. 14. fol. 590.* clandestinitas facit, vt non parcatur ijs, quibus aliàs parceretur ob iuris & facti ignorantiam, *§. 48. n. 28.* ¶ Vid. de clandestinitate & eius contrario, *Marsil. de bannit. verb publici, & verb. nocturno tempore, vbi de eorum effectu.* Et *ibid.* de occultatis longo tempore & dilatis, *num. 11. & seqq.*

De clausulis.

180 DE clausula (non obstante) vid. Fel. *in c. nonnulli ext. de Rescrip. latiss. D D. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. pub. Alex. in cons. 60. vol. 2. Alex. in l. centurio in 6. col. in fin. ff. de vulg. & pup. Goz. in l. omnes populi in 3. q. 3. q. princ. lect. 12. in fin. ff. de iust. & iur. vide plura de hac clausula. Dec. cons. 10. vol. 1.* ¶ Clausula (non obstante priuilegio aliquo, vel collatione alteri facta) intelligitur de inualida, non autem valida. *Ita volunt Can. in c. causam ext. de Rescrip. Corc. cons. 1. fol 62. col. 2.* ¶ Clausula motu proprio, non obstante, ex certa scientia, non potest probari per testes, nisi sit expressa in rescripto, *vide Ias. in l. iustitia. ff. de iust. & iur.* vbi habes limitationem ad c. *si motu proprio, de præbend. in 6. Vide latissimè Felin. in c. causam quæ, de Test. vide latè Ioh. de Platea in l. 1. de pet. bon. sub. li. 10. & Marss sing. 272.* vbi dicit, quod habet talem effectum, quod si actor in libello deduxerit vnam causam & probauerit de alio, debet obtinere. Clausulæ executiuæ principalem dispositionem non ampliant, nec immutant, *Curc. cons. 2.* Vbi etiam habes quæ sit clausula executiua. Clausula, (sola veritate inspecta) quid importet, *vide Alex. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. & Carol. in Rub. eo. tt. Lect. 2. in prin. Hypp. in sing. 272. & Ias. in l. certi conditio. §. si nummos in 6. col. ibi secundo confirmatur, ff. si cert. pet.*

Clausula (& si specialis mentio fieri deberet & expressio, volo habere pro expressis) inferior à principe vti nō potest, *secundùm Br. in l. 4. §. quæsitum, ff. si quis cautio. c. qui ad agendum ext. de procur. in 6. vide Car. in l. si mihi, §. in legatu. Lect. 52. in fin. ff. de leg. 1.*

Clausula (omni meliori modo) est maximę importantiæ, *de qua vide latè per Hypp. in sing. 36.* 181
Et hæc clausula inest iuramento. & in testamento facto inter liberos, *vide in verbo iuramentum.* ¶ De clausula (ex certa scientia: plenitudine potestatis: non obstante) vide Dec. *cons. 269. vol. 2. constitui. Eiusdem cons. 211. vol. 2. in casu,* quomodo hæc clausula probetur, vide *Alex. cons. 18. vol. 6. n. 7.* Et hæc clausula (ex certa scientia) exceptionem erroris tollit. *Alex. in cons. 14. vol. 6. col. 16. in fin.*

Clausula (ex certa scientia) habet eandem vim, sicut clausula de plenitudine potestatis, *Franc. Curc. cons. 1. fol. 61. col. 3.* De clausula (vocatis vocandis) & de clausula, (& quod iustum fuerit, decernatur) vide Dec. *cons. 233. vol. 2. viso tenore Bullarū & in cons. 275. vol. eod. viso tenore.* De clausula: (In dicto casu,) quæ est restrictiua, vide Dec. *cons. 290. vol. 2. Domina Blasia.*

De clausula: (Rebus sic stantibus,) quæ 182
in omnibus contractibus, vltimis voluntatibus, iuramentis, priuilegijs intelligitur, *vide Ias. in l. quod Seruius in 3. col. ff. de cond. ob causam. da. ca. non sec. vbi infert ad pulcram q. vide D. Carol. in l. 1. § si quis simpliciter fol. 62. de v. obl. Eund. l. stipulationes non diuiduntur fol. 90. fa. 1. Ibi, secundò infertur, & ibi, tertiò infertur, ff. eod. tt.* ¶ Si princeps committit causam cū clausula: (quod per se ipsum cognoscat tum non potest aliter delegare, vel committere) Et quod si dicat, (Per te cognoscas,) & quid si dicat, tu (Petre, tu frater Episcope,) de illis vide Ias. *qui alios refert in l. 1. §. 1. Post Aretinum in 1. & 2. col. de acq. possess.*

Clausulæ insolitæ faciunt præsumi fraudem & dolum *secundùm gl. in l. si quis sub condit. in gl. 1. de cond. Inst. vide Ias. in l. testamentum, C. de testam.* Clausula, Actum Bononiæ, in fine instrumenti poni solita, denotat actum perfectum. *Bald. in Auth. quod sine C. de testam. Alex. in cons. 14. vol. 6. col. 4. 5. & 8.* ¶ Clausula generalis post specificata quædam, ad illa solū restringitur. *Hier. Schurff. cons. 65. col. 351. n. 10.* Sic nota regulam, Quod ex actibus sq. demōstratur animus in præcedenti actu: Cùm ex sequentibus actibus priora declarantur, *Corn. cons. fol. 79. 80. vol. 3. vbi de his & alijs allegat.* 183

Clau-

184 Clausula in principio, medio, vel fine posita, refertur tàm ad præcedentia, quã sequētia, *l. talis scriptura, de leg. 1. l. 1. C. de lib. præt. Car. in Rub. de leg. 1. Bart. in l. 1. §. si quis simpliciter, de verb. obl. allegat. l. 3. §. filium, ff. de Lib. & posthum.* Hoc non procedit, quando est dare rationem diuersitatis, quare magis clausula referatur ad vnum, quàm ad aliud: *& etiam adhuc vnam aliam limitationem ad hanc regulam, vide per Franc. Cur. conf. 7. fol. 79.* ¶ Clausula in principio l. posita, refertur, & qualificat totam l. vel orationem sequentem, *ita dicit Soc. in l. 1. in pr. 2. col. in pr. de verb. obl. per no. per Br. in l. Seius, §. Gaio, ff. de fund. inst. tex. est in l. Regula. iuxta fin. in verb. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fact. ignorant. l. Titia, §. idem respondet, de verb. oblig.*

185 Et quòd clausula in fine posita, referatur ad proxima tantùm, & non ad remota, *vide pulcrè Bl. in Margarita. in verbo instrum.* Et quòd prima pars legis vel clausula declaret sequentia, *tex. est, in l. vtrum, vbi Ang. no. & Br. de pet. hæred. Carol. in l. 1. §. si quis ita, fol. 42. de verb. oblig. Bart. in l. cum filiosamilias, in 4. col. de leg. 1. ibi aliud.*

Et an dictum vno capite, intelligatur repetitum in sequentibus, *vide latè Br. in l. 4. §. erit, ff. vi bon. rapt.* ¶ Et quando de duobus dicitur in principio legis, & in fine de vno tantum, intelligitur tamen de vtroque repetitum, *l. 1. C. de diuers. Rescript. Br. in l. cum filiusfamil. in 4. col. ibi, aliud, vers. 4. de leg. 1. Vide etiam Corn. in tr. feudali, in 4. pr. principali, fol. 34, col. 4. in pr. Vbi habes per hanc doctrinam pulcram quæstionis decisionem.*

186 Clausula præcedens est potentior ad determinandum sequentia, quàm econtrà, *l. quisquis, vbi not. Br. & communiter DD. ff. de leg. 3. Curt. conf. 14. fol. 87. col. 4.* ¶ Clausula in fine posita refertur solùm ad ea, quæ referre potest, *l. si quis maior, iuncta gl. in verb. consecutus, & ibi DD. C. de Transact. Alex. in l. vbi pactum num. 2. eod. tt.* ¶ An clausula referatur ad præcedentia, vel sequentia, an ad omnia, vide pulcrè *Dec. in conf. 14. vol. 1. Et pro tenui.* Qualitas in fine legati posita, an restringat verba præcedentia? *Dec. conf. 92. vol. 1.* Vna pars dispositionis obscura, declaratur per alteram claram: *Cur. conf. 7. fol. 79. col. 2.*

187 Clausula in fine posita, etsi ad omnia superiora referatur, *l. talis scriptura leg. 1:* Fallit tamen, nisi in superioribus fuisset facta specialis prouisio, *l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. & pup. Mod. in d. l. talis scriptura. Ioh. de Mon. Ferr. in Rub. de verb. oblig. col. 10. ibi, quarto. l. 1. C. de Lib. præter.*

Præterea hoc etiam fallit, nisi ratio suaserit contrarium, *ita Ioh. de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 8. ibi, quarto, de verb. obl.*

Item, qualitas nunquam censetur repetita in sequenti capitulo, etiamsi sit expressa in primo: Quando proprietas recti sermonis repugnat, *ita Alex. in conf. 66. vol. 3. Goz. in l. 1. Lect. 2. quod quisq. iuris. ibi, moneor secundò, vbi latè de hoc per 6. conclusiones, quando clausula præcedens censeatur repetita. Cur. conf. 7. fol. 79. col. 4.*

Quando præcedens oratio generalis, vel rubrica, restringatur per sequentem, vel nigrum speciale, & econtra, vide pulcras conclusiones, *per d. Goz. post alios in l. 1. Lect. 4. si cert. pet.* ¶ An per Copulam ET inducatur repetitio qualitatum præcedentium, *vide Br. in l. Seie, §. Gaio, de fund. inst.* Determinatio vel clausula in fine posita refertur ad proxima tantum, non ad omnia, *ita Br. in l. 1. in princ. de leg. præst.* 188

Clausula sequens in fine posita, nõ refertur ad aliam clausulam, quæ habet propriam, & specialem determinationem. Et clausula specialis discretiua, non refertur ad præcedentia, *vide Ias. in l. si quis id quod, in 3. col. in tertia limit. de iurisdict. omnium iud. l. si seruum plurium, §. fin. de leg. 1. Curt. conf. 7. fol. 79. col. 4.* ¶ Clausula conditionalis vltimo loco posita, non refertur, nisi ad solum vltimũ, & non præcedens, *Br. in l. fin. de reb. dub. Carol. in l. 1. §. 1. de acq. possess.*

Et an dicta in præcedentibus, intelligantur repetita in sequentibus, vide Bart. *& Mod. & præcipuè Ias. in l. transigere, C. de Transact. circa fin. textus est in l. & quia, §. fin. de pact. & in l. Titia, §. idem respondet de verb. oblig.* ¶ Dictio AVTEM, VEL, ETIAM, aduersatiuæ, inducunt repetitionem omnium qualitatum. *Alex. in l. filius à patre, de Lib. & posth. Carol. in l. 1. §. item Aquirius, Lect. 74. de acq. poss. in fin.* vbi pulcrè de hoc per aliquot conclusiones, quando clausula cum qualitatibus repetatur, & quando non: *vide Goz. in l. 1. lect. 3. ff. quod quisq. iur.* vbi pulcrè distinguit. Si oratio sequens est imperfecta ratione verbi, & verbum præcedentis orationis repetitur cum omnibus suis qualitatibus, *Br. in l. in repetendis de leg. 3. & in l. Seie, §. Gaio, de fund. inst. Soc. in l. 1. §. adipiscimur, de acq. poss. Car. in d. l. 1. §. item Aquirius de acq. poss.* 189

Dictio, EO AMPLIVS, est præcedentium repetitiua, *l. si purè de leg. 3. Br. in l. lecta in princ. 3. col. si cert. pet.*

Vna pars legis & vna clausula declarat aliam, *l. vtrum, vbi Ang. not. de pet. hæred.* Sicut vna pars testamenti aliam declarat *l. qui filiabus in princ. l. si seruus plurium, §. fin. de leg. 1. vide Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, fol. 99. fa. 2. de verb. oblig.*

Quando

190 Quando in vna parte ponitur dictum qualificatum, & præcisum, & in alia dictum simpliciter, & dubium, tunc illud debet intelligi per illud, quod præcisè loquitur, & qualificatè, *l. sciendum, vbi D D. omnes not. qui satud. cog. iuncta Auth. offeratur, C. de lit. contest. l. 1. §. nunciatio, de oper. nou. nunc. l. 1. C. de Sac. Eccles.* ¶ Nota circa præmissa omnia singulariter, quòd licet sequentia declarent præcedentia, & econtra, *l. talis scriptura de leg. 1*: Tamen præcedentia sunt magis efficacia ad declarandum sequentia, quam econtra, *ita Br. in l. quisquis de leg. 3. Br. & D d. in l. Auia de condit. & demonst. Lud. Rom. in cons. 104. Alex. cons. 51. vol. 3. Moder. in l. prætor ait, §. si initium. de Edend. vide Goz. in l. singularia lect. 68. si cert. pet.*

De clausula Codicillari.

191 DE clausula codicillari, *vide Br. in l. fin. C. de Cod. & l. 1. ff. eod. vide Dec. cons. 320. vol. 2. dum legerem pridie.* Clausula codicillaris operatur, quòd relicta debeantur à venientibus ab intestato. An autem etiam hoc locum habeat, quando hæres institutus mortuus sit viuente testatore, vide Dec. *cons. 241. vol. 2.* Clausula codicillaris, in vulgari, vel fideicommissaria nihil operatur, *Dec. cons. 291. vol. 2. visis diligenter.* Alia multa & pulcra de varijs clausulis, verbis & dictionibus, *vide inf. in verb. dictio col. 435.*

192 Clausula codicillaris illa est: si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, & omni meliori modo, quo valere potest; *de quo plenè Barto. in l. 1. ff. de codicill.* ¶ Quos ista clausula vtiles producat effectus (*Virtute huius clausulæ institutiones hæredum in vim fideicommissi sustinentur, siue testamentum laboret vitio solennitatis omissæ, siue ratione exhæreditationis vel præteritionis filij in potestate constituti, dummodò testator se liberos habere sciuerit, & de ijs verisimiliter cogitauerit, quod ex adiectione huius clausulæ præsumitur, Geyl. obser. pract. 114. num. 1. vsq. ad 7. inclusiuè, lib. 2. Imò etsi hæres institutus ante testatorem decedat, nihilominus fideicommissum etiam vniuersale à venientibus ab intestato præstandum est. Geyl. 2. obser. pract. 134. n. 3.*) & quando, notauit Domi: Schneid. *in titu. Insti. de codicillis, §. codicillis. num. 15. cum sequentib.* ¶ Et quòd ista clausula mirabilis sit operationis, & quid operetur, notat D. Matthæus *Matthesil. in sing. suo 140. incip. nota mirabilem doctrinam & facit ibidem additio.* ¶ Et testamentum natiuitate posthumi ruptum, an sustineatur per clausulam codicillarem, (*Sustineri indistinctè communiorem opinionem esse Alex. dicit: Distinctionem tamen Bartoli, vt si pater ignorauit prægnantem vxorem, non sustineri: si sciuit, sustineri, magis æquam & hodiè communem esse, à qua nec iudicando, nec consulendo recedendum sit Molin. tradit.*) docuit Geyl. *in obserua. 114. lib. 2. & ibi inuenies multa de hac clausula.*

Clausula codicillaris an operetur, quando testamentum esset nullum, filij præteritione, *Gabriel l. 6. de clausul. concl. 7.* ¶ Item an operetur posthumo præterito. *Gabriel. ibid. concl. 8.* Clausula generalis, quando refertur ad specificata, vel non. *Viuius lib. 1. decis. 124.* Clausulæ insolitæ in instrumento faciunt censeri contractum simulatum. *Viuius decis. 182. lib. 1.* 193

De clausula, vnd alles anders/ vermög rechtlicher ordnung zu handlen.

CLausula hæc, in mandatis procuratorum, comprehendit omnia, quæ sunt paria expressis. *Myns. cent. 4. obs. 99.*

De Clausula, quæ fortè procuratorio inseri possit.

COnstituo Titium procuratorem meum, in causa, quam habeo contra Sempronium, & generaliter in omnia alia: quæritur, an per istam clausulam intelligatur constitutus ad causas, quas habet cum alijs personis, quàm cum Sempronio, (*Ex sententia Bart. negatur, quod tamen Roman. improbat.*) *Vide Ludo. Romana in singul. suo l. 155. incip. constituo Titium, & ibi additio.* 194

De Clausula, appellatione remota.

ISta clausula, appellatione remota, est magnæ importantiæ, *de qua habetur per D d. in l. 1. §. fina. ff. à quibus appella. non licet, & in c. pastoralis, & in c. super quæstionum de offi. delega.* Istius clausulæ vtilitates, quis iudex illam possit apponere, (*Solus princeps potest appellationem à diffinitiuâ remouere. Mynsing. cent. 3. obseru. 1.*) cui litigatorum apposita præiudicet, (*Vbi etiam tradit, quod Clausula, remota appellatione, non præiudicat tertio. Consentit Geyl. 1. obseru. pract. 70. num. 12. & obser. 72. num. 9. Appellatione remota, non est sublata nullitas, nec reuisionis beneficium: sunt enim hæc inter se diuersa. Geyl. 1. obseru. pract. 135. per tot.*) cui verò non, *notat pulcherrimè Hippo. de Marsi. in sing. suo 295. incip. clausula: & hic in fine Hippo. hanc clausulam commendat, & dicit, quòd sit quotidiana, de pane quærendo, & non vulgaris.* 195

Et nota, quòd appellatio est vnus casus de reseruatis principis, *d. l. 1. ff. à quibus appella. licet. Vide Hippo. in d. singul. (ibi istam clausulam valere notat, quando partes renunciant appellationi, quia est regula vulgaris, quod quilibet* 196

libet iuri pro se introducto possit renunciare, *l. si quis in conscribendo, ff. de pactis.*) ¶ Et de huius clausulæ effectibus, quòd, non obstante appellatione, iudex à quo, cui causa, appellatione remota, commissa est, quando non est inhibitum, sententiam suam exequi possit, vide Mynsinge. *in obseruat. 3. iudi. impe. cent. 1.*

De clausula, remota exceptione.

197 Clausula hæc, si ponatur in statuto, condito ab eo, qui habet merum & mixtum imperium & ius alterius tollere posset, seu in constitutionibus, intelligitur de omnibus exceptionibus, etiam non friuolis, sed legitimis: sec° est, quando ponitur in rescriptis: tunc enim, de friuolis tantùm, accipitur. Item, nunquàm intelligitur de exceptione incompetentiæ. *Mynsing. cent. 2. obseru. 10. num. 1. nec de exceptione, contractus non impleti, Decian. cons. 1. num. 66. volum. 3.*

De Clausula, ex certa scientia.

198 Hvius clausulæ versatur vtilitas, in approbatione statuti, per superiorem fienda: Quia, approbatio statuti, ad hoc vt valeat, & validet ipsum statutum, requiritur, quòd sit facta ex certa scientia superioris: *ita in specie dicit Innocent. in c. 1. de transactio. & ibi est textus in fine.* ita etiam, quòd debet apparere de causæ cognitione: *prout est gloss. in c. 2. de pactis, in 6. gloss. in c. 1. de confir. vtili. vel inutili.* & ibi vide, de impetratione confirmationis obreptitiè, vel sine causæ cognitione facta. Et in dictis locis, videndum est, de confirmatione priuilegij.

199 Clausula, in alienationis contractu adhibita, facit, vt remedium l. 2. C. de rescinden. vendi. cesset. *Menochius in consi. 1. lib. nu. 352.* ¶ Nota tamen, quòd confirmatio principis facta cum clausula, ex certa scientia, nunquam operatur: nisi, quando ipse princeps fuit certificatus de iniuria, quæ fiebat alteri, ex tali confirmatione, quia non præsumitur, quòd princeps voluerit tollere ius alterius, *Paul. Castren. in consi. suo 160. incip. quæstio ista vertitur in fin. Hippo. de Marsi. in sing. suo 440. incip. princeps.*

200 Et de huius clausulæ, ex certa scientia, operatione, docuit Decius, *aliqua in l. in totum, ff. de reg. iur. & ibidem de clausula (sciens se non teneri) de hac clausula (ex certa scientia.) Alex. in consi. 23. volum 5. versi. ita ergo: idem Alexan. in consil. 39. colum. 3. vers. non obstat quòd quinto, volum. 4. Et Lauren. Sylua. in cons. 62. n. 2. lib. 2. & vide Alex. de Imo. in cons. 16. colum. 8. volum. 5. vers. quinimo ibi.* ¶ Idem operatur clausula, (de plenitudine potestatis,) quod, ex certa scientia. Nam duæ hæ æquiparantur. (*quia clausula, ex certa scientia, inducit præsumptionem plenitudinis potestatis, quia habet vim clausulæ derogatoriæ. Geyl. 2. obser. pract. 56. num. 14.*) ¶ Et de istius clausulæ operatione, *Menochius consi. 1. lib. 1. num. 388.* ¶ Non autem operari istam clausulam in detrimentum tertij, in istis, quæ non iuris, sed facti sint, & vbi non interuenerit causæ cognitio, dixit idem Menochius. *in d. consi. 1. lib. 1. n. 431. & in sequent.*

De Clausula, propria autoritate adipisci possessionem.

HÆc clausula cuius sit operationis, notat Guido Papa, *in consi. suo 81. num. 7. versi. sed videtur.* ¶ Sed, pro declaratione istius clausulæ, *vide ea, quæ notantur in l. creditores C. de pigno. & in l. pe. & ibi in gloss. C. de pigno. actio.* quòd creditores, ex conuentione post moram, propria autoritate possunt inuadere, & apprehendere bona debitoris, licèt ciuiliùs fiat, cum autoritate iudicis. 201

Sed Barto. hanc materiam, ex ista clausula resultantem, in repetitione, *d. l. creditores C. de pign.* tractat, per quinque quæstiones, in quibus, de tota ista materia videre licet. ¶ 1. Quærit & examinat de personis, quæ possint facere conuentionem, vt liceat propria autoritate bona debitoris inuadere & apprehendere: dicit de pupillo, & eius tutore, & ibi tractat, de rebus Ecclesiæ inuadendis. ¶ 2. De modo constituendi tale ius ingrediendi: potest fieri, dicit, in contractibus & testamentis, non tantum etiam in contractibus pignoratitijs, verùm etiã in alijs: potest etiam pacisci, vt in solutum accipiat creditor rem, pro iusto precio, arbitrio iudicis constituendo, *allegat gloss. & Dd. in l. 1. C. de pac. pigno.* ¶ 3. De tempore, quando incipiat effectualiter competere tale ius intrandi & retinendi propria autoritate: requiritur, debitum, quod sit liquidũ tempore contractus, *l. 1. C. de excep. rei iudica. & l. si nulla, ff. eo.* Et requiritur, quòd mora præcedat *l. debitores C. de pignoribus:* Nisi dubitetur, debitorem recessurum, isto casu, ante moram potest ingredi, *l. quæsitum, ff. de pigno.* ¶ 4. Contra quas personas tale ius competat: Respondet, contra ipsum debitorem resistentem: tali enim casu, per vim etiam potest ingredi, & excusatur à pœna, *l. si quis in tantam C. vnde vi, & Edicti Diui Marci l. extat, ff. quod me. caus.* nisi resistat debitor ex iusta & rationabili causa, puta: quòd voluit offerre debitum, vel aliud quid facere, *l. 2. C. debi. ven. pigno. impe non pos. l. non ab re C. vnde vi, vide in d. l. creditores, distinctionem Bartoli, & progrediendo dicit Bartol. hic de successore vniuersali & singulari, & de tertio possessore,* 202

K contra

contra illos quatenus hoc ius competat. ¶ 5. Principaliter tractat de officio iudicis, qui aditur ex vrbanitate, *vt in d. l. creditores in fi. C. de pigno.* ¶ An in isto casu libellus sit dandus, pars citanda & ordine iuris procedendum, docendo notat Barto. Et nota vnum circa hanc materiam, quòd ius exequendi ex conuentione, & iudicis autoritate æquiparentur. *Bart. in d. l. creditores per l. penul. C. de pin. actio. & l. dotis C. solu. matrim. vide in hac materia cons. Henning. God. 8. princi. vol. de Hypothecis. Vide notata D d. l. si quis in tantam C. vnde vi. & l. extat. ff. quòd metus causa.*

De Clausula, Motu, &c.

CLausula motu proprio tollit defectum subreptionis. *Mynsing. cent. 3. obser. 4. in fin. Menoch. de cons. 1. lib. 1. n. 387. & 427.*

De Clausula, de plenitudine potestatis.

203 SCribunt istius clausulæ tantam esse vim: atque clausularum ex certa scientia, & motu proprio. *Menoch. d. cons. 1. lib. 1. num. 384.* & ibi voluit quòd per istam videatur alicui ius suum esse ablatum, sed declarat idem Menoch. *num. 422. & 424. & in sequentibus.*

De Clausula, Cedo bonum melius & optimum.

204 SOlet clausula poni in contractib⁹, quòd quis cedit bonum, melius & optimum ius quod potest, quid istud? Dic quòd intelligitur bonum, id est, cedere ius quo habeat exceptionem, melius officium iudicis, optimum scilicet actionem efficacem, *gloss. est notab. quam ibi notat Barto. in l. 1. C. quand. & quibus quar. pars debe. lib. 10. Ludo. Roma. in sing. suo 16.* posset etiam talis clausula apponi renunciationibus.

De Clausula, si non valet vt ago, valeat vt valere possit.

205 HÆc clausula habet locum tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus inter viuos: & ad hoc tendit, vt potius actus valeat quàm pereat. ¶ Sed quatenus sic per eam actus posfit sustineri, vt valeat prout valere posfit, notat pulcherrimè D. Zasius, *in l. 1. §. si quis ita à num. 14. vers. si non valet, vsque ad finem, §. ff. de verb. obliga.* inducit ipsius regulæ conclusionem per exempla, & in fine subiungit aliquas fallentias, quas videre licet.

De Clausula, omni meliori modo.

206 QVòd sit maximæ importantiæ, adeò quod faciat rem valere, *dicit Hippo. de Marsi. in sing. suo 36. incip. clausula.* declarat ibi per exempla, quòd in testamento paterno succedat, & tantum operetur quantum institutio. *per Bald. in l. quoties C. de Hære. inst.* & dicit, etiamsi hæc clausula sit in testamento inter liberos non expressa, quòd tamen subintelligatur. *Hippo. in d. singu. 36. allegans gloss. notab. in l. cohæredi, §. cum filiæ in vers. non voluit, ff. de vulga. & pupill. substi.* actus enim potius valeat, quàm pereat. *de quo dicto multa inducit. Hipp. de Marsi. in singula. suo 84. incip. princeps, circa medium,* & quòd nunquam sic debeamus facere interpretationem actus, vt reddatur nullus, dixit Petrus, *de Rauen. in Aureo suo Alphab. L. N. versi. naturalis causa.*

De Clausularum ignorantia.

REnunciatio facta cum clausulis quarũ importantiã ignorat renuncians, talis renunciatio est nulla, puta: rusticus vel mulier renunciauit, & non intellexit clausularum importantiam, talis renunciatio est nulla, & multi contractus sic possunt annullari & cassari, *Hipp. de Marsi in sing. suo 18. inc. quotidie,* (*Geyl. 2. obseruat. pract. 77. num. 4. quod clausulæ plerumq; magis de consuetudine notariorum, quàm partib. exigentibus adijciuntur. Geyl. ib. num. 6.*) & ego notabo infrà in materia renunciationis. 207

De Clausula, non obstante.

REquiritur in rescriptis in casu quando superior vult auferre ius tertij, & ei præiudicare, (*quia regulariter Clausula, saluo iure tertij, in omnibus principum rescriptis subintelligitur Mynsing. cent. 4. obseruat. 8.*) *l. quoties & l. rescripta C. de precib. impe. offe. & habetur in c. quæ in Ecclesiarum de Const. vbi latißimè per D. Felinum, & in l. si priuatus, ff. qui & à quibus in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub.* in sententijs sic ponitur: Ungeachtet eingewanter Leuterung bleibet es bey vorigen vrtheil/vngeachtete ingewantes fürwendens. Cogita de similibus. (*Clausula non obstante tollit omnes omnium locorum consuetudines, & statuta in contrarium facta. Geyl. obseruat. pract. 1. num. 2.*) ¶ Sed nota, quòd hæc clausula (non obstantibus puta constitionibus, statutis, pactis vel conuentionibus) non tollit confirmata iuramento vel iurata, *Ludo. Roma. in sing. suo 7. incip. quòd dispositio, & ibi Nico. Pigno.* Clausula, cassantes irritantes, actum ipso iure non valere designat, *Geyl. 2. obseruat. pract. 4. num. 4. & 5.* Per clausulam, supplentes defectus solennitatum, iuris ciuilis, non autem naturalis vel gentium defectum suppleri certum est. *Geyl. 2. obser. pract. n. 12. & 13.* 208

De

De Clausula, summariè de plano, sine strepitu & figura iudicij.

209 HÆc clausula in rescripto posita, est magnæ importantiæ, *de qua vide Barto. in extrauaganti ad reprimendum in versi. de plano & in l. à diuo Pio. §. si super rebus, ff. de re iudica.* operatur, quando in rescripto dicta clausula est posita, quòd poterit omitti libellus, & litis contestatio, & valebit sententia, *ita singulariter dixit Ioannes Mona. in c. fina. de hæreti. in 6. super verbo figura, dicens, (quòd vigore istius verbi, procedat iudex sine figura iudicij, iudex incipiat procedere ab articulis, quibus probatis, progrediatur ad sententiam,) quod dictum sequitur Lud. Goma. in consi. suo 519. incip. in casu proposita, in fine, & ex isto dicto datur vna limitatio tituli ext. vt lite non contestata cum sua materia.*

210 Sed circa hanc clausulam, summariè de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, nota, quòd ista non possit vti, nisi princeps, & non inferior à principe, etiamsi sit Legatus de latere, *dixit gloss. notabi. in c. fin. de hære. in 6. in glossa magna ante finem, notant glossæ & Canonistæ ad Clemen. sæpe, de verbo. signi. Hippo. de Marsi. in singulari suo 102. incip. clausula, Lanfran. de Oriano in repetitione d. Clemen. sæpe, de verbo signi. Baldus in l. iudices C. de iudicijs.*

211 Et potest ad hanc clausulam referri tota materia iudicij summarij, *de qua vide D. Rober. Maran. in suo Speculo Aureo de ordi. iudicio. parte 4. distinctione iudiciorum nona.* ¶ Et de huius clausulæ effectu, docuit Mynsinge. *in obseruatione 70. cent. 3. (vigore huiusmodi commissionis causæ, processum non solum in prima, sed etiam in secunda & tertia, &c. instantia summarium esse, & procedi secundùm solum ius gentis, & eo ordine, quo princeps procederet, non obseruatis solennibus iuris ciuilis.)* ¶ Clausula, sola facti veritate inspectâ, intelligenda est de veritate legibus roborata. *Geyl. 1. obs. pract. 42. n. 2. & 151. n. 18. Mynsing. cent. 4. obser. 44.*

De Clausula, si preces veritate nitantur.

212 HÆc clausula communiter ponitur in rescriptis, (*imò illis inesse tacitè intelligitur Mynsing. cent. 4. obseruat. 8. circa fin.*) & est magnæ importantiæ, *de qua per Hostien. & Dd. in c. ex parte, ex. de rescriptis, per Bar. in l. à Diuo Pio, ff. de re iudica. gl. & Dd. in l. item quia, ff. de pactis, Bald. in l. præscriptione C. si contra ius, vel vtilita. pub. Hippo. de Marsi. in singul. suo 153. incipien. clausula, vide Angel. Areti. in §. sed & quod principi. Institut. de iure natura. genti. & ciui.*

213 Adeò ista clausula est obseruanda, etiamsi Papa certum quid fieri mandat, sub pœna excommunicationis, non obediendo quis non incurrit dictam pœnam excommunicationis, quando narrata non sunt vera, quia ista conditio, si preces veritate nitantur, subintelligitur, & suspendit excommunicationem, (*& omnem aliam pœnam rescripto insertam, Mynsing. d. loco.*) ante eius verificationem, *ita dixit Petrus de Anchora. in consi. 241. incip. per prædicta, Felin. in c. fina. 10. colum. de præsumpt. & in c. ex parte in prin. quintæ colum. de rescriptis, Hippo. de Marsi. in d. sing. suo 153.*

In commissionen werden die Wort ge- 214
meinlichen also gesatzt: Wo sich die Sachen dem Bericht nach verhalten/ befehlen wir/ ꝛc. ¶ Addes huic versiculo materiam obreptionis, qui tacita veritate impetrat, quòd careat impetratis, & tanquam falsarius puniatur. *ista & alia bona vide apud Hippo. de Marsil. in repetit. l. si quis obrepserit, ff. ad l. Cor. de falsis.*

De Clausula, si qua mihi iusta causa.

PEr hanc clausulam sententia potest re- 215
tractari, per instrumenta nouiter reperta, non obstante re iudicata contra, *l. sub specie C. de re iudicata, l. Imperatores, ff. eo. tit. c. inter monasterium ext. eo. l. sub prætextu C. de transactio.* poteris enim petere, dictam sententiam retractari per remedium Restitutionis in integrum, concedendum ex hac clausula generali, si qua mihi iusta causa. *de qua dixit singulariter Cynus in l. 1. C. de condic. indebiti.* ¶ Aduerte ad hanc clausulam, & doctrinam ex ea resultantem, quia est vtilis. *Inuenies aliqua apud Schneideuui. in titu. Institutio. de actio. §. rursus ad glossam, in verbo, Reipublicæ numero 53.*

De Clausula, sola facti veritate inspecta.

HÆc clausula, quòd magnæ & mirabilis 216
sit operationis, nec non importantiæ, notauit Hippo. *de Marsi. in singula. suo 272. incip. in hac inclyta. idem Hippo. in singula. 494. incip. probationes. Landfrancus de Oriano & alij Dd. in Clemen. sæpe de verbo. significa.* ¶ Item cuius sit effectus hæc clausula, (*plus operatur, quàm omnes illæ clausulæ, summariè, de plano, sine strep. &c. & eâ censentur sublatæ omnes solennitates iuris positiui, adeò vt possit ferri sententia super causa probata, licet in libello non deducta.*) docuit Mynsinge. *in obseruat. 44. cent. 2. notaui suprà in hac litera, in versiculo de clausula, summariè & de plano.* Et ista clausula vsi sunt consiliarij mei principis, in decreto quodam nuperrimè obtento, in causa satis ardua, quia sic voluerunt abbreuiare processum, & anteuertere subtilitates, verisimiliter cogitauerunt de huius clausulæ importantia.

De Clausula, recusatione remota.

217 GRaue & periculosum est, litigare sub suspecto iudice, ideò licitum est, iudicem recusare, *vt in l. apertissimi C. de iudi. in c. secundo requirit in fine de appella.* sed vigore huius clausulæ, an, & quando princeps, (*posse ait Geyl. quanquam ait se dubitare, de commissarijs vigore ordinationis à principe datis, 1. obseruat. pract. 33. num. 3. & 4. vbi etiam docet, hanc clausulam strictè accipiendam, de recusatione friuola, &c. num. 5.*) possit tollere parti eiusmodi ius recusandi iudicem, vide Hippo. *de Marsi. in singula. suo 292. incip. nihil est,* & hic poteris notare materiam recusationis suspecti iudicis, *de qua inuenies apud Chilian. König. in sua practica c. 1. n. 6. & in sequentibus & in c. 42. von der recusation des Richters.*

De Clausula, nullius momenti.

218 HÆc clausula qualis sit potentiæ & operationis, dixit aliqua Decian. *in consi. 98. volum. 2. num. 6.* (*Est latæ sententiæ, & denotat, ipso iure nullius momenti esse.*)

De Clausula, salua gradus prærogatiua.

219 STante hac clausula, filius non repræsentat patris personam in succedendo, neque succedit cum patruo, *Castren. in Authen. defuncto C. ad S. Tertullian. Decian. in consi. 10. volum. 3. num. 64. & in sequentibus, istam clausulam benè declarat.*

De Clausula, in stirpes.

220 FAcit regulariter filium intrare in locum patris, in succedendo: & directò est contraria clausulæ, salua gradus prærogatiua, *Decian. in d. consi. 10. vol. 3. n. 67.*

De Clausulis derogatorijs, quæ sunt, non obstante, & similes.

221 CLausulæ derogatoriæ quāuis efficaces & præcisæ, (etiamsi dictum sit: non obstantibus his, quæ specialem requirerent expressionem.) non comprehendunt priuilegia similia per plures Pontifices confirmata, nisi de confirmatione facta sit expressa mentio, *& de verbo ad verbum, Cynus in l. 1. C. quando impe. inter pupill. & vid. Decianus in consi. 23. volum. 3. de hac clausula derogatoria Menochius in consi. 1. lib. 1. n. 389.*

De Clausulis in instrumento emptionis positis: vendidit, dedit, & tradidit: & quòd venditor constituit se nomine emptoris possidere.

LIcèt per illa verba, quæ quotidiè ponuntur in instrumentis venditionū: vt, Titius vendidit, dedit & tradidit Seio emptori talem fundum: Setzt jhn hiemit in krafft dieses Kauffbrieffes / in ein stille vnd geruhsliche gewehr/ꝛc. non probatur aliqua translatio: sed illa verba hoc tantùm important, quòd videtur data licentia per venditorem emptori capiendi possessionem propria autoritate, *vt est tex fin. & ibi Dd. in l. prædia, ff. de acqui. possess.* tamen si venditor in instrumento venditionis confitetur, & constituit se fundum venditum emptoris nomine possidere, translata est possessio fictè in emptorem: Ita quod per talem confessionem venditoris, & per verba constituti, probetur possessio emptoris, *ita est gloss. ab omnib. approbata in l. ab emptione, in verb. constituantur, ff. de pact. per tex. in l. quadam mulier ff. de rei vendicat.* hinc infertur, quòd licèt venditor actione empti ad tradendam rem venditam teneatur, *l. empto, in prin. ff. de actio. empt.* tamen si instrumento emptionis est apposita clausula illa: quòd venditor constituit se nomine emptoris possidere: quamuis realiter non tradiderit rem, tamen est liberatus à tradendo, quod actione ex empto ad rem tradendā non teneatur: quia statim rem tradidisse dicitur, vt opus sit rei vendicationem, publicianam, vel interdictum vti possidetis, contra eum intentare, *de quo omnino vide Iason. in §. actionum numer. 138. Instit. de actio.* 222

Circa prædicta tamen in pract. notandum est: quòd licèt per constitutum & talem confessionem venditoris, fictè & artificio scilicet iuris ciuilis, transferatur possessio in emptorem, & ea quoquo modo probetur: tamen ad hoc, vt tunc intelligatur translata possessio in emptorem, requiritur: quòd constituens se nomine emptoris possidere, verè possideat fundum venditum tempore quo constituit, & confiteatur se emptoris nomine possidere, *nota. in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acqui. possess.* ideò volens probare, possessionem per huiusmodi instrumentum constitui, necesse habet facere articulum probatorium, & illum per testes probare: quòd venditor constituens se nomine emptoris possidere, tempore constituti possidebat istum fundum, *vt docet Lanfran. in repeti. Rub. de caus. poss. & pro. §. nunc transeundum num. 15. Schneideu. in titu. Institut. de interdict. §. retinendæ num. 49. cum sequentibus.* 223

Item si debitor constituit, se bona sua oppignorata creditoris nomine possidere: per hoc tam naturalis, quàm ciuilis possessio videtur translata: Secus est in clausula precarij, vbi tantùm in stipulantem transit natu- 224

naturalis, ciuili remanente penes promissionem. *Coler. de proceß. exec. p. 1. c. 10. numer. 149. fol. 315.* ¶ Constitutum naturalem & ciuilem possessionem transfert. *Seb. Medic. de amitt. poß. gloss. 3. numero 169. & sequentib. fol. 149.*

De Clausula, ipso iure vel facto.

225 Licet ipso iure vel facto quis inciderit in bannum Imperij: tamen præcedente citatione debet per sententiam declarari violator pacis publicæ, *vt dicitur im Landfrieden, sub tit. die pœna der Friedbrecher.* ¶ Effectus huius clausulæ est, quòd lex facit executionem super dispositione illa in qua verba huiusmodi ponuntur: ita tamen, vt super isto facto, super quo debet fieri executio, sententia proferatur, vt sic fiat executio primò per legem, & deinde per iudicem, *Archidia. in c. 1. de homi. in 6. Dd. in l. si quis in tantam, C. vnde vi.*

226 Et operatur ista clausula, nam à tempore criminis commissi habetur ratio fructuum & interdicta est alienatio bonorum, ita quòd si de facto alienat bona, huiusmodi alienatio non valeat, *Ferarien. in formu. libel. in causa spoliatæ possessio: in verbo, ipso facto. D. Schneide. in tit. Institut. de interdic. §. recuperandæ, num. 15.* ¶ Et quòd sententia declaratoria requiratur, etiam si quis ipso iure inciderit in pœnam banni, excommunicationis, bonorum, corporis, infamiæ, notat Hippo. *de Marsi. in prac. sua crim. §. aggredior, à num. 105. vsque ad num. 135. idem Hipp. de Marsi. in rep. Rub. C. de proba. num. 226. vers. attende tamen.* ¶ Sed aliqua verba, quæ intelligantur ipso iure, faciunt & indicant istam clausulam vel non, (*verba omnino, & omnibus modis ipso iure intelliguntur. Non tantum verba præsentis aut futuri temporis, nisi modò potentiali scripta sint, vt cassent, irritent, &c.*) *vide apud Lud. Rom. in sing. suis 1. & 2. & ibi in addi. pigno.*

227 De clausula, ipso iure, vide, *quæ habet Carol. Tapia. in l. f. de const. Princip. p. 2. c. 7. num. 51. & sequent. multis.* vbi quod licèt hoc casu adhuc requiritur sententia, tamē fallit, quando ipso iure quis est excommunicatus, infamis: sic quando pœna priuationis ipso iure trahit secum executionem, nec aliquod commodum pecuniarium fisci intercedit, non est necessaria sententia declaratoria, *d. lo. vide Gabriel. de Malefic. concl. 12.* ¶ Ipso iure quando aliquid dicatur nullum, vel quando adhuc requiratur sententia, *Vant. rubr. quot quibus mod. mill. in iudic. deduc. num. 48. & sequent. fol. 114.*

De Clausula, super quibus omnibus & singulis petit sibi ius.

Huius clausulæ effectum vide *in Gabriel. lib. 6. de clausul. concl. 4. Viuius decis. 315. lib. 2.*

De Clausula, præcedente & sequente.

Clausula præcedens regulariter est maioris efficaciæ ad determinandum sequentia, quàm est clausula sequens ad determinandum præcedentia, *D. Matthæus de Matthæsila: in sing. suo. 150. incip. (nota singulare dictum, præcedens declarat sequentem & econtrà, sequens præcedentem.)* ¶ Sed quando generalis clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia vel non, consuluit Deci. *in cons. 101. volum. 2. ibi, (non refertur ad ea quæ in præcedentib. specificam & claram habent determinationem.)* 228

De Clausulis quæ libellis solent inseri, & primò de clausula: coram vobis domine iudex.

Hac clausula, *secundum Abba. in c. 1. de libelli obla.* iudici primò libellus offerri debet: Item in iudicio ordinario requiruntur tres personæ, iudex, actor & reus, *c. forus ext. de verbo. sing.* & iudicis officium deseruiens actioni, implorandum est, *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infec.* (ad fundandam iurisdictionem sufficit allegare qualitatem iurisdictionis, de qua summariè constare debet, *Geyl. lib. 1. obseruat. 2. num. 1. 2. Mynsing. cent. 2. obseruat. 9.*) 229

Et nota quòd non est necesse exprimere nomen proprium dignitatis vel iurisdictionis, quia cum eo non agitur tanquam cum persona priuata, sed tanquam publica dignitatem & iurisdictionem habente. *Platea in §. præterea num. 38. Institut. de actio.* & debet nominari dominus, quia habet dignitatem & est bonus vir, *Chilian. Kon. in pract. sua, cap. 3. Von dem ordentlichen Richter in prin. Landrecht, lib. 3. Arti. 52. in glossa, notabo quædam infr. in lit. I. vers. de iudice.* 230

De Clausula, non astringens se ad probandū non necessaria, sed ad ea tantùm, quæ sufficiunt ad causæ victoriam obtinendam.

De hac clausula notat Barto. *in l. Diuus, ff. de re iudica. & CC. in c. dilecti. de dolo & contuma.* & est communis opinio, quòd hæc clausula sit vtilior, ita quod si eam actor omittat teneatur omnia probare in libello deducta: siue sint per modum substantiæ, siue causæ, siue qualitatis, siue principaliter, siue incidenter deducta, *Bartol. in d. l. Diuus, ff. de re iudica. Paul. Castren. in l. habebat ff. de Institut. actio.* Ex quo fit, nisi omnia & singula probarit, causa cadat, *c. licet causam* 231

 ex. de

ex. de probat. Nec hæc protestatio, *vt voluit Baldus*, iuri contraria est, quia non tollit eorum probationem, quæ caussæ statum attingunt, seu tantùm eorum, quæ superflua sunt, *Sichard. in l. cum te 9. n. 3. C. de probat.*

De Clausula, vnd thut jhm Kläger die Wahle fürbehalten: den Beweiß gantz oder zum theile abzugehen: vnnd dem Beklagten sein Gewissen / Wissenschafft vnnd Wohlbewust zuruhren.

232 APprobatur hæc clausula im Sächsischen Landrechte/ *lib. 1. Arti. 6. lib. 2. Arti. 22. & lib. 3. Arti. 9. in gloss.* Dann der Kläger mag den Beweiß abgehen/ vnnd den Beklagten auff sein Gewissen beschuldigen/ & an idem sit de iure ciuili, *vide Iason. in l. admonendi num. 72. ff. de iureiur. & D. Schneid. in §. item si quis postulante, (num. 21. vbi docet, communiorem esse, quod actor iuramentum iudiciale deferre posit, & si nihil præstiterit.) Institut. de actio.* ¶ Sed nota, quòd ista clausula saltem operatur vsque ad præstitam guarandam de iure Saxonico: & de iure ciuili vsque ad litis contestationem: præstita enim guaranda & lite contestata non licèt mutare libellum, *prout dicit Chilian. König. in pract. sua c. 48. Von der gewehr der klagen & cap. 60. Von der Antwortung oder Kriegs befestigung, faciunt addi. & gloss. ad Arti. 6. lib. 1. & ad Arti. 22. lib. 2. Landrecht.*

De Clausula, pluries amicabiliter interpellatus dare, vel facere recusauit.

233 HÆc clausula denunciatio vocatur, quā alij vrbanitatis, alij necessitatis esse affirmant, priores existimant, debitoris verecundiam non temerè, & subitò publico iudicio esse prostituendam, & humanius esse non apertis statim forensibus actionibus, prius denunciatione debitorem pulsare. Quæ sententia æqua est, & vsu recepta: adeò vt sint, qui arbitrentur, ea omissa, semper actorem in expensas condemnandum. Posteriores non quidem negant, æquum esse, & humanum prius debitorem extra iudicium compellare, quam statim eum in ius vocare, at hoc non esse necessarium affirmant. Quæ sententia iure verior est, quia iure cuiuis licet, debitorem suum nulla facta iudiciali denunciatione in ius vocare. Dies enim interpellet pro homine, *l. magnum. 12. C. de contrah. & comm. stip.*

234 Quamuis de necessitate reus extra iudicium non est interpellandus: tamen de vrbanitate hoc fieri debet, *vt est tex. gloss. & Dd. in l. debitores C. de pigno. & allegatur text. l. quidam Iberus, ff. de serui. vrba, prædio.* & de hac clausula constat, quòd interpellatio seu denunciatio habet operationem in tribus casibus.

I. Quia facit quod expensæ peti possunt, quia si sine commonitione vocaretur aliquis in ius, peti non possunt, nam dicet debitor: quare me non requisiuisti, sponte soluissem, *Dd. in §. sic itaque Institut. de actionibus.*

II. Requiritur denunciatio seu interpellatio, quando quis vult agere contra superiorem, vel contra personam, cui reuertenia debetur, *l. si manumissori, iuncta gloss. in verb. patronum C. de obseq. à pat. præs. vbi Bald. addi. Titio. ff. de in ius vocan.* 235

III. Quando quis vult mouere bellum, nam prius debet denunciare hosti, & diffidare, alioqui bellum esset iniustum, & proditoriè ageretur, *Iason. in d. §. sic itaque num. 43. vide ea quæ notaui sup. in lit. B. vers. de bello.* dictionem pluries verificari in duobus actibus item dictionē multis vicibus, *notat Angel. in tract. suo malefi. ver. pluribus*, & pluribus percussionibus, *allegat l. vbi numerus, ff. de testibus.*

De Clausula, peto reum conuentum condemnari, ad soluendum vel faciendum, & ad prædicta cogi, & compelli.

HAnc clausulam dicit Bartol. *in l. 1. C. de execu. rei iudica. & in l. si cum nulla, ff. de excep. rei iudica.* omnino esse necessariam, quia petitur per eam, vt iudex ferat sententiam, per quam reus condemnetur, & vt sententiam latam mandet executioni, quia executio ante sententiam, fieri non debet, *d. l. 1. C. de execu. rei. iudi. & d. l. si cum nulla, ff. de except. rei iudica.* At alij superfluum arbitrantur. Petita enim condemnatione, videri quoque executionem petitam: quia in nullum alium finem condemnatio petitur, quàm vt res actori adiudicetur: & adiudicata executioni. Quæ sententia vera est. Nihilo minus vt turbulentis aduersarijs disputandi occasio præcidatur, tutius, etiam vtilius est vtrumq; coniungere. 236

Tamen nota etiamsi ordinis præposteratio fiat, quòd tamen propterea libellus non vitietur, *Angel. in §. omnium, Institut. de actionibus & Bartol. in d. l. 1.* ¶ Et ad hanc clausulam notat hîc, quòd sic conclusio libelli est formanda, aliàs non possit sequi sententia, quia debet sententia conformis esse libello, *l. vt fundus, ff. commun. diuid.* ¶ Et in libellis ciuilibus regulariter necessaria est conclusio, *prout notat Inno. in c. super literis de rescrip. Dd. in l. 1 ff. de eden. & in l. ædita. C. eo.* in criminalibus autem sic non est necessaria conclusio, & eius omisio non vitiat. *de quo vide Angel. de malefi. in versi. super quibus omnibus, & ibi in addi. vide Bartol. & alios Dd. in l. libellorum, ff. de accusa.* & sic habes 237

quòd hæc clausula in ciuilibus operetur conclusionem, & sic quòd sit valdè necessaria.

De Clausula, super quibus omnibus & singulis, petit sibi ius, & iusticiam administrari iudicis officium implorando.

238 CLausula hæc vulgò salutaris appellatur, & ex nouissimo Imperij constitutione, *Spir. anni 57. §. wie woldann*, non habet locum in supplicationibus extra iudicialiter exhibitis pro processibus obtinendis, quia iudex, narratis malè formatis, aut simplex aut secundum narrata petita denegata, *Geyl. 1. obseru. pract. 61. num. 12.* dicens, quòd iuuenes practicos fideliter admonere voluerit. Cæterùm in petitionibus iudicialibus hoc operatur, vt illius virtute omne ius & omnis actio ex narratis resultans in iudicium deducta videantur, *Geyl. d. obseru. 61. num. 11. vbi etiam.* Super non petitis expressè, Cameram sæpè pronunciasse ait, veluti, super vsuris, fructibus, interesse, expensis, *Mynsing. cent. 4. obser. 55.* item vt iuramentis suppletorium ex officio deferatur, *Geyl. 1. obs. pract. 108. n. 6. & 7.*

239 De hac clausula habetur per omnes, *in c. cum dilectus ext. de ordi. cogni.* dicit Iason *in §. omnium, num. 147. Instit. de actio.* istam clausulam esse salutarum, sicut herbam Bethonicam: nam primò imploratur officium iudicis, *iuxta l. 4. §. hoc autem, ff. de dam. infec.* Et poterit iudex implere & impartiri officium suum, *secundùm Abba. in c. fi. in fi. de iureiur.* ¶ Secundò quando ex narratione facti possunt elici plures actiones, quarum aliquæ sunt aptæ, aliquæ verò ineptæ, & si fiat conclusio in ea, quæ est inepta, adiecta illa clausula libellus sustentabitur, *secundùm Abba. in d. c. cum dilectus de ordi. cogni.* Est enim tantæ virtutis & importantiæ, *secundùm Angelum in §. omnium Institut. de actionibus*, quòd videtur deducta omnis actio, & remedium competens, & resultans ex narratis.

240 Vnde subijcit Iason *in d. §. omnium* perpetuò notandum, quando ignoras, quæ actio, vel quod remedium tibi competat, vel quomodo debeas in libello concludere, fortè propter factum intricatum, vel multitudinem factorum, vel propter dubietatum iuris, vt tunc factum diligenter & congruè narres, & in conclusione nihil specificè petas, nec aliquid specificum concludas, sed loco specificæ conclusionis, simpliciter in fine libelli dicas: Super quibus omnibus & singulis peto, ius & iustitiam administrari, finaliter, diuisim, copulatiuè, & alternatiuè singula singulis referendo, omni alio meliori & efficaciori modo & forma, qua id de iure fieri potest ac debet, nam & illam, clausulam multùm vtilem esse ad sustentandum libellum, & interpretandum eo modo, quo fauorabiliùs potest iuuari intentio actoris, *affirmat Iason in §. omnium instit. de actio. num. 150. idem Iason in l. petens, num. 5. ff. de pactis vbi 3. huius clausulæ effectus recitat.*

Et istius clausulæ vide commendationem, eiusque effectus multum vtiles apud Angel. *& ibi in apostillis & additio. de malefi. versi. super omnibus & singulis*, & habes sic inter alia, quòd in causis ciuilibus & criminalibus ista clausula habeatur loco conclusionis. quòd nota, de hac clausula facit mentionem, Mynsing. *obserua. 55. cent. 4.* Et si quis in libello petitorium, & possessorium, vt vulgo loquuntur, proponit, & in conclusione solius petitorij mentionē facit, ob hanc clausulam de vtroque iudex sententiam ferre poterit: modò vtrumque legitimè probarit. *Sec. Panorm. in c. cum dilectus, de ord. cognit.* 241

De Clausula, & peto reum condemnari in expensis.

HAnc clausulam non solùm vtilem, sed etiam necessariam esse affirmat Iason *in §. omnium Institu. de actio. num. 145.* ¶ Licet enim victus victori regulariter, quando victus non habuit iustam causam litigandi, in expensis iuramento victoris taxandis condemnari debeat, ita quòd si per iudicem omittatur, ipse de suo teneatur resarcire, *l. sancimus & l. properandum, §. siue autem, C. de iudicijs.* 242

Tamen hoc est verum, quando expensæ per partem fuerunt petitæ, *vt est gloss. fina. & ibi Abbas in c. fi. de rescrip. Barto. & D d. in l. 4. §. quod autem, ff. de damno infec.* quia iudex non tenetur impartiri suum officium ad priuatam vtilitatem, nisi imploratum, *d. l. 4. §. quod autem, ff. de dam. infec.* quare si à parte expensæ non petantur, iudici non condemnanti nihil imputari potest. Quia expensæ ab ipsa caussa sunt separata: & quia iudex officium suum, ad priuatum alicuius commodū non tenetur, impartiri, nisi imploratus, *not. Bart. in l. 4. §. hoc autem, n. 9. de damno infecto. Barto. in d. §. quod autem & in §. siue autem, C. de iudi. vbi dicit, (quod debemus esse cauti, vt in libello petamus reum condemnari in expensis factis, & faciendis vsque ad finem litis) per gloss. & Abba, in d. c. fi. ext. de rescript. de quo latiùs Iason in §. omnium Institut. de actio. 146. subijciens (quòd etiam tacita vel implicita expensarum petitio sufficiat.) Vide Bald. in l. properandum, §. sin autem, C. de iudi. cum simili.* animaduertat sic aduocatus, vt hanc clausulam non negligat, quin petat condemnationem ad expensas, 243

idem Ioan. de Arno.in sing. suo 33. inc. dictat & ibi (quod similiter petatur cautio.) ¶ Sed nota, quod ex iudicio Cameræ, æquitate & ratione suadente iudex reum in fructibus, interesse, vsuris, vel expensis, etiam actore non petente posſit condemnare, (vigore clausulæ salutaris, si ea adiecta sit.) Mynſ. in obser. 55. cent. 4.

De clausula, super emergentibus et contingentibus, & connexis, dependentibus ab eis, ac prorsus extraneis.

244 ISta verba sic in Inquisitione apponuntur: quoniam si inquiritur simpliciter de vulneribus, non potest postea sequi condemnatio de morte ex dicto processu, etiamsi mors fuisset secuta, vt notat Bart. in l. 1. §. prætor dixit, ff. de iureiur: & in l. nunquam plura, ff. de priua. delic. ¶ Sed si dicta clausula apponatur, quoniam mors est emergens & contingens ex dictis vulneribus, tunc sine nouo processu sequi poterit condemnatio de morte, quod tamen intelligendum secundùm nota Bart. in l. senatus, ff. de accusa. ¶ Nam quoties actori seu iudici inquirenti ius superuenit de nouo, pendente iudicio, quod habuit causam antiquam ante iudicium, ita iudicium valet, & sequi debet condemnatio, facit quod plenè notat Bart. in l. 1. ff. de except.

245 Secundò principaliter operatur dicta clausula, quòd si inquirendo omittatur aliqua qualitas: vt puta loci, videlicet quòd in platea, vel tempus, vel dies, vel aliqua alia qualitas quæ omissa virtute dicti princi. processus non poterit intelligi intentata: iuxta materiam Bart. in l. senatus. ff. de accusa. tamen si dicta clausula apponatur, etiam virtute dicti processus, si qualitas omissa probetur & qualificetur, potest sequi condemnatio argu. l. 1. C. de ordi. iudi. & maximè per Bar. Bal. & Salice. & est ibi bonus textus & vide in l. si quis ex argentarijs, §. rationum ff. de edendo, Angel. in tracta. suo malefi. versi. super emergentibus & contingentibus per totum.

246 Augusti. ibi in addi. vnam ponit limitationem dicens: Ex prædicta clausula potest quidem sequi cōdemnatio de morte, licet simpliciter de vulnere sit inquisitū: hoc tamen sit verum, si vulnus fuit causa mortis: aliàs secus, quia potuit esse quòd fuit mortuus ex negligentia: & remittit se ad notata in c. præsbiterum ext. de homi. & quod sint intelligenda secundùm doctrinam Barto. in d. l. senatus, ff. de accusa. cum similibus.

De Clausula, inchoata & formata fuit inquisitio, seu accusatio, die, & anno tali.

247 HÆc clausula sic posita ad hoc prodest, vt videatur vel dicatur quando inquisitio seu accusatio sit inchoata, maximè ad istum finem, quando hinc inde sunt accusatores, vt videatur, quis primò accusauerit, quoniam accusatus suum accusatorem reaccusare non potest: nisi in casibus, (non potest reaccusationem suam peragere accusatus: sed benè potest eam proponere & inscriptionem criminis facere.) & causa quando dicatur inchoata. ¶ Vide huius clausulæ materiam tractatam per Angel. in tract. suo maleficio in vers. inchoata facta & formata fuit dicta inquisitio. poteris hic cogitare de materia reconuentionis seu mutuæ petitionis.

De Clausula, saluo iure addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi libellum prout est iuris, moris, atq; styli.

HAnc clausulam quidā in fine addunt, 248
de qua text. gloss. & Dd. in c. inter dilectos in verbo saluo ext. de fide instru. D. Iason. in §. omniū Inst. de actio. n. 157 dicit eam esse nullius vtilitatis, de iure enim communi ante litē contestatam licet actori libellum porrectum emendare, & corrigere: Ergo per protestationem clausulæ huius nequit tolli: quia protestatio de his facta, quæ à iure, & non à voluntate protestantium dependent, nihil prodest, secundùm Bart. Bal. in l. alimenta 11. in fin. C. de neg. gest. vt est gloss. in d. c. inter dilectos. de fi. instru. & in l. quæ familiæ. ff. famil. ercis. nisi libellus per aduersarium erit acceptatus: quia tunc, secundùm Bal. in l. cum pretium, C. de libera. causa. non licet corrigere libellum: post litem autem contestatam, etiamsi hæc clausula apposita fuerit, nō habet actor potestatem emendandi & corrigendi libellum, secundùm Bart. & Dd. in l. edita, C. de edendo & gloss. in d. c. inter dilectos, Bart. & gloss. fina. in l. in delictis. §. si detracta, ff. de noxalibus.

De iure Saxonico actor habet licentiam 249
emendandi libellum, ante præstitā guarandam, & nō postea; is enim præcipuus effectus est guarandæ, vt ea præstita etiam ante litem contestatam libellus mutari non posſit, & habet in hoc effectum litis contestationis, vt est tex. in Art. 14. lib. 3. Landr. & Weichbild. Art. 115. Et sic hæc clausula non potest operari nisi ante litis contestationē & guarandæ præstationē: postea verò nullius est valoris. nota.

De Clausula, saluo iure.

ISta verba, saluo iure, modificant & limitāt, 250
& reseruant, gl. sing. in l. Labeo. §. 1. ff. fa. ercis. Anto. Corse. in singular. suis, in verb. saluo iure.

De Clausula, saluo iure impertinentium.

DE effectibus vide Mynsinge. in suis ob- 251
seruationib. obserua. 56. cent. 2. (Geyl. 1. obs. pract.

pract. 51. num. 12. vbi tradunt, articulos admissos, pro non admissis, & probationes desuper receptas pro non receptis haberi. Deinde, responsionem super huiusmodi articulo datam haberi pro non data, nec vllum generare respondenti praeiudicium.)

De Clausulis, quae sententijs aliquando inseruntur, & primò de clausula: Nos potestas vel iudex sic pronunciamus.

252 HÆc clausula ideò est necessaria, quia nō omnis iudex super omni causa potest ferre sententiam: Quia Potestatis vicarius seu vices gerens, sententiam corporalem executiuam ferre non potest, *Angel. de malefi. in versi. haec est quaedam sententia condemnatoria lata per Dominum Potestatem Bononiae, allegans Bart. in l. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. & apud eundem Angel. in d. tractatu malefi. versi. per iudicem maleficiorum.*

253 Et expedit scire, à quo iudice sit lata, quia forte ratione iudicis sententia potest impugnari: vt quia est excommunicatus, vel alios patitur defectus, vel ratione iurisdictionis, *prout notat Specula. in tit. de senten. §. iuxta num. 2. 3. & 4. facit c. at si Clerici ext. de iudi. Hipp. de Marsil. in repetit. l. fina. ff. de iurisdict. omni. iudicum.*

254 Clausula in sententia apposita: (quatenus absolutiones, vel conditiones reperirentur, vltra vel praeter formam statutorum, illas annullamus, & ad eorundem statutorum formam reducimus,) nihil operatur, *Viuius lib. 1. decis. 124.*

De Clausula, de consensu & deliberatione omnium suorum iudicum.

255 PEr hanc clausulam apparet, quòd sententia sit lata de consilio, consensu, & deliberatione omnium assessorum, quod requiritur, *prout notat Angel. de malefi. in vers. de consensu & delibera. omni. suo. iudi. referens in quadam causa reprobatam quandam sententiam Episcopi Regini, latam contra Clericum absq; consensu sui capituli.* & sic habes, quòd talis clausula potest remouere hoc dubium,

De Clausula, Auff vorgehabten Rath der Rechtsuerstendigen/ *diffinimus & pronunciamus: seu habito consilio peritorum.*

256 HÆc clausula est vtilis, quia iudex quando vult formare sententiam, debet deliberare cum peritis, *prout notat Specu. in titu. de requisi. consilij per totum.* Imò quando iudex habet arbitrium in procedendo, debet iudicium suum ferre cum consilio peritorum, *secundùm Anto. de But. cum gloss. in c. vt debitus de appella. per ea quae habentur in c. ne innitaris de Constit. vbi exemplificat Butri.* quòd si alicui iudicum committitur aliquid expediendum, secundùm quod sibi videbitur: intelligitur tamen hoc habere locum, vt procedat habito consilio peritorum, *dixit d. Bruno. à solo in consilio suo quodam criminali mihi, num. 117.*

De Clausula, sic pronunciamus in loco tribunali solito.

HÆc clausula ideò potest poni, quia regulare est, vt sententias iudex ferat in loco maiorum suorum, *l. fi. ibi Barto. & alij, ff. de Iust. & iu.* nisi fiat ex prorogatione partium, vel ex impedimento, *l. quaero. ff. de solu. gloss. l. 2. C. de sent. ex breui. recitan.* quando autem potest iudicare, in loco maiorum & consueto, in illo debet iudicare, aliàs non valet sententia, *d. l. fi.* vel nisi res non recipiat dilationem, *vt l. prouinciarum. C. de ferijs.* 257

Vide de hac materia. Angel. *in tractatu malefi. in versi. nos T. potestas, praedictus sedens pro tribunali.* ¶ Item *ibi nota*, quòd iudex sedendo & non stando debet ferre sententiam. *Vide in addi. ad Ange. in d. vers. ad finem, vide Abba. in c. qua fronte. de appellat. D d. in l. 1. C. de sentent. ex breui recitan. cum similibus.* ¶ Nota tamen nisi partes has apponant exceptiones, quòd nihil faciat, quin valeat sententia. ¶ Ius Saxonicum sic disponit: allerley Klagen vnnd Vngericht mag der Richter wol richten binnen seinem Gerichte/ wo er es ankompt: ohne ob man auff jhne/ vmb eigen/ oder auff einen andern Schöppenbahren freyen Mann vngericht klagete: das mag der Richter nicht richten/ denn allein zur rechter Dingstedt/ vnd vnder Königs Bann/ *Artic. 59. lib. 1. Landrecht. Vide Arti. 12. lib. 2.* 258

De Clausula, saluo semper & reseruato.

QVando hęc clausula debeat poni in sententijs, ita vt aliquid operetur, (quod fieri possit in ciuilibus, secus autem in sententijs corpori afflictiuis,) & quaten' per eā euitetur infamia, notat Angel. *in tract. suo malefi. vers. saluo semper & reseruato.* Et cuius sit operationis circa expensas, vide eundem *Ang. & Augus. in addi. ibid. per Cynum in l. terminato, C. de fruc. & liti. expen.* Et de reseruatione expensarum virtute huius clausulae, vide Ang. *in tit. Instit. de actio. §. curare. num. 5. & 6.* ¶ Et cogita hic de clausula quae communiter in sententijs solet poni sub his verbis, vnd ergehet als denn ferner was recht ist/ quia facit haec clausula interlocutoriam, cùm nō contineat absolutionem vel condemnationem, *prout apparet ex suprà notatis versi. de condemnatione.* 259

De

De Clausula, quia nobis constat.

260 Licet in ciuilibus causis iudici non sit necesse, ponere causam, quæ ipsum mouet ad sic pronunciandum, *vt nota. in c. consuluit, de re iudica*: Tamen in criminali videtur, quòd causa sit inserenda, sicut dicimus in sententia excommunicationis, quæ non valet, nisi in eâ inseratur causa, quare excommunicetur, *vt habe. in cap. 1. de sent. excommun. lib. 6.* & ista clausula in criminalibus apponitur, perinde sicut in ciuili ista clausula, viso libello, exceptione & actis, auff Teutsch: auff Klage/ exception, vnd andere gesetz Schriffte/ auch vorführte gezeugnissen/ *Angel. in tract. suo maleficio. versi. & quia nobis*
261 *constat.*

Vide casus aliquos specificè enumeratos, in quibus iudex tenetur exprimere causas sententiæ, *per Specu. in tit. de senten. par. §. qualiter autem, num. 13. vers. verum si rationes, & vide Klingi. in repe. c. examinata, de iudi. num. 23. cum sequentibus.* ¶ Auch soll der Richter/ vrtheils fragen/ auff zweyer Mann rede/ vnd Gegenrede/ vnd dasselbe dann fellen/ fraget er nach seinem muttwillen/ vnd nicht nach Recht/ das schadet noch frommet jhrer keinem/ Differ. hanc esse inter ius ciuile & Saxon. notat gloss. 8. *Germanica d. art. 62.* Das nemlich der Richter/ nach Sachsenrecht/ erstlich einen andern vrteils fraget/ vnd spricht es darnach in seinem nahmen/ aber nach dem Keyserrecht spricht er das vrteil selber.) *Artic. 62. lib. 1. Landrecht.* concordat ius ciuile, quia secundum allegata & probata & post conclusum in causa, debet sententiam ferre. *l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præsidis, nota. in c. quoniam contra, ext. de proba.* & quòd sit conformis petitioni vel exceptioni, *tractatur in l. vt fundus, ff. communi. diuidun.*

De Clausula, dandis & soluendis generali Cameræ, vel fisco.

262 Hæc clausula, denotat sententiam esse criminalem, adeò quòd in illa non possit interuenire procurator, *l. penul. §. ad crimen, ff. de pub. iudi.* sed quando fit condemnatio fisco & parti, tunc dicitur mixta, & potest interuenire procurator, *Ioan. de Arno. in singul. suo 41. Angelus de malefic. cum addi. in versi. dandis & soluendis generali Cameræ.* ¶ Sic intelligitur actio iniuriarum criminaliter intentata, quando petitur condemnatio, vel pœna, vt applicetur fisco, *Chil. König. in pract. sua c. 58. Von der Klage der iniurien. adde Barto. in l. si quis actiones vers. quæro quando, ff. de priua. delictis.*

De Clausula, condemnamus reum ad soluendum, dandum, vel faciendum, vel absoluimus reum ab actione.

Hæc clausula est necessaria in sententijs, quia debet continere absolutionem vel condemnationem seu æquipollens, aliàs enim impugnatur tanquam nulla ratione causæ, *Specul. in tit. de sententia, §. species vers. diffinitiua*: imò decet dicere, condemno vel absoluo. *Ange. Areti. in tit. Instit. de actio. §. curare, num. 5. & num. 6.* 263

De clausula, rato manente pacto.

Hæc clausula in compromissis operatur, vt conueniens cogatur pœnam soluere, & nihilominus compromisso vel transactioni stare, quæ sententia magis communis est, *Geyl. 1. obseru. pract. 150. n. 14.*

De Collectarum exactione, solutione, & receptione.

In collectarum vel aliorum onerum exactionibus, solutionibus, seu immunitatibus, ab eis maximè spectatur consuetudo, wie es von alters gehalten/ quódq; in dubio mitius obligetur possessor, notat Sylua. *in cons. suo 58. numero 13. vsque ad finem lib. 2.* & ibidem *in hoc cons.* disputat, quatenus de feudo debeat solui collecta. Et consuetudo circa collectas quòd spectetur, quòd possit dare immunitatem, & immutare quodcunque ius positiuum, dicit d. Sylua, *in consi. 60. num. 13. & vlterius lib. 2.* & non mirum, quia præcipit Iurisconsultus, ne quid fiat contra longam consuetudinem, *l. 1. C. quæ sit lon. consuet.* Imò, quod æquiparetur priuilegio, habet vim decreti & iustitiæ, *dicit Alex. de Imo. in cons. 74. vol. 4.* maximè attenditur consuetudo, cuius initij memoria non existit, quia ex cursu tanti temporis præsumitur, quòd ex causa legitima quid fuerit præstitum: cum nemo præsumatur iactare suum, *l. cum de indebito, ff. de proba.* Et tandem, quid tale tempus, cuius initij memoria non existit, inducat & operetur, vide Iacob. *Venenti, in suo tract. de annua præstatione, parte 2. in quæst. 14. versi. primo facit.* 264

Sed an propter territoriorũ diminutiones, exactiones quoque mereantur diminutiones (*respondet, quod sic, & si illa diminutio culpa possessoris contigisset, collecta enim possessorem sequitur, Geyl. 1. obser. pract. 21. nu. 17. & seqq.*) & vbi proponantur tales querelę, scilicet apud cõmissarios ad hoc deputatos: moderationum enim causas non pertinere ad iudicium Cameræ, sed ad peculiares iudices siue moderatores, *notauit Mynsinge. in obserua. 34. cent. 3.* 265

Et

266 Et nota quod per exactionem solutionem & receptionem collectarum benè probatur iurisdictio. *sic notat Bal. in l. 3. per illum tex. C. de natura. libe. vbi dicit:* (quod per exactionem & impositioné collectarum, comprehenditur terram soluenté esse de iurisdictione ciuitatis cui soluitur.) *ad quod est tex. in §. si quis ex qualibet in Authen. quibus modis natu. effi. sui.* (*Geyl. 2. obser. pract. 52. nu. 25.*) *Et faciunt dicta per Bald. in l. data opera in versi. super situ cadit testimonium, C. qui accusa. non pos. vbi declarat,* qualiter debeat deponere testis, vt probet aliquem locum esse de aliqua iurisdictione: Inter cætera dicit: quòd est bona ratio, si testis dicat quod vidit homines illius loci soluere collectas, *Hippo. de Marsi. in repe. Rub. C. de proba. num. 256. incip. item pro prædictis,* & notaui de solutione census & Canonis quid per eam inducatur, *infrà litera P. versic. De probatione per solutionem census vel Canonis. Vide Iacob. Venenti in tract. suo de annua præstatione per totum.* De collectarum autem impositione quis eas possit imponere, (*Borcholt. in tract. de feud. in explic. c. 15. quæ sint regalia. num. 53. & 54. distinguit, quod collectam generalem Cameræ fiscali applicandã non potest imponere sine permissu principis, quia est de regalibus: sed collectam specialem vnaquæq; ciuitas vel vniuersitas pro necessitate sibi incumbente imponere potest, quia hæc non est de regalibus.*) Ecclesiæ vel possessores rerum Ecclesiasticarum an sint à collectis immunes, (*A muneribus realibus ordinarijs, quæ principaliter rebus imponũtur, nec clerici nec aliæ exemptæ vel priuilegiatæ personæ eximuntur, Geyl. 2. obser. pract. 52. n. 12. & concessa simplici immunitate, non videtur concessa immunitas à realibus & patrimonialibus, nisi id speciatim exprimatur, Mynf. cent. 4. obs. 70. & ideò de ijs specialis mentio fieri debet, & cum clausulis derogatorijs, Mynsing. ibid.*) Sed priuilegio immunitatis à collectis tributis vel pensitationibus concesso, nulla facta mentione de hæredibus, (*Si priuilegio concessa sit immunitas, & ex merâ gratiâ, personalis censetur: sin per modum contractus, ad hæredes transit. Geyl. 2. obser. pract. 2. num. 13. & 2. seqq.*) an extendatur quoq; ad hæredes, respondet Geylius *in obserua. 2. lib. 2. obseruatio. imperia.*)

267 Item an possit reuocari fortè à communitate concessa, consuluit Pe. *de Ca. Anchera. in cons. 366.* (vult à communitate concedente quòd non, si modò legitimè sit concessa.

Sed immunitas à collectis non excusat ab ijs, quæ ob publicam necessitatem imponuntur: Mynsing. *in obseruatione 70. cent. 4.* (*vbi hanc sententiam æquitati consonam & magis communem dicit, eamq; limitat nisi expressè vel tacitè belli mentio facta sit. Geyl. item 2. obseru. pract. 52. num. 26. idem docet, quia insolita, nulla dispositione veniant.*)

Quod debeant collectæ imponi secundùm quantitatem bonorum, interdum secundùm capita, & aliquando ad focos & fumos, & quod earum impositio pertineat ad regalia, notaui, *infrà litera P. versi. de regalibus numer. 15. incipien. Vide textum cum additione latina tertia, Artic. 91. lib. 3. Landrecht.*

268 Et potest imponi collecta vniuersitati ad debiti vrgentis solutionem, *consuluit Henning. God. in cons. 5. de iure ciuita..s mihi, num. 49.*

¶ Et potest rex vel princeps indicere collectam suis subditis pro filia maritanda, (*Hanc sententiam communiorem esse & Germaniæ consuetudine passim obseruari, tradit Mynsing. centur. 5. obseru. 21.*) & filio milite faciendo, *glossa in l. placet in verbo extraordinarium, C. de S. S. Ecclesiis, & per illam notauit Guliel. de Ludou. in singu. suo 45. & vide de hac materia collectarum elegans cons. Rolan. à Valle. 32. (vol. 1. & P. Pauli Paris. consil. 25. part. 1.)*

Ad consequendas autem publicas collectas vel exactiones, non solùm nedum agi solet condictione certi ex conuentione publica, *per ea quæ habentur in l. conuentionum, ff. de pactis. Mynsing. in obserua. 34. centur. 3.* sed etiam possunt capi vendi & distrahi prædia (*Personæ tantum capi non possunt, si subditæ non sint: & ijs collecta tantum ratione bonorum vel ex consuetudine imponatur. Geyl. 2. obseru. pract. 52. num. 19. 20. 21. 22.*) pro quantitate oneris sui, quia quis non soluit collectas, *Roland. à Valle in consil. 32. num. 3. (vbi tradit, prædia non soluentium posse vendi nedum pro collectis, sed etiam pro pœnis impositis non soluentibus ipsas collectas.)* Et proceditur in exactione earum summariè & executiuè, *§. coges Authen. de mandat. prin. Golan. à Valle in d. consil. 32. num. 5.* tamen non ex abrupto debent vendi ista bona, *idem Rolan. in d. cons. in fine.*

269 Nota: si soluatur alicui officiali collecta, si postea aufugit, non imputatur soluenti, *casus est & ibi notat Bart. in l. pro his quæ, C. de naufr. lib. 11.*

270 De modis probandi possessionem vel quasi, indictionum vel iuris collectandi, (*Probatur per testes, & facilius per libros gabellariorum & thesaurariorum: & per instrumenta, & præsumptiones: non tamen actum sine qualitate nec è contra probare sufficit,*) & quis possit eas imponere, (*Ex consuetudine Germaniæ omnes duces sine speciali Cæsaris promissu ius collectandi in suis terris habent: Vtut de iure Dd. variè hac in re loquantur, & plerique ius collectandi ad commodum ipsius collectantis*

ſtantiꝭ inferiori à principe, niſi ex ſpeciali priuilegio aut conſuetudine competere negent, exceptis certis caſibus, vt pro elocanda domini filia, &c.) conſuluit VVeſenb. *in conſ. 27. parte 1.* ¶ Forenſes an teneãtur proterris, quas poſsident in loco, in quo collectæ indicuntur: reſpondet quòd ſic (*Geyl. 2. obſer. pract. 51. Diſtinguit inter munera patrimonalia ſeu realia ordinaria, & ad hæc forenſes teneri aſſerit, & extraordinaria ſeu mixta, quæ principaliter non rebus, vt priora illa perſonæ, ratione rerum, extra ordinem, & pro occurrente neceſsitate imponuntur, quæ propriè collecta vocantur: Et forenſibus talia imponi poſſe negat, niſi vel extet conſuetudo eos collectandi, vel tale priuilegium competat, vel præſcriptione hoc ius acquiſitum ſit, vel ſtatutum res ipſas afficiat, vel occurrat neceſſaria & publica vtilitas collectandi: puta, ſi timor belli ſubſit, vel bona ſint deſcripta in æſtimo ſeu libro cenſuali. Et eandem ſententiam ſequitur Mynſ. cent. 5. obſeru. 22. vbi addit & hanc rationem, quia nec honores, nec commoda loci, forenſes percipiunt: ideò hæc onera ſuſtinere debent. Idem Geyl. 2. obſeru. pract. 52. quod ad collectas imperij eò inclinat, videri eas ordinarijs omnibus annumerandas, & propterea forenſes quoq; ad eas teneri: quanquam hanc quæſtionem indeciſam eſſe, Mynſ. expreſsè aſſerat, & Geyl. ipſe innuat.*) Decian. *in conſi. 55. vol. 1 & ibi de collectis & oneribus multa bona conſuluit.* ¶ De bonis collectandis, quæ poſſint & debeant collectari in ſpecie, an mobilia & mercimonia collectentur, Geldt ſo einer auff Zins oder im Handel hat / auch ſo einer im Handel erwirbet? reſpondet quòd ſic d. Decianus *in conſ. 69. volum. 3.*

271 Collecta quomodo & pro quibus rebus imponatur. *Carol. Tapia. in rubr. de conſt. Princip. cap. 4. num. 43 & ſeqq. ibid. in hac materia plurima.* ¶ De collectis, & quis imponere poſsit. *Huſan. tract. de hom. propr. fol. 154. num 93. remiſſ. Theſ. 257.* & an vniuerſitas poſsit: *ibid.* & quando Princeps ſubſidium à ſubditis petere poſsit: *ibid. num. 9.* an nobilis, per perſcriptionem, ius collectandi poſsit acquirere in ſubditos, vt ſubſidium dent pro maritandis filiabus.

Ciuis, an poſsit compelli, pro re qualibet, etiam alibi ſita, ad contribuendum, *Guido Papæ, contract. 5. num. 1.* Et an quis teneatur contribuere, pro reſtauratione loci, in quo poſſeſsiones habet. *ibid. num. 2. & varias quæſtiones vide deciſas in hac materia, quæſt. 87.* & an doctores teneantur ad collectas, *ibid. q. 88.* Nobiles, doctores, & alij exercentes notariatum, tenentur, *dec. 90.*

272 Ciuitas, an collectas imponere poſsit, *Roſenthal. de feud. c. 5. concl. 83.* Quando liceat Prælato charitatiuum ſubſidium à ſibi ſubditis exigere, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 181.* & quanta eſſe debeat charitatiui ſubſidij ſumma, *cap. 189.* ¶ Coloni Eccleſiæ, an ſint immunes à collectis, ratione partis Colonicæ, *Theſ. deciſ. 116.* ¶ Collectæ exactio habet paratam executionem, *Theſ. deciſ. 164. num. 2.* ¶ Collecta regulariter ſoluitur à poſſeſſore, *ibid. num. 4. lim. vt num. 2.* ¶ Bona cenſentur tacitè hypothecata, pro collectis. *ibid. num. 3.* ¶ Forenſes, qui bona in loco, vbi non habitant, poſsident, ad quæ onera teneantur, *Theſ. deciſ. 149.*

Collectam impoſitam, pro liberatione loci ab infeudatione, an teneantur forenſes alibi habitantes ſoluere, & quibus ſolennitatibus collecta imponi poſsit, *Theſ. deciſ. 257.* 273

Principes imperij etiam interdum ius collectandi habent, *Dauth. de teſtam. in explic. cauſæ. effic. nu. 37. fol. 68. in addit. marginal.* Emphyteuta, an teneatur ſoluere collectas & tributa fiſcalia, *Fachin. lib. 1. controver. iur. cap. 91.* Non tenetur ad collectas, qui viuit ex propria induſtria, *Viuius lib. 1. deciſ. 4. num. 54.*

De cenſibus.

Cenſus annui emptio, cum oppignoratione bonorum immobilium, an ſit licita, & non vſuraria, vide *pulcram deciſionem Martini V. Papæ & Cal. 3. in extra. incip. Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, in tt. de empt. & vend.* Solutio annui cenſus poteſt præſcribi, vt ſoluantur in viliori moneta, quàm ſint inſtituti, *text. bonus in c. olim de cenſib.* ¶ Quòd autem de iuribus, actionibus & nominibus debitorum, vide ſuprà, *in verb. Bona, & in verb. Actio. & infr. in verb. Debitum.* Annuus cenſus licitè poteſt emi, vt dando centum, vt alter ſingulis annis in perpetuum, vel ad vitam ſuam & hæredum, det ſibi annuum cenſum, puta, *vide Abb. in c. in ciuitate de vſu. n. 7. Et ibi pulcram apoſtillam conſilia DD. allegantem, vide in verb. vſura.* Reditus annuus inter immobilia enumeratur, *l. iubemus nulli in pr. C. de Sacr. Eccleſ.* 274

Annui reditus ad vitam, an ſit venditio licita, *vide Soc. conſ. 723. vol. 1* Ex diutina præſtatione cenſuum, præſumitur titulus, *l. cum de in rem verſo, de vſu. l. 1. §. ductus aquæ, de aq. quotid. & æſt:* Qui tamen debet allegari, licèt ipſe ex illa diurna præſtatione probetur, *vide verb. præſcriptio.*

Cenſus quanto tẽpore preſcribatur, *Abb. in conſ. 99. col. 9.* Cenſus nõ debetur niſi, cauſa debendi exprimatur, *c peruenit. de cenſ.* vbi dicit textus, quòd cenſus ignorantiæ, (id eſt, cuius cauſſa ignoratur) ſecundùm gl, nec diuinis, nec humanis L L. inuenitur. ¶ Per ſolutionem cenſus non arguitur neceſſariò ſubiectio, quia cenſus interdum ſoluitur in ſi- 275

in signum adeptæ libertatis, *c. constitutus, de relig. dom. Hier. in cons. 62. volum. 342. in pr. num. 1.* Cum ergo solutio census, sit æquiuoca ad multa, simplex probatio alterum non probat, quia non probat hoc esse, quod huic contingit abesse, *l. neq. natales C. de prop. c. 2. de cens. vbi Abb. not. in fin.*

Pro annuis reditibus competunt remedia possessoria, licet pro iuribus personalibus non sint prodita remedia possessoria, *l. fin. ff. Quor. bonor. Ita declarat Bl. in l. iubemus nulli in pr. C. de sacr. Eccles. vbi dicit saluari hoc modo text. in c. querelam de elect. vbi de hoc est textus, quem Abb. ibi not. in 3. not.* vbi dicit, quod eo ipso, quod pensio solita non soluitur, videtur quis spoliari facultate seu possessione percipiendi, *vide eum in c. peruenit, de censib. Et Bal. in l. hac edictali, §. u illud. C. de sec. nupt.* Et ergo etiam in annuis reditibus consistit feudum, *vide de illis Franc. Curt. in 1. par. 6. q. in pr. 3. col.*

176 Et in casu præmisso quando intentatur petitorium remedium pro annuo reditu vel censu, sufficit allegare causam verā & sufficientē in specie, licet eam non probet: vt quod dicat Actor, peto talem censum, quem mihi debes ex tali contractu, adiuncta possessione 30. vel 40. annorum, tunc triumphabit Actor. *Et hoc pates per Archi. in c. seruitium 18. q. 2. gloss. in c. peruenit, in verbo ignorantiæ quasi in fin. de cens.* quæ dicit, quod si aliquis petat quid sibi deberi, sufficit allegare causam in libello, quamuis illam non probet, dum tamen probet tempus, *quam sequitur ibi Host. & d. Card. Flor. in eo c. peruenit in 3. & 4. q.* vbi refert quod alleget causam in libello, quamuis eam non probet, dummodo probet censum annuum sibi solutū 40. annis, *vbi allegat multos alios DD. ita tenuisse. Idem vult Ant. de But. in d. c. peruenit. & Abbas in c. de quarta, & in c. si diligenti, de præsc. & Io. And. in c. 1. de præsc. lib. 6.* vbi quærit, an petens solutum spacio 40. annorum, probata solutione 40. annorum, obtineat: Et dicit, quod est communis opinio Legistarum, quam communem sequuntur Mod. *Canonistæ in d. c. peruenit in gloss. 2. Idem patet per gloss. & DD. in l. cum de in rem verso de vsu. gloss. Diuus Br. & Mod. vbi vide latè Iason. & Alex. in l. si certis annis C. de pact.* vbi Bl. distinguit, aut nulla causa allegatur, & nulla præsumitur: aut allegatur, sed est minus sufficiens, & non valet, aut allegatur sufficiens: & idonea, & talis satis probatur, & præsumitur per longam præstationem. quia talis præsumitur causa, qualis per effectum demonstratur.

177 Et Ang. *in d. l. si certis annis: in Repetitione,* dicit quod communis opinio Legistarum & Canonistarum est, quod si allegetur causa vera cum decursu & præstatione longi temporis secundum Legistas, & longissimi secundum Canonistas scilicet 40. annorum, & sufficit & præsumitur causa. *Idem vult Br. in l. cum de in rem verso.* vbi dicit quod cautus debet esse aduocatus dicere in libello, illam annuam pensionem sibi deberi ex stipulatione, & tunc sufficit probare illam annuam præstationem, qua probata operabitur probationem stipulationis.

Et quod pro pensione subtracta posit intentari possessorium, *vide Decian. cons. 136. volum. 1. vbi optimè loquitur, quem vide omnino, & Abb. in cons. 24. vol. 2.*

Et quod possessorium & petitorium posint intentari pro certis annuis obligationibus & reditibus, *vltra alleg. supr. eo. fol. fa. 2. vide Abb. in c. peruenit, de censib. num. 3. Et eundem in c. quærelam, de elect. & eund. in cons. 23. volum. 2. vide de hoc infr in verb. possessio.* 178

¶ Et quando agitur possessorio, non est opus allegare causam, *vt not. Bald. & Abb. per gloss. fin. in d. c. quærelam, de Elect. & Bl. in l. solent in §. fin. in vlt. q. de off. proconsi.* Etsi allegata sit causa in tali possessorio, quæ non probetur, hoc nihil nocet, *ita volunt Inn. in d. c. quærelam in fi. & refert Ang. & sequitur in l. 1. in pr. in 2. colum. ff. de Edend. Et de hoc vide latè Decium in cons. 136. volum. 1. vbi pulcrè de hoc & D. Abb. in cons. 24. volum. 2.* Liber censualis plenam fidem facit, *l. census, ff. de prob. c. ad audientiam, vbi DD. de præsc. Auth. ad hæc C. de probat.* Et idem in libris, qui sunt in curijs ciuitatum Episcoporum vel aliorum præsidentium, *vide latè Ias. in rep. l. admonendi. colum. 56. in fin. ff. de iureiur.* Et in libro censuali ita pronunciarunt Magdeburgenses Scabini pro monasterio monialium in Lignitz, contra quendam rusticum. De materia census, quis censum imponere posit, quibus rebus imponatur, & differentiā inter rem censualem & emphyteuticam, vide, *pract. Papiensem in for. lib. quo agitur ad facti præstat. fol. 145. in verb. factum col. 2.*

De Clericis.

Clericus quòd non comprehendatur sub statuto laicorum, (*idq; in odiosis indistinctè verum est: in fauorabilibus, si statutum sit generale, etiam clericus eo continetur: secus, si in specie aliquid de ecclesiasticis personis eorumuè rebus disponeret. Gryl. all. obseruat. 32. Statuta contra clericos odiosa sunt, 1. non posse alienari res immobiles in ecclesiasticas personas, item, si ingredientibus monasteria auferatur ius succedendi, aut vt non succedant extante masculo. Sane si statuta principaliter vtilitatem publicam concernant & in acquirendis versentur, etsi aggrauetur persona ecclesiastica, tamen valent, veluti si ijs in his prohibeatur* 179

 tur

tur alienatio extra familiam, eiusmodi in Camera approbata esse Geyl. ait,) quas habet immunitates, priuilegia & dignitates, & quando laicus concurrens cum Clerico gaudeat eius priuilegio, (*laici in materia restitutionis in integrum & delicti, gaudent priuilegio clericorum ratione connexitatis, si modò causa sit indiuisa: cæterùm si diuisa sit, vnusquisque coram suo iudice conuenitur. Geyl. 1. obseruat. pract. 37. nu. 2.*) *vide hæc & multa alia vtilia de ordine Clericatus, apud Hippo. de Marsi. in repe. Rub. ff. de fideiuss. à num. 111. vsque ad num. 132. nota, quia sunt notatu dignißima. Vide quæ eleganter etiam secundùm Cameræ obseruantiam declarauit Geyl. obseruat. 32. lib. 2. obs. Cam. Imp.*

280 Sed Clericus incedens sine habitu & tonsura, quando & quale tunc perdat priuilegium clericale, *notat Hippo. de Marsi. in singul. suo. 381. incip. Clericus incedens.*

Et nota, violentas manus inijciens in Clericum, statim anathematis vinculo subiectus est, *c. si quis suadente 17. quæst.* 4. nisi incedat sine habitu & tonsura, (*per hæc enim Clericus agnoscitur, Geyl. 2. obs. pract. 118. nu. 4.*) *vt dicit Hippo. de Marsi. in sing. suo 383. incip. Clericus.* Vel nisi ipsum quis ex causa offendat, quia fortè repertum in adulterio vxoris: quod enim permittente lege fit, pœnam non meretur, *l. Gracchus C. de adul. Porc. in titu. Institut. de lega. §. si res legata.*

281 Clerici etiam inuiti, non coguntur recipere aliquam tutelam, possunt tamen si velint recipere legitimam, *c. peruenit ibi gloss. 86. distinct. l. generaliter cum Authen. sequent. C. de Epis. & clericis.* Nisi vocentur ad tutelam miserabilium personarum: nam ad hanc suscipiendam, Clerici in subsidium tenentur, *gloss. in d. c. peruenit dis. 86.* Vlteriùs nota, quòd Clericus non potest poni ad torturam, etiam existentibus contra eum quibuscunque indicijs, nisi ipse Clericus aliàs sit infamis, *Hippo. in singula. suo 55. incip. aduertas. idem Hippo. in pract. criminali. §. nunc videndum, num. 51. Abbas in c. cum in contemplatione ext. de reg. iuris, & in c. prauis de posito. & Abb. in d. c. cum in contemplatione, dicit (quòd in casu quando sit torquendus, tamen sic non torqueatur vt Laicus.)*

282 De successione Clerici cum fratre & sorore, in Gerada & hæreditate, (*Clericus succedit in vtensilibus maternis, æquam partem cum sorore capit, non in ijs, quæ soror aut alia cognata relinquit, gloss. Lat. lit. H. in hæreditate quoque & in proprietate, similiter æquam partem cum fratribus obtinebit.*) quis sit Clericus, (*Clericum accipimus, qui doctus, ordinatus, ac tonsuratus sit.*) wer vor einen Pfaffen zu achten/ & de bonis eius habetur, *Arti. 5. lib. 1. Landrecht. & Arti. 25. eo. lib.* De pace & priuilegijs Clericorum, *vide Arti. 66. lib. 2. Landrecht. & Arti. 2. lib. 13. in tex. & gloss.* ¶ Prohibentur Clerici interesse negocijs secularibus, & præcipuè non intersint causis, quando tractatur de sanguine, vita & salute hominis, *ext. tit. ne Cleric. se immiss. secu. negotijs, & ibi in c. sententiam sanguinis, facit text. & gloss. Arti. 26. lib. 1. Landrecht.*

Et Clerici, an & quando veniant appellatione populi, *vide Andreæ. Schu. Barb. in proleg. Clemen. §. quoniam nulla, colum. 38. 39. cum sequentibus.* 283

Nota, Clericus inquisitus de delicto, quatenus possit declinare forum seculare, vel non, dixit Ioan. *de Arno. in singula. suo 29. incip. volo tibi.* ¶ Quibus casibus possit Clericus trahi ad iudicem Laicum, (*Sunt autem casus seqq. 1. in bonis feudalibus, Geyl. & Mynsing. vnde & ecclesiastici feuda ab Imperatore habentes, eius subditi censentur Geyl. 1. obseruat. pract. 30. per tot. 2. in actione reali Geyl. & Mynsing. 3. in possessorio vel quasi, etiam super causa spirituali, Geyl. & Mynsing. veluti ratione decimarum, Geyl. 1. obseru. pract. 38. in pr. non tamen ratione iuris patronatus, ib. num. 6. 7. 8. 4. in reconuentione causæ ciuilis Geyl. & Mynsing. 5. si venditor Clericus emptorem laicum defendat, Geyl. & Mynsing. 6. Si Clericus consentiat in arbitrum, vt eius laudum valeat in vim pacti, non in vim sententiæ, quod prohibitum est, Geyl. & Mynsing. 7. Si Clericus ratione officij alieno nomine, tutorio, curatorio, &c. conueniatur. 8. si lis contra laicum contestata sit, & ei Clericus succedat, Geyl. d. obser. 37. Mynsing. cent. 3. obseruat. 45. 9. si Clericus actor coram laico succumbat, in expensis condemnari potest. 10. si citetur, si sua interesse putauerit, tunc enim comparitio eius est voluntaria, velut actoris, non velut rei. 11. Si sequester à laico electus sit, ab eodem compelli potest, vt sequestrum restituat. 12. Si Clericus minor coram laico litiget, curatorem in litem ab eo accipit. 13. De causa spirituali inter Iudæos vel infideles, laicus cognoscit. 14. Si Clericus in delicto comprehendatur, à laico capi potest, vt adducatur ad ecclesiasticū, aut si in habitu & tonsura non sit, etiam custodiri. 15. Si ab episcopo degradatus sit, à laico punitur. 16. Absolutione à iuramento concessa per ecclesiasticum, laicus de eius nullitate cognoscit. Mynsing. in alleg. hic obseruat. 17. Sic potest cogere laicus laicum ad obseruantiam contractus iurati, an de omni re ecclesiastica cognoscere, cum tantum est quæstio super facta. Geyl. 1. obseruat. pract. 38. num. 4. & 5. 18. Clericum de fuga suspectum, non tantùm iudex, sed etiā ipse creditor laicus capere potest, vt iudici suo præstetur. Geyl. 2. obseruat. pract. 44. num. 2. idem Mynsing. cent. 2. obs. 65.*) notauit aliqua Mynsing. *in obs. suis obser. 22. cent. 1.* Et quando coram iudice se-

ce seculari conueniri poſsit, docuit Geylius, *in lib.* 1. *obſeruatione* 37. *& Mynſinge. in obſeruation.* 67. *cent.* 2. *Vide textum & ibi Klingium, in c. verum, & in c. ſi diligenti, de foro compet. vide ea quæ notaui infrà in litera F. verſicu. de foro.* Quòd in crimine aſſaſinij poſsit trahi ad iudicem ſecularem, conſuluit Decianus, *in conſ.* 12. *vol.* 2.

284 Clerici an & à quibus laicis poſsint accuſari coram ſuperiore, pro dilapidatione bonorum, pro Sodomia, denegatione Sacramentorum, vel alio delicto ſcandaloſo, & quatenus cenſeantur accuſati criminaliter vel ciuiliter: ſiquidem actum fuerit ad remotionem ab officio, ciuiliter: ſi ad degradationem, criminaliter actum eſſe cenſetur, idem *Decian. in conſ.* 53. *vol.* 3. ¶ Clericus continetur ſtatuto, quod extante maſculo fœminam excludit. *Mynſing. centu.* 3. *obſeruatione* 26. *circa pr.*

285 Clerici qui propter infirmitatem, vel quia in ſeruitio Apoſtolicæ ſedis detinentur, non reſident, nihilominus participant in fructibus & reditibus, *c. ad audientiam ext. de Cleric. non reſiden.* an extendatur ad conſimilem cauſam abſentiæ, vide Abba. *ibi: & per iſtum, Anton. Corſet. in ſingul. ſuis, in verbo ſtatutum.* 4. (*Aliàs Clerici, ſi non vacent debitore tempore rebus diuinis, fructus perceptos reſtituere tenentur, ne dum fructus beneficiorum percipere, aut ijs gaudere poſſunt: quia beneficium datur propter officium, Geyl.* 2. *obſeruat. pract.* 118. *num.* 11. *Clericorum reditus non poſſunt ex conuentione obligari, in ſubſidium tamen in cauſam iudicati capi poſſunt, non tamen in totum beneficium alienari poteſt. Item in ea executione relinquendũ Clerico, ne egeat. Geyl.* 1. *obſeruat. pract.* 118. *numero* 8. *&* 9.)

Clerici an poſsint agere & quatenus ad pœnam banni, vide Mynſi. *in obſ.* 51. *cent.* 2. (*vbi tradit, Clc. non poſſe agere ad pœnam banni, aliàs incurrerent irregularitatem, ſed tantũ ad reſtitutionem: qualificata tamen narratione ſuper fractâ pace, & cum proteſtatione, quod non intendant agere ad eius pœnas. Epiſcopus tamẽ ad eius pœnas. VVirtzb. & Bamb. tanquam principibus Imp. decreti ſunt proceſſus ſuper fracta pace contra March. Brandeb. & is ad eorum inſtantiam in pœnis banni declaratus. Idem Mynſi. cent.* 5. *obſ.* 58. *tradit, Clericos ſubiectos imperio mediatè, ratione fractæ pacis, non in Camerâ ſed coram iudicibus ſuis eccleſiaſticis conueniri: Immediatè ſubiectos imperio conueniri quidem in Camerâ hoc nomine, ſed non agi ad pœnam banni, ſed ad pœnam priuationis regalium & priuilegiorum quæ ab imperio habent, quibus ſententia declaratoria priuantur, non tamen ſub dio, ſed in ipſo conſiſtorio iudice pro tribunali ſedente.*)

286 Clerici quòd teneantur contribuere ad ſolutionem ſalariorum doctorum profitentium in Gymnaſijs publicis: Et debent contribuere expenſas ad purgationem putei communis, & de alijs in iſta materia conſuluit Decian. *in conſ.* 14. *volum.* 1. multum commendat ſtudioſos, literatos & doctos, in quantum proſint Eccleſijs, & cauſam ſtudiorum refert ad pias cauſas. 287

De Clericorum bonis, *Marſil. de bannit. verb. bona. num.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. *non incommoda. Pet. Greg. lib.* 1. *part. iur. Can. tit.* 26. ¶ Boues, animalia, & mobilia emta à Clerico per Laicum, an & quando ſint acquiſita ex bonis Eccleſiæ, & quando non, & ſint reſtituenda ſucceſſori, vel Eccleſiæ, *Caualc. dec.* 44. Acquiſita à Clerico, ex quibus bonis acquiſita cenſeantur, *Menoch. lib.* 2. *cent.* 2. *c.* 198. *de præſumpt.* ¶ Clericus an poſsit capi in flagranti crimine à ſeculari, & captus hoc caſu an impunè poſsit auferri. *G. Papæ deciſ.* 73. ¶ Clerici aliàs immunes à ſubſidijs, an teneantur conferre quid nomine earum rerum, quas à plebeis aut acquirunt, aut ſucceſsione obuenerunt, *G. Papæ dec.* 79.

An & quando perdant Clerici priuilegium clericale, *Capra. reg.* 94. Clericis an omnia negotia ſecularia ſint prohibita, *Cap. reg.* 95. ¶ Clericorum bona an per laicos collectari poſsint, *Capra. reg.* 96. Clerici an licitè contrahant matrimonia, & ſi contrahant, an cenſeantur Clerici, an laici 97. Clerici an ad decimas teneantur, *concl.* 99. & compoſitio ſuper decimis quando fieri poſsit, *reg.* 100. ¶ Clericus qui diu poſsidet beneficium, præſumitur poſsidere conſenſu, & authoritate ſuperioris, *Menoch. lib.* 6. *præſ.* 75. Clericus an & quando quis præſumatur, *Menoch. lib.* 6. *præſ.* 76. Clerici colonus, vel Eccleſiæ, *vide verb. colonus.* ¶ Quæ iuſta ſit cauſa, ob quam à diuinis ceſſare poſſunt Clerici, & quando clericus à laico comprehendi, & carcerari poſsit, *Menoch. lib.* 2. *cent.* 2. *c.* 140. 288

Deformitas quæ impediat promoueri ad ſacros ordines, *Menoch. lib.* 2. *centu.* 3. *c.* 226. *vide Tiraq. l.* 2. *connub. gl. l.* 4. *p.* 1. *num.* 59. ¶ Diſpenſato ad plura beneficia, quod tempus præſtitum ſit, ad fidem faciendam diſpenſationis, *Menoch. c.* 249. ¶ Quæ ſint cauſæ, quibus à beneficio ſuſpendi poſsit Clericus, *Menoch. lib.* 2. *cent.* 4. *c.* 332. ¶ Pœnitentias Sacramentales eſſe ſacerdotibus arbitrarias, *Menoch. lib.* 2. *cent.* 4. *cap.* 391. ¶ Pœnis quibus plectuntur Clerici, qui habitum clericalem ſpernunt, & an eis liceat comam, & barbam nutrire, *Menoch. lib.* 2. *cent.* 4. *c.* 392. 289

Pœna Clerici ebrij, *Menoch. c.* 404. & Clerici in ebrietate euomentis ſacram Eucha- 290

ristiam, c. 405. & clerici celebrantis missã ante dormitionem, c. 406. & sæpiùs in die missam celebrantis. c. 407. & sine debita solennitate missam celebrantis, c. 408. & celebrantis, & simul quid sanguinis in terram effundentis, c. 409. custodientis negligenter sacram eucharistiam, & minùs reuerenter dantis infirmis, c. 410. Clerici proxenetæ, & mediatoris contractuum illicitorum. c. 411. Clerici macellam & tabernam exercentis, c. 412. Venatoris, c. 413. confessionem Sacramentalem detegentis, c. 414. Clerici depositio & degradatio quomodo fiat, c. 415. Religionem deserere, & ad aliam transire quando liceat, Menoch. l. 2. cent. 5. c. 421. & c. 422. & 423.

291 Pœnas Clerici horas non seruantis, cap. 429. item consentientis in iudicem laicum, c. 430. Baptizantis alio in loco, quàm in sacro fonte, c. 431. Clericum non diu à sua Ecclesia posse abesse, Menoch. lib. 2. centu. 5. c. 478. Clericus hæres laici, an possit ad seculare tribunal, pro hæreditatis rebus & iuribus vocari, Couar. pract. quæst. to. 2. c. 8. Clericus qui litigat de bonis Ecclesiæ, fori electionem habet, secus verò quando de proprijs: sed in causa criminali Clericus habet semper electionem, cum censeatur iniuria facta Ecclesiæ, Viuius dec. 67. lib. 1.

292 Colonus Ecclesiæ vel Ecclesiasticæ personæ, an in causa contra ipsum mota fori obtineat priuilegium, Thessaur. dec. 22. ¶ Clericorum creditores possunt petere mitti in possessionem fructuum beneficiorum, Afin. de exec. §. 7. n. 8. per c. 2. ext. de fideiussor. ¶ Duob. super loco collegiali contendentibus, præfertur qui est de loco eligibilis, licèt postea fuerit de fornicatione damnatus, Hier. Laurent. decis. 9. ¶ Clericus non potest ferre arma sine nota peccati, nisi in quibusdam casibus, Viuius lib. 1. decis. 26. ¶ Clericus iniuriatus, vide verb. Lundria.

293 Clerici non debent vagari extra suam Ecclesiam, sine licentia superioris, & cum causa: & tunc vtrum debeatur eis immunitas, Viuius. lib. 1. decis. 88. ¶ Clerici in sacris constituti, possunt esse tutores, & procurare pro miserabilibus personis, Viuius lib. 1. decis. 151. ¶ Clerici non ligantur statutis laicorum, quantumuis generalibus & rationabilibus, Viuius dec. 326 lib. 2. ¶ Clericus in seculari iudicio comparens forum declinare nequit, & ei minori curator à laico iudice dari potest, Viuius decis. 387. lib. 2. ¶ Clericus citatus à iudice laico, an comparere teneatur, & an volens priuilegio fori renunciare possit, Afflict. decis. 2.

294 Vulnerans Clerici consanguineum, est ita excommunicatus, sicut si ipsum Clericum vulnerasset, ita DD. in rub. ff. de Arb. per c sciunt cuncti de Elect. in 6. quem refert Ias. in l. 1. §. si quis ipsi prætori de oper. non. nunc. in 8. colu. prope fin. vide eundem Ias. in l. 1. in 1. col. C. de iudic. vid. libell. vbi pulcra adducit. ¶ Cum Clericis, qui in sacerdotio Matrimonium contrahunt, Episcopus dispensare potest, c. sane el 2. de cle. coniug. Clericis castitas est indicta ex 8. causis, quas habes in Repertorio Corseti in verb. castitas. ¶ An Clericus seipsum malo animo lædens, incidat in can. si quis suadente, 17. q. 4. vide DD. in §. iuris præcepta. inst. de iust. & iur. vbi concludunt communiter, quòd sic, præter solum Ioh. Fabr. vide Ias. in l. 1. C. de seru. fug. ¶ Bona clericorum sunt bona pauperum, c. 2. de præscrip. 16. q. 1. quoniam quidquid. ¶ Clericus est miles cœlestis, c. 2. de pe. lib. 6. c. cum secundum Apostolum de præb. gl. in l. 2. §. miles, de inf. gl. in l. stipendia C. de Epicur. iud. & in l. miles, ff. de re iud. vide Cors. in Rep. in verb. Clericus c. 1. de Cler. egro. lib. 6. 11. q. 1. Christianus, Adde Abb. in c. cum ex officijs in vlt. not. ¶ Clerici, milites sunt Christi, 23. q. vl. c. repræhensibile, secus in scholare, vide Alex. con. 126. vol. 1. col. 3. ¶ Clericus qui complectitur mulierem, interpretabitur, quòd benedicendi causa hoc faciat, gl. in c. absit 11. q. 3. vide ad hoc pulcrum tex. in c. in scripturis 96. dist. ¶ Clerici ab officialibus puniri non possunt, etiamsi esset consuetudo, l. omnes, vbi Br. C. de decur. lib. 10. ¶ Clericus qui fornicatur, adulteratur, cum sit q. maritus Eccesiæ, gloss. in c. per venerabilem in verb. adulterans, vbi Hieronimum in c. duo sunt 12. q. 1. ¶ Clericus suæ concubinæ donare nihil potest. Br. in l. miles, ff. de re iud. 295

Clerici degradatio æquiparatur morti naturali, & carcer perpetuus damnationi in metallum: & quando de iure ciuili habet locum pœna mortis, tunc de iure Canonico degradatio: & quando de iure ciuili habet locum pœna damnationis in metallum, de iure Canonico habet locum pœna perpetui carceris, ita vide Abb. & alios in c. eum non ab homine ext. de iu.

Formam degradationis habes, in c. 2. de pœn. lib. 6. vide c. nouimus, de verb. sig. vbi debet tradi curiæ seculari. Et sic ius Canonicum pœnam sanguinis videtur imponere, text. in cap. ad falsariorum, de crimine falsi, adde bonum text. in c. qui in alterius 5. q. 1. vbi corporalis pœna imponitur, secundum Canones pœnas corporales infligi, imo Papa potest disponere, quòd Clericus inferre possit pœnam sanguinis. Et quod Clerici sint in bello, dummodò sit bellum licitum, quia illa sunt iuris positiui, Ita consuluit subtilis Aretinus in cons. 58. volum. 2. vbi traditur iudici seculari secundum leges puniendus, & de hoc quomodo tradatur curiæ seculari, vide Soc. in reg. 55.

296 Clerici, qui non deseruiunt in diuinis, tanquam indigni, coguntur ad restitutionem omnium fructuum, *gloss. in l. 1. C. de his quibus vt indig.* ¶ Clericus si committit delictum, propter quod possit priuari beneficio, licet habeat ius in re, donec sit priuatus: tamen postquam erat priuandus, hoc est, à tempore delicti cōmissi, tenetur restituere omnes fructus perceptos & percipiendos, siue sint consumpti, siue non, *casus est secundùm Paul. melior de iure in l. 1. C. de his quib. vt indig. Hoc dictum reprobatur per Io. de Monte, Ferr. in l. 1. §. 1. colum. 3. de verb. oblig. quem omnino vide.* ¶ Clericum occidens in veste laicali, non incidit in canonem, *Br. in l. item apud Labeonem, §. virgines, ff. de iniu. c. in audientia de sent. ex.* ¶ Clerici leges scire tenentur, *gloss. in l. repetita, C. de Episcop. & Cler. & l. Leges C. de LL. gloss. in c. Episcopus 37. dist.* & ibi ratio assignatur, vt meliùs scilicet canones intelligant, quia LL. sunt sacræ, *16. q. 3. nemo.* Laici Clericis sunt oppidò infesti, *c. clericis de immun. Eccles. lib. 6.* Clericus implicans sese negotiationibus secularibus, tertiò monitus non desistens; perdit ipso facto priuilegium Clericale, vt subiaceat statutis Laicorum in solutione vectigalium: & sic ipso facto & tacitè renunciat priuilegio, cui verbo & expressè renunciare non poterat, *c. si diligenti, de for. comp. c. fin. de vita & hon. Cler. ita singulariter dixit Ioh. de Plat. in l. quidam ignauus, C. de Decu. lib. 10. in verb. finalib. Alex. consi. 8. volum. 1.* ¶ Clericus effectus post delictum, an à iudice seculari an Ecclesiastico puniri debeat, *vide Br. in l. 1. ff. de pœn.* Et quomodo iudex secularis possit punire Clericum, Br. disputat, *in l. fin. ff. si ex nox. caus. agat. vid. Bonif. de Viteli. in opere maleficiorum in tt. Quid sit accusatio fol. 31. col. 3.* ¶ Clerici suum iudicem declinare non possunt, *gloss. in l. 1. ff. de iud. c. si diligente extra de for. compt.* Hoc intellige expressè, & verbo: tacitè autem, & ipso facto possunt.

297 Clericus in causa criminali coram iudice seculari aduocare non potest: potest tamen pro reis supplicare. In ciuili autem, pro se & Ecclesia sua, & miserabilibus personis coram seculari aduocabit, si beneficijs Ecclesiasticis nitantur, siue in maioribus siue minoribus ordinibus consistat. Si verò beneficium non habuerit, in minoribus constitutus, in ciuilibus indifferenter aduocare potest, coram iudice seculari: coram verò Ecclesiastico iudice, omnes clerici indifferenter aduocare possunt, *vide gloss. iura allegantem 15. q. 2. in pr.* Clericus Doctor in causa sanguinis consulens, an fiat irregularis, *vide infra in verb. Doctor.*

Clericus primæ tonsuræ, sine tonsura & sine habitu depræhensus, non coniugatus nec admonitus, ab Imperatore puniri non potest, *vide Alex. cons. 8. vol. 1.* ¶ Imperator in paucis casibus Clericum condemnare potest, *quos vide in d. cons. colum. 1. ibi potest etiam imperator.* ¶ Clericus non potest esse capax dignitatis, vel beneficij habentis, curam ante 25. annum, *c. cum in cunctis, §. 1. de Elect. in antiquis.* ¶ Monachi vel Clerici obsides dari non possunt, *Soc. in Reg. 266. vbi limitat duobus modis.* ¶ Contra Clericos laici testes non recipiuntur, *Soc. in reg. 4. vide latè de hoc in verbo Testis.*

Clericorum maliciam nota, quòd no- 298
lunt facta sua in propatulo esse, sed secreta, *ita dicit Bl. in c. 1. in vlt. colum. Si de inuest. inter do. & vas. lis oriatur, in vsib. feud.* Et Clerici plerumque facta sua faciunt in occulto, *ita dicit Petr. de Bell. in tr. de feudis in tit. de inuestitura.* ¶ Laicus potest capere Clericum delinquentem, vt eum ad iudicem ducat, *vide Br. in l. si quis in seruitute, ff. de fur.* ¶ Pater Clericum filiam adulterantem interficiens, canonis pœnam non incurrit, *vide ibi Apostill. ad Bar.* ¶ Clericorum arma sunt Lachrymæ, *23. q. 8. c. Clerici.*

Clericus negociari est prohibitus, id est, rem viliùs emere, & chariùs vendere: potest tamen corium emere, & facere calceos: emere asseres, & ligare libros, *ita est tex. cum gloss. in c. canonum 14. q. 4.* ¶ An Clericus beneficiatus existens in minoribus, teneatur ad horas canonicas, etiamsi per substitutum seruiat, & in studio existat, *vide Abb. in c. 1. de celebr. miss.* ¶ Clericus coniugatus, an tonsuram ferre teneatur, *est gloss. in c. eos qui semel 20. q. 3. vide c. 1. de cle. coniug. lib. 6.* ¶ Concubina Clerici est de foro Clerici, *gloss. in c. eos qui 32. dist.* Secus est in concubina Laici, *vide Ioh. de Plat. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10.* ¶ Clericus enormitatibus se immiscens, non deferens habitum nec tonsuram, priuilegium suum non perdit, nisi post trinam monitionem, *Alex. in cons. 8. volum. 1. col. 1.* ¶ Clerici si viderint iniustè ad mortem damnatum, talem possunt manibus familiæ eripere, *vide supr. in verb. Appellare, & infr. in verb. iudex, & Pet. q. 115.*

An valeat statutum Laicorum, in con- 299
cubinas Clericorum, *vide Felin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ in 16. q. de constitut.* ¶ Clericus in studio existens, videtur residere in sua Ecclesia, & non abesse. Ergo debet habere portiones suas in Ecclesia, tanquam residens, *Br. in l. quæsitum per illum tex. de Leg. 3. vbi allegat c. relatū ext. de cler. non res.* Clericus absens pro Ecclesiæ negotijs, vel superioris debet habere fructus præbendæ, sicut præsentes, *Br. in l. testamento de acc. & arg. leg. all. c. ex parte el. 2. de cler. non res.* ¶ Clericis

ne ludant, prohibitum est sub pœna, ne sint ludi inspectores. *Aut. interdicimus C. de Episc. & Cleric. vbi gloss. dicit*, quòd liceat eis ludere ad ludum Schacorum, quia in ingenio naturali consistit, nec viribus fortunæ committitur. Quosdã casus habes *in c. cum voluntate. §. fin. ext. de sent.* ex quibus percutiens non incidit in Canonem: siue Magister scholarem, dominus famulum, consanguineus propinquum, &c.

Clericus recipiens ordinem propter beneficia consequenda, committit Simoniam mortalem: quia intendit seruire Deo, propter vtilitatem bonorum, *gloss. in c. consuluit 74. dist.* non tamen tenetur in foro animæ illa beneficia resignare, licet teneatur satisfacere de peccato per pœnitentiam. ¶ An Clericus, qui tacuit se Clericum à principio litis, debeat in expensis coram iudice Laico condemnari, *vide Dec. cons. 241. volum. 2. scripsi.*

300 Papa potest disponere, quòd Clericus potest inferre pœnam sanguinis, & quòd sint in bello, dummodò sit licitum: quia hæc sunt iuris positiui, *Aret. 58. cons. colum. 2. vide Goz. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. pr. lect. 11. ff. de iust. & iur.* ¶ Clericum interficiens maritus, repertum in fraganti crimine cum filia vel vxore, non incurrit sententiam, *c. si quis suadente 17. q. 4. Ita dixit, Bl. Ang. Raph. in l. quid ergo, §. si hæres de leg. 1. Hyppo. de Marsil. in l. 1. num. 40 fol. 3. ff. de qq. & idem Marsi. in l. 1. Char. 5. in pr. ad. l. Corn. de sic.* ¶ Clericus non potest poni ad torturam, etiam præcedentibus quibuscunque indicijs: nisi aliàs clericus sit infamis, *ita Abb. in c. grauis, ext. de pos. vide Marsi. in sing. 55.*

Clericus propter delicta regulariter debet degradari, & tradi curiæ seculari, *vt supr. eod.* Hoc fallit in Clerico, qui committeret atrocissimum crimen: quia tunc sine degradatione potest puniri, non attenta dispositione *c. non ab homine de iudic. De hoc vide alia allegantem, Hippo. in l. 1. char. 5. colum. 2. in pr. ad l. Corn. de Sicar.*

Clericus repertus in delicto potest capi per iudicem secularem, vt præsentetur iudici Eccesiastico, *vide Iason. in l. 2. in 5. colum. de iurisd. omn. iud.*

De Cloacis.

301 DE cloacis earumq; purgationibus, vide Arti. 51. *lib. 2. Landrecht, & in tit. ff. de cloacis.*

De Cogitatis, & non cogitatis.

302 QVæ agebantur me ignorante, non videor ratificasse: quia in ignorante non potest esse consensus, neque cogitatio: & actus non porrigitur ad ea, de quibus non est cogitatum, *Bart. in l. qui cum tutoribus, ff. de transf. l. mater ff. de inoffi. test.* ¶ Iuramentum etiã vlteriùs non extenditur, nisi ad cogitata, *gl. & notata ad l. fina. C. de non num. pecu.* ¶ Sed nota, quòd sufficit in genere cogitatum de actu ad hoc, vt dispositio trahatur ad illum actum in specie ignoratum & incognitum, *l. sub prætextu specierum, & ibi Bald. in 2. Col. in prin. C. de transact. & Alex. de Imo. in consi. 146. colum. 3. vers. pro hac conclusione, volum. 5.* generaliter autem cogitatum esse, apparet per apertam naturam verborum generalium, *Bald. in d. l. sub prætextu specierum, in prin. 2. colum. per arg. l. qui iure. ff. de testamen. militari. Et ad istam l. qui iure de substitutione extraneo facta, an excludat liberos, de quibus in genere est cogitatum, vel cogitatum esse præsumitur, vide singulare D. Anthon. Corse. in verb. substitutio.*

Sed quomodo appareat, cogitatum esse vel non, vel qualiter probabitur, notant gloss. *in Bartol. in l. qui cum tutorib. §. fi. ff. de transact.* & facit ad hanc materiam id, quod dicitur: actus non debent operari vltra intentionem agentium, *Alex. de Imo. in consi. 146. colum. 4. volum. 5. versi. & non obstat, per l. non omnis, in prin ff. si certum peta: l. multum. C. si quis sibi vel alteri.* ¶ Et quomodo renunciatio omnium exceptionum & defensionum, se trahat ad non cogitata. (*quando scilicet expressè renunciatur omnibus defensionibus competentibus & competituris, cogitatis & non cogitatis.*) vide ea quæ notat Angelus, *in tit. Institut. de excep. §. idem iuris num. 50. vers. quæro an omnibus.* ¶ Cogitationis pœnam nemo patitur, *l. 18. ff. de Pœn. c. cogitationis, de Pœnitent. distinct. 1. Cuiac. 8. obseruat. 22. & 25. obseruat. 25.* vbi probat etiam inceptum, nec dùm perfectum crimen puniri, *4. lib. 19. obseruat. 10.* vbi probat, etiam quædam inuoluntaria coërceri. 303

Cognitio.

VTrum ad principis consiliarios, an ad ciuitatis Decuriones, cognitio de viatoribus, qui solent à cauponibus excipi, & in publicis hospitijs diuersari, vt qui & quales homines in vrbem intromittantur cognoscatur, pertineat, *vide Hanetonium consi. 5.* 304

De cognatione, agnatione, & consanguinitate.

AGnatio est coniũctio sanguinis per virilẽ sexum, *l. pe. ff. vnde leg.* & agnationis nomi- 305

nominatione comprehenduntur portantes idem nomen & eadem insignia. *Decia. in conf. 86. num. 29. vol. 3.* Quòd quædam ratione coniunctionis, seu consanguinitatis fiant, & sint licita, quæ aliàs non sunt licita, notat Hippo. *de Marsil. in repe. Rub. ff. de fideiussor. num. 229. versi. secundò limita, vsq. ad num. 238.* & ibi amicum magna amicitia coniunctum consanguineo æquiparat, *vide ea quæ notaui suprà in litera A. versi. de amico & amicitia.* De carcere vel metu illato coniuncto, quod idē sit, ac si esset in personā illatus, notat Rolan. *à Valle in consi. 2. num. 61. vers. non obstat, & ibi insequen. de filio & amore paterno lib. 1.* Et multi casus colliguntur, qui ratione sanguinis fieri prohibentur vel permittuntur, non obstante prohibitione, seu pręcepto iuris ciuilis: *colligit casus Hippo. de Marsi. in repe. l. Diuus Adrianus, ff. ad l. pompe. de parri. & idem Hippo. in singula. suo 210. incip. iura sanguinis, & vide eundem in repe. l. vnicæ, C. de raptu virgi. num. 197. vbi dicit de recipiente Affinem vel coniunctum: quia dicit, mitiùs punitur, quàm receptator extranei. nota hoc vnum pro exemplo & plura ibidem.* ¶ Item mulier potest receptare maritum bannitum, & non punitur, puta, propter coniunctionem, *Ange. de malefi. in vers. dicto maleficio semper abstitit, num. 25. vsq. ad finem.* ¶ Et legata facta ratione coniunctionis, dicuntur legata pia, maximè si coniunctus sit pauper, *gloss. in l. illud vbi Cas. & Bal. C. de Sacro Sanct. Eccles.* Et maior est exercenda pietas in coniunctos, quàm in extraneos. *c. non satis distinct. 86.* Et ideò executores deputati ad distribuendū pauperibus, debent & possunt primò dispensare in consanguineos testatoris pauperes, si extant: quod etiam verum esse asseritur in filio spurio paupere: *Decian. in cons. 1. vol. 3. num. 49. & insequen.*

306 Nota de Iure Saxonico vnum effectū cognationis & agnationis, Die nechste Spielsmage fordert vnd nimbt Gerade: der nechste Schwerdtmage/ Hergewette/ *Artic. 16. lib. 3. Landrecht. Et Arti. 31. lib. 1.* De Iure Saxonico numeratur cognatio vsque ad septimum gradum, à capite vsque ad vnguem, *Arti. 3. lib. 1. Landrecht.* Et ibi nota das die halbe geburt im ersten Grad/ schreitet in ein ferner Gelied/ obs aber jm weitern vnd remotioribus statt habe/ *vide ibidem in addit. latina, quæ se refert ad consuetudinem, quæ in pronunciando consideratur:* de gradibus cognationis notatur, *in tit. ff. de gradibus affinita. & Institu. de gradibus cognatio. Specul. in tit. de consangui. & affinita.* ¶ De cognatione spirituali quæ contrahitur per compaternitatem, vel leuationem de Sacro fonte, vide Specula. *in lib. 4. Rubrica de cognatio. spirituali.* & ibi vide de materia compaternitatis, *tit. est ext. de cogna. spiritua.* ¶ De cognatione legali, quæ contrahitur arrogatione, vide Specu. *in tit. de cognatio. legali*, ibi habes materiam arrogationis, & adoptionis, quærit & respondet, an impediant matrimonium.

Cōsanguinitatis gratiā multa in iure permittūtur, *Afin. de exec. §6. c. 5.* vbi, quòd in licitatione agnatus iustum preciū offerens, pręferatur ei, qui excessiuum offert. *Afin. d. loc.* item creditor cognatus debitoris, in licitatione, cæteris paribus, præferendus. *c. 6. n. 1.* Patronorum stante discordiā, Episcopus debet instituere præsentatum à patronis coniunctis fundatori, *n. 2.* Executorum stante discordiā, potior est sententia eorum, qui volunt erogare bona in pauperes consanguineos, quàm in alios, *n. 3. 4.* siue testatoris, siue suos, *n. 5. 6.* Item prælatus non reprehendendus, qui de reditibus Ecclesiæ suis consanguineis indigentibus subuenit, *n. 7.* item Clericus dotans pauperem sororem laudandus, *8.* & prælatus, qui in beneficiorum collatione suos consanguineos extraneis præfert, præsertim si sint digni, *n. 9.* Ad Emphyteusin Ecclesiasticam agnatus potiùs admittendus, *ibid. vide Sebast. Med. de reg. iur. p. 1. n. 22.* 307

Cognatis & agnatis est debita hæreditas, *l. fin. C. de Cod.* Qui sint cognati, vel agnati, vide *text. in prin. Instit. de leg. agn. tut.* ¶ An cognatus contra cognatum cogatur testimonium dicere, *vide infr. in verb. Frater, & in verb. Testis.* ¶ An statutum puniens receptantem bannitum, puniat receptantem bannitum agnatum, *vide Br. in l. 2. ff. de Recept.* vbi dicitur, quòd mitiùs punitur, quàm si receptasset extraneum. 308

Si statutum dicit, quòd Syndicus tenetur nunciare maleficium: non tenetur suum maleficium nunciare, si ipse deliquerit: nec etiam cognatorum, & eorum contra quos non tenetur ferre testimonium, *vide d. Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur. in 2. col. ff. de hær. instit. adde Br. in l. qui iurasse, §. si pater, de iureiur. Alex. in l. 2. in pr. de iurisd. om. iud.* Cognati sunt, quasi pars corporis nostri, *l. cum scimus, C. de agn. & censib. lib. 11.*

Consanguinei ex eod. patre nati, dicuntur fratres: cæteri agnati consanguinei non sunt. *Inst. de leg. agn. succ. hinc est Tit. in Auth. de consanguineis, & vterinis fratribus.* Consanguinei mei inimicus, mihi est inimicus, *vide Hippo. de Marsil. in leg. 1. §. præterea, de qq.*

Sicut positionibus, per quas quis detegeret delictum, & turpitudinem suam, non est respondendum: *secundùm Br. in l. qui iurasse, §. 1. de iureiur.* sic idem est, quando fieret detectio delicti vel turpitudinis consanguinei: quia illi positioni etiam

non est respondendum, *ita dicit Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur in 2. col. de hær. Inst. Alex. in l. 2. in pr. de iurisd. om. iud. vide infr. aliquid in verb. Testis, & verb. Turpitudo.* ¶ Consanguineos nostros protegere, opus est pietatis, *l. pietatis, C. de susp. tut.* ¶ Quòd ratione cõsanguinitatis aliqua admittũtur, quę aliàs nõ admitterentur, *vide pulcrum text. in l. si domus, §. qui confitetur, de leg. 1.* ¶ Qui sint consanguinei, & appellatione consanguineorum in statutis qui veniant, & verba Papæ & principis loquentis de consanguineis quomodo interpretanda, & quid in causa matrimoniali, & quid in causa ciuili, *de omnibus illis vide pulcerrimè d. Alex. post alios, quos refert in l. cum quidam in §. quod dicitur, ff. de acq. hæred.*

309 Iniuria illata vni de consanguineis, censetur omnibus de hac familia illata, *l. 1. 2. 3. 4. ff. de Lib. caus. Br. in l. transigere, in quarta col. C. de Transact. vide infr. in verb. Iniuria.* Tu adde singulariter, quòd si duo inimici fecerunt pacem, & promiserunt se non offendere sub certa pœna; certè offendens consanguineum alterius incidit in pœnam, ac si immediatè eum offendisset qui pacem fecit, *ita dixit Pet. de Anch. in c. sciant cuncti, de Elect. quem refert Ias. in l. de pupillo, in §. si quis ipsi prætori in 8. col. ff. de op. nou. nunc. idem in l. 1. ff. de in ius voc.* Contrarium tamen videtur dicere Br. *in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verb. oblig.* Vbi dicit, quòd si quis promisit sub pœna, me non lædere, faciendo pacem, is non me, sed fratrem meum lædit, & determinat, quòd non.

Metus illatus consanguineo Clerici, censetur illatus Clerico, *c. sciant cuncti de Elect. in 6.* & per illum textum dicit Lud. *Rom. in rub. ff. de Arb. in 24. col. quem refert Iason in d. §. si quis ipsi prætori*, quòd vulnerans Clerici consanguineum, ideò quia Clericus voluit sibi aliquid facere, est ita excommunicatus, perinde ac si vulnerasset ipsum Clericum, quod nota.

Et vsque adeò est stricta consanguineorum copula, quòd consanguineus consanguineum latronem receptans, mitiùs punitur quàm si extraneum recepisset, *l. 2. ff. de recept. vbi Br.* Iniuria facta vni domestico meo mea occasione, dicitur facta mihi, *nota Arch. in clem. 1. in pr. in 13. not. per illum tex. de Excess. prał.* idem decidit in consanguineo, *vide Ias. in l. 1. in 1. col. C. de iud. vid. toll.*

Regula est: Quòd paria sunt, aliquid contra me fieri, vel mihi consanguinitate iunctos. De hac regula multa adducentem *vide Iason. in d. l. 1. C. de iud. vid. toll. vbi pulcra adducit.*

Consanguinitas quomodo probetur, *vide Bonifac. in vitell. in rub. for. accus. in no. facti in fin. late & pulcrè Dec. in cons. 321. volum. 2. num. 6.* ¶ Consanguinei, & domestici testes, licet regulariter non admittuntur: fallit tamen, quando quis vellet probare suam innocentiam: quia tunc etiam admittuntur in criminali, *vide infr. in verb. Testis.*

Affinis testimonium non est integrum, 310 *vide pulcrè Alex. in cons. 18. volum. 1. colum. 2. in 1. volum. Lanfran. in c. quoniam contra de prob.* ¶ Affinitas illa inspicitur, quæ iam est, non quæ fuit, *l. cui eorum, §. affinitates, ff. de post.* vbi Bal. notat in arg. quòd licèt pro vxore fratris non possit quis dicere testimonium; intelligitur tamen hoc non de vidua, quæ quondam fuit fratris vxor, sed quæ modò est.

Consanguineorum & amicorum præsentia, facit cessare dolum, & operatur quòd res palàm & bona fide censeatur esse facta, *l. transactionem, C. de transact. vide Br. in l. frater à fratre in pr. vers. tertio quæro de cond. indeb. & Ias. in l. singularia in 7. col. ff. si cert. pet.* Et idem operatur præsentia iudicis, *vide in verb. iudex, vide infr. in verb. minor, vide D. Abb. in cons. 91. volum. 1. colum. 3. in fin. & sequen. Vide infr. in verb. Mulier.* Cognati aliqui sunt ex parte patris, *vide Curt. cons. 5. colum. 2. & fol. 69. col. 2.* ¶ Consanguineus in iure habet tres significationes, *de quibus Curc. in d. cons. 5. fol. 68. colum. 3. vbi pulcrè declaratur, qui cognati, agnati, & consanguinei.* ¶ Agnatus patris est filius, & econtrà, *l. iurisconsultus circa pr. ff. de grad. vide Curc. cons. 7. fol. 80. colum. 2.* ¶ Filia agnata est, *Cucr. consil. 9. fol. 81. colum. 2.*

Coniunctus.

Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, *l. octaui, ff. vnde cogn. vide Alex. in l. 1. Si cert. per. & ibi latè Br. vide infr. in verbo vicinus.* 311 Et ad probandam cognationem, cognati interrogari debent, *l. 3. §. hoc autem, ff. de success. ed.* ¶ Quando vocandi sunt proximiores, quomodo probetur quem esse proximiorem, & quot gradus debeant computari. *Dec. cons. 321. vol. 2. in caussa, quæ Alexandriæ agitur.* ¶ In coniunctim prolatis dictionibus, orationibus, locutionibus; nullus est ordo, nec est dare prius nec posterius, nec attenditur, quid prius ponitur, quid scribitur, *l. quidam testamento. ff. de pecul. leg.* per hæc differentia dari potest, cur Imp. *in Inst.* præponit tit. *de oblig.* tit. *de Act.* Sed in C. & ff. facit totum contrarium, *vide Perc. Inst. de oblig.* ¶ Coniuncta persona potest agere sine mandato, *hoc habes in l. sed & hæ, de procur. sicut & maritus, l. maritus, C. de procu.* His adde amicum magna familiaritate iunctum, *per Ias. vbi remissiuè in l. cum rem alienam, C. de leg. in 1. col. ibi 3. vide in verb. Amicus.*

De

De Colonis censitis seu conductoribus.

312 DIcitur colonus, qui pro certa annua pensione prædium rusticum colendum conduxit. Et Barto. *post glossam in l. si apes. ff. de furtis*, refert quatuor species colonorum: Quidam sunt perpetui, qui non ad modicum temp' conducunt: Et emphyteutæ dicuntur, *de quibus in §. adeo Instit. locati.* Et sine dubio faciunt fructus suos, quia habent vtile dominiũ fundi, *vt nota in l. 1. ff. si ager vectiga.* ¶ Quidam verò conducunt ad modicum tempus: & horum alij sunt nummarij, qui dominis certam quantitatem vel aliquot modios frumenti singulis annis pro pensione soluunt, non inspecto eo quantum ex fundo percipiant. ¶ Alij dicuntur partiarij (*Hi impropriè dicuntur coloni, quibus ob sterilitatem nulla fit mercedis remissio. Geyl. 2. obseru. practic. 23. num. 14. Sanè in tota ea obseruatione, quibus colonis mercedis remissio fiat quibus non & quas ob causas, prolixè docet.*) qui partem vel quotam fructuum in fundo natorum domino reddunt, dimidiam vel tertiam partem fructuum, & cum domino tanquam cum socio istos fructus partiuntur, *l. si merces, §. vis maior, ff. locati. Schneid. in §. Actionum de Act. ex conducto, n. 7. 8. Inst. de Act.*

313 Sed nota, quòd gloss. *1. super Rubri. C. de Agrico. & censi. lib. 11.* Et Abbas *in c. iudicatum ext. de immu. Ecclesia.* referunt octo species colonorum, *de quibus ibi vide.* ¶ Sed in dubio, quando de nullo apparet contractu, & sic nescitur an sit colonus perpetuus, vel simplex recurritur ad solutionem: quia quando ad tempus præscriptum soluit censum vniformem, censetur perpetuus colonus, *prout consuluit Schurff. in cons. 4. cent. 2. & notauit Cynus in l. comperit in 5. quæstio. C. de præscript. 30. vel 40. anno.* ¶ Ad quæ teneatur colonus, & quomodo debet concludere quando petit ex causa iuridica mercedis remissionem, vide Barto. *in cons. suo 193. incip. commune. Et vide ea quæ notaui suprà in eadem litera, C. v. de Canone soluendo.* ¶ Quæritur, an colono posit auferri possessio ab eo meliorata, casu existente quòd alius sit qui velit plus soluere pro pensione, puta Ecclesiæ quæ fortè est domina, notat Paul. Castrens. *in cons. 63. incip. videtur dicendum. Vide Dd. in l. 1. & 2. C. de iu. emphy.*

Colonus Ecclesiæ aut Ecclesiasticæ per-
314 sonæ, an gaudeat priuilegio fori, *Thessaurus decis. 22.*

De Censitis & bonis censiticis.

315 VIde Arti. *54. & ibidem addi. & gloss. lib. 1. Arti. 76. lib. 3. & Arti. 79. & ibidem gloss. 3. d. lib. 3. Landrecht*, da findet man von den Zinßmannen nützliche materiam: Vide & lege. *Was eim Zinßmanne im abzuge, der Herr zu bezahlen schuldig sey, in mangelung er es weg zunehmen befügt, notaui suprà in litera A. vers. de ædificijs per tex. Arti, 53. lib. 2. Landrecht.*

De Codicillis.

COdicillus quid sit, vnde sit dictus, de 316
eius origine, quot modis fieri posit, cum testamento vel sine testamento, quomodo fiat, & quæ requirantur codicillus vt valeat, qui possint facere codicillorum conditiones, Nota & vide Dn. Schneid. *& alios Dd. in tit. Instit. de codicillis.* Longum esset istam materiam hic describere, quare lectorem remitto ad alleg. tit. & alias sedes ordinarias, *ff. & C. eod. tit.*

De omni coitu damnato, in iure prohibito & punibili.

DAmnatus coitus dicitur ille, qui aliqua 317
lege punitur, *ita dicit Barto. in l. fina. ff. de his quæ vt indign.* & videntur isti coitus punibiles. ¶ Coitus cum concubina, vel concubinatus quatenus & qualiter de iure ciuili & Canonico sit punibilis vel non, quæ requirantur vt iudicetur concubinatus & non transeat in stuprum, & in quantum consuetudo quem excuset à pœna, Clarus *lib. 5. sentent. §. fornicatio, num. 6. vsque ad num. 10. notaui infrà in hac litera, vers. de concubina.*

Coitus cum virgine vel vidua, dicitur stu- 318
prum. Qualiter probetur, an per domesticos: & quæ sit pœna stupri, si, e vel cum violentia commissi contra clericum & laicum, docuit Clarus, *in d. lib. 5. sent. §. stuprum, nu. 1. 2. & 3.* Et stuprans virginem, illam dotet aut ducat, *c. 2. ext. de adulte. Exodi cap. 23.* ¶ Vidua propter stuprum an perdat dotem, (*magis communis & æquior opinio est, non perdere*) respondet, *num. 5.*

De coitu cum virgine nondum viripo- 319
tente, quatenus pœna mortis vel mitiori puniatur, iubet decerni secundùm qualitatem facti & personarum Clarus, *in d. §. stuprum, num. 9.* si pudenda frangantur, putat omnino mortis pœnam locum habere, *Vide Constit. Elector. Saxon. Art. 31. parte 4.*

De coitu cum puero vel fœmina contra 320
naturam, quòd iste coitus sit sodomia & punibilis ad mortem tam in agente quàm in patiente, docuit idem Clarus, *in lib. 5. sent. §. sodomia.* Quod propter tale crimen veniat etiam publicatio bonorum, & separatio coniugij, *num. 6. & 7. num. 8.* affectus sine effectu qualiter hoc casu veniat puniendus.

Coitus cum nupta est adulterium: si ma- 321
sculus & fœmina sunt coniugati, ambo puniuntur pœna mortis naturalis, quæ de iure diuino erat lapidatio, *Leu. cap. 20. & Deut. c. 22.*

Et

Et de iure ciuili codicis quòd pœna sit vltimi supplicij, *probatur in l. quamuis §. 2. C. de adult.* & hanc dicit esse communem Alex. *in cons. 13. lib. 7.* hoc tam in masculo, quàm in fœmina, *gloss. in d. l. quamuis el. 2. C. de adult. tex. est in Arti. 19. part. 4. ibi: sollen beyde Ehebrecherische Eheleute mit dem Schwerdt gestrafft werden.* Et sublatum est ibi beneficium reconciliationis, neque habet locum præscriptio quinquennij.

322 Si coniugatus cum soluta, vel solutus cum coniugata, masculus puniatur cum gladio, fœmina cum fustigatione, nisi cum coniuge fiat reconciliatio, vel ex aliqua alia causa pœna mitigari posit, *l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui not. infam. & dicit communem esse sententiam Augusti in addi. ad Ang. vers. Che ha i n. 44. item Clarus lib. 5. sentent. §. adulteriũ n. 7.* de quatuor pœnis, pro quibus posit iudex Ecclesiasticus adiri, dixit Romanus *in sing. 674. incip. nos sumus.* Alia est pœna adulterij, quòd liceat patri occidere adulterum deprehensum cum filia in adulterio, *l. patri. ff. de adult.* ¶ Sed quæ ad hoc requirantur, dixit Clarus, *lib. 5. sentent. §. Homicidium, num. 48.*

323 Agitur etiam ob adulterium ad priuationem dotis, dotalitij, paraphernalium, & donationis propter nuptias, *Clarus d. §. adulterium num. 12. 13. 15. & in seqq. declarat prædicta & alia.* ¶ Sed præscribitur adulteriũ quinquennio, *l. mariti, §. hoc quinquennium. ff. de adult.* quod est verum in simplici, secus si fiat cum incestu: nam saltem spacio 20. annorum præscribitur: *Clarus d. §. num. 20.*

324 De coitu cum vidua, iste coitus quòd sit punibilis, dixit Clarus, *in d. lib. 5. sentent. §. stuprum,* quæ sit pœna in agente & patiente, statuitur pro cõsuetudine, statuto, more regionis & pro qualitate personarum & delicti wegen begangener Unzucht werden sie in Gelt/ mit Gefengnuß oder mit Landesverweisung/ ohne oder mit Staupschlegen verwiesen / auff ein zeit oder ewig. ¶ Sed vidua propter stuprum vel inhonestam vitã intra annũ luctus, quòd perdat dotem & lucrum ex bonis mariti præmortui & eius priuilegia, docuit Clar. *in d. lib. 5. sent. d. §. stuprũ, n. 5. 6. & 7. Hipp. de Mars. in l. vn. C. de raptu virgin. nu. 47. & in seqq.*

325 De coitu cum affine seu consanguinea: est punibilis & damnatus coitus, *Clarus lib. 5. sentent. §. incestus. notaui per illum & alios infrà in Lit. I. vers. de incestu. sunt textus in Leuit. cap. 18. & 20.* ¶ De coitu cum moniali, in quantum sit pœna vltimi supplicij in agente est tex. *in Auth. de sanctis. Epis. §. penul. & in c. si quis rapuerit 27. q. 1.* habetur *in l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. Clarus d. lib. 5. sent. §. fornicatio, num. 17. & §. incestus, vers. sed nunquid.* Eleganter loquitur in ista materia Hippo. *de Marsil. in l. vn. C. de rap. virgin. num. 40. & 42.* tradit de pœna monialis cum laico vel presbytero coëuntis.

De coitu cum præsbytero, concubina vel alia soluta: mulier concumbens cum præsbytero dicitur tantùm committere simplicem fornicationem, *est communis opinio, vt dicit Caccialup. in repe. Auth. si qua illustris, post nu. 31. C. ad S. C. Orfic. referente Bossio in tit. de coitu damnato. num. 15. Clarus in lib. 5. sent. §. fornicatio. num. 18. & in §. incestus vers. sed numquid. in fine, dicit contra communem opinionem hanc esse veritatem.* 326

De coitu cum domina: Vasallus comitens adulterium cum vxore domini feudi, priuatur feudo, *tex. est expressus in c. 1. §. 1. quibus mod. feud. amitt.* simile si post mortem domini cum eius vidua committat stuprum, *Clarus lib. 4. sent. §. feudum, quæst. 48.* 327

Item seruus cum domina coiens flammis est comburendus, & domina decapitanda, & filij inde nati sunt spurij, & insuccesibiles matri. *hoc dicit Bal. in l. vnica C. de mulieribus quæ se proprijs seruis iunxer. Et ita communiter tenent D d. referente Claro in lib. 5. sent. §. fornicatio. num. 19. & 20.* non tamen econtrà, si ancilla habeat rem cum domino, *Clarus d. loco, gloss. est in d. l. vn. in verbo verberone.* Dicendum venit quod habeat locum pœna stupri, de qua suprà de coitu cum virgine vel vidua. 328

De coitu cum subdita: punitur pro qualitate & conditione domini & subditæ: considerandum an sint personæ coniugatæ vel solutæ. Et inuenitur pœna adulterij, fornicationis vel stupri, colligenda ex superioribus. Sed dominus feudi, si cum vxore Vasalli sui committat adulterium: amittit dominium suum, sicut Vasallus coiens cũ vxore domini sui, cum à pari iudicentur, *Aluero. in cap. 1. de aliena. feudi paterni,* Et quòd puniatur coitus cũ subdita in domino feudi, dixit Clarus, *d. lib. 5. sent. §. fornicatio, num. 21.* 329

De coitu cum pupilla: punitur tutor vel curator se carnaliter commiscens pœna deportationis & confiscationis omnium bonorum, *l. vnica, C. si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit:* salua liberorum legitima, *pro vt notaui suprà in lit. B. versic. de bonor. confiscatione.* Et multò magis habere locum hanc pœnam vel legis dispositionem in eo, qui adhuc durante tutela vel cura eam stuprauerit, refert communem esse opinionem Clarus *in d. §. fornicatio. num. 23. l. qui pupillam in princ. ff. ad leg. Corn. de adult.* 330

De coitu commentariensis cum carcerata: si sunt personæ solutæ, debent cum fustigatione deportari, *Constitu. Elect. parte. 4. cap. 25.* quòd grauiter puniatur, & de consuetudine regni Franciæ quòd suspendatur, refert Clarus, *d. §. fornicatio, num. 25.* 331

Imò

332 Imò etiamsi carcerata fuerit meretrix, tamen custos carceris ratione loci & custodiæ, non est impunitus dimittendus, *refert ibi in d. loco Clarus, dicens, quendam custodem fuisse fustigatum, qui meretricem per vim cognouerat.* Sed si alius carceratus meretricem carceratā cognouerit, nō esse ipsum propter hoc molestandum, dicit Clarus *in d. §. & nu. 25. in fine.*

333 De coitu Iudæi cum Christiana, vel Christiani cum Iudæa, qualiter iste coitus sit puniendus, dixit idem Clarus, *d. §. fornicatio, num. 26. & in d. §. adulterium, num. 10. ibi. (non sit Iudæus melioris conditionis, quàm Christianus.)*

334 De coitu cum bruto animali, inter infandissimos & atrocissimos adeò connumeratur, quòd punitur affectus, quando aliquis procedit ad actum ordinatū, de præsenti ad ipsum actum, etiamsi effectus non sit secutus, *Roland. à Valle cons. 7. in prin. lib. 1. Boerius in decis. 316. col. 5. in fine.* Et dicitur talis coitus fieri contra naturam humani generis, *c. hoc ipsum, §. 1. 33. q. 2.* Et punitur pœnâ mortis naturalis, *vt est textus in c. mulier 15. q. 1.* & tenent communiter D d. testante Claro *in lib. 5. sent. §. fornicatio, num. 27.*

335 Et certè secundùm legem Mosaicam, tale facinus committens puniebatur pœnâ mortis naturalis. Hodie igne comburitur. Imò cum pecore, in quo homo tantum facinus commisit actiuè vel passiuè, *Leuit. cap. 20. Clarus in d. lib. 5. sent. §. fin. quæstio. 99. nu. 8. Arti. 116. in Constit. crimina. Caroli Quinti.*

336 De coitu cum mortua. Grauiter illum puniendum esse, tanquam contrectatorem cadauerum, voluit Clarus *in d. lib. 5. §. fornicatio, num. 28. Boerius in decis. 316. num. 13.*

De coitu cum furiosa vel fatua. Wann eine ledige Mannes Person eine wahnwitzige / sinnlose Weibes Person beschläfft / soll er derselbigen nicht allein nach billicher ermessung / einen vnderhalt machen / sondern soll auch darüber mit Staupschlägen verwiesen werden / *Constit. Elect. Saxo. parte. 4. Arti. 26.*

337 De coitu mulierum & masculorum inter se, quòd & iste coitus sit punibilis, quando autem pœnâ mortis vel citra mortem puniatur, docuit Clarus, *d. §. fornicatio, num. 28. vers. inter mulieres, Vult Constit. crim. Caroli V. in Arti. 116. ibi, (So Mann mit Mann, Weib mit Weib, vnkeuschheit treiben, die haben das Leben verwircket, vnd man soll sie der gemeinen gewohnheit nach, mit dem Fewer vom Leben zum Tode richten.)*

De coitu violento & raptu, vide quæ notaui *infra in litera R. vers. de raptu.*

338 De coitu qui fit per bigamiam, nempè ducendo duas vel plures vxores seu maritos, pœna est de iure Canonico, vt mulieris capilli & panni anteriores & posteriores scindantur, *vt habetur in c. de benedicto 32. q. 1.* de iure ciuili circa pœnam variæ sunt opiniones, sed magis communis opinio videtur esse, quòd puniatur pœnâ stupri, quæ est publicatio dimidiæ partis bonorum, *vt in facti contingentia consuluit, Alexan. cons. 156. lib. 7.*

Præterea tales ducentes duas vxores sunt infames, *vt est text. in l. 2. C. de incest. nupt.* Et ita tenent communiter Dd. refert Clarus, & plura in medium adfert, *in lib. 5. senten. in §. fornicatio, num. 30.* Sed vltra illa quæ ibi dicit, notandū est, quòd constitutio criminalis Caroli Quinti det pro bigamia scienter commissa pœnam adulterij, *Arti. 121.* & ista pœna approbatur in Cōstitutione Electoris Saxoniæ, *Arti. 20. par. 4.* Vnd daselbst wird erkläret / ja die Straffe des Schwerdts extendirt, auch auff die / welche mit einer andern Personen Ehegelübde gehalten / vnd sich fleischlich erkand haben / ob gleich die vertrawung nicht erfolget / wo aber das Beyschlaffen nicht geschehen / soll die Person / so an jhrem Ehegemahl vorgessentlich gehandelt / vor Ehrlos gehalten / vnd druber mit Gefengnüs oder zeitlicher vorweisung nach gelegenheit / gestrafft werden. 339

Ich hab erfahren vnd angemercket / das die Schöppen zu Magdeburg Staupschlege mit vorweisunge haben erkant / vnd ist also exequiret. ¶ Ich hab auch gesehen / dz einer darumb / das er drey Eheweiber gehabt / zu Magdeburg mit Staupschlägen vorwiesen worden / vnd hat jhm der Scharffrichter drey Strohwische an den Hals gehencket / zum zeichen / das er drey Weiber zugleich gehabt / vnd darumb also gestrafft worden. 340

Sed quòd ducens aliam vxorem, vel alium maritum arbitrans ex probabili causa, quòd prior vxor vel maritus fortè absens vita functus esset, excusetur, aliàs puniatur de adulterio, concludit ex communi opinione Iul. Clar. *de lib. 5. sentent. §. fornicatio, num 31.* 341

De coitu ex lenocinio & prostitutione, auch aus Küplerey Ehelicher vnd lediger Personen geschehen / wie der an der Personen in agente & patiente, auch an dem Kupler zustraffen / dicit Constitutio Electoris Saxoniæ, *in Arti. 29. par. 4.* 342

De Collatione bonorum.

Concordant ius ciuile & Saxonicum in illo, quòd liberi etiam emancipati volentes succedere vel diuidere hæreditatem cum non emancipato, teneantur conferre mediante iuramento, *l. si emancipati, l. postremo l. vt liberis cum ibi allegatis & notatis, C. de collatio. & §. 2. Authen. de Immensis dona. Arti. 13. lib. 1. Landr.* Sed ibi ex text. nota, quòd mediante iuramento, mobilia saltē conferuntur, ist es aber ander Gut / dz man beweisen mag / da mögē sie nicht vorschweren / & sic *ex addi. Latin. litera E.* 343

& in

& ex gloss. 4. ibidem, nota quod iuramentum licitè posit recusari, vbi cadit probatio per testes actiuè & passiuè, *prout etiam notatur*
344 *Arti. 15. lib. 1. Landrecht.* ¶ Sed emancipati qui renunciauerint successioni, non admittuntur ad collationem atque ad diuisionem, nisi se iuratoriè conetur expurgare: ad quod non admittuntur contra renunciationem iudicialiter factam, *d. Arti. 13. lib. 1.* Oder da sie dann auch sonsten mit Gezeugen köndten vberwunden werden/ dann wo Gezeugnus sein/ da gehn die Eyde abe/ *d. Art. 15. lib. 1. & Art. 13. eo. lib.* etiam contra sororem, quæ non renunciauit tenetur conferre Vtensilia, *declaratur in Arti. 13. lib. 1. addi. latina litera V. & Arti. 5. eo. lib. Landrecht. Weichbild, Arti. 57. & 63.* Dos etiam & donatio propter nuptias conferuntur, *l. filiæ, l. filiam, l. vt liberis, C. de collatio & ff. de colla. do per totum.* ¶ Sed dos nepti ab auo data, quæ non fuisset ad patrem reuersa, contemplatione ipsius neptis & non patris eius, quòd non conferatur neque ei in legitimam imputetur. consuluit secundùm communem opinionem Decian. *in consilio 9. vol. 3. num. 13. & in sequentibus.*

345 Emancipati conferunt inter se saltem profectitia, *d. l. vt liberis in fi. C. de colla.* Data ad militiam filio, & filiæ ad ornamenta seu vestitum, non tenentur conferre, *l. 1. eo. §. nec castrense & ibi Barto. ff. de colla. argument. l. filiæ, & ibi Bald. n. 14. C. fami. hercisc. & l. parte, §. filiusfamilias, ff. fami. ercisc. l. liberis, C. de colla. in iure Saxonico Landrecht, Arti. 10. lib. 1.* ibidem glossa septuplicia enumerat bona, quæ filiusfamilias conferre non teneatur, *& vide gloss. Arti. 57. Weichbild. Addi. latina litera C. d. Arti. 13. lib. 1. Landrecht.*

346 In diuisione hæreditatis, filius sumptus studiorum conferre non tenetur, *l. quæ pater 49. fam. ercisc. Bart. in l. 1. §. nec castr. de collat. bonor. Hart. Pistor. lib. 1. quæst. 19. Schneid. §. quædam act. Instit. de Act. n. 42. Chil. König. in process. c. 133. von den Expensen bey den Personen. Schurer. de Success. intest. tit. 8. lim. 2.* Quod & Vratislauiæ obseruatur, Es sey denn das es die Eltern entweder in jhren Registeren/ mit eigener Hand/ oder durch jhren letzten willen/ oder aber vor zweyen glaubwirdigen Zeugen also verordnet/ vnd dasselbige was sie jhnen abgekürtzet haben wollen/ nahmhafftig gemacht hetten: oder das die Kinder bey Hochzeiten Schulen vnnd Handwercken / mit zehrung schencken schlagen spielen oder durch andere vngebührliche wege/ vbermessige vnkosten getrieben/ welche die Eltern für sie zahlen mussen.

347 Et tamen qualiter & quando pro qualitate hæredum, pro qualitate bonorum, pro qualitate successionis ex testamento vel ab intestato, collatio debeat fieri, vel res donatæ quando conferantur, & de alijs vtilibus quæstionibus, *vide plenius Ferra. in practica sua in forma libelli quando agitur pro hæredita. vel re. singula. diuiden. in verbis communiter & pro indiuisis, notauit D. Ambros. Schurerius in tractatu suo de succes. ab intestat. titulo 8. de descenden. siue libero. success. ad regulam 1. limitatione 2. de collatione vestium & rerum preciosarum, (ait ibi, vestes & res pretiosas, quas tempore nuptiarum acceperit, dotis accessoria esse: & in legitimam imputari, tradit ibi Geyl.)* vide Geyl. *in obserua. 91. num. 5. lib. 2.*

Et in materia collationis in successionibus, bona vide per Decianum, *in consil. 22. vol. 2. (ibi has maximas collationum ponit. 1. Collationem non habere locum, nisi in bonis prouentis ab eo, de cuius hæreditate agitur. 2. Materia collationis recipit declarationem à voluntate patris, nam eius solâ voluntate, non expressâ tantum sed & coniecturatâ tolli potest. 3. Nouißimo iure collatio locum habet tàm in causâ testati, quàm intestati. 4. Si dubium sit de voluntate testatoris, iudicandum est pro ea opinione, per quam partes & præsertim filij reducuntur ad æqualitatem.)* in specie, donatio à patre in præmium emancipationis facta an conferri debeat, *(conferri debere donationem simplicem, etiam in præmium emancipationis factam, veriorem & communem opinionem testatur Decian. hic. Contrariam tamen communiorem esse, & vsu præualuisse ait VVesenb. in parat. ff. tit. de collat. dot. num. 2. in fin.)* de collatione damni vel commodi communis hæreditatis, Vide Arti. *12. lib. 1. Landrecht.* de collatione damni vel lucri in causa societatis, vide D. Petrum *de Vbaldis in tractatu suo de duobus fratribus.* de collatione feudi in diuisione feudalium, vide Arti. *14. lib. 1. Landrecht.* ¶ Wann ein Gut soll nach seinem werth in gemeine theilung gebracht werden / quæritur, secundùm cuius temporis æstimationem æstimatio sit facienda, etiam ad praxin conferentes, puta an secundùm tempus acquisitionis, mortis patris testatoris vel autoris, seu fiendæ collationis, *facit text. & gloss. l. illud, C. de collat. (vbi fit mentio de tempore mortis defuncti.)* 348

An data filio ob causam, post mortem patris veniant conferenda, *Vand. lib. 1. quæst. 32.* An sumtus Studiorum à matre filio suppeditati, in legitimam sint computandi, aut saltem conferendi, *Thoming. decis. 32.* An nepos conferat donationem propter nuptias patri, datam patruis. *Graff. lib. 2. recept. sentent. §. collatio, bonorum quæst. 19. num. 8. & 9.* 349

De

De Collatione beneficiorum.

348 COllationes beneficiorum inter bona episcopalia & fructus computantur, *Geyl. 1. obseruat. pract. 30. num. 11. Decian. consil. 6. volum. 2.* ¶ Collatio prima præfertur secundæ in beneficijs, etiamsi secundò traditio facta sit, quia prior nihilominus præfertur, *Geyl. 2. obseruat. pract. 55. n. 9.*

De Comite & comitatu.

349 COmes quis dicatur, & quòd sit in dignitate, & quòd præferatur in honoribus equiti: Et de modo probandi, quem esse comitem, (*natura per nominationem Comitis à superiore factam, & etiamsi ea tantùm enunciatiua fuerit, & per famam ac reputationem communem, quòd comes habitus sit, probatur esse comes, maximè in antiquis, vt & per feuda comitatus & similia.*) consuluit eleganter Decianus, *in consil. 7. volum. 3. num. 10. 15. & in seqq.* Quòd comes natus præferatur comiti non nato, item etiam respectu nobilitatis matrum, *nu. 43. & 46.* respectu illustrium & antiquarum familiarum, & familiæ in principibus meritorum, *num. 47. & 48. & 59.* Ratione plurium graduum dignitatis, *nu. 49. 52. 55. & 57.* respectu feudorum nobilium, *num. 51.* ratione senioris ætatis, præferendus venit, *numero 62.*

De Commodato.

350 COmmodatum est contractus, qui re celebratur, *§. item is cui, Institut. quibus modis re contrahi. obliga.* definitur sic, *secundum gloss. c. vnici, ext. de commodato.* Quòd sit alicuius rei ad certum vsum gratuita concessio, vt eadem species, & non alia eiusdem generis nobis reddatur, & dicitur, *secundum d. gloss.* commodatum, quasi ad commodum vtentis datum. Ex hac diffinitione benè poteris notare requisita commodati. 1. Vt res interueniat. 2. Quòd illa res concedatur ad certum, & expressum vsum, certumque tempus expressum, vel tacitum: quando enim ad certum vsum conceditur, habet in se tacitum tempus annexum, scilicet quando vsus sit finitus: sed quando ad certum tempus est concessum, non potest ante expletum tempus reuocari, *l. in commodato, §. sicut ff. commoda.* 3. Quis debet vti commodato solum ad vsum, & vsque ad locum determinatum, quem si quis transgreditur, & re commodata aliter vtitur, furtum committit, *§. placuit Instit. de obliga. quæ ex delicto. nascun:* secus tamen est de Iure Saxonico: nam non dicitur propterea furtũ committere, *tex. est in Arti. 22. lib 3. Landrecht.*
351 4. Commodatum debet esse gratuitum, vt hîc in definitione. 5. Vt eadem species, & non alia eiusdem generis nobis reddatur, & requiritur. 6. Vt consistat in certa specie & in indiuiduo, non autem in generibus, vel in quantitatibus. 7. Natura commodati est, quòd dominium & possessio non transeat in commodatarium, sed remanet penes commodantẽ, *l. rei commodatæ, ff. commoda.* Si quis alicui equos, & arma ad bellum commodauerit, & ea ibi amiserit, actio commodati non competit, *l. 5. §. 7. ff. commod.* Neque enim commodatarius in eo casu fines commodati excessit, cùm eo vsu arma, & equos acceperit. Idem dicendum est, eodem fine arma, & equos conduxerit, & in acie perierint, *l. 13. § 3. in fin. ff. locat.*

Commodatum quid differat à mutuo, 352
in quibus rebus contrahatur, de quibus commodatarius teneatur, (*regulariter tenetur ad exactissimam diligentiam: ad exactam, tum, cum vtriusque gratia: de dolo tantũ, cum commodantis tantum gratia res commodata est: De fortuito verò casu tenetur, si re eá extra modũ ad quem concessa est, vtatur, vel prop. pactum.*) & quibus casibus possit conueniri de casu etiam fortuito, & quæ inde oriantur actiones, vide Domi. Schneid. *& alios commenta. ad §. item is cui, Institut. quibus modis re contrahi. obliga. vide Angel. ibidem, quia dat tibi doctrinas etiam ad praxin conferentes.*

An geliegenem Gute mag ein Mann das 353
beweisen/ mag man einem Diebe oder Raub nicht gezeihen/ dem aber das Gut gehört/ vnnd es ansprache bringt/ der ist dreymal fürzuladen/ ob er sein Gut wolle vortreten/ de denunciatione domino fienda, de tradendo commodato litigioso, commodatum quod reddat commodatarius non peioratum, vel eius valorem soluat, de casu autem fortuito, vel quasi, non præstando, nisi aliter in contractu fuerit stipulatum, habetur Arti. *5. lib. 3. Landrecht, concordat ad præsentem materiam commodati. Arti. 22. eo. lib. Arti. 15. lib. 1. & Arti. 7. lib. 1. eo. Arti. 43. lib. 3. & habet ibi quid iuris, de iure Saxonico.*

De Commodo.

QVi sentit onus, sentire debet commo- 354
dum, & econtrà, *c. qui sentit, de reg. iuris in 6.* declaratur in Clerico, qui propter lapsum detruditur in monasterium ad pœnitentiam peragendum, quia res eius proficient monasterio, *c. de lapsis 16. q. 6.* alias declarationes & huius reg. fal. vide in gl. *d. regul. qui sentit.* ¶ Vnam fallentiam ponit de Iudice, qui licèt habet onus, tamen nihil debet à partibus exigere, nisi expensas moderatas, cum proficiscitur pro causa, nec tunc si partes notabiliter pauperes sint, *c. statutum, §. insuper, cum seqq. de rescrip. in 6. plu-*

res declarationes ibidem vide per Dinum. Et hic videtur posse accommodari materia, quæ est, quòd res transit cum onere suo, *de quo Ioan. de Pla. in l. 1. C. de prædi. & omnib. reb. nauicu. lib. 11. Hippo. de Marsi. in singul. suo 334. in singul. 264. incip. eum sequuntur incip. pendet nunc de facto.*

355 Et hic commodè notatur id, quòd vbi quis ex aliquo actu perinde commodum atque incommodum percipere potest, non dicitur lædi, si casu præter opinionem incommodum sentiat, *l. de fideicommisso C. de transact.* Decius, *consi. 11. num. 7.* dicit ratione dubij euentus lucri & damni contractum licitum esse: item ratione incertitudinis licitum est, quod alias in casu certo esset illicitum, *text. in l. si ea actione glossa ibidem C. de vsuris.* Geylius pulcherrimè illustrat de emptione redituum ad vitam, *in obseruat. 1. lib. 2.*

356 De commodo possessionis in specie, *vide in l. fina. C. de rei vendica. in §. commodum Institut. de interdic. & in Iure Saxonico Arti. 83. lib. 3. Landrecht, & Arti. 24, lib. 2. cum similib. ibi, Kein Mann mag ohne Recht aus seinen gewehren gewiesen werden.* Aliud habet commodum possessionis maritus in bonis vxoris, quòd propter illam habet vsum fructum, & non possit altero coniugum insciente aliquid alienari: *Arti. 45. lib. 1. Landr.*

357 Et propter commodum vel vtilitatem alicuius, puta pupilli mulieris vel Ecclesiæ, contractus gestus, transactio vel obligatio facta, quatenus valeant, vide quædam apud Antoni, *Corset. (vbi tradit quòd contractum sibi vtilem possint approbare, etsi is nullus sit.) in sing. suis in verbo. pupillus,* & de muliere, vide latinam apostillam, *in Arti. 35. lib. 1. Landrecht.* Nota ad hanc Theoricam, quæ est: quòd tibi non nocet, & alteri prodest, facilè concedi debet, *l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu. arcen. Meno. consi. 14. volum. 1. n. 9.*

De Communione & communitate.

358 COmmunio solet excitare discordias, *l. cum pater, §. dulcißimis, ff. de lega. 2.* & ideò ex hac & alia causa nota, quòd nemo cogitur stare in communione, *l. fina. C. commu. diuidundo l. si non sortem, §. si centum, ff. de condic. indeb. l. in hoc iudicium, §. si conueniat, ff. communi diuidund. cum similibus.* ¶ Quinimò non valet etiam dispositio testatoris, in qua mandat hæredibus suis, vt semper & perpetuò stent in communione & in societate, *d. §. si conueniat. & ita dixit, Paul. de Castren. in d. §. si centum. Schneid. in tit. Institut. de actionib. §. quædam actiones, num. 17. & in sequentibus non obstat gloss. l. fina. C. commu. diui.* quia intelligitur de communione temporali, non autem de perpetua, *prout notant ibi Dd. & est textus d. l. in hoc iudicium, §. si conueniat, ff. commu. diui.* imò quod plus est, nec etiam cogitur quis in perpetua communione stare, etiamsi iurasset stare: *Oldra. in cons. 141. incip. factum tale est, paterfamilias.* Pactum, vt nunquam res diuidatur, non valet, *l. in hoc iudicium 14. §. si conueniat, ff. com. diu.*

Et sic nota, quòd vnus de Socijs potest alios prouocare ad diuisionem bonorum, 359
toto titulo, ff. & C. communi diuidundo. Hippo. de Marsi. in sing. suo 9. incip. nemo cogitur. ¶ Sed de hac actione communi diuidun. docuit Schneid. *in tit. Institut. de actio. §. quædam actiones à prin. vsque ad num. 17.* ¶ Sed dictæ Theoricæ, quòd quis non compellatur stare in communione, notauit quindecim fallentias D. Iacob. *de Belloui. in pract. sua crimi. tit. de iniurijs vers. falsarium. num. 47. vsque ad finem.*

Adde vnum ad materiam communionis, quòd propter communionem vel so- 360
cietatem, inhabiles gaudent beneficio habilium, *vt est text. in l. si communem, ff quem. serui. amitta. in l. si qui duos & ibi Bartol. ff. de liber. lega. voluit Abbas in c. ad audientiam ext. de præscrip. dicens, (quòd contra priuatum habentem rem communem cum Ecclesia Romana, currit solum præscriptio centenaria, & hoc propter communionem,)* Hippo. *de Marsil. in singul. suo 180. incip. plura.* extollit istud dictum, & declarat in captis & remittendis propter Clericum ad iudicem Ecclesiasticum, *& alia vide ibidem per Hippo. & per allegatos ab eo.* Si hæredes per 30. annos in communione rerum permanserint, nihilominus ad diuisionem earundē per fam. hercisc. iudicium agi potest *l. vlt. C. commun. diuid. l. 20. ff. pro Soc.* Idem affirmat Martin. (cuius opiniones in grauißimarum rerum controuersijs verißimas esse, testatur Oldendorp. *clas. 5. act. 8. in fin.) Zasius ad §. quædam num. 13. Institut. de Act.* Dissentit gl. *cum suis sequent. arg. l. 1. §. 1. C. de annal. Except.*

De colono partiario gaudentis immu- 361
nitate reali, *(vbi docet: si immunitas vel exemptio à tributis competat ipsi prædio, illud etiam ad conductorem quemuis, & ad colonum partiarium pertinere: secus si personæ tantùm locatoris esset concessa.)* vide Decian. *in cons. 51. volum. 3. num. 15. notaui infrà in litera H. versic. de habilibus, & in litera S. versic. de societate.* ¶ Gemeiner Erbschafft vnd Güter/ das Schaden vnnd Frommen derselben gemeine sein/ *dicit text. Arti. 12. lib. 1. Landrecht.* Et tandem de communione vide d. Petrum, *de Vbaldis in tractatu suo de duob. fratribus.* ¶ Et de alienatione ex communibus bonis, ita quòd alienatio facta per fratrem de eiusmodi bonis communibus

bus non valeat, maximè si in portionem alterius fratris obueniat: eleganter consuluit Decianus, *in cons. 30. volum. 1.* & ibi tractat de alienatione bonorum minorum, quæ requirantur ad illam vt valeat, *numero 6. & in sequent. ibi habes bonam materiam alienationis.*

362 Nota, per communionem bonorum nobilium, conseruari familias, *consuluit Decianus in consi. 43. volum. 2. num. 28.* & ibi de diuitijs, qualiter ad familiæ conseruationē & ad alia prosint, quæ impediat & laceret bonorum diuisio.

De mandato procuratorio communitatis, quæ continere debeat, & quæ requirantur in illo in Camera, *(non satis est, Consulum & Senatus nomine constitui: sed requiritur, vt etiam tribuni plebis secundùm cuiusq; loci consuetudinem constituant: non tamen omnium nomina exprimi necesse est, in constitutione Syndici, aut alijs gestis per vniuersitatem, Mynsing. cent. 3. obseruat. 18.)* notauit Mynsingerus, *in suis obseruationibus obseruat. 76. cent. 1.* & de mandato vniuersitatis vide Decian. *in cons. 103. vol. 3. nu. 10. (vbi docet, Clausulam: quòd possit omnia facere, quæ posset totum commune, si vniuersum congregatum esset: si præsens esset, videri imporare mandatum cum liberá, adeoq; transigendi facultatem.)*

363 De communitate, vide ea quæ notaui, *suprà in litera C. versi. de Ciuitate.* ¶ Et nota, quòd is qui contra communitatem aliquid committit, damnum illi resarcire debeat: sed si communitas è contra delinquit contra aliquem vel aliam communitatem, quòd teneatur ad mulctā & damni emendationem, *Arti. 86. lib. 3. Landrecht.* & alia de communitate, *vide ibi in addi. & gl.* Wie auch vnd durch wen ein commun oder collegium deferirte Eyde schweren sol / in Churfürstlichen Sächsischen Landen / habes in Const. Elect. Saxon. *in Arti. 13. part. 1. refer ad notata in vers. de ciuitate.* de communitate, & de testibus communitatis seu vniuersitatis, vide quædam apud Alex. *de Imola. in cons. 99. vol. 5.*

364 De re communi, vide *quædam notabilia in Dauth. de testam. nu. 260. fol. 312.* ibid. quos actus in re communi quis facere possit. ¶ Pactum de non diuidendo, quod de iure infirmatur, an per iuramentum interpositum confirmetur, *Thessaur. decis. 142.*

De Compensatione.

365 COmpensatio, *secundùm VVesenb. in paratit. ff. h. tt. in fin.* de iure Saxonico locum non habet. Sed hæc sententia improbatur, *in 2. part. 4. Differ. Iur. Ciuil. & Sax. 5.*

Compensationis materiam vide copiosissimè & benè tractatam, *(scripsit etiam de compensationibus elegantem tractatum Io. Borcholten.)* ab Angel. Dom. Schneid. & alijs commentatoribus, *in tit. Institut. de actionibus, §. in bonæ fidei*, Domi. Schneide. tanquam nostri fori & seculi commentator, ibi hanc materiam eleganter & ordinatè tractauit, definiendo eam, compensatio quid sit, *(nimirū debiti & crediti inter se contributio)* & quare sit introducta, *(quia melius est non soluere, quàm solutum repetere)* & qui sint eius effectus, *(habet vim solutionis)* in quibus casibus locum habeat, vel non, *(Debitum cui naturalis obligatio est, compensari potest, modò liquidum sit, vel quod de facili liquidari possit)* an debeat opponi, & quando, *(Compensatio licèt ipso iure fiat, tamen opponenda est)* intra quæ tempora, & in qua parte iudicij, an etiam possit opponi contra executionem. ¶ De iure Saxonico, quando opponitur tanquam species reconuentionis, non admittitur: nisi causa conuentionis penitùs sit finita, *tamen vide declarationes, Arti. 12. lib. 3. Landrecht, & ibi gl. & addi.*

Et de compensationis exceptione habes aliqua apud Barto. *in l. si pupilli, §. si quocunque. ff. de neg. gest.* ¶ Nota, compensatio non est propriè solutio, sed differt à solutione: adeò quòd secundum magis communem opinionem ille qui iurauit soluere, non potest compensare, *tex. est in c. ad nostram el. 1. de iureiu. Bartol. in l. Statu liberos, ff. de statu libe.* pro qua opinione facit: Nam si quis ex iuramento tenetur aliquid facere, potest præcisè compelli ad faciendum illud, nec liberatur soluendo interesse: Dd. *in l. si pecuniam, ff. de condic. ob cau.* ¶ Scias tamē, quòd licet compensatio non sit propriè solutio, tamen sæpiùs vim solutionis obtinet: pro vt dixit notanter Bald. *in l. filium in 6. colum. versi. est & alia ratio. C. famil. Herciscun:* quod satis restituit, qui compensat. 366

Et prohibitus excipere, non prohibetur compensare, etiamsi non excipere iurasset: quia compensationem obijcens non propriè excipere intelligitur, Bal. *in l. C. fi. de edendo. cum similibus.* Hippo. de Marsi. *in sing. suo 208. incipien. compensatio. in fine,* ibi mouet quæstionem, an possit opponi in executione sententiæ per D. Felin. *in c. suborta de re iudica.* Inter alios Dd. tractauit materiam compensationis eleganter D. Robertus Maranta, *in suo Speculo Aureo de ordi. iudi. parte 4. distinct. 6.* vide addi. & gloss. Arti. 12, *lib. 3. Landrecht.* 367

Adde, paria delicta mutua compensatione tolluntur, *l. viro atque vxore, ff. solu. matri.* Exemplum proponitur de muliere ad- 368

ulterante, quòd perdat dotem: secus autem, quando maritus tenuit concubinam, *de isto & alijs notauit Hippol. de Marsil. in singul. suo 234. incip. paria.* (*compensationis istius ratione, priuata actio tollitur, non publicum iudicis officium, qui vtrumq; punire potest.*) quatenus autem ista Theorica habeat locum, declarauit VVesenbecius, *in paratit. ff. de compensatio.* ¶ Et quòd in causa confessata & liquida, possit opponi compensatio, aliàs autem non habetur in constitutione Augusti Electo. Saxoniæ, *Arti. 8. part. 1. & est tex. l. fin. C. de compensatio.*

369 Donans alicui de rebus obligatis, in dubio præsumitur donare animo compensandi & extinguendi debitum, si sub nomine quotæ donatio fiat: & quid si sub nomine quantitatis fuerit concepta, (*quo casu secus est, ex communi Dd. sententia: quam Iason improbat, si de donatione manifesto constet.*) docuit Petr. Gerhar. de Petra Sanc. *in suo sing. 56. incip. perpetuò signabis.*

De Compromisso.

370 COmpromissum super lite vertente, inter actorem & reum factum dicitur: quando autoritate iudicis, coram quo lis vertitur, partes paciscuntur quasi contrahunt vel transigunt, super modo procedendi antè & post sententiam, quia potissimũ pertinet ad processus ordinationem, *ita dicit Paul. Cast. in consi. suo 75. circa finem, in antiquis,* & sic per illud demonstratur, quo ordine lis sit finienda, *ad quod spectat l. 1. ff. de recep. arbi.*

371 Et non inducitur perfectio eius, nisi vtriusq; consensu concurrente, vt est in contractib⁹ vltrò citróq; obligatorijs, *vt in l. Labeo, §. verba, ff de verb. sig. gl. 2. in l. si cum dies. ff. de recep. arb.* ¶ Imò tempus appositũ, & limitatũ in compromisso, non currit, nisi à die acceptationis istius compromissi: quia ante dictam acceptationẽ, compromissum non dicitur esse factum, sed dicitur magis, partes velle facere compromissum: eo autem accepto, dicitur demum esse factum, *d. gloss. 2. l. si cum dies, ff. de arbi. per quam, Hippo. de Marsi. in singul. suo 423. incip. compromissum*: Imò quòd de iure communi nemo possit cogi ad compromittendum, dixit Bartol. *in l. furti, §. qui iussu, ff. de his qui not. infa. Bald. in l. 1. C. de recep. arbi.* nisi à principe ex causa fiat, *c. cum inter R. seniorem ext. de Electio. per quæ iura sic consuluit, Paul. Cast. in cons. 67. incip. visis & consideratis in prin. 2. colum. in antiquis, affirmat. Petrus Duen. in reg. fallen. regula. 30. incip. ad compromissum, addendo tres limitationes remissiuè per Iacob. de Sancto Georg. in l. si verò num. 2. C. de iudi. & septem per Felinum in Rubrica de treuga & pace.*

Adde & nota declarationes, in quibus casibus, etiam stante statuto, quis ad compromittendum non possit cogi, per eundem, Pet. Duen. *in regu. fallen. regu. 36. incip. Affines,* & ibi vide, quòd affines, stãte statuto, possint cogi ad compromittendũ, cum septẽ ampliationibus, & octodecim limitationibus: (*Præcipuæ sunt, vt quis non cogatur compromittere: quoties vel scripturam iuratam vel aliàs liquidam, vel exceptionem litis finitæ pro se habet: & quòd intelligatur statutum, durante non autem finita affinitate: Item quòd excipiantur omnes causæ feudales: item vbi de vita & militia agitur, & omnes quæ ad merum mixtumq; imperium pertinent.*) quódq; compromissum habeat vim transactionis, & impropriè transactio dicatur, colligitur ex gloss. *l. si cum dies, §. sed si fortè, ff. de arbi, & dicit, Paul. Castren. in cons. 70. incip. viso puncto in medio 2. colum. in antiquis.* ¶ Nudo pacto etiam fieri interdum compromissum, dicit tex. *in l. litigatores interdum, ff. de recep. arbi.* 372

Et notandum est, quòd illud demum venit in compromissum, de quo actum est vt veniret, & tutius est de eo solum exprimere, *l. si cum dies, §. sed si fortè, ff. de arbi.* vnde strictè compromissum accipiendum, *facit l. non distinguemus, §. de officio, §. item si iubeat, §. fi. ff. eo.* simile in transactionibus, *l. si de certa C. de transactio.* secus in iudicijs, *l. 2. C. de iudi.* Decianus, *in cons. 33. num. 131. volu. 1.* volens quòd compromissum sit strictè seruandum, & siquidem iudex vltra illud iudicauerit, excessit fines suæ iurisdictionis. 373

Et dic: quòd plenum compromissum appellatur, quod de rebus omnib⁹ controuersijsue compositum est: nam ad omnes controuersias pertinet, *d. l. sed si cum dies, §. plenum, ff. de arbi.* Effectus compromissi sunt, vt partes secundùm illud procedant: cùm pertineat ad processus ordinationem, & ad lites finiendas, *Paul. Castren. in d. cons. 75. circa fi. & in l. 1. ff. de arbi.* producit contra partem non obseruantem actionem, & parti obseruanti exceptionẽ: siquidem pœna est adiecta, agitur contra ipsum ad pœnam, *l. 1. & 2. C. de recep. arbi.* si verò sit factum sine pœna & nudo pacto, generatur exceptio, *l. cum antea, §. sancimus C. de recep. arbi.* ¶ Tertio casu, stipulatione compromissum quando est vallatum, agitur condictione certi ad interesse, *gloss. d. §. sancimus text. & gloss. l. diem profe. §. fi. ff. eo. de arbi.* vel producit actionem præscriptis verbis, *in casu d. §. sancimus.* De primi compromissi prorogatione, vide Hippo. *de Marsi. in singul. suo 52. incip. prorogа.* (*De compromissi effectu, & quatenus ab eo appellare liceat, sequentes regulas nota ex Geyl. 1. obseruat. pract. 150. num. 8. & sequent. Prima: cùm*) 374

cùm compromissum stipulatione simplici aut pœnali firmatur, eo casu appellare non licet, (quia nec actio nec exceptio iudicati ex eo compromisso oritur) sed ad pœnam vel interesse, quod loco pœnæ succedit, ex stipulatione agi poterit. Fallit, si compromissum continet enormissimam læsionem, vel manifestam & euidentem iniquitatem: & hæc communis Dd. opinio est, secundùm quam in Camera in causis compromissi citationes sæpiùs obtentæ sunt. Sic Mynsing. cent. 1. obseruat. 33. tradit, si quis vltra dimidium sententiâ arbitri læsus sit, competere ei beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. Secunda, si nec stipulatio nec pœna compromisso adiecta est, sed nudo pacto compromissum, homologatione expressa vel tacita accedente, oritur actio & exceptio iudicati, l. cum autem C. de except. arbitr. Tertia, idem obtinet in compromisso pœnali, si ei adiecta sit clausula, rato manente pacto, quia duo censentur compromissa: alterum pœnale, cuius virtute contradictor pœnam soluere tenetur: alterum nudum & simplex, propter quod solutâ pœnâ nihilominus sententiæ stare cogitur: & hæc magis communis est opinio. Mynsing. tamen centu. 4. obseruat. 68. alios crebriùs existimare tradit, appellationem hoc casu licitam non esse, & eam communem dicit: vbi tamen dicit, licitam esse appellationem, si vel sit appositum pactũ de appellando, vel constet de coactione iudicis ad compromittendum, vel super emergenti aut incidenti in iudicio compromissum sit. Sanè à statutarijs arbitris indistinctè appellari posse ait, & eam esse saniorem sententiã: sunt enim arbitri iuris, à quibus appellatur, vt indicat, Geyl. 1. obseruation. practic. 33. numero 18.)

375 Tandem nota, quòd compromissum finitur inter alia per mortem vnius ex litigatoribus, nisi actum sit, vt transeat ad hæredes litigatorum, vt in l. diem proferre. ff. de arbi. & in c. fi. ex. eodem, vel nisi compromissum sit in arbitratorem: tali enim casu transit etiam ad hæredes, imò etiam ad extraneos, notat Specul. in tit. de arbi. §. finitur, versi. sed nunquid arbitramentum. Alios modos, quibus finitur compromissum, vide Specu. in tit. de arbitr. d. §. finitur.

376 Et scias, diuersum esse in compromisso, facto per prælatum nomine suæ Ecclesiæ: quia non finitur per eius mortem, sed transit ad eius successorem in dignitate. Casus est singularis & notabilis, in c. præsentia ext. de testibus. & ibi hoc notant scribentes, Hippol. de Marsil. in singul. suo 54. incip. compromissum, pro expeditione materiæ, vide Specul. in d. titu. de arbi. per totum Lanfranc. Brixien. in tractatu suo de arbi. Dd. ad titu. C. & ff. de recep. arbitris & CC. ad titu. ex. eo

377 Sed nota, quòd facto compromisso de non appellando, teneat, & non possit appellari, c. cum inter R. seniorem ext. de Electio. quia quilibet iuri pro se introducto potest renunciare, l. si quis in conscribendo C. de pactis. cogita & lege, Robert. Marant. in suo ordine iudiciario, part. 6. cap. de appellation. numero 250. incipien. octauò limita. vsq; ad n. 266.

Non obseruantem compromissum, iudex quòd possit mulctare, dixit Hippol. de Marsil. in singul. suo 384. incip. dixi tibi. Item laudum ab arbitro ita valet, si feratur super rebus deductis in compromisso, aliàs secus. Vide limitationem apud Corf. in singula. suis in verbo arbiter. 378

Et an compromittens, si succumbat, redire possit ad appellationem, (Tradit regulariter posse: quia soluens pœnam resilire potest à sententia: nisi adiecta sit clausula, toties committi pœnam, quoties fuerit contrà factum (quod & intelligerem de clausula, rato manente pacto) item nisi esset homologatum tacitè vel expressè.) vide, Mynsinge. in suis obseruation. obseruatione 14. centu. 3.

De compromissi formula. Nepos de except. art. 5. ¶ Compromitti non potest in ordinarium, G. Papæ decis. 69. Iudex an cogere possit partes ad compromissum, Asin. de exec. §. 3. c. 123. numero 3. ¶ Compromittere non tenetur, qui habet sententiam, vel instrumentum liquidum pro se. Viuius lib. 1. decis. 131. 379

De Concilio.

Concilium prouinciale, vel vniuersale, quando ob iustas suspicionis causas reuocari possit: Menoch. lib. 2. centu. 1. c. 458. De Concilijs Pet. Greg. lib. 1. partit. iur. 380

De Concessis.

Concesso vno, omnia videntur esse concessa, per quæ deuenitur ad illud, l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. l. 3. §. qui habet, ff. de serui. rus. prædio. l. si. venditor, ff. de reli. & sump. fune. (& Concesso vno, reliqua pertinentia concessa videntur: Geyl. 2. obseruat. pract. 68 numero 4.) ¶ Ideò tene menti, quòd si à statuto conceditur alicui licentia aliquid faciendi: vt puta se vindicandi contra aliquem, de offensa sibi illata: quòd erit sibi licitum congregare amicos. qui ipsum iuuent ad hoc: & illi tales adiuuantes non punientur, sicut nec ipse principalis: ita singula: dixit Paul. Castren. in l. refectionis gratia per illum text. in versi. ego fabrique mei. ff. commu. prædio. vbi etiam dicit: vbi illud quod facere possum per me, possum facere per 381

ministros meos ad hoc necessarios, & illis resistens; videtur mihi resistere, *& de hoc dicit esse gloss. singul. in l. cum fundum, ff. de vi & vi arma.*

382 Sed nota, id quod alicui personæ specialiter conceditur, quòd ad alium non possit transmitti, *l. cum patronus, ff. de lega. 2. tex. notab. in l. qui fundum, ff. de vi & vi arma. Hippol. de Marsil. notat in singula. suo 175. incip. concesso vno. vide ea quæ notari possunt suprà ad versi. de Accessorio & infrà ad versi. de Connexis.* ¶ Adde in eo qui habet mandatum, nam videntur sibi etiam esse mandata, per quæ deuenitur ad mandati executionem, *nota. ad l. diligenter, ff. mandati.* Nota, concessio simpliciter facta, intelligitur facta ad postulationem, nisi exprimatur, motu proprio, *c. si motu proprio de præben. in 6.* & quid in concessione legis, vide singula. Anton. *Corseti. in verbo concessio.* Nota, quòd principis prima concessio posteriori præualeat, *Geylius in obs. 55. lib. 2. obs. Came. Impe.* (*concedi non debet vna via, quod alia est prohibitum, Geyl. 2. obser. pract. 39. num. 10.*)

De Concubina.

383 Concubina alicuius coniugati vel soluti, reputatur mulier inhonestè viuens: & ideò alius habens rem cum ipsa, non potest puniri: nec accusari ab eo, cuius erat concubina, *tex. est in l. si vxor in prin. ff. de adulte.* fallentias vide apud D. Matthe. de Mathesila. *in singula. suo. 100. incip. nota quòd concubina.* ¶ Item concubinarij possunt compelli, etiam per iudicem secularem, vt dimittant concubinas, & honestè viuant, *l. iusticia, ibi honestè viuere, ff. de iust. & iur.* ¶ Imò propter infectionis timorem potest concubina à vicinis repelli, *l. minimè, C. de Episcop. audi. Ioan. de Arnold. in singula. suo 67. incip. in patria.* vide in Constitutione Anhaldina, *in Arti. 3 versi. Wir wollen auch nicht gestatten;* ibi concubinatus omnino prohibetur sub pœnæ comminatione.

384 Concubinæ an vxori quis relinquat, nihil interest, *l. item Legato, §. parum de leg. 3.* in pœnalibus tamen est differentia inter vxorem, & concubinam, *l. si vxor, ff. de adult.* ¶ Concubinarius potest compelli censuris Ecclesiasticis, vt concubinam derelinquat, *gloss. in c. Romana de sent. ext. lib. 6. Paul. de Castren. in l. ex ea parte, §. mulier de verb. obligat. & in l. iustitia, ff. de iust. & iur.* ¶ Concubina non fortitur forum viri sui concubinarij, *gloss. in l. exigere de iud. l. de iur. §. fin. ff. ad munic.* Sed hoc reprobatur per *gl. in c. eos qui 22. dist.* quia concubina clerici est de familia ipsius, vel quia delinquit in clericum, & sic ratione delicti est de foro clerici. ¶ Concubinatus est damnabilis, ne dum à Canonistis, sed à legibus. *Soc. in l. Gallus, §. quid si is, de lib. & posthum.* ¶ Donatio inter concubinam & concubinarium, non est prohibita, *l. si prædia, ff. de don. inter vir. & vxor.*

Concubinatus prohibitus, de iure ciuili etiam, *Anton. Butr. consi. ibi addit. verb. concubinæ.* Et concubinarij dicuntur turpes personæ, *ibid. add. verb. turpis persona.* ¶ Legatum concubinæ factum quando valeat, *Ioseph. Ludovic. conclus. 25. Peregrinus de iure fisci, lib. 2. tit. 9. numero 4. & seqq.* ¶ Donatio iurata concubinæ facta an valeat, *Seraph. priuil. 71. numero 10. & sequent. in vtramuis.* 385

De Conclusione in causa.

De conclusione libelli, notaui *suprà in hac litera C. versi. de clausula, peto reum conuentum condemnari.* ¶ Sed hic videndum erit de conclusione in causa, quæ fit, quando iam peractis omnibus nihil habeant partes ampliùs in quæstione iuris vel facti quod proponant: de quo iudex potest illas interrogare, & tunc concludunt partes in causa, *c. iudicantem 30. quæst. 5.* & talis conclusio debet describi in actis, *tex. in c. quoniam contra ex. de probatio.* Quia est, conclusio in causis plenarijs de necessitate & substantia, in summarijs autem non sic, *tex. & gloss. in Clemen. sæpè in verbo conclusione de verb. significat.* aliqui volunt, quòd saltem sit de iusticia ordinis iudiciarij, & non de substantia, *Ioan. Arno. in addit. ad Spec. in titu. de renun. & con. in prin. gloss. in l. prolatam, C. de senten. & interl. om. iu.* quos pro resolutione dubij videre poteris. 386

Item conclusio in causa, per tacitam renunciationem valet: vt si partes præsentes petunt ferri sententiam: & si feratur causa nondum conclusa, tamen sententia non vitiatur: quia si non expressè, tamen tacitè renunciauerunt, & non refert quòd fiat verbis vel factis; *l. de quibus in fi. ff. de legi.* Renunciat enim quis ipso facto, *c. cum super Abbatia in gloss. ex. de offi. delega. l. talis, §. qui prouocauit, ff. de pact.* (*imò iudex potest causam pro conclusa acceptare, si datæ sunt sufficientes dilationes, vtraque vel altera parte inuita, Mynsing. centu. 3. obseruation. 17.*) Idem si citatus sit, (veniat renunciaturus & conclusurus) & fit contumax, vel nolit præsens concludere: dum tamen iterum citetur ad sententiam audiendam, *Authen. Iubemus in gloss. C. de iudi.* 387

& si

& si vna pars renunciauerit, altera pars autem dicit, sibi restare aliquid ad proponendum: præfigat ipsi iudex terminum, *vt in Authen. Iubemus*, C. *de iudi.* & postea siue factum fuerit vel non, ampliùs nihil admittatur, *c. cum dilectus*. *De fide instru. c. pastoralis de cauf. pos. & pro. & l. fi.* C. *de compen.* nisi fiat ex iustissima causa, *vt in d. c. pastoralis.*

388 Quia notandum est, quòd etiam post conclusum in causa vsq; ad sententiam, iudex potest interrogare partes ad clarificanda dubia circa merita causæ, etiamsi procedat ad vtilitatem priuatam, (*maximè in caussis summarijs, Mynſ. d. obseru. 17. cent. 3.*) *de quo habetur per* D d. *in d. c. pastoralis de caus. pos. & pro. & per Barto. in l. si quid ex Pamphila in si. ff. de lega.* 1. habet locum dummodò iudex ipse interroget circa dubia eorum, quæ acta sunt ante conclusionem in causa: secus autem si vellet de alijs quærere vel interrogare, quia non posset, *Inno. in c. cum Ioannes ext. de fide instru. & vult Ioan. de Arno. in sing. suo 36. incip. tu habes, vide per Hippo. de Marsi. in sing. suo 155. incip. doctrina ac conclusio.* (*potest tamen interrogare iudex, non solùm ad declarationem actitatorũ, sed etiam ad fundandam de nouo intentionem partis, & sic in vim nouæ probationis. Geyl. 1. obser. pract. 107. n. 6.*)

389 Adde: post conclusionem in causa, vel etiam post sententiam, quatenus, quomodo & quando noua instrumenta possint produci, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, (*Si videlicet tùm demum in notitiam eius peruenerint: quam doctrinam dicit esse mirabilem, si vera esset.*) notat D Matthæus *de Matthesila. in sing. suo 57.* ¶ Sed in causis criminalibus, non obstante testium publicatione, vel etiam facta conclusione, possunt produci testes, *notat Hippo. de Marsi. in practi. sua crim. §. sequens quæstio. fol. 113.* ¶ *Ibidem vide*, quid & quale permissum sit agere in iudicio post conclusum in causa. *Vide, & de hac materia conclusionis, lege Specul. in tit. de renun. & conclusio. & alios Dd. in locis suprà allegatis.*

390 Sed omissio conclusionis causæ, an vitiet sententiam: (*non vitiare ait, quia magis sit de consuetudine, quàm substantia ordinis iudiciarij.*) Item quid facere liceat, postquam in causa est conclusum, (*allegare in iure: petere restitutionem in integrum ex personâ minorum, mulierum, Ecclesiæ: deferre iuramentum suppletorium ante conclusionem petitum: admittitur item probatio per confessionem partis, & rei euidentiam, ac aspectum loci.*) notauit Mynsinge. *in obseruatione 17. centu. 3.* Quid in hoc termino conclusionis, iure Cameræ Imperialis obseruetur, (*licèt non sit de substantia processus, ex* D d. *sententia: in Camerâ tamen tàm in interlocutorijs quam definitiuis semper seruatur.*) & quis sit conclusionis effectus, (*Per conclusionem os parti clauditur: sed quò ad iudicem, nunquam in causa conclusum censetur. Item non obstat conclusio (facta cum oblatione, si quid facti) in probationibus de nouo repertis, in caussis criminalibus & matrimonialibus, in recognitione sigillorum, & si facta sit cum clausula reseruatoriâ, cum qua tamen in Camerâ non solet fieri.*) in quibus etiam causis non sit necessaria, notauit Geyl. *lib. 1. obseru. obseruatione 107.* sed iuramentum necessarium, an iudex ex officio post conclusionem causæ, parte non petente, deferre possit: idem Geyl. *in obseruat. 108. lib. 1.* (*Non posse magis communis est opinio, sed contrariam velut æquiorem & benigniorem Camera probauit.*)

Et nota: in criminalibus non est opus conclusione, nec etiam quòd sententia conformis sit libello, *Mynsinge. in obserua. 81. centu. 4.* Facta conclusione deliberandum est de consultoribus, qui ferant sententiam: eligant partes: vel partibus discordantibus, aut vt procedat sine suspicione, eligat iudex ex officio suo, *Barto. in l. 1. §. ex non scripto, ff. de ventre inspici. Innocen. in c. super quæstionum de offi. delegat. Specul. in tit. requi. consi.* de forma, puncti mittendi ad consultorem, vide Ias. *in l. iusiurandum ad pecunias, §. iusiurandum, ff. de iureiur. cum similibus.* 391

De Condemnatione.

FElinus *in c. fi. de Iudæis in 1. notab.* dicit, quòd paria sint, esse condemnatum, vel de proximo condemnandum: allegat, hoc voluisse Paul. de Leaze. *in c. pastoralis de re iudica.* notauit Hippo. *de Marsi. in singula. suo 106. incip. qui de proximo in medio 3. colum.* cogita & nota: formari debet condemnatio in ciuilibus secundùm petita, ita vt semper sit conformis libello, *vt l. fundus fi. com. diui. Ange. in titu. Instit. de offi. iu. §. & si in rem, num. 1. versi. in gloss. vt rem.* 392

Man soll auch zu Rechte vber keinen Mann richten/ er sey dann erst vberwunden/ der Sach da er vmb beschuldigt was/ also fern/ das man vber jhn wol richten möge / *Arti. 18. ibidem addi. & gloss. lib. 2. Landrecht. & ibi videbis iuris ciuilis & Saxonici concordantias.* ¶ Imò non debet condemnari, etiam existentibus indicijs: sed saltem ex proprio suo ore & confessione, *Arti. 22. in const. cri. Car. 5.* 393

Condemnatis ad soluendum, datur quadrimestre tempus, *l. 2 c. de vsur. rei iud.* Excipitur depositarius. *VVurmbs. pract. obseru. tit. 23. obser. 1.*

De Conditionibus.

394 CONditio casualis, hoc est, quando quid confertur in aliquem futurum euentum incertum, suspendit obligationem, *§. sub conditione, Institu. de verbo. obligatio.* neque ante euentum eiusmodi conditionis promissor dicitur esse debitor, *l. non omnis, ff. si cer. peta.* sicut nec hæres sub conditione institutus, interim est hæres, *l. si maritus, ff. fami. ercisc. gloss. in d. §. sub conditione Instit. de inuti. stipu. facit l. cedere, ff. de verbo. signi. Geyl. in obserua. 132. lib. 2. obserua ibi* (de conditione quòd nihil ponat in esse, antequam euenerit) de conditione Chirographo adiecta, (*Conditio chirographo adiecta, & si aliam causam non contineat chirographum, illud sustinet, modò extiterit.*) & de alijs vide *ibidem.*

395 Et conditio casualis, quatenus retrò trahatur in legatis & contractibus, notantur quædam per Matthe. *de Mathesi. in singula. suo 195. & ibi per Gab. Saray.* & hæc intelligenda sunt de conditione casuali & de futuro: sed conditio necessaria, vel de præsenti, vel de præterito, obligationem non suspendit, sed intelligitur purè facta, *l. si pupillus, §. qui sub conditione, ff. de noua. gloss. l. cedere diem, ff. de verb. signi. l. itaq., ff. si cer. peta. l. cum ad præsens. ff. eo. titu. l. conditio. ff. de verb. obliga. & in d. iuribus vide notata Dd.* ¶ Sed tacita conditio casualis, quòd sic suspendat, sicut expressa, dicit gloss. notabi. *in l. item qui, §. 1. ff. de pactis.* vnde qui decem promittit ad nuptias, tacita conditio inest, si nuptiæ sequantur: & talis côditio suspendit, impedit, moratur & amolitur omnem obligationem, atque expressa, quamdiu pendet, *ita dicit Zasius, declarando istam decisionem in l. interdum, num. 6. ff. de verbor. obligat.*

396 Inter conditiones autem iuris vel tacitas præcipuè sunt hæ: Si iure & naturâ dari fieriue potest, *l. impossibilium, l. nihil peti potest, l. ea quæ ad dandum ff. de reg. iuris, l. si stipulor & id, in prin. & §. 1. ff. de verbo. obliga.* ¶ 2. Si veritas ita habeat si non læditur Respublica, *l. si. C. de diuers. rescrip. l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præsidis, l. fi. C. si contra ius vel vtilit. pub. c. 2. de rescript.* ¶ 3. Si sanam mentem receperit, *l. furiosus & l. muto, §. 1. ff. de tute.*

397 Quæ conditio suspendat nuptias seu matrimonium, (*nimirùm honesta & possibilis: cæteræ pro non adiectis habentur.*) quæ verò non, notat in specie ad materiam matrimonialem Melchior Kling. *In tractatu suo de causis matrimon. c. de honestis possibilibus conditionibus fol 31. cum seqq.* Et Decianus aliqua consuluit, *in consil. 13. vol. 1.* & ibidem per Decian. videre licet, qualiter conditio contractui apposita & non apparens, faciat contractum imperfectum, & non valentem producere obligationem, *vide quia sunt bona. Et vide titu. ext. de condit. appos. cum similibus. D d. ad §. sub conditione, Instit. de inutil. stipulat.*

Conditio, si sine liberis decesserit, an verificetur, nullis natis liberis, vide Decian. *in consil. 1. volum. 1. ibi bona tractatur materia de existentia liberorum legitimorum & naturalium tantùm, de adoptiuis & substitutis. Et de hac conditione idem Decia. conf. 84. vol. 3.*

Conditionũ verba debent impleri in forma specifica, prout verba iacent, *l. qui hæredi in pr. & l. Mæuius de cond. & dem. Br. in l. liberorum in 3. & 4 col. de verb. sing.* Conditio habetur pro causa, *l. à Titio, de verb. oblig.* An euentus conditionis, sicut dies pro homine, interpellet, *vide infr. in verb. interpellare.* 398

Conditio illa, si ad annum 16. peruenerit, non dicitur, cum is decimum sextum annum ingressus est, *l. non putabam, de cond. & demonst.* ¶ Conditio habetur pro impleta, quando stat per contrahentem, quò minùs impleatur, *l. iure ciuili, ff. de cond. & dem. l. labeo scribit. si mihi Bibliothecam. de cont. emp. l. hac venditio, eod. tit. tex. qui semper allegatur in l. in executione, §. fin. de verb. oblig. l. iure ciuili de cond. & clem. & ibi materia vide Soc. in l. si quis arbitratu in 2. not. de verb. oblig.* Conditio tacita impedit ortum actionis, & oblig. sicut expressa, *l. item quæ, vbi gloss. ff. de pact.* Dispositio in dubio nô præsumitur conditionalis, sed modalis, *de qua per Br. & DD. in l cum mota, C. de Trans.* Conditio potestatiua nô censetur conditio, *Bl. in l. 1. §. qui sub conditione, ff. Si quis amiss. causa test.*

De conditione in substitutione posita (si honestè vixerit,) quomodo intelligatur, & quando substitutionem aduersus inhonestè viuentem & eius filium extinguat, declarauit Decian. *in consil. 54. vol. 2. num. 34.* (*refert se ad factum ipsum, deductum consilio quodam Paris.*) Sub conditione positi an censeantur ad successionem vocati, (*non aliter censentur vocati, quàm si ex coniecturis id appareat: eaq. communis est, & pro communi canonizata. Coniecturæ autem sunt tales. 1. Si masculi soli sint positi in conditione: masculi videntur vocati ad successionem. 2. Si processum sit ad plures gradus substitutionum, positi in conditione vocati censentur. 3. Si vltimo loco substituatur pia causa: quia ad eam non posset peruenire fideicommissum, nisi in conditione positi ad successionem essent vocati. 4. Si fiat mentio de legitimè natis: nam hos non iure communi exclusis legitimatis, sed iure substitutionis vocari certum est, &c.*) & quibus coniecturis probetur, d. Decia. *consil. 103. vol. 2. nu. 27.* Quid in filijs in conditione positis, idem Decia. *in conf. 86. in prin. volum. 3.* (*vbi itidem ait non esse vocatos, & hanc esse magis com-* 399

communem, nec ex coniecturis indistinctè hoc præsumendum esse, etiam illâ, cum masculi soli vocati sunt.)

400 Sed quatenus cōditio, propter interessentis principaliter, vel per consequentiam, impedimentum, habeatur pro impleta, vide Decium *in l. in iure ciuili, ff. de reg. iur.* ¶ Et nota, quòd ablatiui absoluti faciunt quoque conditionem propriam de futuro, *tex. in l. facta, §. rescripto, ff. ad Trebellia.* vbi iungendo principium illius §. cum fine, probat textus, quòd paria sint, vel quòd dispositio fiat per ablatiuos absolutos, vel quòd fiat per dictionem SI: *ampliationes 3. & fallentias 5. p. D. Socinus in regul. fallent. reg. 1. litera A.*

401 Sed an in contractibus ius adimplendi conditionem transeat ad hæredes, vide quæ notauit Geyl. *in obserua. 2. lib. 2. num. 10. & seqq.* (*Conditio causalis in contractibus ad hæredes transit, quia non ab hærede sed fortunâ ea impletur: at potestatiua seu arbitraria non transit; præterquam iu conditione potestatiua, cuius implementum versatur circa resolutionem contractuum, vel etiam si contractus incipiat à dispositione.*) Zasius *in l. si quis, ff. de verb. oblig. text. est in §. ex conditionali Instit. eod. tit. vide eundem Zasium latiùs docentem in l. si sic stipulatus sum, ff. de verb. oblig. num. 8. vsq. ad finem, ibi pulcherrimè declarat l. veteris, C. de contraben. & committ. stipul.*

402 De conditione & contemplatione donationi apposita, quòd valeat, qualiter & per quæ verba videatur apposita, cuius illa conditionis adiectio vel contemplatio sit operationis vigoris & effectus, inuenies apud Decianum consulentem *in consil. 1. volum. 3. à nume. 25. vsque ad numer. 72.* ¶ Et de legato conditionali, quòd non debeatur, nisi conditione existente & verificata, vult idem *Decian. in cons. 70. n. 21. & in seqq. vol. 3.* ¶ Item sub conditione institutus, donec pendet conditio, nō dicitur purè institutus: neq; potest transmittere hæreditatem ad hæredes, præsertim ad extraneos. *Decia. consi. 129. eod. volum. 3. Geyl. d. obseru. 2. lib. 2. num. 8. & 9.* (*Sic fideicommissarius, qui moritur ante hæredem, post cuius obitum relictum est fideicommissum, non transmittit fideicommissum ad hæredes suos: quia non extitit conditio, quæ ei inest, quatenus videlicet fideicommissarius est in viuis, post mortem hæredis: dummodò non alia sit testatoris voluntas expressa aut tacita, quæ non transmißibile transmißibile facit, & è contra. Geyl. 2. obseru. pract. 32. per tot.*)

403 Conditio habetur pro impleta, quoties non stat per eum, à quo impleri debuit, *Moller. lib. 4. semestr. num. 4.* idem est in iuramento, *n. 5. l. in iure ciuili. de R. Iur. l. in omnibus caussis. ff. eod. Pec. c. imputari de R. Iur. & Viuius decis. 383.*

Legatum conditionale, quando transmittatur, *Dauth. de testam. nu. 2. & 4. fol. 330.* ¶ Conditio quid? *Dauth. de testam. num. 284. fol. 330.* ¶ Actus, quando sub conditione & modo factus censeatur. *Moller. lib. 4. sem. cap. 1. num. 20.*

Actus factus sub conditione, si ea deficiat, perinde habetur, ac si factus non esset, *num. 18. ibid.* Dispositio, quando sub modo, & quando sub conditione censeatur facta: *Moller. lib. 42. cap. 1. n. 16. & 20.* ¶ Conditio in futurum adiecta certæ personæ, non solùm vim conditionis, sed & demonstrationis habet, *Raud. de analog. lib. 1. cap. 27. n. 52. & seqq.* 404

Conditionalis dispositio non habet substantiam ante conditionis euentum, qui semper, eius tempus consideratur, *Raud. d. c. 27.* & conditio inducit formam, *cap. 36. num. 8.* & dictio SI importat conditionem, *Plot. de in lit. iur. §. 2. num. 2.* & conditio, si ponatur in l. vel statuto, censetur requiri pro forma, *n. 3.* & sic pactum factum sub duabus conditionibus copulatiuè, locum non habet, nisi probetur euentus duarum conditionum, *n. 4. Sebast. Capra.* ¶ Conditio legis inducit formam. *Zuchard. de miss. in possess. num. 10. ion.*

Conditionalia verba in minimo verificantur, *Seb. Medic. reg. 8. lim. 9. fol. 220.* ¶ Conditio, quæ debet adimpleri in forma specifica, vitiatur, si minimum omittatur, *Seb. Medic. reg. 5. num. 10. fol. 221.* ¶ Conditionalis dispositio vnde cognoscatur, *Guid. Papæ decis. 15. n. 3.* Dictio SI denotat conditionem: & conditio formam. *Seraph. priuil. 17. n. 3. & 4.* & in conditione posita verè debent probari, non præsumtiuè, *ibid. n. 7.* & conditio, & sic forma, specificè. *Seraph. idem priuil. 33. n. 131. 132. & seqq.* ¶ Conditionis implementum debet præcedere actum conditionalem, *Seraph. priuil. 19. n. 15.* ¶ Dictio, NISI, conditionalem dispositionem facit, *Pruck. §. soluta potestas off. 5. n. 377. fol. 312.* Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionē, *ibid. n. 38.* 405

Ius conditionis implendæ, an ex contractibus ad hæredes transmittatur, *Couar. pract. quæst. cap. 39.* ¶ Sub conditione ademptum, censetur sub contraria conditione datum, *Raud. de analog. lib. 1. cap. 37. num. 4.* ¶ Conditio quæ inest tacitè actui, non facit actum conditionalem, *Piag. tract. de tut. & Curc. quæst. 3. num. 41 fol. 32.* ¶ Actus sub conditione factus, si ea defecit, perinde habetur, ac si factus nunquam fuisset, *Iason l. pecuniam. n. 4. ff. si cert. pet. l. necessario de peric. ac comm. rei vend. Moller. lib. 4. Semestr. cap. 1. num. 18.* ¶ Conditio (sine liberis) non verificatur in eo qui mortuus est ciuiliter, sed eius mors naturalis expectanda. *Raud. de analog. lib. 1. cap. 34. num. 318.* 406

De

De Confeßione.

407 DE materia confeſsionis, notaui *infrà in litera P. verſi. de probatione per confeßionem*, vbi lector videbit, & inueniet bona.

408 Confeſsio procuratoris etiam iurata, & de errore aliter non edocti, reuocari poteſt. *Viuius dec. 384. lib. 2.* ¶ Confeſsio extraiudicialis contra confitentem plenam inducit probationem, partiq; etiam abſenti pro exoneratione conſcientiæ prodeſſe debet, *Viu. dec. 486. lib. 3.* ¶ Cōfeſsio, ſiue parte præſente ſiue abſente, facta ſi ſit: onere probandi aduerſarius, pro quo ſtat confeſsio, liberatur: & onus contrariæ probationis in aduerſarium deuoluitur, *Theſaur. deciſ. 109. n. 8. per l. inde Neratius §. ſ. ff. ad l. Aquil. ibi ampl.* ¶ De dicto vel cōfeſsione moribundi, vel exiſtentis in mortis articulo: *Foen. de mom. temp. c. 7. latè.*

409 Confeſsio in teſtamento facta de debito, quid operetur, *Seraph. priuil. 98. n. 14.* ¶ Confeſsio mutui quando probet, *Eman. Caſta. l. ſi ex cautione fall. 4. n. 2. & ſeqq. C. de non num. pec.*

Confeſsio debiti quando facta eſt per debitorem, coram debitore acceptante ſimpliciter, non impedit creditorem poſſe exigere alia ſibi debita: Secus eſt, quando confeſsio fit cū taxatiua tantū, *Viu. dec. 23. lib. 1.* ¶ Quando extraiudicialis confeſsio plenè vel ſemiplenè probet, vt ex ea ſequi poſsit condēnatio confitentis, *Viuius deciſ. 191 lib. 1.* ¶ Ex ſola confeſsione an quis ſit puniendus. *Modeſt. Piſtor. quæſt. 117.*

De Confeßione pœnitentiali.

410 DElictum ſacerdoti in pœnitentiâ confeſsionatum tanquam ſacerdoti, non debet à ſacerdote cum nomine confitentis diuulgari, vel reuelari, *c. omnis de pœniten. & remiſſio*, ſed debet potiùs monere eos, qui confitentur, vt obuient, vel deſiſtant; & prælato dicere, quòd vigilet ſuper gregem, & huiuſmodi ſine vlla reuelatione: *c. ſacerdos de pœniten. diſ. 6. & d. c. omnis de pœnit. & remiß.* quin imò dixit D. Abbas *in c. dilect. ext. de exceſſ. prał.* quòd etiam per Papam non poteſt quis cogi ad reuelandam confeſsionem alterius, *in d. c. omnis in fine.* (*Geyl. 1. obſeru. pract. 100. n. 8. vbi hanc doctrinam extendit etiam ad confeßionem laico tempore neceßitatis factam: & limitat, niſi ipſe confeſſus ſacerdotem in teſtem producat.*) & ſtatuitur pœna contra ſacerdotem, confeſsionem cum nominis expreſsione reuelantē, *ibi vide*, datur limitatio, niſi ſacerdos alio modo ſciret, quàm per confeſsionē pœnitentialē, ea quæ audiuit, & ſcandalum immineret: quia poteſt reuelare, *Abbas in d. c. dilectus de exceſ. præla. Dd. in d. c. omnis de pœni. & remiſ. in c. ſi ſacerdos extra de officio ordina. Ange. in tractatu maleficio. & ibi Auguſt. in addi, verſi. & hæc tradita tua patria. qui ibi dicunt, quòd nec crimen læſæ maieſtatis, Hæreſis, vel Simoniæ, reuelentur. facit pro ampliatione materiæ.*

411 Collige ex hac doctrina, an ex tali reuelatione contra prohibitionem Canonis factâ, poſsit procedi contra confeſſum ad torturam, & ſic an faciat indicium ſufficiens ſola: cogita de doctrina Angeli & aliorum doctorum, quæ vult: quòd diffamatio, vt ſit ad torturam ſufficiens, non procedat à maleuolis & ſuſpectis, ſed ab honeſtis & veridicis hominibus & perſonis, *Angel. in d. tractatu malefic. verſi. non quidem à maleuolis.* Sed ſacerdos qui reuelauit confeſsionem & ſic peccauit in Canonem, pœna ſe dignū fecit: an ſit talis perſona honeſta & veridica, cogita, *Vide addi. ad ſingul. 512. Ludou. Rom.*

412 Confeſsio pœnitentialis, quòd nō noceat confitenti in foro iudiciali, notauit Bal. *in l. Archigerontes, C. de Epiſcopa. audien.* dicens, confeſsionem in pœnitentia factam non probare in iudicio: quia confitentur tanquā deo, non tanquam homini, *allegat c. ſi ſacerdos de offi. ordina. Cardina. in cle. 2. de iudi. per c. admonere 33. q. 2. & c. deſponſa.*

413 Pœna diuulgātis, *Menoch. c. 414. cent. 8. lib. 2.* ¶ Confeſsionē ſacramentalem, an & quando ſacerdos præſumatur, conſenſu & licentia confeſsi, reuelaſſe & detexiſſe, *Menoch. lib. 6. præſ. 95.* Confiteri peccata in ſcriptis ſacerdoti quis non tenetur, *Couar. var. Reſol. lib. 2. c. 13. n. 6. verſ. hinc obiter.* ¶ Sacerdos de auditis in confeſsione à pœnitente, vltrà quod non poſsit cogi, poteſt intrepidè reſpondere, ſe nihil ſcire. Et non ſolum iudici, ſed nec Epiſcopo, & ipſi Papę reuelare confeſsionem tenetur: quia confeſſor non eſſet corrector, ſed proditor, *c. ſi peccarit. 2. quæſt. 1. Menoch. d. n. 27. Virgin. de Bocat. de lit. remiß. n. 50. c. 2.* lim. in confeſſato crimine maieſtatis læſæ, *de quo vide Novell. in praxi cauſ. crim, tit. inquiſitio contra rebell. n. 11. fol. 207.*

414 Sacerdos quid aget hoc caſu, quando quis fuerit confeſſus, ſe habuiſſe rem cum Berta; nunc verò illius Bertę conſanguineam intra quartum gradum (quod non licet) vult vxorem ducere: an poſsit reuelare, vel quid agere debeat. *Caualc.* Sacerdos poteſt reuelare confeſsionem delicti committendi, nō verò cōmiſsi. *Menoch. d. n. 27. Marſ. tr. de bann. in verb. delictis, n. 36.* modo hoc faciat in genere, nō in ſpecie, *Vide plura in Gabr. concl. vlt. n. 16. 17. & ſeq. Aſin. de exec. §. 2. c. 263. n. 5.* ¶ Confeſsio talis facta ſacerdoti, non facit indicium ad torturā. *Men. de præſ. lib. 1. q. 89. n. 26. 27. Viu. dec. 149. lib. 1.*

De Confinibus.

415 QVomodo per teſtes probetur de confinibus, & quod iſta probatio ſit neceſſaria, dixit Alex. *de Imo. in conſ. 16. col. 4. in fi. vol. 5. per l. forma. in prin. ff. de cenſi. l. hac conſultißima, C. qui teſtam. fa. poſ. & notaui aliqua in litera P. verſi. de probatione per ſcripturas & in litera F. verſiculo de finibus. & vide Bald. in l. conuenticulam in 4.*

in 4. colum. in fin. C. de Episc. & Clericis. confinia quomodo probentur, imò quòd probentur leuioribus probationibus, & etiam coniecturis, consuluit Decianus *in consi. 50. in fine vol. 1.* De confinium antiquorum probatione & identitate (*ibi docet satis esse, si confinia duo ex quatuor probentur.*) eorum probanda, vide d. Decian. *in consi. 17. volum. 3.*

De Conductore.

416 Bona conductoris inuecta & illata, tacitè sunt locatori obligata pro pensione, *suprà litera B. VVesenb. in par. ff. locat. n. 10.* Fallit in mercibus venalib. inuectis & illatis, quia illæ non veniunt in tacita hypotheca, *Marant. par. 4. dist. 9. n. 112. versi. de bonis conductoris.* Pensio quâ parte anni sit soluenda, notat gloss. ordinaria *in l. eadem C. locati.* ¶ Quæ requirantur, vt conductori competat actiô: ad quæ conductor agere possit, & ad quid locatori teneatur: ex quibus causis ante finitū tempus locationis possit expelli: imò de tota materia locationis & conductionis vide Domi. Schneid. *& alios Dd. in §. actionum Institu. de actionib.* quia d. Schneide. ibi examinat pulcherrimè actionem locati & conducti. Adde quibus casibus colonus conductor inquilinus, nisi sibi satisfiat de pœna interesse seu de expensis vtilibus factis, possit rem conductam detinere locatori, *vide Hippo. de Marsi. in singula. suo 321. incip. credo te scire.* Et ibi vide, quòd emptio rei rumpat locationem iam factam, nisi aliter sit actum, *probatur in l. emptorem, C. locati & in l. nihil, §. fi. ff. de leg. 1. & in l. qui fundum, ff. loca.* An actio ex conducto contra singularem successorem, vt emptorem fundi vel domus, de iure ciuili detur, vide Schneid. *§. Actionum. de Act. ex cond. Inst. de Act. n. 5. 6. 7.*

417 Conductor Syluarum vel arborum, quas possit incidere vel non, notat Alex. *de Imola. in consi. 118. volum. 5. in prin. Menochius in cons. 13. volu. 1. per totum.* ¶ Et conductor omnium rerum, vna re malè vtens, potest de tota expelli: quia pro vna pensione tota res est locata, *dicit Alex. per Bal. in l. ædem in vlti. col. C. locati.* Et tandem quæ requirantur, vt conductor propter malum vsum possit expelli, notat ibidem Alex. *de Imo. in d. cons.*

418 Ein Weib die da Obst oder andere fruchtbare bäum abhäwet / oder durch jhr geheiß abhawen lest / vnd also jhrer gerechtigkeit mißbraucht / verleurt dadurch jhr Leibgedinge / *gloss. Arti. 31. Sechsisch Lehnrecht. vers. nota nach dem. vide quæ notaui suprà litera A. vers. de Arboribus.* ¶ Conductor domus, an de incendio & ad damni emendationem teneatur, notauit Geyl. *in obseruat. 21. lib. 2. obseruat. Cam. Imp.* (*non tenetur, nisi culpâ eius id factum sit. Nec præsumitur contra patremfamilias, nisi culpa certæ alicuius personæ in domo probetur, maximè si is sit vigilans. De familiarium autem culpa tenetur hactenus, si eam circa officium sibi commissum committant, aliâs non item.*) *Schneidw. in §. Actionum, num. 24. Instit. de Act. Landrecht. lib. 2. Arti. 38. Henning. Goden. consil. 11. de Incendio.*

Conductor mercium, an & quando teneatur de mercibus furto subtractis: & quæ ipsum à culpa excusare possint, quò minus ad aliquid teneatur: similiter de conductore & inhabitatore domus, item de Institore & alio gerente negotium ex mandato: in quantum obligentur de malè gestis, de incendijs & ruinis, imò etiā de furto, vel aliâs ex impetu prædonum hostium vel animalium amissis, consuluit Decianus *in consil. 29. per totum, Vol. 1. & ibi habes bonam materiam de culpæ purgatione.* ¶ Et ex quibus causis conductor habeat pensionis remissionem, docuit idem Geyl. *in obseru. 23. lib. 2.* (*propter sterilitatem magnam, item si propter bellum, propter pestem diu durantem, propter rem incendio sublatam, ob fluminis impetum, aliâue de causa seu vi maiori, re conducta vti non possit.*) Conductor animalium, an teneatur ad vsuras, Decian. *in consi. 8. vol. 3.* Conductor inducens meretrices in domum locatoris, expelli potest, *Schneid. in §. actionum, n. 30. Instit. de Act.* 419

Finito tempore locationis, iudicis autoritate, non propria, à locatore potest expelli. *Coler. de process. exec. p. 1. c. 5. n. 23. Carac. tr. loc. & cond. p. 3. tit. de conductore recusante,* vbi si non restituit rem conductor, spoliare locatorem dicitur. 420

De Confiscatione bonorum.

Vide ea quæ remissiuè notaui, *suprà in litera B. vers. de bonorum publicatione seu confiscatione.* 421

De Confirmatione superioris.

Confirmatio est defectus suppletio: & nota, quando superior iurat seruare statuta ciuitatis, per tale iuramentum talia statuta dicuntur esse ab eo confirmata, *ita singu. dixit Bal. in consi. suo 284. incip. per statutum in 1. vol.* iuramentum enim firmat actum, super quo interponitur, vt melius valeat quo valere possit, *l. cum pater, §. filius matrem, ff. de lega. 2. Hippo. de Marsi. in sing. suo 71. incip. iuramentum.* 422

Et confirmatio superioris supplet defectum formæ, supplet defectum personę, supplet defectum solennitatis & alios defectus, *secundùm Bal. in l. fi. ff. de testa. tute. & secundùm Oldra. Latius in cons. suo 257. incip factum tale est,* quod tamen intellige (omnem defectum) id est, iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, *ita dixit Ange. in l. adoptio non iure facta, ff. de adop. Specul. in tit. de lega. §. nunc ostendendum vers. 18. tex.* 423

tex. est in Cle. pastoralis, §. Cæterum, de senten. & re iudica. item confirmatio cõfirmat omnia, & supplet omnem defectum, *prout supra est notatum.*

424 Attamen hoc fallit, quando in re confirmabili est vitium non purgabile, etiam â principe, puta: quia est defectus citationis, quam neque princeps tollere potest, *Abbas in c. ea quæ ext. de re iudica. text. est in d. cle. pastoralis in §. cæterum. de senten. & re iudica. Hipp. de Marsi. in sing. suo 79. incip. confirmatio*: Et sic nota ex ista doctrina, quòd princeps circa naturalia non possit confirmando vel tollendo disponere. Sic etiam inducit vnum Hippo. *in d. singul. 79.* de statuto quod tollit omnes exceptiones: tamen non intelligatur tollere exceptiones ex iure naturali prouenientes. Vide.

425 Tertiò confirmatio non valet, quando confirmatum reperitur falsum, puta priuilegium: tunc enim non valet, etiamsi sit facta cum quacunq; clausula, Vel ex certa scientia, vel proprio motu, vel alio modo, non prodest, & nihil operatur. *Hippo. in sing. suo 163. incip. crimen falsi. in fi.* ¶ Quartò nota, confirmatio vt valeat, requiritur quòd fiat cum causæ cognitione, & ex certa scientia, *cap. 1. & ibi gloss. extrà de confirm. vti. & inutil. Hippo. de Marsil. in singul. suo 73. incip. Approbatio.*

426 Imò vt ex certa scientia facta operetur, requiritur quòd ipse princeps fuit certificatus de iniuria, quæ fiebat alteri ex tali confirmatione: quia non præsumitur, quòd princeps voluerit tollere ius alterius. Confirmationes enim, & rescripta Principis iuri acquisito, tertij nihil derogant, *l. nec auus, C. de emancip. liber. l. impuberes, de admin. tut. l. 2. §. merito, §. si quis à princ. ff. ne quid in loco publ. Idem Hippo. in sing. 440. incip. princeps.*

427 Et quòd in aliquibus casibus confirmatio sit nulla, consuluit Rolan. *à Valle in cons. suo 2. num. 145. cum multis sequen.* In specie de confirmatione contractuum & priuilegiorum, vide pulcherrima apud Geyl. *in lib. 2. obseruat. 1.* & ibi inuenies, confirmatio quid det, quos habeat effectus, (*Confirmatio simpliciter facta, non tribuit nouum ius, sed vetera solùm confirmat, dolum tamen & metum excludit, adeò vt contra contractus à iudice confirmatos non habeat locum remedium, l. 2. C. de rescind. vendit. nec nullitatis exceptio ijs opponi possit. Sanè princeps confirmando contractum ex certa scientiâ, & cum clausulâ supplentes, tollit defectum solennitatis, formæ, & personæ, quantum ad ius ciuile attinet. Et ideò pacta de futurâ successione à Cæsare confirmata valent. Geyl. 2. obseru. pract. 127. num. 5.*) & quomodo intelligenda. (*Intelligitur semper sine præiudicio tertij.*) ¶ Quando clausulæ derogatoriæ confirmationi derogent, vel non, & confirmatio prædecessoris quòd à successore potissimè sit seruanda, consuluit Decian. *in consil. 23. volum. 3.*

Confirmationis natura est, adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum nouare. *Scrad. de feud. p. 5. c. 2. num. 32.* & extendere, *Sebast. Medic. de nouat. p. 2. q. 1. num. 26. fol. 47.* vbi lim. ad id quod in eo non continetur. *Seraph. priu. 74. n. 193.* 428
¶ De contractuum, & aliorum actuum confirmatione in Camera, & eius supplicatione. *Vide Pet. Frider. Mind. de Process. extra. c. 12. lib. 1.*

De Congregationibus, coniurationibus, colloquijs, & confœderationibus.

DVo vel tres homines faciunt congregationem, *c. 1. de electione, & ibi gloss.* item duo faciunt rixam, *l. prætor ait, §. turbam, ff. vi bono. rapto.* De collegijs Iudæorum, pistorum, &c. vide *Cuiac. lib. 7. obser. 30.* ¶ Item tres homines faciunt collegiũ, *tex. est in l. Nerat. ff. de verb. signi.* ¶ Item tres ad minus faciunt familiã, *l. detestatio, ff. de verb. signi.* Nota, vniuersitas vel collegiũ, licèt non possit ex vno homine tantùm constitui: tamẽ si deueniat ad vnum, retinet nomen, & ius collegij, si semel collegium fuit constitutum, *l. sicut, §. fin. ff. quod quisque vniuer. no.* 429

In casu quando pro defensione personæ & rerum, impunè possint congregari amici vel attinentes, vide casum notabilem (*Vbi conuocati à marito interfecerunt eum, qui attentauerat pudicitiam vxoris alienæ ipsis sanguine iunctæ, &c. & concludit, eos nulla pœna afficiendos esse.*) apud Paul. Castrens. *in cons. 277. incip. in causa incarceratorum, vol. 2.* ¶ Wo Fürsten oder Herren mit Eyden zusammen schweren/sie scheiden denn den Keyser vnd das Reich daraus / so haben sie wieder das Reich gemißhandelt / *tex. est Arti. 1. lib. 2. Landrecht.* Extensionem & declarationem vide *in gloss. 3. cum sequentibus.* 430

De colloquijs vide Ange. *de malefic. in vers. Et ad hoc colloquium, & tractatum Barto. in l. & si amico, §. 1. ff. de adulter.* ille qui præstat locum vel domicilium ad hoc, vt aliqui habiliùs possint colloqui simul, talis potest puniri de auxilio, secreta etiam conuentio & collocutio habita inter plures facit indicium delicti pòst commissi. *Antho. Blan. in repe. l. fi. ff. de quæstio. mihi, num. 232.* refer huc materiam tituli, *ff. de collegijs illicitis.* (*Confœderationes iure permittuntur, si ad aliquod bonum fiant. Cæterum regulariter illicitæ præsumuntur, & de iure prohibitæ sunt. Mynf. cent. 6. obserua. 2.*) 431

De Coniecturis in Claris non admittendis.

432 Verba clara alia interpretatione non indigent, neque quæstionem admittunt, *l. ille aut ille, ff. de lega.* 3. quocirca dicebat, Bald. *in cons. 174. lib. 2. quem recenset Crauetta in consi. 47. num. 2. & in cons. 105. num. 2.* quòd vbi verba sunt clara, cessant cauillationes aduocatorum. Et idem Baldus, *in l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo. obligat. quem recenset Iason in cons. 3. colum. 1. lib. 3.* esse infirmitatem sensus, omissa certitudine indicia captare. Idem dicit & alia Zasius, *in d. §. cum ita n. 5. & in alijs sequent. (Mynsing. cent. 5. obseruat. 63. num. 5.)*

De Coniugibus sibi inuicem insidiantibus.

433 Coniuges sibi inuicem insidiantes, ex quo non possint securè stare in matrimonio, & remedio cautionis non possit sufficienter prouideri, est iusta causa separandi matrimonium quo ad thorum, *Abbas in c. literas in 2. colum. de restit. spolia. & in c. quemadmodum in fin. de iureiur. & in cap. 1. de diuor.*

434 Et scias quando separatur thorus propter sæuitiam viri, vel propter eius culpam, dos debet statim restitui mulieri, *Hippol. de Marsil. in l. si fortè mulier, num. 21. vsque ad finem, C. ad l. Cor. de Sica. Idem Hippo. in rep. l. vni. C. de raptu virg. in fi.*

De Coniunctis personis in iudicijs admittendis.

435 Coniuncta persona potest coniunctorio nomine comparere in iudicio, etiam sine mandato, nihilominus tamen cogitur præstare cautionem de rato, *l. sed & hæ personæ, ff. de procu. notaui suprà in eadem litera, C. versi. de cautione de rato.*

436 Et hæc cautio fit: promitto me facturum & curaturum, quòd dominus ratum habeat, & eo casu, cautionis nomine duntaxat cautio pignoraticia, & fideiussoria venit, *iuxta ea quæ notantur & legun. in l. 1. C. de fideiuss.*

437 Sententia autem lata contra coniunctam personam, non præiudicat domino, nisi acceptauerit, & ratificauerit sententiam, *Bartol. in l. 1. C. quibus res iudi. non nocet.* ¶ Vnd in diesem Fall werden Vater/ Sohn/ Bruder/ Schwager/ vnd alle die biß auff den vierdten Grad einander zugethan seindt/ verwandte Persone geachtet vnd gehalten/ *prout notat gloss. & Dd. in c. ex parte el. 3. ext. de rescrip. Inno. in c. nonnulli. eo tit. Cynus, Saly. & Bald. in l. exigendi C. de procurato.*

438 Interdum quæ dicatur coniuncta persona, relinquitur arbitrio iudicis, *secundùm gloss. & communiter Dd. in l. cum alienam C. de lega.* ¶ Item, Der Ehemañ ist eine vertrawte Person seines Weibes/ *vt per Specul. in tit. de coniunct. perso. versi. item maritus.* Et litis consors, *l. 2. C. de consorti. eiusdem litis, & ibi gloss. & gl. 1. in c. cum M. Ferrariensis ext. de Constitu.* & aliquibus concurrentibus, proximior in gradu præ alijs admittitur, *tex. est in l. si verò, §. hæc autem actio, ff. de his qui deiece.*

Sed nota, quòd fœminæ non possint coniunctorio nomine agere, *l. fœminas, ff. de procu. & in l. 2. ff de reg. iur. vide quæ notaui suprà in vers. de cognatione & consanguinitate. (nota in coniunctis personis non præsumi animum iniuriandi, sed corrigendi potiùs, Geyl. 2. obserua. pract. 106. num. 6. fraudes inter coniunctas personas facilè admitti possunt, Geyl. 2. obseruat. pract. 39. num. 7.)* 439

De Connexis.

Connexorum idem est iudicium, *l. proinde si seruum, ff. ad l. aqui. c. cum singula. de præben. in 6. cum similibus in gloss. ibidem allega. Geyl. 1. obseruat. pract. 35. num. 10. latè. gloss. in c. quia in tantum de præben. vbi dicit, quòd dispensatio extenditur ad connexa.* Et assumunt eandem naturam ex connexione, *Geyl. 1. obs. pract. 38. n. 8.* & connexitas operatur, vt vnitas censeatur. *Mynsing. cent. 4. obseruat. 69.* Et Paul. Cast. *in consi. suo 28. incipien. puncto in pr.* dicit, quòd procurator se intromittens ad connexa causæ, non dicatur facere contra mandatũ speciale. Idẽ in delegato, *dixit gl. 1. in c. licet ergo 7. q. 1.* & idẽ in arbit. *In. in c. cum dilectus de arbi.* Idẽ in teste. *Bald. in l. peremptorias C. senten. resc. non poss. faciunt dicta per Paul. Castren. & Alexan. in l. 2. in prin. per illum tex. ff. si quis cautio. vbi dixerunt, quòd transactio facta super sorte, operatur etiam super pœna, tanquam super connexo.* Felinus *in c. super literis in 13. col. de rescrip.* dicit, quod iurisdictio super principali extenditur ad connexa, *tex. in cle. 2. de iud. ibi, quoq; eas modo tangentes, alia bona vide apud Hipp. de Marsi. in sing. suo 251. inc. connexorũ.* 440

Sic etiam alienato territorio, videntur simul alienata connexa, nisi probentur exempta, *VVesenb. in consi. 78. parte 2.* ¶ Teneas tamen menti, quòd transactio generalis facta super re de qua litigatur, licèt extendatur ad connexa & accessoria, *vt habetur in l. si de certa & in l. age, & in l. sub. prætextu C. de transact.* tamen non extenditur ad expensas, *ita dixit Ioan. An. in addi. Specul. in titu. de primo & secundo decreto in §. sequitur in addi. incip quòd iudex infrà annum. notaui aliqua suprà in litera A. versi. de accessorio, & in litera C. versi. de commisso, & in versi. de Castro. pulcherrima notat, Hippol. de Marsilijs in repe. Rub. ff. de fideiuss. n. 187. quæst. 25. vsq; ad n. 193.* 441

442 Item prohibitum in vno connexorum, videtur etiam esse prohibitum in alio: & sic datur istius regulæ limitatio, quæ est, quod negatur in vno, videtur concedi in alio, *Ant. Corse. in singula. suis in verbo argumentum 6.*

443 Continentia causæ vtrum attendatur, vbi sunt plures inquisiti diuersi fori, *Capyc. dec. 122. num. 1. & seqq.* vbi plura de caussæ continentia. ¶ Continentia causæ diuidi non debet: & si iudices diuersi super eadem causa impetrentur, secunda impetratio non valet, *Viuius lib. 1. decis. 136.*

De Conscientia.

444 QVando aliquid committitur conscientiæ alicuius, non valet eius dictum vel sententia sine iuramento, exemplum est in teste, cuius dicto non statur sine iuramento, *vt habetur in l. iurisiurandi C. de testibus in c. super quæstionibus ext. eo.* & generaliter loquendo, quando ex forma statuti, vel alicuius alterius dispositionis, standum erit alicuius dicto, in aliqua re vel causa: Nam tunc non stabitur dicto eius, nisi primò ille talis iurauerit, sic esse, vel sic sibi videri: *ita dixit Angelus in repe. l. si vacantia, C. de bonis vacantibus lib. 10. in 2. colum. vbi dicit: quòd licèt ex forma statuti debeat stari simplici verbo Nuncij: quòd tamen eius dicto non stetur, nisi primò sit iuratus: allegat ad hoc bonum tex. in l. Theopompus, ff. de dote præleg. Angel. & Paul. de Castren. in l. de pupillo in §. qui ff. de noui ope. nun.* dixerunt, quòd vbi committitur aliquid conscientiæ alicuius, per legē vel per principem: si vult, quòd eius sententia valeat, nec possit infringi: requiritur, quòd ante eius declarationem seu sententiam iuret, quòd ita dictet sibi conscientia sua, *Hipp. de Marsi. in sing. suo 402. incip. Quantæ vtilitatis.*

445 Et quòd ea quæ dependent ex conscientia, probentur iuramento: notat per varia & multa exempla, Hippo. *de Marsi. in repe. Rubr. C. de proba. à num. 122. versic. item iuramentum vsque ad num. 151. & ibi in legendo inuenies bona. (Geyl. 2. obseruat. pract. 48. nu. 24.)*

Et nota, quòd iudex non debet iudicare secundùm conscientiam suam, sed secundùm allegata & probata, *gloss in l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præsidis. vide tamen notabile singulare, Hippo. de Marsi. 266. incip. iudex debet. Vbi mouet prædictæ Theoricæ vnam limitationem. Vide.*

446 Interdum etiam commissum conscientiæ, importat arbitrium boni viri, *Alexan. de Imo. in consi. suo 118. in prin. vol. 5. per l. fideicommissa, §. quanquam, ff. de legat. 3.*

Quomodo & quando actio conscientiæ potest committi, & sic iuramento decidi, *vide text. addi. & gl. in Arti. 6. lib. 1. & Arti. 22. lib. 2. Landr. Dd. in l. de manifesta C. de rebus credi. cum similibus. (vbi traditur, posse reo deferri iuramentum iudiciale ab actore, etsi is nihil probauerit.)* ¶ Nota tamen in praxi, quòd ante litis contestationem de iure ciuili, & ante præstitam guarendam de Iure Saxonico, ad conscientiam licet saltem agere: postea verò non, *(non probatur illis hæc sententia, sed tantùm de mutatione libelli Dd. loquuntur.) adde gl. & Dd. in dictis & allegatis locis: & tetigi suprà in versic. de clausula, saluo iure corrigendi addendi minuendi: & in versic. de clausula vnd thut ihm Kläger diese Wahle fürbehalten, &c.*

Est autem conscientia, *vt inquit Bald. in consilio, Schismatis, posito post Rubricam C. si quis aliq. testa. probi.* dictamen rationis, & cognitio sui proprij cordis, *& in c. Innotuit. de Electio. dicitur:* Quòd sit scientia clausa in mente, quam Deus associauit animæ, vt eam reprehenderet de erroribus, & est de apicibus animi. ¶ Et quòd bona fides causans præscriptionem, tanquam dependens ex conscientia, probetur iuramento, *notauit D. Schneid. in titu. Institut. de vsucap. §. 1. vbi collige requisita ad præscriptionem num. 27. & 28. cum sequentibus & num. 3. vide ibidem limitationes, & sic habes aliquam materiam de conscientia. Vide ea quæ suprà notaui in litera A. versic. de Anima.* 447

De conscientia, quòd mille sit testis, & semper arguat hominem, benè & malè actorum, pulcherrimè, *Pet. Greg. Tholos. comment. in prolegom. Syntax. art. mirab. c. 10. fol. 138.* ¶ Item de conscientia, *vide Iason. in §. sed istæ num. 100. cum multis sequent. Inst. de act. & Iohan. Riuium in libris trib. de conscientia, qui editi fuerunt Anno 41.* ¶ In conscientiæ foro, spectatur veritas & conscientia, *Dauth. de testam. num. 444. fol. 453. Dom. Magdal. de num. test. in testam. requis. p. 3. num. 54. & seq.* ¶ Duos in eadem controuersia bonam caussam fouere posse. *Dauth. d. loco.* ¶ Quando aliquid committitur conscientiæ, non potest ll. transgredi: & non est ea, quam quis sibi fabricat: nec tribuit meram & liberam facultatem, sed importat arbitrium boni viri, *Tiraq. to. 5. tit. res inter alios acta. lim. 5. fol. 98.* 448

De consensu in contractibus.

COnsentire videtur, qui præsens non contradicit, *l. 2. ad municip. l. 7. in fin. de decurionib. l. 1. C. si filiusfamilias, lib. 10.* 449

¶ Licèt in omnibus contractibus consensus requiratur, *vt notatur per gloss. & Dd. in l. 1. ff. de pactis,* cùm contractus non reddatur in inuitum: *l. inuitum C. de contrahen. empt. & l. sicut C. de actio. & obliga.* tamen solus ille consensus in aliquibus contractibus non sufficit, ita quòd sine alio adminiculo producat obligationem & actionem. In contractibus enim qui re celebrantur, præter

ter CONSENSUM partium, necesse est REM quoque interuenire. Vt in mutuo: Licèt enim centies tecum conuenirem de pecunia mutuanda, tamen ex tali conuentione nunquam tibi obligor: nisi pecuniam actualiter numeres. *Vt in tit. Institut. quibus modis re contrahitur obligatio. in prin.* (Hic datur occasio cogitandi de materia non numeratæ pecuniæ, quia ex cautione mutui exposita post biennium potest agi ad mutuum: & non datur debitori exceptio non numeratæ pecuniæ, etiamsi reale mutuum non interuenerit, *de qua materia vide tex. gl. & Dd. in tit. C. & ff. de non numerata pecunia.*)

450 Sic etiam in stipulatione, licèt necessarius sit consensus, *l. 1. vers. adeo autem & ibi gloss. super verbo consensum, ff. de pactis,* tamen non sufficit. nisi verbis exprimatur, debita solennitate obseruata, vt præcedat interrogatio, & sequatur responsio, *de quo in tit. Institut. de verb. obliga.*

451 Sed in contractibus emptionis & venditionis, mandati, societatis, & locationis, *qui enumerantur in tit. Inst. de obl. ex cons.* SOLVS CONSENSVS sine vllo adminiculo producit efficacem obligationem & actionem, etiamsi res non actualiter interueniat, *vt in d. titu. Institu. de oblig. ex consen.*

452 Nec requiritur scriptura, vt in literarum obligatione: nec præsentia contrahentium, vt in stipulatione: quia etiam inter absentes, per Epistolam, Nuncium, vel procuratorem celebrari possunt. *prout est tex. in d. titu. Institu. de ob. quæ ex consensu,* quem text. Ang. notat ad hoc: vt quoties lex dicit, aliquid inter absentes fieri posse: intelligatur, organo medio interueniente Nuncij, vel Epistolæ, quod intellige ad hoc specialiter destinati vel destinatæ, *vt l. consensu, & ibi Bar. ff. de actio. & obliga. & l. 1. in fi. & ibi gloss. ff. de contrahen. emp.* item nec solennitas verborum necessaria est. Imò etiam sine verbis hi contractus perficiuntur, dummodò per facta & signa consensus declaretur.

453 Ideò muti & surdi etiam hos contractus celebrare possunt: imò etiam non opus est verbis inter eos qui loqui possunt, *secund. Fabrum in d. titu. de oblig. quæ ex consensu,* qui ibi subiungit, quòd illi qui apportant piper de terris orientalibus. quia nec intelliguntur, nutu & signis vendunt, quando non habent interpretes: & sic nota materiam consensus circa contractus: de grauioribus est cogitandū. vide *quæ suprà notaui in litera A. in vers. de animo.* Sed nota, faciens contractum cum aliquo, intelligitur præstare consensum necessarium ipsi contractui: licèt hoc expressè non exprimat, *dicit & declarat, Hippo. de Marsi. in sing. suo 447. incip. faciens contractum,* & sic in contrahente præsumitur consensus.

Consensus tacitus sufficit in leuibus, 454 *Seb. Medic. reg. 5. verb. consensus.* ¶ Tria canonizant actus, scientia, voluntas: & potestas, *Raud. de anal. lib. 1. c. 34. n. 36.* Hinc dici solet: consensum, & voluntatem esse radicem humanorum actuum, & eam substantiam vocamus: quia sine illa nulla est subsistentia, *n. 37.* & omnem actum beneplaciti esse sine anima, si non est formatus consensu requisito: & carere spiritu essentiali, *n. 38.* & sine potentia nil ad actum deduci. & sine voluntate in l. consensu perfici: & id nos posse, quod iure possumus, *n. 39.* & potentiam esse principium cuiuscunque effectus: adeò, vt vbi deficit potentia, in qua inspicimus initium incongruum reputatur: & ibid. plura de facultate vel potentia.

Consensus necessarius differt à volun- 455 tario. & non præiudicat consentienti, *Caual. dec 33.* ¶ Consensus, autoritas, licentia, & consiliū. quando de substantia actus, forma & solennitate qui geri debet, præsumatur, *Menoch. lib. 6. præs. 34. Simoncell. de decret. in præf. n. 50. & seqq. & 53.* ¶ Autorari sibi ipsi vel in causâ in qua quis habet interesse, nemo potest, *Lud. concl. 7.* Consentiens in actu in quo habet interesse, regulariter sibi præiudicat, *Lud. concl. 7. Gabr. lib. 3. de rer. alien. concl. 2.* ¶ Consensus quando præiudicet, & cuius sit effectus, multis declarat, *Medic. de nou. p. 2. q. 1. fol. 69.* & quid in materijs diuersis, *Prateius de R. iur.*

De Consensu matrimoniali.

CONsensu contrahitur matrimonium, *l.* 456 *nuptias, ff. de reg. iuris.* Requiritur tamen, quòd declaretur verbis vel factis, *secundùm Panor. in c. pe. ad finem de sponsalibus.* Requiritur etiam, quòd iste consensus sit liber voluntarius & non coactus, *c. cum locum, de sponsal.* & tandē de consensu contrahentiū, (*Et tacitus sufficit: qui tamen tum præsumitur, si metu reuerentiali filij taceant, Geyl. 2. obs. pract. 93. n. 22.*) de consensu parentum, (*iure canonico non requiri, tradit Geyl. 2. obs. pract. 93. num. 3.*) de consensu tutorum vel curatorū, ad contrahendum matrimonium, qualis quando & qualiter adhibeatur, vide D. Schneid. *in suis commentarijs ad titu. Inst. de nuptijs, vbi colligit, 3. 4 & 5. requisitū ad contrahendū matrimonium.*

Quis autem error eiusmodi consensum 457 matrimonialem excludere possit qui est personæ, (*Error personæ excludit consensum. non item error fortunæ & qualitatis. Sanè error conditionis seruilis, puta, si quis cum liberâ contrahere se existimet, vitiat promissionem*) fortunæ, conditionis & qualitatis vide tex. *in decret. 29. q. 1.* & tandem de matrimonio metu contracto vel

cto vel etiam dolo, vide elegantissima apud Geyl. *in obs. 93. lib. 2. obser. Cam. Imp.* (*Metus requiritur, qui in constantissimum virum vel fœminam nam in hac minor metus sufficit, cadat: & tunc matrimonium est ipso iure nullũ, nisi per subsequentem copulam metus purgetur. Dolus etiam requiritur, qui cadat in virum prudentem: dummodò dolus ille interueniat circa substantiam matrimonij: nam si accidentalia tantùm respiciat, vt si alicui persuadeatur, sponsam esse diuitem, aut contrahentem institutum iri hæredem, matrimonium subsistit.*)

De Consensu partium, litigantium in iudicio.

458 Sententia debet proferri in scriptis, *l. 2. & 3. C. de sen. ex breu. reci.* tamen ex consensu partium potest fieri, vt sententia non feratur in scriptis: item in sacramento testis, quòd remitti potest: de libello, iuramento calumniæ, & litis contestatione, vide Anto. Corset. *in sing. suis in verbo sententia 10.*

459 Consensus partium quid operetur, *Med. d. lo.* vbi plures casus, in quibus non operetur, & quibus operetur.

De Consensu propinquorum vel amicorum, in contractibus adhibendo vel adhibito.

460 Nota, quando amici vel propinqui interfuerunt contractui, & dederunt suum consensum: quòd tunc cesset suspitio doli, fraudis, & metus, *secundùm tex. gl. & Dd. in transactionem C. de transactio,* (*Geyl. 2. obseru. pract. 125. n. 5.*) sed iste interuentus & consensus amicorum, non præsumitur ex diuturnitate temporis: contra doctrinam, quæ est, quòd diuturnitas temporis operetur præsumptionem, quòd omnia sint sollenniter acta, *per l. si filius, & ibi Dd. C. de peti. hæredi. dixit Bl. in l. 2. C. de legi. hæredi. Hippol. de Marsi. notauit in singu. suo. 323. incip. diuturnitas, in fine.*

461 Nota, quando minor habet vnum consanguineũ ex parte matris, quòd possit interesse contractui: stante statuto, quòd duorum consanguineorum consensus requiratur: & in casu, quando non volunt consentire, quòd potest minor causam deferre ad superiorem, *Ant. Corse. in sing. suis in verbo statutum 21.* ¶ Et statutum quando certum numerũ præsentium requirit, non vitiat contractum, quando plures interfuerint contractui. *Idem Corse. in sing. in verbo statutum 22.*

462 Sed nota, quando consanguinei mulieris discordant in consentiendo contractu, quòd tunc iudex se interponat & suppleat, *Bart. & Moder. in l. si cum dotem, §. eo. autem ff. sol. ma. Ca. in c. tute de Clericu non resi. & per illos Io. de Arno. in sing. suo 21. incip. sunt vocati.* ¶ Statutum, vt mulier contrahat cum consensu propinquorum, an & quando locum habeat: (*habet locum in contractibus mulieri damnosis, non autem in vtilibus.*) Item consensus an præcedere actum debeat, vel an satis sit vt subsequatur, (*si consensus requiritur ab eo, qui nullum habet interesse, & ad integrandum personam contrahentis: videtur requiri pro forma, & in ipso actu interuenire aut eum præcedere debet: at si requiratur ab eo, cuius interest, vel etiam à superiore vt confirmet actum, ex interuallo sequi potest. Nota, statutum requirens consensum propinquorum, verificari etiam in vno, si plures non extent. Geyl. 2. obseruat. pract. 111. n. 5.*) notat Mynsing. *in obs. 34. cent. 2.*

De Consensu partium in iudicem.

Consensus partium in iudicem, facit suæ iurisdictionis prorogationem, *l. 1. ff. de iudicijs.* nisi iste consensus sit erroneus: nihil enim tam est contrarium consensui, quàm error. *de ista materia habetur in l. 2. ff. de iudi.* ¶ Et aduerte hic ad vnum notabile: quòd per dationẽ fideiussoris de iudicio sisti & de iudicato soluendo, satisdans non dicitur consentire in iudicem: adeò quòd postea non possit opponere exceptionem declinatoriam, *Bar. & alij in l. si conuenerit, ff. de iuris. om. iudi.* quia in tali fideiussione subintelligitur: nisi ex iusta causa iudex recusaretur, *quod etiam probatur in Authen. offeratur, C. de litis contesta. vbi post satisdationem datur tempus ad deliberandum: vide duas istius doctrinæ limitationes apud Hippo. de Marsi. in sing. suo 227. incip. per dationem.* 463

Nota vnum: protestatione declaratur dissensus protestantis, vbi aliàs consensus præsumeretur, *c. cum M. Ferr. ext. de Const. pr.* & sicut consensu contrahitur obligatio: ita dissensu dissoluitur, *l. nihil tam naturale, & ibi nota. ff. de reg. iur.* 464

De Consilio.

De Consilio seniorum omnia facere debet magistratus, Schneid. *in pr. hic finit. lex deinde. n. 2. & 3. in vsib. feud. lib. 2.* ¶ Nota, sententia est ferenda de consilio assessorum & peritorum, *Ang. in tract. malefi. versi. de consen. & delib. omnium suorum assessorum, & notat Specu. in tit. de requis. consilij, per totum.* ¶ Sed nota vlterius: quando producitur consilium iuris ad acta, vt secundum istud feratur sententia: quòd de isto parti aduersæ debet dari copia, ne iudex circumueniatur ex falsis allegationibus, *secundùm Lud. Rom. in sing. 266. incip. fui interrogatus, & Specul. in tit. de instru. editio. §. videndum restat versi. illud autem n. 10.* ¶ Sed dans consilium fraudulentum, quòd teneatur ex isto: econtrà autem quòd ex non fraudulento non obligetur, notat tex. gloss. & Dd. *in l. consilij, ff. de reg. iur.* ¶ Item dans 464

dans consilium ad committendum maleficium, quando, quatenus & ad quid teneatur, & qua pœna veniat puniendus, vide Ang. *in tract. suo de malefi. versi. & Sempronium, Rudolphi Barbitonsorem de Florentia mandatorem, & ibi vide differentiam inter mandatorem, persuadentem, & consilium dantem*, ad hanc materiam menti sunt tenenda verba, Bart. *in l. non solum, §. si mandato, ff. de iniu.* qui dixit: quòd omnes actus, qui fiunt verbis tantùm, & sic gratia facientis, & non gratia consulentis possunt dici consilium, *vt probatur in l. furti, §. consilium, ff. de fur.*

466 Sed quando peruenitur non tantùm ad verba, sed ad actum, tunc quis dicitur præstare opem, *d. l. in furti, §. ope. de fur. refert, Ang. in tractatu suo de malefi. in d. versi. & Sempronium Rudolphi.* ¶ Reuocatio consilij, ne ex isto teneatur, sic fiat. Quòd si meo consilio, & mea persuasione solùm incepisti hoc facere, oportet, quòd tibi persuadeam contrarium, quòd sim certus, te mutasse propositum, aliàs debes denunciare ei, in cuius persona maleficium debet committi, vt se custodiat, ne offendatur, *Ang. in d. suo tract. malefi. d. versi. Sempronium, in quæst. 23. nu. 45. allegat Innoc. in c. ad audientiam, ext. de homic. & ibi quoq; vide Ang. de reuocatione mandati, sic habes aliqua in materia consilij. (non minus ex mandato quam ex facto homicidio pœnam capitalem sequi, & ita sæpè obseruatum se meminisse VVesenb. tradit in tit. ad L. Corn. de sicar. num. 17. Ang. in statutis, mandantē non teneri eadem pœnā cum faciente ex statuto imposita, sed pœna iuris communis asserit.)*

467 Ex consilio regulariter nemo obligatur, *l. 2. ff. Mandati*, vbi est bonus textus, qui huius reddit rationē, *vide fall. ibid. in gl. text. est in §. tua tamen gratia, Inst. Mandati, vide tamen ibi gl. quæ ponit fall. & est ordinaria.* ¶ An ex consilio quis teneatur, vide *Ias. latè post Bl. in l. 1. in 4. col. C. de seru. fug. Petrum de Bell. q. 354. l. 2. & ibi Br. & gl. ff. Mandati.* ¶ Aduocatus si dedit malū consilium, non tenetur, nisi dolo hoc fecerit, *ita Br. in l. Mandatum ff. Mandati.* ¶ Consilium si per imperitiam Doctor dedit, vel per errorem, & virtute illius est secuta sententia, tenetur ad satisfactionem illi, contra quem est lata sententia, *vide Corf. in Repert. Abb. in verb. Doctor, vide Ias. in l. 2. ff. quod quisq; iur. in 1. col. & Abb. in c. tua nos, ext. de homicid.* ¶ Assessor potestatis quando de consilio teneatur, *vide Dec. cons. 8. vol. 1. vbi latè de hac materia.* ¶ Circa materiā consilij varia habes, *per Br. in l. 1. §. si plures, ff. de exerc. Canonist. in c. cum olim. de Arb.* ¶ Consilium periti malum, excusat ab ignorantia iuris, ne error iuris sibi noceat, *Br. in l. in bonorum de bonor. possess. & DD. in l. iuris ignorantia, C. qui admitt, vbi Ias. hanc reg. 4. modis limitat.* ¶ Qui peritiorem consultat, & eius consilio facit, debet ei credere, non tamen eius consilium sequi tenetur, *Bar. in d. l. in bonorum, ff. de adm. tut. l. Titium & Mæuium in pr. eod.* ¶ Ex consilio, quod quis dedit in perniciem alterius, tenetur l. si quis seruo. C. *de furt.* ¶ Quomodo puniatur, qui dat consilium ad delictum, vel suadet, vel adiuuat, vide Fel. *in c. 1. de off. deleg. & Abb. in d. c. 1. Br. in l. is qui opem, ff. de furtis.* ¶ An autem is, qui dat consilium ad delictum, videatur dare opem, *vide Br. in l. in furti, §. ope in fin. de furt.* ¶ Doctor si consuluit in causa aliena, an idem teneatur sequi in causa propria, *vide Alex. post alios in l. 1. ff. quod quisq; iur.* ¶ Consilium quis mutare potest, *l. fin. §. pen. C. de furt.* ¶ Item illud mutare est sapientis, *gl. in l. quod sæpe, in verb. ad numerauerit, ff. de contrah. empt. c. non debet, de consangu. & affin.* ¶ Et errorem emendare sapientis est, *c. inter hæc hircum el. 1. de pœn. dist. 3.* ¶ Et Doctor contrarium illius, quod consuluit, consulere potest, si hoc iustius sibi videbitur, *vide in verb. Doctor.* ¶ Consilium suum tamen in damnum alterius nemo mutare potest, *l. nemo potest, de R. I.* ¶ Consilium Imperatoris, vel Papæ, sunt pars corporis principis, *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. c. felicis, de pœn. in 6.* Et ergo etiam contra eos crimen læsæ Maiestatis committitur. Consiliarij ciuitatum hodie Decuriones dicuntur, *Br. in l. 1. C. de Dec. lib. 10. vide alia, quæ hic forsan requiris, infr. in verbo Doctor.*

Consilia Dd. non sunt authentica, nisi subscriptio & sigillum addatur, *D auth. l. ad testium. 22. §. si quis ex testib. num. 11. de testam.* ¶ Quis debeat incipere ad votandū in consilio sapientum, & vtrum præsidens possit ferre sententiam cum vno, aut duob. votis doctorum de consilio, vbi maior pars dominorum eiusdem sunt in voto contrario, vel de necessitate habeat sententiare cum votis maioris partis, *Afflict. decis. 1.* 468

De Consorte eiusdem litis & rei.

LIcèt plures sint consortes eiusdem rei: tamen quilibet potest pro parte sua agere & defendere, *Bal. in l. 1. C. de consor. eius lit.* & consors litis, post litis contestationē, pro consorte potest agere & defendere sine mandato, præstita cautione de rato, vel si iudicatū solui satisdatione firmauerit, *faciunt tex. Bal. gl. & alij Dd. in l. 2. d. tit. C. de consor. eiuſ. litis.* 469

Consors quis etiam dicitur ratione minimæ partis, *Seb. Medic. reg. 5. lim. 12. fol. 221.* 470

De Constitutione.

COnstitutio est lex in scriptis promulgata, *colligitur ex Rubri. ext. de constitutio.* ¶ Sed constitutio vt sit valida, requiritur, 471

 quòd

quòd sit æqua, iusta, & vniuersalis, *c. erit autē lex 4. dist.* debet fieri maturè & pensatè, nō autem præcipitanter, & exabrupto, *c. alma vers. diligenti habita deliberatione de senten. exco. in 6. l. 1. ff. de legibus.* ex quo sequitur, quòd constitutio facta ad rumorem populi non tenet, *tex. in l. si priuatus, ff. qui & à quibus, & alia not a. per Andr. Sicu. Barba. in pro. Clemen. §. quoniam nulla colum. 37.* & non debet per illam dari facilis occasio ad delinquendum: aliàs tanquam iniqua reprobatur, *l. conuenire, ff. de pact. dotal. c. quemadmodum & c. etsi Christus versi. quædam enim, ext. de iureiu. dicit Lud. Rom. in sing. suo 714. incip. iudex potestatis.*

472 Habet suos effectus saltem ad futura, non autem ad præterita: nisi in illa nominatim de præteritis caueatur, *c. 2. & c. fin. ext. de constitut. & vide Anton. Corset. in singul. suis in verbo. cassatio per c. quæ in Ecclesiarum, de constit. & notauit Geylius in speciei, super constitutionibus Caroli 5. de redditunm emptionibus Augustæ anno 1530. & 1548. promulgatis, vbi quærit, an ad causas præteritas extendantur, (& respondet non extendi.)* ligat saltem in territorio constituentis existentes, *Dd. in l. cunctos populos, C. de sum. tri. & fi. ca. in l. fi. ff. de iuris. om. iud. & ibi vide Hipp. de Marsi.*

473 Ligat post duos menses à tempore publicationis, *gloss. fi. in d. c. 2. de Constitut. vide quæ notaui infrà lit. P. versi. de publicatione statuti.* Suprà dictum est, quòd Constitutio sit vniuersalis: quæritur ergo, an liget Constitutio constituentem ipsum, ipsius filios, filias, fratres, sorores, vel vxorem? disputat pro & contra, & decidit quantum ad liberos & alios in affirmatiuis Roland. *à valle in cons. suo 86. n. 38. vsq. ad finem.*

474 Constitutio Principis in personam concepta, obligat ciuem vbique locorum, *Bodin. de Repub. c. 6. in fi. fol. 65.* ¶ Constitutio respectu criminis vel iniuriæ, est odiosa: respectu personarum autem, quibus crimen intenditur, fauorabilis, *Couar. var. resol. c. 11. num. 5. lib. 1.* ¶ Constitutio partim odiosa, partim fauorabilis, censetur omnino fauorabilis, *Couar. ibid.* & in principaliter in fauorem facta, *lim. ibid.* ¶ Constitutio, epistola, decretum, edictum, sanctio quid, *Pet. Greg. l. 1. part. iur. Can. tit. 1. c. 9.* ¶ Sanctio pragmatica quid, *Pet. Gregor. in lib. de iu. arte c. 8. num. 8. 9. 10. allegat hunc in part. iuris Canon. lib. 1. tit. 1. c. 14.*

De Consuetudine.

475 Consuetudo secundùm Salice. *in l. de quibus, ff. de legibus in 4. contrario,* capitur tripliciter. Nam (dicit) aliquando sonat in merum factum, ex quo nullum ius resultat, & est quædam assuefactio, *ita intelligitur l. vel vniuersorum, ff. de pig. actio. facit l. si seruus, §. fi. ff. de vsuris l. hæres palam in fi. ff. qui testa. fac. poss.* sed quòd hæc consuetudo in stipulationibus & cæteris contractibus spectetur pro exquirenda veritate atque consuetudo regionis, notat & dicit D. Oldendorp. *in explica. noua Antino. iuris Anti. in reg. ff. semper in stipulationibus, Antinomia 3.* & istam assuefactionem non tantùm hominibus, sed etiam brutis competere, notatur, *in tit. Institut. de rerum diui. §. Apium.* ¶ Aliquando consuetudo, quæ sonat in facto, sonat etiam in iure: vt dicimus de possessione, quæ est iuris & facti, *prout notatur in l. 1. ff. de acqui. possess.* ¶ Aliquando consuetudo consonat in ius, & est nomen iuris, quod descendit ex tacito consensu populi, & istud dicitur ius non scriptum, *de quo in tit. Instiut. de iure natura. gen. & ciui. & in l. de quib. ff. de ll.* An consuetudo contra ius diuinum possit induci, vide Marant. *par. 3. num. 46.* ¶ Et quia ista materia consuetudinis est latissima & profunda, igitur remissiuè de illa breuiter sic notabo: *vide D. Schneide. in d. titu. Institut. de iure naturali gen. & ciui. in §. ex non scripto.*

1. Cum Aretino ibid. ponit definitionem & facit diuisionem, quamuis aliam quàm Aretinus. 476 ¶ 2. Docet, quis possit inducere consuetudinem. (*VVesenb. in parat. ff. tit. de legibus, num. 8. inquit: populum, etsi superiorem recognoscat, consuetudinem inducere posse, nec requiri, vt quidam volunt, superioris scientiam aut patientiam, sed sufficere, si princeps non contradicat. & hanc sententiam vsu receptiorem esse ait. Cæterùm omnes illas disputationes inutiles, an consuetudo induci possit à muliere, minore, familia, etiam ab vno homine. Nec enim considerari, à quo sit orta consuetudo, id quod plerumq. vt in vetustis sciri pon possit, sed an in notitiam & vsum popularem transierit.*) ¶ 3. Quæ requirantur ad hoc, vt valida consuetudo introducatur. ¶ 4. Et vltimò de effectib. consuetudinis. (*Iudex secundùm consuetudinem iudicare debet, ne litem suam faciat. Geyl. 1. obseruat. pract. 36. per tot. ea enim est optima legum interpres. & vera interpretatio à practica sumitur ideoq. ab antiqua practica non est recedendum. Geyl. 2. obserua. pract. 52. num. 19.*) Sed de consuetudine & requisitis eius, (*Requiritur primùm præscriptio decennij nimirum, idq. iure ciuili indistinctè obtinet, siue præter ius siue contra ius inducatur, nisi agatur de reseruatis principi, tunc enim immemoriale tempus requiritur. Secundò requiruntur tot actus, ex quibus verisimiliter in notitiam populi peruenerit, adeò vt interdum duo, si ita insignes sint, sufficiant etiam extraiudiciales, quæ communis est opinio (Dec. tamen cons. 8. num. 67. vol. 3. in l. de quibus omnes tradere ait, requiri, vt bis in contradictorio iudicio obtenta sit, vbi etiā de consuetud. in præc. & seqq. disputat) quam etiā Camera sæpè secuta est. Tertiò, tacitus populi consensus, qui est causa proxima consuetudinis, adeò vt ille sufficiat, si coniect. saltē haberi potest, & tum nō est curandū de actu-*

actuum frequentia, & hæc communis eſt ſecundùm. Guid. Sanè ſi errore, qui conſenſũ vitiat, inducta ſit, nõ valet. Quartò, Vt rationabilis ſit, quod ſecundùm communem iudicis arbitrio relinquitur. Geyl. 2. obſ. pract. 31. per tot. Mynſ. cent. 6. obſ. 41. Hinc traditum eſt, conſuetudinem nutrientem peccatum non valere, nec peccatorem in peccato defendere. Geyl. 1. obſ. pract. 12. n. 3. & non valet conſuetudo, vt bona naufragorum in commiſſum cadant, idem Geyl. 1. obſ. pract. 18. per tot. nec cõſuetudo, vt Dominus ſolus eligat: vt nec illa, vt actori vltra legitimam probationem adhuc iuramentũ iniungatur, Geyl. 2. obſ. pract. 34. per tot. nec iuramentũ calumniæ cõſuetudine remitti poteſt. Geyl. 1. obſer. pract. 85. n. 3. quod tamen fallit in conſuetudine immemoriali, vt ibi per eun. n. 4. & ſeqq.) vide ea, quæ pulcherrimè docuit Geyl. *obſeru. 31. lib. 2. obſer. Camer. Imp.* Item Mynſin. eleganter notauit axiomata 17. *in reſponſo ſuo 13. decadis 2. ſuorum reſponſo.* conſuluit optimè Decian. *in conſ. 51. vol. 2.* docens, ibi quomodo quælibet conſuetudo, in ſua ſpecie tam in iudicio ordinario, quàm extraordinario, apud arbitros vel apud arbitratores agitato, per teſtes vel ſcripturas, legitimè & benè probetur: qualiter teſtes recipiantur, examinentur, & quid ad obtinendũ eam neceſſariò probẽt. ſed inducit modum probandi alium in cõſuetudine ſpeciali, alium in generali, alium in conſuetudine temporis longi, alium temporis longiſſimi 30. vel 40. annorum, alium temporis, cuius initij non extat memoria: & qui teſtes potiſſimè præferantur in probatione illius. Item præſcribit ibi alium modũ probandi conſuetudinem diſpoſitiuam, & alium in probando conſuetudinẽ interpretatiuam. Nam leuiori (dicit) lex eſt contenta probatione, *Decia. aliqua in conſ. 62. vol. 2. num. 24. & in ſeqq. (Summam probationis concludunt Geyl. & Mynſ. d. locis, non ſatis eſſe, eos deponere conſuetudinem talem eſſe, ſed in actibus ipſis ſemper cum minimùm duos teſtes debere conſentire: niſi conſuetudo notoria ſit aut immemorialis, tunc enim leuior probatio ſufficit.)*

Aretinus *in d. §. ex non ſcripto*, tradit differentias conſuetudinis & ſtyli: differentias conſuetudinis & præſcriptionis.

477 Conſuetudo quomodo, per quæ tempora, & per quos actus inducatur, *Coraſ. de arte iuris, lib. 2. cap. 19. & 20.* quæ ſit præſcriptibilis, quomodo articulanda & probanda, & tandem quos liget: hæc & alia bona vide apud d. Aretinum, *in d. §. ex non ſcripto.* ¶ Pro complemento materiæ conſuetudinis, vide *Rochum, Curtium, Abba. & alios Dd. ad c. fina. ext. de conſuetud.* & in c. conſuetudo, 1. diſtinct. dicitur, quòd ibi conſuetudinis materiæ ſit ſedes ordinaria. ¶ Et præcipit lex, *(Morem iudiciorum obſeruandum docet: Schenck. in c. 1 C. §. 1. de milit. vaſall. qui contumax eſt in uſib. feud. lib. 2. num. 9. per l. ſi quando in fin. C. de iniur. cum ſimilibus,)* vt præſes prouinciæ ad ſolicitudinem ſuam reuocet, ne quid contra longam conſuetudinem fiat, *tex. in l. 1. C. q̃ ſit longa* conſuet. ergo ibi tu nota, quòd lex vult, vt conſuetudo obſeruetur.

De conſuetudine interpretatiua, nempè, quòd poſſit verba, ſtatuta & aliãs diſpoſitiones interpretari, quæ requirantur ad illam, qualiter probari ſufficiat (*videlicet teſtes audiuiſſe ſemper ita obſeruatum, & eam interpretationem ſtatuti veram eſſe, nec opus eſſe vt de alijs requiſitis conſuetudinis aut actibus ſingularibus deponant.*) & quomodo actum vel diſpoſitionem præſertim & maximè alij alicui diſpoſitioni præualere faciat, conſuluit Decian. *in conſ. 44. vol. 2. & ibi de hac conſuetudinis materia habes multa, quem vide: Et de hac conſuetudine interpretatiua, idem Decia. in conſ. 46. vol. 2. num. 121.*

478 De conſuetudine percipiendi vel ſoluendi cenſum, quanto tempore inducat pro vel contra Eccleſiam præſcriptionem. Et quæ potiùs conſuetudo primáne vel vltima ſit ſpectanda: item factum prælati an præiudicet conſuetudini præſcriptæ: item vltima an deroget præſcriptæ: de ijs & alijs vide bona apud Alex. *de Im. in conſ. ſuo 5. incip. ſi vera ſunt ea, vol. 5.*

Et de modo probandi conſuetudinem contra dominum, puta Imperatorem vel principem, ſeu contra reſeruata eorum, (*Cum requiratur immemorialis conſuetudo, contra reſeruata principis deponent teſtes quod communis opinio eſt, non extare memoriam in contrariũ.*) notauit aliqua Roland. *à Vall. in conſ. ſuo 2. num. 121. & in ſeq. vol. 1.*

De conſuetudine, quòd credatur doctori ſaltem præſumptiuè, vt transferat onus probandi in contrarium, dixit Bart. *in l. de quibus, ff. de legibus.* Huic licèt contradicat Alex. de Imo. (*Contrarium, non credi doctori quamuis magnæ autoritatis, communiorem & veriorem eſſe, tradit Mynſ. cent. 6. obſer. 68.*) tamen affirmatur communis opinio, *de quo Decian. in conſ. 17. vol. 2. num. 38. idem Decian. in conſ. 62. eo. volum. 2. num. 24. declarat, de quibus doctoribus intelligendum. (nimirum mortuis, & magnæ autoritatis.* ¶ Nota, *peritioribus, puta doctoribus, aduocatis, procuratoribus deponentibus in generare talenta eſſe conſuetudinem creditur, ex ſententia Bartol. Decian. conſ. 51. num. 80. & ſeqq. vol. 2.)*

479 Conſuetudo illicita non valet, l. fin. de conſuet. *l. non ſolùm, C. de Corrup.* Et mala conſuetudo corruptela dicitur, *c. quòd ſuper his de conſang. & affin. c. 1. de conſuet. lib. 6.* Conſuetudo, de cuius initio non conſtat, habet vim conſtitutionis Imperatoris, *l. ex hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aq. quo. & æſt. c. ſuper quibuſdam, de V. S. Abb. in c. cum nobis in 2. col. de præſcript. l. 1. §. deniq. de aq. pluu. arc.*

¶ An consuetudine extante, quòd masculus filius fœminã excludat, idé in nepote valeat? *vide Ias. in l. de quib. in 5. col. ibi visa theorica de LL.* ¶ Consuetudo vetus dat iurisdictionem, *gl. est in §. iusiurandum in verb. iurisdictionum in Auth. defensor. ciuitat.* Ita etiam dat fidem scriptoribus, *l. sunt quædam, §. nummularios, ff. de edend.* ¶ Consuetudo mulieri dat iurisdictioné, *Abb. in c. dilecti in 4. not. de Arb. gl. in §. nullã in Auth. de def. ciuit.* ¶ Consuetudo regionis est inspicienda, *l. Imper. ff. de contrah. empt.* Et secundùm eam viuendũ etiam in Ecclesia Dei, *c. illa. 12. dist. l. an in totum, C. de ed. c. 3. de eo, qui mitt. in poss. causa rei seru. Abb. in Rub. de const.* ¶ Hinc est quòd consuetudinis transgressor, sicut legis, punitur, *c. in his 11. dist. Ias. in Auth. iubemus, C. de iudic. & in l. de quib. Dd. in §. ex non scripto Inst. de iur. nat. gent. & ciuili.* ¶ Consuetum, & solitum fieri, differunt, *vt per Br. in l. Mela. §. sed & si alimenta, ff. de alim. & cib. leg.* ¶ Solitum illud dicitur, quod semel factum est, ita quòd in vno actu verificatur: sicut insolitum, quod nunquam factum est, *vide supr. in verb. argumentum. §. argumentum à solitis vid. Curt. cons. 19. fol. 94. col. 2.* ¶ Consuetum fieri dicitur necessarium, non arbitrarium, *ita Bl. in l. quicunque 5. coll. vers. Scias etiam, C. de seru. fug. Dec. in cons. 100. in fin. vol. 1.*

Hinc est, quòd consuetum apponi in contractibus, licèt non exprimatur, habetur pro apposito, & consuetudo loci in contractibus attenditur, *vide in verb. contractus.* ¶ Ab eo, quod obseruari communiter consueuit, non est recedendum, *l. minimè. ff. de LL.* & antiqua practica attenditur, *l. planè, vbi Bl. per illum text. ff. de excusat. tut.* Vera enim interpretatio à practica sumitur, *vt dicit Bl. in c. 1. in pr. de feud. sine culp. non amitt. facit text. in c. non dilectus de cons. & 4. dist. c. fin. Dec. cons. 131. volum. 1. in fin. cons.* Hinc est, quod qui id facit, quod communiter homines facere solent, vel quod fieri est consuetum, vel quod maior pars hominum facit, est excusatus, *l. pignus, C. de pignor. act.*

480 Ex consuetudine quæ actio oriatur, vide Br. *in l. si duo, §. si quis iurauerit, ff. de iure iurand. & in l. de quibus, ff. de LL.* Omissio solennitatis in aliquo actu ex sola consuetudine introductæ vitiat actum, *gl. in Auth. vt præp. nom. Imperat. quam refert, & sequitur Abb. in proœ. Decr. Fel. post Abb. in c. 1. de fide instr.* ¶ Consuetudo est facti, *c. 1. extr. de const. lib. 6.* & ergo eam allegans tenetur probare, & super ea possunt fieri articuli, *Paul. de Castr. in l. præscriptionem in 4. col. C. si contra ius, & vtil publ.* Et ergo contra consuetudinem lata sententia valet, tanquam contra factum lata, licèt possit appellari, *vide Iason. in Auth. iubemus, C. de iudic. c. venientes extr. de iureiur. Vide in verb. sententia.* Et ergo non est verum, quòd Doctori asserenti, ita esse de consuetudine, credatur: quia consuetudo, cùm sit facti, probari debet, *Dec. cons. 142. vol. 1. coll. 8. vide Hypp. in pract. causa crim. §. constante, num. 16.*

De consuetudinis probatione, & de quasi possessione ipsius, vide pulcrè Dec. *in cons. 215. volum. 2. in causa vertente, & Alex. in cons. 273. vol. 2. num. 11. Et Corn. in cons. 296. vol. 4. col. 3. sub litera G. & cons. 89. vol. 1. visis actis, & Abb. in c. fin. ext. de cons. Br, Bl. & alios in l. de quibus, ff. de LL. & in l. 2. C. quæ sit longa consu. Et Ang. in §. ex non scripto, Inst. de iur. nat. gent. & ciu.* ¶ Iudex de consuetudine ex officio potest se informare, parte absente & non vocata, & si reperit consuetudinem, etiam per solam famam, potest pronunciare secundùm eam, *vide Alex. in cons. 14. vol. 5. in pr. viso processu causæ.* ¶ Consuetudo in omni materia, an & quando extendi possit, *vide Franc. Curc. ch. 13. col. 4. in tr. feud.* Consuetudo est altera natura, *gl. in l. 1. ff. ad Maced. l. si quis posthumos, ff. de lib. & posth. vbi gloss.*

Non valet consuetudo vel statutum, 481 quod ille, qui legitimis testibus vel instrumentis probauit intentionem suam, cogitur iurare, *textus est clarus in c. 2. de prob. vbi talis consuetudo damnatur.*

Stante diuersitate consuetudinis, à iure scripto non receditur, *vt not. Br. in l. 2. in pr. ff. sol. matr. vide Dec. cons. 11. vol. 1. col. 9. in fin.* ¶ An & quando attendatur consuetudo, quæ vario modo obseruata fuerit, *vide Dec. cons. 11. volum. 1.* ¶ Quando diuersæ sunt consuetudines, seruanda est illa, quæ fauet iuri communi, *l. nemo, §. temporales, ff. de Reg. iur. cum ibi not. Curt. in cons. 2. in fin.* ¶ Consuetudo, vel multitudo à pœna excusat, *gloss. in c. 2. extr. de temp. ord. in verb. antiqua.* ¶ Consuetudo etiam mala, de iure ciuili est seruanda, *gl. in c. deniq. 4. dist.* ¶ Et talis mala & iniqua consuetudo quem à pœna excusat, *gl. est in c. cum venerabilis, vbi Abb. ext. de Consuet.* Hoc tamen est verum in pœna temporali, secus in gehennali, *gloss. in c. denique 4. distinct. Ludou. Roma. in singul. 19. adde Iason in l. 1. ff. quod quisque iur.* ¶ Imò consuetudo excusat Notarium à falsitate, *secundùm Bl. in c. 1. in 2. colum. de feud. cogn. & in Rub. C. de fid. instr.* Et non est in culpa, qui facit id, quod fieri consuetum est, *Br. in l. si pignore, per illum tex. ff. de pig. act. Adde Petr. de Anchor. in c. cum venerabilis. Extrà de consuetudin.* vbi dicit: Quòd licèt consuetudo non valet ad validandum actum,

tamen

tamen ad excusandum quem à pœna; & infert ad q. quòd tempore suo, quidam aliquem detinuit in priuato carcere: qui cùm accusaretur: excusauit se, quòd eius antecessores hoc etiam fecissent: & is fuit excusatus à pœna priuati carceris ratione consuetudinis, *Vide Cæpol. in cons. 30. in pr. in Christi nomine, &c. Ceg. schol. vbi etiam allegat hoc consilium, Petr. de Anch. n. 252.*

Idem Petrus *de Anch. in cons. 272. aliàs est 285.* dicit, quòd est consuetudo Bononiæ, quòd pueri se ipsos lapidibus proijciant: si in tali ludo vel certamine vnus alium occiderit: non punitur talis occisor, vigore consuetudinis, sed excusatur ab homicidio. quod nota pro consuetudine. ¶ Ad præmissa (quòd mala consuetudo excusat à pœna,) vide pulcrè *Hipp, in pr. causa criminali in §. quoniam, num. 97. cum seq.* Sic etiam consuetudo excusat à culpa, *text. est in l. pignus, C. de pign. act. vbi gl. not.* ¶ Consuetudo, & præsumptio, quomodo differant, *vide pulcrè Bl. in Auth. quas actiones in fin. 3. col. mihi, n. 13.*

482 Consuetudo delinquendi in criminalibus, quid contra delinquentem inducat, & quomodo attendatur, per quot vices verificetur, vide Antho. *Blan. in repe. l. fi. ff. de quæstio. mihi, num. 242. cum sequentibus.* pœna quoque quòd augeatur propter delinquendi consuetudinem, *vide Hippo. de Marsi. in sing. suo 378. incip. geminatio actus, & ibi dicit, quòd verificetur consuetudo in duobus actibus.* ¶ Et nota in ciuilibus, quòd in collectarum vel aliorum onerum exactionibus, eorum solutionibus vel immunitatibus, maximè spectetur consuetudo: notat Syluan. *in cons. suo 58. num. 13. vsque ad fin. idem Syluan. in cons. 60. num. 13.* ¶ Et vlteriùs, quòd æquiparetur priuilegio, habeat vim decreti & iustitiæ, notat Alex. *de Imo. in consil. 74. volum. 4.*

483 Et consuetudo an det iurisdictionem ordinariam, (*respondetur quod sic, etiam vt quis sit iudex in propria causa, Geyl. 1. obseru. pract. 1. num. 18. & 1. obseru. pract. 57. num. 13. & consuetudine forum quæritur. Geyl. 1. obseru. pract. 33. num. 15.*) vide apud Anto. *Corse. in sing. suis in verbo statutum 11.* ¶ Appellatione consuetudinis antiquæ vel veteris, an intelligatur præscriptio immemorialis, vel præscripta, notat Syluan. *cons. 60. num. 42, parte 2.* ¶ De mala consuetudine obseruanda vel abroganda, vide Hippo. *de Marsi. in repe. l. 1. ff. ad l. Cor. de Sica. à num. 82. vsque ad num. 90. sunt bona.* ¶ Sed incola an obligetur consuetudinibus & legibus eius loci, vbi incola est, notat Geylius *in obserua. 35. lib. 2.* (*Obligari tradit.*) & ibi declarat, qui veniunt nomine incolarum. ¶ Et consuetudo de rebus vel personis disponens, an extra territorium extendatur: docuit Geyl. *in obserua. 124. lib. 2. obseruat.* (*In rebus non extenditur, nec in personis loco illi non subditis, vide suprà de bonis in diuersis territorijs sitis.*)

Consuetudo de vnione vel coniunctione prolium, quæ requirantur, vt valeat, auff Teutsch die Einkindschafft / Geyl. *obserua. 125. lib. 2. obserua.* (*Cognitionem ordinarij magistratus, & proximorum cognatorum præsentiam, requiri ait: aliàs irrationabilem & corruptelam esse, secusq; priuatæ affectioni permittat.* ¶ *Nota: aliquot exempla consuetudinum, quæ sustinentur, de quibus dubitari poterat, notat Geyl. 1. obseru. pract. 36. veluti: Vt res minorum sine decreto alienentur: Legitima liberorum minuatur, Geyl. 2. obser. pract. 122. Vnio prolium permittatur: Ab interlocutoria in continenti viua voce appelletur: Liberi mercatorum plenè probent, Geyl. 2. obser. pract. 20. n. 6. Inæqualitas dotis & donationis propter nuptias admittatur: Coniuges extantibus liberis in mobilibus sibi inuicem succedant, Geyl. 2. obser. pract. 124. n. 3. 4. In antiqui feudi successione, primum acquirentem ostendere, necesse non sit. Geyl. 2. obs. pr. 140. n. 10. Fideiussor ante principalem conueniatur, Geyl. 2. obseru. pract. 27. n. 29. Hæres etiam inventario non confecto vltra vires hæreditarias non teneatur: Feuda, legari, in dotem dari, & alienari possint: Feminæ cum masculis ad feudorum successionem admittantur: Collectæ forensibus imponantur: Geyl. 2. obser. pract. 52. nu. 17. Vxor pro marito teneatur, & Pater pro filio, & filius pro patre. 2. obs. 90. nu. 1. Item, vt tutores etiam curatores maneant: Geyl. 2. obseru. pract. 96. num. 1. Dominium sine possessione transferatur: Geyl. 2. obseru. pract. 129. num. 13. Vt arresta licitè fiant: Geyl. 2. obseru. pract. 44. num. 10. Vt coniunx superstes: vni liberorum defuncto, solus succedat, quæ tamen variè obseruatur, Geyl. 2. obseruat. practic. 98. num. 7.*) ¶ Quòd contra regni constitutiones non possit induci consuetudo, nisi immemorialis, *notauit Ioan. de Arno. in singular. suo 26. incipien. non habemus.* ¶ (*Consuetudo præscripta tollitur, alia consuetudine contraria præscripta, Geyl. 2. obseruat. practic. 31. num. 5. item per pragmaticam Imperatoris sanctionem cassari potest, ibid. num. 6. quia princeps annullando consuetudinem in habilitat statuentes: Geyl. 1. obseru. pract. 18. num. 1.*) 484

Consuetudo etsi non semper rationabilis, modò tolerabilis & vsu approbata sit, valet, *Bald. in c. vn. num. 4. de feud. cogn. text. c. vn. §. filij, si de feudo. defunct. contr. sit inter Dom. & agn. Borcholt. de feud. cap. 7. parte 2. num. 64.* 485

Consuetudo, quoniam vim potestatem & robur ex tacito populi cōsensu capit, & ex actu extra iudiciū satis abundéq; populi voluntas declaratur, per actus quoq; extraiudiciales inducitur. Nam & in ijs, quæ solo con-

lo consensu inducuntur, nihil operatur iudicis præsentia. *D d. ex §. non scripto, de iure nat. & in l. de quibus, ff. de LL. l. siue apud acta. C. de transact. Coras. de art. iur. lib. 2. c. 19.*

Consuetudo, licèt in scripturam aliquando redigatur, manet nihilominùs consuetudo, estq; vel vniuersalis, vel particularis. Illa per totum viget imperium, hæc in loco certo: Illa communi iuri vbique derogat, hæc in loco vbi viget. Et est consuetudo omnis facti, donec in esse deducitur: ideóq; etiam probanda, & non tantum alleganda est, *VVesenb. in paratit. de LL. n. 8. l. de quibus 32. cum seqq. ff. eod. l. 8. C. de L l. l. venditor 13. §. 1. com. præd. l. 3 §. Diuus de sepulcr. viol. l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuet. vbi Cuiac. in parat. Mynf. cent. 5. obser. 95. & 96.*

In quæstionibus iuris Saxonici consuetudo potissimum attendenda: quippe cũ multa apud nostros antecessores vsu sint introducta, quæ cum verbis iuris Saxonici minimè conueniant: contra verò iure Saxonico multa constituta reperiantur, quæ vsu non sunt recepta, atq; adeò aliter non valeant, quàm si consuetudine approbata fuerint: vt proinde longè fallantur, qui cognitionem huius iuris magis ex verbis, quam ex vsu sibi parare student. *Hartm. Pistor. quæst. 16. lib. 1. num. 11.*

486 Consuetudo quid, & quotuplex, *Pet. Greg. d. lib. 1. tit. 1. c. 11. & 12.* Consuetudo generalis per specialem tollitur, *Knich. in priuil. Duc. Sax. verb. ducum Sax. c. 3. fol. 85. P. Greg. d. loco. c. 13.* ¶ Consuetudo an etiam liget forenses, *Coler. p. 1. c. 3. n. 167. & seqq.* & derogat legi, vel eam vincit, *n. 161. & seqq. & n. 165. lim. 5. ibid. vide & verb. statutum.* ¶ De vi consuetudinis, vt quòd contra consuetudinem pœna illata non infamet, *Menoch. lib. 1. q. 71.* & excedentem formam consuetudinis, legem excedere dicatur, *n. 3.* & consuetudinem statuto fortiorem, *n. 4.* & vbi consuetudo non valeat, ibi nec statutum, *n. 5.* & tenaciter est obseruanda, *n. 6.* & ea actus determinat. *n. 7.* & veritati æquiualet, *n. 8.* & facit silere leges, & Principum Rescripta, *n. 9.* & ea Principum pedibus subiacet, *n. 10.* & secundùm eam præsumitur. ¶ Princeps tribuere facultatem iudicandi, & non contra, *11.* & consuetudo æquitati naturali proxima à Principe tolli non potest, *n. 13.* & illa laudabilis Principem ligat, *n. 14.* & consuetudo excusat à pœna, *Seraph. priuil. 137.*

487 Familia quando consuetudinem introducere possit, *Andr. Knich. in priuil. Ducum. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ, c. 3. fol. 85.*

Consuetudo quando contra ius diuinum efficax, *Capra tr. reg. conclus. 11.* ¶ De consuetudine immemorabili, & eius vi: *Gabriel de præscript. conclus. 1.* ¶ Consuetudo & stylus, quando præsumantur & probentur, *Menoch. lib. 2. præs. 8.* ¶ Mali mores, per consuetudinem liciti non efficiuntur, *Dauth. de testam. fol. 131. vers. eam ob causam.* ¶ Consuetudo idem operatur quod priuilegium, *Dauth. ibid. fol. 132.* Consuetudo quomodo probetur: *Viuius decis. 225. lib. 2.* ¶ Quantum temporis requiratur ad præscribendam consuetudinem, de iure Canonico, *Capra tract. reg. reg. 13. Vide quædam axiomata de consuet. in Medic. de eo nouat. p. 1. q. 1. fol. 72. n. 22.*

Consuetudo contra ius non extenditur, 488
cum sit stricti iuris, *Raud. de analog. lib. 1. c. 33. n. 169.* Consuetudo qualiter per testes probetur, *Thes. decis. 183. n. 3.* Consuetudo, respiciens factum in loco consuetudinis, ligat etiam extraneos, *Rebuff. in constit. reg. in præf. n. 60.* & contrahens censetur tacitè contraxisse secundùm consuetudinem loci, vbi cõtrahit, *ibid.*

De Consequentibus.

QVi vult consequens, videtur & velle an- 489
tecedens: sic, habens mandatum ad sequentia, censetur etiam habere ad præcedentia: & econtrà, qui habet ad præcedentia, censetur habere ad sequentia, per quæ deuenitur ad illa, *tex. est in l. ad rem mobilem, ibidem Paul. de Castrens. & gloss. ff. de procurat. l. ad legatum eod. tit. cum similibus. Menochius in cons. 14. vol. 1. num. 7. & 8. ibi affirmat, D d. vno ore scribere, in concessione vnius actus, venire & ea quæ faciliorem & commodiorem executionem actui præstant.* ¶ In consequentiam multa conceduntur, quæ aliàs sunt prohibita, *Geyl. 1. obser. pract. 19. num. 1.*

In consequentiam multa consequuntur, 490
quæ aliàs principaliter non concederentur, *Geyl. lib. 1. de pac. pub. c. 6. n. 3.*

De Consensu.

DE hac regula: Quòd agentes & consentientes pari pœna sint puniendi, vide 491
quomodo intelligatur, & de quo consensu, *vide Cæpollam cons. 304. fol. 40. fa. 2. n. 9.* ¶ An tacens videatur consentire: *vide tex. in l. legem, C. Locati, & l. item quæritur. §. fin. Loc.* Sed quòd ignorãs videatur prohibere, si expressè non consentiat, *est text. in l. qui vas, §. vetare, ff. de furt. vide Bart. in l. si quis nec causam, §. fin. Si cert. pet.* Tantum operatur consensus duorum in his, quæ pendent à voluntate duorũ: quantum consensus vnius, in his quæ pendent à voluntate vnius, *Alex. in l. cum procurator, ff. de no. oper. nunc. Carol. in l. non solum, §. morte, eod. tt.* ¶ Consentiens & faciens pari pœna constringuntur, *c. 1. de off. deleg. vide gloss. & Bart. in l. hæc verba, ff. de adult. l. consensu. C. de Repub. l. congruit, de off. præsid.* vbi latissimè.

Vide

492 Vide Fel. *post Abb.* de quadruplici consensu, negligentiæ, consilij, cooperationis, & Autoritatis seu defensionis.

1. Negligentiæ, vbi minùs peccat consentiens, quàm agens: nisi esset minùs crassa, & supina ignorantia.

2. Consilij, vbi minùs peccat consentiens, quàm agens: sed plus quàm primus, id est, negligens.

3. Cooperationis, & hîc punitur æqualiter agens & consentiens.

4. Autoritatis siue defensionis, vbi plùs peccat consentiens, quàm agens, & magis punitur, *ita dicit Innoc. in c. 1. de off. deleg. in gl. super verb. pœna, vide Bart. in l. is qui opem, ff. de furt. Vbi ponit formaliter verba Innoc. de his vide Bl. in Marg. in verb. consensus.*

Partium consensus nihil potest disponere vel operari, circa ea, quæ sunt de Substantia, *gl. in c. de causis, de off. deleg. Ias. in l. edita in fin. C. de edend. & in l. non impossibile. ff. de pactis.* ¶ Consensus vtriusque partis facit illud ritè procedere, in quo alias non ritè procederetur, *Br. in l. 1. post gloss. ff. de Ferijs.* ¶ Quomodo autem puniatur opem præstans delicto, *vide Br. in l. is qui opem, ff. de furt. & infr. in verb. crimen. vbi latè de hoc.*

De Contemplatione.

493 CONtractus factus contemplatione alterius, est perinde ac si vnico contextu & eodem instanti in eodemque contractu essent celebrati: adeò vt vno non obseruato, alius quoque non sit obseruandus, *Bal. in l. petens col. 6. C. de pactis.* Et contemplatione certarum personarum quid factũ, debent istæ personæ attendi: & deficientibus istis personis, deficit & ipsa dispositio. Et multa alia bona in ista materia contemplationis, & correspondentiæ seu correspectus, dixit Decianus *in consilio 1. volum. 3. nume. 36. & in alijs seqq.*

De Contractibus.

494 CONtractus in iure trifariam accipitur & considerari potest: propriè, impropriè, vel magis impropriè, *secundùm Plateam in prin. titu. Instit. de obligatio. & Porcium in Rub. ibidem.* ¶ Proprius contractus est, qui hinc inde, vltrò citróque est obligatorius: id est, quando vterque contrahentium obligatur, *l. Labeo §. contractu, ff. de verb. signi.* exempla possunt sumi circa contractum emptionis & venditionis, locationis & conductionis, societatis & in similibus. ¶ Improprius verò contractus est, quando vnus tantùm contrahentium obligatur: vt est in mutuo, vbi mutuans pecuniam, saltem ad reddendum est obligatus, *l. 2. in prin. ff. si cert. peta.*

Magis improprius contractus dicitur, quando ex nulla parte oritur obligatio, sed potius factam dissoluit: vt est in distractu, & liberatione quæ fit per acceptilationẽ, *vt in tit. Instit. quibus mo. tol. oblig.* item in transactione nudo pacto facta, *de quo Bart. in l. siue apud acta, C. de transact.* ¶ Et hæc faciunt ad statuta, vt intelligantur de contractibus proprijs: sunt enim statuta propriè, strictè & secundũ propriam significationem intelligenda, *l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. gestis.* ¶ Triplex est præcipua diuisio contractuum. 1. Est, quòd alius contractus est nominatus alius innominatus. 2. Alius bonæ fidei, alius stricti iuris. 3. Alius est qui alias contrahitur re, alius verbis, alius literis, alius consensu. De cuiuslibet dispositione, proprietate, vsu & declaratione vide D. Schneide. *in tit. Instit. de oblig. §. sequens cũ §. finali remittit ad aliquos titulos sequentes.* Et ibidem *in d. tit. de oblig.* declarat D. Schneidew. quæ sint contractus substantialia, solennia, naturalia & accidentalia, (*Contractus ex conuentione legem accipiunt. Borcholt. in com. feud. cap. 1. n. 17. Geyl. 2. obs. pract. 81. n. 15. & 2. obs. pract. 23. n. 18.*) & declarat ibi, quid iuris de vnoquoque. *Vide ea, quia sunt vtiliss.* ¶ Ex l. *19. ff. de V. S.* colligit Alc. mutuum, stipulationem, & donationem, propriè nõ esse contractus: Sed malè. Nam inter contractus stipulatio disertis verbis numeratur, *l. 1 in fin. de pact. l. 1. § 4. de V. O. § vlt. Inst. de oblig.* quemadmodum & donatio, *vide l. 7. C. de his quæ met. caussa Bell. 2. supp. 2. Br. ad l vlt. de condict. causa data, n. 6.* Contractum nullum esse & contractum non esse seruandum, non sunt eadem: siquidẽ contractus aliquis ipso iure validus esse potest, qui tamen propterea seruandus non est, *Vult. lib. 1. discept. c. 16. in fin.*

De argumento à contractibus ad vltimas voluntates, quatenus valeat in iure, *vide ea quæ notaui suprà in litera A. versic. de argumento à contractibus ad vltimas voluntates.* ¶ Adde, contractus propter iuramenti appositionem, quando dicatur simulatus vel non, & quatenus per illud firmetur, vide Hippo. *de Marsi. in singula. suo 474. incipien. contractus simulatus.* (*Contractui adiectum iuramentum, non auget sed firmat contractum. Geyl. 2. obseru. pract. 23. num. 20. Quare & iurata donatio, licèt insinuata non sit, valet: prout hanc sententiam communem, & propterea ab eâ in iudicando non recedendum, tradit, Geyl. 2. obseru. pract. 39. per tot. sic donatio inter coniuges vigore iuramenti sustinetur: vt & mulieris renunciatio Senatusc. Velleiano facta, etsi de eo certiorata non sit, Geyl. 2. obseruat. pract. 40. per tot. vbi & alia exempla adducit: idem in contractu minoris iurato. id. 2. obser. vbi & beneficium in integrum restitutionis minori denegari ait.*) 495

In con-

In contractibus etiam attenditur, quod fieri solet, & est in illis validum argumentum à solitis, *l. illud, & ibi Barto. ff. de excus. tuto. l. vel vniuersorum, ff. de pigno. actio. per illa Hippol. de Marsil. in singula. suo 495. incip. In contractib.* ¶ Contractus censualis in quo differat à contractu emphiteutico, ita quòd propter cessationem soluti census non ita cadit à iure suo, sicut emphyteuta non soluens canonem, (*in emphyteutico contractu vtile tantùm dominium transfertur, sub pacto canonis in signum recognitionis soluendo: in censitico verò directum & vtile, licèt eius Dominus censum debeat. v. Mynsi. cent. 3. obserua. 65. & dictum est de Canone.*) & quòd in dubio contractus potiùs præsumatur censualis, quàm emphyteuticus, dicit & notat per multa iura Hippo. *de Marsi. in singula. suo 95. incipien. contractus censualis.* ¶ Et contractus initi cum procuratore, (*Procurator suo nomine obligatur, & alios sibi obligat, etsi actionem domino cedere teneatur, & à domino impensas, seu quod sibi absuturum est, repetat.*) vel negociorum gestore, quatenus obligent Dominum, ciuitatem, seu Ecclesiam, vel etiam ipsum procuratorem, not. Barto. *in l. si pupilli, §. item si procurator, ff. de nego. gestis.* ¶ Et nota, quòd in decisorijs inspicienda sit potiùs consuetudo, vel statutum loci côtractus, quàm iudicij, *Bartol. in l. cunctos populos, C. de sum. trinita.* Sed explicationem istius Theoricæ vide apud Mynsinge. *in obserua. 82. centu. 4.* (*est autem talis: quòd in ijs, quæ pertinent ad solennitatem contractus, & quæ tempore contractus impleri debent, inspiciendus sit locus contractus, Geyl. 2. obseru. pract. 123. num. 2. in ijs verò quæ pertinent ad solutionem seu implementum contractus, inspicienda sit consuetudo. seu statutum eius loci, in quem solutio destinata est. Contractus enim regulantur secundum naturam loci, Geyl. 2. obser. pract. 8. num. 6.*) ¶ De contractuum rescisione ob metum & læsionem, latè consuluit Decianus, *in cons. 16. vol. 1. ibi inuenies bonam & vtilissimam materiam metus & læsionis.* Et ibi quatenus propter minorem ætatem contractus rescindatur, reuocetur, vel non: & inuenies de ratificatione minoris, qui maior est factus.

496 Contractus secundùm sui naturam, & legis dispositionem, præsumitur factus, *Menoch. lib. 3. præs. 38.* ¶ Contractus an nominatus vel innominatus præsumatur, *præs. 39.* Contrahens aliquid vel acquirens, præsumitur proprio, non alieno nomine contraxisse vel acquisiuisse, *Menoch. lib. 3. præs. 47.*

Contrahentem paciscentemq; præsumi etiam contrahere, & pacisci nomine suorum hæredum, *Menoch. lib. 3. præsum. 47.* ¶ Pater acquirens pro se & filijs, præsumitur acquirere voluisse filijs, vt hæredibus, *præs. 48.*

Quando procurator nomine sui Principalis contraxisse præsumatur, & quando quis nomine alterius idem fecisse dicatur, *præs. 49.* ¶ Contrahens cum aliquo, præsumitur habere cognitam illius conditionem, *Menoch. lib. 3. præs. 88.* ¶ Contractus, quando in scriptis dicatur celebratus, quando non, *Thess. decis. 197. vide Schneidew. Inst. de emt. & vendit. Gabriel lib. 3. de pactis. concl. 3.* ¶ Non valet contractus celebratus tempore ebrietatis, neq; per metium, *Viuius lib. decis. 105.*

Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, *l. sicut, C. de act. & oblig. l. 1. ff. quod met. causa. l. nec emere, C. de iure delib. l. in ciuile, C. de rei vend. l. in commodato, §. sicut, ff. commod.* & ponit Br. *in d. l. sicut in effectu*, loco summarij illud generale: Verba ligant homines, taurorum cornua funes. Et sic intelligitur Regula: Quod semel placuit, amplius displicere non potest, *de Reg. iuris.* ¶ Nec obstat præmissis regula, (quæ habet: Nemo potest sibi legem imponere, à quo non liceat ei resilire, *l. si quis in pr. testamenti, & ibi Br. & Dd. ff. de leg. 3. & l. 1. C. de SacroSanct. Eccles.*) Quia hæc regula limitatur, vt procedat in vltimis voluntatibus, quæ sunt ambulatoriæ vsque ad vltimum vitæ spiritum, *l. 3. cum l. seq. ff. de adim. leg. & c. cum Martæ. de celebr. Miss. cum sim. de quo vide latiùs per gl. & Dd. in locis supr. allegatis, & per Bl. Paul. de Castr. & Dd. in l. si cum dotem, §. eo a. tempore, ff. sol. matr. vbi hanc materiam plenè reperies.* ¶ Hinc est, quòd etiam Imperator & Papa obligantur ex contractu, *c. 1. & ibi omnes Dd. extr. de prob. & c. 1. & ibi Bl. de natura feud. in vsib. feud. & volunt Cyn. Paul. de Castrens. & DD. in l. digna vox, C. de leg. Bl. in l. princeps, ff. de leg. & in l. 2. C. de seruit. & aqua.* ¶ Nec potest princeps reuocare contractus, cùm sint iuris gentium, *vt vult gloss. & communiter Dd. in l. fin. C. si cont. Ius vel vtil. pub. & in l. fin. ff. de const. princ. & in c. quæ in Ecclesiarum, ext. de const. vide Curt. in cons. 1. fol. 62. col. 1.* ¶ An etiam Imperator & Papa obligentur ex contractu? An etiam successores eorum teneantur seruare contractus antecessorum suorum, & quid in successoribus Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, & similium? An etiam contractus principis habeat vim legis, & pro lege allegari possit? quid etiam Papa & Imperator, & in quibus inter se differant: An etiam de Principis authoritate & potentia, item de sua scientia & voluntate disputare liceat? *de his omnibus, & multis id genus alijs, vide pulcrè & latè Nicol. Euerh. in opere suo locorum legalium in loc. 99. vbi plenissimè hoc tractat.* 497

Con-

Contractus qualis sit, ex verbis cognoscitur: hoc est uerum, nisi effectus rei cum verbis non conueniret: quia tunc potiùs ab effectu, & re ipsa, quàm à verbis contractus iudicari debet, *l. si vni, ff. locati. vide de hoc pulcrè, Dec. in conf. 305. volum. 2. iuridicam arbitror esse conclusionem.* ¶ Hinc est, quod si in contractu vel in iudicio, ponatur nomen vnius contractus, & effectus alterius contractus est talis contractus iudicandus, secundũ naturã illius contractus, cuius effectus positus est. Et appositum, quod non conuenit effectui, habetur pro non apposito, *vide de hoc Ioh. Lup. in Rep. c. per vestras. ext. de donat. inter vir. & vxorem. fol. 4. colum. 1. ibi multa.*

Effectus magis, quàm nomen vel verba, respiciendus: & quòd in contractibus potiùs mens, quàm verba respiciuntur, *est tex. in l. fin. C. quæ res pig. obl. poss. gloss. fin. per illum tex. in l. si in venditione, ff. comm. præd. & gloss. in l. stipulatus la grande in verb. sententia, ff. de verb. obl. Bonus textus in l. sed Celsus, §. si fundus. ff. de cont. empt. Dec. in l. cum quid, circa gloss. in verb. cum cauto, ff. si cert. pet.*

In contractibus sola conclusio est inspicienda, etiamsi multa verba interuenenerunt, *l. si uoluntate C. de rescind. vend. Iason. latè in l. si prius in 10. colum. ff. de op. nou. nunc. DD. in l. edita, C. de ed. Dec. in conf. 298. volum. 2. viso instrumento conuentionis.* ¶ Hinc dicimus, quòd quamdiu aliquid ad agendum superest, nihil factum est, *l. si is qui quadraginta, §. quædam, ff. ad l. Falc. in l. cum Silleianum, C. de his quib. vt indig.*

Optimè facit, quòd præambulum ad contractum, non arguit contractum: & non sequitur: est facta mentio de hoc contractu & habitus tractatus, E. contractus est secutus & conclusus. Quia multa dicuntur & tractantur, quæ non perficiuntur, *l. si in causa, §. nunc videndum in fin. ff. de min. l. si voluntate, C. de resc. vendi. l. sciendum, §. deinde, ff. de ed. ed. c. dudum ext. de reb. Eccles. non al. in 6. ita dicit, Bl. in l. multum in 2. colum. C. si quis alteri, vel sibi Alex. in consi. 18. volum. 1. viso processu in 2. coll. & Alex. in conf. 13. eod. vol. in pen. col. n. 3.*

Hinc est, quòd si testes deponunt de tractatu, non probant contractum: quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, *Decian. conf. 298. vol. 2. viso instrumento.* Est autem tractatus colloquium de contractu sine conclusione, *tex. est in c. fin. ext. de prob. quem Dec. ad hoc notat in vltimo notabili.* ¶ Hinc dicit Br. *in l. contractus C. de fid. instr.* quòd antequam partes habeant contractum pro perfecto & absoluto, ex verbis primò dictis neutri ius quæritur.

Sic ergo tractatus factus de contractu non arguit contractum, *vide Dec. in c. cum bonæ in fin. ext. de prob. vbi etiam tractat pulcrè de præmissis omnibus, & in conf. 11. volum. 1. in 1. colum.* ¶ Benè facit ad præmissa, quòd aliud est (condemnare,) & aliud (pronunciare condemnandum,) Aliud (pronunciare quem liberum,) & aliud (liberandum,) *vide latè, Alex. in l. 1. §. si quis ita no. 17. & seq. verb. obl.* Sic emptionis contractus non dicitur perfectus, cum dicit venditor: quanti volueris, quanti æquum putaueris, quanti æstimaueris, *l. quod sæpè, §. 1. ff. de cont. empt.* ¶ Sic etiam aliud est venditio, aliud promissio de vendendo, vel promittere vendere, *l. in bonæ fidei, ff. de eo quod cert. loco. l. fin. ff. de reb. eor. l. si equo, ff de leg. 1. vide latè, Alex. in conf. 22. volum. 6. colum. 1.* ¶ In præfationibus contractuum, dicta postea in contractu subsequenti, intelliguntur tacitè repetita, *l. Titia, §. idem respondit, ff. de verb. obl. Bart. in l. cum quid ff. si cert. pet. num. 15.* vbi ponit alios modos, quibus tacitè per partes actum videtur, quòd omissum pro expresso habeatur, *vide latè, Iason. in l. si quis cum aliter, ff. de verb. obl.*

Regula communis est: Quòd contractus interpretetur à consuetudine, *Br. per illum tex. in l. magistratus, ff. ad municip. & in l. si prius, §. rectè placuit, ff. de aq. pluu. arc. Innoc. inc. cum olim de V. S. Abb. in c. certificari de sepul. Dec. conf. 70. volum. 1. in 2. colum. vid. in verb. Lex.* ¶ Quod solet apponi in contractu, licet non sit scriptum, habetur pro apposito, *c. cum M. Ferrariensis, in verb. sicut consueuit, de const. vide latè, Iason. in l. certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. pet. in 3. not. in 3. colum. facit l. cum quid eod. tt.* ¶ Et in dubio semper quis intelligitur contrahere secundùm consuetudinem regionis, *secundùm Br. in l. ex ea parte in pr. ff. de verb. obl.* ¶ Et in contractibus consuetudo attenditur, *l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de Ædil. edic. & l. exemplo, C. loc. vide multa ad hoc per Ioh. Lup. in c. per vestras ext. de don. inter vir. & vx. fol. 3. col. 3. §. 6. incipiente, sed quid.* ¶ In dubio partes contrahentes videntur se conformare dispositioni iuris, *Ioh. de Lup. in c. per vestras de Don. inter vir. & vxor. fol. 4. colum. 2. ibi, & hoc maximè.* ¶ An contractus & distractus sint eiusdem naturæ: ita quòd quando contractus est bonæ fidei, etiam recessus ab eo, vel distractus bonæ fidei est, & alia, *vide per Hier. Schurf. in conf. 17. col. 93. n. 10.* ¶ An appellatione contractus veniat distractus, vide Alex. *in l. Pomponius, §. præterea n. 4. ff. de acq. poss. vide etiam Iohan. Baptist. Cacialup. de sanct. seuer. in tr. de Transact. q. 4. in pr.* ¶ An disposita in contractu, extendantur ad distractum, vide Alex *in l. siue apud acta in 1. not. C. de Transact. & ibi Iason. Alex. in conf. 330. vol. 2. nu. 11. ch. 156.*

& in conf. 39. volum. 6. & Iason. in d. l. siue apud acta in 1. not. ¶ Quando agitur de resolutione contractus, tunc actor tenetur sequi forum domicilij ipsius rei: nec enim potest conueniri in loco contractus *l. 2. C. vbi & apud quem, vbi Paul. de Castro.* ¶ Sicut duplex est contractus, nominatus, & innominatus: ita etiam distractus in nominatum, & innominatum diuiditur, *Iason. in l. cum mota in pen. col. C. de Transact.* ¶ Et sicut contractus est bonæ fidei, ita etiam eius distractus vel dissolutio, *ita Bald. no. gloss. in l. ab emptione in verb. constituantur, vbi Bolo. in Apos. ff. de pactis, vbi Iason. in 3. not. & per alios DD.* ¶ Contractus habent vim Legis, *l. 1. §. si conuenerit, ff. de pos. l. contractus, ff. de R. I.* ¶ Contractum confirmari potest petere pars à iudice, *l. si quis C. de Decur. lib. 10. qui textus (secundum Br. ibi,) non est alibi.* ¶ Contractus redduntur minùs legitimi multis modis, *vide Ferr. in pr. sua inform. lib. action. realis, in verbo & legitimis.* ¶ Quando agitur de iuramento: tunc ratione iuramenti contractus efficiuntur spirituales, *c. fin. de for. comp.* ¶ Quæ in contractibus sunt consuetudinis & moris, seruari debent, *l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de Æd. ed.* ¶ Contractus participans aliquid de natura contractus inter viuos, & aliquid de natura dispositionis vltimæ voluntatis, qualis censendus est: vt quando hæres est iussus in testamento vendere talem fundum, talem liberare: an debeat iudicari vltima voluntas, an contractus inter viuos, *vide Br. in l. Aurelius, §. Gaius, de liber. l. & in l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de l. 1. & in l. vxorem. §. agri Plagam, de leg. 3. vide Carol. in l. si quis arbitratu in pr. fol. 140. de verb. oblig.* ¶ An contractus transactionis retractari possit, non obstante iuramento, *vide post DD. in locis ordinarijs latè Dec. cons. 216. volum. 2. visa transactione colum. 2. vbi adducit pulcram diuersarum assertionum concordiam.* ¶ Quando duæ conuentiones simul & eodem contractu fiunt: vna censetur respectiua ad aliam, *per ea quæ habentur in l. bonæ fidei, & in l. petens C. de pact. & l. pen. §. si mulier, §. si vir, ff. sol. matr. Conc. cons. 29. in fin. volum. 1. videtur in hac consultatione.* ¶ Appellatione venditionis continetur omnis contractus, ex quo dominium transfertur legitimè *l. vendit. ff. quib. mod. pig. vel hyp. solut.*

Conuentio vel transactio non recepta
499 nec obseruata, nullas habet vires. *Curc. in cons. 1. fol. 62. colum. 4.* ¶ Voluntas & potestas, omnes actus humanos perficiunt, *l. omne verbum in vlt. not. Bl. Curc. cons. 10. fol. 81. colum. 4.* ¶ Iurans nolle contrahere, si tamen non obstante iuramento contraxerit: contractus valet, licèt periurium incurrat, *Paul. de Castren. cons. 339. volum. 1. dico non obstante.* ¶ Assertio contrahentium non facit actum licitum, qui aliàs erat illicitus, *Curt. in tr. feud. ch. 8. colum 2.* ¶ Inter contractum emptionis, & conductionis, *vide pulcram diff. in l. conuenit, ff. de cont. empt.* ¶ Contrahentes possunt se mutuò decipere, dummodò deceptio non sit vltra dimidium iusti pretij, *l. in causa, §. fin. ff. de min. l. 2. C. de rescind. vend. c. cum dilecti. de empt. l. item si prædo, §. si quemadmodum, ff. loc.* ¶ Nec hoc est peccatum, *gloss. in c. si cupis 16. q. 1.* An autem hoc etiam fieri possit de iure Canonico, vide pulcrè, *Iason. in l. si quis in conscribendo C. de pact.* ¶ Hic tamē nota, quòd licèt se decipere possint, hoc tamen non congruit bono viro, *secundùm gloss. in l. semper in coniunctionib. ff. de R. I.* ¶ Contractus sunt facti, *l. consilium in fin. ff. de cur. fur.* quæ ad hoc semper allegatur: sed tu dic, quòd text. hoc non dicit, quòd non sint etiam iuris: sed dicit, quòd magis facti, quàm iuris sint, & sic etiam sunt iuris, *ita dicit Br. in l. si is qui pro emptore in 6. colum. in 2. app. 2. partis, ff. de vsuc.* ¶ An, remissio contractus in voluntatem alterius, valeat, *vide pulcrè, Soc. in l. si quis arbitratu. de verb. obl. in princ. vbi ponit duas conclusiones, & ibi Carol vid. Petr. 4. 48. vbi plenè de hoc.* ¶ Et quando fit remissio contractus in arbitrium tertij, talis contractus est conditionalis, si scilicet ille tertius arbitrabitur: & illo non arbitrante irritatur contractus, *l. fin. C. de cont. emp. & d. l. si quis. arbitratu, vbi Soc. not. in 6. not.* ¶ Pactum contra substantiam contractus appositū, quando vitiet contractum, & quando vitietur, *vide Franc. Curc. in tr. feud. in 1. part in 6. q. in 6. colum. vid. Ferr. in sua pr. in form. lib. quo agitur pro don. in pr. in 2. colum.* ¶ Quando vnus ex contractu vel delicto alterius conueniri possit, *vide Petr. q. 32. & q. 34.* ¶ Contractus in ebrietate facti, & matrimonium, an valeant, *vide Dec. cons. 112. Bl. & ibi gloss. in l. dolum C. de dolo vbi Alex. vide infr. in verb. Ebrietas.* ¶ Contractus in ludo facti an valeant, *vide Br. in l. nemo est C. de S. S. Eccles.* ¶ An contractus de nocte facti valeant, *infr. in verb. Dies colum. 485.* ¶ An contractus inualidi, & pacta, iuramento validentur, *vide Bartol. in l. Seius, & Augenius ad l. Falc. melius in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Mod. in Auth. Sacramenta C. si aduersus cont.* in quibus scriptura requiratur, *vide per gloss. in l. contrahitur. ff. de pignor. & gl. in c. Romana in gloss. in verb. in scriptis ext. de censibus lib. 6. quæ enumerat 32. quos vide.* ¶ Contractum an interuallum vitiet, *vide post Br. Alex. & Mod. in l. 1. §. 1. ff. de verb. obl.* ¶ Contractus transeunt ad hæredes, *l. si pactum. ff. de prob. l. veteris C. de contrah. & committ. stip. Mod in l. si quis arbitratu in 7. q. Br. de verb. obl. vide infr. in v. filius, vbi multa pulcra ad hoc habes.*

An

¶ An appellatione contractus veniat quasi
contractus, *vide Ias. in §. omnium Inst. de Act.*
Br. in l. apud Iulianum, §. fin. ff. ex quib. caus. in
posses. eatur, & ibi Apost. ¶ In iudicio q. contra-
himus, *l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio l. depositi*
§. filiusfamilias, ff. eod. tt. & hoc secundum Bl. ibi
in toto iure melius non probatur. ¶ Contractu
principali rescisso, intelligitur rescissa pœna,
& quodlibet accessorium, etiam iuramen-
tum, *vide latè Ias. in l. certi conditio, §. si num-*
mos in 6. coll. ff. si cert. pet. ¶ Incertitudo con-
tractum vitiat de iure ciuili: hoc tamen fal-
lit in multis casibus: secus est de iure Canon-
nico, *de quibus vide plenè per Alex. in l. ita stipu-*
latus la. grande in 2. col. de verb. obl. & per DD.
aliquid in l. si quis arbitratu, eod. tt. ¶ Quando
circa vnam rem fiunt diuersi contractus: vel
ex vna dispositione duo contractus resul-
tant, quorũ quilibet per se habet diuersam
naturam: tunc contractus magis plenus tra-
hit ad se minus plenum, *casus est in l. non solum*
§. fin. de vsuc. Ioh. de Mont. Ferr. vide in Rub. ff.
de verb. obl. vol. 14. circa fin. ¶ Confessio facta
super contractu inutili, & nullo, nihilomi-
nus valet, & probat illa confessio, *vide Br. &*
alios in l. 1. §. si quis ita in fin. de verb. obl. & latè
Alex. in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus col. 8. &
9. eod. tt. & Ias. latè post Br. & ibi omnes, & Go-
za. in l. certi conditio, §. si nummos, si cert. pet.
¶ An in loco contractus quis conueniri
possit, licèt solutio alibi fieri debeat, *vide Br.*
in l. 1. ff. de bon. auth. iud. poss. ¶ Quando ego
sub pœna promitto, quod ratificabit is, talis
amicus contractum certum, si ego promis-
sor facio quantum in me est, meretur pœ-
nam, *vide pulcrè Abb. in c. gemma in 3. col. ibi. Et*
not. hoc ext. de spons. nam communiter accidit de
spons. ¶ Conuentio valet, vt frumentum, pro
pecunia, in certa æstimatione, soluatur, *l. sed*
ades, §. si dominus, ff. loc. ¶ Ex quo text. nota,
valere conuentionem, qua quis promittit
certam summam Markarum: & promittit
eas Markas soluere in ducatis, sed certa æsti-
matione ducatorũ, *ita notat ibidem Br. ex illo*
textu. ¶ Vulgo dicitur, (Sponsionis causa
factam conuentionem, id est: Wett/ non
valere: ita quòd victor rem, vel summã, quæ
in sponsionem deducta est, iure à victo pe-
tere non possit:) Contrarium verius est.
Nam tales conuentiones, sponsionis causa
factæ, de iure sunt validæ: modò super licito
& honesto ludo, vel re fiat, puta hasta, vel
pilo certando, saliendo, currendo, luctan-
do, pugnando, vel simili modo, quòd vir-
tutis causa fiat. Et ita valet hæc conuentio,
quòd victor actione in factum, præscriptis
verbis, à victo rem vel quantitatem, in con-
uentionem deductam, petere potest, *de hoc*
est text. notabilis in l. si rem tibi, §. si quis sponsio-
nis, ff. de præscript. verbis, & l. quib. ff. de aleato.
500 Hic obiter nota, quòd in ludo prohibi-
to amissum, vsq; ad quinquaginta annos a-
ctionibus competentibus repeti potest, *tex.*
est expressus in l. fin. C. de aleæ lusu, gl. est pulcra
in l. fin. ff. eod. in verb. aduersus. Nec hoc casu:
qui pecuniam vincendo recepit, turpitudi-
nem repetenti obijcere potest: pro ut ibi
pulcrè declarat gl. faciendo differentiã inter
conditionem, optionẽ, causam, & hunc ca-
sum nostrum, *idem voluit gl. in l. si rem tibi, §.*
si quis sponsionis in verb. si in honesta, ff. de præscrip.
verb. ¶ Cui in fortioribus terminis conse-
quens est. Victorẽ in ludo à victo pecuniam
concreditam, quam vicit, iure petere non
posse. Nam si victus paratam pecuniã ludo
amissam, & solutã à vincente, repetere po-
test, *vt supr.* Multò fortiùs contra agentem se
tueri exceptione potest: Cui damus actio-
nem, multò fortiùs exceptionẽ, *l. 1. ff. de su-*
perfic. l. inuitus, §. 1. ff. de R. I. c. qui ad agendum
eod. tt. lib. 6. ¶ Si mutuo tibi centũ ducatos
in auro mihi restituendos post annũ: tem-
pore restitutionis valet ducatus plus, vel
min', quã tẽpore, quo mutuò dedi: an de-
beas mihi restituere ducatos in auro, sicut
tibi mutuaui: an debeat haberi ratio, quanti
valeat ducatus tempore restitutionis, vide
ibi, & cogita: quòd intellige, nisi expressè a-
liter sit actum per contrahentes. ¶ Dona-
tio facta oratoribus siue legatis, missis ad
magnos reges & principes, est propria i-
psorum, nec tenentur eã restituere Domi-
nis, qui eos miserunt, *ita post Br. Alex. in l. si*
verò, §. item quidquid in pr. ff. sol. matr. vbi mul-
ta loca DD. allegat. ¶ Abbas fit ciuis ciuitatis,
in qua est suum monasterium: & recedens
non desinit esse ciuis propriæ ciuitatis, *ita*
Br. in l. 1. & ibi Alex. in 4. coll. vers. quæro etiam si
aliqui ff. ad munic. & in l. ciues vers. item quæro
si aliquis C. de incolis lib. 10. vide Petrach. in Rep.
in verb. Abb. vers. 171. vide Dominum Abb in c. fin.
ext. de Parr. n. 7. idem est in Monachis, Cle-
ricis, & prælatis, vt ibi per Abb. ¶ Qui cre-
didit in rem emendã vel extruendã, præfer-
tur cæteris creditoribus, *l. qui in nauem, & l.*
quod quis, ff. de priuil. credit. l. interdum C. qui pot.
in pig. habent. ¶ Res publica omnibus Chiro-
grapharijs creditoribus, præfertur, *l. bonis, §.*
res publica, ff. de priuil. credit. Quod etiam de
consuetudine huius nostræ patriæ, & Ger-
maniæ obseruatur. Nam quotidianum ferè
est, quòd Mercatores creditoribus satisfa-
cere nequeunt, latitant, vel effugiunt: quo
facto creditores fugitiui sui debitoris bona
arrestare solent: inter quos qui prior est ar-
restatione, potior est iure. His tamẽ omnib.
res publica præfertur, *pro quo iure consuetudi-*
nario huius patriæ, benè nota tex. in d. l. bonis, §. res
publica ff. de priuil. cred. ¶ Sæpiùs me præsen-
te dubitatum fuit, an mortuo marito mulier
in bonis defuncti donationẽ suam propter
nuptias, quã à marito habet, vnà cum vten-

ſilibus bonis, (quæ vulgo Gerad dicitur,) habere debeat: tu dic, quòd ſic, *per tex. in Spec. Sax. lib. 3. art. 76. in pr. Quod nota.* ¶ Cùm filiæfamilias legatur, cùm in tutelam ſuam peruenerit: ita legatum intelligitur, & tunc debetur, cùm viripotens facta fuerit, *l. ſi filiæfamilias, ff. de leg. 3.* Quod nota pro diſpoſitionib⁹ de puellis, cùm in tutelã ſuã peruenerunt, loquentib⁹: quia intelligendæ ſunt, cum viripotentes factæ fuerint. ¶ Aduocatus locauit operas ſuas alicui in cauſa: ſi poſtea ſteterit per conductorẽ, quò minùs vtatur opera aduocati: tenetur de tota mercede conuenta, ſi aduocatus alteri operas ſuas non locauit, *ita eſt tex. ad hoc notandus, & à nemine, quem ego viderim, ponderatus ad hoc, in l. ſed addes, §. cum quidam exceptor, ff. locati.* Quod ſæpè accidit, cùm Aduocatus clientulis operas ſuas, in cauſa certa, certo precio locat: ij autẽ poſtea in cauſa ea alio aduocato vtuntur: nihilo minùs enim poſtea coguntur promiſſum preciũ numerare, cũ per eum non ſteterit, quò minùs cauſam agat, *l. qui operas, ff. locati.* Si verò per eum ſteterit, honoraria accepta reſtituere tenetur, *l. fin. C. de cond. ob cauſam.* ¶ Re depoſita, vno caſu depoſitarius vti poteſt: Nam indies vſu venire ſolet, quòd alter alteri numeratã pecuniã cuſtodiendam tradere, (id eſt deponere,) ſolet: accipiens hoc pacto pecuniã, ea in dubio vti poteſt, *per tex. valdè elegantẽ, & egregiè latinum, (vt nominat Zaſ. in l. 2. ff. ſi cert. pet.) in l. in naue Saupheij. ff. loc.* Exemplo rem declaro. Depono apud te centum florenos, quos tibi numero, nec eos in ſacculo occluſos do: tu potes hoc loco vti ea pecunia & ſufficit, ſi tantundẽ ſtatuto tempore reddas, ſicut in mutui contractu dicemus, *tex. eſt in l. Lucius per totam l. cum l. ſeq. §. fin. ff. depoſ.* ¶ Quod eſt contra regulas contractus depoſiti. Nam ſi depoſitarius, qui rẽ depoſitam cuſtodiæ gratia tantũ accipit, re ſic depoſita vteretur, furtũ committeret, *l. 1. vbi DD. l. ſi quis inficiatus, ff. depoſ.* quanquam hoc malè obſeruetur.

501 An vicinus poſsit retinere animalia vicini, quæ in fundo ſuo damna intulerunt, donec damnũ emendetur: Br. mouet hanc q. *in l. hoc amplius, §. de his ff. de dam. infect.* argumento illius tex. & arguit ad partes: & videtur cõcludere, quòd non liceat, *vt ibi per eum.* quanquam vulgata conſuetudo ſit in contrariũ. ¶ An procurator poſsit retinere inſtrumenta partis, cui præſtitit patrocinium, pro ſumptibus quos fecit in cauſa: dic licere ſibi hoc, *ita Br. in l. quæ omnia, §. 1. ff. de proc.* ¶ Quid? in Salaria aduocatis & procuratorib. debita, num liceat inſtrumẽta pro mercede eorum retinere? Dic, *ſecund. Alber. & Fulg. in l. ſi non ſortem, §. ſi centũ, ff. de cond. ind. quas habes relatas in Apoſt. ibid. ad Alex.* non licere: licèt de conſuetudine hoc non ſeruetur, prout ipſi dicunt, *vide Alex. pulcrè ibid. qui alia multa allegat.* ¶ An rem, quæ ad me peruenit, pro debito meo, donec mihi ſatisfiat, retinere poſsim? Dic, quòd ſic, *per tex. in d. l. ſi non ſortem, §. ipſi centum de cond. indeb. vide de hac ibi Paul. de Caſt. & Alex.* Br. tamen dicit, *in l. ſi non C. in quib. cauſ. pig. tacitè contrahitur per illum textum,* quòd creditor non poteſt rem debitoris ſibi non obligatã prætextu debiti retinere: Secus tamen eſſet, ſi ius ad rem haberem: quia talẽ poſſem retinere, *vide ſupr. in verb. contractus, & infr. in verbo Res.* ¶ Nota, hic caſum mirabilem: Bona debitoris ſunt tacitè obligata ipſi creditori, ſi ipſe debitor fideiuſſorem dederit: *vide mirabilem & rarum text. in §. ſed neq. in Aut. de fideiuß. vide in verb. fideiußor, & in verb. contractus,* & dicit iam allegatus tex. *in d. §. ſed neq.* quòd ipſe creditor hoc caſu poteſt vel perſonali, vel hypothecaria, vel vtraq; ſimul agere: cũ itaq; Imp. hoc caſu creditori dat facultatem agendi hypothecaria, videtur neceſſario dediſſe tacitã hypothecam: quia qui vult conſequens, vult & antecedens, *l. illud. de acq. hæred. cum ſimilib.* Nemo enim ſine hypotheca hypothecaria agere poteſt, cùm ſine actione nemo experiatur, *l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de neg. geſtu.* Quod nota ſingulariter: quia circa hunc textũ difficultas verſatur: etiam vnam Apoſtillam per me ad d. §. ſcriptam: ¶ Similiter notabilis caſus hic: Creditor mandauit debitoribus, vt centum quæ ſibi debet, det Titio: debitor acceptauit mandatum, & in libro rationum ſuarum ſcripſit ſe debitorem Titij: numquid creditor poſsit reuocare illud mandatũ? Dic, ſi debitor denunciauit hoc Titio, & Titius fuit contentus, non poteſt reuocare mandatũ: quia perinde eſt, ac ſi ſibi traditum fuiſſet, cùm illi ſit obligatus, *arg. l. ſi ego, ff. de negot. geſt.* Aliàs ſecus, ſi nondũ denunciauit Titio: *ita voluit Ioh. Andr. in Additionib. Spec. in tt. de Dep. ſuper Rub. refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi cum fundum in 1. not. ff. de pact.* Tenendus eſt hic caſus mente, *ſecundùm Paul. de Caſt.* quia quotidianus. ¶ Principalis debitor compelli poteſt per cẽſuras Eccleſiaſticas, vt fideiuſſor liberetur: *c. conſt. ex. de fideiuß. qui tex. eſt rarus & ſing.*

Si ſum debitor tuus in decem ducatis, & 502
tuo nomine venit famulus, ſolitus mitti in negotijs tuis, illos decẽ repetens: ſi eid. famulo tuo bona fide decẽ numero, & hic aufugerit, non ſum liberatus, *ita Br. Iaſ. in l. ſi procuratorem falſo in 3. q. pr. de cond. ob cauſam.* ¶ Si vendidi prædium cum pacto: vt licitũ ſit mihi, & hæredib. meis, quandocunq; oblato pretio redimere: poſt triginta annos iuri redimendi eſt præſcriptũ, *ita Ang. in conſ. 55.* ¶ Quod procedit etiã, ſi iſtud pactũ eſt iuratũ: imò elapſis decẽ annis emptor eſt tutus,

tus, *Petr. de Ant. con. 332. vide Iaſ. in l. cum Mater in fin. C. de inſt. & Goz. in l. omnes populi in 2. ¶. 3. q. pr. de iuſt. & iur. vide Goz. in Keper. l. 2. C. de pact. conuent.* ¶ Si vaſallus ſororem Domini occiderit, feudũ non amittit, ſecus ſi eam cucurbitauerit, quia tunc feudũ amittit, *ita dicit Bl. in c. 1. §. ſimiliter ſi Dominum quib. modis feud. amitt. per tex. in l. iſti quidem in fin. ff. quod met. cauſa, vide text. in l. codicillis, §. mater, ff. de leg. 2.* ¶ Quando quis poteſt aliquid propria authoritate facere, ſi tamẽ hoc vltra petit licentiã à iudice pro hoc faciendo, & iudex ſibi illud denegauerit, non poteſt ſine pœna facere. Quia imputatur ſibi, quod hanc viam elegerit: vt, ſi vendo tibi domũ hoc pacto, quòd ſi infra annum non ſolueris mihi pecuniam, poſſim propria authoritate ingredi fundũ tuum: ſi lapſo anno pecuniam non ſolueris, iudicẽ vt fundũ ingrediar acceſſero, isq; mihi ingrediendi licentiã denegauerit, ſine pœna ingredi iam non poſſum, *ita dicit Br. in l. Creditores C. de pig. in rep. & Bl. in l. 1. C. de ſeru. & aq. vide Hypp. in Rub. ff. de fideiuſſ. cb. 6. col. 1.* ¶ Hinc etiam dicit tex. *in l. vnic. C. de Theſ lib. 10.* quòd ſuperfluum ſit, precib⁹ poſtulare, quod à lege iam eſt permiſſum: Ex ſupra dictis dicas, quòd non ſolum eſt ſuperfluũ, imò interdũ damnoſum, *vt ſupr.* ¶ Promittens ſub pœna, quòd alter ratificabit contractũ, ſi promiſſor facit quãtum in ſe eſt, euitat pœnã, *Abb. in c. gemma in 3. col. de Sponſ.* ¶ Stante ſtatuto, quòd vltra duodecim Domini non poſſunt inuitari ad nuptias, modò pater & filius ſimul habẽt nuptias, an debent duodecim, vel viginti quatuor inuitari? Dic, quòd duodecim tantùm ratione vnionis, *vt per Br. in l. inſiciando, §. infans in fi. ff. de fur. vide infr. in verb. matrimoniũ.*

De Contractibus inter patrem & filium.

503 ISti contractus an & quando valeant, vide Do. Guido. *Papam in conſi. ſuo 81. n. 8. de quo ibi in ſpecie notatur, in l. 2. ff. de contrah. emptio.* conſuluit Schurff. *in conſi. ſuo 68. cent. 2. vide ſententiam, hinterm Weichbilde, ob ein Vater ſeiner Kinder einem ſeine Güter verkeuffen, vnd darinne einen vortheil thun möge, Art. 13. lib. 1. & Arti. 19. lib. 2. Landr.* ¶ Donatio inter patrẽ & filiũ facta an valeat, in ſpecie quærit & reſpondet, *(non valere)* Geyl. *in obſ. 38. lib. 2. obſ. Cam. Imp.* vide ibi declarationes, quòd non habeat lo[cum], *(illa negatiua ſcilicet)* in donatione e[man]cipato filio facta, quid iuris in iurata, *(... hæc valet, quemadmod. etiã donatio remuneratoria, item facta ex cauſa dotis aut donationis propter nuptias, aut facta à ſupremo principe. Donatio tamen, quæ ab initio non valet, morte patris, aut emancipatione filij confirmatur, quatenus inofficioſa non eſt.)* & in alijs. ¶ Conſuluit Decian. in donatione feudi à patre filio facta quatenus valeat, *in conſi. 74. vol. 2. (quando videlicet feudum illud hæreditarium eſt, aut etſi rectum ſit, qualitatem hæreditarij habet, tunc enim pater cum conſenſu domini, vni ex filijs id donare poteſt.)* ¶ Et quòd inter patrẽ & filiũ in poteſtate patris exiſtentem, nulla poſſit oriri obligatio neq; actio, dicit Geyl. *in obſ. 72. n. 16. lib. 2.*

De Contumacia.

ACtor contumax non auditur, niſi refuſis expenſis, *quod notant Dd. in l. ſancimus C. de iudicijs, Hipp. de Marſi. in l. de vnoquoq; ff. de re iud. n. 197. cum ſuis pulcherrimis ampliationib.* & poteſt reus abſolui ab inſtantia ſeu ab obſeru. iudicij, *Chil. Köning. in pract. ſua c. 36.* Et de iſta abſolutione ab inſtantia, vel decernendo proclamate ſecundùm Cameræ obſeruationẽ, vide Mynſing. *in obſ. 65. cent. 4.* 504 ¶ Reus autẽ quando eſt contumax, habetur pro confeſſo, & condemnatur in cauſa principali, vſq; ad legitimi impedimenti probationẽ, de Iure Saxon. *Arti. 45. lib. 2. in addi. latina ibidem cum allega.* & hoc intelligitur non ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria, *Dd. & gl. in l. 2. §. quod ſi actor, C. de iura. calum.* ¶ De iure communi petitur primum decretũ, & auditur infrà annum refectis expenſis, & præſtita cautione de iudicio ſiſti, *iuxta c. quoniam frequenter ext. vt lite non conteſtata Chil. Kön. in practica ſua c. 37. Von dem vngehorſamb des Beklagten.* ¶ Quòd autẽ contumax quis non poſſit dici, niſi eius contumacia ſit accuſata, notant Dd. *in l. properandum, §. & ſi quidem C. de iudi.* & hoc eſt verum, niſi ex forma ſtatuti caueretur, quòd contumax haberetur pro confeſſo. Nam tunc citatus non comparens dicitur contumax, etiamſi eius contumacia non ſit accuſata per partem, *ita dicit Hipp. de Marſi. in rep. l. de vnoquoq; ff. de re iudi. n. 123. & n. 126. allegando, Bal. in l. ſi tutor C. de interdic. matri. (Eadem tradit Geyl. lib. 1. obſer. pract. 55. n. 6. & ſeqq. vbi noſtræ exceptioni aliam adhuc addit: quòd nimirum in cauſis fiſcalibus non comparens contumax ſit, etſi eius contumacia non accuſetur.)* ¶ Item requiritur, vt ſit quis cõtumax, quòd ter ſit citatus, vel ſemel peremptoriè, *(peremptorium ſtat in arbitrio iudicis, an concludatur in finibus trinæ citationis, an verò manum ad quartam porrigat, Mynſ. cent. 6. obſ. 9.) l. contumacia, §. 1. ff. de re iudica. l. conſentaneum C. quomod. & quand. iudex,* vel quòd præſens fuerit in iudicio, & in præſentia eius contra eum actũ ſit, & reus aufugerit, actori res actionis adiudicetur (id eſt, conuictus eſt in cauſa) & ſi actum fuerit iniuriarum, in continenti reus proſcribitur, *tex. Arti. 45. lib. 2. Landr.* intelligendus de vera contumacia: ex ficta enim ſaltem condemnatur vſq; ad legitimi impedimenti probationem, non probato impedimento habetur pro confeſſo & condemnato, *in add. latin.*

tin. d. Arti. 45. lib. 2. Arti. 39. lib. 3. & Arti. 9. lib. 1. Landr.

505 Adde aliud remedium contra reum contumacem de iniuria accusatum, *Arti. 13. lib. 3. Landr. in hæc verba: Wird ein Mann vmb vngericht vor Gericht beklagt, da er nicht zu der Antwort gegenwertig ist: vnd wird ihm vorbescheiden, zu rechtẽ Tagedingẽ, vnd er dann nit vorkomt: kombt ihn dann der Klager irgend an, binnen den Tagedingen, er mag ihn wol bekümmern zu rechte vmb seine schuldigunge, bis er Bürgen setze fürzukommen. Dann der richter giebt Geleite vnd Friede diesem, der da kömpt vnd klagt, vnd nicht dem den man beklagt, alldieweil er nicht erscheinet, fac. c. vlti: & ibi gloss. 2. de iudi. & c. 1. de caus. pos. & proprie. in gloss. fina. huius Arti. 13. extenditur. allhie hastu (sagt sie) das man einen ieden vmb vngerichte wol fahen vnd ihn behalten mag, bis er bürge setzt zu antworten, allegat Arti. 61. lib. 1.* ¶ Quæ autem, & qualis citatio aliquẽ constituat in contumaciá, prosequitur Hippo. *de Marsi. in d. l. de vnoquoq. ff. de re iudica. à n. 123. vsq. ad n. 168.*

506 Contumaciæ doctrina, *ex Geyl. & Mynsing.* seqq. regulis compræhendi potest. Prima: Actore Contumace, nec in termino citationis comparente, (aut postmodùm emanente, si videlicet procurator eius se exonerasset, Mynsin.) tribus iuridicis effluxis, proclama contra eum decernendum, & reus à citatione absoluendus est. ¶ Ampliatur: etsi actor post tres iuridicas compareat, & de legitimo impedimento doceat, nam nihilominus extincta est prior citatio: ideoq; noua citatione opus est. ¶ Declaratur, quòd etiam in prædicto casu reo plenius consuli posit, impetrata absolutione, non à citatione tantũ, sed etiam ab instantia & obseruatione iudicij: & sic censebant Domini (inquit Mynsing.) ordinationem in præfato loco (*part. 3.* tit. 42. ord.) aliquantũ supplendam esse. ¶ Limitatur primò, si actor se non posit legitimare ad iudicium, puta si sit pupillus, *Mynsing. d. obseruat. 65. in fin. cent. 4.* ¶ Limitatur secundò, quòd circũductio termini non habeat locum in causis appellationum, *Geyl. all. obs. 59. lib. 1.*

507 Secunda: Si actor semel in iudicio comparuit, licitum est reo: vel priore remedio vti, vel defensionem in se recipere, lite negatiuè contestata:

508 Tertia: Quando reus contumax est, triplex actori remedium competit. Aut enim ad pœnam banni agere potest.

509 (Quarta:) Aut ad immißionem bonorũ aget: Quo casu in Camera primò fit immißio per interlocutoriam, deinde executoriales super ea decernuntur:

510 (Quinta:) Aut causam *μονομερῶς* tractare, & in causa principali, vsq; ad definitiuam procedere potest. ¶ Declaratur: In eo iudicio non semper præsentem vincere, sed eum qui meliorem causam habet. ¶ Ampliatur: In causa principali actor procedere potest contra reum, siue is litem contestatus sit, siue non: idq; ex Cameræ ordinatione, in hoc à iure communi recedente, quod differ. inter causas primæ instantiæ & appellationis, & inter actorem & reum hîc constituit, *Mynsing. & Geyl.* ¶ Declaratur præcedens ampliatio, vt si reus litẽ contestatus non sit, & actor causam *μονομερῶς* tractare velit, necesse sit: primò omnium litem pro contestata in contumaciam accipi, præcedente scilicet contumaciæ accusatione & proclamate: deindè verò super articulis, qui hoc casu pro confeßis non acceptantur, testes producere, aut alijs legitimis modis eos probare. sin verò reus post litem à se contestatam contumax sit, articuli in contumaciam non respondentis pro confessatis acceptari poßunt, *Geyl. 1. obseru. pract. 80.*

Sexta Regula: Actor electionem habet, quo nam ex tribus illis remedijs contra reum contumacem vti velit. ¶ Ampliatur: quæ electio etiam post litem contestatam durat, vt ab vno remedio electo, v. g. immißione bonorum, desistere, & aliud, veluti viam banni, eligere posit.

De contumacia actoris & rei quomodo contra istos procedatur iure Cameræ Imperialis, notauit Geylius, *in 1. lib. obseruati. obseruationibus 59. & 60.* ¶ Et nota, quòd præsens semper potest procedere contra absentem: & quod absens condemnetur in expensis, siue vincat, siue succumbat, *declarat, Mynsing. obseruation. 67. cent. 4.* Et tandem materiam contumaciæ vide latißimè & benè tractatam à dicto Hipp. *de Marsi. in d. rep. l. de vnoquoq. ff. de re iudica. à num. 171. vsque ad finem*, est materia vtilis & valde elegans. Et plenißimè vide Do. Rober. *Marantam in 6. parte ordinis iudicia. c. de contumacia 2. membro iudicij, mihi fol. 391.* 511

Causas autem, quæ quem excusant à contumacia, notatas videre licet, *Arti. 7. ibidem in addi. & gloss. lib. 2. Landrecht, & Arti. 24. Lehnrecht.* ¶ Quæ causæ aliquem à contumacia poßint excusare, & ab inobedientia releuare, consuluit Decianus, *in consi. 14. volum. 3.* In specie, qualiter defensus sit cardinalis à prætensa inobedientia mandatis summi Pontificis sibi obiecta. In num. 7. dicit, quòd leuis & etiam iniusta saltem colorata causa excuset à contumacia, modò non adsit contemptus, *gloss. in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemp.* sed declarat illud axioma in sequenti de contemtu, *num. 9. & in seqq.* quòd contemptus probetur saltem coniecturis. 512

Excu-

513 Excusat trinæ citationis intermissio, distantia loci, absentia pro rebus & negocijs Ecclesiæ, & causa auertendi scandalum, & sedandi tumultus: item excusat infirmitas, impossibilitas, *num. 31.* (*num. 32.* qualiter infirmitas probetur,) superueniens impedimentũ: difficultas etiã excusat, *nu. 37.* Et bonam fidem excusare à contumacia dixit, *num. 46.* Item periculum moræ.

514 Quomodo, citatione & causæ cognitione ante omnia præcedente, quis contumax declarandus, & qualiter declaretur, Decianus *in d. consil. 14. volum. 3. num. 81. & in seqq.* & ibi aliqua de pœna priuationis: quando habeat locum & qualiter imponatur. Quomodo à contumacia, quòd quis pro delicto criminaliter non possit condemnari, excusetur propter denegatum saluum conductum, consuluit Decianus *in consi. 96. volum. 3. num. 12. & in seqq.* ibi quòd quælibet saltem colorata causa etiam iniusta quem à contumacia excuset, *num. 14.*

515 Sed notandum est benè in hac materia, quòd impedimenta, quæ quis sua culpa sentit, non præstent iustam causam excusandi à contumacia: vel quia potuit ista impedimenta remouere, & nõ fecit, *Rom. in l. 2. in fine, ff. de re iudic. per text. in l. qui cum maior, §. 1. ff. de bonis liberto. Decian. d. consi. 121. vol. 3. nu. 14. 20. & in seqq. declarat ibi per exempla.*

516 Contumacia est graue delictum, vsque adeò, vt non desint, qui pœnam contumaciæ ad mortem vsq; extendi posse putent: quæ sententia licèt durior videatur, quàm vt in praxi recipienda: id tamen constat, arbitrio iudicis relinqui, qua ratione contumaciam punire velit, *Menoch. de arbitr. iud. quæst. casu. 280.* Quòd Magistratus præfractariam contumaciam & inobedientiam manifestam, pœna amissionis priuilegiorum aut beneficiorum, punire queat, tenet Mandos. *de monet. quæst. 31. num. 7.*

517 De contumacia seu desistentia accusatoris vide Salyce. *in l. qui crimen col. 4. versi. Nunc ad tertiam partem, C. de his qui accus. non pos.* ¶ De contumacia & contumace in causis criminalib⁹, quomodo procedatur in illa de iure ciuili, vide Angel. *in tract. suo maleficio. versi. qui Dominus iudex videns & cognoscens. Vide Art. 8. lib. 2. Landrecht. ibidem gloss. & addi.* ¶ Wie auch nach Sächsischen Rechten wieder den flüchtigen vnd vngehorsamen Thätter/so gebührlicher weise citirt von Gerichten zu Gerechten/ peinlichen soll procedirt werden / vide *pract. Chil. Kön. von der Acht oder Vorfestung,* & ibidem wie sich der Vorfeste Mann / wiederumb aus der Veste ziehen soll vnd mus: & in sententia hinterm Weichbildt / vom Geleite zu Rechte. *Colu. 2. versi. Es muste aber auch.*

518 Et ad hanc materiam nota, quòd contumax vel morosus non potest allegare pendentiam litis, *Barto. in l. vbi cœptum, ff. de iudi. & declarat per exempla. Hippo. de Marsi. in singula. suo 239. incip. contumax.* ¶ De ficta contumacia in criminalibus, vide Angel. *de malefi. in d. versi. Qui Dominus iudex videns & cognoscens, num. 28.* Et Decianus *in consilio. 96. vol. 3. num. 12. & in sequentibus*, vult, quòd ob fictam contumaciam non possit quis criminaliter ad pœnam capitalem condemnari: sed requiratur contumacia vera & inexcusabilis.

Item tenet *ibi* Decianus, quòd sententia condemnatoria ex ficta contumacia lata, sit ipso iure nulla, neque condemnato irroget aliquam infamiam, *n. 24. in præcedentib. & seqq.* ¶ Nota ad hanc materiam, *præcipuè ad Arti. 7. lib. 2. Landrecht.* inter alia volentẽ, quòd quis propter pestem grassantem excusetur à cõparendo: *gloss. c. communus 23. dis. c. suppliciũ de renunc.* quod limitatur, nisi in loco illo magistratus adhuc ius reddat. *per Ioan. An. & alios in c. cum dilecti de dolo & contu.* Sed infirmitas non solùm sua sed suorum excusat, *gloss. in d. c. communis Pet. de Rauen. in suo alphabe. litera P. versic. pestis.*

Et quòd infirmitas excuset, notat Bart. *in l. fi. ff. de integ. restit. colum. 2. versi. Item hæc idem.* 519
¶ Et impeditus ineuitabili necessitate, quæ aliquem possit excusare à contumacia, quis dicatur, notat Anto. Corset. *in singularibus suis in verbo necessitas ineuitabilis, & notatur in gloss. Arti. 7. lib. 2. Landrecht.* Item *in gloss. Arti. 44.* Weichbildt, qualiter probetur impedimentum: deciditur quòd iuramento. sed vide pulcherrimam declarationem à D. Mynsinge. traditam *in obserua. 92. centur. 3. & in obseru. 57. centur. 4.* (*In opinionum varietate, Camerales velut æquiorem elegerunt eam, quæ arbitrio iudicis permittit: vt is perpensis circumstantijs omnibus, iuramentum ad probationem impedimenti admittat, vel non admittat.*) ¶ Sed impeditus comparere, quatenus & quando procuratorem mittere teneatur, docuit idem Mynsinge. *in obserua. 58. centur. 4.* vel impedito quando & in quibus casibus ius suum seruetur saluum sine protestatione, docuit Mynsinge. *in obseruatio. 59. centur. 3.* ¶ Verè contumax, appellans non auditur: secus, fictè contumax, *l. & post edictam in fin. ff. de iudicijs.* qui etiam potest appellare: & quomodo reuocet attentata, vide singulare Hippol. *de Marsil. 87. incipien. licèt.*

Sed quis verè (*qui citatus dixit, se nolle venire.*) vel fictè (*qui citationi aliàs non paruit.*) contumax sit, vide hæc & præmissa apud Bartolo. *in l. fin. ff. de restitut. in integrum colum. 3. versicu. venio ad quartam* 520 absen-

absentiã vsq; ad fi. articuli in contumaciam in quã causa, an & quando habeantur pro confessis, excipit causam fractæ pacis, Mynsing. *in obseruatione 52. cent. 3.*

521 Contumax semper fingitur illud fateri, quod est sibi deterius, *l. de ætate. §. qui tacuit, vbi Br. de inter. act.* Et sic ex contumacia inducitur ficta confessio, *vide pulcrè Ias. in l. si prius in 13. col. vltra mediũ de op. nou. nunc.* Intellige hoc de contumace in nõ respondendo, cùm fuerit præsens, & à iudice interrogatus, *ita loquitur d. §. qui tacuit,* secus in contumace in non comparendo, *ita Car. Rui. in d. l. si prius.* Cõtumax si nõ vult cauere post iussum iudicis, & primum decretum cogitur captis pignoribus, & mulcta indicta, vel fiat missio in possessionem bonorũ. An autem iuretur in litem, vide *Br. & Mod. in l. si prius in 2. q. ff. de op. no. nunc.* ¶ Cõtumacia est digna excommunicatione: contumax semper fingitur fateri, quod sibi deterius est, & quot modis quis dicitur cõtumax, vide Ias. *in l. si prius in 13. col. de op. nou. nunc. & eundem in l. scim. C. de iud.* vbi ponit, quòd modis quis dicatur cõtumax, an domino noceat procuratoris cõtumacia, & contra domini procuratori, *vide infr. in verbo procurat.* ¶ Cõtumax non dicitur consentire, *Rom. cons. 48. c. si à iudice, de Appell. in 6. vide Goz. in l. cum quidã lect. 29. in 1. conclus in fin. ff. Si cert. pet.* ¶ Propter contumaciam iudex potest denegare audientiã parti, *l. sed & si per præt. §. sed & si dũ decr. ff. quib. ex caus. maior. vide Bart. in l. consen. in 4. col. C. quom. & quand. iudex. & Alex. in l. 1. §. in operis, de op. no. nunc. & Paul. de Cast. in l. 1. §. fin. de off. eius.* ¶ An si alicui denegetur audiẽtia, processus valeat, *Dec. cons. 275. vol. 2. in caus. q̃ luc. ag.*

522 Actoris contumacia excusat contumaciã rei, *l. si quis arbitr. vbi Soc. in 2. not. not. contra gl. in l. 2. in fin. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & cõtra gl. in l. fin. §. sed si stipulator de eo per quem factum est, quæ gl. voluerunt contrariũ, vide & ibi Car. lect. 67.* Cõtumaciter abesse dicitur, qui adest, & illicentiatus recedit, *Br. in l. consent. C. quomodo, & quando iudex.* ¶ An & quando propter contumaciam Appellatio prohibeatur, *Dec. cons. 34. vol. 1.* ¶ Cõtumax qui dici nõ potest, tametsi citatus nõ compareat, etiam facta relatione ipsius nuncij, nisi pars aduersa compareat, & ipsius cõtumaciã in iudicio expressè accuset, *tex. est de iure melior in l. proper. §. & si quidẽ, C. de iud. in verbo actoris absentiã incusante, quẽ Ias. in 5. not. ad hoc not. vide de hoc supr. in verb cit. col. 212.* Contumax non censetur, tametsi citatus nõ compareat, etiã facta relatione nuncij citantis, sed vltra hoc requiritur, quòd altera pars compareat, & ipsius contumaciam expressè in iudicio accuset, *l. properand. §. etsi quidem, C. de iudicijs. In verbo actoris absentiam recusante, vid. sup. in verb. citat.* Sic etiamsi citatus comparet coram iudice, & recedat sine licentia iudicis, dicitur contumax, *ita Innoc. in c. calumniã, ext. de pœn. vide gl. in l. Decurio, ff. de Decur. & l. fin. C. eod. lib. 10.* Monet igitur Bl. *in Repert. suo super Innoc. in verbo Citatio,* aduocatos, vt sint cauti, quando scilicet citati comparent, vt non recedant illicẽtiati. Nã non cõparuisse dicitur, qui illicentiatus recedit, *facit l. quæsitũ, ff. de re iud. vide Br. in l. consent. C. quom. & quando iudex.*

De Conuentionum generibus.

Vide sex cõuentionũ genera apud Vdal. Zas. *in proœm. lectu super tit. ff. de verb. obl. vbi declarat de vnoquoq; in specie quid sit, cuius sit effic. & opera.* 1. De cõuentione in genere von weits leufftigen Worten, *n. 2.* 2. De pollicitatione, quam vulgo nominamus verba honoris, *n. 4.* 3. De constituto, *n. 7.* 4. De pacto, quod concluditur in nudis finib. consensus, *n. 8.* 5. De stipulatione, *de qua tract. tit. ff. de verbo. obl. n. 12.* 6. De promissione, *num. eo. vsq; ad finem.* 523

De Conuentione amplianda.

Qvando puta: in causa societatis conuentum est de lucro, vel damno tantũ: ita quòd de alia nihil est dictũ, tũ conuentio facta in vno intelligitur facta etiam in alio, *vt in §. illud Inst. de societ. Et sic in casu, §. de illa sane in vers. Nam & ita, Instit. eo.* si conuentum sit, vt operam ponens habeat dimidiam lucri, intelligitur conuenisse, vt habeat vel resarciat medietatem damni & econtrà, *Ang. in d. §. de illa sane, Instit. de societ. n. 4. per d. §.* illud de similibus potest cogitari, & potest hæc doctrina alijs accommodari. facit ad hanc doctrinam, quòd contrariorũ sit eadem disciplina. *Vide Aret. in d. §. illud, Instit. de societ.* adde quando in contractib. duo sunt, quæ sub eodem nomine haberi cõsueuerint, quòd dispositio facta de vno, trahatur etiã ad alterum, *refert sic Sylu. cons. 81. num. 3. vol. 2. per Bal. in l. empt. C. locati cõsul. Alex. de Imo. in cons. 140. vol. 5. col. vlti. versi. in contr. alleg. facit tex. l. Seiæ. §. tyrãne. ff. de fũdo instr.* 524

De Conuentione, & Reconuentione.

Reconueniens aliquem an possit pecuniam, in quã primo fuerat actori condemnatus, depositam arrestare, *Modest. Pist. p. 3. q. 114.* & de cautione pro reconuentione, *quæst. seq.* ¶ Reconuentio in quibus casibus iure cõmuni admittatur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 184. Thoming. decis. 16. Myns. cent. 1. obs. 10.* 525

De Conclusione.

Conclusio in libello, rescriptis, contractibus semper inspicienda, in qua tota vis consistit, *Ias. in l si prius 10. col. de op. nou. nunc. Vbi hoc latè examinat. Vide Dd. latè in l. edita. C. de ed.* Imò si in contractibus multa verba interuenerunt, tamẽ solùm conclusio est inspicienda, *l. si voluntate, C. de rescind. vend. & tex in iure non est melior. Bl. ibi, vide infr. in verbo Libell.* ¶ An disputantes debeãt ponere cõclusiones dubitabiles, vide *Abb. in c. de multa de pb. in 2. fol. 26.* 526

De Confirmatione.

527 QVando aliquis actus confirmatur, licet illa confirmatio det rebus vires, tamen ipsum actũ nõ extẽdit, *de hoc est casus in l. Aurel. ff. testa. §. de lib. leg. quem not. Bl. in l. 3. C. si aduersus rem iudic. & in l. nominat. C. de Appell. Paul. de Cast. in consi. 134. notandũ est in 1. col. Io. de Mont. Ferr. in Rub. de verb. obl. col. 11. ibi nono induc.* Confirmationis natura est, dare robur dispositioni prius factæ, nõ, extendi ad casum non cõpræhensum, *Dd. in l. & quia de iurudict. om. iud. ita vide Petr. Phi. de Cor. in consi. 9. vol. 3. & Goz. in l. omnes populi in 3. q. 3. q. pr. in 12. lib. de iust. & iur. Br. in l. 3. C. si aduers. rẽ iudic. Goz. lect. 15. circa fin.* ¶ In omni cõfirmatione persona cõfirmantis censetur exẽpta, *not. in l. frater à fratre, ff. de cond. ind. vide Goz. vbi supr. Pulcras concl. 7. in materia cõfirmationis, quæ est frequẽs, vide p Soc. de Mon. Ferr. in l. omnes populi in 4. q. 3. q. pr.* dũ quærit Br. circa quartum, quando duo statuta in eodem volumine sunt contraria, *ff. de iust. & iur.*

528 Approbare dicitur, qui non improbat, *Br. in l. 1. de furt. aduers. naut. caup.* Propter nostrum affirmare vel negare, nihil mutatur in re, *l. assumptio, ad municip.* Cõfirmatio in dubio debet referri ad actũ validũ, & talẽ, qui erat aliquis: nõ ad eũ, qui null⁹ fuit, *ita Alex. in consi. 18. vol. 6.* Confirmo, verbũ, cuius naturæ sit, vide *Alex. in consi. 38. viso statuto in 4. vol. num. 32. char. 25.*

Cogitatus,

COgitatus punitur, *l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. facit l. 1. §. persuadere vers. qui igitur, ff. de ser. corr. l. Diuus. vbi gl. de sicc. l. 1. & l. si is qui cum telo, C. eod. vid. in verbo crimẽ. De hoc vide latissimè Fel. in tr. conatus, qui est insertus lecturæ ipsius post tit. de Appel.* ¶ Cogitationes hominũ omnipotenti Deo nequeunt occultari, *c. in ciu. de vsur.*

De Communitate & diuisione.

529 SI duo socij vel hæredes in communione starent, etiã per mille annos, nunquã tollitur ius petendi diuisionem, *contra gl. in l. 1. C. de Ann. ex. de hoc vide Car. in l. stipulationes non diuiduntur q. 1. Lect. 52. char. 112. de verb. vide de hoc Ias. etiam in §. quædam Inst. de Act.* ¶ De euictione rei cõmuniter alienatæ, quilibet pro eius parte tenetur, *Dec. consi. 281. vol. 2. viso puncto diligenter.* Quando vnus rẽ communẽ locare possit: & potestas locandi rem communem perpetuò in alium transferri nõ potest. *Dec. consi. 282. vol. 2. viso* ¶ Cõmunis vsus loquendi præfertur in omni dispositione, & legib. contractibus, statutis. pœnalibus etiam dispositionibus, *vide infr. in verb. legijs verba.* etsi communis vsus loquendi præfertur, etiã propriæ significationi vocabuli, *de hoc latiß. vide Fel. in proœ. decret. per 4. col. Curt consi. 5. fol. 68. col. 1.* Cõmunio multa incomoda affert, *l. si non sortem, §. si centum cum ibi not. de cond. indeb.* Et negligitur, quod cõmuniter possidetur, *l. 2. C. quando, & quib. quarta pars lib. 10. vide Soc. in l. 4. §. Cato circa opp. 2. Br. 7. col. de verb. obl.*

Quando duo rem communẽ, vnusquisq; 530 partem pro diuiso possedit per mille etiam annos, non tollitur diuisio, *contra gl. in l. 1. C. de Ann. excep.* Sed quando vnus solus rẽ communẽ possidet totã, diuisio tollitur, *ita procedit, d. l. 1. C. de Ann. excep. vide Carol. in l. stipulat. non diuiduntur in 1. q. Lect. 25. fol. 112. de verbo.* ¶ Item quando duo rem communem possederunt pro diuiso, an statim diuisio facta intelligatur, an 10. anni requirantur, *vide gl. in l. pen. C. comm. diuid. quæ dicit, quod 10. anni, vide Car. vbi supra fol. 112. fall. 2. in fin. vide de hoc in verb. frater.* An ex diuturnitate possessionis diuisio probetur, *Dec. consi. 19. vol. 1.*

Diuisionẽ lex perpetuò prohibere potest, 531 *c. imperialem, §. præterea de prohib. feud. c. licèt de voto, l. dudum, C. de contrah. empt.* Per pactum autem hoc fieri non potest perpetuò, sed ad tempus saltẽ, *l. in hoc iudic. §. si conueniat ff. com. diui.* Quid in testatore: an legis vel hominis dispositioni æquiparatur, vt perpetuò diuisionẽ prohibere possit? Dic, quòd, licèt Paul. *de Cast. in l. si non sortem. §. si centum ff. de cond. ind.* voluerit, quòd testator perpetuò diuisionẽ prohibere nõ possit, sed tantùm ad tempus; *vt ibi per eum.* eius contrarium tamen voluit Alex. *ibidem, quem approbando etiam sequitur Car. Ruin.* dumodò hæc fiat, *in l. stipul. non diuiduntur in 1. q. Br. lect. 52 fol. 112. in lect. ipsius.* Quòd testator ad tempus prohibere possit, ne hæredes diuidant, est casus, *in l. si quis ita, ff. de con. inst. quem text. ibi Bl. & Ang. no. & Alex. in l. si non sortem, §. si contra de cond. indeb.*

De pacto perpetuæ comunionis, quando 532 valeat: & de præcepto, quòd debeant fratres viuere in cõmuni, *Dec. consi. 265. vol. 2. in instru.* ¶ Communia præcedere debent, *l. 1. ff. si cert. pet.* Communia omnia esse debent, *c. dilectiß. fratr. 12. q. 1.* Ad communionem nemo tenetur, *gl. in l. si quis aliam rem de sol. l. si non sortem. §. si centum, de cond. ind.* hæc enim lites & discordias producere solet *l. cum pater, §. dulcißimus de leg. 2.* Nec etiã in ea inuitus persistere cogitur, *d. §. si certũ.* Et an valeat præceptum hæredibus, ne diuidant, *vide per Alex. ibi.* Ratione communionis, immunitas vni ex socijs concessa, alteri prodest. Item frater clericus habens bona cõmunia cum fratre nõ clerico, is gaudet etiam priuilegijs clericorum: item si delictũ committitur à pluribus, inter quos vnus fuit clericus, iudex Ecclesiasticus erit iudex, *vide de illu infr. in verb. vnio, & in verb. fratres.* ¶ Quod commune est mihi cum alio, meum non est, *l. pupillus, §. fin. cum gl. ff. de V. S.*

In re communi potior est conditio pro- 533 hibentis, *l. Sabinus, ff. comm. diu. cum ibi not. in re comm. de Reg. iur. lib. 6. Car. in l. stipulationes non diuiduntur, fol. [illegible]. in pr. de verbo. vide Dec. in consi. 221. vol. 2. non patitur.* An commune, meum sit, quantũ ad partis meæ dispositionem, *vid. Br. in l. 1. C. qui test. fac. poss. vbi Ias. ad mul. q. infert. vide de hoc infr. in verb. meum.* ¶ De iure rei, com-

communis locus est ordinarius in l. *serui electione, §. Labeo de leg. 1.*

Quando diuisio est facienda inter fratres de hæreditate, an maior diuidere, & minor eligere debeat: & quis dicatur maior, an ætate, an qui maiori tẽpore habuit bonorũ administrationem, *vide Abb. in c. 1. ext. de Parroch. in vlt. not. vide Br. in l. 1. C. de his qui se def. lib. 10. Alex. & Ioh. de Plat. in §. Socius Inst. pro Socio, & Ias. in §. quædam Inst. de Act. vide in Spec. Sax. lib. 3. art. 29. Weichbild. art. 25. de art. seq. vide alia ad hoc infr. in verb. frater.*

534 In diuisione hæreditatis, an semper Senior diuidat, & iunior eligat, siue tantùm duo, siue plures sint fratres? In sequenti discursu apparet. Quæ sit iurium dispositio, cùm hæreditas inter plures, quã duo fratres diuidenda fuerit, à me scire voluisti vir ornatissime. Ad quod breuib. respondeo: Cum duo tantũ sint fratres, tunc res est expedita: eo n. casu maior natu diuidit, & iunior eligit, in quo ius Cæsareum, & Saxonũ concordat. De iure cõmuni textus est clarus, *in c. 1. ext. de Parroch.* in his verbis: (vt ille diuidat, qui amplius tẽporis in Episcopatu habet, & minor eligat.) Cum autem Cæsareũ ius in hoc articulo expresſiorem textum non habeat, iuri cõmuni subscribemus per vulgarẽ regulã, quę habet: quãdo ius ciuile de aliquo casu expresſè nõ disponit, & ius Canonicũ de eo clarè loquitur; tunc etiã de iure ciuili ille casus obseruari debet. Iuris verò Saxonici textus est, *in Spec. Sax. lib. 3. art. 29.* qui habet hæc verba: Wo zweene Mann ein Erb nehmen sollen/ da soll der Elteste theilen/ vnd der Jüngste kysen. Habet & hæc diuisio sacræ scripturæ authoritatem, & exemplum. Abraham n. natu maior frater partes constituit, & Loth minor frater elegit. Cùm verò plures, quã duo sint fratres, inter quos hęreditas diuidenda sit, id quod quęris, ita sentiendũ arbitror. Quanquam n. inuenerim in Dd. Apostillis, (vt vocant,) annotationibus & repertorijs, quibus fidendũ nõ est, cũ sine textu & lege loquãtur. Nõnullos in ea esse sententia, quòd sortis felicitate diuisio facienda: nec Seniorum, nec iuniorum vlla ratio habenda sit. Alios verò aliter sentire, vt facta scilicet per seniorem fratrẽ partium diuisione, iunior electionẽ habeat, qua semel facta, reliqui fratres suas hæreditarias portiones sorte consequuntur. Hanc tamẽ Dd. assertionem in vtrisq; membris, cũ planè nullo, nec iuris cõmunis, nec Saxonici textu nitatur, tanquam non necessariam, sed solũ probabilẽ minimè amplectendã. Sed potiùs supra memoratã, vtriusq; iuris, & communis & Saxonici claris textibus firmatã, generalẽ regulam obseruandam omnino puto: quòd scilicet senior frater hæreditarias portiones facere, & deinde iuniores, quotquot fuerint numero, siue duo, siue plures, suo ordine quisq; suæ partis optionem habere, & natu tantùm maior frater (qui portiones fecerat) vltimam & restantem partem sibi retinere debeat. Nõ n. est nostrũ, temerè & pro libito, absq; expresſo iuris textu, iuris regulas generales (qualis præsens est) vel restringere, vel ampliare. ¶ Et hoc etiam ita clarè de iure Saxon. decisum reperio *Weichb. art. 26.* cuius verba hæc sunt: Wo aber zween oder drey zu einen Erben gehören/ oder Heyrgewett theilen sollen/ da mag der jüngst kysen. Hic Saxo. iuris textus optionem iuniori, etiam plures, quã duo sint fratres, tribuit. Per quẽ textũ ego etiã casum tuũ præcisè, & vt dicitur in terminis, decisum arbitror, cũ vestrûm tres sint fratres, inter quos paterna hæreditas sit diuidenda. Et ita ego de iure respondendũ censeo. De hac tamẽ diuisionis materia vide latiss. *D. Ias. in §. quædam Inst. de auio, vbi latiß. hanc materiam, allegando tam legistas, quàm Canonistas tractat.*

¶ Vtrum maior fratrum teneatur diuidere, & minor habeat electionẽ: an sit diuisio facienda per sortem, an per breuia: & quòd pater semper inter fratres & liberos æqualitatẽ seruare debeat, quæ etiam semper inter eos est seruanda: & multa de materia illa quotidiana, vide pleniss. Hier. *Schurff. in cons. 71. per totum*, vbi in hac materia narrantur duę principales opiniones. Et quis dicatur frater maior: is scilicet, qui maiori tẽpore administrauit & gubernauit bona: & non is, qui ætate, siue tẽpore est maior: vide omnino, quia pleniss. hæc materia examinatur ibidem. De diuisione inæquali facta inter fratres, quomodo & quatenus ratione minoris ætatis, vel læsionis interuenientis reipsa vel aliàs, posſit retractari vel impugnari, per læsum vel eius hæredem, vide integrum consiliũ *Hier. Schur. in cons. 28.* Ad diuisionẽ tacitè prouocari dicitur, qui inquietat, *l. si conuenerit secundùm Bl. ibi l. iubemus nulli, C. de S.S. Eccles. no. 3.* 535

Concedere.

COncedo verbũ, an dominij translationem significet, *vide Abb. in c. cum venerabilis in 2. col. & ibi Apost. de Except.* Cõcessa videntur post tempus, ad tempus prohibita, *l. Imper. ff. postul. l. & si seuerior, vbi Alex. not. C. de infr.* 536

De Copijs actorũ partib. dandis.

QVòd acta partibus sint ædenda: ita vt originalia maneãt penes scriptores, dicit tex. *in c. quoniam contra ex. de probat.* ¶ Sed pro ampliatione eius nota: Quòd nedum de omnibus actis debet fieri copia parti, sed etiã de allegationib. iuris & cõsilijs: ne iudex circumueniatur ex falsis allegationibus: secus in his, quæ dantur ad instructionem iudicis. *Lud. Rom. in sing. suo 266. incip. sui interrog. Spec. in tit. de instr. editio. §. videndũ restat, ver. illud a. n. 10.* Const. Elec. Sax. *part. 1. Art. 18.* statuit tempus duorũ mensiũ dandæ copiæ actorũ partib. 537

De

De Copula.

538 De copula,& coniunctione, & de dictione Cvm, vide tractatum Barto. *de copula, & coniunctione.* ¶ De natura orationis, copulatiuæ, disiunctiuæ,& solutæ; quòd natura copulatiuæ requirat omnia simul vera, natura verò disiunctiuæ alterum tantùm: & de soluta, vide Dynum, *in c. in alternatiuis de reg. iu. in 6. in versi. item oppono,& videtur tex.& gloss. in l. sæpè, ff. de verbo sig.*

539 Copula interdum pro disiunctione accipitur, *l. coniunctionem, de verb. sign.* & econtra disiunctio pro coniunctione. *l. sæpe eod. tt. de verb. sign.* ¶ Dictio Et coniungit, & vnit principaliter & per se: dictio Cvm solum accessoriè. *Br. in l. 3. in 3. col. in pr. ff. de leg. 1.* Copula non semper requirit vtrumque de necessitate, sed verificatur in altero tantùm, *Br. in l. 1. §. initium, de postul. Materiam copulæ habes per Br. in l. si is qui ducenta, §. vtrum, de reb. dub. Br. in l. 1. 2. col. ff. de iust. & iur.* ¶ Natura copulæ est, quòd copulata ad eandem iuris determinationem restringit. *l. quamuis, C. de impub. & alijs l. nam hoc iure, ff. de vulg. & pup.* ¶ Ad veritatem copulatiuæ requiritur, vtramque partem esse veram: sed disiunctiuæ sufficit alteram, *l. si hæredi plures, de cond. Inst. de hac reg. latiss. vide Ias. cum ampliationib. & limitationibus in l. 1. in 2. col. de iust. & iur. Casus est in l. si quis ita stipulatus, de V. O. Br. in l. si is pro empt. in 4. q. pr. fol. 104. n. 1.* ¶ Copula debet poni inter diuersa, *gloss. l. 1. de iur. & fact. ignor.* Sed quando ponitur inter eandem rem significantia, amittit naturam suam, & ponitur expositiuè, *ita dixit Greg. Hisp. in l. 1. ff. de pact. col. 17. ad fin.* ¶ Natura copulæ est implicare, *l. 1. & ibi not. ff sol. matr. & l. eam tamen adiectio de leg. 3. l. 1. vbi gl. Br. & Alex. de iurisd. om. iud. vbi Br. in l. tutorum ff. de adm. tutor. De copula latissimè vide Fel. in c. 2. col. 12. de Rescript.*

540 Copula an inducat repetitionem qualitatum præcedentium, vide Br. *in l. Seie, §. Gaio, ff. de fund. instr.* ¶ Melior est loquendi modus, quòd copula tantùm vltimo loco ponatur: tum enim in præcedentibus repetita intelligitur, *gloss. in l. precia rerum, ff. ad l. Falcid. Dec. in gl. Rub. ff. si cert. pet.* Copula interdum denotat commissionem secundùm ordinem, & non conuentionem, *ita Bl. in l. Gallus. §. quidam rectè, de liber. & posth. ibi: quinto nota.* ¶ Punctus loco copulæ habetur. *gl. in d. l. precia rerum ad l. Falcid. & in l. cum duobus, §. in coeunda, ff. pro Soc. Dec. in Rub. ff. Si cert. pet.* ¶ Copulæ carnalis probatio, vt cadit in immediatum sensum corporeum testis, ita sufficit testē deponere de actu propinquo: vt quòd dicat, se vidisse solū cum sola, nudū cum nuda, in lecto eodem iacentem, *ita Alex. in l. 1. in pr. n. 19. ff. Si cert. pet, tex. est bonus in c. ex lit. ext. de præs.*

De Coquo Imperatoris.

Coquus quòd sit artifex, & coquus Imperatoris quòd habeat dignitatem, dicit Ludoui. Roma. *in sing. suo 655. incip. nunquid esse coquum. & Francis. Cremen. in sing. suo 99. incip. statuto cauetur.* Imò omne officium, quantumcunque vile, deseruiens principi, dicitur dignitas, *Roma. in sing. 814. incip. tu habes.* 541

De saluo conductu.

De saluo cōductu, & materia, vide *in verb. iter infr. & in verbo fides, & in verbo pax.* Saluus conductus concessus alicui, pro veniēdo ad certum locum, intelligitur etiā concessus pro abeundo, *l. vtimur cum ibi not. ff. de sepul. viol. vbi not. Br. vide Alex. in cons. 28. vol. 6. & Alex. in cons. 188. ponderatis verbis, vbi habes de hoc integrum consilium, vide Dec. in cons. 49. vol. 1. in 3. col. vbi pulcra per totum cons. de quodam saluo conductu, quod scilicet latè interpretari debeat, adducit.* ¶ Saluus conductus est remedium fragile, & qui in eo non confidit, habet iustā causam. Hæc enim cautio est nimis fragilis, *vide Abb. in c. accedens 2. ext. vt lit. non contest. n. 3. vide ad hoc infr. in verb. Iter.* 542

De Collegijs.

Nvllum collegium est licitum, nisi quod à iure probatum est, *l. 1. ff. de coll. ill.* Collegium tres faciunt, *l. Neratius de V. S. Br. in l. fin. de coll. ill.* Et ergo tres simul habitantes possunt facere syndicum, sine consensu superioris, qui nomine eorum agat, & conueniatur, *vide Abb. in c. fin. n. 9. de prob.* Qui de nouo veniunt ad collegium, non tenentur de debito antè contracto, *tex. & ibi Br. in l. prouidendum, C. de decur. lib. 10. Ioh. de Plat. in l. 1. C. de in col. lib. 12.* 543

Vnus potest esse in collegio, & tamen exemptus à statutis eorum, *l. 1. ad mun. Br. in d. l. fin. de colleg. illicit.* matricula quem probat esse de collegio, *l. petitionem, vbi Br. notat C. de adno. diu. iud.* ¶ Qui sunt in collegio alicuius artis, & artem non exercent, non gaudent priuilegijs collegij, *Br. in l. semper, §. quibusdam, ff. de iur. immun.*

De Coniectura.

In claris coniecturis, non est opus alia interpretatione, *l. continuus. §. cum ita, de V. O. l. si alij. de vsufr. leg. ita Soc. alle. in l. 3. de leg. 1. l. non aliter, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. si alij, ff. de vsufr. leg. hæc iura allegat Socinus cons. 165. vol. 2.* 544

Quod ex coniecturis colligitur, euidens dicitur, *l. licet de leg. 1.* Sic illud expressum dicitur, quod ex mente legis colligitur, & sub gene-

generalitate verborum continetur, *vide de hu Br. in l. prætor. vbi tex. & gloss. de op. no. nunc. in pr.* Quia expressum facit cessare præsumptum, *l. si ita, de Lib. & posth. l. Clemens Patronus, de hæred. inst.* ¶ An per coniecturas inducatur euidens probatio, *vide Alex. in l. licet Imperator. de leg. 1. in pr.*

Coniector dicitur interpres somniorum, qui coniecturâ ea interpretatur, *c. 41. in Gen. ibi (misit ad omnes coniectores somniorum) & iterum, eod. c. dum dicitur, (quæ audiui te sæpissimè conijcere) & iterum (narraui coniectoribus somniorum, & nemo est, qui edisserat)*

Correctoria odiosa in pœnalibus.

545 IN correctorijs, an fiat licitè extensio, etiam ex maioritate rationis, *vide Dd. in Auth. quas actiones, C. de SacroSanct. Eccles.* Lex correctoria non extenditur, etiam ex maioritate rationis, *Curt. cons. 6. fol. 75. col. 4.* ¶ Quomodo in correctorijs & pœnalibus fiat extensio, *vide Ias. in l. 1. in vlt. col. prope finem. C. de success. Edict. & in §. sequens no. 7. & §. tripli. no. 22. & vers. ex maleficijs. Inst. de act.* gloss. est *melior in iure in c. statutum, in verb. numerandi de præbend. lib. 6.* ad hoc: quòd in correctorijs est licita extensio, quando reditur ad ius commune, *vide Mod. in Aut. quas actiones, C. de S. S. Eccles. & in l. 2. de leg. 1. vide Goz. in l. omnes populi in 6. q. pr. in materia extensionum. de iustitia & iure*, vbi ponit differentiam inter correctorium, limitatorium, & exorbitans, *lect. 26. vbi facit 4. conclusiones.*

De stricta significatione & propria, ad latam etiam in correctorijs, & pœnalibus, nedum in statutis ex identitate rationis fit extensio, *gloss. est in auth. vt hi qui oblig. Si per. hæres minor. in verb. ad iurationem, glo. in cle. 1. in verb. eligatur, de elect. vide Ias. in l. 1. de verb. obl. Ias. in l. 1. in vlt. col. C. de success. ed. De hoc vide Alex. in l. 2. in 2. col in pr. vbi allegat gl. in Clem. 1. in verb. eligatur de Elect. & gloss. in Auth. minor debitor, C. Qui dar. tut. poss.* ¶ In correctorijs est licita extensio, quando reditur ad ius commune, *gl. in c. statutum in verb. numerandi, de præb. lib. 6. vide Ias. in l. properandum in 6. col. C. de iud. vide Curt. cons. 5. fol. 70. col. 3. in princ.*

546 In materia correctiua, de vno relatiuo, fit extensio ad aliud, *Br. in l. pen. per illum tex. C. de indi. vidu. tol. vbi Iason, vide infr. in verb. pœnæ.*

Correcta ratione legis, intelligitur, quòd lex sit correcta *probatur ex not. per gl. singul. in l. 1. in verbo prouidentia, & ibi Br. ff. de leg. tuto. Alex. in l. 1. in 6. col. in fin. C qui admitti.* In limitatorijs, ex identitate rationis est licita extensio, *tex. est optimus in c. cum dilecta. de confirm. vid. Ias. in l. 1. in 6. col. C. qui admitti. Soc. in l. 2. ff. de leg. 1. & Ias. in l. cum mota, in fi. 3. col. C. de Transact.*

In correctorijs, si ratio est scripta in lege, debet fieri extensio ex identitate rationis, *gloss. in Clem. 1. in verb. eleganter. de Elect.* & hoc verum, quando fit extensio ad casum, qui sub lata significatione vocabuli poterat cõprehendi, aliàs non fit extensio, *gl. in Clem. auditor. in verb. Romana. de Rescript. vide Alex. in l. peregre, §. quibus, de acq. possess.*

Quando vnum venit in consequentiam alterius, tunc vno correcto, vel immutato, alterum quoque censetur immutatũ seu correctum, *c. miramur, de ser. non ord. c. multis. de æt. & qual. Abb. in c. non debet de consang. & aff. Br. in l. Gallus. §. & quid si tantum, de lib. & posthum. col. pen. Iohan. de Mont. Ferr. in rub. de verb. oblig. in 4. col.* 547

In qualibet dispositione etiam stricta interpretanda, si est expressum aliquod verbum, quòd plura potest comprehendere ex sui proprietate, omnia illa comprehendit, nec debet restringi vis ipsius verbi, *l. cum lege, de test. quam ibi ad hoc ponderat Ang. c. ex parte el. 3. & ibi notat Abb. ext. de dec.* ita dixit Ioh. *de Mont. Ferr. in rub. de verb. oblig. col. 6.* dum nititur probare, quòd ex pollicitatione de iure Canonico oriatur actio, sicut ex pacto nudo. ¶ In correctorijs, quando fauetur Animæ, fit extensio ex idenditate rationis, *ita Br. in Auth. Sacramenta, C. si aduers. vendit. vide Alex. in cons. 39. vol. 6. nu. 11. & eundem in cons. 330. vol. 2. n. 10. ch. 156.*

Nota diligenter, quòd in dispositione concernente vtilitatem publicam, licèt sit pœnalis & correctoria, fit extensio ad casum non habentem tantam rationem, *Hæc doctrina regulariter probatur in l. hoc modo, ff. de cond. & dem.* Vbi extenditur lex reijciens conditionem, de legato facto mulieri sub conditione, si nulli nupserit: & in nullo loco ad casum, in quo mulier prohibetur à testatore certo loco nubere, si in alio loco non possit nubere nisi cum difficultate, *hanc doctrinam voluit Iohan. de Mon. Ferr. in l. 1 in pr. de verb. oblig. col. 12.*

In materia pœnali vel correctoria, quæ sui natura est restringibilis, si sunt apposita verba, quæ possunt capi largè & strictè capientur in stricta & propria significatione, *l. quod si nepotes ff. de test. tut. c. Rodulphus de Rescript. Matth. in suis not. n. 194. De hoc vide infr. in verb. Verbum.* hoc intellige in dispositione hominis, secus in dispositione legis, *l. filium habeo, ad Maced. iuncta l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. vide Ioh. de Mont. Ferr. in d. l. 1. col. 12. de verb. obliga. Adde Goz. in l. 2. §. creditum, in fin. Si cert. pet.* Dispositio correctoria, & pœnalis simul, propter istas duas qualitates simul concurrentes non extenditur ad casum, in quo permittitur alias, *gl. in Clem. 2. in verb. eudem, de æt. & qualit. Aret. in c. per tuas col. pen. de* 548

de prob. all. ad hoc l. si vxor in princ. de Adul. iuncta l. item legato, §. parui de leg. 3. Ioh. de Mont. Fer. in l. 1. in pr. colum. 12. de verb. obl. all. l. pen. & vlt. C. de interdict. matr. inter tut. ¶ In pœnalibus & correctorijs, licèt non debeat fieri extensio, *c. odia, de Reg. lib. 6. c. statutum de Elect. lib. 6. l. interpretatio, ff. de pœn. cum simil. not. gloss. in §. item mixta, inst. de Act.*

549 Illud procedit, (quòd scilicet in pœnis non sit extensio,) nisi essemus in casu, in quo si non fieret extensio, de facili potest eludi dispositio iuris pœnalis, *vt est gloss. in c. quanquam de vsur. lib. 6. in gloss. fin.* quæ extendit prohibitionem illius c. (loquentis de testamento) ad prohibitionem codicillorum, nam si aliter diceremus, illuderetur dispositio illius canonis, *hoc voluit Dominic. de S. Georg. & Paul. de Liaz. in Cle. 1. de sepul. simile probatur in l. libertini, §. Senatus, de ritu. nupt. bene facit l. filium habeo, ff. ad Maced. de hoc vide d. Alex in l. 1. in pr. in 3. colum. ff. de verb. oblig. & ibi Ioh. de Mont. Ferr.* ¶ Sic quando statutum inducit nouum delictum & pœnam, & sic est præter legem, habet etiam locum extensio de vero casu ad casum fictum, *Iohan. Andr. in c. fin. de consue. facit tex. in l. si per alium ff. ne quis eum. & in l. si quis id quod de iurisd. om. iud. vide Soc. in l. si mihi & tibi de leg. 1.*

550 Lex corrigens, dicitur tantùm corrigere in his, in quibus expresse corrigere apparet: in alijs autem simpliciter loquens, semper debet intelligi secundùm regulas iuris antiqui, *l. sciendum vbi DD. qui satisd. cog. iuncta Auth. offeratur C. de litis contest. vide Goz. in l. 2. §. appellata, si cert. pet.* ¶ Lex exorbitans non debet extendi ad casum, qui habet aliam qualitatem secum, *c. statutum de Elect. lib. 6.* vbi dicitur, quòd c. *licèt canon,* (quod loquitur in Ecclesi. paroch.) non extenditur ad Ecclesiam parochialem habentem aliam qualitatem annexam: vt puta, quia est etiam Ecclesia collegiata, *vide Soc. in Rub. & verb. obligatio. colum. 15.* ¶ Hæc limitat not. Carolus, *in l. stipulationes non diuiduntur ch. 106. fa. 2. ibi tertio mouentur de verb. oblig.* quando illa qualitas alterat ipsum simplex, & inseparabilis est ab eo.

551 In materia statutaria, & alia, in qua strictè proceditur: dispositum in casu vero & expresso, habet locum in casu tacito & præsumpto, vide *Franc. Curc. in consf. 4. fol. 64. colum. 3.* ¶ Exorbitantia iura ex identitate rationis etiam ad alios casus, qui sub larga seu impropria significatione vocabuli comprænhenduntur sub casu expresso, extenduntur. *Hæc reg. probatur in l. filium habeo, ff. ad Maced. & in l. senatus consulto, ff. de ritu nupt. iuncta l. liberorum in pr. de verb. sign. vers. sed Papirius cum ibi not. per Br. facit gl. not. in Auth. minoris in verb. accusatione C. qui dar. tut. poss. & quod not. gloss. in Clem. 5. de Elect. vide Alex. in l. si prius in 7. colum. ibi puto communem opinionem esse veram, de op. nou. nunc.* ¶ In materia exorbitanti, indefinita non æquipollet vniuersali, *Corn. consf. 48. volum. 2. & consf. 138. eod. volum. vide Goz. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. in 6. q. pr. lect. 25.*

De Contrarijs.

552 VVlgata iuris est Regula: Contrariorum eadem est disciplina & ratio, *c. hospitiolum 32. dist. l. 1. ff. de hu. qui sunt sui, vel alien. iur. Inst. eod. tt. in pr. Inst. de tut. in pr. l. qui accusare, de accus. l. etsi contra, ff. de vulg. & pup. l. Pomponius, §. sed & is qui, ff. de procur. l. fin. in pr. ff. de leg. 3. ego allego text. in l. si quo tempore ff. de pet. hær. gloss. in Clem. 1. de sent. excom.* De hac materia contrariorum vide, *latissimè Mod. in Rub. ff. de acq. poss. vide pulcram declarationem ad præmissam regulam per Goz. in l. vnica lect. 23. C. quand. non pet. par.* ¶ Præmissa regula procedit, quando est eadem ratio · secus, si diuersa, *l. ea lege, ff. loc. l. si quis negotia eod. tt. Hæc iura duo ad hoc allegat Ioh. de Mont. Ferr. in Rub. ff. de verb. obl. col. 10. in prin.* ¶ Si vnum contrariorum est verum, reliquum erit falsum: & ad positionem vnius contrarij, sequitur remotio alterius, *l. hæc verba, ff. de verb. sig.* ¶ Et quando vnum contrariorum commendatur, aliud vituperatur, *de pœn. dist. 2. §. è contrario. gl. in c. sciendum 8. q. 1. in verb. ex diuerso.*

553 Duo contraria non possunt concurrere in eodem subiecto, nam hoc est impossibile, *l. ancillam, ff. pro suo l. duo sunt Titij. ff. de adm. tut.* ¶ Nota tamen, quòd ex probabili ignorantia possum mihi ipsi esse contrarius, *vide Zas. in parat. in tit. de Trans. in fin. tt.* ¶ Contraria allegans non auditur, *l. 1. C. de furt. c. imputari, de fide instrum. c. sollicitudinem in fin. de Appell. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. l. scripturæ C. de fid. instr. l. Titiæ, ff. de cond. & dem. de hac reg. vide latiss. Iason. in l. 1. C. de furt. vbi multa pulcra adducit,* vbi etiam declarat: An reus possit vti contrarijs defensionibus. ¶ Qui potest vnum de contrarijs, potest & reliquum: qui potest dare, potest & tollere, *l. qui condemnare, ff. de re iud. vide latè Iason. in l. nemo qui condemnare, de reg. iur.* ¶ Contraria & inconueniens adducere, non est soluere, *c. sicut vrgeri 1. q. 1. Iason in l. 1. in 3. colum. C. de success. ed. ita dicit Socinus contra Aretinum in l. 1. in 5. coll. de leg. 1. gloss. in l. creditoris, de op. nou. nunc.* ¶ Contraria contrarijs curantur, *gloss. fin. in c. affectum 26. q. 7.* ¶ Inducta in augmentum, non debent operare diminutionem, *l. cum tale, §. falsum, de cond. & demonst. l. si mancipia, ff. de fide inst.*

¶ Quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, *l. etsi contra de vulg. & pup. hunc text. ita allegat, Soc. in cons. 184. difficilis, & dubius in 2. colum. prope finem. Ad idem allegatur l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. vide Dec. cons. 25. volum. 1. in 3. col. ad idem est text. in l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Curt. in cons. 4. fol. 64. in 1. coll.* ¶ In eo, quod quis semel impugnauit, se iuuare non potest, *c. ex eo de R. l. lib. 6. latè de hac regula, vbi multa similia habes, vide Iason in l. admonendi col. 49. in 1. l. ff. de iur. iur.*

De Consequentibus.

554 QVi vult consequens, vult & antecedens: & posito consequente, ponitur antecedens, *l. illud de acq. hæred. l. ad rem mobilem l. ad legatum de proc. pulcrè Alex. in Rub. C. qui admitti. l. 2. de iurud. omn. iud. l. oratio de spons. vid. Br. in d. l. illud. Multa de hac Reg. vide Dec. in cons 77. volum. 1.* ¶ In consequentiam multa conceduntur, quæ principaliter non concederentur, *l. quædam, ff. de acq. rer. dom. l. in modicis, ff. de contr. empt. gloss. not. in c. querelam, de Simo. vide Iason. in l. fin. in vlt. col. C. de pact. l. 1. ff. de vsufr. l. 1. in pr. de auth. tut. gloss. in c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, in verb. habent potestatem, vide Iason. in Rub. de act fol. 13. num. 45.* ¶ Et sic debet inspici, quod principaliter agitur, *l. si quis nec causam si cert. pet. vbi Iason late vide ad hoc latè Petr. in q. 199. in fin. illius q. & Dec. in cons. 293. volum. 2. viso testamento.* ¶ Ex præmissa regula infert Ant. *in c. cum inter de Except.* quòd licèt excommunicatus non posit petere, vel agere: *c. intelleximus de iudic.* & qui compensat, petere dicitur: *l. amplius non peti, ff. Rem. rat. hab.* tamen excommunicatus exceptionem compensationis opponere potest: quia principaliter opponitur in eum finem, vt actionem repellat, licèt in consequentiam debitum sibi consequatur, *vide ibi D. Abb. & Bartol. in d. l. amplius, & in l. si libertus la. 1. de in ius voc.* ¶ Quando vnum venit in consequentiam alterius, mutato primo, mutatur id, quod venit in consequentiam, *l. 1. de leg. tut. Soc. in l. 1. in pr. num. 45. si cert. pet.* ¶ Quando autem vnum dicatur venire in consequentiam alterius: dic, quòd tunc quando posito vno, necessariò sequitur aliud, illud dicitur venire in consequentiam: si verò posito vno aliud non sequitur necessariò, non dicitur venire in consequentiam illius, *§. quod si ab hostib. Inst. quib. mod. ius pat potest. solut. hunc text. ad hoc allegat Bart. in l. si is qui pro emptore de vsucap. declarat pulcrè D. meus Goz. in l. singularia lect. 64. si cert. pet.*

555 Argumentum, à consequente destructo, est validissimum. consequens ex antecedente, tunc benè & concludenter inferri dicitur, & consequentia in iure bona censetur: Si destructo consequente, destruatur & necessariò antecedens: cadente consequente, persistere nequeat antecedens. Est autē consequentia, (ne in terminis erretur) duæ propositiones, quarū altera ex altera infertur: prima antecedens, secunda consequens dicitur. Istæ duæ propositiones dicūtur argumentum consequentiæ: vt homo est, ergò animal est. Si iam destruxeris secundā, destruetur quoq; ex hoc necessariò prima: hoc pacto. Animal non est, ergò homo non est. *Præmissa probantur per tex. in l. mutuum, §. mutui, ff. si cert. pet. iuncta gloss. ibid. in verb. in creditum,* vbi dicit tex. ¶ Mutui dationem consistere in his rebus, quæ numero pondere mensuraue consistunt: hoc probaturus ICtus, vtitur tali arg. consequentiæ à consequente destructo. Nam talium rerum datione possumus in creditū ire. Hoc est antecedens. Quia in genere suo functionem recipiunt. Hoc est consequens. gloss. ibid. not. locum esse à consequente destructo. ¶ Videamus ergo, an hæc consequentia sit valida, bona & concludens. per præmissa hoc facilè apparebit. Si enim destructo consequente, destruatur & simul antecedens, tunc sine dubio bona est consequentia, & necessariò concludens. Destruamus itaq; consequens, hoc modo: Hæc res in eoden genere non accipit functionem. Necessariò destruitur & antecedens, hoc modo: Ergo per eam non imus in creditū. Ergo concluditur, ICti argnmentum fuisse bonum. *Sic etiam argumentatur in d. l. 2. §. Appellata, ff. si cert. pet.* Vbi mutuum dicitur: quia ex meo fit tuum: infert deinde à destructo consequente, ad destructionem antecedentis, hoc modò: Quia si de meo non fieret tuum, non esset mutuum. Sic à contrario: Si destructo con sequente, non destruatur necessariò antecedens, non est tū bona consequentia, non est concludens argumentum: vt si quis in hunc modum arguat: Hæc mulier est ancilla, Ergo filius eius est seruus. Est ne hæc consequentia bona? Videamus per resolutionem, an scilicet destructo consequente, etiam destruatur antecedens, in hunc modum: Iste filius non est seruus, (iam est destructū consequens) an benè inferatur Ergo mater Titia non est ancilla: an etiam destruarantecedens? Certè non consequens potest destrui, & nihilominùs remanere antecedens: quia potest aliquis esse liber, & non seruus, cuius tamē mater sit ancilla, *l. ad probationem l. neq; natales C. de probat.* ¶ Et sic nota, non esse meliorem probationem consequentiæ, quàm cùm destructo consequente, destruatur per hoc quoq; necessariò antecedens.

¶ Nam

¶ Nam si ad destructionem consequentis, non sequitur quoque necessariò destructio antecedentis: tunc sine dubio dicas, malam & non esse concludentem consequentiam. *Hæc ex Zasio in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet.*

556 Quod principale est, attenditur: eo non curato, quod ex consequentia venit, *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. vbi latè Iaf. Zaf. hoc allegat ex tex. peregrino in l. 1. ff. quæ in fr. credit. in fin. in 6. not.* vbi dicit, quòd quamuis hoc edictum propriè ad hoc emerserit, vt consulat creditoribus: tamen ex consequenti etiã punit debitorem, vnde colligit hoc vulgatum: Quòd attenditur id, quod principale est, non curato eo, quod ex consequentia venit.

De Correis.

557 CORrei stipulandi vel credendi sunt, quando duo vel plures eandem rem dari sibi stipulantur: Correi promittendi vel debendi sunt & fiunt, quando duo vel plures eandem rem promittunt, *Institu. tit. de duobus re. stipulan. & promit. §. duo.* ¶ Requisita sunt: vt constituantur correi, vt eandem rem vel quantitatem stipulentur, *l. 2. & l. si id quod, ff. de duobus reis constituen.* ¶ 2. Requiritur, quòd fiat stipulatio & promissio à pluribus, ex vna eademque causa, *Bartol. & Paul. de Castren. in d. l. si id quod, ff. de duo. reis constitu.* ¶ 3. Requiritur, quòd quilibet in solidum promittat, (*Hodie non constituuntur duo rei, nisi hoc expressè actum sit. Geyl. obseruat. pract. 28. num. 6.*) hæc enim est principalis substantia & natura duorum reorum debendi vel correorum, vt quilibet in solidum sit obligatus: aliàs, si quilibet pro parte se tantùm obligaret, diceretur separatim debitor suæ portionis, *l. 2. & l. reos, §. in tabulis. ff. eo.* ¶ Darumb wann in einer Hauptverschreibung sich jhrer viele zu einer Burgschafft also einlassen/ mit denen worte: Sämptlich/ vnd sonderlich/ einer vor alle/ vnd alle vor ein/ mit vngeschiedener Hand: tunc constituti sunt correi, ita quòd quilibet teneatur in solidum: aliàs verbis sic non positis, vnusquisque saltem tenetur ad suam partem, *d. l. 2. & l. reos, §. in tabulis, ff. eo. Decianus in consilio 3. volum. 3. per totum.* Et iste stylus sic communiter in obligationibus fideiussorum obseruatur. ¶ 4. Requiritur, quòd omnes sint principaliter, vel omnes accessoriè obligati. *Bart. in l. eandem, ff. eo.* Quomodo & quando, expressè vel tacitè, solitis verborũ clausulis vel dictionibus, correi constituantur, *vide Authen. Hoc ita, in princ. C. eo. & vide nota. Dd. ad titu. Institu. de du. reis stipu. vel pro. in princ. & in l. reos, §. in tabulis, ff. eo.*

558 Effectus constituendi correos est, vt quilibet in solidum pro tota summa vel quantitate possit conueniri, (*ipso iure scilicet: nam plures correi, quamuis in solidum condemnati, exceptionem diuisionis, non solùm pendente lite, sed etiam in executione obijcere possunt, &c. Geyl. 2. obseruat. pract. 14. num. 5.*) aliàs enim simul cogendi sunt ad solutionem, quilibet ad suam portionem. Nisi alter eorum sit absens, vel ad soluendum minùs idoneus: isto enim casu præsens vel idoneus potest in solidum conueniri, etiamsi correi non sint constituti, *tex. gloss. & Dd. in Authen. Hoc ita C. de duobus reis.* ¶ In casu etiam, quando renunciatũ est beneficio diuisionis & Authen. Hoc ita C. de duo. rei. possunt in solidum conueniri: quia quilibet iuri pro se introducto potest renunciare, *l. si quis in conscribendo C. de pactis.*

Et nota quòd solutio correi prosit suo correo, *l. 2. & 3. in fine. ff. eo.* quod non habet locum in delictis, quia pœna vnius non liberat alium, gloss. *l. item Mela, §. sed si plures seruum, ff. ad l. aqui.* quæ distinguendo sic docet: aut pro delicto soluitur quid ratione interesse, & solutione vnius liberantur cæteri: aut soluitur quid ratione vel nomine pœnæ, & non liberantur vnius solutione cæteri, sed omnes tenentur in solidum, *d. gloss. Dynus de Muzella. in consi. 4. vario. consilio. crimina.* Et VVesenbec. *in paratiti. ff. de pœnis*, vult, quòd plures solutione vnius VVergeldi liberentur, quæ venit tanquam interesse. 559

An & quando factum vnius ex correis, noceat vel prosit alteri, vel non, vide notata Bartol. *in l. in duobus, ff. & in Authen. Hoc ita ff. & C. hoc titu.* (*Non nocere neque prodesse in personalibus; veluti, pacto, mora, &c. VVesenb. tradit, secus esse in ijs, quæ ad ipsam obligationem pertinent, quarumque potestas ex l. obligationis ad singulos correos pertinet, cuiusmodi sunt solutio, & quæ loco solutionis cedunt, vt iusiurandum, delegatio, nouatio, acceptilatio & similia.*) ¶ Et pro complemento materiæ, vide titu. *Institut. ff. C. & Authen. de duo. reis.* concordat ius Saxonicum, *Arti. 85. lib. 3. Landrecht, ibidem vide additiones & glossas, & facit gloss. 1. Arti. 9. lib. eo. pertinet ad materiam fideiuss. de quo notabo infrà litera F.* Tutores vel administratores an sic sint correi, vt quilibet eorum teneatur in solidum, vide Ioan. *de Pla. in l. quotiens, C. quo quisque ordi. conue. lib. 11. (vbi respondet, ex officij quadam necessitate etiam nouo iure eos duos reos esse, idque Bart. autoritate, contra glossam.)* 560

De Correlatiuis.

NAtura correlatiuorum est, vt dispositum in vno ex ipsis correlatiuis, censeatur dispositum in alio *Hipp. de Marsi. in singula suo 398. incip. tu scis.* Et ibi dicit, quòd regula (quæ est) quòd illud, quod non dixit lex, nec nos dicamus, *de qua habetur in l. si seruum* 561

seruum quis in versi. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. quòd non habeat locum in correlatiuis: licèt enim lex tantū faciat mentionē de vno correlatiuo, tamen idem dicitur statutum in alio, *Hippo. de iura. in d. singula. vide singula. eiusdem Hipp. 168. incipien. æqualitas in iudicijs sit seruanda, vt habetur in c. 1. de re iudica. in 6. vide & cogita, quia sunt bona. Et notaui suprà versi de conuent. amplianda.*

562 Correlatiuorum doctrinæ, vide elegantissima exempla, apud eundem, *Hippol. de Marsi. in l. circumcidere, §. seruo, ff. ad l. Cor. de sica. mihi à num. 3. vsque ad num. 21*, & in isto textu est exemplum de emptore & venditore: & secundùm Hippo. ibi in fine videbis, sicut quis sine autoritate iudicis non potest incarcerari, ita nec etiam liberari. Et huius materiæ ponit exemplum Menoch. *in consilio 62. volum. 1. num. 839.* sic referens: si alicui alimenta adiecto onere sunt legata, adempto onere adimuntur etiam alimenta, *l. alumnæ 30. §. Seia, ff. de adimen. lega. & ibi Bart.* Nam (inquit) si duo sunt correlatiua, vno cessante cessat & alterum, cùm sit eadem terminatio, *l. vltima. C. de indic. vidu. tollen. allegat ibi Menoch. Signo. in consi. 2. n. 4. v. 3.*

De Corruptoribus seu corrumpentibus.

563 CORrumpens id, quod in albo est propositum causa edicti perpetui, dolo malo, punitur pœna quinquaginta aureorum, *nota. in §. pœnales quoq; actiones Institu. de actio. & l. si quis id quod, ff. de iurisdict. om. iud.* corrumpentes tēporalia edicta, prout sunt citationes vel mandata temporalia, puniuntur pœna arbitraria, iuxta materiæ naturā quæ affixa est: cùm pœna à iure non sit taxata & expressa, *l. 1. §. expilatores, ff. de effractio.* ¶ Imò quando contra corrumpentes edicta, agitur criminaliter, puniuntur etiam pœna falsi, *tex. est in l. pe. ff. de falsis.* Et de hac materia vide Schneide. *in titu. Institu. de actionibus, §. pœnales quoq; num. 13. vbi actionem de albo corrupto examinat.*

564 Corrumpens iudicem vel tentans eum corrumpere, punitur pœna falsi, *Hippol. de Marsi. in l. 1. §. sed etsi quis, ff. ad l. Corn. de falsis*, & corrumpens iudicem, procuratorē partis aduersæ, vel etiam partem ipsam: si respiciat etiam interesse alterius, quàm partis, perdit causam, *Bar. in l. 1. §. 2. ff. de calumnia.* ¶ Corrumpens etiam acta causæ, debet perdere causam: quia coniecturatur seu præsumitur fouere iniustam causam: quia si fouisset iusticiam, non falsificasset acta causæ, *Abbas in c. cum venerabilis ext. de exceptio.* extenditur etiam ad corrumpentem notarium actorum, *l. in fraudem, §. quoties, ff. de iure fisci. allegat Bartol. in l. qui falsam, C. si ex fal. instru. vbi dicit idem in corrumpente aduersarium vel iudicem, Hippo. de Marsi. in repetitio. Rubri. C. de proba. num. 186. & 187. & ista materia venit vlteriùs examinanda in materia falsi. dixi suprà in litera A. versi. de auaritia.*

De Creditoribus, & prælatione eorum.

REperiuntur in iure triplices creditores. 1. Aliqui sunt creditores chirographarij, qui ex chirographo debitoris saltem habent personalem actionem: quia ipsis nullum ius tacitæ, vel expressæ hypothecæ est constitutum. 2. Aliqui sunt qui habent tacitas hypothecas ex dispositione legis, prout sunt mulieres, *l. assiduis C. qui potio. in pigno. habeant.* Locatores ædium, quibus inuecta & illata à conductore pro pensione tacitè sunt obligata, *l. certi C. locati. exemplum ponit Mynsing. in respon. 38. num 7.* fiscus, *vt in l. si is qui mihi & l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci cum similibus.* 3. Genus est creditorum, qui vltra personalem obligationem debitoris habent etiam pignora & expressas hypothecas: vt quando debitor in foro ciuili expressis verbis obligauit creditori domum, vel etiam pignus realiter ei tradidit. 565

Ex istis iam est colligendum, quis istorū creditorum sit alteri præferendus. Et dic, quando Chirographarij, & sic personales creditores, soli concurrunt, quòd sine discrimine temporis pro rata consequantur sua debita. (*Quòd si tamen inter hos priuilegiati quidam sint, (vt quibus ex causa depositi debetur: vel quorum pecunia res empta est, ea lege nimirum, vt res inde ematur, vel etiam, vt interim pignori sit. Geyl. 2. obs. pract. 12. in pr.) ij cæteris præferuntur: nam in his non temporis prioritas, sed causa debiti consideratur. Geyl. 2. obs. pract. 25. n. 13.*) Personali concurrente cum hypothecario, cui tacita vel expressa hypotheca est constituta, præfertur hypothecarius, *de quo in l. eos qui C. qui potio. in pig. habean. Decian. in cons. 22. vol. 3. n. 3. & 4.* qualiter autem in immobilibus in foro Saxonico hypotheca rectè constituatur, nota. in Const. Elect. Saxo. *Arti. 23. parte 2. Et est textus in Arti. 52. lib. 1. Landr.* 566

Huius materiæ, de concursu creditorū & priuilegijs eorum, vide pulcherrima notata à D. Geylio, *obs. 25. lib. 2. obs. Cam. Imp.* ¶ Quando cum tacitis concurrunt priuilegiati, fundant se ex temporis prioritate: ita quòd qui prior est tempore, potior sit in iure, (*Hanc regulam propriè pertinere ad hypothecarios, Geyl. tradit, d. loco: eamq; procedere docet indistinctè: generale, seu speciale, item, conuentionale prætorium, iudiciale, tacitum an expressum sit pignus: hypotheca item conditionalis aut pura sit, nihil refert, etiamsi nouata sit sua obligatio cum repetitione pignorum: Mynsing. cent. 1. obserua. 59. quæ sanè ampliationes diligenter notandæ sunt.*) 567

Decla-

Declaratur d. regula ex not. Geyl. d. obseruat. 25. num. 9. & 10. vt is hypothecarius præferatur, qui vel publico instrumento vel per testes, priore tempore se contraxisse probare potest, vel etiam per priuatam scripturam à tribus testibus subscriptam & sigillo munitam. Secus, si merè priuata ea scriptura sit, quæ contra tertium non probat.) gloss. *l. eos qui C. qui potio. in pigno.* Decianus *in cons. 109. volu. 2. num. 22.* Excipiuntur (*Priuilegiatus contra priuilegiatum hypothecã habentem priuilegio non vtitur, sed prioritas temporis, vt dictum est spectatur: Mulier tamen in dubio, fisco præfertur, & fiscus priuato, in debitis nimirũ, non in pœnis, quod & hic traditum est, & eleganter tradidit VVesenb. in tu ff. de priuileg. credit. & Geyl. 2. obseruat. pract. 86. num. 5. 6. 7. 8. adijci potest & tertia exceptio, ex l. interdum, ff. qui potior in pignor. hab. de eo, qui in refectionem rei obligatæ credidit, vbi præter requisita à Mynsing. cent. 1. obseruat. 60. adducta, Geyl. addit & hoc, vt simul illius refectionis nomine rem illam obligari sibi creditor fecerit, Geyl. d. obseruat. 25. num. 8. & obseruat. 12. num. 4. vbi tamen docet, hunc non præferri mulieri tacitam hypothecam in bonis mariti habenti.)* ibidem in gloss. mulier, & fiscus, quia omnibus etiam prioribus hypothecas habentibus præferuntur, *l. assiduis C. qui. po. in pigno. habean.* quod in mulieribus etiam sic obseruatum esse in Camera, vt præferantur omnibus creditoribus, siue tacitam, siue expressam, siue anteriorem hypothecam habentibus, attestatur Mynsing. *in obseruat. 13. centu. 4. Et in responso suo 38. num.* 4. ibi dicit, quòd contra sentientes malè sentientes, fundans se ex generalibus verbis, *l. in rebus C. de iure dotium & l. assiduis C. qui potio. in pig. ha.* (*Ita tamẽ demũ mulieri hoc priuilegium competit, si dos reuera numerata, non tantùm cauta sit, quam confessatam Dd. vocant, nisi fortè ipsi creditores creditum non aliter quàm literaria cautione docere possent: tunc enim in pari causa potior esset mulieris conditio, Mynsing. cent. 1. obseruation. 61. Similiter mulier non habet hoc ius prælationis, quo ad donationem propter nuptias, & ob res paraphernales à marito administratas, quamuis & illius & harum nomine in bonis mariti tacitam hypothecam habeat. Itq; in Camera probatum dicit Mynsing. centu. 5. obseruation. 4. & cent. 6. obseruation. 45. in cuius altera parte num. 3. & 4. docet, in rebus feudalibus nec tacitæ quide hypothecæ ius locum habere, eamq; sententiam tanquam veriorem & magis communem dominos Camerales secutos esse.)*

568 Sed Constitutio Electoris Saxoniæ vult, quòd præferatur mulier saltem non habentibus hypothecam antereriorem & expressam, so nicht eltere vnd außdrückliche vorpfendung haben/ *Arti. 28. par. 1. in princip.* & istius est sententiæ, dicitque, illam de consuetudine esse receptam, (*In hanc sententiam post Bartol. crebrius itum, eamq; communem esse testatur ipse Mynsing. & Geyl. d. obseruation. 25. num. 10. prius Zasius ait eam esse verissimam, communem, iuri scripto, rationi & æquitati consentaneam, & secundùm hanc opinionem, ait, intrepidè iudicarẽ, nec memini in Camera ab ea opinione in meo tempore vnquam recessum fuisse.)* Schneide. *in §. fuerat, Institutio. de actionibus, num. 57.* ¶ Item quando creditores tacitas hypothecas & creditores expressas hypothecas habentes singuli sibi inuicem obuiant, æquè se fundant ex tempore, *l. 2. C. qui potiores in pig. habe. l. si generaliter l. licet l. diuersis temporibus, C. eo. l. potior, cum similib. ff. eo. tit.* quia taciti & expressi idem est iudicium, *l. cum quid & ibi gloss. & Dd. ff. si cert. peta.* quod intelligendum, quando tacitum procedit, secundum regulas iuris communis, *vt est in casu d. l. cum quid.*

Sed mulier & fiscus quando concurrunt, quæritur, quis eorum præferatur? Et 569 in ista quæstione communiter concluditur, quòd respectu tacitæ hypothecæ mulier & fiscus pari passu ambulant, nec fiscus præferatur mulieri, nec econtra, sed qui prior illorum est tempore, potior etiam est iure, *ita tenet Bartol. in l. 1. ff. solu. matri. per tex. l. 2. C. de priui. fisci. & in l. dotis iuncta gloss. C. de iure dotium.* ¶ Et ista conclusio procedit, quando constat de prioritate hypothecæ inter mulierem dotatam, & fiscum: quia tunc præfertur ille, qui prior est in tempore: in dubio verò, quando non constat de prioritate temporis, tunc isto casu mulier esset præferenda fisco, *Bald. in d. l. dotis C. de iure dotium per l. non puto, ff. de iure fisci.* Et quia in dubio melius est pro dote respondere, *l. in ambiguis, ff. de iure dotium.* Et quòd hæc sit opinio magis communis, attestatur D. Schneide. *in titu. Institu. de actio. §. fuera numero 56.*

In quibus casibus & quando posterior 570 creditor interdum præferatur anteriori, vel aliàs habeat prælationem, *vide text. gloss. & Dd. in titu. ff. & C. qui potio. in pigno, habeantur & in tit. C. de his qui in priorum credito. loc. succedunt.* ¶ In specie nota, promittens dotem quòd contrahit pignus, siue hypothecam, adeò etiam, quòd licèt posterior numeret pecuniam, nihilominus habeat priorem, *casus est l. 1. ff. qui po. in pig. habea.*

2. Posterior creditor interdum potior 571 est priore, si in rem conseruandam impensum est, quod sequens credidit, (*Dictum supra repeto, non aliter hunc præferri cæteris hypothecarijs quàm si res ei expressè eo nomine obligata, & ipsius pecunia, quam hoc nomine credidit, refecta sit, Geyl. d. obs. 25. n. 7. & 8.*) veluti si nauis fuit obligata, & ad armandam eam vel reficiendam aliquis crediderit, *casus est in l. interdũ, ff. qui*

qui pot. in pig. hab. Intellige, *prout declarat, gl. ibidem. Decianus eleganter consuluit in cons. 109. volum. 2. num. 23. & secundùm illam Decianus in cons. 50. volum. 3 num. 4.* quòd mutuans saltem præferatur simplicibus creditoribus, non autem priuilegiatis. ¶ 3. Et is præfertur, cuius pecunia res est empta, quam ei pignori esse conuenit: præfertur enim priori creditori habenti specialem, *l. licèt C. de his qui po. nota ibidem in gloss. limitationes & declarationes, & in §. fin. in Authen. de æqualitate dotium d. legis interdum per l. huius enim, ff. eo. titu. in prin.*

572 Sed de isto, an creditor, in re empta ex sua pecunia, alijs creditoribus præferendus sit, notauit Geylius, *in obseruation. 12. lib. 2. obseruat.* (*Non præferri dicit, nisi expreßim ad merces emendas mutuum dedit, quo casu præfertur cæteris Chirographarijs: quòd si rem expreßè pignoris nomine sibi obligauit, etiam hypothecarijs, excepta vxore de dote conquerenti, præfertur.*) *& in obseruat. seq. 15. eo. lib.* quærit, & pulcherrimè respondet, quatenus venditor, in re vendita extante apud emptorem, cæteris creditoribus præferatur, vel non: & habet rationem ad illud, an precium sit solutum, vel fides habita fuerit de illo, (*Quo casu non præfertur, nisi vel pignus in re sibi reseruauerit, vel emptor de fuga præcogitauerit dolosè, vt sequitur.*) vel an dolosè ad emptorem res peruenerint. Ratio enim ponitur sic: huius enim pecunia saluam totius pignoris causam fecit: quod & potuit admittere, & si in cibaria nautarum fuerit creditum, sine quibus nauis salua peruenire non poterat. Item si quis in hoc crediderit, vt merces saluæ fiant, vel vt nauicularium exsoluatur. talis creditor potior erit, licèt posterior sit, tantundem dicitur, & si merces horreorum, vel areæ, vel vecturæ iumentorum debentur: nam & hic potior erit, *d. l. huius enim. ff. qui potio.*

573 Idem est iuris, scilicet quòd posterior præferatur anteriori, si ex pecunia pupilli res fuerit comparata: quia pupillus habet prælationem, *l. idemq; ff. d. titu.* & dicit gl. in *d. l. idemq;*, quòd pupillus duo habeat priuilegia: vnum, quia tacitam habet hypothecam, quod non est in alio: *vt C. de pigno. l. quamuis*, secundum, quia præfertur priori creditori. *& vide ibi in gl. plura.* affirmat Bart. *in d. l. idemq;* nec (dicit) per hoc aliqua iniuria fit primo creditori: nam debitor non haberet rem, nisi empta esset ex pecunia pupilli. Alij casus sunt colligendi in dictis titulis & notatis glossæ & Dd. ad eos. ¶ Et Dominus fundi, quòd præferatur pro pensione illius fundi, in fructibus pendentibus, ei qui semen dedit vel fecit, consuluit Dec. *in cons. 50. vol. 3.*

574 Ratione possessionis, quatenus quis potiora habeat iura, est tex. *& ibi notat. in l. si non Dominus, ff. eod. tit.* ¶ Creditum etiam proueniens ex societate, anteponitur credito confessato: dato etiam, quòd creditum confessatum esset prius in tempore, *Dec. in cons. 22. vol. 3. in prin. & in n. 2. datur ratio euidens.* ¶ De vxore creditrice in bonis mariti, quid habeat iuris, & quomodo præferatur cæteris creditoribus, vide pleniùs Dd. *in l. assiduis C. qui potiores in pig. habean. Dd. in §. fuerat Inst. de action. & ad tit. C. de dote cauta & non numerata, VVesenb. in cons. 49. par. 1. per tot.* ¶ Et quo ordine creditores credita sua consequantur, vide ea quæ notata sunt, *in Const. Electoru Saxon. Arti. 28. par 1.* ibi optimo ordine inuenies præscriptum, wie eine Schuld nach der andern solle bezahlet werdē/ & ibi cum alijs, de arrestantibus & procedentibus ad arresta, (*Arrestantes, ante immißionem, personale tantùm ius consequuntur: ideoq; tantum nudis chirographarijs præferuntur, non hypothecarijs, aut ijs, qui priuilegiati sunt. Sanè immißione bonorum hypothecā constitui nouißimè, ait VVesenb. d. tit. de priuileg. credit. sub fin. quem omninò in hac materia vide.*)

Nota: Die Kosten der Begräbniß vnd deß dreissigsten/werden allen andern Gleubigern zuuor bezahlet/ *gl. 1. Arti. 6. lib. 1. Landr.* ¶ item Gesinde Lohn/ *Arti. 22. lib. 1.* Hergewette/ vnd dann der Frawen Leibgeding/ Morgengabe/ Mußtheil vnnd Gerade werden aus der Erbschafft zuuor außgefolget/ *Arti. 20. 21. 22. 23. & 24. lib. 1. Landr.* 575

Et tandem nota, quòd prioritas temporis habeat locū, tam in sorte quàm vsuris, puta licitis, nisi aliud obstet, *Mynsing. in suis obs. obs. 59. cent. 1. per l. Lucius. ibid. Barto. & gl. ff. qui pot. in pig. hab.* (*idem est in melioramentis à debitore factis, non autem à tertio, Geyl. d. obs. 25. nu. 17.*) ¶ Item, quòd detur creditori vnius prouinciæ, prælatio in bonis istius prouinciæ, contra creditores aliarū prouinciarū, consuluit Dec. *in cons. 109. vol. 2. n. 29.*

Statutum etiam quòd possit dare alicui creditori hypothecā & prælationē, voluit idem Dec. *in d. cons. 109. vol. 2. n. 36.* (*Creditor, qui ius prioritatis seu prælationis habet, non potest condicere pecuniam posteriori creditori numeratam: nisi quatenus vniuersa bona, adeoq; pecuniam ipsam, obligata habet, & pecunia numerata adhuc extet, vel saltem dolo malo poßidere eam desierit, cui numeratio facta est, Geyl. 2. obs. pract. 25. n. 14. & aliquot seqq.*) 576

Wenn ein Lehnherr nachgiebt/ daß den Gleubigern zum besten ein Lehngut möge verkaufft werden: wie ein jeglicher nach seinem Rechte/ vnd nach der Ordnung dauon zubezahlen: auch wie von den Fürsten die Bezahlung geschehe: & quòd mulier in defectum aliorum bonorum, habeat ius reten-

retentionis, & quòd debeat ali ex istis, notauit Constit.Elect. Saxo. *Arti. 25. part. 2.*

Nota: creditor succedens debitori, non potest ampliùs creditum suum petere: quia omnis actio est confusa per successionem, *l.debitori & quæ ibi notantur per Dd. C. de pactis. Decia.consi. 55. vol. 3. num. 95.* Sed contra tertium possessorem non potest agere: quia quem tenet actio, eundē repellit euictionis exceptio, *& de isto, cum materia retentionis crediti, idem Decian. in consi. 121. vol. 3. in prin.*

578 Quantitas crediti, vel rei mutuatæ, probatur iuramento, *Seraph. priuil. 36.* ¶ Quantitas precij redacti ex vendito pignore, probatur iuram. *Seraph. priuil. 45.* ¶ Creditorum priuilegia, *Seb. Medic. de conseru. possess. fol. mihi 670. num. 129.* ¶ Plus fauetur creditori ex contractu, quàm creditori ex vltima voluntate, *Mollerus lib. 5. semestr. diff. 19.* ¶ Dans alicui rem vendendam, an in precio ex ea redacto habeat prioritatem, *Modest. Pistor. p. 2. quæst. 6.* ¶ Creditor per apocham, vt præferatur creditori instrumentario, quæ requirantur, *Viuius decis. 277. lib. 2.* ¶ Mulier in bonis mariti ad inopiam vergentis, rem stabilem pro sua dote eligere, residuumq; bonorum posterioribus creditorib. dimittere potest, *Viuius decis. 413. lib. 3.*

579 Creditores in pignore concurrentes, si sunt pares & æquè priuilegiati, æquales quoque in iure censendi. *Viuius decis. 838. lib. 3.* Primus creditor, secundo creditori soluenti iura cedere, nō autem pignorū possessionē tradere tenetur, *Viu. dec. 45. lib. 3.* ¶ De creditore priuilegiū habente, an possit agere ad pecuniam solutam posteriori creditori, qui eam consumsit, *Couarru. pract. quæst. c. 29. item Affl. in decis.*

580 Creditor solutionem particularem regulariter recipere non tenetur, *vide Soc. in Reg. 75. vide l. tutor, §. Lucius de vsucap. vbi Br. vide Soc. in l. quidam, Si cert. pet.* ¶ Partem tamen debiti confessatam recipere tenetur, *d. l. quidam existimauerunt, ff. si cert. pet. vide Car. in l. stipulationes non diuiduntur. fol. 114. ff de verb. obl.* ¶ Et partem debiti, siue species, siue qualitas sit, recipere non tenetur, *d. l. tutor, §. Lucius. de vsucap. De hoc etiam, an creditor debiti partem recipere teneatur, vide pulcrè Petr. de Belapert. q. 38.*

Debiti oblatio tollit cursum vsurarum: hoc intellige de reali oblatione: nam verbalis oblatio non sufficit, nisi creditor diceret, se nolle accipere debitum: quia hoc casu verbalis oblatio sufficit, *ita Alex. in l. qui Romæ in pr. ff. de verb. oblig. & Car. in l. stipulationes non diuiduntur, ibi secunda practica, fol. 134. ff de verb. obl. vide Br. in l. si insulam in 1. opp. 2. part. eod. tt. Vide meliùs, quam alibi Paul. de Castr. in l. arreptam, C. de vsuris. vbi est locus ordinarius, vbi meliùs quàm nullus aliorum Dd. hanc materiam oblationis narrat.* vide Petr. *in q. 41.* vbi quærit, an debiti oblatio verbalis à pœna liberet, *vide Br. in d. l. si insulam.* An debitor in diem possit offerre debitum, vide Petr. *q. 40.* An debitor teneatur deferre debitum ad domum creditoris, vide Petr. *q. 39.*

Creditori, qui pecuniam oblatam sibi debitam accipere non vult, denegatur actio, *l. si debitor, ff. de solut.* ¶ Si creditor recusat recipere debitum, & illud sine periculo relinquere non potest, an tenere & custodire debeat, *vide ad hoc Petr. q. 42.* ¶ An debiti consignatio ipso iure liberet debitorem, an ope exceptionis, *vide Petr. q. 43.* ¶ Quis sit effectus oblationis Rei debitæ, *vide Petr. q. 44.* Creditor si per vim, pecuniam vel rem sibi debitam, accipit vel solui facit: ius debiti perdit, & omne ius, quod habuit in re, *l. extat, ff. quod met. causa. & ibi Br. tex. est clarus in l. creditores, & l. seq. ff. ad l. Iul. de vi priu.* & idem est, si rem suam vi quis ab alio aufert, *l. si quis in tantam, C. vnde vi. vide ad hoc infr. in verb. Res.* 581

Casus quotidianus: Bona debitoris sunt tacitè obligata ipsi creditori, si ipse debitor fideiussorem dederit, *vide mirabilem & rarum tex. in §. sed neq;. in Auth. de fideiuss. vid. in verb. fideiussor, & in verb. contractus, vbi plene & pulcrè.* 582 ¶ Creditor debet expectare tempus habile ad soluendum, licèt sibi statim debeatur: nam nemo cū sacco venire debet, *l. quod dicimus, ff. de solut.* Et tale tempus, quod ad soluendum datur, est quatuor Mensium, *l. eos, C. de Except. rei iud. l. 2. C. de vsu. rei iud. l. debitoribus, & ibi gl. in verb. dandus, ff. de re iud. §. fin. Inst. de inut. stipul. gl. in l. in omnibus, ff. de Reg. iur.* Item, quale sit illud tempus, vid. Br. *in l. ita stipulatus in 1. q. ff. de verb. oblig. vide de hoc pulcrè & latè in verb. solutio, & in verb. damnum.*

Alius casus: Creditor mandauit debitori suo, vt centum quæ sibi deberet, det Titio: debitor acceptauit mandatum, & in libro rationum suarum scripsit se debitorem Titij: nunquid creditor possit reuocare illud mādatum? Dic, si debitor denunciauit hoc Titio, & Titius fuit contentus, non potest reuocare mandatum: quia perinde est, ac si sibi traditum fuisset, cùm illi sit obligatus, *arg. l. si ego, ff. de negot. gest.* Aliàs secus, si nondum denunciauerit Titio, *ita voluit Ioh. Andr. in Add. Speculi in Tit. de Dep. super Rubr. refert, & sequitur Ias. in l. si cum fundum in 1. not. ff. de pact.* ¶ Creditor falsus, si quid scienter accipit, furtum committit, *l. falsus, ff. de furt.* ¶ Creditor, qui pignus suscipit, ipsius possessor non est, *l. sciendum, § creditor, ff. qui satisd. cog.* Cui cōsequens est, quòd creditor pignus nullo tempore, quantumuis longo, præ- 583

scribere potest, cùm sine possessione nulla currit præscriptio, *iurib. vulg.* Creditor tamen largè dicitur possidere, nomen debitoris sibi obligatum, *vide de hoc Alex. in cons. 15. vol. 6. col. 3.*

An si creditor creditoris exigat nomen debitoris sibi expressè obligatum, requiratur excussio, *vide Alex. in cons. 15. vol. 6. nu. 5. coll. 3. viso & considerato.*

Instrumentum debiti, si penes debitorem repertum fuerit, præsumitur creditorem ipsum liberasse, *vide Soc. in Reg. 183.* vbi limitat, & idem est, si tale instrumentum debiti fuerit cancellatum, & alibi reperiatur, quàm apud creditorem, quia talis cancellatio arguit solutionem debiti, *vide Alex. in cons. 14. vol. 6. in 4. col. n. 13.*

584 Aliud pro alio inuito creditore solui non potest regulariter, *l. 2. §. 1. vbi gl. Br. & omnes not.* & dicit Ang. ibi, nõesse text. pro hac doctrina in iure nostro magis expressum. Sed Zas. ibidem addit similem, *in l. Paul. respondit creditorẽ. ff. de solut.* vbi nummi solui non possunt in alia forma, quàm accepti sunt, inuito creditore, *l. eum à quo. ff. de solut.* Fallit hoc *secundùm Ioh. de Plat. in l. 1. in pr. C. de coll. lib. 10. vide Br. in l. Paulus, (ibi materiam monetæ examinat) ff. de solut.* ¶ Volente autem creditore, aliud pro alio solui potest, *l. 1. §. an de Const. pec. l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. vide Ias. post alios in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet.*

Ex hac doctrina colligitur, quòd nõ dicitur, soluere qui paratus est dare pignora, vel fideiussores, *& est text. in l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. vide ad hoc pulcrè, Zas. in d. l. 2. ff. si cert. pet.* vbi ponit 7. fall. quib. inuito creditore aliud pro alio solui potest, *quem omnino vide.* ¶ An autem creditor meus cogatur recipere in solutum nomina debitoris mei, tangit Br. *& post eum Alex. in l. si maritus mihi, fol. 60. col. 2. in pr. ff. solut. matr.*

585 Hîc oportunè quæritur, An datione pignorum, & fideiussorum fiat debiti solutio? vulgo à laicis dicitur, debitorem, qui paratus est dare pignora vel fideiussores, pro pecunia debita, soluere debitorem, & ita à debito liberare: Nam vulgatum in ore omniũ est verbum: Mit Bürgen vnd Pfanden rettet der Mann seinen Halß. Tu dic paucis, non satisfacere debitorem, nec fieri debiti solutionem. Ratio est in promptu: Quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest, *suprà allegatis iuribus, & melior textus in terminis nostris magis præcisè loquens est in l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pig. vel hyp. solu.* Vbi qui paratus est soluere, videtur pignus liberasse: qui verò non soluere, sed satisfacere (dando pignus, vel fideiussores) paratus est, in diuersa causa est. Nisi creditor vice solutionis satisfactionem admiserit. Hæc iura clarè volunt, Quòd debitor, qui soluere creditori tenetur, non soluit satisfaciendo, dando vel pignora vel fideiussores. Quod nota, contra communes Laicorum errores, qui creditoribus pro debito offerunt pignora, vel fideiussores, cùm deberent soluere pecuniam.

Ex dictis collige, inter soluere & satisfacere, differentiam. Nam soluere est pecuniam debitam præstare: satisfacere est, pro debito, vel pignora, vel fideiussores dare. Hanc differ. expressè facit tex. *in d. §. qui paratus.* Vnde patet, inter solutionem & satisfactionem, multum interesse. Satisfacere enim multò minus est, quàm soluere. Vide tamen ad præmissa aliquot limitationes pulcras, quibus aliud pro alio inuito creditore, solui potest, *per Dd. & maximè Zasium in d. l. 2. §. 1. ff. Si cert. pet.*

Si debitor iurauerit certo termino soluere, creditor terminum differre potest, & sibi iuramentum remittere. 586 Iuramentum enim, quod est in commodum meum proprium, tibi remittere possum, *doctrina est Br. singularis in l. 1. §. si post operis, de op. nou. nunc. & in l. Labeo, ff. de iureiur. not. in c. 1. ext. de iureiur.* & hoc casu non est opus absolutione à iuramento. Creditor non potest retinere rem debitoris sibi non obligatam prætextu debiti, *Br. per illum tex. in l. Si non, C. in quib. cas. pign. tac. contr.* Secus tamen esset, si ius ad rem haberet, quia talem rem posset retinere *l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. ind.* vbi habes, quod si res mei debitoris ad me peruenit, quòd possum eam retinere pro debito, donec mihi satisfiat, *vide omnino Br. ibid. pulcrè distinguentem, & Dd. Mod. supra in verb. contractus.*

An & quando creditor possit compellere debitorem suum, vt caueat de debito soluendo, *vide Petr. n. 2.*

An creditor possit compellere debitorẽ, vt sibi faciat instrumentum de debito, *vide Petr. q. 31.* ¶ Creditor, cui est satisfactum, tenetur reddere chyrographum debitori per condictionem sine causa, *vide Br. in l. qui tabulas in pr. per illum text. ff. de furt.* Et hoc potest petere debitor. Sic etiam tenetur reddere rem pignoratam: alios agitur contra eum furti, si debitore inuito retinet, *l. si quis nec causam, §. fin. vbi omnes, ff. Si cert. pet.* ¶ Sic etiam, qui cogitur facere antipocham, quitanciam, seu cautionem de recepto debito, *l. plures, C. de fid. instr. l. fin. C. de pactis. Br. in l. stipulationes non diuiduntur in 8. q. n. 12. ff. de v. obl.*

Creditoris appellatione an veniat ille, cui 587
debetur ex causa fideicommissi, delicti, item

an legatum vel delictum dicatur creditum, & quid in statutis, & quid de creditore sub conditione, & quid de creditore in diem, & an fideiussor propriè dicatur debitor, *de his omnibus vide Br. in l. 1. in pr. ff. Si cert. pet. vbi latè Mod.* & dicit ibi Soc. *num. 45. coll. 8.* quòd appellatione debiti, veniat debitum ex delicto, vel fideicommisso.

Tertius creditor, qui succedit in locum primi, potior est in hypotheca & pignore, quàm secundus, *casus est notabilis in l. si prior, §. à Titio, ff. qui pot. in pign. hab.*

Creditor fructus perceptos ex pignore in sortem computare tenetur, *l. 2. C. de pign. ego addo tex. qui loquitur in terminis & immobilibus, in c. cum questus de vsu.* nec valet pactum in contrarium, quia vsuram continet, *c. illo, c. cum contra, de pignor. vid. Dec. in l. si quis nec causam, §. fin. Si cert. pet. in 4. not.* tu limita in alio casu, *de quo in d. c.* ¶ Debitor creditoris expulsi, si cogatur à repub. soluere, an sit liberatus, *Dec. cons. 25. vol. 1.* ¶ Debitor non potest soluere creditori, post denunciationem sibi factam ab eo, cui illud nomen erat obligatum, *Dec. cons. 98. vol. 1.* Contra impedientes debitores meos mihi soluere, possum agere, vt cessent ab impedimento, *c. dudum, vbi Abb. not. in 1. not. vbi est casus ext. de decim.*

588 Debitor qui verè debitum non nisi in iudicio compulsus soluit, crudelis & auarus est, *l. si quis in suo testam. C. de inoffi. test.* ¶ Debita amittere, & lucra non capere, non par eadem ratio est, *l. fin. in fin. C. de Codicill.* ¶ Debitor alternatiuè ad duo, vtrumque soluens electionem habet quod repetat, sicut habebat ante solutionem, *l. pen. C. de cond. indeb. l. miles, §. 10. ff. de re iud. text. est in l. plerunque, de don. inter vir. & vxor.*

Debitor principalis potest compelli per censuras Ecclesiasticas, vt fideiussor liberetur, *c. constitutus, de fideiuss. tex. est singularis.* ¶ Debetur magis quod meo nomine, quam pro alio fideiussorio nomine: & potiùs quod cum pœna, quàm sine pœna debeo, *l. & magis. ff. de solut.*

589 Debitorem suspectum de fuga, propria authoritate quis capere potest, *l. ait prætor, §. si debitorem. ff. de his, quæ infr. cred. & in Auth. vt iudices, §. necessario, & in l. extat. ff. quod metus caus. & in l. quæsitum, ff. de pignor. & Inst. de Act. in pr.* Et hoc amplia, procedere etiam, si non sit in fuga, sed sunt saltem euidentia signa, quòd velit fugere: quia tunc etiam potest capi propria authoritate, *ita dixit Ang. per gl. in l. pignoris causa, C. de pign. act. De quo vide Hypp. in sing. 43. & in sing. 284. vbi hoc limitat singulariter, quæ vide, & in singul. 282.* ¶ Quando autem creditor volens capere & incarcerare debitorem fugitiuum, iudici ostendere debeat, se esse creditorem, quia summariè hoc fieri debet, *vide Hypp. sing. 282. & singul. 284.* Debitor in diem vel sub conditione, si ante diem vel conditionem cepit dilapidare bona adeò quòd culpa sua vergat ad inopiam, creditor poterit eum facere capi, *ita Bl. in l. si pro ea, C. mand. Apost. ad Fel. in c. quæ in Ecclesiarum coll. 27. de const. text. est in l. quæsitum, vbi Br. post gloss. ff. de pignor.*

Et de tali debitore vergente ad inopiam, vel aliàs suspecto de fuga, potest creditor petere cautionem, *l. in omnib. ff. de iud. ibi caus. cognit. vide post gloss. magnam siue apud acta. Paul. de Castr. & Alex. C. de Transact. & Br. in l. quæsitum, vbi bonus text. ff. de pignor. Paul. de Castr. in cons. 31. volum. 1. & in cons. 19. eod. volum.* ¶ An suspectus de fuga ab incompetente iudice possit capi, *vide Dec. in cons. 14. volum. 1. vbi etiam multa alia in hac materia debitoris suspecti fugitiui habes.*

Si statutum disponat, quòd debitor 590
non possit capi in quacunque domo, non habet locum in taberna, in qua non obstante statuto capi potest: quia propriè non est domus, sed statuta sunt propriè intelligenda, *decisio est in terminis Paul. de Castr. in cons. 43. Viso puncto. Vide Goza. in l. omnes populi Lect. 25. in 6. q. pr. de iust. & iur.* ¶ Debitor vt euitet carcerem, offerat iudici bona vendenda, & dum non inuenitur emptor, ipse est excusatus, *ita dicit Soc. se fecisse in practica, in l. 2. §. 1. n. 11. ff. si cert. pet.* ¶ Conuentio, qua inter partes conuenit, debitorem posse personaliter & realiter capi & conueniri, authoritate vel creditorum, vel iudicis, non valet: hac enim non obstante, nec à iudice, nec à creditore capi, aut carcerari potest, *vide de his in verb. Carcer.* ¶ Debitor non habens vnde soluat, in corpus luere debet, *vide Soc. in Reg. 91. cum fall. vide Mod. in l. si quis id quod ff. de iurisd. om. iud. vide infr. in verb. pœna.* ¶ Debitor cuius bona capiuntur, iniuria afficitur, *§. fin. in fin. Inst. quibus ex caus. maior.* ¶ Pactum non valet, quòd debitor bonis cedere non possit: hoc fallit multis modis, *vt per Soc. in reg. 279.* ¶ Vide de iure communi: Debitoribus soluere non valentibus, ex misericordia datur beneficium Cessionis bonorum, & ita carcerem euadunt, *tot. tit. ff. & C. de cess. bonor.* De iure autem Sax. hoc locum non habet, nam pro debito quis incarceratur.

Debitori princeps potest dare dilatio- 591
nem, vt intra certum tempus conueniri non possit: sed quòd nunquam posset conueniri, concedere nequit, *l. quotiens. C. de precib. Imp. off. vide Fel. in c. quæ in Ecclesiarum coll. 19. ibi quarta declaratio, de Constit.*

Nomi-

Nomina debitorum constituunt tertiam speciem inter bona mobilia, & immobilia, *Dec. cons. 237. vol. 2. in cas. proposito.* & appellatione bonorum mobilium & immobilium, nomina debitorum non veniunt, *vide supr. in verb. Bona.* ¶ Hic tamen nota, quòd Nomina debitorũ censentur, & dicuntur bona immobilia, & sub ipsis comprehenduntur, *ita determinat Accurs. in l. mouentium, ff. de verb. signif. Vide ad hoc supr. in verb. Actio. & in indice meo super Specul. Sax. in Apostill. in verb. Mulier. col. 396.* & probat idipsum ibidem duabus rationibus: Tum primò, quia moueri non possunt, cum sint incorporalia, *l. seruus, §. incorporales, ff. de acq. rer. dom.* Tum, quia in eis fit executio etiam post immobilia, *l. à Diuo pio, §. in venditione in fin. ff. de re iud.* Et dicit: *magnæ authoritatis, & nominis vir, practicus Papiensis, in form. libelli in actione reali, in verb. veris & legitimis*, quòd omnes actiones respectu sui & ipsius, siue competant pro re mobili, siue immobili, censentur immobiles per iura, quæ allegat. Si verò actiones considerantur respectu rerum, ad quas competunt, tunc censentur aut mobiles, aut immobiles, ratione ipsarum rerum.

592 Et ergo, licèt nomina & actiones tertiam speciem bonorum constituerent, tamen quando apponitur dictio vniuersalis, vt si dispositio loquatur de omnibus vel quibuscunque bonis, venient etiam nomina, iura, & actiones. Quia qui dicit omnia, nihil excludit, *l. Iulianus, de leg. 3.* Et genus compræhendit in sui generalitate omnes species, *c. solitæ. de maior. & obed. l. fin. de Pecul. leg.* Tertia ergo species bonorum etiam suo generali & vniuersali verbo, omniũ bonorũ compræhenditur. Vnde absque omni controuersia, omnium bonorum appellatione, etiam actiones, iura & nomina compræhendit, *ita etiam expreßè dicit Goz. in l. quis se patris, C. vnde liberi, & Alc. in d. l. mouentium, ff. de verb. signif.* vbi in specie dicit: Quòd si constitutione prohibitum sit, quæcunque bona, siue mobilia, siue immobilia, in extraneos transferri, de iuribus quoque actum videtur, iura enim impropriè inter immobilia computantur. At illa dictio, quæcunque, propter generalitatem etiam ad hosce improprios casus trahitur, per iura & multa alia per eundem adducta. Hæc benè nota, quia, si sum debitor tuus in decem ducatis, & tuo nomine venit famulus solitus mitti in negotijs tuis illos decem repetens, si eidem bona fide hos 10. numero, & is aufugiat, non sum liberatus, *ita Br. vbi Iason in l. si procuratori falso, in 3. q. pr. de condem. ob caussam.*

593 Debitor ad dandam speciem liberatur ab ipsa obligatione dandi per mortem speciei, *l. si ex legati caussa, ff. de verb. oblig.* Sic etiam fideiussor liberatur ab obligatione sistendi reum, mortuo ipso reo ante moram, siue sit mors naturalis, siue ciuilis. Et ad hoc ita dicendum moueor primò. *tex. in l. si decesserit. ff. Qui satisdict. cog.* Vbi clarè dicitur: si reus principalis ciuiliter vel naturaliter decesserit, ante moram fideiussoris, de iudicio sisti liberatur: secùs, si post moram.

Secundò ad id dicendum moueor, *per alium clarum tex. in l. sed etsi quis rei capitalis, in pr. ff. si quis caut.* vbi habetur expresse, quòd capitalis condemnatio, vel relegatio est iusta causa in iudicio non sistendi. Ergo longè in fortioribus terminis idem dicendum est, in morte naturali, *prout declarat ibi gloss. in verb. morte.* Et ibidem notabiliter dicit Paul. de Castr.

Quòd si ille sistendus mortuus erat naturaliter, ante moram sistendi, quòd non committitur stipulatio pœnalis ipso iure, addit bonam rationem. Quia factum, propter quod venit committenda stipulatio, est effectum impossibile, & ideò extincta est obligatio principalis ad factum, scilicet ad sistendum, sicut per interitum speciei extinguitur obligatio ad dandum, *d. l. si ex legati causa. Vide etiam D. Alex. in d. l. si quis rei capitalis, vbi etiam optimè loquitur, cum distinctione tamen, vide infr. in verb. mors.* 594

Amisso instrumento obligationis, vel chyrographi ipsius debitoris per creditorem, debitor cogitur de nouo promittere, *l. chyrographis, ff. de admin. tut.*

Si res debitoris peruenit ad manum creditoris, licèt non sit obligata pro illo debito, potest retinere, quò vsque debitum soluatur, *l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. ind. vbi Paul. de Castr. pulcrè notat, & declarat, vbi etiam Alex. post eum & Br.*

De Creditore, debitum suum quomodo à debitore consequatur.

Ivre quis prohibetur, propria autoritate persequi debita, ita quod vis etiam sit, quoties quis id, quod deberi sibi putat, per iudicem non reposcit. ¶ Ideò si quis putat, se habere petitiones, actionibus experiri debet, *l. extat, ff. quod me. causa, & l. pe. ff. ad l. Iul. de Vi priua. adde gloss. in l. nullus, C. de Iudæis.* Vnde etiam grauissimæ pœnæ constitutæ sunt, contra creditores, propria autoritate, vi quadam ablatiua vel expulsiua, extorquentes res debitas, & occupantes possessionem rei etiam penes alium constitutam, *de quibus post tex. in d. l. extat, & in l. si quis in tantam, C. vnde vi & in §. quia tamen Institu. de vi bono.* 595

vi bono. rapto. non enim singulis concedendū est, quod per magistratum publicè fieri potest, ne occasio sit maioris tumultus faciendi, *l. non est singulis. ff. de reg. iuris. facit etiam tex. in titu. de pace tenen. in vsibus feudo.*

596 Sed d. l. extat, habeat secundùm Dd. locum, quando iudicis copia haberi potest: secus quando haberi non potest, & imminet vel periculum personarum, vel rerum, *argument. l. generali, C. de decurio. lib. 10.* tunc enim melius est in tẽpore occurrere, quàm post exitium vindicare, *l. 1. C. quando liceat sine iud. se vin. & facit l. fi. C. in quibus cauſ. resti. in inte. non est necessa.* Domi. Schneide. *in titu. Institu. de actio. §. actio. nu. 15.* secundùm glossam *ibidem* tres ponit declarationes, in quibus casibus creditor possit propria autoritate debitum suum à debitore suo persequi, etiam capiendo eum. Et tres alias deducit, vltra glossam & Dd. *infrà secundùm, l. creditores, C. de pignoribus, secundùm istam l. vide aliqua quæ dixit Alex. de Imo. in conſ. 51. in vlt. col. versi. sed an possit, 2. iuxta Bal. in l. 1. C. vbi quis de curiali. aliáue condi. 3. Secundùm Barto. in l. generali, C. de decurio lib. 10.* Vide omnino Matthe. *de Afflict. post Bal.* qui 38. casus refert, quando liceat propria autoritate sine iudice aliquid persequi, capere vel facere, *in prin. de pace iura firman. in vsibus feudo.* ¶ (*Nota etiam creditorem vulnerantem debitorem fugitiuum non resistentem, amittere ius crediti. Geyl. 2. obseru. pract. 44. num. 4.*)

597 Quæ sit creditoris pœna, petentis denuò debitum antea solutum, notatur *in l. 3. in fi. ff. de cri. stellio.* ¶ Et creditor quot modis plus debito petere intelligatur, *vide nota. ad §. si quis agens: versi. sed hæc quidem. Institu. de actio.* Sed creditor agens hypothecaria contra tertium, quid probare debeat, docuit etiam, vt in Camera exaudiatur, Geyl. *obseruat. 26. lib. 2. obser.* (*Satis est actori, rem tempore obligationis in bonis debitoris fuisse, probare. Sanè tertius rem obligatam possidens, si non habeat causam à debitore, indistinctè quæstionem dominij creditori agenti referre potest.*)

598 Item an creditores vxori agenti hypothecaria dotem offerre & bona mariti annotare possint, *vide quomodo disputet pro & & contrà, & tandem concludat in parte negatiua, quod constante matrimonio non possint offerre & annotare Geyl. in obserua. 92. lib. 2.* (*Adijcit tamen hanc moderationem, vt vxor solùm pro quantitate dotis numeratæ, &c. pignori suo incumbere possit, cætera bona creditores rectè auocent.*) Et si hæres fuerit creditor in bonis defuncti, potest retinere debitum suum in bonis defuncti debitoris, *l. si debitori, vbi omnes, C. de pactis* quòd procedit, etiamsi nullum factum fuisset inuentarium, vt per Paul. *de Castren. in l. ab omnibus, §. 1. ff. de lega. 1. & idem in l. debitor, ff. ad Trebellia.* vbi concludit, quòd quando creditor succedit debitori, habet ius retinendi creditum suum, antequam restituat, *Decia. in conſ. 94. vol. 3. num. 5. & 6.*

Pactum, vt quis propria autoritate, in rẽ 599 vel personam debitoris, manus inijcere possit, an de iure valeat. *Coler. de process. exec. p. 1. c. 5. n. 15. & seqq. egregiè.* Creditor partem recipiens, an sibi præiudicet in residuo, *Guid. Papæ. q. 177.* ¶ Creditor debiti partem ab vno ex tribus reis debendi recipiens, an obligationem diuisisse intelligatur, & an reliquam portionem eius, qui non soluendo factus est, à duobus reliquis exigere possit, *Thoming. decis. 47.*

Creditores qui in remissione debiti præferantur, an extranei, an verò cognati, *Asin. de exec. §. 7. c. 48.* ¶ Creditor debitorem in mortis articulo constitutum non debet molestare: & si faceret, ingrediendo domum debitoris propria authoritate, & absq; licentia iudicis imponat signacula, punitur, in tertia parte bonorum, actionem amittit, & fit infamis, *Foen. de mom. temp. c. 7. num. 54.* Creditor si succedit debitori, actio confunditur, *Asin. de execut. §. 7. c. 69. & seqq. vbi ampl. & lim.*

De Creditore, an cogatur recipere debitum ante tempus.

CReditor non potest cogi ante tempus 600 ad recipiendam pecuniam sibi promissam, nisi intersit debitoris, *vt habetur in l. qui pecuniam, ff. si cert. peta. in l. Titius, ff. quæ res pigno. ob. poss. & magis apertiùs in l. qui Romæ, in prin. ff. de verbo. ob.* ¶ Scias tamen, quod licèt aliquo casu creditor cogi possit recipere pecuniam sibi debitam ante tempus: attamen nõ cogitur recipere quid, quòd cursu temporis deteriorari potest, vt vinum, granum, oleum, & similia: nunquam enim isto casu cogitur recipere ante tempus, *istud est dictum sing. Guil. de Cune. in l. comparationes, C. de fide instru. & Ange. in l. Titius in fin. ff. quæ res pigno. oblig. possunt,* sic etiam quando conuentum est pecuniam in certo loco dari, alibi recipere non cogitur, *l. is qui, ff. de eo quod cert. loc. da. gloss. l. qui Romæ. ff. de verbo. oblig. in pr. & ibi vide Zaſ.* nec etiam creditor cogitur recipere partem debiti, *l. tutor. §. Lucius, ff. de vsuris.*

De Creditore, qui negat rem sibi esse pigneratam.

CReditor negans rem sibi esse pignera- 601 tam, per talem negationem videtur repudiare ius pignoris, *Ange. in l. Titius. §. Titius Seio, ff. quib. mod. pig. vel hypotheca solui.* de hoc negante, & de pluribus alijs negantibus, vide Hippo. *de Marsi. in sing. suo 242. incip. Textū habes, & notabo quædā infrà in literaM, versi. de mandato.*

De Creditore, qui potest capi facere vel capere debitorem suum.

602 LIcitum est capere creditori debitorem suum fugientem, etiam propria autoritate, *l. ait prætor*, *§. si debitorem & ibi gloss. & Dd. ff. quæ in frau. credito. habetur per scribentes in l. 1. C. quan. liceat se sine iudi. vind.* ¶ Et hoc adeò est verum, quòd etiam licebit procuratori creditoris hoc facere, *ita dixit gloss. sing. iuncto tex. in l. 1. C. vbi quis de decurio. vel coar. cor. in gloss. & in verbo comprehensus*, *textus est notab. in l. refectionis gratia, ff. commu. prædio. & ibi Paul. Castren.* non solùm habet locum in illo, qui est in actu fugæ, sed etiam in illo qui præparat fugam, & hoc appareat ex signis, *Hippo. de Marsi. in sing. 243. incip. satis notum.* ¶ Creditor autem volens capi facere debitorem, de quibus debeat iudici fidem facere, est elegans singulare Hippo. *de Marsi. 282. incip. creditor, &c. ibi notantur vtilia. & notaui infr, in litera D. vers. de debitore fugitiuo.* (*Geyl. 2. obser. pract. 44. docet: iudici saltem summariè de debito itemq; de fuga faciendam esse: vt videlicet per Chirographum debitoris, vel testes probet creditum: & iuramento saltem affirmet fugæ istius suspicionem demùm post contractum celebratum superuenisse: nam qui sciens cum minùs idoneo & de fuga suspecto contrahit, hoc remedium non habet. Cæterùm consuetudines cuiusq; loci in hoc obseruandæ sunt, maximè contra advenas & forenses.*)

De Credulitate.

603 VEhemens credulitas habetur pro certitudine, *Felinus in c. 1. in fi. de litis contest. ad quod allegat Inno. in c. fi. post medium, de iuramen. calum. & in c. ex literis de Iureiu. c. quotiens de Testibus*, ex illis Petrus de Anchora. *in consi. 157. Incip. ex narratis in pe. col.* dixit, quòd si iudex vehementer suspicatur, vel credit calumniam in opponente exceptionem peremptoriam: quòd potest eum non admittere: & licèt ille appellet non irritabitur factum iudicis, nisi ille probet veritatem suæ exceptionis: *hæc & alia declarat Hyppo de Marsi. in Repe. Rub. C. de proba. Nu. 174.* vbi tradit speciem probationis per vehementem omnium opinionem fiendam vel formandam.

604 Nota, testi deponenti de credulitate non creditur, neque eius dictum tale in aliquo concludit: nisi addat causam scientiæ ex proprio sensu, *sunt Tex. gloss. & Dd. in c. quotiens, & in c. licet. ext. de Testib. facit Cynus in L. Testium Cod. eod. tit. vide Chil. Köning in sua practica c. 78. Nu. 6. versi. vnd wo der gezeuge, etc. adde hanc & aliam limitationem secundùm Hipp. de Marsi. in singu. 19. incip. Tu scis. Bartolo. Socinus in Regulis fallen. Regula 518. incip. Testis de Credulitate litera T. & ibi cum 6. fallentijs. Alexan. de Imo. in consi. 156. colum. 2. vers. non obstat vol. 5.*

Et quomodo per hoc verbum credulitatis inducatur litis contestatio, *vide gloss. in c. cum ad sedem in verbo credere ext. de Restit. spolia. & ex illis quæ ibi notat Abbas, Panor.* Et secundùm notata Barto. *in l. 1. C. de litis contesta.* intelligendum est de eo, quòd vehementer opinatur & credit, *per notata in l. 2. Idem §. Labeo, ff. de aqua plu. arcen.* affirmando ibi Barto. dicit: aliàs ille qui conueniretur ex facto alieno, nunquam posset contestari litem, quòd esset absurdum. Idem cum Barto. refert Abbas *in c. vnico ext. de litis contestati. Bal. declarat & distinguit in l. 1. C. de litis contestat.* Andreas Barba. *in d. c. 1. eo. Tit.* post distinctiones concludit secundùm communem opinionem, quòd per verbum credit vel non credit, inducatur litis contestatio, mediante tamen distinctione Baldi, *in d. l. 1. C. de litis contest.* si scilicet illa responsio fiat ad libellum, & non ad positiones: Tenet etiam hanc communem opinionem D. Robert. Maran. *in 6. parte, de ordine Iudicio. de litis contestatio. versi. inducitur etiam litis contestatio. concordat Felinus in d. c. 1. de litis contesta. Nu. 21. quem vnà cum alijs Dd. vide.* 605

Credere non est necesse, *l. quod si minor, §. restitutio. de minor, c. cum dilecta de confir. vtili & inutili, l. ei incumbit, de prob.* Credulus quis esse non debet, *gloss. in l. fin. C. de Accusat. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem factum est*, vbi dicit textus: quod imputantum est ei, qui credulus facit. *De hac reg. vide cum ampliationibus & limitationibus Ias. latè in d. l. 1. de eo per quem factum est.* 606

Dictum notabilis & grauis viri, inducit iustissimam credulitatem, *iux. gloss. not. in l. Titio fundus, ff. de cond. & dem. vide Curt. cons. 19. fol. 94. coll. 2.*

Qui peritiorem consuluit, ei credere debet, non tamen eius consilium sequi tenetur, *l. Titium & Mæuium. ff. de adm tut. in pr. vide supra ad hoc aliqua in verb. consilium.*

De Criminibus.

ISTam materiam de Criminibus notaui, 607
infr. in litera I. de iudicijs. vers. aliud iudicium est capitale, aliud non capitale, & aliud ciuile, aliud criminale, & aliud mixtum.

Criminis læsæ Maiestatis reorum domus solo adæquantur, si illi principes seditionis fuerunt, *vide l. 24. ff. de pœn. & ibi Gothofr.* ¶ Aliud est crimen læsæ maiestatis, aliud perduellionis, *Cuiac. lib. 6. obseru. 25.* Criminales causæ intra biennium sunt terminandæ, pœna iudici negligenti imminente, *l. 3. C. vt intr. cert. temp. crim.*

Imo

608 Imò delicta punire est de iure naturali, *Institu. de obl. quæ ex delict. nasc. in pr.* Qui textus tametsi loquatur de furto, tamen Soc. *in Rub. ff. de verb. obl.* eum extendit ad omne crimen, *vide Mod. in §. præterea Inst. de action.* ¶ Crimina, vndecunque clarueritit, punienda sunt, *not. ext. de Appell. c. licèt in gloss. 44. q. 4. rectè Br. in cons. 223.* ¶ Crimina non debent dissimulatione corroborari, *l. fin. C. de incest. nupt.* vbi text. loquitur de eo, qui incestas nuptias, cum filia fratris vel sororis, de facto contraxit. ¶ Materia delinquendi & peccandi adimi debet, *l. conuenire, ff. de pact. dot. l. 1. ff. ad Maced. l. si quis seruo, C. de furt.*

609 Quòd delinquentes puniuntur, est æquitas, *l. non solum, §. 1. ff. de excus. tut. l. quæsitum, ff. de sep. viol. Br. in l. si is qui pro emptore in 4. q. pr. ff. de vsucap.* ¶ Ex crimine nemo impium lucrum reportare debet, *l. fin. C. de reb. cred. in fin.* ¶ Persona delinquentis exhiberi debet, vt cognosci possit, *gloss. in l. 1. ff. si ex nox. causa agat. quam Bl. not. in l. 2. ff. ad exhibend.* ¶ Voluntas & propositum delicta distinguit, & inspicitur conatus, *l. 1. & l. is qui cum telo, C. de Sicc. l. qui iniuriæ, ff. de fur. l. Falcinius, §. quid sit autem latitare, ff. quib. ex caus. in poss. eat. vide Cæpoll. in cons. 36. num. 8. l. fin. §. sed si stipulator, vbi gloss. aurea & pulcra, ff. de eo per quem fact. est.* Et sic in criminibus non exitus, sed voluntas inspicitur, quæ sicut propositum crimina distinguit: nec factum, sed causa facti inspicitur, *dictis iuribus, & l. verum, ff. de furt.*

610 Quando autem quis dicatur ire animo interficiendi hominem, vide *l. pen. ff. de vi publ.* Quia, quicquid agunt homines, intentio indicat omnes, *Abb. in c. cum omni, ext. de vita & honest. Clericor.* ¶ Quando autem conatus puniatur, non secuto effectu, vide *Fel. in tr. conatus, qui insertus est lecturis suis post tit. de Appell. vide etiam Bonif. de vitell. in Rubr.* Quid sit accusatio, *fol. 28. vide omnino Alex. in cons. 15. in 1. volum. in 2. col. in pr. & vide latè, Felin. in c. 1. ext. de Tranq. & pace. DD. in l. si quis nec causam, per illum tex ff. si cert. pet.* vbi dicunr: quòd in delictis principale propositum inspiciatur, an habuerit animum delinquendi.

611 Vnde si aliquis est aggressus cum baculo, & moritur, non debet puniri aggressor de homicidio: quia principale propositum non fuit occidendi, *ita dixit Paul. de Castren. in cons. 192. de hoc vide Goz. in l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. vide infr. in verb. homicidium.* ¶ Si quis deliquit in plus, quàm cogitauit, circa res, circa personas, vel ideò, quia incidit in aliam spem delicti, quomodo debeat puniri, *vide pulcrè Br. in l. diuus, ff. ad l. Cor. de Sicc.* ¶ Qualitas delicti inspicienda, *Br. in consi. 223. c. sicut dignum. ext. de homicid.* ¶ Obligatio, quæ oritur ex delicto, oritur ex voluntate delinquentium, *l. Imperatores, ff. de iur. fisci. in verb. teque huic pœnæ subdidisti. l. si duo, in fin. ff. de acq. hæred. Iohan. de Mont. Fer. in Rubr. ff. de verb. obl. col. 7. gloss. in l. seruus, ff. de his qui not. infam. facit text. in l. fin. in fin. ff. de coll. fund. patr. lib. 11.* Tamen is verus & proprius consensus & voluntas non dicitur, prout est in contractibus, *ita declarat Philipp. Dec. in Rubr. ff. si cert. pet. coll. 2.*

Ratione delicti, magistratus habet omnia bona obligata & hypothecata ipsius delinquentis, saluo tamen iure creditorum, *vide Bonif. Vitell. in suo tr. maleficiorum, supr. Rubr. de comp. accus. fol. 17.* ¶ In delictis occultis, qualia sunt adulterium, venenare, falsificare monetam, & similia, iudex facilior & promptior esse debet ad torturam, *ita dicit Bl. in l. 3. C. de Episcop. Aut. Alex. in cons. 77. volum. 1. num. 9. col. 2. vide infr. in verb. Tortura.* ¶ An delictum, quod non nocet, sit punibile, vide *Cur. in tr. feud. in 4. part. pr. q. 10. fol. 33. col. 3.* ¶ Deportatus hæres institui non potest, *l. 1. C. de hæred. insti.* ¶ Deportatus nullo tempore præscribit, quia à iure ciuili est penitùs alienus, *l. 1. §. hi quibus, ff. de leg. 3.* Et habetur pro mortuo, *l. 1. ff. de bon. poss. cont. tab. l. 1. C. de hæred. inst. & in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. vide Bl. in extrauag. de pa. const. in verbo eam semper.* 612

Delictum manifestum quid sit, *vid. Br. in l. fur est manifestus, ff. de furt.* ¶ Crimen capitale quinque modis dicitur, *gloss. in l. transigere, vbi latè Iason. C. de Transact. de hoc vid. infr. in verb. pen.* ¶ Crimen fateri intelligitur, qui super eo paciscitur, *l. quoniam, de infa.* Fallit in confessione, quæ fit ad litis euitationem, licèt fiat in causa famosa, quia tunc non infamat, *Bl. in Add. ad Sp. in tt. de conf. ar. l. si reus, vbi Bolog. in Apost. & Alex. in Apost. ad Br. ff. de procur.* ¶ Crimina quæ dicantur generaliter ciuilia, quæ ecclesiastica, vide *gloss. in l. Clericus quoque C. de Ep. & Cler. plenè per Abb. in c. cum sit generale, in vlt. col. de for. comp.* ¶ Criminosus regulariter infamis non est, *text. cum gloss. in l. fin. ff. de crim. stell. facit l. 2. eod. tt.* ¶ In criminali non interuenit procurator, *c. veniens, vbi gl. Acc. c. tuas, ext. de procur.* ¶ In criminalibus, reus non potest renunciare defensionibus, etiamsi vellet, *l. si non defendantur, de pœn. gl. in l. pactum quod inter hæredem, de pact. Iason in l. edita, in 6. col. C. de Edend. Br. in l. custodias, de publ. iud. facit text. in l. non tantum, de Apell. vide Decian. in l. 1. in 2. col. C. qui admitt. in 4. not. In materia criminali vide pulcrè Br. in l. infamem, de pub. iud.* 613

614 In criminalibus admittitur Appellatio, & iudex pendente appellatione sententiam exequens, capite puniendus est, *vid. sup. in verb. appellare, & infr. in verb. iudex.* ¶ Si statutum dicit, quòd Syndicus tenetur nunciare crimina: non tenetur sua nunciare, nec agnatorum: vide *Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, de hæred. institu. adde Br. in l. qui iurasse, §. si pater, de iure iur. vide supr. in verb. cognatus.* ¶ Ex quacunque causa potest quis accusari criminaliter, ex eadem etiam potest contra eum agi in factum ciuiliter, *l. qui nomine, ff. de Falsi. l. nec quicunque, ff. pro Socio, vide Br. de hac reg. quam ponit in l. 1. §. hoc edicto, ff. vi bon. rapt. eundem in l. infamem, de pub. iud. §. in summa, Institu. de Iniur.* ¶ Crimina, circa quæ Ecclesia se impedit, circa Laicos, sunt: sacrilegium, vsura, hæresis, simonia, periurium, adulterium, *quæ vide pulcrè per Abb. in c. cum sit generale, de for. comp.* ¶ Non sequitur: Hoc delictum grauiùs punitur, quàm illud: Ergo est maius. Nam interdum minori delicto, ad quod homines sunt proniores, vt retrahantur, grauior pœna imponitur, *ita dicit Aurea gloss. in c. admonere 30. q. 2. in verb. existimes,* vbi quærit, an maius sit delictum, vxorem interficere, quàm matrem, *vide Soc. in cons. 157. vol. 2.*

615 Quando sunt plures delinquentes, vnusquisque tenetur in solidum: & vno soluente alter non liberatur, *l. si quis id quod, vbi Br. & DD. notant, ff. de iurisd. omn. iud.* ¶ Si ex vno facto duo crimina resultant, vtrum pro vtroq; debeat quis puniri, *vide Br. in l. Senatus, ff. de Accusat.* ¶ De pluribus vnum delictum committentibus, *vid. Br. in l. qui seruo, §. si duo, ff. de furt.* & si vnus ex his fuit Clericus, iudex Ecclesiasticus erit iudex omnium delinquentium ratione communionis: & sic nota regulam, quòd ex persona alterius quis consequitur ius, quod ex propria persona non habet, *vide de hoc Iohan. de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 5. & 6. ff. de verb. obl. vide Soc. in cons. 12. volum. 1. coll. 4.* ¶ Ex hoc collige pulcram iuris regulam: Ratione vnionis & mixtionis, res alioquin diuersæ, iudicantur eiusdem naturæ: & priuilegium tributum vni, tribuitur & reliquo, *l. qui patri de acq. hær. l. si ex pluribus, ff. de suis & legit. l. si communem, ff. quemad. seru. amitt. c. per tuas ext. de Arb. c. sacris ext. de sepult. l. si ita fuerit, el. 1. §. 1. ff. de man. test. de hac reg. vide Ioh. de Mont. Ferr. in Rub. ff. de verb. obl. in 7. coll. in fin. vide Br. in l. stipulationes non diuiduntur, in 4. q. in vlt. verb. ibi sed contra prædicta possess. ff. de verb. obl. latiss. de hac reg. & materia vide infr. in verb. Mixtum.* ¶ Materiam de pluribus delinquentibus, latissimè vide *per Br. in l. fin. in fin. ff. de Sicc. vbi omnia inuenies in hac materia per eum remissiuè, vide etiam Iason. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. omn. iud.*

An crimine probato per testes, si reus nolit confiteri, possit nihilominus ad mortem damnari, dic. quòd sic, *Cæpoll. cons. 32. fol. 37. nu. 4.* ¶ Quid si passus est torturas, & adhuc non confitetur: an per has torturas probatio sit purgata, ita quòd non puniri possit ad mortem, *vide ibi eum.* concludit, quòd sic: quod nota, quia potes quem redimere à morte. Vide clarum text. im Keiserlichen Halßgericht/ Arti. 69. qui hoc clarè decidit. ¶ An mandans & mandatarius pari pœna semper sint puniendi, *vide Cæpoll. cons. 36. num. 15.* ¶ Criminosos qui hospitio suscipit, qui crimina commiserunt sine hospitis culpa: nihil damni inde sustinet hospes, si hoc suo iuramento affirmabit, *in sp. Saxon. lib. 3. arti. 91.* ¶ In probatione obiecti criminis qui defecerit, sicut reus, eadem pœna condemnetur, *in spec. Saxon. lib. 1. art. 69. & eod. lib. art. 50.* Sed hîc aduerte, quia hoc hodie est correctum, & pœna talionis recessit ab aula, & hodie locum non habet, *vt pulcrè declarat D. Chil. König, in suo Sax. iur. processu.* ¶ Agens actione criminali, si reus absoluetur, ad æqualem pœnam tenetur, *in spe. Sax. lib. 2. art. 8. in gloss. vulg.* 616

Quomodo seditionis delictum probetur, vide *Decian. cons. 256. volum. 2. in causa inquisit. de hoc delicto vid. duos tt. C. de seditios.* ¶ Nam seditiosus quis multis modis dicitur, & 617

1. Qui seditionem vel proditionem tractat, de aliqua ciuitate, vel castro habendo vel dando, faciendi causa guerram contra publicam vtilitatem.

2. Qui tractat facere nouitatem in ciuitate, vel nouitatem contra publicum & bonum statum ciuitatis.

3. Qui tractat se fieri Dominum terræ, vel loci alterius, ad turbam populi, vel qui similia contra publicam vtilitatem: & talis capitali pœna punitur, *l. 1. & 2. C. de seditios.*

4. Qui tractat perditionem de terra, & dare eam inimicis, vel quid simile: & talis ad mortem punitur, *l. proditores, C. de re milit. l. pen. ff. ad l. Iul. Maiest.*

5. Si occupauerit aliquod castrum, vel guerram faciat suæ ciuitati, vel communi, vel si offendat & rebellet suo communi, *l. 1. C. eod.*

6. Non solùm dicuntur præmissi seditiosi, sed & alij agentes & consentientes, scienter perueniendo ad actum & opem, & auxilium dando, fauorem & operam præstando

ſtando ad talia perpetranda, *l. ſi quenquam, C. de Epiſc. & Cler. l. non ideo C. de Accuſ. l. in furti, §. ope, ff. de fur. l. ſi is cuius, ff. de adult. l. nihil intereſt, ff. de Sicc. l. vtrum, ff. de par. l. item Mela, §. ſi alias & §. item cum eo, ff. ad l. Aq.* ¶ Et dictum eſt, perueniendo ad actum, quia ſola cogitatio non meretur pœnam, *l. cogitationes, ff. de pœn.*

618 Puniuntur autem ſediciosi, *prout iam proximè ſupr. dictum eſt,* vel poteſt dici, quòd iſti ſediciosi, qui prouocant tumultum & tumorem populi, puniuntur pro qualitate & dignitate, vel in furca, vel ſubijciuntur beſtijs, aut in inſulam deportantur, *l. ſi quis aliquid, §. ſi auctores, ff. de pœn. vbi Br. in l. capitalium, §. ſolent, ff. de pœn.* In deportationis autem locum hodie ſucceſsit bannum perpetuum, *vt not. Inſtitu. quibus mod. iuſ. pat. pot. ſolu. §. Relegati facit l. qui cœtu, ff. ad l. Iul. de vi pub. & l. qui naufragium, §. non tantum, ff. de incend. ruin. nauſr.* ¶ Si verò hoc ſeditionis crimen fiat in vrbe Roma, punitur, *l. Iul. Maieſt. l. 1. & 3. ff. ad l. Iul. Maieſt.*

619 *Conſpirationis* crimen quale, & quomodo probetur, vide *Alex. in conſ. 13. col. 4. volum. 6. rogo videas.* ¶ Crimen læſæ Maieſt. puniri debet, *vide pulcrè D. Alex. in iam alleg. conſ. 13. volum. 6. col. 2.* ¶ Crimen proditionis quale ſit, & quando aliquis dicatur proditoriè quem occidere: quando ſcilicet actum vnum oſtendit, & aliud in mente gerit, *vide Cepoll. in conſ. 34. num. 6. vide Iohan. de Plat. in §. interdum Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*

620 Crimen *Læſæ Maieſt.* in inferiorem à principe committitur, de hoc & multis alijs in hoc crimine læſ. Maieſt. vide, *per Alex. in conſ. 13. volum. 6. conſideratis his. De hoc crimine læſæ Maieſt. vide Car. Rui. in conſil. 1. 2. 3. volum. 5.* ¶ Ad hoc facit, quòd Comes, Dux, &c. cenſentur principes in ſuis terris, & in eorum ſubditos omnia poſſunt, quæ poteſt Imperator, *vide Curc. in conſ. 1. fol. 61. col. 4. vide Paul. de Caſtren. in conſ. 225. ſuper primo dubio, quem refert. Alex. in conſ. 2. volum. 1. vide de hoc pulcrè, & multa infr. in verbo Princeps.* ¶ De materia criminis Læſæ Maieſtatis, *vide pleniſsimè Cœpoll. in conſ. 17. & Petrarch. in Repert. in verb. Maieſtas, fol. 117. col. 1. vide etiam pract. Papienſem in form. libelli, in action. reali, in verb. veris fol. 12. col. 3. in fin. ibi venio nunc ad ſecundum. vide etiam Ang. in opere maleficiorum in gloſſ. che. ha. tradito la. tua patria. Ibi quæro aliquis congregat gentem fol. 154. col. 3. & in gl. qui dominus iudex ibi, & prædicta procedunt fol. 239. col. 1. vide etiam Bonif. de vitell. in oper. maleſ. lib. 3. in pr.* ¶ In crimine Læſæ Maieſtatis, ſi vniuerſitas eſt punita, poſſunt nihilominùs adhuc ſingulares perſonæ de vniuerſitate puniri, de hoc *vide optimè Alex, qui multa aurea dicta in hac materia refert in d. conſ. 13. vol. 6.*

An contra mortuum poſsit procedi ſuper crimine Læſæ Maieſtatis: an valeat confiſcatio bonorum in præiudicium filiorum, & deſcendentium, *vide Bart. Cœpoll. in conſ. 13.* ¶ In crimine Læſæ Maieſtatis, licèt filij pro patre puniuntur, ſecus tamen eſt in nepotibus, & fratribus, *vide Decian. conſ. 64. volum. 1.* ¶ Rebellis ſuperiori, crimine Læſæ Maieſtatis tenetur, *vide Alex. in conſ. 13. vol. 6. coll. 2.* ¶ Occupans regimen alicuius ciuitatis propria authoritate, dicitur Tyrannus, & committere crimen Læſæ Maieſtatis, *Soc. in conſ. 22. volum. 1. col. 2.* ¶ In crimine Læſæ Maieſtatis, infames in teſtes admittuntur: an autem ſint integri teſtes, & omni exceptione maiores, *vide Alex. in conſ. 11. volum. 1. & in conſ. 201. volum. 5. col. 4. num. 12. 13. 14.* Illi tamen teſtes ſine tortura non recipiuntur, *vide ad hoc infr. in verb. teſtis.* 621

Dans opem, auxilium, & conſilium delicto, quomodo, & an eadem cum delinquente pœna puniatur, *vide Car. Rui. in conſ. 1. volum. 5. in princ. & Br. in l. qui opem, ff. de furt. vide Abb. & Felin. in c. 1. de off. deleg. vide latè Br. Cœpoll. in conſ. 34. num. 11. vbi plenè hanc materiam habes diſcuſſam,* vbi etiam habes, quando quis dicatur præſtare opem, *vide ad hoc l. ſi quenquam C. de Epiſc. & Cler. & l. non ideò C. de Accuſ. l. in furti, §. ope, ff. de furt. l. ſi is cuius, ff. de adult. l. nihil intereſt. ff. de Sicc. l. vtrum, ff. de parr. l. item Mela, §. ſi alias & item cum eo. ff. ad l. Aq.* ¶ Hic tamen quod requiritur, vt opem præſtans ad aliquem actum peruenerit, quòd puniri poſsit. Nam ſola cogitatio pœnam non meretur, *l. cogitationes, ff. de pœnis.* ¶ An hoc etiam, an & quando præſtans opem & conſilium delicto, puniri debeat, *vide pulcrè Soc. in conſ. 188. volum. 2. viſa Bulla Pauli. vbi omnia in hac materia habes vſque ad ſatietatem cumulata.* ¶ An autem delicto conſilium dans videatur auxilium dare, *vide pulcrè Br. in l. in furti. §. ope, ff. de furt. in verb. final. vide tex. in c. periculoſi de pœn. diſt. 1.* vbi dicitur: Homicida eſt conſulens homicidium, quod benè nota. ¶ Delinquentes regulariter debent mitti ad locum delicti commiſsi: fallit, *vt per Soc. in Reg. 33.* 622

Stante ſtatuto, quòd qui percutit aliquem cum ſanguine in platea, amputetur ſibi manus, modò quis pluribus percuſsionibus cum ſanguine percuſsit in platea, an plures manus debent ſibi amputari, *vide Br. in l. vulgaris, ff. de furt. vbi habuit hanc quæſtionem de facto, vide in verb. Iniuria infr.* 623

In delictis mala fama quando noceat, ita quòd oriatur suspitio, *vide Alex. in cons. v. num. 10. volum. 2. quem omnino vide.* ¶ Dolus in delictis præsumitur: fallit in muliere, & minore, quo casu dolum probare oportet, *l. 1. ff. ad l. Corn. de Sic. l. si non conuicij cum ibi not. C. de Iniu. gloss. in l. vbi, ff. de Edend. facit ad prædicta c. 2. de R. I. vide gloss. Br. & Bolog. in Apost. in d. l. vbi exigitur in gloss. in verb. nisi dolo malo, ff. de Edend.* ¶ Extra delicta verò dolus non præsumitur, nisi probetur, *l. quotiens, §. qui dolo, ff. de prob. Iason. in l. de die ponenda, §. 1. ff. qui satisdar. cog. de hoc vide latè infr. in verb. Dolus.* ¶ De delicto eiusdem hominis non debet sæpiùs quæri, *l. pœn. ff. naut. caup. stab. Bart. in l. transigere in 4. Ap. C. de Transact. Enormia delicta quæ sint, vide Alex. in cons. 13. volum. 6. in 4. col. vbi optimè loquitur ad propositum.* ¶ In grauioribus delictis sola voluntas attenditur, *vide Alex. in d. cons. 13. volum. 6. vide Cep. cons. 36. num. 4.* ¶ An delinquens per alium, vel mandans delictum, debeat puniri, sicut delinquens, *vide Alex. in l. 1. in pr. in 3. col. num. 21. ff. de verb. obl. & latè hanc quæst. examinantem vide Iason. in l. si quis id quod in 8. coll. ff. de iurisd. om. iud.* ¶ Delictum commissum faciendo, grauius est, quàm comissum omittendo, *gl. in l. si mora, ff. Solut. matr. vbi Ias. item in l. si prius 17. col. in pr. ff. de op. nou. nunc. gloss. in l. Lege Cornelia, ff. ad Sill. vide Iason. in l. sancimus in 6. col. C. de iud.* ¶ Hinc quando dicitur: non licet facere transactionem vel pactum, super publico crimine: est verum in delictis, quæ faciendo sunt commissa, secus omittendo, *ita Br. in l. 1. per gloss. ff. ad Sill.*

624 Super publicis delictis non est licitum transigere, *l. transigere C. de Transact. vbi latè Ias. & Ias. in l. sancimus C. de iud. in 6. coll. Br. in l. 2. ff. ad Sill.* ¶ Delicti conscius non delinquit, *gloss. in l. vtrum qui occiderit in verb. conscij, ff. de parr.* ¶ Delicta paria mutua compensatione tolluntur, *l. viro, ff. sol. matr.* ¶ Excutiens clauum de naui, propter quod nauis perijt, tenetur actione in factum ad emendationem omnium rerum perditarum: & si quid dolo vel fraude ex eius naufragio superfit, tenetur l. Cornelia, *l. 3. §. Senatus, ff. de incend. ruin. naufr. Iohan. de Plat. in pr. Institu. de person. & temp. act.* ¶ In pœnis imponendis, an tempus delicti commissi inspiciatur, an tempus sententiæ: vt si tempore sententiæ delictum vigore statuti, grauiùs vel leuiùs veniret puniendum, *vide pulcrè Br. in l. omnes populi in 2. q. 5. q. pr. col. 17. ibi quid dicemus. ff. de iust. & iur.* ¶ An delictum quod clàm fit, magis puniri debeat, quàm quod coràm & palàm, *de hoc vide pulcrè Petr. de Bell. in q. 366.* ¶ Qui deliquit, & postea multos latrones appræhendit, & delinquentes demonstrauit: ei posse parci, Adrian. Imp. censuit, *l. non omnis in fin. ff. de re milit.* Quod nota pro quibusdam Rebuspub. quæ omnium sceleratissimos pro familia assumere solent, stipendio etiam oblato, vt latrones & viarum obsessores indicent.

Delinquens, nunquam ex quocunque delicto debet ad mortem puniri, nisi fuerit in dolo, *l. in lege Cornelia, ff. ad l. Cornel. de Sic. not. gloss. in l. in actionibus, ff. de in litem iur. Bart. in l. quod Nerua, ff. Depos. Cæp. in cons. 34. num. 4.* ¶ In delictis, perpetrato crimine, effectus inspicitur: ante perfectum verò delictum, voluntas, *vide Cæpoll. in cons. 34. fol. 41. num. 11. & num. 19. & in cons. 36. nu. 4.* ¶ Delictum maius est sub colore liciti commissum, quàm simpliciter commissum, *Paul. de Castren. in cons. 469. volum. 2. nu. 48.* ¶ De adulterio, & stupro, & eorum delictorum pœna, *vide supr. latè in verb. adulterium. vbi plenißimè habes.* ¶ Non peccare, solius Dei est: & sapientis, se emendare, *c. inter hircum el. 1. de pœn. dist. 3.* ¶ In peccato mortali existens infamis est, *c. omnes 16. q. gloss. in c. celebritatem, de conse. dist. 3.* ¶ Peccatum in Spiritum sanctum est nihil aliud, quàm nunquam velle pœnitere, quæ est vltima desperatio, *Br. in l. qui ea mente, ff. de furt. gloss. in c. ita fit 1. q. 1.* ¶ Peccare humanū est, Diabolicum perseuerare, *gloss. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, Br. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoff. testamento.* 625

Peccans & delinquens occultè, an plus dicatur peccare, quàm qui palàm, *gloss. est in l. fin. ff. de rit. nupt. gloss. in c. præsbiter 28. dist. gloss. in c. Clericus 81. dist.* ¶ An dormiens delinquens debeat puniri, *vide Br. in l. pœna parricidij, ff. ad l. Pomp. de parr. vide lect. Hippo. in c. sicut dignum ext. de hom. & D. Iason. in l. 1. §. 1. in 2. col. ad fin. ff. de acq. poß. post Alex. qui alia loca allegat,* vbi dicit: Quòd dormiens, qui in somnis surgens aliquem occiderit, puniri non debet: quia talis æquiparatur infanti, & furioso. 626

Adulterium est maius delictum homicidio: quod ex eo patet, quia si vasallus cucurbitauerit sororem Domini, feudum amittit: secus si eam interficiat, quia hoc casu feudum non amittit. *Ita dicit Bl. in c. 1. §. similiter si Dominus. quibus mod. feud. amitt. per text in l. isti quidem in fin. ff. quod metus causa. Benè facit textus in l. codicillis, §. matre, ff. de leg. 2.*

Quando

627 Quando quæritur, an delinquens, & consentiens æquali pœna sint puniendi, distingue de quadruplici consensu, negligentiæ scilicet, consilij, cooperationis, & authoritatis siue defensionis. Nam secundùm hæc diuersa consensus quatuor genera, aliter & aliter peccant, & puniuntur, de quo articulo, *vide supr. in verb. consensus, & infr. in verb. pœna.* ¶ Paria delicta mutua compensatione tolluntur, *l. 1. in fin. cum l. seq. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est, vbi Zas. in parat. col. 53. nu. 30. lin. 32.*

De Crimine flagranti.

628 CRimen quot modis dicatur flagrans, vel manuale, handhafftige Thaten/ quomodo, qualiterque in tali crimine procedatur, *vide Tex. Addi. & gloss. Arti. 35. lib. 2. Landrecht,* (*Cùm videlicet quis in facto, vel in facti fuga reperitur, vel cùm res furtiua aut rapta in clausuris eius reperitur, nisi ab alio iniici potuerit.*) ¶ Vnd wie mit wenigen Vnkosten in crimine flagranti & notorio wieder den leugkenden Thäter mit peinlicher frage zuuerfahren/ præscribit const. cri. *Car. 5. in Arti. 16. von vnzweiffentlichen Mißthaten.*

De Castigatione.

629 PAtrem præsumi correctionis causa filiũ verberasse, *Menoch. lib. 5. præsumpt. 14.* ¶ Castigatio quæ concessa sit superiori in inferiorem, & de pœna excedentis moderatam castigationem, *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 364. Frideric. Husan. de hom. propr. membr. 2. c. 7. num. 3. vsq; ad. 18. fol. 118.* ¶ Fœminæ à viro castigantur, maritus ab vxore non emendatur. *Pruk. l. in multis de sta. hom. p. 1. in art. 29.* vbi de sæuitia mariti, & eius affectu. ¶ Consanguineus correctionis causa præsumitur verberasse consanguineum: adeò vt posit hoc suo probare iuramento, *Seraph. priuil. 1. num. 24. & 25.* ¶ Excessus rerum multum operatur, *Seraph. priuil. 102. num. 24. & seq.* ¶ Actus capiendi aliquem per auriculas, & dandi alapam, dicitur magis actus correctionis, quàm iniuriæ, *Marsil. de bannit. verb. ab offensis num. 31.* & iniuriandi animus inter coniunctos non præsumitur vsq; ad 7. gradum, *nu. 32.* ¶ Officialis non tenetur iniuriarum actione, vbi corrigendi animo verbum iniuriosum protulit, *Giach. ad Clarum consu. num. 162.* ¶ Correctio iuris non inducitur per argumentum à contrario sensu: item non præsumitur, nisi expressè appareat, derogatum esse præcedentibus, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. num. 66. Castell. d. lo. num. 24. Euerhar. in arg. à contrario sensu.*

Corrigere aliquem qui cupit, ipse etiam vitio carebit, ne culpandus veniat: in hanc sententiam quædam *Coler. de proceß. exe. p. 1. c. 10. numer. 73. fol. 289. Seraph. priu. 74. num. 151. & seqq.* ¶ Correctam legem allegans, incidit in pœnam falsi, *Zuchard. de miß. in poß. num. 126. fol. 77.* nisi ista allegatio non posset esse nocibilis, *ibid.* vel nisi aliquod afferret commodum, *Seb. Sapia. de miß. in poß. num. 40.* item, nisi simul allegaret ipsam correctionem, *Schneid. §. in personam, n. 5. Inst. de act. fol. 720.* itẽ, nisi quis eam allegaret ex simili ratione, *ibid.* ¶ Corrigere quilibet se potest in continenti, siue procurator, siue aduocatus, siue pars, *Seb. Medic. reg. 5. num. 38. fol. 168. & num. 44. fol. 171.* siue testis, siue iudex, siue notarius, *ibid. num. 44.* vbi lim. antequam à parte sit acceptatum: nam hoc casu correctio non admittitur, nisi doceatur de errore, *ibid.* 630

Corrigere est reuocare aliquid, quod prius tenuit. ¶ Declarare autem est aliquid nunquam tenuisse, *Medic. de nouat. p. 2. q. 1. fol. 76.* ¶ Correctis principijs, censentur correcta omnia ea, quæ post principia sequuntur, *Ben. in pri. paupert. 14. spec. in vlt. volunt. n. 20. per l. vni. in pr. C. de lat. liber. toll. fol. 933.* ¶ Correcta ratione legis dicitur reuocata lex, *Med. d. lo. de nouat. fol. 76.* ¶ Leges vel statuta antiqua, quando censeantur, nouis ll. vel statutis promulgatis, correcta & mutata, *Menoch. lib. 6. præs. 38 fol. 474.* ¶ Verba legis & statuti potiùs reputari superflua, quàm vt correctionem induant, *Seraph. priui. 13. nu. 23.* ¶ Extensio ex identitate rationis fieri non debet, etiam in correctorijs, *Seraph. priuil. 23. lim.* hoc non procedit, quando ratio expressa est in dispositione, vel vnica tantùm reddi potest, *num 31. Serad. l. admonendi num. 270. de iureiur.* Item, quando agitur de salute animæ, *num. 32. vide in add. ad Modest. Pist. p. 3. quæst. 124. n. 106. & seqq.* 631

Quoties dispositio potest plura addere ad ius commune, satis est, quòd vnum addat, & in reliquis intelligatur secundùm ius commune, *Seraph. priu. 74. num. 181.* & in multiplici intellectu ille tenendus est, per quem minus derogatur iuri communi, *ibid. num. 182.* quia specialia non sunt multiplicanda, *ibid.* & ideò dicitur, quòd non conuenit plura verba in dispositione impropriare: quia sic esset multiplicare specicalia, *ibid.* 632

Ius antiquum à nobis sciri debet, *Castell. in pr. tit. Institu. de testam. ord. num. 18. fol. 28.* siue sit insertum corpori iuris, siue sit extra corpus, *ibid. ampl. & cur. num. 19. & 20.* & licèt allegari nequeat ad causæ decisionem, 633

nem, attamen benè allegari poteſt ad intellectum nouiſsimi iuris, *num.* 20. Quando allegari ad deciſiones poſsit, *ibid. num.* 23. 24. *vſq; ad* 43. ¶ Lex noua generaliter corrigens, non comprehendit caſum ſpecialem, & priuilegiatum iuris veteris, *gloſſ. l. ſciendum qui ſatiſd. cog.* ¶ De correctione iuris vide multa, *in Iacobo Schultes, in add. ad Mod. Piſt. p.* 2. *quæſt.* 46. *num.* 3. 4. *vſq; ad num.* 8. *& num.* 9. 10. *& ſeqq. & n.* 18. *& ſeqq.*

De Culpa.

634 CVlpa eſt læſio alterius, quæ per imprudentiam ſeu ignorantiam committitur, faciendo aliquid aut omittendo perperam. ¶ Culpa aliâs dicitur latior, aliâs leuior. Lata comparatur dolo, *l. Magna negligentia, ff. de verb. ſigni.* & eius finis eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt, ratione inſpectionis aliorum hominum, & ratione conſiderationis propriæ conſcientiæ: Alß wenn einer handelt wieder das/ ſo allen Menſchen gemeiniglichen bekant/ vnd bekant ſein ſoll/ oder wieder ſein eigen Gewiſſen vnnd Wiſſenſchafft. In lata culpa quæ dolo æquiparatur, *alleg. l. quod Nerua, ff. depoſiti. & l. ſi fideiuſſor conuentus in prin. ff. mand.*

635 Sed diſtingue, aut loquimur in actionibus deſcendentibus ex contractu, vel quaſi, & lata culpa æquiparatur dolo, *vt d. l. quod Nerua, ff. depoſ.* aut in deſcendentibus ex delicto. & tunc aut quæritur quò ad pœnam corporalem, & lata culpa non æquiparatur, *vt l.* 3. *& l. in lege Cornelia, ff. de Sica. Hipp. de Marſi. in l.* 1. *C. ad l. Corn. de Sica. Ang. in tract. maleſi. verſi. ſcienter, doloſè, & verſi. appenſatè*: aut quò ad pœnam pecuniariam, & tunc, aut lex ſiue ſtatutum expreſſè requirit dolum, iſto caſu non æquiparatur dolo: *vide ſing. gloſſ. in l. magna negligentia, ff. de verb. ſignifi.* aut lex ſiue ſtatutum ſimpliciter loquitur, & iſto caſu lata culpa æquiparatur dolo, *vt in l.* 1. *§. non autem, ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. Ang. in titu. Inſtitu. de ſuſpectis tuto, §. ſuſpectus autem, num.* 4. Iuris ignorantia ad latam culpam refertur: debent enim & poſſunt leges ab omnibus intelligi, *l. lege ſacratiſsimæ, C. de legibus l. latæ culpæ, ff. de verb. ſign. l. in omni parte, ff. de iur. & fac. ign.*

636 Culpa leuior æſtimatur ea, quæ eſt intra ſupinam negligentiam & delatoriam curioſitatem. Als wenn einer nicht zu fleiſſig/ noch auch gar nicht zu vnfleiſſig geweſen/ l. nec ſupina, *ff. de iuris & fact. igno.* deſcribit leuiorem culpam eius eſſe, qui neſciens aliquē læſit: ſine dolo, & calliditate in aliquo verſat' ſit, *l. igitur ſciendum eſt, §. poteſt & ſeruus, ff. de libera cauſa.* ¶ Et nota, quotiens in legibus fit mentio culpæ ſimpliciter, toties de leuiore culpa intelligendum, *l. quæſitum eſt, §. cum quoq;, ff. de precar.* ¶ Segnities, ruſticitas, inertia, ſimplicitas, ineptia, ad culpam leuiorem pertinet, *l.* 3. *§. fi. ff. de ſuſpect. tuto.* & ſecundùm notata *ibidem*, tutor remotus ob culpam latā efficitur infamis, ſecus ſi propter leuiorem, *l. ſi is id quod §. doli mali, ff. de iuriſd. omn. iu. l. ſocius. ff. pro ſoc.*

Sed quæritur, quomodo debeat conſtare, quòd quis non fuerit in tali culpa, ex qua ſibi aliquid poſsit imputari? Et reſpondetur, quando aliquid probatur, propter quod præſumptio culpæ tollitur (quia culpa præſumitur, *gl. l. dolum, C. de dolo,*) vt puta ſi potatio ſomnolenta probetur ei data cui furtum facit *gl. in l. dolum, C. de dolo*: vel ſi vxor eius ei ſubtraxerit, in qua confidentiam habere debuit, cùm ſit Socia diuinæ ac humanæ domus, *l. aduerſus, C. de cri. expi. hær*; vel familiaris ſuus, de quo veriſimiliter confidere debuit, quia reputabatur bonus, ei ſubtraxerit, *l. eum, in fi. ff. commo*: quartò ſi diligentiā communem hominū adhibuit, quia oſtia benè firmauerit, ſi de nocte fuerunt fracta & perforata: quia iſtam adhibuit diligentiā, quam diligens paterfamilias adhibere ſolet. Iſta exempla notauit Ang. *in tit. Inſt. de actio. §. ſed iſtæ quidem n.* 7. *de ſimil.* Poteſt cogitari, quando nuncius fortè, qui communi hominū opinione reputabatur fidelis & bonus, etiam ex poſſeſsione bonorū immobilium aufugit cum pecunia, quæ ſibi aliò ad perferendū erat commiſſa: quia iſto caſu committens eſt excuſatus, *vt colligitur ex ſup. in hoc verſ. notatis, & in iſtis caſibus de aliquo non tenetur.* 637

Adde, ſed an quis ex culpa lata, leui vel leuiſsima, teneatur ciuiliter vel criminaliter, vel pecuniaria vel corporali pœna: & an ex culpa poſsit inquiri: notat Bal. *in l. data opera C. qui accuſa. non poſſ. Ang. in tract. ſuo maleſi. in verſ. doloſè & ſcienter, & in verſ. appenſate. D. Rober. Maran. in* 4. *parte de ordi. iud. in inſ. diſt. iudicio. à n.* 58. *vſq; ad n.* 73. *Hipp. de Marſi. in l.* 1. *C. ad l. Cor. de Sica. cum ſimilibus.* 638

Dolus, culpa latiſsima, lata, & leuis quæ ſit, *Capra reg.* 78. *ibid.* quando lata culpa dolo æquiparetur. ¶ Debet probari culpa ad hoc, vt delictum poſsit puniri, tanquam culpa commiſſum: & lata culpa in delictis non æquiparatur dolo, *Viuius deciſ.* 279. *lib.* 2. ¶ Lata culpa tutoris æquiparatur dolo, hinc contra tutorem, & ob illam ſicut ob dolum poteſt iurar in litem, *Plot. §.* 48. *n.* 16. *fol.* 591. 639

A culpâ diligentia excuſat, ſi facit omnia, quæ diligens faceret, *l. ſi merces, §. qui columnam, ff. loc.* ¶ Lata culpa eſt non intelligere, quod omnes intelligunt, *l. cedere diem, §. lata culpa, de v. ſig. not. in l. liberorum, §. notantur de infa. in l. fin. de vari. & extr. cogn.* 640

Quæ ſit latior, lata, latiſsima culpa, & materiam

teriam culpæ, latißime *vide per Br. in l. quod Nerua, Dep.gl.in §.pen. quib. mod. re cont. oblig.* ¶ Lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo, *l. in l. Corn. ff. de sic. gl & Dd. in l. in actionib. de in lit. iur. vide Iaf. in l. 1. in 3. coll. in fin. de leg. 1. vide aliqua infr. in verb. Dolo.*

De Cumulatione actionum vel exceptionum.

641 CVmulatio est ius persequendi multis actionibus in vno eodemq; iudicio æditis: cumulus enim actionum est editio plurium actionum, *l. maiorem, & l. seqq. §. cumulum. ff. de pactis.*

Et admitti cumulationem actionum, vt lites diminuantur, & partes minùs vexentur sumptibus & laboribus, nisi fuerit nominatim prohibitum. *notatur in l. hæredes eius. §. de pluribus & in seqq. ff. fami. ercis. l. extat, ff. de quibus reb. ad eun. iu. ea.*

De concursu Actionum quæritur: Si ex eadem obligatione plures actiones nascantur, an liceat omnibus experiri? Sed in hac quæstione distinctione opus est: Plerunq; enim accidit, vt omnes hæ actiones rei persecutoriæ sint: quo casu maxima dubitatio non est, cùm vna aliam tollat. Electio tamen est semper apud debitorem. Contingit etiam aliquando, vt vna sit pœnalis, altera rei persecutoria: hocq; casu vna per aliam non tollitur: veluti si mihi furto rem subtraxeris: habeo condictionem, vt rem petam: furti quoque actionem habeo, quò pœnam persequar, *l. si pro furto, §. 1. de cond. furt.* Euenit etiam aliquando, vt omnes actiones pœnales sint, tuncque distinguendum esse existimo. Nam si plura sint delicta, licebit omnibus actionibus etiam pœnalibus experiri: nunquam enim plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur. *l. nunquam, de priuat. delict. vide plura de hac quæst. apud Duar. de oblig. & Act. c. 7.*

642 Prohibetur autem cumulatio propter actionum contrarietatem, *vt l. 1. & ibi gloss. C. de furtis.* quia actione vel condictione furti, & actione bonæ fidei mandati, simul agere quis non potest. ¶ De cumulatione ciuilis & criminalis actionis, notat Dominus Rober. *Maran. in suo Spec. de ord. iud. par. 4. in prima dist. iudicio. num. 20.* volens, quòd iudicium criminale & ciuile, æquè principaliter non intentetur: sed debet accusator principaliter agere criminaliter, petendo reum puniri criminaliter: & deinde incidenter per officium iudicis petere rei restitutionem: aliàs si æquè principaliter ageret, non procederet libellus, *quia esset contra l. interdum, cum ibi nota, per Bart. & Dd. ff. de pub. iud.* quomodo autem iste libellus saluetur notat hîc Maran. *num. 22.* ¶ De cumulatione petitorij & possessorij recuperandæ, quòd bene cumulentur, docuit Geyl. *in obseruat. 63. num. 2. lib. 2.* (*Pleniùs hanc quæstionem tractauit Ioan. Borcholt. in tractatu suo eleganti de possessione cap. Cæterùm de cumulatione hanc regulam: Geyl. d. obseru. 63. tradit quòd ea semper sit permissa, etsi proponantur actiones, quæ se ad inuicem non compatiantur: quoties videlicet actor dubitat probabiliter de genere actionis, aliàs secus.*)

De cumulatione rei vendicationis & hæreditatis petitionis, quòd fieri poßit: & isto casu probans in petitione hæreditatis, & non in rei vendicatione, debet in petitione hæreditatis obtinere: Paul. Castr. *in cons. suo 6. incip. in causa quæ vertitur.* Sic etiam in recuperandæ possessorio & petitorio, admittitur cumulatio, prout superiùs notaui. Et prodest ad hoc, si probet in possessorio, licèt deficiat in petitorio, debet sententiam in possessorio obtinere, *Paul. Castr. in d. cons. 6. allegans c. cum etiam sutrina ext. de cau. possess. & proprie.* ¶ Imò quòd magis prodest cumulanti: quia isto casu cumulando petitorium & possessorium, probans in petitorio de titulo & possessione iuniori, præfertur probanti de possessione antiquiori sine titulo: secus in merè possessorio. *Alex. de Imo. in consi. 130. vol. 5.* sic vides, ad quæ prosit actionum cumulatio. 643

De cumulatione possessorij & petitorij, pleniùs vide D. Menoch. *in suo commentario de recuperanda possessio. D d. in l. ordinarij, C. de rei vendica. Bart. in l. nihil commune, §. naturaliter, ff. de acqui. possess. gloss. & D d. in l. si de vi. ff. de iud. cum multis similibus.* hanc materiam cumulationis quoq; vide examinatam ab Oldendorpio, *in explica. noua antino. iuris antiqui ad l. nemo ex his §. quotiens concurrunt, ff. de reg. iur.* 644

¶ Quid sit cumulatio actionum, (*Est coaceruatio plurium rerum siue actionum contra eundem propositarũ in iudicio legitimè facta.*) quòd sit de iure permissa, in casibus autem aliquibus quòd non admittatur, qui & quot sint casus, (*Recitat sex casus, sed quorum aliqui falsi sunt.*) & quid iuris sit de exceptione cumulationis, & in qua parte iudicij talis exceptio sit obijcienda, (*Si tantùm differt actionem, proponenda est ante litem contestatam: si vt in quibusdā casibus fit, perimit, post litem contestatam.*), non obiecta exceptione cumulatio an valeat, (*non procedere libellum Angel. concludit: quia nemo sine actione experitur, & quia contraria allegans non est audiendus: maximè quia iudex ad condemnationem procedere non posset.*) notat Ange. Areti. *in tit. Institu. de actionibus, §. si minus, n. 22. cum sequentibus & pro sufficienti expeditione, vide gloss. in l. si idem cum eodem, ff. de iurisd. om. iudi. Dd. in l. edita, C. de edendo Dyn. in c. nullus, de reg. iuris in 6. cum similibus.*

645 De cumulatione exceptionum, vide *in l. nemo ex his, ff. de reg. iuris.& in c.nullus eo. in 6.* & licet secundùm ista iura plures exceptiones liberrimè proponi possint, tamen non habet locum ratione præiudicij. Quid autem sit tale præiudicium, & ex quibus causis contingat, vide Oldendorp. *in dicta explicatio. noua Antino. iuris antiqui, regula. Nemo ex his §. quotiens, ff. de reg. iur. in materia cumulationis in 6. declaratione. facit Rubrica, C. de ordine cognitio. cum multis similibus.* ¶ Cumulatio actionis iniuriarum & legis Aquiliæ, in Cam. Imperiali quòd admittatur, notauit Mynsing. *in obser.25. cent.1.* & Geyl. *in obseru.63. lib.1. nu.9.*

646 Similiter cumulatio actionis personalis & hypothecariæ est recepta in Camera, declarauit idem D. Mynsing. *in obseru. 58. cent.1. Et Geyl. 2. obser. pract.26. num. 4.* ¶ Cumulatio (*nullitatis & restitutionis in integrū rectè coniungi Guid. Pap. sententia est, quam Assessores imperialis Cameræ secuti sunt.*) nullitatis & restitutionis in Integrum, item rei vendicationis & in Integrum restitutionis permittitur, (*hæc communis opinio est.*) *idem Mynsing. obseru. 25. cent. 2.* sed nota ad hanc materiam cumulationis, quòd causa testati & intestati non cumuletur, nisi in casu, *Mynsinge. in obseru. 25. cent. 3.* & an actiones plures in vno libello cumulari possint, docuit Geyl. *in d. lib. 1. obser. 63.* ¶ Actio iniuriarum ad reclamationem, cumulari quòd possit, cum actione iniuriarum ad æstimationem. Idem Geyl. *lib. 1. obseruatio. 65.* sed sors cum vsuris an in eodem libello peti possit, docuit Mynsinge. *in obserua. 57. cent. 1.* (*ait in eâ obseruatione, eò inclinasse maiorem dominorum (Cameralium) partem, vt affirmativè concludendum censerent, si tamen in eodem libello vnum principaliter, alterum accessoriè petatur.*)

647 Et tali casu quando plures actiones in vno libello cumulantur, iudex diligenter ad singulas actiones & ad singula facta attendere debet, quæ actio cuique facto competat, quid quantumque in qualibet actione probatum sit: nam quot sunt facta, tot sunt actiones, *tex. est in l. scire debemus, ff. de verb. oblig.* & totidem sententiæ requiruntur: Tot enim sunt sententiæ, quot sunt diuersæ species, *tex. sing. in l. etiamsi patre 29. iuncta gloss. in verbo audiendus, ff. de minoribus gloss in l. in hoc iudicio, ff. famil. ercis. in verb. non valere*, quæ quidem sententiæ non diuerso, sed vno eodemq; tempore proferendæ sunt, *refert hæc Geylius in d. obser. 63. num. 3. lib. 1.* (*Vbi etiam tradit, eas sententias non diuerso, sed vno eodemq; tempore proferendas esse. Quòd si tamen iudex rescissâ conclusione in vnâ aut altera actione parti vlteriorem probationem iniungat, in cæteris interim diffinitiuè pronunciare posse, atq; ita in Camera obseruatum esse, vt pluribus factis in vno libello deductis, & pluribus actionibus intentatis, partim interlocutoriè, partim diffinitiuè pronunciatum sit.*) ¶ Et tandem, quæ impediant cumulationem, vide ea, quæ docuit Decianus *in consf.13. num.9. vol.2.* (*Cumulationem summarum, quoad fundandam iurisdictionem admitti, vt & sortis & censuum, quo summa appellabilis sit, tradidit Mynsf. cent. 5. obseru. 83.*)

Rescindens & rescissoriū, an in vno & eod. libello possint intentari: restitutio in integrum & rei vendicatio, *Guid. Papæ decis. 143.* an in integrum restitutio & rescissoria, *ibid.* an nullitas & in integrum restitutio. Sors cum vsuris an in eod. libello peti possint, *Mynsing. cent. 1. obser. 57.* 648

De Curatoribus.

FOeminæ & mulieres tutores habere debent in qualibet actione, *VVesenb. de Curat. furiosf. n. 5.* ex eo, quòd iudiciaria potestas in testimonio eas non poterit superare, & *ad hoc solet allegari tex. Arti.46. lib. 1. Landrecht, & Arti. 63 lib. 2. facit apostil. ad gloss. fina. Arti. 41. lib. 1. Item concordat tex. Arti. 43. lib. 1.* imò dicit additio latina, *Arti. 46. lib. 1.* quòd pertineat ad officium iudicis, fœminis & mulieribus huiusmodi dare tutores, *ff. de tutelis l. muto, §. tutoris & l. nec quicquam, §. aduocatos, ff. de offi. proconsf. concordat Constit. Aug. Elect. Arti. 15. par. 2.* imò etiam dat curatorem pupillis, debilibus, & illis qui non sunt mentis compotes, etiam non petentibus & inuitis, *gloss. & Barto. in l. 3. §. si pupilli, versi. opponitur, & videtur. ff. de tut. Spec. in tit. de actore ab vniuersf. Constit. nu. 8. versf. puberes.* Dat etiam iudex aduocatum illis, qui propter paupertatem, vel potentiam aduersarij sui nullum habere possunt, *addi. latina litera C. ad Arti. 49. lib. 1. Landrecht.* Dat etiam talem curatorem non solùm iudex ordinarius, sed etiam iste coram quo causa ventilatur, *tex. Arti. 43. lib. 1. Landrecht, & l. fina. §. sed etsi quis, C. de admi. tuto. vbi Cyn. & Barto.* vnd wird auff Teutsch ein Kriegischer Vormund genand / sine quo etiam mulier non potest contrahere, neque adire hæreditatem: quod intelligitur in contractibus vel hæreditatibus damnosis, non autem vtilibus, *vide Constit. Elect. Saxo. in Arti. 15. parte. 2.* 649

Et an possit iste curator, qui nominatur etiam Mundualdus, suam autoritatem per nunciū vel epistolam præstare possit vide de isto & alijs D. Ioan. de Arno. *in singula. suis 14. 15. & 16. per Bal. in l. neq; C. de contrahen. & com. stipula.* sed d. D. Ioan. de Arno. *in sing. suo 5.* dicit, quòd non sufficiat constare de præsentia Mundualdi, sed etiam debet apparere, quòd intellexerit actum, super quo est 650

est adhibitus. quomodo ergo ista clausula ponatur in contractibus, *vide ibi.*

651 Mulier autem quòd possit, sine Mundualdo, *id est*, curatore, contrahere tutorio vel alio nomine, & testamentum ordinare, notat Robertus Maran. *in 3. part. de ordine iudicio. num. 124. 125. & 126.* ¶ Non etiam sufficit, vt interponat suam autoritatem ex interuallo, sed debet fieri incontinenti, *D. Ioan. de Arno. in sing. suo 32.* ¶ Et secundùm eundem, *Arno. in sing. suo 42.* nota, quòd donationem causa mortis mulier non potest facere sine Mundualdo, licèt testamentum: quia (dicit) magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati, *in sing. 43. vide quid iuris in hermophroditis.* ¶ Hæreditati etiā iacenti quòd detur curator, quibus casibus notauit aliqua Alex. *de Imo. in cons. C. cons. C. col. 2. versi. sed ad hoc vol. 5. & clarius Geyl. in obserua. 130. lib. 2.* (*Creditores possunt mitti in bona iacentis hæreditatis ex primo decreto, etiam antequam curator detur: non tamen ex secundo decreto: itaque eo casu opus est Curatorem dari: quod fit, citatis omnibus, qui se in ea hæreditate vel ex testati vel intestati causa ius habere prætendunt: quibus etiam certum tempus adeundi præfigitur: & nullo comparente constituitur curator, ac contra eum actiones proponuntur. Fallit, si periculum in mora sit, tunc enim etiam contra iacentem hæreditatem ante constitutionem tutoris procedi potest. Item fallit in casu l. si decesserit. ff. qui satud. cog.* ¶ *Spectat autem ad officium huius curatoris, bonorum descriptionem facere eaque administrare, tam in iudicio, quàm extra iudicium, &c.* Zu Breßlaw ist vorsehen/ weil bisweilen die Vormunden aus geringen vrsachen Kriegische Vormünden an sich gezogen/ das die Kriegischen Vormünden gentzlich abgeschaffet: vnd dafern den Vormünden Kommerhafftige händel vorfallen/ sollen sie sich bey E. E. Rhat/ Rahts erholen/ oder in wichtigen Sachen einen Aduocaten/mit vorwissen des Rhats annehmen.)

652 Et tandem pro complemento materiæ, quis possit dare curatores, quibus dentur, vel non, & ad quæ dentur, quæ sit curatorum potestas, quibus cauillationibus repellantur ab agendo, & quibus modis constituantur, vide Specul. *in titul. de curatoribus lib. 1. per totum. Et Chilia.* König. *in practica sua cap. 22. Von den Kriegischen Vormunden, Angelum & alios Dd. post tex. & gloss. in titu. Institut. de curatoribus. Et ibidem alios tit. seqq. lib. 1. Et vide titulos, ff. lib. 2. & 3. ff. infortiati. Et titu. C. lib. 5. vbi sunt tex. gloss. & notata Dd. plenissimè.*

Nota vnum: illi qui habent curatores, 653 habent beneficia concessa minoribus, *gloss. est ordinaria in l. si curatorem, C. de in Integrum Restitutio.* curator etiam quomodo criminaliter agere possit nomine pupilli sui, vide Salice. *in l. 1. C. de his qui accusat. non possess.*

Der Mann ist seines Weibes Vormund / *Artic. 45. lib. 1. Landrecht.* Concordat ius commune, quòd maritus curator sit vxoris suæ, *l. maritus, C. de procurator. l. doce ancillam, C. de rei vendi.* intellige ad omnia eius negocia & causas defendendas, *imo ex prædicto tex. Saxon.* Et *Arti. 45. lib. 3. Landrecht.* quòd agere possit causas vxoris etiam sine mandato. Practica tamen & vsus introduxit, quòd sine mandato maritus pro vxore in iudicio non admittitur, forte *ex Arti. 46. lib. 1. & ibi ex gloss. disponentes, quòd fœminæ & mulieres tutores habere debeant in qualibet actione, sed tamen cum cautione de rato benè admittitur.* Sed istum tutorem dat solenniter iudex, vt suprà diximus.

Et tandem, quid iura Saxon. cum iure communi statuant, de curatoribus & tutoribus conueniendis, dandis & constituendis: quæ sit eorum potestas & autoritas, vide Artic. *41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. & 49. lib. 1. Landrecht, in additionibus ibid. & gloss.* 654

Curator ad litem an & quando pupillo detur petenti saltem, ex stylo Cameræ declarat Mynsinge. *in obseruat. obseruatio. 31. cent. 2.* (*De Curatore ad litem pupillo vel minori dando, cùm hi legitimam personam in iudicio standi non habeant, Myns. & Geyl. allegatis locis tradunt seqq. regulas. I. Si minor infans sit, citandi sunt eius agnati & cognati, vt vel defendant eum, vel tutorem ei dari curent: quòd si periculum in mora sit, iudex ex officio curatorem in litem dabit. II. Sin maior sit, petat ipse tutorem aut curatorem, aut si monitus id non faciat, iudex ex officio constituet, atq; ita stylus Cameræ obseruat: quod tamen dogma non habet locum, si cum tutore suo litem habet, tunc enim non nisi petenti curator datur.*) ¶ Et curator ad litem, à quo iudice, an à iudice domicilij, originis, vel litis detur, *notauit quædam D. Mynsinge. in suis obserua. obseruatione 87. cent. 1.* (*Vbi distinguit, an detur tantùm ad vnam causam, & à iudice litis dabitur, modò is ius dandi curatoris aliàs habeat: aut ad omnes lites datur, & hunc iudex originis seu domicilij constituet.*)

Curator vel tutor volens agere, debet curatorium vel tutorium suum in iudicio simul producere, & iudici fidem facere: aliàs non admittitur, & iudicium 655

cium retrò redditur nullum, *Geyl. in obseruatio. 107. lib. 2. obseruat.* (*Nisi in Camera constituti sint: tunc enim de eorum officio non dubitatur: similiter si testamento constituti sint, quia tunc loco curatorij sufficit, exhibere collationatam copiam testamenti, vel aliud legitimum & au-mentum. Et hæc obtinent cum illi actorem constituere volunt, ne is videatur constitutus ab eo, qui ius constituendi non habet, adeoq; processus reddatur retrò nullus.*) quòd non habenti, ex officio curator ad litem dari possit, & quale sit eius officium, (*Minoris causam in iudicio agere, non tamen inuentarium conficere tenetur: ac durat eius officium, quamdiu lis, ad quam curator datus est, nisi in omnes causas datus sit.*) quomodoq; constituatur, (*Solet decerni citatio, ad videndum decerni minori curatorem, & eliguntur ij plerumq; ex procuratoribus Cameræ.*) *Idem Geyl. in obseru. sequen. 108. lib. eod.*

Curator.

656 AN in Curatoris datione debeat citari ille, cui datur tanquā prodigo, & quando cesset. & an cogatur curam suscipere, & teneatur videre rationem administrationis, *vide Dec. cons 214. vol. 2. viso decreto.* ¶ Curatorum varia sunt genera: 1. datur Curator adolescenti, vel prodigo, vel muto, vel surdo, vel perpetua valetudine infirmo, *de quo curatore habetur in l. 1. in fin. ff. de muner & hon. & ff de curat. furiosi.* ¶ 2. Curatores dantur bonis defuncti conseruandis, vel distrahendis, *& de his loquitur l. 1. ff. de Curat. bon. dand.* ¶ 3. Dantur curatores absente aliquo debitore vt si debitor ab hostibus est captus, vel aliàs est absens in causa aliqua honesta, & creditores instant, iam curator dabitur, qui bona conseruet, custodiet, & cætera expedienda faciat, *ita est text. in l. ab hostibus, §. 1. ff. ex quib. caus. mai. & in l. 3. C. de Capt. & postlim. reuers. & ibi gl.* ¶ 4. Dantur curatores bonis debitoris, si fortè non velit soluere, etiamsi non latitet, *de quib. in l. fin. ff. de Cur. bon. dat.* ¶ 5. Datur curator ventri grauido *de quo ff. de vent. in poss. mitt.* ¶ 6. Datur curator filiofamilias, cui est delata hæreditas, quam agnoscit sine consensu patris: quia tunc curator hæreditati agnitæ dabitur, qui eam gubernet, cùm filius adhuc sit sub manu patris, *l. 1. §. 1. ad fin. C. de bonis quæ Lib.* ¶ 7. Datur curator ex Carboniano dicto, *de quo in l. 1. §. fin. ff. de mun. & honori.* Vbi etiam alij casus ponuntur, in quibus Curator datur. Ista sunt benè notanda, tanquàm pro Enchiridio, per quæ varia curatorum genera cognoscuntur, quæ *per gloss. & Zas. ibid. in Rub ff de cur. bonis dand.* traduntur, & referuntur, ad quem Zas. *in iam alleg. loco.* cùm de curatoribus negotium inciderit, semper recurre, & indicem ibidem (in verbo curator) consule.

De Custodia.

CVstodia propriè personarum publico iure est introducta, & ideò etiam tantum publica custodia dicitur, *l. vinculorum, ff. de verbo. signi.* Et custodia personarum quadruplici modo fit: Videlicet aut carcere, aut milite, aut fideiussoribus, aut repromissione, qua sibi quis committitur, hoc est, cum quis fidei suæ promissionis creditur, als wenn einer blos bestrickt wird / *l. 1. ff. de custo. & exhibi. reorum notaui supr. in hac litera C. vers. de carceribus & carceratis.* ¶ Et circa istam publicam custodiam aliàs committitur dolus, aliàs culpa, latior & leuior, *vt constat ex l. carceri l. milites & l. vlti. ff. de custo. & exhib. reo.* 657

Priuata custodia, de qua in contractibus solet tractari, est quædam opera, ad conseruandas res, ne pereant vel corrumpantur, iuxta formam vniuscuiusq; contractus adhibenda. *Vt l. si cum venderet in fi. ff. de pigno. actio. allegatur tex. l. custodiam autem ff. de periculo & commo. rei vendi. Vlpianus l. 1 ff. de ventre in possess. mitten.* ¶ Hæc custodia priuata altera est plena, quæ exigitur ad consuetudinem boni patris familias, & requirit diligentiam valdè exactam, *de qua in l. hoc ita verum est, ff. de peric. & commo. rei vendi.* altera vero non est plena, quæ non ad consuetudinem diligentissimi patrifamilias, sed remissior exigitur, & sufficit talem esse, qualem quisq; suis reb. adhibet, *de qua loquitur Gaius in l. socius, ff. pro socio.* sufficit enim, talem diligentiam communibus reb. adhibere, qualem suis adhibere solet. 658

Nota, custos animalium debet etiam probare casum fortuitum mortui animalis, quò minùs teneatur de mala custodia, *dicit Ioan. de Arno. in singula. suo. 31.* ¶ Et ibi vide, an per delationem pellium probentur interitus animalium. Das Sachsenrecht sagt: was der Hirte vnter seiner Huet verlust dz soll er gelte/ *gl. 2. declarat, quòd textus loquatur de eo, qui non adhibuit illam diligentiam, quam adhibere debuit Arti. 48. lib. 2. Landrecht.* 659

Wer einen eigenen Hirten möge halten / wie man jhm pflege Lohn zugeben/ vnd ob ein Viehe vnter seiner Huet verloren / von den Wolffen oder Reubern genommen wird / oder eins dem andern schaden gethan hat / wie der Hirte das rumb antworten vnd gezeugen müsse / *dicit tex. notant addi. & gl. Arti. 54. lib. 2. Landr.* ¶ Wie er aber ein Viehe gelten solle/ dz verlohren/ nemlichen auff werdirung/ wie er die werdirung mit seim 660

ſeim Eyde nicht mindern könne / *Arti. 51. lib. 3. Landrecht, & Arti. 47. eo. lib. 3.* ¶ Nomen cuſtodis an trahatur ad iudicium tutelæ, *vide (quòd non) Ludo. Roma. & ibi addi. in ſing. 164. incip. committo filium.*

Cuſtodire rem obligatus, ſi rem amittat, vel ea non appareat, vel reperiatur deteriorata: contra eum iuratur in litem, *Plot. §. 47. n. 11. & 12. vbi lim.*

De Damno.

1 DAmnum dicitur à diminutione patrimonij, vel à demo demis, *vt ff. de damno infecto l. 2.* Et ad hoc, vt agatur ad damnũ, oportet quòd culpa detur: alioquin non poteſt agi. Vnde nec infans, nec furioſus tenetur: quia non habent animi diſcretionem, & ſic damnum culpa inferre non poſſunt, ſicq; impunitum remanet, *l. quod infans, ff. ad l. Cor. de Sica.* ¶ Item impubes non tenetur: niſi ſit doli capax, *l. impuberem, ff. de furtis l. impunitas C. de pœnis.*

2 Item non tenetur, qui ad ſui defenſam facit, *l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aqui.* dummodò faciat in continenti, *l. ſi ex plagis, §. 1. ff. ed. ad l. Aqui.* ¶ Sed datur damnum duobus modis principaliter, ab animali videlicet manſueto, & à perſona. In animali alterius, in rebus alienis, & perſonis: naſcuntur actiones, de pauperie, in factum, legis Aquiliæ, directæ vel vtiles: quid in qualibet actionũ à damnũ dante petatur & conſequatur: quomodo damnorum fiant æſtimationes: & in quibus caſibus vnusquisq; teneatur vel non: Imò de varijs damnorum generib. quæ tibi forſan poſſunt occurrere, *vide apud Bonifac. de Vitell. in tract. ſuo maleſi. Rub. de damno dato, & in Rubrica ſequenti.*

3 Si quid ſit deiectum de domo alterius, ex qua damnum datũ ſit alicui, *vide tit. ff. de his qui deie. vel effude. tit. ff. & Inſt. ad l. aquiliã, tit. ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dicatur tit. decreta. de iniurijs & damno dato, ibidem textus gloſſ. & doctores.* ¶ Nota, damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet & non alijs, *l. ſi fideiuſſor, ff. manda. l. ſi merces, §. culpæ, ff. locat.* dat exemplum de concedente in emphyteuſin, Hypp. *de Marſi. in ſing. ſuo 350. incip. damn.* ¶ Sed qualiter probetur damnum? & dic, inuiſibile damnũ probatur iuramento damnũ paſſi, *Bal. in l. ſi quando C. vnde vi. & Bart. in l. ſed mihi, §. in actione, ff. commodati Chil. Kön. in pract. ſua c. 136. & 137. Hippo. de Marſi. in rep. Rub. C. de proba. num. 134. verſ. item iuramentum,* vbi notauit de damno facto per ſpolium vel furtũ. ¶ Facit ad hoc, quando petitur damnum vel intereſſe ex delicto alicuius, illud declatur per iuramẽtũ: Sed ſi petitur ex cõtractu, illud probabitur debito modo, *3. q. 3. c. induciæ §. quod fieri non debet, in gloſſ. ſi. in verbo iurauit.*

Item non ſtatur iuramento damnũ paſſi, 4
quando allegans ſit periurus, vel infamia facti notatus: talis enim alia ratione debet probare: quia qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus: & hæc habent locum, etiã ſtante ſtatuto, quòd iuramento debeat credi. *Hipp. de Marſi. in ſing. ſuo 74. incip. tu habes regulam, & Ioan. de Arno. in ſing. ſuo 45. incip. per omnia, alias duas pulcherrimas reſtrictiones ſeu declarationes vide apud D. Hippo. de Marſi. in ſing. ſuo 338. incip. extant ſtatuta.*

De iure Saxonico eſt ſtatutum, das der 5
Kläger ſeinen Schaden æſtimirt, vñ Beklagter iſt denſelben mit ſeinem Eyde zumindern ſchuldig: wo er des nicht thun kan / iſt er zubezahlen ſchuldig / *iuxta gloſſ. Arti. 47. lib. 3. Landrecht. Chil. Kön. in pract. ſua c. 136. n. 5.* ¶ Adde der Mann ſol gelten den Schaden / der von ſeiner verwahrloſung wegen / andern Leutẽ geſchicht: es ſey von Fewr oder Waſſer / das er nicht bewirckt hat / eines knies hoch vber der erdẽ. Scheuſt oder wirfft ein Mann oder ſein Viehe / *Arti. 38. lib. 2. Landrecht,* vnd den Schaden welchen ein Vieh thut / wie vnd wann der Herr des Viehes / denſelben zugelten ſchüldig ſey / (*ſi non expellit noxiũ animal, ſed recipit, damni æſtimationem præſtare cogitur.*) auch wie man ein Vieh darumb pfendẽ oder tod hetzen mag / *nota. Arti. 40. lib. 2. Landrecht. & vide Arti. 47. eo. lib. & nota ibi in fine,* Wer aber vber vngewonnen Land fehret / es ſey dann eine gehegte Wieſen / er bleibt es ohne Schaden / limita, niſi pratum vel ager deberet ſeruitutem itineris, *vt in l. per agrum, C. de ſerui. & aq.* wie auch der den Schaden zugelten ſchuldig ſey /

welcher

welcher eim andern auff seinem Acker / mit seen oder kehren schaden thut / (*& emendam & damnum præstat, iudici quoq. mulctam soluit, qui aratum alterius agrum denuò arat*) *Nota Arti. 46. lib. 2. Landrecht.* Schaden den ein Hund thut / wo der zugelten / vnd wer / *vide Arti. 49. lib. 3. Landrecht.*

6 Damnum autem visibile erit probandũ, per euidentiam facti, seu oculorum inspectionem: est enim optima & superlatiua probationum, *de qua vide Hippo. de Marsi. in repe. Rub. C. de proba. num. 157. versi. modo restat deuenire*, probatur testibus, instrumentis, communi hominum opinione, vel quouis modo: nihil enim refert, quomodo veritas appareat. Sic etiam, per testes, vel alio modo, non autem per iuramentum, debet probari damnum esse datũ: quia quæ dicta sunt, saltem intelligenda & accipienda sunt de damni æstimatione, *notauit Hippo. de Marsi. in sing. suo 338. incip. extant statuta*, allegantur notata, *ad l. si quando, C. vnde vi.* ¶ Adde, grande damnum qualiter æstimetur, & quale sit, *vide Alex. de Imo. in consi. 67. in prin. vol. 5.* ibidem, quando contra damnum detur restitutio. Damni emergentis, lucri cessantis, (*lucri cessantis non aliter habetur ratio, quàm post moram, & si is qui petat, negotiari solitus sit.*) ratio quando de iure communi & de iure Cameræ Imperialis ratio habeatur, *Geyl. in 6. obs. lib. 2. obs.*

In damno vitando, licet alicui vti cautelis per iuris subtilitates, non autem per fraudẽ. *declarat enarrando pulcherrimos casus. Petr. Gerardi, de pe Sanc. in sing. suo. 26. incip. tu habes.*

7 Damnum à quo præsumatur datum, *Plat. de in lit. iur. §. 13.* ¶ Damnum datum vicino ab aliquo animale vel ruina, an & quando Dominus teneatur resarcire, *Caualc. decis. 26. p. 2.* ¶ Ligna vel aliæ res, quæ cadendo, vel currendo per flumina, dant damnum ædificio alterius, an sint dominorum, vel possint pro damno retineri, *ibid.*

8 Cum damno alterius nemo ditior fieri debet, *l. nam hoc natura, de cond. indeb.* ¶ Non paria sunt, damnum facere, & lucro vti prohibere, *l. proculus, de damno inf. l. fin. C. de Codicill.* Cum damnatis ad mortem properandum, *l. cum reis de pœn.*

Damnatorum bona fisco non acquiruntur, & præsertim feudalia, *Dec. cons. 252. vol. 2. agitur.* ¶ Damnatis in causa pecuniaria, dantur quatuor menses ad soluendum, *l. 2. C. de vsu rei iud. l. 4. §. si quis condemnatus, de re iud.* Et hoc tempus miserationis causa est adiectum, *l. si cum militi, §. 1. cum gloss. ff. de comp. gloss. Instit. de inutil. stip. Br. in l. quod te. Si cert. pet. l. 2. vbi gl. de re iud. vide in verbo Creditor, solutio, & in verb. absoluo.*

Damnum semper præsumitur datum non iure, *gloss. in l. si quis §. 1. in verb attulerit, ad l. Aq.*

Damnum graue, vel grauissimum quale sit, vide *per Soc. in cons. 266. vol. 2. col. 10.* ¶ Verbum damnum & lucrum quid importent, vide *Alex. in cons. 336. vol. 2. visa scriptura, num. 4.*

De Datione in solutum.

DAtio in solutum emptioni æquiparatur, *l. fina. ff. ex quib. caus. in possess. ea. l. si prædium, C. de euictio.* ¶ Et datio in solutum est irreuocabilis, *textus est in l. successores, C. de solutio.* estq; satisfactio seu solutio, & verificantur ista verba per dationem in solutum. *Decianus declarat in cons. 108. vol. 3. num. 15. 16. & 17. idem in cons. 109. eo. vol. 3. num. 15. Vide Petr. Gregor. in Syntag. iur. ciuil. lib. 72. c. 11. n. 2. Vid. decis. 147. Thess.* 9

De materia dationis in solutum, agunt Dd. *in l. si pro mutuo 8. C. si cert pet. in l. pretij caussa 9. C. de rescind vendit. l. quidam existimarunt. ff si cert. pet Coler. de process exec. p. 1. c. 5. n. 4. & c. 10. n. 4.* Et quomodo pignus insolutum detur, tractat idem Coler. *p. 3. c. 9.* Certum est, creditorem in executione ante viam, pignus conuentionale, præcedente legitima subhastatione, in solutum accipere debere, *tot. tit. C de iur. dom. impetr. Constit. Elect. Sax. p. 1. constit 32.* Quòd si ex pignore creditori pro tota summa satisfieri nequit, obseruatur in executione ordo præscriptus in l. à Diuo Pio. *vbi Br Ias. & Dd. ff. de re iud.* Omnibus vel pluribus reb. pignori obligatis, creditoris est electio, contra quam potissimùm executionem petere velit. *Salicet. in l. nomen. C. quæ res pign. obl. poss. Marant. in Spec. in 3. p. 6. p. prin. n 13.* Ita tamen, vt sumat res mediocres ex quibus commodè sibi satisfieri potest, nec malitijs indulgeat, *Soarez. in l. quoniam in prioribus. Ampl. 11. num. 3. C. de inoffic. testam.* 10

Datio in solutum facta de certis prædijs creditori, quatenus intra tale tempus debitor non soluat, an post temporis lapsum possit creditor pecuniam petere, & prædia respuere, *Thessaur. decis. 147.* 11

Datio in solutum facta pro maiori summa, quàm est debitum, in modico vitiatur tota. *Sebast. Medic. reg. 5. lim. 16. fol. 222. & de amitt. poss. gloss. 3. aut in minuendo, num. 26. fol. 733.*

Precium incertum in datione in solutum iudicis arbitrio æstimatur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. cas. 145.* Ex datione in solutũ extra iudicialia oritur actio ex emto & vendito, *Asin. de exec. §. 4. c. 4.* ¶ Datio in solutum ad præceptum iudicis facta, liberat debitorem. *Asin. d. §. 4. c. 51. num. 10.*

Vide Asin. de execut. §. 4. per tot. egregiè, & quid differat ab adiudicatione.

De Debito confeßionato, conuicto vel liquido.

12 DEr viertzehen Nachte sol man Schuldt gelten/ die man vor Gerichte bekandt oder gewint/ *Arti. 5. lib. 2. Landr.* & hoc sine interpellatione, *Hippo. de Marsi. in pract. sua crimina. §. oportunè num. 42.* Vnnd zu deß Gleubigers Hause/ sol man alles gelten/ daß man schuldig ist bey Sonnenschein/ ob er ein Hauß hat in dem Gerichte: oder zu deß Richters Hause das nechst dabey ist/ ob der Gleubiger da vnbehauset ist/ *tex. fina. d. Art. 5. lib. 2. Landr.*

Et sic nota, quòd debitor tenetur ire ad
13 domum creditoris, & ibidem debitum soluere, *idem dicit Inno. in c. significante de pig. concordat cum prædictis, Arti. 39. in fi. lib. 3. & ibi in gloss. finali,* er darff es jhm auch anderßwo nit geben/ *facit l. 2. §. fina. ff. de eo quod certo lo. dari opor.* intelligendum, quando certo loco quis dari stipulatus est, *vide Articu. 65. lib. 1. Landrecht, & ibi gloss. continua cum istis quæ notaui inf. de debitoribus hæreditarijs: ibi,* wie der Schuldiger dem Gleubiger ahn die Handt zugeben/ (*Et debet eum creditor in victu & labore tenere, sicut aliam familiam: & si velit, compedi eum includet,*) wie auch einer der Schulde seines vngehorsams halben wird vberwunden/ *dicit Tex. addi. & gloss. Arti. 39. lib. 3. Landr. & Arti. 11. lib. 2.* ¶ Von Klage/ Hülffe vnd Weisung auff bekentliche Schulde vnnd klare Siegel vnd Brieffe/ *habetur in constitutione Anbaldina, Arti. 15.* Schutz vnd Behelffrede sollen vor der bezahlung nicht zugelassen werden.

14 Vide etiam, *l. 2. de rescind. vendit. Asin. de execut. §. 4. c. 43.* an in datione in solutum habeat locum. ¶ Deb. liquidum quid, & quot modis dicatur, quo ad executionem præsertim paratam, *Coler. p. 3. c. 1. num. 2. & 3. & seqq.* ¶ Debitum magnum & minimũ quod, *Seraph. priuil. 7. num. 42. vsque ad 45.* ¶ Debiti quantitas probatur iuramento, *Seraph. priuil. 36.* ¶ Debitor ad diem, an ante aduentum diei poßit per creditorem peti condemnari, adueniente die & tempore vt soluat: & quid in debitore conditionali, *Ioseph. concl. 8.* ¶ Differentias & conuenientias plurimas, creditorum hypothecariorum & chyrographariorum, *vide in Seb. Mont. §. item si quis in fraudem num. 1. vsq; ad 50. Inst. de Action.*

De Debitore fugitiuo.

15 DE isto quid Iuris, quòd poßit in casibus capi, etiã propria auctoritate creditoris, etiamsi sit clericus, *notaui sup. litera, C. vers. de Captura,* de quibus autem volens facere capi debitorem fugitiuum Iudici fidem faciat, & de alijs, notaui *quoq; remißiuè sup. ea. litera C. vers. de creditore,* quis poßit capi facere vel capere debitorem suum, faciunt singula. Hippo. *de Marsi. 43. Incip. debitor 243. incip. satis notum & 282. incip. creditor.* ¶ Adde, Notificans debitori de captura, & ad talem notificationem quando debitor aufugit, tenetur iste qui notificauit creditori ad soluendum debitum, *Petrus de Ancho. in consilio suo 341. incip. viso themate in fi. Bal. in c. dilectus de appella. per hæc & alia d. Hippol. de Marsi. in singul. suo. 137. incip. in iure clarum est,* secus de eo, qui etiam scienter occultauit debitorem: quia tamen non tenetur ad soluendum, *Hipp. in d. sing. 43. incip. debitor in fi.* 16

Et debitor de fuga suspectus, quando & pro quo debito poterit incarcerari, *vide Pet. Duen. in Reg. fallent. 592. mihi fol. 780.* inter alia requiritur, debitor quòd poßit capi propter fugam, quòd suspitio de fuga post contractum de nouo superueniat, & quòd creditor non tacuit per multum tempus, quin detur sibi licentia faciendi capi debitorem: aliàs sibi imputet: quia per taciturnitatem videtur eius personam approbasse, *Hippo. de Marsi. in sing. suo. 284. incip. Tolle moras, &c.*

Quatenus & quando debitor fugitiuus poßit capi, & sibi res auferri, quòd debitor 17
recessurus teneatur satisdare, notauit Bald. *in §. si quis verò, in tit. de pace iura. firman. in vsi. feudo.* ¶ Et debitor de fuga suspectus quando poßit capi, docuit Geyl. *in obs. 44. lib. 2. obs.* imò quod poßit capi debitor de fuga suspectus, etiam à iudice incompetenti, dixit Mynsing. *in obs. 65. cent. 2. obs.* arguendo de captura per priuatam personam ad capturã iudicis vtrinq; incompetentis: huc adde de debitoribus obæratis, von denen Schüldigern so Eisern werden/ quid iuris sit de illis, *vide apos. & gl. 1. Arti. 22. lib. 3. Landr.* Sed debitores ex causa ciuili incarcerati, quomodo relaxandi, *vide Geylium lib. 1. obs. obseru. 26.* (*Cum quis non suspectus de fuga ex causa ciuili captus est, mandata de relaxando, cum clausula iustificatioria decernuntur, si modò cautio idonea offeratur.*) ¶ Der Schuldiger aber/ so sich bey Gefengniß vnd Arrest vorschrieben/ mag vormittelst der Obrigkeit angehalten werden/ & quòd valeat talis obligatio, *nota. in const. Elect. 21. parte 2.*

Statutum, quod debitor propria autoritate sine iudice poßit detineri, valet, *Coler. de proceß. p. 1. c. 3. n. 44. 46.* ibid. de arrestatione rerum & personarum recepta, *47. & seq.* & de traditione debitoris ad manus creditoris, *ibid. nu. 148. Reg. in proceß. tit. von der Hülffe, c. 103. num. 11.* ¶ Iurans certo termino se soluturum, excusatur periurusq; non dicitur, si ob egestatem non solueret, *Viuius lib. 1. decis. 38. n. 3.* 18

De Debitoribus ciuitatis.

19 DEbitores ciuitatis quatenus non possint habere honores, & propter quæ debita, (*Debita residuorũ, in administratione vel ex pollicitatione rei publicæ facta, vel ex conductione vectigalium.*) notat Ioan. *de Pla. in l. 1. C. de debito. ciuitati. lib. 11. per l. rescriptio. §. debitores. ff. de Muneribus & honorib.* ¶ Et quomodo excutiantur Reipublicæ debitores, *vide eundem Ioan. de Plat. in d. titu. de debito. ciui. l. 2.* & ibi in fine notat quinque specialia de debitore ciuitatis. (*Non admittitur ad honores: ementes ab eo, conueniuntur à ciuitate: conuenitur actione personali: cogitur residuum patrimonij vendere ei, cui vendidit maiorem bonorum partem: ex nudo pacto tenetur ad vsuras.*) *Et vide Petrum de Rauenna. in suo Alphabeto litera H. versi. honor.* Et debitores ciuitatis possunt propter vrgentes & repentinas necessitates publicas cogi ad soluendum, ante diem solutioni destinatum, *Hippo. de Marsi. in singula. suo 355. incip. debitor in diem.*

De Debitoribus hæreditarijs.

20 PErcipiens hæreditatem, cogitur soluere debita hæreditaria vsque ad vires hæreditatis de iure Saxonico, siue confecerit Inuentarium, siue non, *prout nota. in Articu. 6. lib. 1. Landrecht,* was aber gleichwol der Erbe allein vor Schulde zubezahlen schuldig/ *declarat iste tex. Arti. 6. lib. 1.* ¶ De Iure Ciuili si sine inuentario, etiam vltra vires hæreditatis, *l. fina. §. 1. C. de iure delib.* ¶ Succedens autem in feudo, non tenetur soluere nec aliqua alia onera hæreditaria subire, *Aluaro. in c. si contigerit in titu. An Agna. vel fil. repu. hære. possit feu. retine. in vsibus feudo. Est additio latina ad versi. Hæredem feudalem, in Arti. 58. lib. 2. Landr.*

21 Et quòd Iudex creditorem non possit immittere in feudum, nisi ad fructus deseruitos, zu den verdienten Früchten/ *Notatur Articu. 41. lib. 2. Landrecht, num. 6. & in Arti. 6. lib. 1.* Es were denn auch sache/daß die Schulde auff die Lehngüter wehren verschrieben: isto casu were auch der Lehenserbe zubezalen oder die hülffe zuleiden schuldig/ *Kilian Köning, in in practica sua c. von der Hülffe auff Lehngüter, & Specula. in titu. de execut. sentent. §. sequitur, n. 17.* Et ex quo feudo in defectum allodialium debita patris à filio debeant vel possint solui, notauit Mynsing, *in obseruat. 67. cent. 3.* ¶ Et huc refer quæstionem: an Vasallus æs alienum à mortuo Vasallo contractum soluere teneatur: quæstionem mouet & decidit Geyl. *in obseruat. 154. lib. 2. obseruat. & ibi de feudi hæreditarij materia multa ad hunc versiculum pertinentia & vtilissima vide.*

Inquantum filius teneatur ex feudo ad solutionem, debitorum patris: distinguendo inter feuda, respondet Mynsing. *in responso suo 5. decodis 1. Responso. numer. 9. vsque ad finem Alexand. de Imo. in consi. 124. volum. 4.* 22 (*Doctrina his in locis allegat. à Mynsinge. & Geyl. tradita seqq. regulis comprehenditur. Prima: Feudum ex pacto & prouidentia, filius nedum agnatus retinere potest, repudiata hæreditate, atque ita se exonerare à solutione debitorum paternorũ, Mynsi. & Geyl. Secunda: Si tamen filius, qui in huiusmodi feudo simpliciter concesso succedit, hæreditatem patris simul adeat sine beneficio inuentarij, cogitur soluere æs alienum, Mynsing. Tertia: Si eo in casu inuentarium confecerit, non tenetur respondere creditoribus hæreditarijs, vltra vires allodialium, ex feudo: quod tamẽ dogma ob honorem patris, multis in locis consuetudine limitatur: vt ex fructibus feudi satisfaciat, si bona hæreditatis etiam cum inuentario aditæ non sufficiant, Mynsi. Quarta: Si feudum hæreditarium sit, filius illud repudiata hæreditate retinere non potest, Mynsing. & Geyl. Limitatur tamen hæc doctrina, vt filius eo casu vltra vires hæreditatis, si eam cum beneficio inuentarij adierit, non teneatur, Geyl. Quinta: Agnatus tamen, ex consuetudine Germaniæ, repudiata hæreditate huiusmodi feudum retinere potest, ex sententia Geylij, qui id ex consuetudine Germaniæ cum Zas. contra Aluarot. asserere videtur: vbi etiam inter feudum propriè & impropriè hæreditarium distinguit.*)

Quomodo autem in bonis debitoris fiat executio, notabo *infrà litera E. vers. de Executione sententiæ.* ¶ Nota: debita defuncti etiam hæredibus eius persoluenda sunt, *d. Arti. 6. circa finem lib. 1. Landr.* 23

De Liberatione Debitoris.

DEbitor tardiùs offerens debitum, non liberatur ipsius debiti præstatione, nisi præstet quoque vsuras moræ, *l. 32. ff. de vsur. l. 12. §. 1. de verb. sig. vide Borcholt. in §. actionum autem Institut. de Action.* ¶ Liberatur solutione: quia solutione eius quod debetur soluitur omnis obligatio. *l. in perpetuum, ff. de solutio.* Acceptilatione & Nouatione *in titu. Institutionum, & quæ ibi notan. Quibus modis soluitur obligation.* Delegatione, *l. 2. C. de nouationib.* ¶ Es soll aber die Bezahlung geschehen/ quæ pariat liberationem, als so vnnd mit der Müntze wie sie gelobet ist: oder mit andern Gütern/ facta excussione, *iuxta l. à Diuo Pio, ff. de senten. & re iud.* doch auff werderung vnd schätzung deß Richters. Ist aber an der Müntze nichts bescheide/ so sol man mit Silber vñ Pfenninge bezahlen/ die da genge vñ gebe sint/ 24

sint/ in dem Lande da sie jnne gelobet sint/ *Text. & gloss. Arti. 40. lib. 3. Landrecht, l. Eleganter, §. qui reprobos, cum gloss. & notatur ibidem, ff. de pigno. actio. Bart. in l. Paulus, ff. de solutio. c. olim de censib. & ibi per CC.*

25 Solutio nuncio facta non præstat liberationem, nisi in iudicio à creditore ad hoc sit deputatus, vel habens sufficiens mandatum vel procuratorium, *Tex. & gloss. 4. Arti. 40. lib. 3. l. nihil, C. de solutio. Lud. Roma. in singula. suo 166. incip. Tu scis*, facit mentionem de eo, qui non habet mandatum & de Negociorum gestore. De soluendo reprobam monetam, *vide Iacob. de Bell. in pract. Crim. Tit. de iniur. vers. falsarium, numer. 17. (Solutio monetæ reprobæ non liberat soluentem, gloss. lat. d. arti. 40. lib. 3. Landr. l. eleganter, §. qui reprobos & ibi gloss. de solut.)* Sed nunquid probata etiam præscriptione habet liberationem, quia æquiparatur solutioni. *Dd. in l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. anno. (Respondetur, quòd sic.)* Datione etiam pignoris, vel fideiussoris contingit debitori liberatio, *l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pig. vel Hypothe. solui.* & hoc quando vice solutionis creditor recepit satisdationem pignoraticiam vel fideiussoriam, *gloss. d. l. item liberatur*, per iuratam etiam depositionẽ morientis, debitori contra hæredes paratur liberatio & securitas, *gloss. Authen. quod obtinet C. de probat. cum similibus.*

26 Nuncius autem siue portans literas, si perdidit pecuniam, vel aufugit: an & quatenus isto casu liberetur debitor, *vide Bald. in l. si is cui, vers. quæro, C. de seruis fugiti. Hipp. de Marsi. in singula. suo 430. incip. cauti & oculati.* ¶ Competit etiam interdum debitori liberatio, beneficio exceptionis non numeratæ pecuniæ, *titu. ff. & C. de non num. pecun.* Imò pro parte aliquibus, exceptione in quantũ quis facere potest. *Do. Pet. de Rauen. in suo alphabeto litera Q. vers. Quis potest facere.*

27 Liberatur etiam debitor oblatione & depositione, siquidem in loco vbi dari oportet, facta fuerit, & possit probari, *l. obsignatione C. de solutio. Arti. 65. in fin. lib. 1. Landrecht, & Arti. 11. lib. 2. & Arti. 6. lib. eod. cogita de similibus, notaui inf. in litera S. vers. de solutionibus.*

28 Quomodo debitor, ab alio quàm à debitore exactus, liberetur à nexu ipsius creditoris, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 137.* ¶ Si creditor liberauit debitorem per instrumentum, licèt velit postea in dubium quietationem refricare, non auditur, *Seraph. priu. 75. n. 49.* ¶ Reliqui mentio inducit liberationem totius, *Asin. de execut. §. 14. c. 52. num. 2. vide decis. Rotæ Genuæ.* ¶ Id quod debitori à creditoribus remittitur, an ab eo condici possit, si ad pinguiorem fortunã peruenerit, *Moller. lib. 4. semestr. c. 6. num. 7.* ¶ Ad quietationem faciendam & rei restitutionem, creditor etiam cogi potest. *Asin. de exec. §. 6. c. 31. num. 32. & 33. Granat. in theorem.* ¶ Personæ quæ non conueniri possunt, vltra id ne egeant, *Schneid. §. sunt præterea. & §. 2. seqq. Inst. de act. Coler. de proceß. exec. p. 2. c. 3. num. 113. 114. & seqq.*

De Debitore ad diem vel sub conditione.

DEbitor ad diem non potest cogi, vt soluat ante diem, *l. Iustas, C. de Iure fisci lib. 10. l. si mandauero la. 1. ff. Mandati l. qui calendis, ff. de verb. obl. l. cedere diem, ff. de verb. signi.* 29
¶ Imò qui ante diem & conditionem petit debitum, plus petere videtur, *tex. est in §. si quis agens vers. plus autem Inst. de Action. nota limitationes apud Hippo. de Marsi. singula. suo 355. inci. debitor in diem. vide in d. §. si quis agens vers. plus autem Inst. de Action.* Quòd quatuor modis creditor plus petat: Re, tempore, loco, & causa: ex quib. debitor potest formare suas exceptiones, *vide ibi notata per gl. & Dd.*

Debitor ex vltima voluntate conueniri potest ante diem, vt caueat de soluendo adueniente die solutionis, *Viuius decis. 403. lib. 3.* ¶ Debitoris tamen bona ante diem & conditionem existentem possunt arrestari, *Col. de proceß. exec. p. 2. c. 3. n. 105. & seqq.* 30

De Debitore, qui non habet in ære, Luat in corpore.

REgula hæc habetur, *in l. 1. §. fi. ff de pœnis, cum concordantijs, facit tex. in c. fina. de dolo & contuma. vide istius Theoricæ vnam ampliationem, & quatuor fallentias apud Soc. in regulis fallentiarum Regula 113. incip. Debitor. (Regula hæc habet locum descendentibus ex delictis, non ex contractibus, & tantùm in vilibus personis.)* ¶ Wie Schuldiger der nicht zubezahlen hat/ durch den Richter im Gefengniß gehalten/ vnd dem Gleubiger die Schuld abzudienen/ an die Hand möge gegeben vnd gehalten werden/ *habetur in gl. art. 17. im Sächsischen Weichbilde.* 31

Aber solche versehung vnd disposition der Sächsischen Rechte ist gentzlichen abgethan/ abrogiret vnd auffgehaben/ *secundùm Constit. Elect. Sax. parte. 2. constitutione 22. ibi. so wollen wir auch, & ibi inuenies rationem.* ¶ Magdeburgenses pronunciant secundùm dispositionem Iuris Saxonici. 32

De Debito vniuersitatis.

AN quilibet de vniuersitate teneatur conferre ad soluendum debitum vniuersitatis: Et collecta quomodo & quibus ea ratione posit imponi: & pars exempti an cæteris accrescat, *vide Bal. in additione ad Speculatorem tit. de censib. & exact. & procura. §. vltimo* 33

timo de procuratoribus incipien. si moneta mutatur. quod autem in casu necessitatis, prout hæc causa soluendi debiti esse potest, possint imponi collectæ extraordinariæ, *nota. in l. vni. C. de super in dictis lib. 10. & est tex. titu. quæ sunt Regalia, in vsib. feudo. Dictum supr. cap. de collectarum solutione, &c.*

De Debito inexigibili.

34 PAria sunt, non debitam siue indebitam quantitatem, vel debitam inutilem tamen quia inexigibilem, promittere, *Schurf. consi. 36. n. 7. cent. 1. allegat l. 1. §. Et quidem, ff. quod cuiusq; vniuers. nom. vbi gl.* quæ dicit: quòd nihil refert vtrum aliquid non fiat an eo modo fiat, quo non debuit, *per l. 3. ff. de fideiussor: per l. quoties, ff. de his qui satis. cogan. & per alias leges ibidem in gl. notatas.*

35 Debitor in fraudem creditorum alienare non potest bona, id est, quæsita non quærenda, *l. quod autem 6. in pr. de his. quæ in fraud. credit. Marsi. de bannit. verb. alienata, n. 8. & 9. vid. omnino Mantic. §. item si quis in fraudem inst. de act. & præcipuè n. 74. vsq; ad n. 88. vbi ampliat. 20. & 89. vsq; ad 96. vbi ampliat. 10.*

De Deceptione.

36 COntrahentibus se inuicem licet decipere, *l. in causis, §. pe ff. de mino.* nisi deceptio sit immensa: isto casu enim rescinditur contractus, vel pretium suppletur, *l. 2. & ibi Dd. C. de Rescind. vendi.* & ne dolus interueniat, *Bart. in l. idem si pretio, §. quemadmodum, ff. locati.* Alios casus, in quibus nulla deceptio admittatur, *vide apud Pet. Ger. de Pe. Sancta in singula. suo 22. incip. Rogo, & ibi vide de dolo & de bono viro.* ¶ De deceptione vltra dimidium iusti pretij, (*Etsi tantùm in vno numo consistat deceptio, habet locum remedium d. l. 2. C. de rescind. vend. ex opinione Baldi, cui Salic. & cæteri Dd. communiter subscribunt,*) & quomodo iustum pretium sit probandum: (*Spectatur pretium rei tempore contractus, cuius medietatē si non consequatur venditor, sed minus medietate: aut si emptor vltra duplicatum id aliquid numeret, locum habet rescissio: quam computationem Domini Camerales approbarunt. Cæterùm sciendum, beneficio huius legis rem ad verum pretium redigi, nec defectus suppletione ad medietatem, aut excessus detractatione, ei satisfieri. fructus tamen percepti interim restituendi non sunt: quæ verior & magis recepta est opinio.*) item qualiter deceptio in contractibus sit licita, (*Deceptionem, quæ reipsa inest, adeoq; incuria contrahentium contingit, nisi enormis sit, permittunt leges: quæ cum consilio fraudulento, & callida machinatione contrahentium coniuncta est, ab ijs improbatur,*) declarauit Mynsing. *in obs. 73. cent. 4.*

De Decimis & oblationibus.

37 DEcimæ quomodo petantur, exigantur & soluantur, *vide Spec. in tit. de decimis lib. 4. De decimis vide Gothofr. ad l. 2. §. 2. de pollic.* ¶ Ecclesijs quibus debentur, soluantur decimæ de prouentibus Molendinorū, etiam si sint ad ventū: Piscariarum: de fœno & lana cum integritate: de apibus etiā & de omni fructu decimas soluere possessores vel percipientes quòd cogantur, *habetur in c. peruenit cum gl. & c. sequenti ext. de decimis*, de omnibus etiam frugibus perceptis soluantur decimæ: & hoc statim fiat collectis fructibus, quàm citiùs & competentiùs fieri possit: quia tardiùs dare peccatū est, & sine expensarū deductione, *c. cum homines & ibi gl. c. non est in potestate & c. tua extr. de decimis*, de alijs verò, quæ proueniunt ex negociatione & artificio, deducendæ sunt expensæ, & de residuo persoluenda decima, *gl. in d. c. cum homines, & c. pastoralis extra, eo.*

Laici an possint habere decimas, vel saltē 38
decimarum fructus, (*Decimas ab antiquo concessas & ante concilium Lateranense celebratum A. C. 1379. possident laici, cæterum imposterū dari eis prohibentur: dictis cap. Fructus tamen decimarū ad tempus ipsis concedi possunt,*) *vide tex. gl. bonam & Dd. in c. quamuis & in c. tua nobis eo. tit.*

Et nota, quòd nemo sit immunis à De- 39
cimæ solutione, nisi se probet immunē, *c. A nobis, cum c. seq. extra eo.* Spectatur consuetudo soluendi & percipiendi decimas, *c. cum contingat, & c. cum in tua. eo. tit.* quia acquiritur præscriptione quadraginta annorum, *c. ad aures extra de præscrip.* & de consuetudine decimæ solutionē introducente, *vide Alex. de Imo. in consi. 123. incip. circa primum dubium, vol. 5.* & *ibid.* an propter numerū liberorū quis à decimæ solutione excusetur, atq; ab alijs forte oneribus.

Vordiente Früchte auffm Lehn/ an Korn 40
vnd Fleisch/ Zehend/ Zinse von Gärten/ vñ anders: an weme die nach absterbē deß Lehnmans gebühren/ an den Lehns oder Landes Erben/ nach Sächsischem Rechten: vñ auff was zeit ein jegliches zu Sachsen Rechte vorverdienet geechtet möge werden/ (*Quò ad decimas seu census, si cessit dies soluendi census, de quo in dictis locis, pertinet ad hæredes vasalli. Similiter si agro iam seminato, & semine sub terram abscondito decesserit, fructus ij ad hæredes pertinent, quasi stipendium deseruitum,*) *Nota Arti. 58. cum addi. in litera B. lib. 2. & Art. 76. in fine & in addi. lit. E lib. 3. Landr.*

Quid Iuris de iure ciuili, notat Aluoro. 41
(*Distinguunt an vasallus decedat intra Septembrem inclusiuè & Martium exclusiuè fructus pertinere ad dominum feudi: sin verò moriatur intra Martium inclusiuè & Augustum exclusiuè, omnes fructus, etiā qui percipiuntur post Augustū, vt vinum & oleum, &c. pertinent ad hæredes vasalli, siue ij stantes sint, siuè collecti. Sanè futuri anni fructus dominus percipiet*) & alij Dd. *in titu. Hic finitur Lex Corradi §. His consequenter in vsibus feudo.* Exiguntur actione Confessoria, vel denegantur Negatoria,

§. Aequè

§. Aequè si agat, Inst. de actionibus & ibi vide notata Dd. vide titu. ff. si seruit. vendi, & maximè l. 3. l. vti frui, ff. si vsusfruct. peta. In possessorio vel quasi, agitur ex Remedijs possessorijs, *de quibus vide potißimè commentaria Menoch. de adipiscenda recuperanda & retinenda possessione, vbi materia possessorij est ad plenum tractata.*

42 Wie nach Sächsischen Rechte allerhand Zehende gegeben werden/ wo vnd wie sich der Zehender zuuorhalten/ vñ was ferner Rechtens/ *vide Arti. 84. lib. 2. Landr. ibidem addi. & gloss.* Sed nota, causæ decimarum, (*In possessorio possunt tractari coram laico: quæ sententia communis est, & communi iudiciorum vsu approbata, secundũ quam etiam in Camera processus decernuntur: non tamen in petitorio, quod coram ecclesiastico tractandum est,*) & Iuris patronatus, an coram iudice Laico tractari possint, *vide Geyl. in lib. 1. obs. obser. 38. & VVes. in consi. 56. parte 2.*

43 Quid intelligatur concessum per concessionẽ decimæ & Iuris decimandi in tali villa: & an noualia cõpræhendantur, (*Comprehendi noualia ait, propter concessionem à principe factam, propter mentionem non decimarum tantùm, sed & iuris decimandi: tùm quia ius illud sub vniuersitate concessum, & deniq; concessio ista hanc interpretationẽ ex longa temporis præscriptione habuit. Cæterùm regulariter noualium decimæ non intelliguntur concessæ: sed ad ecclesiam parochialem vel baptismalem, aut ad episcopum pertinent. Sicut nec præscriptio decimarum extenditur ad alia loca, præscriptione non compræhensa: quia odiosa est, nisi superiora cum ea concurrant,*) *consuluit Decian. in consi. 22. vol. 1. per totum.* ¶ Oblationes in Ecclesia imagini factæ, an debeantur parochiano Ecclesiæ, vt episcopus non possit disponere: voluit quòd sic Decian. *in consi. 16. vol. 2. & ibi bona de decimis & oblationibus consuluit, vide.*

44 De decimis, *vide Petr. Greg. de Rep. lib. 3. c. 4. num. 6. & lib. 1. part. c. 24. & 25.* ¶ Decimæ de iure sunt diuino, non humana constitutione, *Couar. var. resolut. lib. 1. c. 17. Bene. Capra. reg. 98.* Clerici an ad decimas teneantur, *idem reg. 99.* Compositio super decimis, an & quando fieri possit, *reg. 100.* ¶ Decimæ à Laicis concessæ, quando præsumantur ante Conciliũ Lateranense concessæ, *Menoch. lib. 6. præs. 86.* ¶ Decimæ Prædiales

45 debentur integrè de fructibus recollectis, nulla facta deductione expensarum, & debent solui ante tributum: secus verò in decimis Personalibus, quia deducuntur expensæ: & decimæ prædiales debent solui statim recollectis fructibus, personales verò in fine anni. Et decimator potest prohibere asportationem fructuum, & in eis ponere custodes, donec soluantur integræ decimæ, secundùm consuetudinem, cui statur. Et decimæ à Laico nullo vnquam tempore præscribi possunt: potest tamen benè vna Ecclesia præscribere contra aliam, quando habet parochiam. Et decimæ debentur tàm de fructibus prædiorum Ecclesiæ, quàm de fructibus recollectis extra territorium, *Viuius lib. 1. decis. Neapol. dec. 4.* ¶ Debitor decimarum non potest appellare à sententia contrà ipsum lata, ad effectum retardandæ executionis, *Viuius lib. 1. decis. 73.*

Decimæ non præscribuntur, *c. causam quæ, & ibi DD. de præscript.* ¶ Decimæ qua actione 46
petantur, *c. tua, de decimis, vbi Abbas.* ¶ In causa decimarum quomodo libellus formandus, *vide Spec. in tt. de Dec. per tot.* ¶ Formã petendi decimas, quando aliquo tẽpore non fuerunt solutæ, tradit Abb. *in c. veniens de transact. in vlt. not.* ¶ Decimarum causa pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, *Spec. in tit. de comp. iud. add. §. 1. vers. 16.* non ad secularem, etiam per viam reconuentionis, *in Spe. in tit. de recon. §. 2. vers. & Trado.* ¶ Imperialis concessio sub quacunq; forma, à solutione decimarum eximere non potest, *c. tua, de decim.* ¶ Decimam possidens in aliena diœcesi, iuuatur sua q. possessione, nisi de tit. doceat, vel priuilegio, *c. si ad decimas, de rest. spol. lib. 6.* ¶ Præstatio diuturna decimarum an acquirat ius, *gloss. & Br. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & c. 1. de præscrip. lib. 6. vbi DD.* ¶ Decimæ Clericis sunt debitæ, *c. tua nobis, de Dec.* etiam de iure diuino, *Numer. 18. cap.*

Perceptio decimarum iure communi 47
pertinet ad parrochiales Ecclesias, *c. cum contingat, & c. cum in tua de Dec.* ¶ Perceptio decimarum qualiter probetur per testes, & an per testes singulares, *in Spec. de test. §. 6. vers. item de tempore & seq. §. 12. vers. quod si testis, & in tit. de Inquisit. §. 1. vers. item si inducatur.* ¶ Vnusquisq; tenetur soluere decimam, nisi specialiter sit exemptus, *c. à nobis, de dec. vbi Abb. in 1. not.* Vbi ex hoc infert: quòd Ecclesia habet suam intentionem in iure fundatam contra quemlibet. ¶ Et monachi religiosi, & eorum subditi tenentur soluere decimas de proprijs prædijs. Item Abbates Cisterciensis ordinis de bonis suis soluere decimas coguntur, *c. nuper de Dec.* ¶ Monachi & Abbates de iure decimas habere non possunt, *c. peruenit 16. q. 1.* Ergò nec præscribere, *c. causam quæ de præscrip.* ¶ Hoc tamen non est tutum dicere. ¶ Priuilegia omnia religiosorũ de decimis non soluendis, sunt reuocata hodie, *c. nuper, vbi Abbas, de Decim.* ¶ Consuetudo Theutonicorum in decimis soluendis est, quòd pro decimis soluant certas mensuras, siue coloni aliquid colligant, siue non: & hæc consuetudo est toleranda: sed non valet consuetudo, quòd nullo modo soluantur decimæ, *Abb. in c. in ali-*

quibus, de Decimis. ¶ Decimæ prædiales sunt de iure diuino, & nulla consuetudine, vel præscriptione tolli possunt, *gl. in c. 1. de Dec. lib. 6.* ¶ In quantitate decimarum nulla currit præscriptio, sed integraliter debent solui, *text. iuncta gloss. in c. quicunq; 16. q. 7. & in c. 1. de Dec. lib. 6.* Nam cùm decima introducta sit de iure diuino, *c. tua. c. cum homines, de Decim.* præscriptio non valet. ¶ Quia contra ius diuinum non currit præscriptio, nec valet aliqua consuetudo, *c. fin. de consuet. Abb. in c. statuimus, n. 6. de transact.*

48 Monasteria possunt præscribere decimas: *c. cum in tua diœcesi*, intellige cum Tit. vel per tantũ tempus, de cuius initio non esset memoria hominis, *c. 1. de præscrip. lib. 6. ita Abb. in c. cum in tua, de Dec.* Videtur tamẽ cautum, *in c. dudum, de Dec.* quòd religiosi decimas præscribere non possint. ¶ Laici verò nullo modo decimas præscribere possunt, *c. causam quæ, de præscrip.* ¶ Compositio & transactio inter Clericos super decimis, potest fieri sine authoritate superioris, *vt in c. ex multiplici, & seq. de Dec.* Hæc compositio tamẽ est personalis, & non realis. ¶ Cum Laicis verò sine authoritate superioris, super decimis præteritis componi, potest, *vt in c. vt super, de reb. Eccles. non alien. not. in c. fin. de rer. permut.* Sed super decimis futuris cum Laicis componi non potest, sine authoritate superioris, *not. in c. 2. de transact. vid. Abb. in c. cum homines, ext. de Dec.* ¶ Decima nemorum, & aliorũ locorum, quæ non sunt infra certam parochiã, spectant ad Episcopũ loci: & vbi parochiæ nõ sunt limitatæ, decima prædialis indistincta debetur Episcopo: quia tota diœcesis sibi est parochia, *vt in c. parochiano, de sepult. & in c. apostolici de don. Abb. in c. quoniam in 2. not. de Decimis.*

De Defensionibus extraiudicialibus contra aggressuram: vel iudicialibus contra accusationem vel inquisitionem.

49 DEfensio non tantùm Iure positiuo est permissa, sed etiã Iure naturali dictante, quòd vim vi propulsare liceat, *l. vt vim, vbi notant gl. & Dd. ff. de Iustitia & Iure. l. scientiã, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. l. 1. §. vim vi, ff. de vi & vi armata l. sed & pactus, §. pe. ff. quod metus causa.* (*Imò & iure diuino, & sine peccato est, vndè sacerdos mißificans interficiens aggressorem licitè, postea missam perficere potest, Geyl. 2. obser. pract. 110. num. 12. quod subuertit limitationem infra positam, quòd fallat iure poli & in conscientia hominis: quemadmodũ etiã improbat VVes. & recentißimam apud theologos sententiam esse dicit, vt non teneatur in foro conscientiæ, consi. 19. num. 5. part. 1.*) fiat tamen talis defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, *l. 1. C. vnde vi. & ibi gloss. cum Dd. & ibidem gl.* tribus modis, scilicet cum æqualitate armorum, in continenti, non ad vindictam, sed ad propulsionem, defensionem cum moderatione inculpatæ tutelæ, fieri docet, *docuit pulcherrimè, Bart. Romuleius, in Tractat. suo defensio. ad l. vim, ff. de iusti. & iure, n. 57. & in sequentibus.*

Sed si in continenti fiat, semper præsumitur facta ad defensionem: nisi contrariũ appareat, ex qualitate personarum & facti, *d. gl. l. 1. C. vnde vi.* (*Geyl. d. loco. n. 11. necessitas enim doli præsumptionem excludit: nam, vt Italorum prouerbio iactatur: Huomo assaltato, mezo perduto. Hanc sententiam communem esse, compluribus comprobat VVesenb. consi. 19. infrà allegato, part. 1.*) ¶ In defensione sui quis primum ictum excipere non cogitur: cùm melius sit occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare, *l. 1. C. quando liceat, &c. Geyl. de pac. pub. lib. 1. obseruat. 16. num. 21. Borchold. in §. iuris præcepta, Institut. de iust. & iur.* Quemadmodum nec fugere quis cogitur, si absque vitæ periculo, & dedecore id fieri nequeat, *Borchold. d. loc. Peinliche Halßgerichts Ordnung, Arti. 140. Borchold. de feud. c. 7. part. 1. num. 43* ¶ Sed quæritur, in quibus casibus licita sit defensio? Et respondetur: I. Licita est, quando fit in personam iniuria siue aggressura, *l. vt vim, ff. de iustitia & iure.* Imò pro defensione personæ suæ, licet alicui aggressorem suum occidere, *concordat l. scientiam, §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.* & ista defensio, quia est iuris naturalis, competit nedum hominibus, sed etiam brutis animalibus, *vt habetur in l. 1. §. sed cum arietes, ff. si quadru. pau. fe dica.* 50

51 De ista specie defensionis, proprij scilicet corporis, docuit Franciscus *Zoanet. in tractatu suo defensionu ad l. vt vim, ff. de iust. & Iure. in 1. parte num. 3. Bart. Romuleius, in eod. tract. defensionis, num. 18.* ibi tradidit de homicidio necessario, quòd sit permissum, ad corporis tutelam: & istius permissionis vndecim inducit extensiones à nu. 24. vsque ad nu. 49. & limitationes seu declarationes vide tres, *per d. Romuleium, à num. 50. vsque ad finem.* primò, iure quidem ciuili pro defensione homicidium iure dicitur perpetratum: fallit in foro poli & conscientia hominis. 2. Non licita est defensio, si à l. vel à statuto, expressè tollatur, propter publicam vtilitatem & causam. 3. Licita est quidem, si demum fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Et ibi in sequentibus pulcherrima tractat, de moderamine inculpatæ tutelæ. Et de ista defensione proprij corporis contra aggressorem, vide Marium *Salomonium, in Rep. d. l. vt vim, ff. de iust. & iure, num. 8.* Imò dicit ibi

ibi numero 15. quòd quis se non defen-
52 dens peccet. II. Permissa est defensio pro rebus nostris, *l. 1. Tex. gloss. & Dd. C. vnde vi. Bart. in l. vt vim, ff. de iust. & iure.* quia metus perditionis omnium bonorum, æquiparatur metui mortis, *Bald. in l. certa forma, C. de iur. fi. lib. 10.* & alibi caussa bonorum dicitur causa vitæ, *l. aduocati, C. de aduo. diuer. iudi.* vbi etiam ex gl. & tex. tenent, quòd pecunia dicitur vita hominis. Et quòd sic pro defensione rerum suarum, quis licitè possit hominem interficere. (Imò pro defensione bonorum alium interficere non licet, nisi in periculum vitæ simul quis inciderit, puta quando quis à fure nocturno opprimitur, *l. 1. § vim, vbi Dd. de vi & vi ar. l. vn. C. vnde vi, l. 9. ad l. Cornel. de sicar. VVes. cons. 9 par. 1.*) atque pro defensione personæ suæ, notat Hippo. *de Mars. in l si vt allegas, C. ad l. Cor. de sica.* transiẽdo ad speciẽ, quòd liceat furẽ occidere bona mea exportantẽ, *alleg. c. verum, ext. de Iureiu.*

53 Imò dicit pro ampliatione, quòd etiam clerico liceat occidere, vt euitet Rapinam: dummodò non excedatur modus, *per Inno. in c. olim, de Resti. spolia.* ¶ Facit tamen limitationem, quòd pro exportatione Rei vilis vel paruæ, dominus non possit ita occidere furem, atq; pro exportatione omnium, vel maioris partis bonorum, *allegatur casus notab. in l. si ex plagijs, §. Tabernarius, ff. ad l. Aqui.* Dicitur autem Res vilis vel parua, à duob. aureis infrà. *Alex. in l. furem, ff. de furtis*, Argumentatur à fama, ad vitã hominis, dicendo: famæ parcitur pro re vili, *l. si oleum, §. fi. cum l. seq. ff. de dolo*: ergò multò magis vitæ hominis, *per l. si adulterium, §. libero, ff. de adulter.*

54 Sic nota: quando pro rerum defensione aliquem liceat occidere. Sed nota aliquas alias fallentias, cum his notatis apud Ange. *in Tracta. Malefi. vers. & dictus Titius se defendendo. num. 3. in Apostilla, litera B.* vbi inter alia conatur asserere, quòd occidens pro defensione Rerum, puniatur de excessu. Sed de ista defensionis specie pro Rebus nostris, vide Franciscum *Zoanet. in tractatu suo defensionis ad l. vt vim, ff. de Iusti. & Iure parte 1. num. 36. Bart.* Romulei. *in eod. tract. ad eandem legem, num. 96.* putat, pro rerum defensione licere alicui aliquem occidere, atq; pro tuitione corporis. Imò quatuor exceptiones istius permissionis resoluit, & corruere eas facit, *nu. 110. cum sequ. tractat Marius Solomonius in Repe. d. l. vt vim, ff. de Iusti. & Iure, num. 10. in fine.*

55 Tertiò, licita etiam pro consanguineo est defensio, *l. culpa 50. de Reg. Iur. l. 8. §. fin. quod met. caus. l. 1. C. vnde vi. Geyl. lib. 1. de pac. publ. obs. 16. n. 17. Dissentit Vaud. lib. 2. quæst. 29. l. Lex Cornelia, in prin. ff. de iniu. & ibi gloss. & Bart. Dd. in l. vt vim, ff. de Iust. & Iur. & in l. 1. C. vnde vi, cum similibus. Est casus elegans & singularis ad hanc doctrinam apud Paul. de Cast. in consi. suo 277. incip. in causa incarceratorum, vol. 2.* Et Magna amicitia, cùm idem operetur, quod coniunctio sanguinis, *l. cum allegas, C. de cas. pecul. lib. 12.* inferendũ est, quòd sicut quis potest impunè occidere illũ, qui fecit insultũ cum armis in consanguineum vel affinem meum, pro defensione sua: sicut posset pro se ipsum insultantẽ sine pœna occidere, *vt dixit Bal. in l. Raptores in 2. notab. C. de Episc. & Cleri.* ita poterit impunè occidere insultantẽ cum armis amicum suũ maxima amicitia coniunctum. *Hæc Hippo. de Mars. in singula suo 351. incip. Amicitia magna*, vbi dicit, se hanc doctrinam audaciùs asserere, quòd hæc expressè dicat Bal. *in l. vt vim, in 2. col. vers. quintò quæritur, ff. de Iust. & Iure*, & affirmat ibi d. Hipp. dicta esse vera, reprobando contrarias opiniones. Et alibi *in singu. 456. incip. habuisti.* dicit, quòd amicus possit defendere amicum in possessione sua, etiam percutiendo expellere eum volentem.

Et tandem, quæ personæ pro tuitione suæ personæ, rerũ, consanguineorũ & amicorum, possint impunè aliquem offendere, vel etiã occidere, enumerat Bonif. *in Tract. suo de Malefi. sub Rubr. quis possit alium offendere & vindictam facere.* ¶ Quòd cõpetat iusta defẽsio pro parentibus, pro filijs. pro patria, ꝓ cõiuge, pro sponsa, & concubina, pro fratre, pro præceptore, affine, comite itineris, pro domestico, & hospite: Imò pro quolibet extraneo periclitante, etiam sine imploratione, voluit Franciscus *Zoanett. in tract. suo defensio. ad l. vt vim, ff. de Iusti. & Iure, in 1. parte, num. 56. & per eundem ibid. n. 94. vsq; ad nu. 112.* Cic. in Verrẽ: Omnes boni alienæ gloriæ defensionem ad officium suum pertinere putent. Vide de eo, qui aliquem defendere potuit, & noluit: ibiq; tenet, quòd Magistratus periclitantem teneatur ab iniuria eximere. 56

Et de istarum personarum defensionibus, 57 coniugum quoq;, & ducis pro suo exercitu, notauit Bartho. *Romulei. in eo. tractatu ad eandem l. vt vim, nu. 123.* De extraneo defendendo, vel de eo qui non defendit, vide Mari. *Solomon. in l. vt vim, num. 16. ff. de iust. & iure.* Et quòd aggressor impunè possit occidi, notãt tex. *& Dd præcipuè Hippo. de Marsi. in l. is qui aggressorem, C. ad l. Corn. de sica. Iacob. Nouell. in tractatu suo defensio. in cap. Homicida quibus ex causis à pœna mortis excuse. num. 13.* quia semper aggressori imputetur: & præsumitur contra inuadentem.

Sed aggressura & inde sequuta defensio, 58 quomodo sit probanda quæritur? Respõdetur, testib. cõfessionib. vel alijs legitimis probationibus, ex quib. cõstet & appareat, quòd aliquis veniebat cõtra me cũ gladio euaginato, & ego eũ occidi: quia tunc probata est defensio mea, *ita dixit Bar. in l. sed si quacũq;, in pr. ff. ad l.*

ad l. Aqui. quia sum in periculo vitæ ita constitutus, quòd liceat occidere eo ipso, quòd mihi terror armorum infertur, *d. l. sed si quacunq; ff. ad l. Aqui.* ¶ Imò visus armorum adfert iustum metum, *Barto. in d. l. sed si quacunq; gloss. l. 1. C. vnde vi.*

59 Talem (*duo articulanda & probanda Geyl. docet, prouocationem scilicet & necessariam defensionem d. obseru. 110. lib. 2.*) modum articulandi & probandi notat pulcherrimè Angel. *Areti. in tit. Instit. ad legem Aquil. §. iniuria, num. 4.* qui ibi quinq; requisita notat, quibus probatis defensio iusta est formata. ¶ 1. Aggressurâ probet, quòd ita erat angustatus & deangulatus, quòd effugere saluus nō poterat. ¶ De fuga quatenus insultatus fugere debeat vel non, docuit Barto. *Romuleius in tract. suo defensionis ad l. vt vim. ff. de iustitia & iure. à num. 58. vsq; ad numerum 30.* ibi inuenies de fuga Clerici, & de fuga eorum, qui debent reuerentiam: nam istorum est fugere, & se non defendere. (*ergo regulariter, fugere quis non tenetur, maximè si fuga ei periculum vitæ adferat, Geyl. d. lib. 2. obser. pract. 110. nu. 15. in fin. & 16.*) ¶ 2. Quòd saluo honore & salua vita non potuit euitare insultum: aliàs imputaretur ei, cur non euitasset maius malum, *l. quemadmodum, §. si nauis alteram, ff. ad l. Aqui.* ¶ 3. Probari debet, quòd per talem aggressuram in discriminæ vitæ erat constitutus: quia tunc licitum est ei statim interficere aggressorem, *l. is qui aggressorem, C. ad l. Corn. de sica. cum ibi notat. Dd. post alios Hippo. de Marsi.* ¶ 4. Probet, quòd in continenti facta sit: Quia si ex interuallo fuerit factū, non dicitur defensio, sed vltio & pulsio, quæ non est permissa, *vt nota. in l. vt vim, ff. de ius. & iure.* ¶ 5. Debet articulare & probare, quòd ante factum, non post factum se defenderit, *nota. in c. significasti de Homici.* intelligendum, *secundùm Bal. in d. l. 1. C. vnde vi,* quando esset tale factum, quòd non posset in pristinum statum reduci contraria vi: secus si posset in pristinum statum reduci: quia tunc in continenti post factum licet, sed non ex interuallo. Quando autem dicatur ex interuallo, *nota. in l. 3. §. eum igitur, ff. de vi & vi arma.* Et insultatus debet expectare insultum, & aliqualem actū fieri ab insultante, & terreri armis, *vt dicit gloss. & ibi Barto. in l. si ex plagis, §. si tabernarius, ff. ad l. Aqui. Angel. in tractatu suo malefic. in versic. Et d. Titius se defendendo, num. 9. cum sequentibus, & ibi in additionibus & apostill. Hippo. de Marsi. in l. is qui aggressorem, C. ad l. Corne. de sica. probatur in gloss. Arti. 78. lib. 3. Landrecht, num. 10. versi. Ob die Nothwehre.* ¶ Et de iure & probatione (*Ad defensionem probandam sufficiunt probationes præsumptiuæ: & satis est, quòd testis deponat in eā per verbum Credo,*) necessariæ defensionis, consuluit VVesenbecius *in consi. 19. par. 1.* & ibi de qualitate testium (*etiam testes minùs idonei, puta frater pro fratre, aliiq; similes in hac defensionis materia admittuntur. Casus enim defensionis priuilegiatus est, cuiusmodi regulariter leuiores probationes admittunt.*) vide, & inuenies vtilissima. Probata iam defensione quis non est puniendus, quia illam licitè fecit: *prout nota. per Dd. in locis suprà allega.*

Sed posito, quòd excessus in defensione sit factus: &, considerata qualitate facti personarum & percussionum, punitur saltem de excessu, & non de toto: pœnâ extraordinariâ, & non ordinariâ. *l. si adulterium 38. §. Imperator ad l. Iul. de adult. Geyl. lib. 2. obs. 100. n. 5. Angelus in d. versi. Et d. Titius se defendendo num. 12. & ibi in addi. Hippo. de Marsi. in practica sua criminali, §. vlterius, num. 8. nota. per gloss. & Dd. in l. 1. C. vnde vi. Hanc sententiam communem esse, Geyl. vbi suprà, num. 15. & seqq. docet: insignem addens rationem: quòd vbi de delictis excusandis agatur, principium non finem spectari oporteat: & quia prouocatus non habet stateram in manu, vt ictus & vulnera ad mensuram dare poßit. Qualiter sic puniatur, vide constit. Augusti. Electo. parte 4. Arti. 11. Ludoui. Roma. in singula. suo 3. incip. an si quis excesserit, & ibi Nico. Pigno.* 60

Nach Sächsischen Rechten wirds also gehalten: wer einen in der Nothwehr erschlegt / das er ein Wehrgeld den Freunden zugeben schuldig sey / etiam pro homicidio casuali, *VVesenb. in parat. ff. ad l. Corn. de sica. nume. 27.* ¶ Wie das soll geschehen / auch das dem Thäter zu Rechte ein Friede soll gewircket werden / *habetur in Arti. 14. lib. 2. Landrecht.* ¶ Wie auch zu Sachsen Rechte die Nothwehr solle beweisen werden / vnd das der nicht am Leben zu straffen / der sich darauff zeugt / *præscribitur in gloss. 10. Arti. 78. lib. 3. Landrecht. Et d. Arti. 14. lib. 2. & ibi est addi. in lit. D.* 61

Wie nach gewircktem Friede zu procediren, *traditur per tex. addi. & gloss. Arti. 4. lib. 2.* Vnd das einer zu seiner Defension vnd Rechte soll geleitet werden / *habetur Constitu. crim. Caroli V. Arti. 156. in fi.* Was aber zuhalten / wann die Nothwehr wird allegiret, vnd nicht beweisen werden kan / vide in Constit. *August. Electo. Saxo. parte 4. Arti. 8. (vbi statuitur, vt ad eruendam veritatem reus tormentis subijciatur: nisi fortaßis præsumptio iuris pro eo militet.) & ea quæ eleganter notauit, Hippo. de Marsi. in l. 1. C. ad l. Corn. de sica.* Et pro aliquali expeditione defensionis iudicialis nota: quòd nemo sit damnandus, nisi dato termino ad faciendum suam defensionem, quem terminum iudex dare tenetur: quod si iudex non fecerit, an (*in delictis notorijs, & cum certū est reo nullam competere defensionem, iudex non tenetur dare terminum, etiam petenti: aliàs, si de hoc dubitari potest, an ei competat aliqua defensio, vtiq;* 62

vtiq; dandus est ad eam terminus, maximè petenti: nam si non petat, non datur ei terminus à iudice: nisi lex ipsa aut statutum darent.) & qua pœna teneatur, docuit Angel. *in tracta. suo maleficio. versi. Qui iudex dictus inquisitiu, & cuilibet eorum statuit terminum, in prin.*

63 Et huic defensioni nō potest renunciari: Nisi delinquens sit publicus & famosus latro, vel in flagranti crimine sit deprehensus, seu dicit sibi non competere defensionem, *d. Angel. in d. versic. qui iudex, num. 5. 6. & vlterius. vide ad hæc bonum singulare Dom. Anthonij Corse. sub verbo defensio 1. litera D. Item vide Hipp. de Marsi. in practica sua criminali §. examinanda per totum.* Imò dicit: non tantùm potest fur famosus vel insignis renunciare defensioni: sed iudex etiam non debet pati, vt pro eo aduocetur.

64 Et tandem quòd defensio non possit tolli, neque possit illi renunciari in criminalibus: notat pulcherrimè idem Hippo. *de Marsil. in singul. suo 388. incip. defensio.* In quibus autem casibus, & ex quibus causis Reus possit formare suas defensiones, cumulauit Angelus *in tracta. suo de malefic. versi. comparent d. inquisiti & quilibet eorum.* ¶ Ex transactione, & ex facta pace cum vulnerato, quatenus habeat defensionem, (*Si nimirum statutum huiusmodi transigentibus pœnam imminuat, aut prorsus remittat.*) *vide d. Ange. in d. versi. num. 4. cum sequentibus & num. 27. Dom. Robertum Maran. in 6. parte ordi. iudicia, c. de inquisitione num 55. & vlterius. In consi. criminali Dom. Bruno. à Sole, num. 196. 197. & 198. Hippo. de Marsil. in singula. suo 337. incip. sequentis homicidij & in singu. 46. incip. quidam fuit, Bonifaci. de Vitella. in suo tractatu malefi. in Rubri. de pace.*

65 Formatur etiam defensio, quando dicit reus: plures fuerunt in rixa & in conflictu: & nescitur cuius ictu perierit, tali enim casu nemo punitur de morte, *Alexan. de Imo. in consi. 46. volu. 4. Et eleganter Hippo. de Marsi. in repe. Rubr. C. de proba. nume. 418. vide tamen ibi declarationes & limitationes valde notabiles. Idem Hippo. in singu. suo 217. incip. ter vel quater in fine. Gandi. in tracta. suo de malefi. tit. de homicidijs & earum pœnis, n. 12. cum similibus.* Geylius notabiles conscripsit fallētias, quando propter incertitudinem delinquentes non veniant puniendi, *in obserua. 109. lib. 2.* (*vbi dicit communem esse sententiam, Constitutione criminali Imperat. Caroli probatam, omnes qui in rixā fuerunt, decapitandos esse: sed tamen communiorem esse contrariam, vt videlicet extraordinariā non ordinariā pœnā omnes teneantur, si de occisore non constet. Fallit 1. in autore rixæ, si de eo constet, vt scilicet is pœnā ordinariā puniri possit: qui arguitur autor rixæ, tenetur de omnibus delictis in rixā perpetratis. 2. In homine contentioso, tales rixas excitare solito, & qui aliàs simile delictum commisit: hic enim ad inquirendam veritatem torturæ subijci potest. 3. Per fugam etiam ante institutam accusationem aut inquisitionem, maximè si is sit homo nihili & improbatæ vitæ, indicium ad torturam datur. 4. Si omnes conuenerunt animo occidendi, omnes pœnā ordinariā tenentur.*) *Elector Saxo. statuit in sua constitu. Arti. 7. parte 4.*

66 Paratur etiam reo defensio Appellando, vel iudicis officium implorando. & cogitur iudex differre executionem. ¶ De ista tamen materia appellationis in criminalibus admittenda vel non, vide Angel. *in tractatu suo de malefi. vers. præsente d. Cato & appellante. Do. Bruno. à Sole in consi. suo criminali, num. 204. vsq; ad finem. Hippo. de Marsi. in singu. suo 201. incip. in confessum, eundem Hippo in pract. sua crimina. §. oportunè, num. 52. cum sequentibus: Dictum supra lit. A.* ¶ Et tandem, qualiter & quomodo ex multis in pluribus qualitatibus & circumstantijs formentur defensiones, vide Iacobum *Nouellum in Tractatu suo defensio: in capi. de excusationibus à Reo faciendis, per totum.*

67 Quomodo autem, (*Repetendo videlicet testes, vel nouos inducendo, ad infringendam rei defensionem.*) ex quibus causis Iudex vel Accusator possit replicando infringere Rei defensiones, vide apud Angel. *in d. Tractatu suo Malefi. vers. Qui iudex ad probationem suæ inquisitionis & processus produxit.* ¶ Pro formanda vel infringenda defensione, quomodo producantur instrumenta, vel aliæ defensionales à Parte, notat Ange. *in d. Tracta. Malefi. versi. Qui iudex ad probationem.*

68 Quòd publicatio sit necessaria, quid Iuris sit de illa, & cuius sit effectus, notat idem Ange. *in vers. qui iudex dictum processum publicauit.* ¶ Quæ, publicato processu, possint opponi contra testes, ad faciendam vel infirmandam defensionem, notat idem Ange. *in vers. qui iudex statuit terminum quatuor dierum,* vbi vide, qui Testes sint in criminalib. idonei, vel non. Ad probandam innocentiā vel defensionem, admittuntur testes aliâs nō idonei, *Iason in Rub. ff. de iureiu. in 5. limita.*

69 Domestici deponentes de credulitate, & alij aliàs inhabiles, quòd admittātur pro defensione formanda, docuerunt Bartho. *Romul. in compendio suo homicidij in 1. parte. num. 77. Et Nouellus in tract. suo defensio. in cap. homicida quib. ex causis à pœna mortis excuse. nu. 31.* De Iure Saxonico requirebantur testes 7: hodie sufficiunt duo vel tres. *gloss. 10. & Apostil. ibidem Arti. 78 lib. 3. Landrecht.* Sic notata sunt aliqua in materia defensionis.

70 Promittens aliquem defendere, intelligitur de iusta defensione, non de violēta. Fallit in principe, *Mynsing. in obseru. 19. cent. 2.* ¶ Et ad hanc defensionis materiā in casu homicidij, lege ea, quæ eleganter inuenies in Biblijs, *Numeri*

Numer (lib. 4. Moys.) cap. 35. & Exod. cap. 21. Et vide Geylium in obserua. 109. 110. & 111. lib. 2. (Ad defensionem rei spectat, si docere possit, vulneratum non esse mortuum ex vulnere: quod alij à tempore æstimant, idq; diuersimodè circumscribunt: alij, & rectius, medicorum iudicio in hoc standum censent, lethale ne vulnus sit nec ne: vt priore casu ex vulnere mortuus censeatur, posteriori non item. Quòd si diuersa sint medicorum iudicia, iudex mitiorem partem sequetur, & reum extra ordinem puniet: maximè si ex interuallo moriatur, aut quia medicorū consilijs nō obtemperat: secus si in continenti, & cùm medicorum præscripto obtemperauit, tunc enim ex vulnere censetur mortuus. Item si vulnus fuerit exiguum, & superueniat aliud symptoma, quo vulneratus interimatur, maximè si longo interuallo post: mitiùs puniendus est reus, &c.)

Quòd etiam conseruandi honoris gratia defensio sit permissa, docuerunt Francisc. Zoannet. in tractatu suo defensionis ad l. vt vim, ff. de iustit. & iu. in prima parte num. 51. & Bart. Romuleius in eod. tracta. ad eandem l. vt vim, nu. 160.

71 Defendere alterum nemo cogitur, Natta cons. 158. in f. vol. 1. vim vi repellere licet. Aret. in processf. c. 1. obs. 3. vbi & ampliat. 5. lim.

72 Defensio est de iure naturali, l. vt vim, de iust. & iur. l. scientiam, §. qui cum aliter ad l. Aq. vide Dd. l. vt vim, & in §. ius autem gentium. Inst. de iur. Nat. gent. & ciu ¶ De defensionis materia, latè Marsf. in l. 1. de Sicar. ¶ Defensio si fiat extra moderamen inculpatæ tutelæ, & per hanc defendens alium occidat, vltimo supplicio debet puniri, vide in verb. homicidium vide Lud. Rom. in sing. 3. An si quis, vide clarius Bart. Cæpoll. vbi pulcra adducit in cons. 34. no. 2. & idem Cæpoll. cons. 29. fol. 39. fa. 2. n. 12. & 13. & seqq.

Defensio nulli est deneganda, etiam Diabolo, vt in Clem. pastoralis, & ibi not. de re iud. Cep cons. 10. n. 13. ¶ Statuto caueri non potest, ne quis deferat Arma ad sui defensionem. Nam ex quo hæc defensio est de iure naturali, l. vt vim, ff. de iust. & iur: statuto tolli non potest, §. pen. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. Et quia ratio naturalis dictat defensionem, & per consequens etiā omnia necessaria & habilia ad eam, l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. præterea, c. suspicioni, de off. delegati, ita voluit subtilis Ioh. Fab. in §. qui autem Instit. de Interd.

73 Hoc idem voluit Domin. Carolus, in l. 1. §. nunciatio de op. no. nunc. vbi dicit: Quòd si statutum dicit: quòd omnis occidens, & quoquo modo, decapitur: an qui ad sui defensionem occidit, veniat decapitandus: & determinat, quòd non, contra Sal. in l. 2. C. de nox. & Alex. in l. & si seuerior, C. de inf. vide eum in 3 fall. nu. 2. ¶ Et tale statutum: quo caueatur, quòd non liceret se defendere ab iniuria: non valeret. Et hoc in terminis consuluit Bl. in cons. 82. quem refert & sequitur Cepoll. cons. 22. n. 9. fol. 39. fall. 2.

Defensionis causa commissum homicidium, an & quando sit punibile, vide Alex. in cons. 76. vol. 1. vbi latè de hoc, & Cep. in cons. 29.

De Determinatione.

QVando vna determinatio respicit duo
vel plura determinabilia, debet æquali- 74
ter omnia determinare, l. hoc iure, ff. de vulg. & pup. l. quamuis, C. de impub. & alijs substant. vid. ad hoc Car. in l. 1. lect. 57. in pr. ff. de acq. poss. & Soc. in l. 1. §. 1. in 2. col. ad fin. ff. de acq. poss. & Dec. in Rubr. C. qui admitt. in 4. col. ibi secundò hoc probatur. Vna determinatio concernens plura determinabilia, debet illa pariter determinare, etiamsi subsit ratio in contrarium, l. fin. C. de sent. pass. vbi casus singularis secundùm Br. vide Ias. in Rub. ff. sol. matr. vide latiss. Fel. in c. 2. in 12. coll. ext. de Rescript. ¶ Limita tamen notabiliter d. Regul. l. nam hoc iure, & l. quamuis non procedere, vbi alia ratio esset in vno casu, quàm in alio, l. si ita scriptum, & ibi not. Bonif. de Plumb. ff. de manum. test. l. si seruus liber, ff. de stat. lib. ita notabiliter limitat Alex. in l. si quis maior, n. 7. C. de Transact. vide Francis. Curt. vbi ponit alias limitationes ad hanc regul. in cons. 5. fol. 72. coll. 2. in pr.

De Declaratione.

DEclaratio nihil noui tribuit, sed tantùm
illud, quod est, ostendit, l. adeo, §. cū quis, 75
de acq. rer. dom. l. hæres palam, §. si quid post in fin. ibi, nil enim nunc dat, sed datum significat, de Testa. Et ergo licèt post terminum aliquid fieri non possit, potest tamen, quod factum est, declarari, Ioh. And. in Add. Spec. in Tit. de Testi. §. nunc videndum. not. Bl. in l. 1. §. huius studij col. 1. de iust. & iur. vide Dec. cons. 26. vol. 1. in 8. col. prope finem.

De Definitione.

DEfinitio debet conuerti cum definito, l. 1. §. dolum, de dolo vbi Br. & in l. 1. de Testa. &
in l. 1. §. appellata. Si cert pet. gl. in l. nihil aliud est 76
hæreditas, de V. S. gl. Rub. de summ. Trin. Ext. Ias. in l. si is qui, pro empt. circa definitionē fictionis, de vsuca. Ias. in l. 1. de acq. poss. ¶ Omnis definitio est periculosa, & parum obstat, quin subuertatur, l. omnis definitio, de R. I. ¶ Idē per se ipsum definiri non debet, gl. in §. hactenus. Inst. de gradibus, facit, quòd dictū testis non valet, quando ratio est ead. cum dicto, vide in verb. Testis. ¶ In iure definitiones formare discere debemus à physicis: & in eis non ponere, vnde prouenit definitū, sed solùm quid sit in qualitate & substantia, secundùm Br. in l. 1. in 3. col. ibi sed videamus ff. de acq. poss.

De Defensore.

DEfensor est, qui defēdit alicuius causam sine mandato, & admittitur cū cautio-
ne, iudicatum solui, l. non videtur, ff. de procurat. 77
Imò satisdat etiamsi possideat immobilia, Bart. in l sciendum, §. tutores, ff. qui satisda. cogan. Et sic etiam nuncius allegans causas iuris cogi-

cogitur cauere: secus si simpliciter allegaret causas absentiæ, *gloss. in l. eo. §. nemo, ff. de reg. iuris in verb. nemo.* Et contra defensorem procedentem sententia est ferenda, *Bal. in l. exigendi in 2. colum. versic. sed quæro, C. de procurat. imo in c. cum super, de re iudic.* & an repetat defensor expensas litis, *vide Chil. Kön. in sua pract. c. 20. Von dem Vortretter oder Defensore.*

78 Nota, in causa criminali non admittitur defensor ad allegandū causas causæ, sed saltem causas absentiæ. *Bart. in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iudic.* (*Procurator in criminalibus nō admittitur, cùm pœna corporis inflictiua est: secus si pecuniaria, vt & tum cùm relegatio imponitur, procurator seu defensor admittitur: quæ sententia communior est, à qua iudicando & consulendo recedendum non est, teste VVes. sub tit. ff. de quæstionib. num. 5. Sanè etiā in grauioribus caussis reus qui præsens est, per procuratorē potest proponere exceptiones dilatorias & declinatorias, vt & ad cætera agenda ante sententiam, dummodò ipse in iudicio compareat. Sic absentiæ causæ non tantùm per procuratorē, sed quemlibet alium allegari possunt.*) ¶ Pater pro filio, prælatus pro monacho, dominus pro seruo, tutor vel curator pro pupillo, vel quis pro vniuersitate, an debeant admitti, (*Admitti hos in allegato loco Gand. tradit, dummodò ipsi in iudicio præsentes sint, secundùm distinctionem tamen suprà positam.*) & ad quos actus iudiciales admittantur in criminalibus, vide Bal. *in l. eos C. de appella. & in l. 2. eo. tit. Barto. in d. l. pe. §. ad crimen, ff. de pub. iudi. Gandi. in tractatu suo malefi. in Rubri. vtrum procura. in malefi. admitta. vide tex. lib. 17. & ibi gloss. lib. 2. Landrecht.*

De Decreto iudicis vel magistratus: & de primo & secundo Decreto.

79 DEcretum iudicis vel magistratus operatur, ne quis possit conqueri de exceptione vltra dimidium iusti precij. *tex. in l. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10*: neq; de dolo vel metu. Idem, si fiat in præsentia consanguineorum, vel amicorū, *Barto. Et Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de prædi. decurio. lib. 10. Bal. & alij in l. transact. C. de transactio, & l. nō est verisimile, ff. quod me caus. Idem tenet Hippo. de Marsi. in sing. suo 417.*

80 Et singularem ibi addit cautelam pro tutoribus, vt agant actus pupillorum, consilio matris vel attinentium: & carent culpa, licèt male succedat. Sed gloss. & Bart. *in l. siquidem, C. de prædijs mino.* videntur tenere contrariū: quòd videlicet decretum iudicis non impediat Restitutionem: fallit tamen singulariter, nisi in decreto esset taxata æstimatio rei venditæ, *gl. est & ibi Bart. in l. ait prætor vers. permitt. ff. de mino.* & quòd admittatur probatio in cōtrarium, tenent Innocen. & Moderni *in l. si quis cum aliter ff. de verbo. oblig. iuxta materiam l. siue possidetus, C. de proba. Barto. in l. 1. C. de præscri. 30. vel 40. anno.* Quia nō sequitur: res fuit subhastata, ergo iusto precio est vēdita: licèt ibi Bald. videatur aliter loqui. ¶ Qualiter a. perueniatur ad iudicis decretū, not. & dicit pulcherrimè tex. *l. 1. in pr. C. de prædijs decuri. lib. 10.*

Et nota ad hanc materiam decreti, quòd præsumitur bona fides pro his, quæ in iudicijs fiunt, propter autoritatem iudicis. & qui eius iussu facit, præsumitur bona fide facere, *Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de prædi. decurio. lib. 10.* Si autem omittat decretum iudicis in casib. in quibus requiritur, tunc dicitur ille actus occultè esse factus, eo ipso quòd actum ad noticiam iudicis deueniri non voluit. *Barto. & Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de prædi. decurio. lib. 10.* Et nota, quòd iudex requisitus tenetur cum causæ cognitione ad contractus seu actus confirmationem, & tenet actus Bart. *& Ioan. de Plate. in l. si quos spontaneos, C. de Decurio. lib. 10.* 81

Et hæc quæ dicta sunt, intelliguntur de iudicibus maioribus, non autem de Baliuis minimis, vel pedaneis, *declarat D. Robertus Maran. in 6. parte ordinis sui iudi. c. de iuramento, eius differentia & vsu, num. 21. declarationes meliores vide apud Hippo. de Marsi. in singul. suo 438. incip. lex multum confidit de persona iudicis.* ¶ Et de autoritate & decreto iudicis debet constare per instrumentum: aliàs non præsumitur, *Hippo. de Marsi. in sing. suo 399. incip. multi.* Iudex autem quando ad decretum per falsas partiū allegationes est adductus, potest proprio motu & ex mero suo officio istud reuocare, & non tenet, *dicit d. Hippo. de Marsi. in singula. suo 320. incip. sæpe contingit.* De decreto interponendo in alienatione prædij minoris, vide ea, quæ notaui *suprà litera A. vers. de alienatione prædij minoris.* 82

De missione in possessionem ex primo & secundo decreto: quid sit, (*Decretum primum definitur: magistratus seu prætoris iussum, quo ob contumaciam rei actor in possessionem bonorum custodiæ causa mittitur: vt ea pignoris vice detineat, donec reus veniat responsurus. Secundum verò decretum est, quo ob contumaciam & moram absentis debitoris, eum qui ad rem detinendam in possessionem missus fuerat, causa cognitâ verum possessorem decernit, aut etiam dominum esse iubet. Ex quibus definitionib. à Dn. VVesen. in parat. ff. tit. de damno infecto traditis, differentia vtriusq; decreti, & cætera, de quib. hic remittit autor aliò, vtcunq; intelliguntur.*) cōtra quem, ex qua causa possit fieri, ad quē finē, quos producat effect⁹, vide Dd. *in c. 1. ext. de litis contest. Dd. in l. consentan. & in Auth. Qui semel, C. quom. & quando iudex & ibi gl. faciunt tex. gl. & Dd. in c. quoniā, ext. vt lite non contest. toto tit. de eo qui mittitur in poss. causa rei seruan. Zasi. in l. inter stipulātem. §. si Stich. in fi ff. de verb. obl. Spec. in tit. de primo & secundo decreto.* 83

Secundū decretū quando habeat (*Cū videlicet vniuersitas bona publica habet, q̄ obligata sunt, in ea potest mitti creditor: in bona priuatorū ciuiū mitti nō potest, nisi ea expreßim pro debito vniuersitatis* 84

obli-

obligata sint, adeoq; singuli cives in solidum sint obligati.) locum contra vniuersitatem ciuitatis vel ciuem singularem, vide Henning. *Göden in cons. suo 5. de iure ciuitatis, mihi num. 28.* Iuris Saxonici dispositionem in materia præsenti, libuit de verbo ad verbum adscribere. Hat ein Mann geklaget auff Gut zu dreyen dingen / man soll jhn darin weisen / vnd soll es jhn geweldigen: da mag jn dann niemand wieder ausweisen / er thu es dann mit rechter Klage. Die einweisung mag aber der Mann / des das Gut war / entreden / auff den Heiligen binnen der Jahrzahl: er mus aber das Gut zu hand vertretten / zu den nechsten dreyen Dingē / ob man darauff klagte. Klaget man aber vmb vber Schuld den / der alldar nicht dingpflichtig / noch der zuantworten nicht schuldig ist / sondern allda zu bezahlen gelobt hat / sondern man soll jhm gebieten von Gerichts halben / das er zum nechsten dinge sich der Schuld mit Rechte entrede / oder bezahle in 14. Tagen: thut er das nicht / man soll jhn daruor pfenden. Vnd das Pfand soll man zu borgen bieten / vnd thun dreymahl / je vber vierzehen Tage / ob man es anders zu borgen begeret: begeret man es aber zuborgen nicht / man soll es doch halten 6. Wochen / vnuerthan. Entredet jener dann die Schuldt darinn auch nicht / darnach mag er sich nicht entreden / es benehme es jm dann echte noth: so soll man dann das Pfand vorsetzen oder verkauffen ob man es daruor nicht versetzen mag: was es dann mehr gilt / soll man jhm wieder geben: gebricht aber ichts daran / man soll jhn wieder pfenden also lange / bis jener sein Gelt habe / quòd conueniat ad materiam primi & secundi decreti, vides *ex textu, & videbis ex additi. & gloss. Arti. 70. lib. 1. Landrecht.*

85 De alijs remedijs quæ passim fiunt contra reum contumacē, vide Iordan. *Bricij in repet. §. cōtrahentes in c. Romana de foro cōpet. in 6. col. 27. per totum.* Est materia non contemnenda.

86 Decreta æquiparantur sententiæ interlocutoriæ, quòd ad iudicē: ideò nunquā transeunt in rem iudicatā, sed per eum etiam nemine petente, proprio motu, ex officio, quoties iusta caussa subest, reuocari & tolli possunt. *Moller. lib. 4. semestr. c. 1. n. 12. & seqq. Sebast. Medic. de Reg. iur. p. 2. reg. 1. n. 24. fol. 9.* Differunt sententia, & decretum: quòd sententia iniusta valeat, ita, vt in rem iudicatam transeat: decretum autem iniustum est nullum, vt in rem iudicatam transire nequeat. *VVesen. in parat. de re iudic. n. 8.* ¶ Puto autem iudicem decretum, quòd à partibus semel approbatum est, reuocare non posse: cùm ex hoc partibus ius acquiratur, quod iudex auferre non potest, *Geyl. lib. 1. obseru. 114. n. 1.* nam iudex debet velle, quod partes volunt, *l. 1. §. vnde quæritur. de noui operis nunc. l. 1. de const. pec.* quodq; partes semel voluerunt, altera reuocare non potest, *c. quod semel placuit. de R. Iur.* Ergo nec ipse iudex, *d. l. 1. §. vnde quæritur.* Quia nec interlocutoriam latā de consensu partium potest reuocare, ad partis vnius instantiam, *Sebast. Medic. de nouat. p. 2. num. 54. fol. 94.*

Decretum interpositum non habita suf- 87
ficienti causæ cognitione, vel ex errore siue iuris siue facti, aut ex causa in totum, vel pro parte facta, nec partibus nec iudici transit in rem iudicatam, *Moller. d. c. 1. n. 14. ampl. nu. 15.* ¶ Decreti caussa cessante, cessat & decretum, *ibid. n. 16.* Sicut sententia iniusta & nulla, pacto partium & earum consensu potest confirmari. *Coler. de process. execut. p. 1. c. 5. n. 38. fol. 163.* ¶ *Vanitus omnino, quib. mod. sententiæ nullæ defendi, num. 17. & seqq. fol. 632. König. in process. c. 102. n. 19. Gabriel lib. 2. concl. 2. de sententijs. Coler. de process. exec. p. 1. c. 5. n. 38. fol. 163.* ¶ Omnis suspicio fraudis cessat, quādo actus celebratur cum authoritate & decreto superioris. *Viuius lib. 1. decis. 89.*

De Degradatione.

DE degradatione Clerici, militis, docto- 88
ris, vel alterius in dignitate constituti, verbali & actuali, vt iudici seculari ad puniendum possit tradi, vide Geyl. *lib. 1. de pace publ. cap. 1. num. 20. & in seqq.* Et ibi in quibus casibus & quando ex moribus nostris etiam sine degradatione in dignitate constitutus possit pœnæ subijci.

De depositione & suspensione in specie, 89
quæ Abbatissam à depositionis pœna possint excusare & reuelare, ita tamen vt saltem suspensionis pœna punitur, *consuluit Decianus in cons. 72. vol. 3.* (*Depositionis pœna nunquam est irroganda, nisi in criminibus atrocioribus, & quidem in casibus à iure expreßis: quod a. graue crimen sit, iudex arbitrabitur ex similitudine criminum expressorum de iure. Delictum quod consuetudine stante & notoria committitur, puta tripudium monialium tempore carnispriuij, pro delicto leui habetur. Alienatio item bonorum Ecclesiæ aut monasterij, maximè si pecunia in alienantis vsum conversa non sit, sed in monasterij vsum, non depositione sed suspensione tantum aut alia leuiori pœna puniri potest.*)

De Delegatione debiti.

DElegare est vice sua alium reum credi- 90
tori vel cui is iusserit, dare, *l. delegare el. 1. ff. de nouatio.* Et per delegationem fit nouatio, etiamsi hoc expressè actum non sit: nam qui delegat, soluit: quia nomen debitoris censetur in solutum datum, *tex. in d. l. delegare el. 1. ff. de nouat. tex. in l. quamuis, ff. ad S.C. Velleia.* ¶ Sed ad valetudinem delegationis, stipulatio inter debitorem delegatum & eum cui fit delegatio requiritur: solaq; promissio debitoris delegati de facienda solutione non

sufficit per tex. *in l. 2. C. de nouat. Alex. conſ. 173. num. 3. cum ſeq. volum. 7. Decius conſ. 421. num. 16. incip. plenè & ſubtiliter.* In tali ergo nouatione, quæ fit per delegationem, iura antiqua non ſunt immutata, *per l. fina. C. de nouat. vt notat gloſſ. in l. 3. in verbo non eſt, C. eod. Alex. & Decius in dictis conſilijs. Hæc Geyl. in obſeruat. 30. lib. 2.*

91 Et licèt delegare quis poſſit vel voce, vel ſcripto, vel nutu: cùm nihil aliud ſit quàm mandare, qui contractus conſenſu conſtituitur: & hoc quidem verum eſt quò ad delegantem. Sed is qui delegatur, non modò conſentire, ſed etiam ſtipulanti verbis promittere debet: conſenſus enim eius neceſſarius eſt, quia nemo inuitus obligatur, *l. nec emere, C. de iure delib. l. ſicut, C. de actio.* Stipulatione autem opus eſt: quia hæc conuentio in nullum iuris gentium contractũ incidit, planè vt verbis ciuilibus ſit corroboranda, *VVeſ. in paratit. ff. de nouat. n. 8. & 9.*

92 At nominis venditio aut ceſſio, etiam ignorante eo, aduerſus quẽ actiones mandantur, contrahi ſolet, *l. 1. C. de nouat*: nec enim hîc noua obligatione implicatur debitor, ſed tantummodò ſolutionẽ veteris obligationis & exactionem creditor alteri mandat, *l. 3. c. eod.* quod inuito etiam debitore fieri poſſe certum eſt, *l. 1. in fi. C. eod. VVeſenb. tradidit in dict. paratit. d. loco.*

De Deliberationibus: & primò de iure deliberandi, quod competit hæredi.

93 IVs deliberandi, an velit adire hæreditatẽ, competit hæredi de iure communi per ſpaciũ vnius anni, *l. cum antiquiorib. C. de iure delib.* de iure Saxon. ſpacio vnius anni & diei, *Art. 28. lib. 1. & Art. 44. lib. 2. Landr. cum addi. & gl. Weichbild, Arti. 59.* ¶ Sed incipit hoc tempus ſaltem currere à tempore acceptæ notitiæ, ſcientiæ, vel ceſſantis impedimenti, *Art. 7. lib. 2. Landr.* ¶ Sed cui incumbit onus probandi de ignorantia vel impedimento? Et poteſt reſponderi, quòd alleganti incumbat, ex regula vulgari, dicente: actori incumbit onus probandi, *l. 2. ff. de pro. l. qui accuſare, C. de edendo, cum ſimilibus.*

94 Ignorantia autem tanquam deſcendens ex conſcientia, videtur iuramento poſſe probari, *tex. eſt in c. nulli in fi. de Elect. in 6. Hipp. de Marſi. in rep. Rub. C. de prob. mihi n. 124. verſ. & vltra præmiſſa.* ¶ Sed licèt probetur ignorantia iuramento, tamen admittitur probatio in contrariũ, *Iaſ. in l. admonendi, ff. de iureiu.* neq; appareat de ignorantia craſſa, ſupina, ſeu affectata: quia vim ſciẽtiæ habet, & non prodeſt alleganti eam, *Hipp. de Marſi. in rep. l. qui ignorans. ff. de falſis mihi n. 24. & 25. cum ſimil. vbi pleniùs ignorantiæ materiã tractat.*

Sed hæreditas, non adita infra tale tempus deliberandi, quòd tranſmittatur ad fiſcum: habetur in tex. *d. Art. 59. Weichbild.* qui textus licèt ſaltẽ videatur diſponere de mobilium præſcriptione: tamẽ ſentiendum eſſe puto, quando hæredi terminus ſtatutus ſit ad hæreditatẽ adeundã, vel repudiandam, quòd tunc ſibi currat præſcriptio, etiam in immobilibus: quia etiã iſto caſu primus hæres intelligitur excluſus, & ſequens in gradu hæreditatẽ adire poterit, *gl. l. quandiu el. 1. ff. de hær. Inſt. & D. Alex. in conſ. 46. incip. in cauſa & lite vol. 7.* & iſte terminus poteſt ſtatui arbitrio iudicis: quæ opinio cõmunior refertur per Alex. *in d. conſ. 46. à Ioan. Dilecto in tract. ſuo de arte teſtandi tit. 11. de Acqui. hæredi. cautela 7.* 95

Quando autem hæredi terminus non eſt ſtatutus, durat facultas adeundi hæreditatem de iure cummuni triginta annis, *l. licèt C. de iure delib. gl. l. quandiu. el. 1. ff. de Acqui. hæred.* de iure Saxonico, verschweiget man sich allererst an Erb vnd Recht in dreissig jahrē / Jahr vnd Tag / *Art. 29. lib. 1. Landr.* ¶ Ius deliberandi, hæreditate non adita, à quibus, ad quos hæredes, intra quæ tempora, & qualiter tranſmittatur, vide tex. *l. cum antiquioribus C. de iure deliberan. & declarationes D. Doctoris Ambroſii Schurerij in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inteſtato tit. 19.* de iure deliberandi docuit D. Robertus, *Maran. in rep. l. is poteſt ff. de acqui. hæred. mihi n. 102. & 267. cum aliquib. ſequentib.* tenet in terminis affirmatiuis, quòd hæres qui deceſſerit ſciens ſibi delatã hæreditatẽ, ius deliberandi tranſmittat ad ſuos hæredes: nec vulgaris ſubſtitutionis naturam repugnare videri: referens ſe ſecundùm Soci. ad communem opi. *tradit Io. Delect. in tract. ſuo de arte teſtandi tit. 5. de ſubſtitutionibus.* 96

Sed quomodo hæredi dubitanti de hæreditate adeunda, conſulatur: per citationẽ videlicèt, vel per proclama contra creditores hæreditatis, (*qui ſi tum non compareant, poſtea amplius non audiuntur,*) tradidit Mynſing. *in obſ. 47. cent. 2. obſ. Cam. Imp.* 97

De Deliberationibus ante litis ingreſſum reo concedendis: & aliàs in proceſſu iudiciario & ſententiando obſeruandis.

REo in cauſis ciuilibus offertur libellus, & à lege conceſſæ ſunt ipſi ad deliberandũ induciæ 20. dierum, an velit cedere vel contendere, *Auth. offeratur C. de litis conteſt.* & iſtæ induciæ à lege quia conceduntur, ſine iudicis miniſterio, non poſſunt reo auferri, neq; minorari: quando autẽ dantur cum miniſterio iudicis, benè poteſt iudex illas augere vel minuere, cauſa tamẽ cognita: & quòd ſic obſeruet conſuetudo, dicit 98

Bald. *in d. Auth. offeratur in prin. vlt. col.* C. *de litis contest. gl. ampl. in d. Auth. v. viginti dierum.*

99 Et in terris Saxo. sic obseruatur: plerumque conceditur dilatio sex hebdomadarum & trium dierum, wird eine Sächsische frist geheissen/ *de quo Art. 62. lib. 1. Landr.* Sed in foro Saxonico iudiciali qualiter induciæ dentur, *nota. Art. 2. lib. 2. Landr. & Art. 3. eo. lib.* ¶ Imò tale ius deliberandi nunquã reo sine causa est auferendũ, *l. si rem agat aliquis in fi. ff. de rei vendi.* ¶ Sed an istæ induciæ ad deliberandũ similiter concedantur in criminalibus, vide Bal. *in d. Authen. offeratur in pr. vlti. colum:* iudex immediatè (dicit) potest cogere reum vel captũ, vt ad accusationẽ vel inquisitionẽ respondeat, idem Bald. *in l. 1. C. qui accu. non poss. in medio septim. col. alleg. c. 2. ext. dilationib.* Huc pertinere videtur materia dilationis, de qua in suo loco dicetur. ¶ Iuranti de calumnia an detur tempus deliberandi, notauit Spec. *in tit. de iura. calum. §. fina. mihi n. 10.*

100 Septem casus, in quibus non dantur induciæ deliberatoriæ, enumerantur, *per gl. penult. n. 5. Art. 3. lib. 2. Landr.* (*In causis videlicet leuioribus: si episcopus inter clericos cognoscat: in crimine abigeatus: in accusatione suspecti tutoris: si de crimine flagranti seu notorio agatur: in criminibus leuioribus quæ de plano expediuntur: in testibus aut instrumentis falsis.*) ¶ Aduocatus ex facti narratione cum clientulo de iure suo diligenter debet deliberare, quia ex facto ius oritur, *l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aqui.* & sæpe ex breuissima facti mutatione totũ ius mutatur, *l. si is ff. de excus. tute.* Cognito iam facto & iure, deliberabit de probationibus, quales habet: nam qui accusare vel agere volunt, probationes debẽt habere paratas: *l. qui accusare C. de edendo.* quia nihil expedit bonam habere causam, & deficere in probatione. *l. duo sunt Titij, ff. de test. tute.*

101 Imò interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit, *c. Christiana 32. q. 5.* Quando autẽ aduocatus ex deliberatione percipit, quòd habeat probationes in promptu, & factũ facilè sit liquidandũ: dicat clientulo suo aduocatus: non erubescas, age securè, *l. 1. C. de test.* ¶ Similiter deliberet aduocatus cum clientulo suo, reo conuento vel conueniendo: si hæsitet aduocatus, nõ erubescat dicere: volo mecũ & cum peritis, & cum libris meis deliberare: *Spec. in tit. de libell. concep §. ad huius, in principio.* quia tẽpore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus, *c. concederet, 50. dist.* ¶ Et ex his potest inferri id, quod habetur: quòd sæpissimè actus, ꝓpter breue tẽpus in quo sunt expediti, non valeant: quia præsumuntur sine deliberatione & causæ cognitione facti: prout deduxit in interponente suam autoritatẽ in obligatione minoris: & de sententia, quæ breui tempore est lata, *Hipp. de Marsi. in rep. Rub. ff. de fideiuss. n. 78. & 79.* Et vt maturiùs deliberare possint actor & reus, etiã durante iudicio, cuilibet tres interlocutiones de Iure Sax. sunt concessæ, *Art. 62. circa finem lib. 1. Landr.*

Deliberandum est etiã, sicut in alijs actib. grauib. de sententia, *Ang. de malefi. in vers. de consensu & deliberatione omnium iudicum, & Spe. in tit. de requisi. consilij facit, quod dixit Iac. de But. in l. prolatam C. de sent. & inter om. iud.* ¶ Quòd laudum latum præcipitanter & sic sine præsumpta deliberatione, sit nullũ: imò etiã talis sententia seu tale laudũ, quòd sit nulla & nullũ, etiamsi sit bene lata, vel latũ: dixit Bar. *in l. si is apud quem in 1. col. C. de edendo, Hipp. de Marsi. in rep. Rub. fideiuss. mihi n. 80. & 81.* qui tamẽ in sequentibus ibidẽ deduxit aliquas fallentias & declarationes, de suprà notatis: *vide Spec. in tit. de aduocato, §. nunc tractemus, à princip. vsq. ad n. 9. exclusiuè.* & sic habes quædam de liberationibus. 102

De Delictis.

IN dubio delictũ non præsumitur, *l. semper in dubijs & l. semper in obscuris ff. de reg. iur. est notabilis casus in l. merito, ff. pro socio l. absentem, ff. de pœnis.* de qua materia inter alios Dd. *vide Ias. in l. qui iurasse in §. 1. numer. 8. ff. de iureiu. & in l. ex hoc iure, numer. 12. ff. de iust. & iur.* hanc decisionẽ cum quatuor limitationib. notabiliter declarat And. *Alcia. in tract. suo de præsump. in 2. reg. incip. præsumpt.* Vide notabilẽ fallentiam: nisi tractaretur de fauore animæ: quia tũc delictũ præsumitur, etiamsi non sit delictũ: & culpa est timenda, etiamsi non sit culpa, *per Hippo. de Marsi. in sing. suo 151. incip. semper in dubijs, tetigi sup. in litera A. vers. de anima.* Locus delicti commissi regulariter est ponẽdus, & in casu cõtinendus duabus demonstrationibus: imò nominandus in accusationibus, & inquisitionibus: exceptis aliquibus, vt crimine falsi, hæreseos, vel quæ in omittẽdo consistunt: notauit Ang. *de malefi. cum additio. ibidem in versi. in platea communi in prin. vsq. ad nu. 4. per notata in l. libellorum, ff. de accusa.* 103

Sed in delictis in fauorẽ rei semper attenditur initiũ loci: dixit & declarauit per exẽpla multũ notabilia Hipp. *de Marsi. in sing. suo 225. incip. in delictis, idem Hipp. in rep. l. vnicæ C. de raptu virg. mihi n. 250. & 251. & vlteriùs. Melius in pract. sua criminali, §. vlterius. per totum.* dicens: principiũ si sit licitum & deneniat ad illicitũ, nihilominus sit exequendũ: tamen de aliquibus casibus, in quib. non initium sed finis spectetur remissiuè dixit Hipp *in d. §. vlterius, n. 5. versi fateor tamen.* ¶ Sed statutum fortè disponit, vt delinquens in plateæ principio, acrius vel in plus puniatur, quàm in fine: quæritur, quomodo principiũ plateæ & finis dignoscatur, (*Principium dicitur à* 104

parte

scriptione delictorũ, vide infra ad verb. de homicidio, vbi hæc notaui.

117 De delictis, Hipp. *Marsi. tr. de bannit. in verb. delictis*, vbi plurima. ¶ Delictum vel crimẽ,faciunt amittere dignitatem,honorẽ, vel priuil. *Georg. Lorich. in compend. arest. & repræsd. n. 195. & seqq.* vbi plura in hanc sententẽtiã. ¶ Delictũ enorme quod: & in delictis frequentari quid, *Capyc. decis. 161. n. 4.* frequentare delictũ dicitur, quando bis cõmisit, *ibid.* ¶ Assertio qualitatis delicti non attenditur, quando constat de delicto, *Fœn. de mom. temp. c. 7. n. 24. 25. 26. & præcipuè, n. 27.* ¶ Delicta successiua acriùs puniuntur, quàm momentanea: momentanea intellige, non reiterabilia, *Fœn. c. 10. n. 17.*

118 Delictũ, peccatũ, & crimen quomodò differant, *Pecc. c. peccatum, n. 2. de R. iur. in 6.* ¶ Delicta grauia, leuia, grauiora, & grauissima quæ, *Monticell. in prax. crim. reg. 6. n. 4. remiss. fol. 58. Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 366. & Mars. de bannit. verb. delictis, n. 97. & 98. & verb. atrociorib. ibid.* de effectu atrocitatis, *ibid. plurima.* ¶ Delictũ est minus, quod fit omittendo, quàm committendo, *Seraph. priu. 31. n. 32. & seqq. Marsi. de bannit. verb. delictis, n. 69. & n. seq.* vbi plura, de delinquente omittendo. ¶ Delictum patris, an noceat filio in feudo, *Marsi. de bannit. verb. delictis, n. 62.* prælati, an Ecclesiæ, *n. 63.* Emphyteutæ vel vasalli, eius hæredib. & successuris, *n. 64.* filij, an patri in peculio, *n. 65.* filiæ, an patri in dote, *n. 66.* vxoris, an marito in dotem, *n. 67.* tutoris, an pupillo, *n. 68.*

119 Delictũ an probetur per instrumentum, *Marsi. de bannit. in verb. delictis, n. 96.* ¶ Assertio qualitatis delicti non attenditur, quando constat de delicto, *Fœn. de mom. temp. c. 7. n. 27. & n. 23. & seqq. vbi illat.* ¶ In delictis semper consideratur animus delinquentis ad puniendum delictũ, *Viuius lib. 1. decis. 75.* ¶ Maleficiũ non solũ committitur in faciendo, sed etiam in permittendo malũ, *Viuius decis. 196. lib. 1.* ¶ Malefactorem indicare nemo tenetur, *Viuius decis. 196. nu. 2. lib. 1.* ¶ Plùs puniuntur committentes, quàm omittentes, *Viuius decis. 303. lib.* fallit in iudice, qui grauiùs delinquit in omittendo, quàm in cõmittendo, *Viuius decis. 365. lib. 2.* ¶ Frevel intelligitur de delictis ciuilibus, Malefiz de criminalibus, Denais, *disput. de iure meri imp. fol. 16.*

De Delictorum compensatione.

120 PAria delicta mutua compensatione tolluntur, *l. viro atq; vxore. ff. sol. matr. l. cum mulier l. eod. tit. c. significasti, de diuor. & cap. pe. de adul.* ¶ Et ideò tene menti, quòd licèt mulier cõmittens adulterium perdat dotẽ & actionẽ ipsius, *vt habetur in d. l. viro atq; vxore, & in d. l. cum mulier, & in l. consensu C. repu. in c. plerumq; de don. inter vi. & vxo.* attamẽ nõ perdit in isto casu dotẽ quãdo apparet vel apparere de facili potest, quòd maritus tenuerit, & adhuc teneat concubinas, cum quibus similiter adulteratus fuerit: dixit Paul. *Cast. in consi. suo 129. incip. hæc mulier non debet excludi à petitione dotis, & mouetur per d. iura & per d. regulã par. Hipp. de Marsi. in sing. suo 234. inc. paria.*

De Denunciationibus.

DEnunciatio per Salicetũ, *in l. ea quidem, C. de accusat. quem etiam sequitur Ang. de malefi. in vers. nec non ad denunciationem,* definitur sic: Est crimen alicuius deferre apud competentẽ iudicẽ, sine inscriptione legitima ad pœnitentiã peragendã, vel aliã legitimam pœnam subeundam. 121

Gandius, *in tract. suo malefi.* definit sic: denunciare nihil aliud est, quàm deferre aliquem reum criminis, per l. *ab accusa. §. denunciatores ff. de acc.* Salicetus, *in d. l. & ea quidẽ,* quadruplicem facit denunciationis speciẽ: 1. Euangelicã, (*Ideò sic dicta, quòd originem ex euangelio habeat, per quam reparantur multa, quæ destituuntur auxilio iuris ciuilis, ad quam recurrimus, quoties quis tenet rem indebitè, contra conscientiam, & cum peccato,*) 2. Canonicã, (*Quæ introducta est ex canonibus, de corrigendis prælatis, vel subditis, de dissoluendo matrimonio contra canones contracto, &c.*) 3. Iudiciariã, (*Cùm crimen alicuius defertur in iudicio, sine inscriptione tamen, similis accusationi,*) & 4. Regularẽ. (*Quæ fit ad obseruantiam regularem, secundùm diuersas institutiones regularum, seu ordinum monachalium, &c.*) quarũ facit subdistinctiones: & de qualibet in specie, quid sit, sub qua forma & quando deferatur, quas habeat vtilitates & effectus, & contra quas personas possit operari: quem Salicetũ sequitur, D. Rober. *Maran. in 6. parte ordinis iudicia. cap. de denuncia. mihi, fol. 350.* sed prosequitur saltem iudiciariam: & de ista Salicetus tractare intendit: de qua etiam Ang. *in tract. suo malefi. in vers. Nec non ad denunciationem.* 122

Primò quærit & respondet, quis possit denunciatorẽ constituere: (*Omnes iudices merum & mixtum imperium habentes,*) 2. Qui possint denunciatores constitui: (*Omnes qui accusare possunt,*) 3. Ad quem finẽ & effectum constituantur. (*Vt eorum denunciationibus mediantibus puniantur delicta,*) 4. & 5. Quæ maleficia, & quẽ delinquentẽ teneantur denunciare: (*Omnia delicta denunciat, etsi probabilẽ excusationẽ habere videantur: neq; enim cognitio iuris ad huiusmodi officialẽ spectat; sed & contra quascunq; personas procedere cogitur, quas aliàs accusare non possit, vt patronum, &c.*) 6. Denunciatorẽ an ignorantia delicti excuset, quòd nõ denunciauerit: (*Si statutorem ratione tenetur* 123

denunciare maleficia, ita vt statuta in rem scripta sint, non excusatur ignorantia: secus si in personam: quòd si in rem & personam simul scripta sunt, vtiq; denunciabit commissum maleficium, etsi autorem ignoret,) 7. An denunciatori inimicitiæ vel similes exceptiones possint obijci: (*Respondetur, quòd sic, si ad solam denunciationem procedat iudex: secus si cum eâ fama concurrat,*) 8. De inscriptione denunciatoris: (*Respondetur, quòd non,*) 9. Quæ delicta denunciari possint: (*Delicta saltem notoria esse oportet, licèt delinquens sit incognitus,*) 10. Vtrũ denunciationi istorũ officialiũ stetur: (*Non statur quò ad probationẽ, sed benè quò ad inquirendũ: sed etsi ea denuncient, ad quæ missi sunt, vt explorent, puta portari arma, ludi ad azardum, statur tam diu donec contrariũ probetur,*) 11. Denunciantes, & denunciata nõ probãtes, an puniantur, & qualiter: (*Puniuntur, si de euidenti eorum calumnia constet, extra ordinem.*) 12 An debeant probare ea, quæ denunciant. (*Responde, quòd sic.*) 13. Denuncians an possit recipi in testẽ contra denunciatũ, in processu inquisitionis: (*Non est legitimus testis: nisi iudex famâ concurrente cum denunciatione procedat,*) 14. De cõfessione facta corã denunciante, an sit sufficiens ad condemnationẽ: (*concluditur, quòd non.*) 15. De sententia absolutoria super denunciatione lata, an prosit reo, ac si esset super accusatione lata: (*Respondetur, quòd sic,*) 16. An denunciator veniat cõdemnãdus in expensis: (*Affirmatur,*) 17. An præmia debeat habere denunciator. (*Voluntario denunciatori datur præmium, nisi fuerit socius criminis: non, necessario, qui ratione officij denunciare cogitur, & denunciationis gratiâ salarium habet.*)

124 Hunc Salicetũ secutus est Ang. *in d. suo tract. malefi. in d. vers. Nec non ad denuncia.* quia similiter quæstiones mouet, respondet, distinguit & declarat, prout suprà modò diximus. Has resolutiones siquidẽ quis legerit, materiã denunciationis iudiciariæ habebit præ manibus. ¶ Concordat cum prædictis, & declarat modò superiùs notata, ius Saxonicum sic dicens: darimmẽ (puta in Gogräffen ding) vñ in jetzlichen Voigdingen/ sol ein jeglicher Bawernmeister rugen vñ fragen: vmb alle die zu Ding nicht kom̃en/ die da Dingpflichtig sein zukom̃en: vñ vmb dz gerücht von Menschẽ blutenden wunden: vñ vmb Scheltwort/ die einer dem andern hat gethan: vmb außgezogene Schwerdt/ zu eines andern Mannes schadẽ/ vñ vmb alles vngerecht/ dz an die Haut oder an den Leib gehet/ ob es mit Klage vor Gericht nicht begriffen ist: anders darff er nit fragen noch rugẽ/ *Art. 2. lib. 1. Landr.* Ecce hic tex. declarat: quis de iure Saxonico sit denunciator, cui denũciet, iudici videlicet: quæ maleficia vel delicta denunciare debeat. Sed ex vsu omnia delicta tenentur denunciare, *secundùm addi. latin. lit. E. & G.*

Casus, etiam homicidij non puniendi, 125
sunt denunciandi, prout citatur casus *Arti. 91. lib. 3. Landr.* Vnã textus Saxonicus in vltimis verbis facit limitationẽ: quòd non teneatur denũciare crimina com̃issa, de quib' quis est accusatus, *vide addi. latinã vltimã lit. F.* Denunciator vt faciat fidẽ, requiritur, vt denunciet iuratus: *apostill. ad d. Art. 2. Landr. Hipp. de Marsi. remissiuè in pract. sua criminali, §. principum in fin. Spec. pulcherrimè in tit. de act. §. mihi, n. 33. vers. hoc autem scias*: similiter atq; nuncio iurato demũ de citatione facta creditur: *notaui suprà, in lit. C. vers. de citatione.*

Sed denunciatio non est sufficiens, vt ex 126
illa sola iudex procedat, nisi aliter sibi constet de delicto: quia sola neq; probationem neq; indicium aliquod facit, nisi in leuibus delictis: cum fama tamẽ facere indicium ad torturã, & solam per se esse sufficientẽ ad inquirendũ, dixit per iura Hip. *de Marsi. in pract. sua crimina. §. principium, nu. 19. vsq; ad finem D. Antho. Blan. in rep. l. fina. ff. de quæst. mihi, n. 396. vers. denunciatio.*

Quòd tamẽ diffamatus possit innocen- 127
tiã & defensionẽ suã, in contrariũ probare, dixit Spec. *in d. tit. de accus. §. 1. mihi, n. 33. in fine.* In defectũ quòd admittatur ad iuramẽtum purgationis, *notauit per Ang. addi. latin. in lit. E. Art. 2. lib. 1. Landr.* ¶ *Vide de hac materia denunciationis ad eius persecutionem, Specul. in tit. de denuncia.* & ibi, *in §. fina.* docet de processu in denunciatione obseruando. ¶ Res quæ alicui per alluuionẽ applicãtur, inuentæ, quomodo sint denunciandæ, notatur Art. *29. & Art. 37. lib. 2. Landr. & ibi vide addi. & gloss.*

Quando denunciationi Euangelicæ sit 128
locus, aduersùs eum, qui sententiã obtinuit iniustã, *Menoch. lib. 2. cent. 5. cap. 484.* ¶ Obligatus ad factum, tenetur, si fuerit requisitus, *Cabell. de euict. §. 3.* ¶ An quilibet subditus teneatur denunciare maleficiũ in ædibus suis com̃issum, *Modest. Pist. p. 2. quæst. 61.*

De Denunciatione venditori vel alia persona facienda, vt habeatur regressus contra denunciatum.

QVando quis conuenitur actione aliqua 129
reali ad aliquã rem, debet conuentus laudare suum autorẽ, & sibi litẽ denunciare, vt possit contra eum habere recursum de euictione: *l. Emptor, & ibi notant Dd. C. de euictio.* aliàs enim de euictione non agit, *vt ibi*: & licèt gl. facit mentionẽ, quòd scienti non debeat denunciari: tamẽ in fine dicit, quòd tutius sit, scienti etiã vt fiat, *facit l. in fundo, §. si cũ possit. ff. eo* per quem textũ dixit Aluar. *in tit. si de feudo Vasal. fuer. interpel. in c. 1. in prin. in*

plateæ est, in quam sit decursus aquarum,) docuit Ang. *de malefi. in d. v. in platea communi, n. 4.*

105 Et regulariter ad omne initiũ delicti est spectandũ, prout ex supra adductis iuribus colligendũ: sume exemplũ de eo, qui prouocantẽ & aggredientem, vel insultantem occiderit, quòd pœna ordinaria homicidij non punitur, *post alios Dd. Hipp. de Marsi. in l. 1. ff. ad l. Cor. de Sica. §. 1. n. 42. & in seq. idem Hipp. in l. is qui aggressorem C. eod.* ¶ Annus, mensis, dies, tempus, & qualitas temporis delicti comissi quoq;, videlicet an fuerit de nocte, luna lucente, vel non, de sero, vel de die, seu in festo commissum, est ponendũ, notauit Ang. *de malefi. in vers. de anno præsenti & mense Nouemb.* hoc quia tempore non punibili potuisset fuisse comissum, *versi. in festo omnium sanctorum*, quia fortè delictũ fit enormius, & grauatur eius pœna. *In vers. de nocte*, vt mandatũ exequi valeret armatus, quatenus iudicetur, delictum de die vel de nocte commissum, dixit Gandi. *in tract. suo malefi. titu. de pœnis reorum, mihi nu. 42. vers. præterea pone.* (*Delictũ de sero commissum interpretamur commissum de die, & non de nocte: si statutum grauius puniat delicta de nocte commissa,*) In delictis causa, persona, locus, tempus, qualitas & euentus consideranda sunt, *Quint. 6. Inst. 1. l. 16. §. 1. de pœn.*

106 Regulariter contra quemlibet delinquẽtem potest iudex procedere, & eum punire, *Ang. de malefi. in vers. ex mero officio, arbitrio, &c.* Quia iudex debet prouinciã suam purgare à malis hominibus, *l. præses ff. de offi. præsi.* & interest reipub. maleficia vel delicta ne maneant impunita, *l. ita vulneratus, ff. ad leg. aqui.* Non autem procedat, nisi constet sibi, delictum esse factũ: & qualiter de isto sibi constet, vide ea, quæ tradidit Hipp. *de Marsi. in pract. sua crim. §. principium in prin. cum sequent. Decian. in consi. 96. vol. 3. n. 19.* addens, quòd sententia aliter lata non valeat: imò sit ipso iure nulla, *n. 22.* procedat contra delinquẽtem, de delicto diffamatũ, & legitimè, conuictũ tradidit Ang. *de malefi. in vers. fama publica præcedente, & in vers. non quidẽ à maleuolis.*

107 In Constitutio. criminali Carolina, *Arti. 5.* adhortatur officiales & ministros eò, vt animaduertant, ne cuiusuis generis delicta remaneant impunita. ¶ Delicta puniat iudex pœna ordinaria, quæ animo delinquendi scienter & dolosè perpetrata sunt, *Ang. in tract. malefi. versi. scienter, dolosè*, animus enim & propositũ distinguunt maleficia, *l. quæ iniuriæ ff. de furtis.* Et quòd sine dolo nunquã sic committatur delictũ, vt possit pœna ordinaria puniri, notauerunt Dd. *ad l. 1. C. ad leg. Cor. de Sica.* (*Idem de homicidio in specie docuit Geyl. 2. obs. pract. 110. per tot. adeò vt nec lata culpa sufficiat, etsi pœna à statuto requirente dolum imposita sit: quia illud recipit interpretationem à iure communi. Secus est in homicidio defensionis causa facto, de quo supr. Item, si committatur à furioso, imò nec tempore dilucidi interualli commissum à furioso delictum, aut ante furorem, Geyl. concedit, etsi id asseueret Gomes. cuius sententiam moribus nostris dicit Geyl. non obseruari: quia furiosus pro mortuo habetur, qui puniri non potest. Amoris tamen impatientia si quis corriualem occidat, ordinariè puniendum: nisi aliæ circumstantiæ, puta prouocatio corriualis, &c. mitigationem suadeant, Geyl. tradidit contra Tiraq. & Clarum, qui dicit, quandoq; ita (vt scilicet extra ordinem puniretur,) fuisse indicatũ. Sic ebrio mitigatur pœna, modò ebrietas mentis vsum ei sustulerit, & is casu quasi, non habitu inebriatus sit: nam ebriosi, maximè rixosi, ordinaria pœna puniuntur. Sic dormiens excusatur à pœna: nisi sciat solitum se surgere in somno & alijs molestum esse: tunc enim solus dormire debet. Itẽ pupillo quamuis doli capaci mitigatur pœna: infanti doli non capaci prorsus remittitur. Senibus quoq; decrepitis pœnam mitigandã, est qui censeat. Sic iratus ira quadam insana & extrema, ad quã prouocatus sit, extra ordinem punitur. In casuali homicidio, maximè si quis rei licitæ operam dedit, absolutio sequi solet. Lictores item officij necessitas excusat, si armis resistentem occidant,) & tenuit Paul. Castr. in consi. suo 277. incip. in causa incarceratorum, part. 2.* & sic delinquentẽ vltra propositũ, & sine dolo, minus puniri, notauit Hip. *de Marsi. in sing. suo 176. incip. voluntas & propositum, idem Hipp. in sing. 287. incip. tetigi.* delinquens etiã in excessu saltẽ de excessu, & non de toto puniatur, *gl. lib. 1. & ibi Dd. C. vnde vi.*

Delictum qui quidẽ confitetur, sed simul allegat defensionẽ, non est statim puniendus: sed est admittendus ad allegatæ defensionis probationẽ: de quo diximus suprà, *in hac lit. D. versi. de defensionib.* Sed in probatione quidẽ si defecerit, ex confessione puniatur, *Hipp. de Marsi. in sing. suo 185. inc. confessio.* 108

Delictum confiteri nolens, formatis indicijs ponatur ad torturam, vt delicti veritas extorqueatur, *post alios Dd. Do. Antho. Blan. in rep. l. fin. ff. de quæst. D. Bruno. à Sole in consi. suo criminali. Angel. de malefi. in vers. fama publica præcedente tali delicto in tortura*, confessionatũ debet ad punctũ iuris ratificari, & sequitur delicti pœna, *Hipp. de Marsi. in pract. sua crimi. §. quoniam Landfr. de Oriano in sua praxi c. 7. de confessione, n. 7. & vlterius*, & sic habes breuiter, qualiter deueniat iudex ad delicti punitionem: qualiter puniri debet pro facti qualitate, enumerabitur infrà, *lit. P. versi. de pœnis.* ¶ Inquisitio vel accusatio, qualiter quælibet ad delictorũ vindictã & punitionẽ instituatur, notabo infrà, *lit. I. de inquisitione.* 109

Sed nota in hac materia delicti vlterius, quòd propter delictorũ enormitatẽ, grauitatẽ & frequentiam iudex aliquando possit augere 110

augere pœnam, & transgredi iura & consuetudines, *per Hipp. de Marsi. in singula. suo 244. incip. Triste illud. & ibi inuenies modificationem & declarationem faciunt addi. & gl. in Arti. 13. lib. 2. Landr. & ibi Apostilla remissiuè.* (*Sæpe etiā dignitas, nobilitas, artificij excellentia, benemerita, &c. pœnam minuunt, sæpè nobilitas auget: qua de re Geyl. d. obser. 110. ad fin. lib. 2.*) ¶ Iudex an possit pœnam augere, minuere, vel in totum remittere, Robertus *Marant. in 4. parte ordinis iudicia. in prima distinct. iud. n. 65. & 66.* enumerans ibi causas, propter quas iudex augere vel minuere possit pœnā, puta propter iuuentutem, senectutem, ebrietatem, iustum dolorē iracundiæ, fauorem, excellentiā ingenij vel suæ artis. Wann aber Vrtheil vnd Recht ergangen/ das alß dann der Richter die Straff vnd Execution deß vrtheils auch auff bitte deß Gefangenen nicht zuendern/ vnd wie er daran sündige/ vide in gloss. 3. *Arti. 69. lib. 1. Landr.* ¶ Delicta leuiora antiqua, puta decennalia, non puniuntur, *Clar. §. sent. §. vlt. quæst. 60.* Maiora vicennio saltem præscribuntur, *l. 12. C. de fals. Did. Couarr. lib. 1. c. 4. n. 3. tom. 2. l. si diutino, de pœn.* ¶ Delictum pro qualitate, à seculari & spirituali iudice puniri potest, *Marant. part. 4. dist. n. 127.*

111 Delicta ex dolo, lata culpa, leui & leuissima commissa, quando criminaliter vel ciuiliter sint punienda, nec ne, docuit idē D. Robertus *Marant. in d. 4. parte ordinis iudicia. in prima distincti. iudicio. à n. 58. vsque ad nu. 73.* de furioso, infante, dormiente, Ebrio, Hermaphrodito, & de eo cui bonis est interdictum, delinquente, dixit Marianus *Socinus in rep. l. infans, ff. ad l. Corn. de Sica. à. n. 1. vsque ad num. 15.*

112 De delictis puniendis puerorū, traditur & notatur in tit. *ext. de delictis puero.* ¶ De modò dictis & enumeratis, notauit Angelus *de Malefi. in vers. scienter dolosè, n. 6. & 7. n. 13. cum alijs sequentib.* Adiungitur comodè prædictis, de patre corrigente filium, de præceptore percutiente discipulum, an deliquisse intelligantur & puniantur, *Maria. Soci. in d. l. infans, ff. ad leg. Cor. de Sica. n. 8. de homicid. Bart. in cons. 104. incip. visis testibus.*

113 De delinquentibus in publicis certaminibus: Alß wann einer auff Fechtschulen vñ in anderen zugelassenen öffentlichen Schawspielen vnd Vbungen vmbkompt/ quid iuris sit, (*Talis nec corporali nec pecuniaria pœna puniri potest,*) vide Hipp. *de Marsi. in pract. sua crimina. §. vlterius, n. 9. fol. 106.* ¶ Delinquentes in rixa, quando nescitur cuius ictu percussus perierit, quomodo puniantur, dixit textus, *l. item Mela, ff. ad l. Aqui. Blan. in rep. l. si. ff. de quæst. mihi, n. 53. & vlterius.* ¶ In specie prædictis adde, quòd delinquens dolore iracundiæ minùs puniatur, quàm pœna ordinaria. ¶ De qua autē intelligatur iracundia: & quòd iracundiæ calore factū, possit infra triginta dies allegari, inuenies apud Decium, *ad l. quicquid calore, ff. de reg. iuris.* In flagranti delicto repertus, an condemnetur & puniatur, *Art. 55. in fin. lib. 1. Landr. & gl. 1. Art. 66. & ib. vide ad d. Art. 55. additionem vltimam lit. D.* ¶ Quando autem de flagranti seu recenti crimine quis conuincatur, vide gloss. *1. Art. 38. Weichbild, & gl. Art. 47.*

Super quibus delictis sit licitū transigere: & transigens super crimine, an fateatur delictū? Dicit, quòd non, Bruno *à Sole, in cons. suo crimina. mihi, n. 196. 197. & 198.* Et talis transactio de delicto facta, quando, qualiter, quomodo, cui & contra quos prosit, vt euitetur pœna mortis vel vulnerū, notauit pulcherrimè Ang. *de malefi. in vers. comparent d. inquisiti & quilibet eorum in termino defensionis & pro eorum defensione produxerunt instrumentum pacis, mihi, num. 4. & num. 27.* ¶ Ad maiorē declarationē huius materiæ transactionis super delictis: & in specie, an prosit contra consanguineum fortè offensum, vel contra iudicē inquirere seu punire volentē: Vide apud D. Rober. *Maran. in 6. parte ordi. iudicia. c. de inquisitione mihi, n 55. & in seq.* 114

Contra delinquentē extra territorium vel iurisdictionē, de delicto comisso nō potest procedere iudex originis vel domicilij inquisitione, *probatur per l. rescripto, §. si quis accusatorem, ff. de adul.* Imò dictante statuto, non posset operari effectū suum, pro commisso delicto extra territoriū. *tenuit Abb. in c. fi. ext. de for. compe.* ratio mouetur: quia inquisitio regulariter est prohibita, & pertinet ad vindictā publicā. Ciuitas autē originis vel domicilij non offenditur ex tali delicto, sed offensa est ciuitas vbi est delictum commissum: ergo iudex ratione originis vel domicilij, non potest inquirere de delicto extra territoriū commisso, licèt sit subditus. Hanc opinionē per alias stringentes rationes, reprobando alios in contrariū sentientes, docuit & conclusit, Hipp. *de Marsi. in repe. l. fina. mihi à n. 135. vsq. ad n. 141. ff. de iurisd. om. iud.* de aliquorum delictorum pœnis, vide gloss. *Art. 13. lib. 2. Landr.* 115

Nota: delictū commissum in conspectu iudicis adhuc sedentis pro tribunali, non exigit aliam probationem: quia de eo constat iudici vt iudici, *c. penul. 2. q. 1. Anto. delictum,* de cæteris & grauioribus cogitandis data est occasio. Ratione delicti, quatenus quis sortiatur forum, vide Art. *addi.* & *gl. 5. Arti. 25. lib. 3. Landr.* Delictorum suorum quis non debet reportare præmia, neque sentire aliquod commodū: declarat per exempla Dec. *in cons. 27. vol. 2. in fine.* De præscriptione 116

¶ De verbis *In reliquis* (*excludunt supra expressa & specificata, & similem vim habent dictiones de residuo & reliquo.*) d. Decia. *in consil.* 102. *vol.* 2. *nu.*23. ¶ De dictione *Saluo tamen*, (*restringit & limitat præcedentia.*) *num.*24. De dict. *Perpetuus, Perpetuò.* (*natura earum est, vt denotent tempus infinitum, adeò vt mens testatoris extendatur vltra quartum gradum, vel saltem debet extendi vsque ad centum annos.*) *idem Decia. cons.* 103. *vol.*2. *num.* 39. Dictio *Perinde*, est nota siue dictio improprietatis, *l. sed si lege, vers. Perinde, & ibi Ange. ff. de petit. hæred. gloss. in l.* 1. *ff. de receptat.* ¶ De dictionibus *Fortè, Fortassis*, &c. vide D. And. *Tiraq. in* 10. *limitatione ad regulam.* Cessante causa cessat effectus, *in reg. iur. fallent.*

145 Dictio *Donec*, includit dispositionem conditionalem, *Decia. in causa prohibitæ alienationis, donec fuerit maior* 25. *annis, in cons.* 9. *vol.* 3. *n.*18. ¶ De dict. *Aliquod*, puta, per præmissa nolumus aliquod generari alicui præiudicium: illam dictionem verificari etiam in minimo, dixit Decia. *in cons.* 40. *volum.* 3. *num.* 34.

Dignitas quot modis sumatur, (*Vel pro bona fama simpliciter, vel pro officio quod dignitatem annexam habet, vel deniq; pro qualitate alicui inhærente per quã differt à plebeijs,*) vide apud Iohannem *de Platea in l. 1. in 1. col. C. de dignitatibus lib. 12.* & ibi, in quibus dignitas & nobilitas conueniant, (*Idem esse docet Plat. dignitatis vocabulo in tertio significatu accepto,*) vel non, & ibi quoque Bartolus: de eius materia sunt elegantissima apud Conradum *Lagum, in sua methodo iuris ciuilis c. 19. de priuata dignitate.* ¶ Personæ exercentes Artes vilissimas, ad dignitates non admittuntur: & quæ sint illæ artes vilissimæ, (*Pistores, custodes portarum, vendentes ad mensurã sal oleum & fructus & similia: item vsurarij, & qui pecunia corpus suum periculo exponunt,*) enumerantur per Ioan. *de Platea in l. ne quis C. de dignit. lib. 12. & in l. maximarum C. de excusa. mune. lib. 10.* ¶ Et nota, dignitatis priuilegium durat, etiam finita dignitate: *Dd. in c. sedes Apostolica de rescrip.* pro quo facit gloss. *in c. accedens 50. distinct.* quæ singulariter dicit: quòd licèt Clericus sit degradatus, tamen non potest percuti: & percutiens eum incidit in Canonem: *facit text. in l. fin. in vers. non esse torquendum in memoriam pristinæ dignitatis, ff. de decurio.* 175

Et quia contrariorum est eadem disciplina, *Inst. de his qui sunt sui vel alie. iuris*, (atque potest dici, *iuncto textu c. constituit 17 q. 4. qua voluit*, quòd infamia remaneat apud infamẽ, extincta causa infamiæ) ideò etiã potest dici: Iudæus, licèt effectus est Christianus, tamẽ non potest esse testis contra Christianũ: *Lud. Rom. in singula. suo 697. incip. Veniamus ad lucrum panis, prædicta dicit & ampliauit, Hippo. de Marsi. in singula. suis incip. Priuilegium, & in singula. 179. incip. Viget communiter statutum. Inuenies pulcherrimas declarationes apud Andr. Tyraq. in decima quinta limitatione ad regulam: cessante causa cessat effectus, in fallen. reg. iuris in gloss. l. fina. ff. de decu. & ex notatis Tyraquil. in fin. nota honestè dignitas sic finita, aliàs secus.* 176

177 Nota. Dignitas etiam quæsita propter meritum, quæsita vxori, durat, etiam mortuo viro & propter dignitatem: quæ non debet torqueri, *de hu Hippo. in d. sing. 197. incip. viget.* ¶ De dignitate populi, vide And. *Siculum Barba. in proœmio Clemen. in 2. lectura in 8. col. cum sequentibus, & per eundem in 3. col. in fin.* de Episcopali dignitate dicentem: quòd dignitas Episcopalis dicatur maior cæteris dignitatibus vel ordinibus: Imò dicatur culmen dignitatis.

178 Quando autem appellatione dignitatis veniat dignitas Episcopalis. & quòd propter dignitatem, Episcopi accusati non debeant stare coram cognitore, *vide in loco citato.* ¶ Et de dignitate doctorali, multa bona dicit D. Siculus *Barba. in d. prob. Clemen. secundæ lecturæ, §. salutem versi. ego autem tanti doctoris col. 25.* Item, *vide D. Matthe. Matthe. in singula. suo 56. qui ibi singula.* an Doctor propter dignitatem possit torqueri: & commendationem doctoralis dignitatis, inuenies apud Hipp. *de Marsi. in practica sua crim. §. expedita, num. 27. Bart. in l. 1. C. de aduo. diuers. iud. VVesenb. in par. de quæst. nu. 10. Tyraq. in tr. de pœn. cons. 31. n. 16.*

179 Mulier quomodo constituatur in dignitate viri, qualiter eius dignitatem retineat, amittat. (*Quàm diu in matrimonio eius est, vel etiã vidua honestè viuit,*) forum eius sortiatur & similiter amittat. vide tex. *& ibi Ioan. de Platea in l. dignitates, C. de dignitatibus lib. 12. & in l. mulierum C. de incolis lib. 10.* Sed mulier, quæ duplicem consequitur dignitatem, à progenie suorum agnatorum & à marito: honoratur & denominatur, in quo præualet, (*Et ideò si filia regis nubat comiti, nihilominus debet appellari regalis, & in mensa præponi alijs comitissis,*) notauit d. Ioan. *de Platea in l. 1. pen. C. de digni. lib. 12. & quædam Guido in consi. suo 217. num. 5. & 6.*

180 De dignitatũ gradibus seruandis, consuluit multa Decian. *in consi. 21. vol. 1. consi. 7. & consi. 19. vol. 3. notaui plura infrà in litera S. versi. de sessione.* ¶ Dignitatem omnem excludit reatus, *l. 1. C. vbi Senat. vel Clariss. vide Franc. de Plat. in l. Medicos, C. de professor. lib. 10. VVesenb. in parat. de quæst. n. 10.*

181 Dignitates omnes processêre à Principe: Carol. Tapia. *in rubr. de const. Princ. c. 4. n. 6.* Quibus conferendæ, remiss. *n. 9.* ¶ Maior in ordine, præfertur antiquiori in tempore, *Hier. Laur. decis. 12. n. 4.* ¶ Non est nouum, vt licèt aliquis sit dignitate maior, administrationem tamen minorem habeat, *Schrad. l. vn. n. 59. de cond. ex l. fol. 412.* ¶ Personæ illustres quæ? Et *ibi*, qua dignitate fulgeant præfecti vrbis, quæstores, consules, senatores, consiliarij Principis & Dd. qui ¶ Nobilis quæ? *ibid. c. 67.* Itẽ, quæ grauis, & honesta, *c. 69.* quæ itẽ vulgaris, *c. 71.* quæ egregia, *c. 70.* Fœmina honestè viuens, æquiparatur personæ egregiæ, *Pruck. l. in multis de sta. hom. p. 2. art. 12.*

Contra leues & suspectas personas, leuiores probationes admittuntur: sicut èccontra cõtra graues, graues probationes, *Seraph. pri. 33. n. 78.* ¶ Viri, quibus vxores dominantur, sunt contemtibiles: & habentur pro vilibus & abiectis personis, *Tyraq. in prin. ll. connub. gl. 1. p. 1. n. 19. alleg. Alex. consi. 150. & plures ibi. plura. de mulier. dominat.* ¶ Vilis non est, qui pauper est: dummodò bonis sit præditus moribus, honestæ vitæ, & ingenuis nat' parentibus, *Geyl. lib. 2. obs. 95. n. 19. ibid.* de indigno marito. ¶ De histrionibus, Mimis, & Præpigiatoribus, *Ioh. Saresber. de nugis Curial. & vestig. Philos. lib. 1. c. 8.* ¶ Fœminæ ad dignitates non aspirant: sed fruuntur alterius, vt puta patris, vel mariti, *Pruck. l. in multis, de statu hom. p. 1. membr. 3. art. 8.* 182

Dignitas quid sit, & eius acceptiones, *vide latiss. per Ioh. de Plat. post. Br. in l. 1. C. de consul. lib. 12.* ¶ Digniora debent esse priora, *l. 1. ff. de stat. hominum, §. fin. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. l. 1. & 2. de Alb. scrib. c. solitæ de maior. & obed.* ¶ A digniori debet fieri denominatio, *l. cum in diuersis de relig. & sumpt. fun. Inst. de v. obl in pr. Gl. in l. 1. in pr. ff. eod. in verb. stipul. l. 2. in pr. de statu hominum, Quæ iura ad hoc allegat. Alex. in d. l. 1. de v. obl. super gl. in verb. stipulatio, vide latiss. D. Ias. in l. imperium in 3. col. vbi per illum tex. hoc notat, & multa cumulat.* ¶ Dignitates duodecim liberant à patria potestate, *vide per Ioh. de Pla. in l. fin. C. de cons. lib. 12. & clariùs per eundem in l. fin. C. de Decur. lib. 10.* ¶ In maiori dignitate cõstitutus, plùs puniendus, *l. presbyteri C. de Epis. & Cler. l. quædam delicta, de pœn.* ¶ Dignum magis, trahit ad se minùs dignũ, *l. si quis sciens, C. de rei vend. l. quæritur, de stat. hominum, c. in dubijs, de consi. Eccl. & alt. l. si communẽ fundum, quemadmodum seruit. amitt. c. sacris de sepul. l. ea quæ religiosis de rei vend. vide in verb. Mixtum.* ¶ De omnibus dignitatum nominibus in Ecclesia Dei, *vide c. Cler. 21. dist.* ¶ In dignitate existẽtes torqueri non debent, *l. omnes, & ibi Br. not. C. de Decur. lib. 10.* A dignitatibus repelluntur Coloni, Clerici, Negociatores, Artifices, *vide Ioha. de Plat. in l. Colonos nulla C. de agr. & cens. lib. 11. vbi iura allegat.* 183 184

De Diebus.

NOta vnam pulcerrimã & vtilem quæstionẽ: an videlicet liceat in diebus festiuis studere, docere, addiscere, legere vel scribere: motã, disputatã & decisam ab Aluaro. *in præludijs feudorum col. 1. vers. horu itaq. consuetudinem*, legendo ibi inuenies vtilissima & lectione digna, (*Et ibi tandem concludit, licere: quanquam alij distinguunt, an faciat hoc causa lucri, vt aduocatus, cui id licitum non est: an* 185

causa

causa inuestigandæ veritatis, & licitum esse dicit, modò vitentur concursus solennes.)

185 Dies vnus datur pro 20. millibus passuum, & duo pro 21. millibus passuū, *Seb. Med. reg. 5. lim. 18. fol. 222.* ¶ Dies inceptus habetur pro completo, etiā in minima hora, præsertim in fauorabilibus, *Sed. Med. d. lo. lim. 19.* ¶ Aurora an sit dies, vel nox. *Fœm. de moni. temp. c. 24. n. 16.* vbi aliquæ opiniones, *& n. 17.* vbi illatio: Si dicatur factū inter diem & noctē, intelligitur factum de die: nam hoc in dubio præsumitur, *n. 18. & 19.*

186 Dies incipit in medio noctis, *l. more Romano. ff. de ferijs,* vbi latiss. Ias. Materiā diei tractat: vide gl. plenā, *in c. 1. de cons. dist. 3. & c. 2. de ferijs in verb. prius incipere.* ¶ Quot dies annus habeat, (& quid de bissexto,) vide pulcram gl. *in l. 4. §. minorem, de minor. vid. Soc. in d. l. 1. §. 1. de v. obl.* & habet dies 365. *l. ita vulneratus ad l. Aq. l. cum hæres, §. Stichum de statut. lib.* De hoc itē, & quot dies mensis habeat, vide Aluar. *in c. 1. in 3. col. quo tempore Miles.* ¶ De multiplici die, naturali, artificiali, cōuentionali, & ecclesiastica: vide latiss. Ias. *in l. more.* Et de naturali, & artificiali, vid. Car. *in l. 1. §. qui præsens, fol. 30. de v. obl.* ¶ Dies critici qui sint, vide gl. *in l. Cretio. C. de iur. delib.*

187 Dies interpellat pro homine, *c. petiuit, de loc. l. magnam C. de cont. & committ. stip. l. 2. C. de iur. Emphyt. vbi latiss. Mod.* ¶ In primis horis diei, ingenium acutius est, *gl. in verb. indefesso C. de iust. Cod. confir. l. 2. ff. de L. R. I.* ¶ Pro vno die 20. miliaria debent cōputari, *l. scire oportet, §. aliud, de excus. tut. vid. Pet. in tit. qualiter feud. negl. de perd. in fin.* ¶ Quid autē sit miliariū, & quale spaciū faciat vnū: & quid, si dietæ sunt integræ, & vnde debeat incipi mensurari, & per quam viam, *vide Br. in l. 1. ff. si quis cautio.*

188 Si statutū punit delinquentē, de die tali, non habet locū in delinquente in nocte sequente illius diei: quia propriè non dicitur dies, *ita consuluit Frid. de senis cons. 43. tale factū Can. in c. consuluit, de off. del. vid. Goz. in l. omnes populi lect. 25. in 6. q. pr. de Iust. & Iur.* ¶ Serò & manè quando dicatur, *vide Br. in l. qui duos de man. test.* & an de manè dicatur dies vel nox, *vide Br. in l. 1. C. de custod. reor. n. 2.* Albescente serò, an attribuatur diei, *vide Apost. ad Paul. de Cast. in l. non minorem C. de transact.* ¶ De serò delinquens, non dicitur de nocte deliquisse, *vide Bonif. de Vitell. in tit. quid sit accusatio, fol. 31. col. 2.* ¶ Nox quando dicatur esse, vt sciatur, quando delictū sit comissum, an in die, vel in nocte, *vid. Abb. in c. si perfodiens, de homi. vide in verb. tempus.*

189 In computatione temporis limitati à iure, sufficit tangere vltimū diem: & annorū computatione, vltimū annū attigisse, *l. anniculus, vbi gl. de v. sig.* ¶ Interdū de momento in momentū, vt in præscript. 30. annorum quærimus, *l. in omnib. ff. de act. & obl.* Item de restitutione in integrū, *l. deniq. §. minorem, de Minor. vbi gl.* ¶ Dies receptæ citationis, & dies quo appellatū fuit, in termino non computatur, *ita vide Apost. in l. scire, §. aliud de exc. tut.* & regulariter, quando alicui præfigitur tempus limitatū, dies quo ad notitiā alicuius peruenit, in tempore non cōputatur. ¶ Qui diebus nundinarū promisit, ante vltimum diem conueniri non potest, *l. eum qui certarum, de v. obl.* ¶ An dies termini computetur in termino, *vide Ias. in l. 1. in 4. col. si quis cautio.* ¶ Dies pauci dicuntur, *50. c. si qua fœmina dist. 30. q. 1. Si quis inuentus.* ¶ An tantū valeat actum de nocte, quantū de die, *vide Br. in l. non minorē C. de transact.* an sentētia, aut contractus de nocte factus valeat, *vide ibi Paul. de Castr.*

De Dilationibus.

CONdemnatus ad soluendum aliquam quantitatē, quando petit dilationē ad soluendum? videtur approbare illā sententiam, per quā est condemnatus, & renunciare appellationi, *l. ad solutionem C. de re iudica.* 190 ¶ Et pro ampliatione nota: quòd etiā habeat locum, quādo procurator, & non dominus, petijt prædictā dilationē, *Hipp. de Marsi. in sing. suo 186. incip. Tu scis.* ¶ De dilationibus in materia deducendæ probationis, quæ sit à iure statuta, *(Tempus dilationis probatoriæ, iure constitutum est, trium sex vel nouem mensium: plerumq. tamen arbitrio iudicis permittitur. Quod & Camera seruat: ita tamen, vt æqualitas inter actorē & reum hoc petentem seruetur. Cùm tamen testes ad perpetuam rei memoriam examinari committuntur, ad reducendā nullitatē dilatio certa non solet dari, Geyl. 1. obs. pract. 94. n. 3.)* quot concedantur, *(Regulariter dilatio omnis peremptoria est, vt hic & tradit: Mynsi. cent. 1. obs. 71. & Geyl. 1. obs. pract. 91. n. 1. Declaratur hæc regula vera esse in dilatione probatoria: secus est in alijs dilationibus & terminis iudicij à iure præfixis, quæ prorogari possunt, dummodò petatur prorogatio ante terminum lapsum: nam si is lapsus sit, prorogari non potest, sed nouus terminus petendus est, Geyl. d. obs. 91. n. 20. & 21. Limitatur autem hæc conclusio, à Geyl d. loco. & à Mynsi. cent. 1. obs. 70. 71. 72. 73. modis seqq. Primò, si iustum impedimentum sine culpa petentis inopinatè emergat, etiā secūda & tertia & quarta dilatio dari potest. Declaratur: vt nō aliter secunda & tertia dilatio detur, quā cum communi cognitione: ideoq. nunquā pro tribunali dātur in Camera. Declaratur secundò vt de impedimento doceatur, per literas commissarij, vel alios modos: quanquam & iuramento doceri potest, & interdùm ea res solo iudicis arbitrio & cognitione expeditur. Declaratur tertiò, vt quarta dilatio non detur, nisi cum solennitate legali, hoc est, iuramento petentis, &c. Declaratur quartò, ad iuramentum hoc non*

ſufficere generale mandatum: qua in re etſi contraria Cameræ Imperialis præiudicia extent, ſententiam tamen hanc, velut æquiorem, ſuo tempore ſemper ſecutam eſſe ait Mynſing. & ita Cameram obſeruare Geyl. quoq; aſſerit. Declaratur quintò: Primam, ſecundam & tertiam dilationem prorogari non poſſe, quartã tamẽ poſſe prorogari, ſed cum eadem ſolennitate legali, Geyl. Declaratur ſextò: Mortuo principali poſt præſtitũ iuramentũ, hæredi non datur prorogatio, nec quinta, ſed noua dilatio, & quidem citra ſolennitatem iuramenti. Secunda limitatio principalis, ſi facto iudicis aut aduerſarij, intra dilationem conceſſam probatio impleri non poßit, datur, vt Mynſi. loquitur obſ. 71. cent. 1. non noua dilatio, ſed ſuppletio prioris, ſeu vt Geyl. reintegratur prima dilatio. Tertiò limit. in Conſiſtorio principis dilationes peremptorias non eſſe. Quartò limit. in articulo incidenti vel emergenti, puta ſi quippiam addiderit libello actor, aut noua emergat exceptio. Quintò: Si nouæ ſuperuenerint litiganti probationes, idq; iuramento aſſerat, dilatio ad eas faciendas danda erit, Mynſing. obſer. 71. cent. 1.) & qualiter tam de iure ciuili, quàm de Iure Saxonico, nota. per tex. *gl. & Dd. in l. 1. de dilationibus, & in c. in cauſas & vltra tertiam ext. de teſtibus, Art. 62. lib. 1. Landrecht. Et ibi pulcherrimè facit addi. latina lit. F.*

191 Nota, quælibet dilatio data ad probandum, eſt peremptoria, *l. oratione, & l. pecuniarijs ff. de ferijs, c. cauſam de proba.* ¶ Propter quas cauſas autem, & cum qua ſolennitate poſsit concedi alia dilatio, vide Art. *7. lib. 2. Landr. Et vide Dd. in locis ſuprà allegatis, verſ. de termini lapſu, & notaui aliqua ſuprà in hac litera D. verſ. de deliberationibus ante litis ingreſſum reo concedendis. vide Geyl. lib. 1. obſ. 40.* Dilationes neceſſarias, non ſuperuacuas, debet iudex dare vtriq; part. *l. 2. C. vt intra cert. temp.*

192 In tantum etiam poteſt iudex dare dilationem, quòd concedit vltra tempus ſtatutarium, intra quod cauſa debebat finiri & terminari, puta: quia volens producere allegauit, quòd teſtes producendi ſint in longinquis partibus: ita dixerunt Dy. & Cy. *quos refert Bald. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſa. tuto. quod dicit Bal. eſſe notatu dignum, Paul. de Caſtr. in l. interdum in prin. ff. de interd.* ſed Alex. *de Imo. in l. 1. in prin. vlt. col. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* dicit, quòd poſsit iſta dilatio concedi cum cõminatione, ſiquidem defecerit in probatione, quòd mulctabit ipſum: & ipſo poſtea non probante, poterit ipſum mulctare, Hip. *de Marſi. in ſing. ſuo 384. incip. dixi, &c.*

193 Ibi dicit, quòd etiam contra faciens compromiſſo poſsit à iudice mulctari: ad hunc verſ. referenda eſt diſtinctio dilationũ, quã notauit ſingulariter Zaſius, *in l. interdum, ff. de verb. obl.* dicens, quòd legales dilationes conſtituantur in duplici differentia, aliæ ſint legales inuentione vel conſtitutione, quas ipſa lex præfigit & ſtatuit: & iſtas dilationes ex cauſa poteſt iudex prorogare vel coarctare, quæ declarantur, *in l. 2. ff. de re iud.* ibi videndum, quòd prorogat vel coarctat pro cauſæ qualitate, pro quantitate, vel perſonarum obſequio vel contumacia.

Sic habes, quid iudici ſit conſiderandũ: 194
adde, quæ ibi notant doctores: & facit ad hæc, *l. ſi debitori, ff. de iud.* quæ vult, quòd debitori confitenti debitũ detur dilatio modici temporis, h. e. decem dierum, vel quod poſt condemnationẽ reis indultũ eſt, *habetur in l. promiſſor, Stich. §. ſi ſine, ff. de conſt. pecu. in gl. in l. eum qui Calendis, §. quoties, ff. de verb. oblig.* ſed an danda ſit iſta dilatio, cauſâ humanitatis vel miſerationis damnato indulta, de quo conſtat, quòd ſtatim poſsit ſoluere? Reſpondetur, quòd ſic. Et ſi non poſsit terminus in totum tolli, tamẽ poſsit minui, *Roma. in ſing. 464. & pign. in addi.* & ibi datur bona, tanquã naturales, & cum quo naturalia ſunt immutabilia, *§. ſed naturalia inſt. de iure natu. gen. & ciuili.*

De dilatione ad acceptandũ beneficiũ 195
Eccleſiaſticũ alicui collatũ, à tempore vocationis, notitiæ, vel ceſſantis impedimenti, numerandâ, vide tex. *gl. & Dd. in c. ſi Clericus de præbendis in 6. in Cle. 1. de conceß. præb. & in ſimilibus.* ¶ Nota, ad quartam dilationẽ non requiri ſpeciale mandatũ, ſed ſufficere generale: quod tamẽ hodie æquiùs obſeruari, animaduertiſſe dicit Mynſi. *in obſ. 70. cent. 1.*

De hac materia dilationis, vide aliqua 196
ibidem, *in obſer. ſequenti, & in obſ. 72. & 73.* vbi notatur, quòd cum ſolennitate iuramenti quarta dilatio concedatur, & nulla amplius quòd ſit danda, & de hæredib. quatenus concedatur, vide Geyl. *in lib. 1. obſ. obſer. 91.* & ibi de dilationibus in criminalib⁹, quòd actori duæ, reo tres dilationes cõcedi ſolẽt.

De dilatione moratoria, *Coler. p. 1. c. 4. n.* 197
14. de proceß. execut. ibi. quòd non cõpetat fideiuſſori: nam adhuc infra eam poteſt conueniri. ¶ De dilatione & traditione, quando incõmoda pariant, *Marſ. de bannit. verb. nocturno tempore, n. 11. 12. & ſeqq.*

Dilatio quælibet ad probandũ data, eſt 198
peremptoria, licèt non addatur peremptoriè, *Br. in l. fin. de ferijs, in pr. vide infr. in verb. probatio, & in verb. Teſtis.* ¶ Dilatio nunquã debet ad id dari, ad quod quis debet eſſe inſtruct⁹, *l. ſi quando C. de dilat. c. literæ, ext. eod. c. literæ, de præſumpt.* ¶ Et ergo procuratori dilatio non debet dari ad producendũ mandatũ: ſed reus debet abſolui, & ipſe cõdemnari in expẽſis: idẽ in actore, qui libellũ domi reliquiſſet. ¶ Finita cauſa dilationis, finitur dilatio, *l. ſi quis hæres ita ſcriptus, de acq. hæred.* ¶ Quando dilatio octo dierũ datur parti, ad aliquid faciendũ, ſi hoc vult facere vltimo die, nõ tenetur

netur facere citare partem aduersam: quia vltima dies termini est nota aduersario, *ita Br. in l. 2. in 1. not. C. de Temp. appell.*

Aduocati absentia vel impedimentum, est causa iusta, cur parti dilatio danda est: & hoc, si impedimentum est breue. ¶ Item si parti denegatur dilatio, ad quęrendum aduocatũ, habet ex hoc iustam appellandi causam, *vide de his infr. in verb. Doctor. vers. aduocatus.*

De Disiunctiuis & alternatiuis.

199 Disiunctiuæ alteram partem esse veram sufficit, & hæc est eius natura, *l. si ita quis stipulatus, de verb. obl. l. si hæredi plures, ff. de cond. inst. gl. in l. 1. in fin. C. de S. S. Eccles. in verb. Articulus, Br. in l. 1. §. initium, de post. gl. in l. Sancimus, C. de S. S. Eccl.* De Disiunctiua, *vide plura per Ioh. Fab. in pr. Inst. de iur. person. & rotundum text. in l. si ita, de Aur. & arg. leg.* ¶ Alternatiuæ siue disiunctiuæ natura est, inter diuersa poni, *l. si is qui ducenta, §. vtrum, de Reb. dub. ita Soc. in l. 1. §. 1. in fin. ibi circa secundam difficultatem, de v. obl.* ita arguunt Moder. Ferr. *in l. 1. de iurisd. om. iud.* volentes ostendere, aliud esse ius dicentẽ, & iudicem: & licèt in l. vel statuto, duo synomina per, vel, coniungantur, tamen per hoc non dicitur superflua, *vide Curt. cons. 5. fol. 72. col. 2.* ¶ In alternatiua semper vtrumq; est in obligatione, vnum tantùm in solutione, *l. si illud, de const. pec. l. si duo de v. obl. & l. vbi autem, §. qui illud, aut illud, eod. tt.* Sed quando alterum definit esse in rerum natura, alterum statim & purè debetur, *l. 3. §. qui Stichum aut Pamphilum, de eo, quod cert. loc. & d. l. si duo.* ¶ In alternatiuâ summarum inspicimus id, quod minus est: in alternatiua temporis id, quod maius est & longius, *l. si ita stipulatus fuero, de verb. oblig.*

200 In alternatiuis electio est debitoris, & rei, *l. plerunq;. §. fin. vbi gl. not. & plures concordantias allegat, de iur. dot. l. eum qui certarum, in fin. de v. oblig. vide Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, fol. 113. fa. 2. de v. obl.* Hoc est verum, quando plures res alternatiuè sunt promissæ, vel debitæ: sed quando plura remedia, vel actiones competunt, electio est actoris, non rei, *l. 3. §. Sceuola, eo quod cert. loc. l. quod in hæredem, §. eligere, de Tribu. l. cum filius, §. varijs, ff. de leg. 2. l. 1. C. de furt. vide Br. in l. vbi pactum in 3. col. C. de Transact.* ¶ Et quando in alternatiuis, electio rei, vel actoris est, *vide pulcrè Br. distinguentem in d. l. stipulationes in 7. q. in fin. ff. de verb. obl. & Petr. de Bellapert. in n. 6. vbi hoc plenè tractat.*

201 Hoc tamen intellige, quòd reus vel promissor habet eligere, si promisit Stichum aut Pamphilum, quem soluat, quamdiu ambo viuunt: Si autem alter decessit, extinguitur electio: alioquin esset in arbitrio eius, an debeat, dum non vult viuum præstare, quem solum debet, altero mortuo, *l. 2. §. qui Stichum. ff. de eo quod cert. loc.* Hinc etiam dicimus. Si quis ita stipulatus fuerit, decem aut quinq; dabis, tantùm quinq; debentur: & si intra Kal. Ianua. vel Febr. promittas, Kalend. Feb. dicitur promisisse, *l. si ita stipulatus fuero, de verb. obl.* Quia ex quo electio est debitoris, *d. l. plerũq;*, Lex præsumit, quòd velit in minori summa obligari, *per l. cum de indebiti, de probat.* ¶ Hinc etiam dicimus, quòd contractus non potest remitti, in arbitrium vel voluntatem promissoris, *l. quòd sæpè, §. 1. de contrah. empt. & l. stipulatio non valet, de v. obl.* Nam lex præsumit, quòd stipulatio vel contractus esset ludibrio: quia præsumitur, quòd promissor nunquam velit obligari, vel soluere, *d. l. si ita stipulatus fuero, de v. obl. Hanc rationem ponit Br. in l. si Titius, de verb. obl. vide Soc. & alios in l. si quis arbitratu, de v. obl.*

Disiunctiua interdum pro copula ponitur, & econtra, *l. sæpe de V. S. l. cum quidam, C. de V. S. Br. in l. 1. de Reb. dub. Alex. in l. 1. de iurisd. om. iud. l. 2. ff. ad l. Aq. ibi quadrupedem, vel pecudem, vid. Br. in l. stipulationes non diuiduntur, in 7. q. ibi adiungit conuenientias, de verb. oblig.* 202
¶ Alternatiua quando ponitur, inter genus & speciem, vel inter totum & partem, resoluitur in copulam, *l. sæpe, vers. & quod dicimus, de v. sig. l. quæsitum in fin. de Aur. & arg. leg. Br. in l. 1. de Reb. dub. Landfr. in c. quoniam contra falsam, in 3. col. de prob.* An autem semper hoc casu pro coniuncta accipiatur, *videatur Br. in l. pediculis, §. argento, ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Si in qualibet parte alternatiuè mens testatoris non verificatur, tunc disiunctiua accipitur pro coniuncta: *Lex est singularis vnam solam concordantiam habens, secundùm Br. ibi in l. Lucius, ff. de hær. inst.*

Disiunctiua si ponitur inter personas, ponitur pro Et, vt: ille vel ille mihi hæres esto, ille vel ille tutor sit, illi vel illi lego, illum vel illum liberum esse volo: ibi pro Et apertiss. ponitur, vt ambo veniant ad hæreditatem, legatum, tutelam, libertatem. Si vero ponitur inter res, tunc vna tantùm debetur, & hęres habet electionem, vt: illam aut illam rem illi do, *ita est pulcerrimus tex. in l. cum quidam, C. de V. S.* Sed contra hoc opponitur *d. l. si quis ita, de Aur. & arg. leg.* vbi, siue, disiunctiua ponitur inter res, & tamen vtraque debetur, secundùm casum huius l. Dic quod interest inter, seu, siue, & aut & vel. Quia, aut & vel, sunt propriæ & simplices disiunctiuæ. Siue & seu, sunt non simplices. Ergo inter res positæ etiam copulatiuè exponuntur, *ita vide Br. in d. l. si quis ita.* ¶ Disiunctiua interdum est ordinis, & non semper in ea sufficit, alteram partem esse veram, *Br. in l. 4. §. ait prætor, de damn. infect.* 203

¶ Alternatiua interdum ponitur expositiuè pro, Id est, *vide Franc. Curt. in conf.5.fol.72. col.3.* ¶ Alternatiua posita inter genus & speciem, resoluitur in dictionem, Id est, *gl. 1. & ibi Br. & Dd. in l. vbi pactum, C. de Transaction. l. 2. & ibi gl. in verb. quadrupedem, ff. ad l. Aq. vide Br. vbi supr. hoc declarantem, & plenius Br. in l. si qui §. vtrum, de Reb. dub.*

De Diuinatione.

204 Diuinare nemo potest, nec licet, *l. si putator, ff. ad l. Aq. l. si fideiussor, §. si cum debitor, ff. Mand. c. vt nostrum, vt Eccles. benef. l. iubemus in fin. de Test. gl. in Auth. de nup. §. 2. in verb. formidauerunt.* ¶ Ego adduco pulcrum tex. *in l. fin. C. de contr. empt.* qui dicit, impossibile per diuinationem scire posse. Interdum propter textuum contrarietatem oportet, vt diuinemus, *ita dicit Br. in l. Marcellus in 2. col. in 4. solut. ff. de fideiuss.* ¶ Diuinatores vel astrologi vltore gladio sunt puniendi, *l. item apud Labeonem, §. si quis Astrologus, de iniur. l. nemo. C. de Mathem.*

De Dispensatione.

205 Dispensatio, dicitur seueritatis & excessuum mitigatio & remissio, *facit c. at si Clerici, de iud. vide Bl. in Extravag. de pac. const. in verb. dispensationem,* & ibi dicit: Quòd iura ciuilia rarò dispensationē admittant. ¶ Dispensatio contra ius naturale non admittitur. *gl. Rub. 13. dist.*

Papa in multis non dispensat, *c. sunt quidam 25. q. 1.* ¶ Differentiam inter dispensationem, & legitimationem, *vide Dec. cons. 264. vol. 2. Reuocatur in dubium.* ¶ An dispensatio porrigatur extra terirtorium, *vide Dec. cons. 217. vol. 2 pulcrum est dubium.*

De Diligentia.

206 QVando communitas tenetur aliquod maleficium inquirere: persequi malefactores, & eos capere, quomodo possit diligentiam suam probare, & negligenriam excusare, quò minus teneatur: consuluit Bart. *in consi. suo 120. incip. chariβime Domine in 2. col. in fine.* Et diligentia alicui non debet esse damnosa. exemplum ponitur de agricultore, *in l. fi. C. de allu. & in l. pe. C. de agro deser. lib. 11.*

207 & secundùm ista dicit Sylua. *in consi. 99. lib. 2. numer. 7.* quòd propter meliorationem & diligentiam, conductor non grauetur ad maiorem pensionem. vide. Promittens aliquid curaturum & facturum in tertia persona, non tenetur vltra suam diligentiam: Schneideuui. *in tit. de actio. §. in personam, nume. 44. Abbas & alij Dd. in c. gemma de sponsalibus. textus est in l. si vehenda, §. penul. ff. ad l. Rhodiam de iact.*

De dispositione extendenda, restringenda vel interpretanda.

DIspositio facta de personis & bonis validis, quatenus propter eorum defectum vel non existentiā extendatur ad minùs habiles vel valida, notauit eleganter Hippo. *de Marsi. in repe. Rub. ff. de fideiuss. mihi num. 194.* vbi ponit quæstionem de generali obligatione: an veniant bona in illa, quæ aliàs non venirent, si alia haberet? Decidit, quòd sic, per aliquas notabiles rationes. *Num. 196.* quærit de spurijs filijs, an non existentibus legitimis & naturalibus liberis, trahatur dispositio ad illos. vlteriùs quærit & decidit, quid in debito legato non existente, prout est legatum, puta, de puro, an ei succedat conditionale vel in diē. De carceratis relaxandis & pignoribus capiendis, *vide ibidem num. 201. & 207.* sunt notatu dignissima. 208

Dispositio facta super Moneta, in dubio intelligitur de moneta vsuali in loco vbi fit dispositio, *Alexan. de Imo. in consi. 104. incip. quod statutum loquens, &c. in 1. vol. per c. maiores de baptis. &c. ad audientiam.* ¶ Item dispositio facta de dandis fideiussoribus, & de distribuendis Eleemosynis pauperibus: videtur in dubio disposita de hominibus istius loci, vbi dispositio est facta, & non de forensibus: *dictus Hippo. de Marsi. in d. repe. Rub. ff. de fideiuss. quæstione 34. num. 262. cum sequentibus.* Petrus de Rauenna. *in Aureo suo Alphabeto in litera N. vers. Naturalis causa,* dicit, quòd dispositio in dubio nunquā sic sit interpretanda, vt reddatur nulla: *secundùm Barto. l. cum senatus, ff. de reb. dub. & in l. si vir vxori, ff. pro dona.* 209

De extensionibus, ex identitate rationis in correctorijs, fauorabilib. vel pijs causis: & in legibus, cōstitutionibus vel statutis: fiendis, vel non, inuenies apud Petrum de Rauen. *in suo Alphabe. litera E. vers. Extensio leuiùs tamen.* ¶ De cuiuslibet dispositionis extensione, restrictione vel interpretatione, in dubijs vel obscuris, vide apud Dyn. *c. contra eum de reg. iuris in 6.* ¶ In specie dispositio testatoris facta in vno casu, an porrigatur ad aliū, ex tacita & verisimili mente testatoris, *vide quæ habentur in l. fina. C. de Inst. & subsli. sub cond. fac. & in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posthu.* Affirmat & intelligi vult, esse verum, quando tractetur de rebus, secus quando personis, *Aretin. in l. Gallus, §. Et quid si: ff. de lib. & posthumis. Hippo. de Marsi. in singula. suo 499. incipien. licèt dispositio.* 210

Pro disposito etiam, & in dispositione cōprehenso habetur, quòd testator verisimiliter disposuisset: si de eo cogitasset, vel admonit⁹ fuisset, præsertim si hoc ex aliquo in dispositione colligi vel suaderi possit, *gl. & Dd. in l. tale* 211

tale pactum, §. vlt. ff. de pactis, Menochius consi. 14. vol. 1. num. 12. Bal. in l. 1. C. quæ res pigno. ob. non pos. ¶ In dispositionibus & contractibus etiam id attenditur, quod fieri solet: & est validum argumentum in iure à Solitis, *l. illud, & ibi Barto. ff. de eximi. pulcherrimè declarat per exempla Hippo. de Marsi. in singula. 495 incip. in contractib.* Et sumenda est illa interpretatio, qua excluditur fraus: *l. 1. & l. nihil interest ff. ad S.C. Macedo.* & illa interpretatio probari debet, qua neutra partiũ fraudari debet: *l. 3 §. 1. ff. de arbi.* Et est capienda illa, quæ à sapientibus reprehendi non potest: *l. Saluius Aristo. ff. de lega. præstand.* Et illa interpretatio laudari, quæ æquitatem sapit: *l. in his, ff. de condi. & demon.* & demũ illa est recipiẽda, qua cõstet nihil frustra actum fuisse, *l. si quando in prin. ff. de lega. 1. consuluit Menochius in consi. 14. vol. 1. num. 10.*

212 Nota dictum singulare: qui non possunt disponere, non possunt pœnam adijcere dispositioni: *habetur in l. serui, ff. ad l. falci.* ¶ Aliud notabile: Ex dispositionibus priuatiuis, non resultat habitus: *l. ex facto. ff. de hære. Instit.* resultat affirmatio. *l. Titia, § fina. ff. de manumis. testa. declarat Paul. in consi. 307. incip. considerandũ est in 2 col. 1. in fi.* Sed dispositio, quę habet clausulam suam specificam & determinatã, non sufficit, & tollitur per generalem. *Bal. in l. 1. C. de legi. hære. in singula. suis in verbo statutum 19.* De dispositione hominis, interpretanda ita quòd censeatur reuocata, consuluit Menochius *in consi. 113. vol. 2 per totum.*

213 Dispositio in vita: iste terminus an intelligatur etiam de testamento, codicillis, donatione causa mortis, & mortis capione? quod non: *Raud. de analog. lib. 1. c. 27. n. 1. & seq.* ¶ Dispositio quæ fauorabilis, quæ odiosa; item quæ concernat publicum, quæ priuatum fauorem, *remiss. Daniel Moller. lib. 3. semestr. c. 23. nu. 5. in fi.*

De Diuiduo & Indiuiduo.

214 MVlta de Indiuiduo axiomata, vide in Seb. *Med. reg. 5. lim. 42. fol. 229.* ¶ Super re diuidua, sententia potest ferri contra aliquos, ex pluribus conuentis simul & semel: & quò ad alios non. *Capyc. dec. 8.* ¶ Conuenti plures, inter quos sit aliquis foro priuilegiatus, in causa diuidua, prout est hypothecaria: tenentur comparere citati, omissis priuilegiatis in foro suo, *Capyc. decis. 173.*

De Diuisionibus.

215 DIuisio est, vel totius in partes, vel generis in species fissio: vt res de qua est quæstio, faciliùs atq; certiùs intelligatur. Ecclesia quando & quatenus, vel à quo poterit ad diuisionem prouocari, vel ipsa poterit prouocare, (*Bald. in d. l. iubemus. la 2. n. 11. sic distinguit: aut loquimur de diuisione facti (puta vt agri colendi inter colonos diuidantur.) vel fructuum, & ista potest fieri: aut loquimur de diuisione dominij, & tunc refert: aut ecclesia prouocatur ad diuisionem, & tenet diuisio, quia est necessaria: aut prouocat alium, tunc aut pro vtilitate Ecclesiæ, & potest fieri diuisio: aliàs secus.*) & quomodo fiat, cũ sit quasi alienatio, (*Seruanda est in diuisione eadem forma, quæ seruatur in alia alienatione, de qua supra lit. A. aliàs non tenet diuisio.*) & quæ censeatur Ecclesiæ vtilis, (*Si Ecclesia socium habet rixosum: hic enim inquietando eam ad diuisionem prouocare censetur.*) *vide per Bald. in l. iubemus in vers. secundò nota, C. de S.S. Ecclesiis.* ¶ Hæreditas, quòd inter liberos duos vel tres saltem (*trium mentionem Mynsing. non facit. & qui sequitur iuris Saxon. text. (art. 29. & gl. Lat. lit. d. & apostilla gl. German. 6. lit. A.*) *non admittunt: sed, si plures sint quàm duo, officio iudicis diuisionem fieri volunt. Weichbild tamen hîc allegatum, & Schurff. consf. 71. cent. 1. trium mentionem faciunt.*) existentes sic diuidatur. maior vt diuidat, minor vel iunior vt eligat, (*Hæc sententia inueteratâ consuetudine in hisce regionib. passim obseruatur, quam & domini in iudicando approbarunt, inquit Mynsing. cum quo consentit Geyl. 2. obs. pract. 116. n. 14. vbi dicit: ex Generali quadam Germaniæ & in Camerâ approbatâ consuetudine ita receptum est: ijdem tamen contrariam sententiam iure communi, (ciuili nimirum, nam de Canonico prior illa communis est, Mynst. teste) magis communem esse testantur.*) notauit & declarauit (*Modò à diuisione illa fratris natu maioris absit dolus & captio insidiosa.*) Mynsing. *in obseruatio 37. cent. 4.* (*Text. est de iure Saxonico art. 29. ibi : Wo zween Mann ein Erbe nehmen sollen, da soll der Elteste theilen, vnd der Iüngst soll kiesen: lib. 3. Landrecht.*) Extenditur iste text. Iuris Saxonici ad diuisionem Geradæ & rerum expeditoriarum. *Weichbild, Arti. 25. in gloss. & Arti. 26. in tex. ibi: Wo aber zween Mann oder drey zu einem Erbe gehören, oder Hergewette theilen sollen: da mag der Iüngste kiesen, der Eltest aber nimbt das Schwerd zuuor:*

Item ad fœm. ex identitate rationis, prout 216
cum alijs demonstrat, *dict. Constit. Saxo.* sic, quòd fœmina diuidat sine distinctione ætatis: & ibidem notatur, quòd eiusmodi eligendi modus non transmittatur ad hæredẽ, sed morte iunioris expiret: & qualiter aliàs tollatur, dicit Const. *in Arti. 15. parte 3.* & ad diuisionẽ feudi, (*in qua non requiritur domini consensus.*) *addit. ad d. Artic. 29. latina, litera B. & C.*

Sin plures sint liberi, quàm duo, diuidant per sortem, *l. fina. in prin. C. commu. de lega. & refert se additio latina lit. D. ad communem patriæ consuetudinem.*

Et fiat diuisio casu necessitatis, officio iu- 217
dicis ad hoc interueniente: cuius officiũ est, pro-

prouidere, vt æqualitas seruetur, *§. si familiæ Inst. de offi. iudi.* ¶ Quomodo diuisio fiat inter filium præmortui fratris senioris & patruum, (*Patruus diuidit, senioris præmortui filius eligit,*) & quando minor (*minorem 25. annis intelligi: qui prouocari ad diuisionem potest, prouocare non potest, nisi euidens eius ex eâ re vtilitas sit.*) maiorem possit prouocare ad diuisionem, *vide d. addi. latina litera D. ad d. Arti. 29. lib. 3. Landrecht.* Et de hac diuisione inter fratres fienda, *vide elegans cons. 71. cent. 1. Schurffi.* deq; rerum mobilium, immobilium & nominum diuisione fienda, vide text. *& ibi Ioan. de Platea in l. 2. C. quan. & quibus qua. pars debe. lib. 10.*

218 De facienda concordia, de specie non recipiente diuisionem, (*Ob ea quæ commodè diuidi non possunt, adiudicationes inuentæ sunt: vt videlicet iudex vni rem integram addicat, eundemq; in certam pecuniam alteri soluendam condemnet.*) vide glossam *vltimam d. Arti. 29. & facit, §. si familiæ hercifcundæ: Abbatem & alios in c. 1. ext. de parochijs. Ferrarien. in sua pract. super forma libelli, de hæreditate vel re singulari diuidenda: & ibi quoq; vide de re singul. diuidenda: pro qua competit iudicium communi diuidundo, ibi in verbis communiter & pro indiuiso inuenies differentiam iudicij familiæ hercifcundæ: & Aret. in d. §. si familiæ Insti. de offi. iudi. faciunt quoq; lit. ff. & C. communi diuidun.* ¶ In diuisione enormiter læsi, possunt rescissionem ipsius diuisionis petere: non solùm si priuatim inter socios, sed etiam si arbitro dato diuisio celebrata sit, *l. si soror, 8. C. de collat. l. 3. C. commu. vtriusq; iud. Schurff. cons. 28. n. 9. cent. 1.*

219 Inter fratres habentes communes boues & terras, quarum vnus fortè laborauit, alter non: quomodo diuidantur fructus prouenientes: & quæ deducantur, *notat Barto. in cons. suo 186 incip. Cuchiarellus & Venantius, vol. 1.*

220 (*vbi docet operarum rationem habendã,*) ¶ In interdicto, vti possidetis, quando duo simili testimonio & actione vtuntur vel experiuntur, ipsis æquè res erit diuidenda, olim de Iure Saxonico per sortilegium, quod hodie est prohibitum, *tex. addi. & gloss. Arti. 21. lib. 3. Landr.* Sed qualiter diuidant, vide nota. *ad l. sed cum ambo, ff. de iudiijs & in l. 1. C. commun. de lega. cum similibus, cogitari potest de alijs.* ¶ Quando pluribus ius hauriendi aquam simul conceditur, ille haustus debet diuidi inter eos pro modo & arbitrio iudicis, *probat tex. iuncta theo. Bart. in l. si quis in vlt. respon. C. de aquæ ductu, lib. 11. Corse. in singula. sua in verbo. Aqua.*

221 Nota: Diuisio paterna inter filios facta seruanda: nisi sit læsio legitimæ, tunc enim vsq; ad illam reuocatur, *Geylius in obserua. 116. lib. 2. obserua. Cam. Impe.* Et tandem de diuisione seruanda, præsertim inter fratres, de vtilitatibus & incommoditatibus eius, & alia multa bona de ista diuisionis materia, *inuenies apud Decia. in consi, 15. vol. 1.* De paterna diuisione à liberis seruanda deq; eius effectib. *idem Decian. in consi. 41. vol. 1. n. 152.*

Fœmina habet electionem in diuisione: *Pruck. l. in multis de sta. hom. p. 2. art. 23. fol. 277.* ¶ Diuisio vbi commodè fieri non potest; tunc deueniendum est ad licitationem: in qua obtinet is, qui habet maiorem partem, offerendo preciũ æquale, quod pars aduersa obtulit. *Capyc. decis. 36.* ibid. plura hoc casu de licitatione. 222

Diuisione facta domus vel alterius rei, si socij discrepant inter se circa electionem vnius eiusdemq; partis, qui habet aliam domum vel rem contiguam illi parti, debet obtinere, *Capyc. decis. 42.*

Vt res non recipit diuisionem, vt gradus, & portæ seruientes ad plures domos, ita nec recipit licitationem, *Capyc. decis. 63.* 223
¶ Diuisio facta per arbitros extraiudicialiter per errorem iuris in bonis alterius, non valet, nec præbet iustam caussam præscribendi: secus, si iudicialiter, *Caualc. decis. 27. in iudic.* Imò potest retractari, non obstante laudo, iuramento, præscriptione, & titulo pro hærede aut possessore & sic titulo putatiuo, *dec. 28* nec obstante longinquitate temporis, propter errorem iuris resistentis, *dec. 30* aliâs in contractibus. ¶ Bona inter socios communia, qua forma diuidantur, *Menoch lib. 2 cent. 2. c. 123.* ¶ Diuisio partiũ esse quæ debeat inter socios, & si vnus plus altero in societatẽ cõtulit, *Menoc. lib. 2. cent. 2. c. 125.*

Lucri diuisio, qualis fieri debeat inter patrem & filiũ, cùm ex paternis pecunijs filius negociatus est, *Menoch. ibid. c. 126.* ¶ In diuisione bonorũ, quas impensas repetat frater, qui cũ fratre in cõmunione stetit, *ibid. c. 127.* ¶ De diuisione aquæ ductus, & pascuorum. *Menoch c. 128. & lib 2. cent. 3 c. 245. Thes. decis. 71. & 72.* ¶ De pascuis & iure pascendi, tã lege iuris cõmunis quàm ratione seruitutis constituto: *Couar. pract. quæst c. 37.* ¶ Pascuorum publicorũ solita merces facilè non augenda, *l. 1. C. de pasc. publ. vbi Platea.* 224

Iudex ex officio ad euitandas rixas diuidere potest, *Asin. de exec. §. 3. c. 130.* ¶ Licèt testator disposuerit quòd hæredes permaneãt in cõmunione rerum, potest tamen ab altero eorũ peti diuisio causa subsistente, *Viuius dec. 294. lib. 2* ¶ De diuisione bonorũ paternorũ inter fratres, sorte vel iudicis officio expedienda, *Viu. decis. 437. lib. 3.* ¶ De diuisione societatis, *infr. verb. Societ.* ¶ Diuisio societatis quando facta præsumatur, *Meno. lib. 3. præs. 60.* ¶ Diuisio, facta inter fratrẽ ætate minorẽ & maiorẽ, præsumitur facta prouocãte ipso maiore, *Menoch. ibid. præs. 61.* ¶ An is, qui primò possedit partẽ indiuisam, si posteà nanciscatur totũ, dicatur nouus possessor, *Mod. Pist. part. 3. quæst. 111.* 225

De

De Diuisione feudi aliqua.

226 DIuisio feudi fit simili modo (*non requiritur consensus superioris in diuisione feudi, Cæterùm in feudalibus quoque , maiorem natu diuidere , minorem eligere posse , tradidit VVesenb. in paratit. ff. tit. fam. erciſc. num. 6. fac. gl. Lehnrecht, cap. 32.*) sicuti diuisio hæreditatis, *addi. latin. lit. C. ad Artic. 29. lib. 3. Landrecht. Per ea quæ habentur in c. 1. de alien. feudi paterni. Vid. Schrad. p. 8. c. 2. nu. 30. & seqq.* vbi dicit: quòd posſit fieri diuisio inuito Domino. ¶ In diuisione hæreditatis , vtrum sorte res expedienda sit: an verò antiquior frater diuidere debeat, minor eligere? vide VVesenb. *in parat. fam. erciſc. n. 6. Cuiac. lib. 13. obser. 24. Sarmient. in tr. de red. Ecclesiar. par. 3. c. 4. n. 11. Mynsing. cent. 4. obs. 37. Geyl. lib. 2. obseru. 116. n. 14. Guid. Pap. decis. 289. Schurff. cons. 71. cent. 1. Const. Elect. 3. part. art. 15. Coler. de processſ. execut. 1. par. c. 3. n. 40. Landrecht, lib. 3. art. 29.*

Et quòd quis posſit vocari ad diuisionem feudi , *dicit tex. in tit. de notis feudo. in vsibus feudo. §. item sciendum.* Sed quæ feuda & quando posſint diuidi, vel non, *docuit Alex. de Imo. in cons. 6. vol. 5.* sed censetur in dubio, diuisio saltem facta respectu culturæ & fructuum, remanente simultanea inuestitura & infeudatione communi , quæ propriè non dicitur diuisio, Bart. *in l. Cai. Seius. ff. de legatis 2.*

227 Et ideò etiam dicunt D d. quòd de iure communi per eiusmodi diuisionem non alienetur natura feudi , sed retineat naturam suam feudalem. *Aluaro. in c. satis bene de prohi. feud. alie. per Lotha. & sic per prædicta consuluit Henning. Gôden. in consi. suo 21. num. 4. de succeſsione feudi.* Similiter , licèt sit facta diuisio bonorum feudalium paternorum, post simultaneam inuestituram , succedunt fratres fratri , vel vlteriores ex linea masculina descendentes , quamuis non fuerint iterum reinuestiti , *c. 1. §. his deficientibus , de succeſ. fratrum, & c. 1. in verſ. patruum. De natura succeſsionis feud.* ¶ Secus de Iure Saxonico.
228 Nach welchem Sächsischen Lehnrecht / die gesambte Hand durch die theilung der Güter / also wird gebrochen / das sie von newem müssen belehnd / vnd wieder versamblet werden : wo dasselbige nit geschicht / vorlediget sich das Lehn nach eins fall an den Lehnherrn / vnd nicht an den Bruder oder Agnaten / *text. & gloſſ. c. 32. Sechsisch Lehnrecht. Vide Hartm. Pist. l. 19. & 20. in cons. Lipsens. n. 29.* Concordat faciendo hoc casu differentiam inter ius ciuile & Saxonicum , *Schurff. in cons. suo 99. cent. 1. facit constit. Elect. Sax. in Arti. 45. verſ. gleicher gestalt, par. 42. sed prædicti capituli 32. conatur facere declarationem Henning. Gôden in d. consil. 21. de succeſ. feudi.* Quòd istud c. intelligatur de feudo nouo, vel intelligatur de diuisione culturæ fructuum inuestituræ & infeudationis simul, der Text sagt / wollen sie sich aber darnach scheiden mit dem Gute / ibi nota , quòd dicat de diuiſ. ipsorum bonorum.

Et tandem de feudi diuisione fienda, & 229
post diuisionem de seruitijs præstandis domino feudi, & tandem de feudi diuisione , *vide bona ad d. c. 32. Lehnrecht. In gloſſ. apostillis.* Est quoque circa hanc materiam obseruandum, licèt in diuisione bonorum sufficiat vnum ex socijs prouocare , *l. fina. C. comm. diui. & toto tit. ff. commu. diui.* attamen in diuisione bonorum feudalium secus est. Quia non sufficit prouocatio vnius Vasalli, sed debent omnes conuasalli conuenire & concordare: aliàs non potest fieri diuisio, *sic Hippo. de Marsi. in sing. suo 9. incip. nemo cogitur per text. quem reputat ad hoc vnicum & singu. in cap. Imperialem , §. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Feder. in verb. si consortes voluerint.*

Contrariam tamen sententiam, ex causis 230
& rationibus , in casibus , affirmauit Alex. *de Imo. in cons. 7. vol. 5. per totum. d. c. præterea, & habetur elegans consilium Schurffii 27. cent. 2.* & de diuisione fraterna feudi, consuluit VVesenbec. *in consi. 68. parte 2.* Vt de diuisione appareat, vel bona quòd præsumantur pro diuisis esse poſſessa , quantum tempus (*Decennij tempus requirit Decian. & Mynsing. cent. 4. obser. 37.*) & quæ requirantur (*Requiritur habilitas personarum & rerum : vt videlicet cadat in ijs diuisio, vt fructus separatim sint percepti , vt onera separatim sint soluta.*) vt probentur, consuluit Decianus *in cons. 73. vol. 2. num. 29.*

Feuda, dignitates, Marchionatus, Comi- 231
tatus, Ducatus indiuidua sunt. *Seb. Med. reg. 5. lim. 42. fol. 230. verſ. septimo feuda , vbi limit.* ¶ Regnum in seipsum diuisum desolatur , *vide in hanc sententiam Aureã Bullam Carol. IIII. Anno 1386. editam. in princip. der Reichsabschiede.* ¶ Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ , & Marchionatus Brandeburg. sunt indiuidua vigore aureæ Bullæ Carol. IV. *tit. 24. fol. 7. in fi.*

De Diuortijs.

DIuortia fieri dupliciter, dicit Abbas *in* 232
Rub. ad tit. de diuortijs ext. Welche Vrsachen aber gentzlichen eine Ehe scheiden / oder aber alleine vom Bette / hastu eine schöne glossam, darinnen sie declariert werden / *gloſſ. 1. Arti. 27. lib. 3. Sechsisch Landrecht. Vide D d. ad titu. de diuortijs,* Kling. *in tractatu suo matrimoniali,* ponit quatuor causas, *cum d. gl d. Arti. 27.* & declarat quãlibet causam in specie. 1. Fieri dicit propter adulteriũ. 2. Propter infidelitatẽ. 3. Propter impotentiã coëundi. 4. Propter cõtinuas insidias cõiugis. 5. Addit Kling. secundũ nostri tẽporis Theologos, desertionẽ.

Sed

233 Sed iure facto diuortio, quæritur, quæ bona conſequatur mulier ex bonis mariti? Et reſpond. Dotalitium, Vtenſilia Gerade/ Comeſtibilia Müſſtheil/ Dotem vel donationẽ propter nuptias, *Arti.74. lib.3. Landrecht.* Niſi diuortium cauſetur ex cauſa adulterij: iſto enim caſu nequaquam dotem poſſet lucrari, ſed etiam omnia perdit, quæ ex bonis mariti poſſet percipere: *facit addit. latina litera B. ad d. Arti.74. lib.3. Landrecht.*

234 Sunt hæc notanda de amittendis bonis ob adulterium, quæ notauit Ange. *de maleſi. in verſ. Che hai adulterato. mihi nu.25.* quærens, An mulier propter adulterium perdat dotem, & paraphernalia, *& vide conſ. Paul.Caſtr. 129. incip. Hæc mulier. Et Hippo. de Marſi. in ſingula. ſuo 234. incip. Paria delicta.* Eleganter conſuluit Mynſi. *in reſponſo 1. Decadis 1;* benè ob adulterium fieri diuortium: & quòd perdatur lucrum dotis & donationis propter nuptias, non tantùm ob adulterium, ſed etiam propter præludia adulterij: *num. 35.* ſecus in paraphernalibus: illa enim etiam in iſto caſu remanere mulieri voluit, *num. 43.*

235 Nota: diuortia non debent fieri, niſi cum iudicio Eccleſiæ, *c. porrò ext. de diuortijs.* intelligitur de diuortio perpetuo: Sed diuortium temporale (*poteſt fieri ſine iudicio Eccleſiæ*) quando & qualiter fiendum, vt valeat: & dos an ſit reſtituenda, conſuluit Decian. *in conſil 33. volu.2. vide ibi intellectum d. c. porrò de diuortijs.* ¶ Sed qualiter de iſta infirmitate, propter quam temporale diuortium fiat, ſit probandum: nempè coniecturis, per Medicos, obſtetrices, & ſeniores matronas, *vide ibi in d. conſil. num. 5.* Et ibi quærit, an vxor teneatur ſequi virum leproſum, (*non cogitur invita ei cohabitare, ſed continentiam ſeruare*) *text. eſt in c. 1. De coniug. leproſo.*

236 De diuortijs vide, quæ habet Monticulus, *§. nuptiæ Inſt. de patr. poteſt, n. 29. & mult. ſeqq.* ¶ Coniugum vno adulterium committente, pars innocens etiam invitâ & nolente alterâ, tranſitum ad religionem facere poteſt: nec adulteratæ perſonæ, alij nubendi facultas datur. *Viuius deciſ.448. lib.3.*

De Doctoribus.

237 DOctor, ſingulari reſcripto principis, gradu & Doctoris dignitate inſignitur: (Bullatum vocant) is æquè Doctorum priuilegijs, ac qui à facultate aliqua in Academia talis renunciatus eſt, gaudere debet, *§. reſponſa, Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. §. poſt ſunt maxima &c. verſ. vt obiter, in l. 2. de orig. iur. Eberhard. Speckh. cent.1.q. 26. Matth. Coler. de proceſſ. Exec. par.2.c.3. n.129. in prin. & Socin. in reg. fall. cum ampl. reg. 36. incip. Doctoratus. Caſſ. de gloſſ. Mund. par. 10. conc.31.* ¶ Doctor iuris repræhendi non poteſt, quòd varia interdum reſpondet: vide Alciat. *in l. natura cauillationis, de V. S. Cuiac. lib. 2. obſeru. 37. & lib. 1. obſer. 1.* ¶ Doctor iuris Canonici præferendus eſt Doctori iuris Ciuilis, *Caſſ. de glo. Mundi part. 10. conſid. 17.* Bonus tamen legiſta præferendus eſt Doctorello ignaro Canonum. ¶ Doctores iuris ciuilis ſunt multũ honorandi: quia ſunt ad aliorum eruditionem, *c. cum ſuper ſpecula, de Magiſt. Caſſan. de gl. Mundi. par. 10. con.24.* Magnifici etiam viri appellari debent: quia & ſic verſantes Magnificos viros appellat *Ariſt.4. Eth. text. in prima conſtitut. C. §. 1. & in proœm. Inſt. §. cumq́.* Iudex tenetur Doctores ad ſe venientes ſalutare, & inuitare ad ſedendum, *l. fin. & ibi gl. in verb. honoratis, C. de off. diuerſ. iud. Caſſ. par. 10. conſid. 40.*

Doctores iuris non debent fratres appel- 238
lari, ſed Domini, *l.2. C. de off. diu. iud.* & ſunt Nobiles, *l. prouidendum, C. de poſtul.* ¶ Iuris Ciuilis ſapientia eſt res ſanctiſsima, *l.1. §.5. de extraord. cogn.* neceſſaria, laudabilis, *l. 4. C. de aduoc. diu. iud.* honoris plena, *arg. l.6. C de poſtuland.* ſana Philoſophia, vera, non ſimulata, *l. 1. §. 1. de iuſt. & iur. VVeſenb. in par. de extraord. cognit.*

De multis Doctorum priuilegijs, vide 239
Barto. *in addi. l. ſiue proponit. C. de dignit. lib. 12. & Matth. de Matthes. in ſingula. ſuo 59.* & inter alia ibi inuenies, doctor an poſsit torqueri. Sed quòd non poſsit torqueri, & eius commendationem, vide apud Hippo. *de Marſi. in practica ſua criminali, §. expedita, mihi num. 27. Sed vltra omnes inuenies plurima doctorum priuilegia, num.83. cumulata & conſcripta per Andr. Siculum Barba. in proœmio Clemen. 2. lecturæ, §. ſalutem mihi, col.25. verſic. Ego autem tanti doctoris, & per eundem in 1. lectura Prophe. Ele. in 2. col. videbis de Doctore legum ignaro & Doctorello.*

Doctor, quis & qualiter habeat immuni- 240
tatem ab oneribus & collectis: & vnus alteri quando præferatur, *habetur conſ. D. Laurentij Sylua.88, incipien. Item Plato.* Nota: doctor nihilominus debet habere ſuum ſalarium, etiamſi peregrinetur: ſi fiat cum licentia: vel tempore vacationis, etiam ſine licentia, *Lud. Roma. in ſingu. ſuo 453. incip. Doctor & ibi addi.* Et nota, quòd doctor poteſt caſtigare diſcipulum ſuum admodum plebeium, *l. ſi quacunq. §. fina. ff. ad l. Aqui.* Doctor ſcholari ſuſpectus, quòd poſsit recuſari, ne intret examen, *notauit Antho. Corſe. in ſing. verbo ſuſpicio.* De domo Docto. publicè legentis notaui, *infrà in hoc lit. verſ. de domo in fine.*

Baccalaureus in altero iurium, præfertur 241
Doctori ſeu Magiſtro artium, *ut habetur in cõcordatis initis inter Papam & Regem Galliæ, in tit. de collat. §. qua vero Caſſanæ, de gl. mundi, cõſid. 34.* ¶ Doctor cogi poteſt ad conſilium dandum, *vid. l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iud. & Gothofr. ad l.156. de R.D.*

Doctor

242 Doctor assumendus ad dignitatē seu officium, vtrum sit reexaminandus, *Viuius decis. 270. lib. 2.* ¶ Doctor iuuenis, quando sit præferendus seni. Et quomodo probetur, quis sit magis doctus, & quot testes requirantur: & quomodo probetur Doctoratus: & quis possit doctorari: & vtrū teneatur Doctor hospitari, *Viuius decis. 162. lib. 1.* ¶ Filij doctorū de collegio debent gratis doctorari, *Viuius decis. 159. lib. 1.* ¶ Doctor bullatus nō gaudet priuilegijs Doctoris ritè promoti, & quæ ad hoc requirātur, & quomodo Doctoratus probetur, *Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 129.* ¶ Doctores in docendo non debent esse difficiles, & sese ostentare: in hanc sent. *Raud. de analog. c. 4. n. 18. & 20.*

243 Doctoratus generaliter conferri debet ei, qui est sufficiens: fallit, nisi esset præstantis ingenij: itē, quando notoriè est doctus, sine examine promoueri potest, *Med. de R. iur. reg. 1. n. 26 & n. 36.* ¶ Doctor, Licentiatus, Baccalaure⁹: hæ verborū conceptiones, parum à doctis æstimantur. Iuris, & rerū cognitio, itemq; cordata verborū copia hominem cōmendat apud doctum, non inanis titulus Doctoris: cùm passim reperiantur plures Doctores, qui docendi sint, quā scholastici qui docere possint, *Iohan. Garsia, de expens. c. 4. n. 6.*

244 De Doctore sine ll. *vide Caualc. in decis p. 2. dec. 20. n. 26. & Marsi. d. lo. verb. commiss. n. 56. & seqq. Neuiz. in Sylua nupt. lib. 5. n. 40. fol. mihi 461. Knich. in priu. Duc. Sax. fol. 14. & fol. 17. & fol. 102.* ¶ Doctoris gradū facilè quis petere non debet, *Papiens. in praxi. in præfat. inf.* ¶ Quales Doctores & viri ad officia hodiè promoueantur, *Knich. in priu. Duc. Saxo.* in discursu præmisso de nostri æui iuridicina, *fol. 13. in pr. & fol. 14.* ¶ Doctor Doctori quando præferendus, *Caualc. p. 2. decis. 20. n. 26.* ¶ Doctor restitutus ad ius Collegij, non censetur restitutus ad locum ab alijs Doctoribus occupatū, quibus propter absentiam ius fuit quæsitum, *Hier. Zaur. decis. 12. nu. 3. Knich. d. l. fol. 19.* ¶ Iureconsultus quis? *Pruck. tr. de reg. §. soluta potestas. c. 1. nu. 8. vsq; ad 16.* ¶ Papiensis, *in sua prax. in præf. sub finem*: nescio consulere alicui personæ, nisi forsitan Clerico, aut magno diuiti, quòd in huiusmodi scientiā gradū Doctoratus ascendat. Gradus enim iste redigit hominē de libertate in seruitutē: cum sumtu etiā magno quæritur, & anxietate tenetur.

245 Doctor propter delictū, Doctoratu potest priuari, *Raud. de analog. c. 37. n. 2.* Sicut miles exautorari. Institutus sub hac conditione, si Doctor erit, & Doctoratū exercuerit legendo, vel practicādo, an priuetur, si neutrū, vel alterutrū in non impleuerit, *Raud. c. 37. per totum,* & quid, si alleget imbecillitatē capitis, aut aliud impedimentū, *ibid.* de cōditione, si studuerit, *c. 37. n. 88. 89, 90.* & conditione, qui primus fuerit Doctor, *n. 91.* ¶ De dolore iusto: Iustū dolorem reprimere perdifficile, & nociuum, *Georg. Lorich in compen. repressaliarum, fol. 17. n. 107. & seqq.* vbi ad hoc multa similia: & eius ratio magna semper habetur, *ibid. & seqq.*

Doctoratus est dignitas, *vide Ias. in l. 2. ff. quod quisq; iur. vide Abb. in c. Clerici, de iud. Br. in l. omnes C. de decur. lib. 10. & in l. fin. C. de Testa. militis, Alex. in cons. 18. vol. 1. in verb. fin.* ¶ Doctoris insignia sunt Cathedra, Berretū, Liber, Annulus, Osculū, *gl. in Clem. 1. de magist. in verb. insignia doctoratus.* ¶ Doctorū priuilegia decē, habes per *Ang. in §. item, Rom. inst. de excus. tutor. n. 52. fol. 53.* ¶ De illis Doctorum priuilegijs, *vide per Alex. multa per multas columnas, in l. Centurio, de vulg. & pup. & in l. moribus,* . *& prius, eod. tt.* ¶ Berretū Doctoribus imponitur in signū honoris, tanquam vincentibus in certamine, *Br. in l. Athletæ, de excus. tut. & in Rub. de Athletis lib. 10. C.* 246

Doctor discipulos habens doctiores, alijs præstantior & maior habetur, *§. non igitur, in Auth. de defens. ciuit.* ¶ Varia de scholaribus, & DD. *vide apud Br. in l. 1. C. de dign. lib. 12. in vna additione.* ¶ Legum Doctores, iam præceptores, iam ll. periti, iam magistri in iure, appellantur, *Ioh. de Plat. in l. Medicus, C. de profess. & medic.* ¶ Gerens se pro Doctore, cùm non sit, tenetur crimine falsi, *Br. in l. reddatur, C. de profess. & medic. lib. 10. per tex l. eos in fin. de fals.* ¶ Doctoris appellatione an veniat Licentiatus? Dic, quòd in fauorabilibus: secus in odiosis. *Hæc est communis secundùm Alex. in l. mulier quæ, §. 1. ad Trebell. & idē remissiuè in l. si donatione, C. de coll.* ¶ Doctores durius aliquando repræhendere licitū est, si sint in manifesto & inexcusato errore, per text. *l. possideri, §. genera, vbi Zas. de acq. poss.* vbi Paul. dicit, ineptissimum esse, quod dixerat Lucius Mutius. Sic Labeo repræhendit Lubentiū, *in l. Domicius, de test.* cum dicit: aut stulta est tua quæstio, aut non intelligo quid velis. ¶ Salarium debetur Doctoribus conductis in studio, impeditis legere per casum rebellionis, *vide Dec. cons. 70.* ¶ An Doctor debeat præferri militi, *vide Dec. in c. Clerici, de Iud. vbi pulcrè, & in l. cum quid. si cert. pet.* ¶ De Doctorū præcedentia, *vid. Abb. & Dec. in d. c. Clerici, & Dec. in d. l. cum quid, aliquid per Br. & ibi adducto, Alex. in l. 1. de ob. patr. præst.* 247

Filij Doctorū in quo sint priuilegiati, *vide gl. in l. iubemus, §. pro sportulis, in verb. sumtibus, C. de adu. diuer. ind.* ¶ Quia non debent dare aliquid, cùm examinantur, & alia, *de quibus ibi.* ¶ Vxores Doctorū, ex persona maritorum Dominæ appellantur. Ergo mariti non debent eas dominas appellare, *Br. in l.* 248

donationes, quas parentes C. de donat. inter vir. & vxor. Iaſ. in l. cum filiofamilias, in 2. col. de leg. 1.
¶ Comunis opinio an ſequenda, & an ſem-
per: quando, & quando non? ¶ Doctorum
comunis opinio in iudicando, & contrahē-
do, eſt obſeruanda, l. vnica, ff. de off. quæſt. l.
Athletas, in pr. ff. de inf. Br. in l. pen. C. de pœn. iud.
qui malè iud. Bl. in c. 1. §. iudices, in 2. coll. de pac.
iur. firm. in vſib. feud. Inn. in c. ne innitare, de conſt.
l. ſi quis patremfam. ff. ad Maced. Ioh. And. & DD.
in c. 1. de conſt. Alex. in l. cum prolatis, in fin. ff. de
re iud. Iaſ. in l. 2. C. de iureiur. Idē Iaſ. in l. præ-
ſes, C. de tranſact. vbi dicit: Temerarium eſſe,
recedere ab opinione comuni, Abb. & alij
in c. tua nos, de vſur. & in c. prudentiam, ex. de off.
delegati c. 2. de cogn. ſpir. vide de hoc latiſsimè & o-
ptimè, Fel. in c. 1. n. 49. & l. & ſequens, ex. de conſt.

249 Quando neſcitur quæ ſit comunis, quid
faciendum, vide optimè, & pulcrè loquentem Io.
Baptiſ. de Cacia la. in tract. de tranſact. q. 12. col.
2. & 3. ¶ In cauſa matrimoniali verò Au-
thentici Doctoris opinio conſulentis Pro
matrimonio præualet comuni, quæ eſt con-
tra matrimonium, ita Fel. in Rubr. ext. de ſponſ.
in pen. col.

250 Si comunis opinio eſt euidenter falſa, &
poterit euidentiſsimis documentis vel rati-
onibus conuinci: tunc iudex licitè ſequitur
opinionē ſingularē contra comunem, ita
not. Ioh. And. in c. 1. ext. de conſt. Abb. in c. ex lite-
ris, de ſponſ. tex. eſt optimus in l. 1. §. ſed neq; ex mul-
titudine, C. de vet. iur. enuc. vide Corſ. in verb. Do-
ctor, & pulcrè Iaſ. in Auth. nouiſs. C. de inoff. teſt.
idem dicit Abb. in c. tua nos, de vſur. Quando
comunis iure non probatur, adde omninò
Abb, in conſ. 85. vbi dicit, quòd iudex acutiſ-
ſimi ingenij illud exiſtimabit. ¶ Præterea ſi
contraria comuni, melioribus rationibus ſit
fundata, tunc à communi recedendum eſt:
ita dicit Dominus Phil. Dec. in conſ. 284. vol. 2. &
contra communem conſuluit idem Phil. in conſ. 23.
vol. 1. quem omnino vide, vbi declarat, quando
contra communem conſulendum ſit. ¶ Item illi o-
pinioni eſt adhærendū, quæ melioribus ra-
tionibus fundatur, etiamſi Imperator ſit in
contraria opinione, vide Dec. conſ. 271. vol. 2.
& in conſ. 259. viſis his, quæ nouiſsimè.

251 Imò ſi DD. ſunt varij in aliquo iuris ar-
ticulo, ſequenda eſt humanior & æquior
opinio: ſi verò vtraq; eſt rationabilis, pluri-
morum iudicium ſequendū, ita dicit Abb. in
c. 2. de cogn. ſpir. ¶ In varietate Doctorum in
aliquo articulo, ſequenda eſt opinio ea, quæ
per diſtinctionē concordat contrarias opi-
niones: ſicut facit ICtus, in l. adeo, §. cum quis
ibi. Eſt tamen etiam media ſententia, ff. de acq.
rer. dom. Et ergo dixit gl. in l. apud antiquos, de
furt. diſtingue tempora, & cōcordabis ſcri-
pturas, vide Curc. conſ. 10. fol. 81. col. 4. vide
pulcrè ad hoc in verb. medium. Et cauſam durā
& rigoroſam, per medium dirimere ſuadet
Imp. in l. congruentius, C. de patr. pot. vide Dec.
conſ. 232. vol. 2. vid. in verb. medium, in v. cauſa.

Hic nota ſingulare dictum Ioh. de Plat. 252
in §. Reſponſa, Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. in fin.
vbi dicit, quòd imperitia præſumitur in eo,
qui ſolet nouas & inſolitas inſtituere opi-
niones: Idem voluit Iohan. Fab. in proh. inſt. de
hoc vide pulcrè Alex. in tr. de præſumpt. in reg. 2.
præſumpt. 30. col. 229. De hoc vide pulcrè, Alc. in
tract. de præſumpt. in reg. 2. præſumpt. 30. col. 229.
¶ Vnde Accurſius ll. gloſſator, rarò aliquid
dixit de ſuo capite: ſed in omnibus ſecutus
eſt opiniones antiquorum, ſecundùm Paul. de
Caſt. in Auth. ceſſante C. de leg. hær. ¶ Docto-
ris excellentis conſilium, excuſat ſuccum-
bentem, à condemnatione expenſarum, vid.
Curc. conſ. 19. fol. 94. col. 2. Petr. de Anch. in
conſ. 118. in fin. & Car. in Clem. 2. de Mag. Abb.
in c. calumniam, de pœn. Iaſ. in l. properandum, §.
ſin autem alterutra, C. de iud. Br. in l. in bonorum,
per illum tex. de bon. poſs. ¶ Conſilium eſt er-
go, vt acturus, doctum conſulat Doctorem.
nam ſi poſtea ſuccumbat, in expenſis con-
demnari non debet, vide Abb. in d. c. calumni-
am. An & quando aduocatus de ſuo tenea-
tur, vide aliqua ſupr. in verb. Bonus. vbi habes
pulcrè, quòd propter bonitatem hominis
recedimus à iure communi.

Sic etiam Doctoris Excellentis conſili- 253
um, iudicem à Syndicatu excuſat, Bl. in c. ve-
niens, de teſtib. Abb. in c. Capellanus, de Ferijs, &
in c. literis, de reſt. ſpol. & c. finem litibus, de dol.
& cont. vide etiam Curc. conſ. 19. fol. 94. col. 2.
¶ Doctor malè conſulens clientulo, tene-
tur in foro animæ, reſarcire omnia damna
& expenſas, vid. Abb. in c. fin. de iniur. Br. in l.
quod Nerua, Depoſ. vide infr. in verb. conſilium,
& apud Corſet. in verb. Doctor. ¶ Doctor qui
conſuluit in cauſa aliena, tenetur idē ſequi
in propria, arg. tex. ſecundùm Ang. ibi in l. 1.
verſ. ſi quis, quod quiſq; iur. vide ibi Mod. vbi Iaſ.
dicit, referendo Bl. quòd Doctor qui malè
conſuluit, poteſt conſiliū emendare. ¶ Do-
ctor qui ſemel ſic conſuluit, poteſt contra-
rium poſtea conſulere, ſi contrarium ſibi
videbitur iuſtius, Bl. in c. ne inuitaris, de conſt.
in vlt. col. Ang. in l. Labeo, de ſeru. vrb. prædior.
Iaſ. in l. 1. in 2. col. quod quiſq; iur. vide ſupr. in
verb. conſilium.

Doctor an in vna cauſa pro vtraq; parte 254
conſulere poſsit, vide Dec. in l. precibus, in 2.
not. C. de impub. ¶ Doctori ſine reuolutione
librorum conſulenti, an liceat ſalarium ca-
pere, vide Soc. in reg. 229. Iaſ. in §. ſed iſtæ, Inſt.
de act. Pro hoc eſt tex. in l. 1. C. de adu. diuerſ.
iud. ¶ Doctor qui aduocare non promiſit,
an in Camera conſulere poſsit, vide Br. in l.
1. §. qui poſtulare, de poſtul. ¶ Doctor Cleri-
cus, in cauſa capitali & ſanguinis conſu-
lens,

lens, an per hoc fiat irregularis, Dom. de S. Georg. voluit, quòd sic, *in c. fin. 3. dist. per c. ex literis, de exceß. prælat.* contrarium est verum, sub distinctione, quam ponit Abb. *in c. 1. de Furt. vide Alex. in consi. 193. considerātis verb. in vlt. col. Abb. in c. Clericus in 2. col. ne Cler. vel Monach. Iohan. de Ann. in c. ad audientiam, in 4. col. de homic. Bl. in Auth. habita C. ne fil. pro patre.*

255 Merus Legista, non debet se intromittere in materiam merè Canonicam, nec econtra, consulendo, quia facilè errare possent, *secundùm Bart. in l. si prius, in 11. q. vbi Apost. in verb. in messem alienā, de op. nou. nunc.* ¶ Doctor an die feriato possit consulere, *vide Goz. in l. 1. in gloss. in verb. non aliter, de off. eius.* ¶ Doctor dicta alterius sibi adscribens, vel referens de eo mentionem non faciens: fur est, *ita dicit Br. in l. non solum, §. morte in 2. col. de op. nou. nunc. vbi hoc in specie dicit Br. facit l. hæreditatum, §. qui ex hæredibus, ad l. Falc. facit l. 2. §. iuris ciuilis, de orig. iur. & Car. in l. 1. §. si quis simpliciter, fol. 60. de verb. obl.* Vbi de furto Iason loquitur, dicit se meminisse legisse, *in lo. And.* quòd magis delinquunt, qui alienas laudes surripiunt, quàm qui bona: & secundùm eum, Aret. crebrò dicebat: Turpe est silere eum, per quem profeceris.

256 Doctores effecti per corruptionem, non videntur esse Doctores, *Br. in l. Athlethæ, de excus. tut.* ¶ Doctores non debent esse Procuratores, *vide Br. in l. si quis procurationem C. de decur. lib. 10.* Procuratoris enim officium vilissimum est: item tales Doctores videntur esse infames, *secundùm Ioha. Fab. in §. præterea, Inst. de Except.*

257 Doctores iuniores viginti & quinque annis, si in iure decepti sunt, non possunt petere restitutionem in integrum: quia potest eis dici, desiderium & professio tua discrepant, Br. *in l. sed & reprobari, de Excus. tut.* vbi dicit, quòd quidam Episcopus Capuanus, redeuntes DD. de istis Partibus, secundò examinabat, & reprobabat. ¶ Pater non Doctor, debet præcedere filium Doctorem, si non est in officio publico, *l. 1. de obseq. pat. præst.* aliàs secus, *vide Soc. in l. cum quid, in 3. col. num. 18. fol. 7. si cert. pet.* ¶ Doctores minores 25. annis, an habeant iurisdictionem in scholares, secundùm dispositionē Auth. habita, C. ne filius pro patre, *vide Br. in l. 1. §. initium, de postul.* ¶ Familia potestatis non debet scrutari DD. de armis, *Br. in l. Medicos, C. de Profeß. & med. lib. 11. & in tr. de carcere, in 2. q. in fin. 1. q. pr.* ¶ Doctor vel glossa plures referens opiniones, nec eligat, quam velit sequi, in dubio præsumitur sequi vltimam, *gloss. in l. qui filium, §. Sabinus ad Trebell. vide Corset. in verb. opiniones.*

Doctor salarium debet habere, nō pro titulo dignitatis, sed pro meritis, quia benè legit, *Br. in l. 1. C. de Anno. Ciuil. lib. 11.* 258
¶ Doctoris ætas septendecim annis *Iason. in Rub. C. de Procur.* ¶ Doctoris dictum, semper debet intelligi secundùm text. quem allegat. *Br. in l. non solum, §. si liberationis verba, de lib. leg. Dec. in cons. 1. col. 4. Sal. in l. si ex cautione in 10. col. C. de non num. pec. Iason. in l. 1 in 3. col. de iurisd. omn. iud.* ¶ Doctoris dictum siue opinio, tantùm est probabilis, *gl. in l. 1. C. de leg. & in l. si de interpretatione, ff. eo. Br. in l. 1. in 3. col. si cert. pet.*

Doctor glossandi & interpretandi habet potestatem, *vide latè Iason. in l. properandum, §. siue autem, C. de iud.* ¶ Doctores an possint interpretari iura, & an responsis eorum stetur, *vide DD. in §. responsa, Institut. de iur. nat. gent. & ciu.* ¶ Doctoris dicta, licèt non necessitent ad decisionem causarum, faciunt tamen magnam præsumptionem, *Abb. in c. sicut de sent. & re iud.* ¶ Conductis DD. an salarium debetur, propter rebellionem legere impeditis, etiamsi nondum receperunt, *vide omnes in l. diem functo, de off. asseß.* ¶ Imperitia in Doctore, an sit lata culpa, vel dolus, *vide Alex. in l. 2. ff. quod quisque iur.* ¶ Doctor quando inutiliter legit scholaribus, potest reprobari, *Br. in l. Grammatica, C de profeß. lib. 10. l. vt gradatim, §. reprobari, de mun. & honor. §. iubemus, in Auth. de coll. l. sed & reprobari, de Excus. tut. c. dilectissimi, 8. q. 2.* ¶ Quia paria sunt obscurè, malè legere & non legere, *l. de ætate, §. nihil, de interrog. act.* contra hoc videtur esse l. Pomponius, *ff. de negot. gest.* vbi semel approbatus reprobari non potest. ¶ Doctor legens, propter clamorem scholarium lectionem dimittere non potest, *Alex. in Apost. ad Br. in l. 1. C. de stud. lib. vrb. Rom. lib. 11. Alex. in l. 1. sol. Matr. allegat gloss. in c. scimus 43. dist.* 259

Doctor malè legens, iniuriam facit Cathedræ, *c. multi 40. dist.* ¶ Verba docentis impunita sunt, *l. aut facta, de pœn.* ¶ Doctori maximum honorem debet discipulus, *gl. in l. libertos, ff. de obs. à lib. pat. præst.* Et debet agere gratias, non verbis tantum, sed rebus, *c. reuertimini, vbi gloss. 16. q. 1. l. Attilius Regulus, ff. de Dona.* ¶ Doctor salarium à scholaribus nō potest petere actione ex locato, propter nobile exercitium, sed actione in factum, *Br. in l. 1. si mens. fals. mod. dix.* ¶ Doctores, qui faciunt intrare scholares secundùm veritatem non studentes, sunt infames, *Br. in l. 1. C. de stud. lib. vrb. lib. 10.* ¶ An 260

Doctor possit legere per substitutũ, *vide Br. in l. nemo est, D. duob. reis.* ¶ Doctoribus maria & montes pollicentibus non est credendum, *l. non omnis in fin. vbi gloss. not. ff. de re mil.* ¶ Doctoris sententiam exequitur potestas, *gloss. in l. Episcopale, C. de Episc. & Cler.* ¶ Doctor quomodo debeat se habere erga discipulos, secundùm eorum capacitatem legendo, *vide gloss. in proœm. 6. in verb. scholaribus.*

261 Doctoris & Magistri sui dictum & sententiam discipulus debet defenderere exemplo Cassij, *in l. dicere, de Arbitr. & ibi not. Br.* eam scilicet distinguendo, & approbando. ¶ Cum doctis doctus efficieris, *l. 4. C. de ing. manum.* ¶ Doctus pro doctrina gratias primùm Deo agere debet, deinde Præceptoribus, à quibus est edoctus, *c. reuertimini 16. q. 1.* ¶ Magistri docentis officium quasi mercede connumerari debet, *l. Attilius, de don. quam alleg. Br. in l. quidam cum filium, de verb. obl. suo præceptori gratias agens.* ¶ Magistri Grammatices suis scholaribus statuta facere non possunt, *Iohan. de Plat. in §. ius autem ciuile in 2. col. de iur. nat. gent. & ciu. Br. in l. omnes populi, de iust. & iur.* vbi Goz. tamen contrarium tenuit.

262 De magistris artium liberalium habes tex. *in l. fin. C. de inoff. test.* ¶ Magister esse non potest, qui nunquam fuit discipulus, *c. miserum 61. dist.* ¶ Verbera à Magistro illata sunt impunita, *l. aut facta, de pœnis.* Dummodò sint moderata. Nam magister discipulum in doctrina elusċans, l. Aq. tenetur, *l. sed etsi, §. si Magister ad l. Aq. cum l. seq.* ¶ Doctoris seu Magistri sui dictum, discipulus defendere debet, *l. dicere, de Arbitr.* ¶ Aduocati boni consilium, in caussæ principio adhibendum, *l. si auia, C. de ing. ma.* quia tota vis causæ in libello consistit, secundùm quem sententia formatur, *l. vt fundus, C. com. diui.*

263 Aduocare, est alterius factum & desiderium in iudicio pandere, *l. 1. §. Aduocatos de va. & extra. cog.* ¶ Aduocatus, qualiter se erga aduersarium & clientulum habere debet, *vide tex. in l. quisquis, C. de postul.* ¶ Aduocatus licitè petit præmium pro consilio, etiam si sine librorum reuolutione & labore consulere potest, vt scilicèt quietis tempore præteritorum laborum fructus consequatur, *l. 1. C. de adu. diuers. iud.* ¶ Aduocatis procurare non licet: quia officium procurationis vilissimum est, *Iohan. de Plat. in l. si quis procurationem, C. de decu. lib. 10. vide supr. in ver. Doctor.* ¶ Aduocato licet vendere iustum patrocinium: non iudici iustũ iudicium, *11. q. 3. c. non licet.* ¶ Aduocatus à procuratore differt. Nam aduocatus, quæ sunt iuris, tractat: Procurator facta narrat. Item iudex infamem aduocatum repellit, etiam parte non opponente, *l. quos prohibet, de Postul. vbi gloss.* ¶ Infamis autem à procuratione non repellatur, *§. fin. Instit. de Excep.* Item procurator post litem contestatam est dominus litis, *l. post Litem, de procur.* Et sententia debet ferri in procuratorem, *vide de hoc Ias. in Rub. C. de procur.*

Aduocatus non potest esse minor decem & septem annis, *l. 1. & ibi Br. de postul.* ¶ Aduocatus tenetur esse literatus, *Br. in l. 1. §. postulare de postul.* & examinatur à DD. *l. venio C. de ad voc. diuers. iud.* Imò oportet, quòd ad quinque annos studuerit, *Br. in l. 1. §. aduocatos, de var. cog.* ¶ Aduocatus & assessor, spe præmij est inuitandus, *l. 1. C. de asseß.* & solatium habere debet, *l. diem functo, de off. aß.* ¶ Aduocatus nimium verbosus repelli potest, *gloss. in l. ex ea causa,* & bene probatur, *in l. Imperator, de Postul.* ¶ Assessor potestatis, quando teneatur de consilio, *Decia. in cons. 8. vol. 1.* 264

Aduocati absentia seu impedimentum, est iusta causa, cur parti dilatio est danda, *l. ait Prætor, ff. ex quibus caus. mai. vbi gloss. not. ita dicit Br. per illum tex. in l. sed & si vnius, §. quod autem, ff. de iniu. textus est, (qui in iudice loquitur,) vbi etiam Br. in l. si longius, ff. de iudic.* vbi dicit Br. ¶ Quando aduocatus se absentat, vel impediatur, si impedimentum est breue, tunc debet parti dari dilatio: allegat etiam tex. *l. ait prætor in fin. & ibi not. in gloss.* Si enim impedimentum non est breue, tunc curet pars de alio aduocato, *vide de hoc Repert. Bertarchini in verb. Aduocatus.* 265

Si parti denegatur dilatio ad quærendum aduocatum, potest appellare, *ita Specul. in Tit. de compa. in Termino versi, cæterum, & seq.* Hæc enim est iusta causa dandi dilationem, *ita dicit gloss. in dict. l. ait prætor, in §. fin. ff. ex quibus caus. maior.* ¶ Aduocatus, qui promisit patrocinium in causa, non tenetur pro eodẽ salario in causa Appellationis aduocare, *Alex. in cons. 238. volum. 2. n. 8.* Quia alia est causa appellationis, à principali, *vt ibi dicitur.* Et ergò post latam sententiam possum aduersario tuo in causa Appellationis patrocinium præstare, licèt in causa principali tibi aduocauerim, *ita vide ibi Alexandrum.* ¶ Præsupposita tamen contraria opinione pro vera, Quòd Aduocatus pro eodem salario in caussa Appellationis teneatur patrocinium præstare, nunquid teneatur exire prouinciam? *vide Petr. in q. 7. vbi hanc quæstionem mouet, & latè examinat.* 266

Aduocati humano generi prosunt, *l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iud.* ¶ Aduocatus 267

tus vltra centum aureos recipere non potest, *l. 1. §. si cui, de var. cogn.* & ergo non possent forsan plus accipere à sponte offerente, *l. tam collatores, §. vt autem, & ibi Ias. de Plat. C. de re milit. l. 12.* ¶ Hoc non procedit in eo, qui est aduocatus in causa capitali: quia vt agitur de salute hominis, est res inæstimabilis, *ita dicit Br. in l. si pater, in §. 1. ff. de donat.* ¶ Aduocatus præpostera Exceptione patrocinium præstans, punitur pœna vnius libræ Auri, *l. si quis, C. de Except.* ¶ Aduocatus vel procurator acta partis prodens, est infamis, *l. athletas, §. item, de infam.* & punitur extra ordinem, *l. 1. §. 1. de præuar.* ¶ Aduocatus dans consiliũ litigandi, vt lucretur, sciens causam malam, aut, per imperitiam, aut per negligentiam effecit, vt perderetur causa, tenetur de suo, *vide pulcherrimè, Abb. in c. calumniam, de pœn.* ¶ Aduocati error in allegationibus, parti non præiudicat, *ita dicit Br. in l. ornatur de Aur. & arg. leg.*

268 Aduocatum aduersæ partis vel iudicem corrumpens, perdit causam, *l. 1. C. de pœn. iud. qui malè iudicat.* ¶ Aduocatus consilium mutare potest, Imperator, *l. fin. C. de furt.* ¶ Aduocatus de quota litis pacisci non debet, *l. si qui aduocatorum, C. de postul.* ¶ Aduocato aduersus Clientem actio ex locato non competit, nec Medico contra infirmum, nec Doctori contra scholarem, & hoc propter nobile exercitium, *Br. in l. 1. si mens. fals. mod. dixer.* ¶ Aduocato salarium à principio dari debet, *gloss. est in l. venditor, §. constat comm. præd.* ¶ Qua actione salarium suum petere possit aduocatus, *Petr. in q. 6. vbi latè examinat, & in q. 46.* vbi quærit, qua actione procurator salarium suum petat. ¶ Aduocati die feriato consulere possunt, *l. Diuus Traianus, ff. de Ferijs, iuncta l. aduocati, C. de aduoc. diu. iud. & gloss. in l. Diuus.*

269 Aduocatus potest facere, pessimam causam videri bonam, *gloss. in l. quod si nolit, §. si mancipium, in verb. Medicum, de Ædil. Edict.* Non sic Medicus sanare potest mortale vulnus. ¶ Aduocatus non potest cogi, vt consulat in illa causa, in qua aduocatus est, *ita Br. in l. proxime, ff. de his quæ in Test. del.* ¶ Aduocati præsumuntur malè conscientiati, *ita dicit Bl. in l. Anastasio, C. Mandat. refert Iaso. in §. sed istæ, in 21. col. 112. Instit. de act.* ¶ Aduocatus an suæ concubinæ donare possit, *vide Br. in l. miles, de re iud. gloss. in l. 2. & ibi Br. C. de donat. inter vir. & vxorem.*

De Dolo.

270 POena ordinaria pro maleficio quòd possit imponi, regulariter requiritur in malefactore dolus, *Notant Dd. Angel. de malefi. in versi. scienter & dolosè, Paul. Castren. in consi. 193. incip. in causa incarceratorum,* & qualiter de dolo constet, *notauit Hippo. de Marsil. in repe. l. 1. C. ad l. Corne. de sica. & notaui aliqua suprà in vers. de delictis. Idem Hippo. in singu. 176. incip. voluntas & propositum.* Imò licet statutum imponit pœnam ordinariam, tamen intelligitur de dolosè committente, Decianus, *in consi. 51. volum. 3. num. 33.* vult, quòd sine dolo quis pœnam non incurrat, siue sit capitalis, seu sit pecuniaria, *allegat Bald. in l. data opera, col. 4. C. de his qui accusa. non poss.* Sed à dolo quælibet causa, etiam iniusta, nedum colorata, excusat, glossa *in l. 1. §. fina. ff. si quis ius dicen. non optem. d. Decian. in d. consi. num. 36. & in sequentibus.*

Non etiam quis incurrit periurium sine 271
dolo commissum: & euitat quis pœnam ex contrauentione, quæ sine dolo, ex simplicitate vel bona fide, in faciendo vel omittendo committitur, *Hippo. de Marsi in singul. 287. incip. Tetigi tibi. Referenda sunt ad hæc, exempla quæ refert D. Petrus Gerh. de Pet. Sancta in singula. suo. 9. incip. Tene menti.* de equo sudante ex stabulo ducto & ad palum ligato, quòd postea se incapistrauit & perijt, an teneatur Domino de equo? Et de eo, qui bona fide animo separandi se interposuit inter duos inuicem rixantes, an possit impunè occidi?

Item de soluente compeditum vel vin- 272
cula, misericordiâ ductus, & solutus aufugit, an teneatur soluens? decidit, quòd non teneantur: quia sine dolo fecerunt, ex bona fide, & misericordiâ ducti. & licitum principaliter quia aggressi sint, quod secundariò factum est illicitum, sed id attenditur, quod principaliter agitur. *si quis nec causam, ff si certum peta. declarat & limitat, Hipp. de Marsi. in practica sua crimi. §. sequitur, num. 20. cum sequentibus.* Sed in contractibus est manifestiss. iuris, quòd quando dolus dedit causam contractui bonæ fidei, quòd contractus ipso iure sit nullus, *l. eleganter, ibi Dd. ff. de dolo malo. Bart. in l. non solum, ff eo. tit.* intellige tamen de tali dolo, qui cadit in prudentem virum: nam non omnis dolus annullat contractum, *ita declarat Hipp. de Marsi. in singula. suo. 407. incip. non omnis metus.*

Dolus ne præstetur, effici pacto non po- 273
test, *l. contractus de R. I. l. 27. §. 3. de pact. l. 17. ff. commodati, l. 2. §. 7. ff. depositi.* ¶ Probari autem debet dolus ab eo, qui eum allegat, indicijs perspicuis, id est, probationibus manifestis, *l. dolum, & ibi gloss. C. de dolo, & in l. & eleganter, in fi. ff. eo.* & de doli vel fraudis probatione vel præsumptione, *vide D. Laur. Sylua. in consi. suo 94. mihi, num. 18. lib. 2.* & de proba-

probatione doli in causa fractæ pub. pacis, *vide Mynsing. in obser. 98. cent. 3.* (*Dicit, quandoq; præsumptiuè dolum probari ex qualitate & euidentia ipsius facti: vt si appareat coadunatio Armatorum, incendium pagorum, &c. quòd si probatio illa factum principale concernat, post litem contestatam reijcitur.*) Et de probatione doli & fraudis, ad oppugnandum donationem à fœmina minore factam, *vide Decianum in consi. 32. volum. 3.* ibi inuenies vtilissima, quæ fraudem & dolum arguant.

274 Actio autem de dolo regulariter cum alia non concurrit, & causa cognita saltem permittitur, *tex. gl. & Dd. inl. de dolo C. de dolo.* filio cõtra patrẽ non datur, *l. si superstite, & ibi gl. fin. C. eo.* & tandẽ de doli materia, vide notata *ad tit. C. & ff. de dolo.* sed nota, quòd dolus futurus nunquam intelligatur remissus, *l. si vnus, §. illud nulla, ff. de pactis l. conuenire, ff. de pact. dota.* & ideo etiam stante clausu. appella. remota, datur appellatio, quando apparet de dolo iudicis, *de isto vide Hippol. de Marsi. in singula. suo 259. incip. dolus.*

275 Ratio Theoricæ est, ne quis fructum consequatur suæ malignitatis, *l. penult. C. de lega.* & ideo etiam, quantum ad dolum futurum, tutori non intelligitur remissa inuentarij confectio, *tenent Dd. ad l. quidam decedens, ff. de adm. tuto. Alex. de Imo. in conf. 164. incip. præsuppono primo, volu. 4.* soluendo contraria, quòd intelligantur de dolo præterito. ¶ De dolo bono, ita an liceat decipere hostem, (*Priuato licet: dux belli factu pactu seruare tenetur,*) vel bannitum, (*Si pax facta sit, antequam banniretur, nihilominus offendi potest: aliàs secus putat Alb.*) vide Bart. *in l. non fuit, ff. de dolo & ibi. addi. Barbatij, in litera C. & notaui infrà in litera M. versi. de malitijs hominum.*

276 Dolus alius verus, alius præsumtus, *Plot. de in lit. iur. §. 99. num. 31.* ¶ Dolus, culpa latiss. lata & leuis, quæ sint, *egregiè Capra reg. 78.* ¶ Quælibet leuis caussa à dolo excusat, *Viuius decis. 449. lib. 3. Gabriel de Medic. in ind. verb. causa. latè, lib. 7. de malef. vide Conar.* ¶ Quælibet iniustissima causa excusat à dolo. *Raud. de anal. lib. 1. c. 22. n. 211. l. 1. §. f. de abigeis, l. igitur de liberali caus. Franc. Catius in annot. ad cons. Mart. Laudens. cons. verb. excuset à dolo, vbi multa ad hoc congerit, & ampliat. 1.* Vt quælibet etiã caussa iniusta, modò colorata excuset à dolo, *Ias. l. 1. §. hoc iudicium, n. 24. cum seq. si quis ius dic. non obtemp. & ampl. vt per Ias. l. si quis maior, n. 3. C. de transact.* & amplia. vt inducat etiam bonam fidem, *Catius ibid.* lim. vt non excuset à lata culpa, *Ias. l. possidet in f. n. 31. de acquir. poss.* item, vt non excuset à pœna legali vel statutaria, *Ias. l. iuste possidet in f. n. 32. ibid.* item quando quis faceret actum, qui esset de genere prohibitorum, iniusta caussa non excusaret à dolo, *Cephal. cons. 35. n. 15. 16.* item à dolo non excusat, quando peccatum est in his, quæ iuri naturæ aduersantur, *Menoch. de recuper. poss. remed. 9. n. 21. & ibid. vide quæst. 14. per tot. nu. 48. cum multis seqq. vbi de hoc multa, & ad hanc materiã spectantia.* (omnia referuntur hæc à Catio, *d. loco.*)

Et vbi lex vel statutum expressam mentionem facit doli, tunc lata culpa non comparatur dolo, siue de pœna pecuniaria tantùm, siue corporali, siue de vtraq; simul agatur, *Plat. de in lit. iur. §. 6. n. 28. & declara. vt num. 31. & 32. Plot. §. 48. num. 15.* ¶ Dolus remitti nequit, sed bene quæstio doli, *Marsi. de bannit. verb. nulla, n. 9. & 10.* ¶ Dolus quomodo & quando excusetur, *Viuius lib. 1. decis. 80.* ¶ Actio de dolo non competit pro re modica, *Sebast. Medic. reg. 5. n. 2. fol. 16c.* 277

Doli appellatione non venit paruus dolus, *Seb. Medic. reg. 5. n. 58. fol. 175.* Fraus qualiter & quot modis, percipi ac præsumi possit, *Viuius decis. 375. n. 70. lib. 2.* ¶ Cum dolo malo intelliguntur verba, rapere, arripere, inuadere, *Plot. de in lit. iur. §. 2. num. 21.* si quis præsumserit, puniatur morte, *num. 22.* peierare, *num. 23.* falsificare, *numer. 24. & 25.* item subtrahere, *numero 26. 27.* ¶ Doli actio vel exceptio, an competat aduersus nutritorem vel nutricẽ, sicut non competit contra parentes, *Costa. l. si ex cautione, verb. seu doli, C. de non num. pecun.* 278

Dolus & fraus nemini patrocinari debent *c. cum haberet, de eo, qui duxit in matr. quam poll. per adult. c. ex literis, de dol. & cont. text. est ad liter. in c. sedes de Rescrip. & l. in fundo, ff. de rei vend.* ¶ Dolus crimen est, *gl. in l. 1. & Br. de fid. inst. Ias. in l. 1. de leg. 1. in 3. col.* ¶ Dolus præponderat culpæ, *l. item si obstetrix in fin. vbi gl. ad l. Aq. vide Carol. in l. 1. §. 1. de op. no. nun.* ¶ Actio de dolo non datur, vbi est alia, *l. 1. & l. cum à te, de dolo,* & ipsa infamat, *l. non debet, de dolo.* ¶ Dolum contra hostẽ cõmittere licet: & etiã contra non hostem, vt fraus repellatur. *gl. in l. 1. de dolo.* Hosti tamen fides seruanda est, *23. q. 1. noli. gl. in c. offerebat. in verbo barbaras, 32. q. 7. vide in verb. hostis.* ¶ Dolus non præsumitur, nisi probetur, *l. quotiens, §. qui dolo de prob. Ias. in l. de die ponenda, §. 1. qui satisdar. cog. l. dolus, C. de rescind. vend.* 279

In delictis tamen & criminalibus, dolus præsumitur, *l. 1. ad l. Cor. de Sicc. l. si non conuicij, cum ibi no. C. de iniur. vide Cep. cons. 39. nu. 4.* Tamen mulier, minor, rusticus, ab illo præsumto dolo excusantur, *gl. in l. vbi, de Edend.* Sed requiritur, quòd probetur, facit ad prædicta, *c. 2. de R. I. in antiquis vide gl. Br. & Bolog. in Apost. in l. vbi exigitur, in gl. in verb. nisi dolo malo, ff. de Edend.* Et quando minor excusetur à dolo, *vide Br. & DD. in l. 1. §. nunciatio circa fin. de op. no. nunc. & in l. si ex causa, §. mihi videndum, ff. de min.* 280

Quæli-

Quælibet tamen causa, etiam iniusta, fatua & temeraria, à dolo excusat, *l. igitur, de liber. caussa. Hanc regulam tradit Ias. in l. si quis id quod in 8. col. de iurisd. om. indic. Cepoll. cons. 24. num. 15. Vide pulcrè Curt. cons. 19. fol. 94. col. 3. in pr. vide Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, n. 7. de acq. hæred. vide Car. in l. stipulationes non diuiduntur ch. 110. fall. 2. in pr. Dec. cons. 256. vol. 2. in 3. col.* Et talis causa non solùm debet allegari, sed & probari, nec sufficit alleg. simplex. *Curt. cons. 280. vol. 4. in lit. F.*

281 De dolo actio non competit, pro minori summa duorum aureorum, *l. si oleum, §. fin. cum l. seq. de dolo. Rationem assignat Bl. in c. de appellationib. de Appell. & ibi subdit.* Quod fortè est idem in actione, quòd met. caus. *vide Ias. in l. cũ mota in pen. col. C. transf.* ¶ Qui cum dolo facit, dicitur delinquere, quia dolus delictum est, *l. 1. §. nunc tractemus, vers. planè, ff. de tut. & rat. distrah. l. 3. in pr. de crim. stell.* Et sic dolosus est similis furi, *vide Alex. l. si quis nec caussam, §. res pignori, ff. Si cert. pet.* ¶ An contra dolosum probetur interesse per iuramentum, *vide de hac reg. Ias. in l. argentarius, §. cum autem, de pact. in 6. not.* ¶ Dolus volenti infertur, *tex. est in l. donationis, C. de Transact.*

282 De dolo verò, & præsumpto, *vide Br. in l. quod Nerua in 4. q. pr. ff. Depos. & Br. & tex. in l. & eleganter, §. fin. cum l. seqq. de dolo, & Alex. in l. dolum, C. de dol. Br. in l. 1. §. nunciatio circa fin. de op. nou. nunc.* ¶ Dolo per dolum resistere licet, *l. cum pater, §. Titio, de leg. 2. vide Alex. pulcrè in l. quæ totam ad Trebell.* ¶ Dolus cum dolo compensatur, *l. si duo de dolo, l. si domum in fin. de contrah. empt. gloss. optima & pulcra, similia allegans, in l. fin. §. sed & si stipulator, ff. de eo per quem factum est.*

283 Propriam fraudem allegans, non auditur quis, ad retractandum factum proprium, *l. cum profitearis, C. de reuoc. don.* ¶ Dolum proprium allegans, contra alium, qui sciuit dolum, auditur, *l. de Tutela, vbi Bl. not. C. de restit. in integr.* ¶ Dolus committitur, si taceo illud, quod scio. *Alex. in cons. 14. vol. 5. n. 6. viso processu.* ¶ Dolus est, si non facit quis, quæ scit se facere debere, *l. dolus, ff. Mandati. Br. in l. dolum, C. de dolo, Br. in l. tutor qui repertorium, in 4. col. per illum tex. ff. de adm. tut. Pro hoc adduco text. in l. Iulianus, §. si tibi decem, ff. ad exhibend.* ¶ Hinc est, quòd tutor, qui administrat, antequam faciat inuentarium, dicitur esse in dolo, *vide Curt. cons. 19. fol. 94. in 1. col. Latè per Br. in d. l. tutor qui repertorium, ff. de adm. tut.*

284 Fraus quomodo multis modis præsumatur, *vide Ias. in §. item si quis in fraudem, n. 38. & seq. Inst. de Act.* ¶ Dolus & fraus, quomodo differant, *vide Ias. in iam allegato loco, n. 20.* ¶ Fraus cõmittitur dicendo: Falsitas verò tacendo, vel Ironicè loquendo, *Paul. de Cast. l. nullum, C. de Testib.* ¶ Fraus: capitalis quæ sit, *vide tex. in l. cum autem, §. 1. ff. de Æd. Edict.*

Fraudibus domesticis facile quidquid pro ingenij oportunitate confingi potest: vel id, quod verè gestum est, aboleri, *l. data, C. de dona.* ¶ Fraudis præsumptio insurgit ex eo, quod insolitum est, *vt per gl. in l. si quis sub conditione, ff. de cond. inst. facit tex. in c. si quando, ext. de Rescript. & in c. quod super his ext. de fid. instrum. & in c. cum teneamur, de præb. Dec. in cons. 94. vol. 1. col. 2.* 285

Hinc dicimus, quòd clausulæ insolitæ faciunt præsumi fraudem & dolum, *vt per gl. in l. si quis sub conditione in gl. 1. ff. de cond. inst. vide Ias. in l. testamentum. C. de Testam.* ¶ Dolus & fraus scienti non infertur, *l. cum donationis, C. de Transact. l. 1. in fin. ff. de act. empti. Dd. communiter in l. 2. C. de rescind. vend. & in l. si quis cum aliter, ff. de v. obl. vide Alex. in cons. 269. vol. 2. viso processu caussæ.*

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt, *l. qui autem, §. præterea. ff. quæ in fraud. credit. c. sciente de R. I. lib. 6. l. nemo fraudare, ff. eod. tt.* ¶ Dolo facit, qui iterum petit, quod per transactionem remisit, *l. eleganter. §. si quis post, ff. de cond. indeb.* ¶ Quandocunque actus fit absque solennitatib. requisitis à iure communi vel municipali, tum actum faciens dicitur esse in mala fide, & per consequens in dolo, *ita est gl. valde notabilis in l. 1. in verb. mala fide, C. de fid. instrum.* Quando authoritas superioris ad actum requiritur, non interueniente tali solennitate, actus dicitur clàm fieri, *text. est not. in l. 1. C. de præd. Cur. lib. 10. vbi Br. & gl. in l. 2. in verb. occultè, & ibi Br. C. de his, qui ex publ. rat. mun. pec. accep. eod. lib. 10.* Ex hoc ego infero: Quòd veniens contra iuramentũ, est in dolo: quia ad hoc, quod quis possit venire cõtra iuramentũ, opus est remissione iuramenti, vel per illum, in cuius cómodum iurauit, *c. 1. vbi not. de iureiur. Br. in l. 1. §. & post operis ff. de op. nou. nunc.* vel authoritate superioris. *Vide ad hoc infr. in verb. iuramentum.* 286

Dolosè dicitur quis facere, quando scienter facit rem sibi prohibitam, *ita notat Geminianus in c. si compromissarius, §. 1. per illum text. de Elect. lib. 6.* ¶ Dolo facit, qui vtitur nõ concessis, *Bl. in l. 2. pen. col. C. si quis omiss. causa test. Zas. cons. 5. vol. 1. 65 col. n. 28.* ¶ Dolus probatur & apertè euincitur, quando quis dicit id, quod non est, & sic mentitur, tunc ratione illius mendacij probatus est dolus, *ita Br. in l. dolũ, C. de dolo.* Hinc videmus, quod contra mendacẽ datur actio de dolo *l. & eleg. §. fin. ff. de dolo.* ¶ Dolũ expressum cómittere, & aliena iactura locupletari, paria sunt. Malitia alijs dãnosa dol' est. *Bl. in l. quæ fortui col. 3. C. de pign. act.* 287

act. idem in l. Macedoniani, C. ad Maced. l. ſi quis mancipijs. §. pen. in fin. ff. de Inſt. act. ¶ Dolus eſt, non prouidere ea, quæ prouideri debebant, *Bl. in l. ſolam, C. de Teſti.*

288 Et qui nó facit, quæ debebat, aduerſus ea feciſſe intelligitur, *l. qui non facit, ff. de R. I.* ¶ In factis occultis, & propter clandeſtinitatem, dolus pręſumitur, *Bl. in l. error in 4. col. C. de iur. & fact. ignor. gl. & Bl. in l. 1. C. de interdict. Matr.* ¶ Clàm facit, qui non denunciauit ei, quem timuit, vel timere potuit, eſſe contradicturũ, *l. prohibere, §. fin. cum l. ſeq. ff. quod vi, aut clàm.* ¶ Dolo nó caret is, qui non facit id, ad quod ſe ſciebat teneri, vel ſcire debebat, *Br. in l. tutor qui Repertorium, in pr. in 4. col. ff. de adminiſt. tut. l. Iulianus, §. ſi tibi. verſ. dolus autem de eo eſt, ff. ad exhib.* De præmiſsis ſex articulis, ſeu §§. *vide pulcrè Zaſ. in conſ. 18. vol. 1. ſtatim in pr. Cuius hæc ſunt.*

289 Ex dictis & factis præcedentibus, & ex tractatu antecedenti, probatur & colligitur dolus, *ita vide Car. Ruin. in conſ. 4. n. 10. & 11. vol. 1.* ¶ Vnusquisq; bonus & idoneus de iure pręſumitur, *c. fin. ext. de præſumpt. l. merito ff. pro Socio.* Et quilibet naturaliter eſſe talis, qualis eſſe debet, vel ſolet, præſumitur, *l. nec codicillos, C. de Codicil.* Qui contra has iuris præſumptiones alicui dolũ impingere vult, hoc probare debet. Nam regula iuris communis eſt: Qui ſe in dolo fundat, & allegat, probare debet, *l. quotiens. §. qui dolo, ff. de prob. l. ſi prætor, §. Marcellus, ff. de iudic. l. 3. in fin. ff. de Trib.*

Debet autem probari perſpicuis indicijs, *l. dolum, C. de dolo.* Ex quo enim dolus in animo conſiſtit, directo probari non poteſt, *per gloſſ. ſing. in §. aliæ Inſt. de Act.* Vnde dicit, Br. *in d. l. dolum*, quòd leuia indicia non ſufficerent ad doli probationẽ, *aliquot exempla ponit idem Br. quem vide.*

290 Quæ autem ſunt illa perſpicua indicia, per quæ dolus probatur? Reſpondeo, Ius hoc non declarat, ergo iudicis arbitrio hoc relinquendum, cui hoc caſu acquieſcendum arbitror, *per tex. optimum in l. 1. de iure deliber. & in c. de cauſis ext. de off. deleg.* Quæ ſint indicia perſpicua ad doli probationẽ, conſulendo docuit Petr. *Philip. Corn. in conſ. 140. in Lit. F. vol. 2.* Vnde is, qui vult dolum probare, debet perſpicua indicia, & euidentes coniecturas articulatim proponere, & probare: quo facto, iudicis eſt cognoſcere, an ſit probatus dolus, vel non. Eſt autẽ dolus manifeſtus, & præſumptus, *prout declarat Br. in repetitione legis, Quòd nerua in 6. col. ibi: Quartò quæro, ff. depoſ.* vbi dicit: Quòd indicia manifeſta probata, inducunt dolũ manifeſtum: & ita loquitur, *l. dolum, C. de dolo.*

291 Indicia verò ſeu probationes non ita manifeſtæ, non inducunt vel concludunt dolum de neceſsitate, ſed præſumptiuè, *l. ſi procuratorem, §. dolo, & l. dolus, ff. Mandat.* ¶ Exempla ponit tex. ibi, vt: ſi quis nolit proſequi, quod poteſt: aut ſi quis non exegerit, quod exigere poteſt: aut ſi quis nolit ſoluere, quod exegerit: vel ſi quis non reſtituit, quod reſtituere poteſt. In his & ſimilibus caſibus, eſt dolus præſumptus. *ſecundùm Br. in d. l. quod Nerua, ff. depoſiti.* Vbi latiùs dicit, ponendo differentiã inter verum dolũ, & præſumptum, Quòd à vero dolo nulla eſt excuſatio, à præſumpto verò dolo quis excuſatur, vt ſi ſit alia præſumptio, quæ illam tollit: ponit exemplum, vt ſi res erat communis: & dicit ibidem Br. *in oppoſitionibus*, quòd fraus præſumpta habet locum in rebus alienis prorſus, in rebus verò communibus nulla eſt præſumptio fraudis: aſsignat rationem, Quia ſi res perit communiter, perit mihi & ſocio: & ergo ſecundùm eum, non eſt veriſimile, Quòd ego voluerim in damnum meũ & ſuum perdere: quia nemo præſumitur dilapidare ſuum, *l. cũ de indebito, ff. de probat.* E. ibi non inducitur fraus præſumpta à iure, & ab hoc dolo præſumpto, *ſecundùm Br.* quis excuſatur.

Tu adde: imò quæcunque cauſſa iniuſta 292
& temeraria, excuſat à dolo præſumpto, non autem à manifeſto, *textus eſt in l. igitur, ibi iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ff. de lib. cauſa, ita voluit Br. in l. 1. in fin. ff. de abigeis, notatur in l. plagij, C. ad l. Fau. de Plag. ita conſuluit Decius in conſ. 256. vol. 2. in 3. col. in cauſa inquiſitionis. Cor. in conſ. 280. vol. 4. in Lit. F. coll. 2:* Ibi quòd quælibet cauſa, etiam iniuſta & beſtialis, excuſat à dolo, *allegat notata per gl. & Dd. in l. vnica, §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & in l. ſatis, ff. de in ius voc. allegat etiam text. in d. l. igitur, ff. de lib. cauſa. Idem etiam voluit Curt. in conſ. 19. in 3. colum.* vbi plus dicit: Quòd omnis credulitas, etiam fatua, excuſat quem à pœna doli, *allegat etiam l. plagij, & l. igitur, de lib. cauſa, Ang. & communiter ſcribentes in l. 1. in pr. ff. de eo per quem factum erit, vbi etiam allegat D. Alex. in quodam conſilio concludentem,* Illud etiam procedere, ſi talis cauſſa allegata plenè non probaretur.

Quo autem pacto dolus præſumptus in 293
aliquo eſſe dicatur, & an ab eo excuſari poſsit, & quæ ad hoc, quòd quis in dolo eſſe præſumatur requirantur, *vltra præmiſſa vide integrum conſ. Alex. de Imo. 79. vol. 3. viſis his.* ¶ De doli probatione vltra præmiſſa, *vide Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. & Br. in l. quod Nerua ff. Depoſ.* Dolus coniecturis probatur, *vide gl. in c. fin. de Renunc. lib. 6. & Corn. conſ. 116. in lit. O. vol. 1.*

Dolus quia in animo conſiſtit, & ſoli Deo 294
conſtat, directò probari non poteſt, ſed indirectè per exteriora, *arg. l. repræhendenda, C. de inſt.*

de inst. & subst. vide Ang. in §. Praeterea, Inst. de Act. in 12. col. vbi etiam de Hispanis loquitur, qui inebriarunt Alber. vino, & vide Br. & Alex. in l. dolum, C. de dolo. adde Soc. in l. 1. in princ. col. 6. Si cert. pet. ¶ Animus alicuius, quòd dolosè aliquid fecit, probatur per ea, quæ ipse dixit extra iudicium, Br. per gl. in l. Fulcinius, §. quod autē, ff. quib. ex caus. in poss. eat. quæ tamen nihil allegat. Sed ipse allegat, l. Labeo, ff. de supell. leg. & l. quæro, §. fin. ff. de Ædil. Edict. & tex. in l. capite quinto, ff. de Adult. vide Alex. in cons. 125. vol. 4. col. 4. n. 2. Saluatoris.

Quando probetur, quòd aliquis fecit actum illicitum potiùs per errorem, quàm per dolum, vide Barth. Cep. in cons. 24. nu. 20. ¶ Quomodo fraus probetur, vide Deci. in cons. 235. vol. 2. in casu Magnifici Domini.

Dolus probatur ex eo, quòd aliquis dicit id, quod non est, & sic mentitur: tunc enim ratione illius mendacij probatus est dolus. ita Br. in l. dolum, C de dolo, l. & eleganter, §. fin. ff. de Dolo.

295 Dolus reipsa est, quando quis in magna quantitate enormiter est deceptus re ipsa, absq; animo decipiendi, vide Alex. in cons. 42. vol. 1. super præmisso themate, vide notata in l. si quis maior, C. de Transact. ¶ De dolo reipsa, vide tex. l. si quis cū aliter, de v. obl. vbi Dd. De dolo re ipsa, & de dolo ex ꝓposito, an paria sint, & multa pulcra in hac materia, vide Hier. Schurf. cons. 17. n. 2. & seq. cent. 1. ¶ Paria sunt, adesse dolum ex proposito, vel dolū reipsa, l. si quis eum aliter, ff. de verb. obl. Vbi est materia huius doli re ipsa, l. 2. §. circa, ff. de doli Except. Et ergo cùm iuramentum non obligat interueniente dolo, c. cū contingat de iureiur. c. 2. de pact. lib. 6. debet etiam intelligi de dolo re ipsa, vide Alex. in cons. 42. vol. 1. col. 2. in fin. Dolus malus nō tantùm in eo est, qui fallendi causa obscurè loquitur, sed etiam qui insidiosè obscurè dissimulat, l. ea quæ commendandi, §. fin. ff. de contr. empt.

296 In dolo est venditor, qui tempore venditionis, non expressit omnia onera & vitia, quibus res vendita subiacet. Nam talia omnia vitia & onera rei venditæ, in specie venditor exprimere tenetur, nec sufficit generalis expressio: talis itaque venditoris taciturnitas adscribitur dolo, & operatur, quòd tenetur emptori ad omne damnum inde proueniens, casus est in l. quæro, ff. de act. empt. optimè facit l. 1. §. fin. eod. tt. & l. quæritur, §. si venditor, ff. de Ædil. edict. Dolo tenentur, qui suasionibus & fallacijs nocent, l. 1. in princ. §. 1. vbi gl. de eo per quem factum est, vbi Zas. not. n. 10. col. 60. ¶ De doli probatione vltra prædict. vide pulcerrimos 6. modos probandi dolum per Oldendorp. in Actione de postulatione suspecti, quæ est prima in ordine class. 7. ante fin. fol. DCCCC.XCIX. fall. 1. vbi eleganter declaratur, quibus argumentis tutorum & administratorum dolus cognoscatur. Differentiam autem inter dolum, culpā, casum, vide pulcrè per Oldendorp. vbi supr.

Regula communis est in iure: Quòd in omni pacto & contractu, semper censeatur excepta omnis fraus & dolus, tex. in l. creditor, §. Lucius, ff. Mandati quem ad hoc de iure meliorem reputat Bl. in c. cum in iure, de off. deleg. vbi refert Ias. in l. qui Romæ §. duo fratres, n. 48. de verb. oblig. Quod etiam procedit in verbis importantibus liberam voluntatem, & talem, quæ non restringitur ad arbitrium boni viri, secundùm Ias. in l. si sic, n. 25. de leg. 1. id quod ex verbis tex. in d. §. Luci⁹ apparet. Nā ibi Luci⁹ Titius cōcesserat fratris sui filio, vt de omnibus rebus suis possit, vt vellet, negotiari, vendere, pacisci, emere, siue quodcunq; operari, perinde ac si ipse dominus rerum esset, promiseratq;, se omnia, quæ fecisset, ratum habiturum: & tamen in tam generali concessione, non cōprehenditur, si quid fraudulenter foret alienatum, vel mandatum: sed restringitur talis concessio quantumcunq;, & per verba liberam voluntatem importa nota facta, & ea, quæ ex fide gesta sunt, quòd ad multa est vtile: vnde hanc regulam perpetuò nota. 297

Captiosæ interrogationi non est respondendū: dicitur a. captiosa, quę in vtraq; parte capit respondentem, gl. in l. qui iurasse, §. si pater 2. ff. de iureiur. Et potest eo casu responderi: Nescio quid prętendis, ad quem finē quęris, hoc scio, quòd mihi ius competit, vide ad hoc Zas. in parat. in Tit. de Transact. in fin. Dolum passus contra dolosum primò aget: contra eum, qui ex dolo lucrū habuit, cum dolosus non est soluendo, vide Zas. in parat. in Tit. De eo per quem factum est, col. 61. 298

De Dominio.

Dominia rerum, quædam iure gentium naturali inducta sunt communia, quædam sunt publica, quædam sunt vniuersitatis, quædam sunt in nullius bonis, quædam sunt singulorum: declarant per exempla & elegantes doctrinas, textus, gloss. & Dd. ad totum tit. Instit. de rerum diuis. de rebus communibus, in §. & quidem gloss. declarat verbum commune, id est, dicit: non proprietate sed vsu. Propterea quis alicui ventum vel aërem non potest ædificando vel plantando impedire, nisi seruitus sit constituta, l. cum talis, C. de serui. De re pub. dicit, in §. flumina, & in §. ripa. volens, quòd flumina sint publica: declarat gloss. quæ sunt perpetua. 299

Aluar. tit. quæ sunt Rega. in verbo flumi. in vsib. feudo. declarat de nauigalibus, vel de istis quę sunt apta ad faciendum aliud flumen, in quo ingrediatur nauigabile: & talia flumina (dicit) pertinent ad regalia, & sunt iuris publici, & ideò

& ideò nullus potest ea impedire sine licentia imperatoris: concordat ius saxonicum, dicendo: Welchs Wasser frey fleust / das ist gemein zu fischen vnd zu fahren darinnen / einem jederman/ *Artic.28.lib.2. Landrecht.* ibi cadit pulcherrima materia piscationum, *de qua vide in addi. & gloss. d. art. 28. & Angelum Areti. in §. litorum, & §. in flumina Institu. de rerum diuisio.*

301 Quando & quomodo in fluminibus publicis fiant molendina, & de materia molendinorum, *vide Aluo. in d. tit. quæ sunt regalia, & Barto. in tract. suo Tyb.* De ripis quoque est textus: *in d. Arti. 28. lib. 2.* ibi: Der Fischer mag auch wol das Erdreich nützen an dem gestade / als fern er eins geschreiten mag aus dem Schiffe an das gestade. Quantum ad protectionem, vt nemo vsurpet ripas, censentur esse regalia, sicut ipsa flumina publica, *Rub. ff. ne quid in flu. pub. ripa. eius fiat*, vel intelligas per ripatica id, quod de consuetudine vel vsu soluitur de ripis, *Aluoro. in d. tit. quæ sunt regal.* portus etiam sunt publici, quantum ad vsum, *vt in §. flum. Insti. de rerum diui.* sed quantũ ad iurisdictionem, ad reditus & vectigal, sunt de regal. *Aluo. in sæpè dicto tit. quæ sunt regalia*, proprietas eorum est, quorum prædijs adhærent, *§. riparum Instit. de rerum diui.* de istis, quæ sunt vniuersalia, *facit, §. vniuers. Instit. de rerum diui. & declarant ibi Dd.* de istis, quæ sunt in nullius bonis, *dicit tex. §. nullius autem cum sequentib. vsque ad §. singulo. autem, Instit. de rerum diuisio. vide quæ notaui in litera B. vers. de bonis Ecclesiarum & monast.*

302 De illis, quæ singulorum sunt, fiunt vel esse desinunt, de iure naturali vel gentium, tract. Imper. *in d. tit. Instit. de rerum diui à §. singulorũ, vsque ad finẽ*, & ibi modos acquirendi dominia notat, de quibus per ordinẽ aliqua notabo. ¶ 1. Occupatione istius, quod est in nullius bonis, *§. feræ igitur, vsque ad §. Item ea Insti. d. tit.* vide gloss. *1. nu. 4. art. 44. lib. 2. Landrecht*, quæ docet, quomodo cuiuslibet rei nanciscatur occupatio seu possessio. Sed occupationis colliguntur quinque species: prima venatio. Sed quo iure (*naturali nimirum.*) venatio fit concessa, quomodo & qualiter tum prohibeatur, (*unicuique licitum est prohibere alteri, ne fundum suum ingrediatur venandi causâ, Daher haben die Fürsten vnd Herren zu vnsern zeiten ihre Wiltpanen, vnd gehege im gebrauch.*) & ex qua saltem acquiratur dominium, notant (*Verius videtur, feram etiam contra prohibitionem captam acquiri capienti, vtut in hoc glossæ contrariæ sint, vide de hoc Schneidew. & alios, in d. §. feræ.*) eleganter tex. addi. lati. & gloss. *Arti. 61. lib. 2. Landrecht, & fin. glo. art. 62. lib. eo. gloss. in Weichbild. Arti. 121.* Et de iure venandi & aucupandi (*non aliter id acquiritur in alieno, inuito Domino, quàm si præcedente domini prohibitione, & eâ contemptâ, quis venetur in eius fundo: alij venationis actus, ante prohibitionem exerciti, inutiles sunt, ad inducendam præscriptionẽ. quia venari meræ facultatis est in eo casu.*) qualiter sic capta, vel aucupata fiant nostra, vel non, *vide cons. Hennin. Göd. vnicum de iure venan. & similiter d. art. 61. lib. 2.* Von Straff der Wildbrets beschediger / so wieder ausgegangene Mandata Wildbret geschossen / *vide senten. vltimam, post speculum Saxo.* 2. Species est aucupium. ¶ 3. Species est piscatio: sed ex qua piscatione nanciscamur iustam occupationẽ, & per consequens dominium, vel non, (*In den Wassern so Stromfrey fliessen, h. e. in fluminibus publicis, licita est piscatio: secus in priuatis, da Wiederwoge, See, Schleusse, gehege, Lache, vnd dergleichen stelle bey Wasser, vnd sonderlicher Fischfang ist.*) *notatur in art. 28. lib. 2. Landrecht, per Angelum in §. & quidẽ, & in §. flumina, Inst. de rerum diui. & tex. est in §. feræ igitur, Insti. de rerum diui. concordat cum princip. tex. iuris Saxo. art. 61. lib 2. Landrecht.* De inclusione apium, & de animalibus quæ per accidens, seu de natura sint mansueta, vt sunt: pauones, columbæ, (*Pauonum & columbarum fera natura est: quare in his animus redeundi spectandus. Secus in gallinis & anseribus: sunt naturâ mansueta, & in ijs furtum committitur.*) Gallinæ, anseres, qualiter fiant maneant vel desinant esse nostra, *nota. à Dd. in §. apiũ quoque, vsque ad §. item ea inst. de rerum diuisio.* ¶ 4. Occupationis species recensetur captiuitas, *§. item ea Insti. rerum diui. facit gloss. Arti. 2. Weichbild, dicens:* Jhr solt wissen / was ich meinẽ rechten Feinde nehme / das ist mein. Vide quæ notaui suprà *in litera B. versi. de Bello.* ¶ 5. Occupationis species notatur inuentio, *de qua in §. item lapilli, d. tit. Inst. de rerum diui.* Intelligitur de illa inuentione rerum, quæ sunt in nullius bonis, veluti gemmæ, vel cætera, quæ in littore maris inueniuntur. ¶ De thesaurorum inuentione, totius vel partis eius per inuentionem acquisitione, *notatur in §. Thesau. d. tit. Inst. de rerum diui. Aluo. & alij in tit. quæ sunt regalia, in vsib. feud.* Adde, de illis, quæ inueniuntur in argenti & auri fodinis: cui acquirantur, (*Ius decimarum ex auri aut argenti fodinis ad regalia pertinet: idque etiã ad Electores pertinet: cætera, quæ inueniuntur, ad dominũ fundi.*) inuenies apud Hennin. Gö. *in consi. de auri. & arg. fodinis, nu. 9. & apud Dd. in tit. C. de Metallarijs, lib. 11.*

Aliàs aliam rem inueniens & non restituens domino, furtum committit. ¶ So es jhm auch schon ein Wasser per alluuionem zugeführet / *textus est Artic. 29. lib. 2. Landrecht.*

Secundus modus, quo nobis acquiruntur rerum dominia, est accessio. Cuius prima species est natiuitas, *de qua in §. item ea quæ ex anima-*

animalib Inst. de Rerum di. volens *cum gl.* quòd nata ex animalibus fœmineis meo dominio subiectis mihi acquirantur, item ex ancilla mea, *inuenies in gloss. ibidem.*

303 Secunda species est Alluuio, *de qua in §. præterea Inst. de rerum diu. facit gloss. 1. art. 29. lib. 2. Landrecht, & tit. C. de Alluuio. & palud. & habes in tex. d. art. 29.* quòd etiam res mobiles alterius, per alluuionē alicui applicentur: quomodo autem & quando ea reddat vel retineat, *vide ibi & Bart. in prin. tract. sui de allu.* De Insula in flumine publico nata, & alueo, & de inundatione, *vide §. insula, §. quod si naturali, & §. alia sanè causa est, Inst. de rerum diui. & vide tracta. Bart. de insula, Nota. in d. art. 29. lib. 2. Landrecht, pulcherrimus est tex. art. 56. eo. lib. 2. Landrecht.* ¶ De alluuione, alueo, & insula in flumine pub. nata: de Accessionibus per alluuionem seu incrementum: quòd cedant lucro vtilis domini, *consuluit Decian. in cons. 123. vol. 3.* & de præscribendo huic iuri alluuionis, deq́ modis interrūpendi illud, *idem Decia. consi. 124. eo. vol. 3.*

304 3. Species est acquisitionis Specificatio. Et qualiter alicui per specificationem, acquiratur rei specificatæ dominium, vel non, *nota. in §. cum ex aliena. Insti. de rerum di.* de commixtione & confusione, *in §. si tamen, & in §. si duorum, d. tit. Insti.*

305 Quarta Species est Ædificatio: quando quis ex aliena materia in solo suo bona fide ædificauerit, *in §. cū in suo, cum §. sequenti, & ibi Dd. d. tit. de Re. diuisio. Insti.* Quia ædificium regulariter cedit solo: collige aliqua, quæ notantur in gloss. *3. & 4. Arti. 21. lib. 2. Landrecht.* Also / wo grund vnd bodem Lehen ist / so folget auch das gebewe dem Lehns/vnd nicht dem Landerben/ *pulcherrim. vide limitationes seu declarationes, apud Pet. de Rauen. in aur. suo alph. litera E. vers. Ædilicium.*

306 Quinta Species accessionis est Plantatio: quia quando bona fide in meum fundum alienam plantam posuerim, & radices erigit, planta fit mea, *idem de arborib. §. Si Titius, & ibi notata Institu. de rerum diuisio. vnde dicit gloss. 5. Art. 28. lib. 2. Landrecht.* Wer die Wurtzel eines Baumes oder Krauts auff seinem grunde hat/dem folget auch der Stam: vnd er hat auch die gewehr daran von natürlichen Rechten/darumb das seine Erde oder grund den Baum nehret/oder fruchtbar machet.

307 Sexta Species est Satio & cultura: *de qua in §. qua ratione Inst. eo. tit. de rerum diuis. ibi per Docto. concordat Ius Saxo. in Art. 46. lib. 2. & Art. 20. lib. 3. Landrecht, dicens*: de bonæ & malæ fidei cultore & seminatore.

308 Septima & octaua species sunt Scriptura & Picturæ. Scriptura cedit membranis siue chartis, & pictura tabulis, *de quib. in §. iteræ & in §. si quis in aliena. d. titu. Instit. de Rerum diui.* Nota circa admonitiones notatas, quòd regulariter, quando bona fide quid est factum vel adiectum, impensæ sint restituendæ: aliâs petens quòd possit repelli, exceptione Doli: *in d. §. lit. & in d. §. Si quis in aliena Instit. de Rerum di.*

De bonæ fidei possessore, fructus quali- 309
ter faciat suos: *notatur in §. si quis à non domino, Institut. de rer. diuis. Text. est rotundus in iure Saxo. Arti. 44. lib. 2. Landrecht.* Wer aber ein Gutt in gewehren hat/ das jhm angestorben ist / vnd er das niemand genom̃en hat / bedarff niemand wieder geben/ was er nutzes daraus nimpt: Ob jhm das Gut darnach mit Rechte wol wieder abgewonnen würde / dieweil er keines Rechten darob geweigert hat. Licèt hic tex. generaliter loquatur, tamen est restringendus, quòd de fructibus loquatur saltem perceptis & consumptis, quòd istos lucretur. Also behelt er alles/was er daran geleget/ vnd darauff gewendet hat. *gloss. 7. in fi d. Art. 44. lib. 2. Landrecht. concordat tex. §. si quis à non domino, & ib. VVesenb. Instit. de Rerum diui. & ibi in allegata gloss.* Aber der vntrewliche besitzer verleuret alle frucht. *per l. certū, C. de Rei vendica. Maran. par. 4. dist. 3. n. 36.*

Vsufructuarius, Dominus frugum effici- 310
tur, quando ipse perceperit: & ideò, licèt maturis fructibus, nondū tamen perceptis decesserit, ad hæredes eius non pertinent: sed domino proprietatis acquiruntur. ¶ Eadem ferè & de colono dicuntur, *§. is verò. Inst. de Rer. diui.* & ibi *in gloss. in verbo de colono.* duas inter vsufructuarium & colonum inuenies diff. *quas vid.* De iure Sax. aliter procedit: quia vsufructuarius, puta Vasall⁹. lucratur omnes decimarum fructus ex feudo prouenientes, & eos ad hæredes suos transfert: (*eos nimirùm, qui à defuncto deseruiti sunt, Arti. 58. lib. 2. Landrecht.*) Auch die Saat/ welche ein Mann gethan/ vnd die Erde vberstrichen/vnd den Samen vnterdrucket hat/ehe er starb: vnd des Garten/als er geradet/geseet vnd gehacket ist/ist vordienet/vnd gehöret an den Landerben/denn es ist Erbe geworden/ *d. Arti. 58. lib. 2. & ibi in addit. latina litera C.*

So erbet der Lehnman auch an seine Lander- 311
ben/ alle Zinse/ Zehenden vnd gülte: von Mühlen/ Zöllen vnd von Müntzen/die der Todte verdienet hat: das ist/ wo er die Zinstage hat erlebet: denn dis were alles des Todten gewest/vmb seines dienstes willen/ *gl fina. c. 6. In Sechsischem Lehnrecht.* Welche aber die Zinstage sein / *notatur in tex. d. Art. 48. lib 2. Landr.* Idem est de Iure Saxo. in vsufructuaria, quæ habet dotalitium: Denn stirbt die Fraw/nach dem die Egde das Land bestrichen hat: die Saathe ist der Landerben oder des Mannes/desgleichen die verdiente Zinsen oder pflichte. *Arti. 76. & ibi additio vlt. lati. lib. 3. Landr.* quid iuris de iure ciuili, ad quē videlicet spectent fructus fundi feudalis, mor-

mortuo Vasal. *notauerunt Aluo. & alij in vsibus feudorum,in tit. Hic finitur lex Conradi,§. his consequenter.*& ibid.vide de fructib.extantib Clerici beneficiati mortui, quis eorum fiat dominus.

312 Allhie wirdt es vnter den Geistlichen gehalten/ wer den Matthæi tag erlebet/ der hat die aufkommen verdienet/ vnd bringet sie an seine Erben/ *de hac prædicta materia vide gl.& Dd.in l. de frumen. vsufr. & alia iura quæ allegat d. Aluo.* ¶ Vsufructuarius,etiam iure gentium,pecudum fructum, qui consistit in fœtu, in lacte & lana,dominij iure consequitur, *§. in pecudum,institu.de rerum diui.*

313 Per traditionem quoq; iure naturali res nobis acquiruntur: nihil enim tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini,volentis rem suam in aliũ transferre,ratam haberi, *§. per traditionem, insti. de rer. diui. declaratur in gloss. ibidem.*si tamen traditio fiat,causa præcedente vera vel putatiua, *secundùm l.nunquam, ff. de rerum diui. in tex. d.§.vers.sed si quidem,& vide in § sequenti. venditæ verò.* De traditione rei coram iudice facta gl.*art.34. lib.1. Landr.* quatuor enumerat vtilitates factæ traditionis,ehe zu forderst gerichtlichen oder je krefftiger weise geschehen. *de quibus ibi vide. (Confirmatur contractus, census ab emptore exigitur.dominij translatio & possessio iusta inde probantur.)*

314 Sed in quibus casib.sine traditione,transferatur in aliquem dominium, *vid. gl. & Dd. in §.interdum etiã,& in §.item si quis,inst.de re.diu.* An in dominio transferendo, præsentia & naturalis traditio requiratur, vide *Hotom. illustr.quæst.12.* Traditione etiam clauiũ transfertur dominium istarum rerum,quę sunt in conspectu. & causa habilis ad transferendũ Dominium, quando præcesserit, vel de tradentis voluntate,si apparuerit, *notatur in §. Item si quis vendit.& colligitur ex §.per traditionem Inst.de re.diuis.*

315 Equi venditi etiam dominium transfertur,per freni vel capistri traditionem, *gloss. in verbo transfert proprietatem d.§. item si quis,inst.de re diui.* ¶ Quando etiam transferatur dominium.sola voluntate etiam in incertã personam collata, puta quis habet rem pro derelicto, *notant.tex.gl.& Dd.in §.hoc amplius,Inst. de rer.diui.& in §. fina. eo. tit.* ¶ Sed notandum venit,quòd ijsdem modis dominia desinãt esse nostra,quib.acquiruntur. *l.1.in fi.ff. pro derelicto.* quemad.n.feræ volucres & gemmæ fiunt occupantium: ita quando custodiam nostram euadunt,vel amissæ fuerint,vt de illis non constet,vtrum in aliorum occupantium dominia venerint, *prout ex §§. supra allegatis apparet.*

316 Et idem iudicandum est de alijs modis acquirẽdi,ex iure gentiũ.Sic aliqua notata sunt de acquirendo vel amittendo dominio, de iure gentium.sed pro expeditione, *vide t.ff.& inst.de rer. di.& t.ff.de acq.rer.dominio.*

De iure ciuili, rerum dominia acquiruntur & amittuntur vsucapione, præscriptione,donatione.testamẽto, legato, fideicommisso,successione.De quolibet in loco suo seu sede ordinaria dicatur. ¶ Sed quatenus & quando per sententiam intelligatur translatum dominium,notat Ang. *in tit.inst.offi.iudi.§ fina.per tot. (In adiudicationibus, quæ fiunt in iudicijs diuisorijs, vel dominium vel vsucapiendi conditio transfertur, prout res vel erat in dominio alterius litigatorum,vel non erat.Requiritur tamen traditio,vel quasi traditio. Idem est in personalibus actionibus. In petitione hæreditatis & inofficiosi querelæ transire quoq; dominium,idem Ang.tradit:quãuis in actione prorsus reali id neget: declaratur n. ibi tantùm ius quod litigatores habent.)* sed an ex pacto inualido acquiratur dominium seu possessio,tractat.Gui *Pa.in consi.81.n.7. (nõ transit nec dominium,nec possessio ex pacto legis cõmissoriæ.)* 317

Sic etiam rerũ incorporaliũ quasi dominia,per omnem contractum habilem,& per vltimam voluntatem, item per præscriptionem possunt constitui,acquiri vel amitti, *prout videre licet ex nota.Dd.ad t.Inst.ff.& C. de seruit.& vsuf.vsu,& habita.in specie in § fi.inst.de seruit.vrba.præ.& in §.1.Inst. de vsuf. & de vsu. & habita.* ¶ Quomodo a. qualiter,& quanto tẽpore seruitutes continuæ, discontinuæ,Rusti.vel vrban.præscribantur. In specie, seruitus pascendi quomodo præscriptione de iure ciui.& Sax.acquiratur,vel per non vsum amittatur, *consuluit Hieron. Schurffius consil. 69. cent. 1. (Seruitus non habens causam continuam,de iure cõmuni nõ præscribitur,nisi cursu temporis,cuius initij memoria nõ extat:continua vero longo tẽpore, vel saltem 30.annis,&c. Discontinua tamen seruitus, perditur & amittitur per non vsum longi temporis. Et hæc communibus calculis approbata, in foro quoq; frequentari,ait VVesen.(qui tamen contra disputat) in parat ff. de seruitutibus, nu.5.)* De iure Saxonico: Vorschweigt man sich an Erb vnd Eigen/ in dreissig Jahren vnd Tag. *Art.29.lib.1.Landr.* Quòd iste tex. etiam intell. de incorporalibus, *notatur ibid.in addi.latina.* Et dicit Schurffius, *in d. consi.69.mihi num.7.* Quòd sicut præscriptione tanti tẽporis,cuius initij memoria non existit, inpræscriptibilia fiunt præscriptibilia: ita de Iure Saxonico indifferenter præscribuntur triginta annis anno & diebus. 318

Sic etiam triplicia hæc,iurisdictio, mixtũ & merum imperium, quo ad vtile dominiũ, priuilegio & præscriptione acquiruntur, vt *tenet Cy.in l.1.C.de Eman. lib. Barto. in l. 1. ff. de aqua plu. arcen. quòd etiam firmat Panor.in c.cum contingat de for. compe.* 319

Et tandem,quomodo iurisdictio,mixtum & merum imperium acquirantur, retineantur,

tur, vel etiam amittantur per non vsum, *vide bonum consi. Henning. Göden, de iurisd. Bart. in l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud. Alex. de Imo. in consi. 16. per totum vol. 5. idem Alex. consi. 23. v. item respondeo, & vers. & quàm plurimi tex. eo. vol. 5.* Et affirmat Bal. simul referens, qui actus & quantum tempus ad hoc requirantur, & alia bona, *in l. si lex. C. de iure libero. quam tamen leg. in C. meo non inuenio, vide informationem seu consilium, post Speculum Saxonicum, von Ober vnd Erbgerichten.*

320 Feudorum quoq; dominia acquiruntur præscriptione & succesione, *prout notauit Duare. in suis Com. feudo. c. 8. & c. 9.* ¶ Sed vltra ista notandum venit, quòd potissimè inuestitura constituat, & ad Vasallum deferat feudum, nec aliter fieri posit, *Duare. in d. commentarijs c. 7. de inuestitura. mihi num. 4. Aluoro. & alij Doct. in Tit. quibus mod. feud. constitui potest, in vsibus feudo.* econtrà ex quibus causis Vasallus dominium feudi amittat vel perdat, *vide Dd. ad tit. in vsibus feud. quibus modis feudum amittatur, quo tempore miles, & quæ fuit prim. caus. benefi. amitten.*

321 Sed quæritur, quomodo probetur dominium? Et respondetur si per testiũ depositionem, vel alio modo, appareat de aliquo vel aliquibus actibus, ex quibus dominiũ resultet: de quibus suprà notauimus, quia Testis deponat de facto, ex quo iudex ex ratione iudicare potest, *Bart. in tractatu suo testim. versi. Testis dixit aliquem esse dominum, Dd. in c. cum causam ex. de testibus, & in l. Testium, C. eo.* Qualiter autem debeat probare de dominio in rei vendicatione: dic, quòd debet probare directò. Et est difficilis probationis: quia non solùm debet probari de titulo, sed etiam est necesse, probari de dominio sui autoris: aliàs non obtinet, *Bart. in l. quidam in suo, ff. de condi. institu. Marant. par. 4. dist. 3. num. 41.* ¶ In petitione hæreditatis non necesse est probare, quòd res fuerunt tempore mortis in bonis defuncti, *Bart. & Dd. in l. hæreditatis, C. de pet. hæredita. per tex. in l. non tantum, ff. eo. concordat tex. in fina. verbis Arti. 5. lib. 1. Landrecht, cum additio. latina penult. litera M.*

322 Nota: dominium sine facto nostro non auferri potest à nobis: *declarat, & notat fallentias Philip. Decius in l. ius nostrum, ff. de reg. iuris.* An habens vtile dominium, non contradicendo alienationi fortè per dominum directum, an sibi præiudicetur in vtili suo dominio: dic, prout distinguit, & est casus singularis, *in l. apud Celsum, §. quæsitum, ff. de doli except. Rom. in sing. 823.*

323 Census solutio non probat dominium in rei vindicatione, *Marant. par. 4. dist. 3. nu. 53.* Item non sufficit probare, quòd auctor agentis, seu eius præcessor, aut venditor, vel donator, à quo caussam habuit, rem illã tenuit pacificè, & possedit tanquam suam, etiamsi concurrat fama viciniæ. ¶ Doctores Dominium solent distinguere in directũ & vtile: sed illa diuisio Dominij vtilis & directi, legibus est incognita. Fuit obuium quidem, aliud bonitarium, aliud quiritariũ Dominium: sed per *l. vn. C. vnd. iur. quir. tollend.* hæc diuisio est sublata. Et facit ratio: quia ius, quo res nostra est, vnum tantum est, potest tamen à reipsa separari eius vsus, idemq; ei rursus consolidari: eoq; respectu etiam benè diuidi posset dominium in proprietatis & iuris, *per l. proprietatis 4. C. de probat. l. acquiruntur, 10. §. de his 2. ff. de acquir. rer. dom. l. vtifrui. 5. in pr. ff. 51. vsusfr. petat. l. si ita legatur, 16. §. 1. ff. de vsu, & habitatione l. 4. c. de interdict.* vt dominium Proprietatis sit, quo res seu corpus aliquod proprietate nostrum est: Iuris dominium verò, quo res nõ proprietate, sed iure quodam nostra est. Et ius illud, vel seruitutis est, quod habet vsufructuarius: vel possesionis, quod vasallus habet in re feudali, maritus in re dotali, vel obligationis, quod habent creditores in rebus oppignoratis: quam diuisionem *ita tradit Göd. in l. 25. num. 7. & l. 49. num. 8. ff. de v. sig.* Illa autem diuisio in directum & vtile, iure ciuili improbatur, *vt tradit Cuiac. 11. obseruat. 35. Duar. 1. disp. 17. Costall. in l. 1. ff. si aq. vectig. Bart. 4. de benef. c. 1. Borch. de feud. c. 1. num. 13. & seqq.* Potest tamen retineri, si res ipsæ magis quàm leges scriptæ considerantur, vti & communiter illam tenent Dd. *test. Corras. 6. miscell. 20. num. 2. VVesenb. parat. ff. de acquir. dom. Petr. Gregor. in Syntag. iur. lib. 1. c. 12. num. 7. Vacon. à Vacu. declar. 43. & 23. seqq. Iohan. Robert. 3. sentent. c. 18.*

Alienare non est de dominij substantia, *Pruck. §. soluta potestas, c. 6. rat. contract. nu. 43. fol. 487.* ¶ Dominium an ex titulo societatis transeat absq; traditione, *Cou. V. R. lib. 3. c. 19. num. 1.* ¶ Dominium an ex contractu inutili transferatur, *Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. num. 202. fol. 499.* & si non dominium, an saltem possesio. ¶ Dominium an ex contractu Principis sine traditione transferatur, *Capyc. dec. 162. num. 7.* ¶ Dominus qui olim fuit, an & nunc præsumatur, *Menoch. lib. 6. præsump. 62.* & econtrà. ¶ Et dominium an ex possesione præsumatur, *Menoch. lib. 6. præsumpt. 63.* ¶ De termino ad probandum, Dominis inter se de directo dominio contendentibus, *Menoch. lib. 2. centu. 5. c. 466.* 324

Dominium dotis, & donationis propter nuptias, transit absque traditione: non sic possesio, *Thesaurus dec. 48.* ¶ Vtrum ex sententia iudicis dominium transferatur, *Fachin. lib. 1. controu. iur. c. 62.* ¶ Vtrum præ- 325

ſcriptione acquiratur dominium directum, vel vtile, *Fachin. ibid. c. 70.* ¶ Dominium non probatur. Practica probandi dominij, *Caualc. de testib. in iudice verb. practica.* ¶ Dominium est multiplex: & quot modis amittatur, *Medic. de amitt. post gloss. 2. verb. aut in minuendo, num. 1. 2. 3. 4. fol. 730.* ¶ Dominium amittitur & transfertur, multis modis, *Seb. Medic. d. loco.* & primò per donationem, *nu. 5. 6. 7. 8.* lim. 6. mod. *vt ibid.* per liberationem, quam quis gratis debitori ſuo facit, *num. 18. fol. 732.* vbi ampl. 6. & lim. 7. per pactum de non petendo, *num. 22. 23. & 24.* per dationem in ſolutum, *num. 25.* per ceſsionem bonorum, *num. 27. & ſeqq.* per tranſactionem, *num. 72.* ex contractu mutui, *num. 73.* per vſucapionem, *num. 77.* præſcriptionem, *num. 78.* permutationem, *num. 77.* ex diſtractione pignoris, *num. 78.* quando quis habet rem pro derelicto, *num. 79.* rei datione in dotem, *num. 80.* receptione ſolutionis, *num. 81.* renunciatione vel repudiatione, *num. 82.* perditione rei in ludo licito, *nu. 83.* contractu venditionis, *num. 84.* diuiſione rei communis, *num. 93.* compromiſſo, *numero 95.*

326 Requiſita probandi dominij directi, ibi *num. 27. Raudenſ. de anologis lib. 1. c. 24. num. 37. & ſeqq. & num. 42.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 535. vſq; ad concluſ. 552.* vbi diligenter explicat, an & quando, & per quæ probetur dominium: per indicia, per coniecturas, per ſimplicem poſſeſsionem, per inſtrumentũ, per locationem, per cataſtrũ, ceſsionẽ, ſolutionem cenſus, recognitionẽ, confeſsionem, famam in antiquis, per teſtes, per tãtum tempus cuius initij memoria non extat in contrarium, per perceptionem fructuum, per inſtrumentũ emtionis, per præſumptionem à tempore præterito deductam, per ſignum rei, per notorietatem domini prædij, inter cuius confines ſunt res contentioſæ, refert Raud. *d. loco.*

327 Dominium non probat inſtrumentum emtionis, etiamſi concurrat poſſeſsio emtoris, *Raud. de anolog. lib. 1. c. 30. n. 282. nec per ſigni appoſitionem ibid. num. 299. lim. in balla, & mana. n. ſeq.* ¶ Dominium directum & vtile, principaliter & incidenter quomodo probetur, *Caualc. dec. 69. aliàs p. 2. deciſ. 23.* ¶ Dominiũ præſumitur ex poſſeſsione, ſola allegatione: & æſtimum quando probet dominium & poſſeſsionem, etiam contra tertium, *Caualc. deciſ. 18. in iud.*

328 Dominium quomodo ex poſſeſsione probetur, & præſumatur, *vide Br. in l. pen. ff. de cond. inſt. Ant. in c. cum ad ſedem, de Reſti. ſpol. Alex. in conſ. 9. volum. 4. viſo proceſſu, Dominus Philipp. Dec. in conſ. 221. volum. 2. non patitur, & Br. in l. ſi prius, in 3. oppoſ. 3. part. de op. no. nunc.* ¶ Dominus qui ſemel fuit, ſemper præſumitur dominus, *l. ſiue poßidetis, C. de probat.* ¶ Dominium non perditur, niſi alteri acquiratur, *l. nec vtilem, ex quibus cauſ. mai.* ſecus in poſſeſsione, *l. quod nemo, §. 1. vbi gloſſ. de acq. poß.* ¶ Dominium nuda voluntate perditur, ſi poſſeſsio non eſt apud me, *gloſſ. in l. ſi quis, §. differentia, de acq. poß. per l. 1. & 2. de Rel. infert hoc ad q. d. Alex. in l. 1. in vlt. col. de leg. 1.* ¶ Dominium regulariter abſque traditione non transfertur, *l. traditionibus, C. de pactis.* Hoc fallit in donatione principis, in bonis ingredientis monaſteriũ, in bonis dotalib' mortuo viro, in bonis caducis, in beneficialib', in bonis acquiſitis Eccleſiæ, *de quibus vide poſt Mod. Goz. in l. certi conditio, §. fin. ſuper gl. in verb. poßidere. ſi cert. pet. lect. 62.*

Dominium quomodo & quot modis probetur, *vide Br. & Iaſon. pulcrè in l. rem quæ nobis, in 6. col. de acq. poß.* ¶ Dominium in antiquis probatur per teſtes, probantes cõmunem opinionem fuiſſe & famam, & eſſe, quòd à tempore centum annorum, & vltrà, completorum ante litem motam, & à tanto tempore, cuius in contrarium memoria non extat, talia bona ſpectaſſe ad cõmune, ratione dominij, *ita Innoc. & alij in c. veniens, & in c. quod per nouale, de verb. ſig. & Cy. & alij in l. ſi quidem, Sol. matr. de hoc latè, Alex. in conſ. 1. volum. 4. in fin. conſilij.* ¶ Duo in ſolidum non poſſunt eſſe domini vnius rei, *l. ſi vt certo, §. duobus vehiculum, ff. commod. Alex. & Iaſ. in l. 1. in 9. volum. de leg. 1. vide tamen, Iaſ. in l. ſi pluribus, in vlt. col. eod. tt. de leg. 1.* Vbi refert Aretinum tenentem, quòd ſi dominium abſq; traditione l. myſterio acquiritur, tunc duo in ſolidum poſſunt eſſe domini vnius Rei, ipſe tamen ibi fundamentis Aretini reſpondet. ¶ Omne dominium ius eſt, *l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. & patet ex definitione dominij, quam tradit Br.* & DD. *in l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acq. poß. vid. Hier. Schurff. in conſ. 69. col. 39. num. 22. vbi ad caſum infert.* 329

De Domo.

IN l. *plerique, ff. de in ius voca.* habetur, quòd nemo poteſt capi vel inuitus extrahi de domo ſua niſi pro cauſa criminali. *vt ibi Dd.* quia ſit vnicuique tutiſsimum refugium, imò contra ingredientem competit actio iniuriarum, *vt l. qui in domum, ff. de iniur.* tamen nota vnam limitationem ſingularem: vt quando domus minaretur ruinam, iſto caſu inuitus poſſet extrahi, etiam vim inferendo, ne læderetur ex ruina imminente, *ſecundùm gloſſ. & Feltn. in c. contingit de ſententi. excommu. eſt limitatio ad d. l. pleriq.* & eſt ampliatio, *ad l. nemo, ff. ad l. Aquiliam,* 330

quæ

quæ vult, quòd nemo sit Dominus membrorum suorum, *refert, Hipp. de Marsi. in sing. suo 189. incip. Tu audiuisti.* alias & plures limitationes, (*Non habet locum in debitore suspecto de fuga, &c.*) & declarationes istius theoricæ, quòd nemo debeat inuitus extrahi de domo sua, vide & inuenies, *apud Mynsing. in obs. 69. centu. 4.* Et ibi quædam vide notata, de Hortis & alijs domui contiguis, (*In quibus regula ista locum habet.*)

331 Vnd diß heist zu Sachsenrechte ein Haußfriede/ welchen ein jeglicher in seinem Hauß vnd Hoff/ daß ist/ in seinen vier Pfälen haben soll/ vnd ist gewircket durch Keyserliche Satzungen/ *prout est tex. & declarat gloss. 5. Artic. 66. lib. 2. Landr.* Ja so hart wird der Haußfried gehalten/ das auch der mitlings Einwohner sich wieder deß Hauses Herrn/ so jhm darzu gewalt thut/ schützen/ ja jhn erschlahn müge/ *gloss. 9. vers. wundet ein Mann, Arti. 78. lib. 3. Landr.* Vnd es sagt die *gl. 12. in d. Art. 78.* Wer seine vier Pfäle beschützt/ der thut ja so wol ein Notwehr daran/ als ob er seinen Leib rettete/ *per l. hi qui, ff. ad l. Iul. de vi pub. & per §. item lex Iul. inst. de pub. iudic.* ¶ Wie einer auch sein Hauß oder Gewehren/ bawen/ bewircken/ vnd also befrieden möge/ das er vor vnrechtē vberfall gesichert/ *notatur Arti. 66. lib. 3. Landr. optimè facit l. per prouin. C. de ædifi. priua. vide Art. 49.*

332 Nota, qui adit domum meam cum armatis, animo inferendi violentiam, dicitur raptor, licèt neminē inuenerit, *gloss. vi bono. rap. Inst. in prin. & per illum Caput. in sing. suis in verbo vis.* ¶ Es soll aber ein Mann so bawen/ das er seine Trauffe nit in eines andern Mans Hoff/ noch Balcken auff eines andern Mans Gebewe/ es geschehe deñ mit willen/ henge/ noch lege. Er soll auch mit bawen vnd bessern vorhüten/ das seim Nachbaurn nit schade geschehe: geschicht jhm aber schade/ er soll jhn gelten/ geschicht jhm aber selber schaden dauon/ den darff man jhm nit wandeln/ *d. Art. 49. lib. 2. Landr. & ibi gl. 3. & fin. concordat tit. ff. de damno infecto, & notaui quædam supr. in lit. A. vers. de ædifi. extollendis.*

333 Interest Reipubl. ne ciuitas ædificijs deformetur: igitur domum ruinosam habens, per quam ciuitas deformatur, & non potens ædificare, potest cogi, vt potentiori vendat, qui potest reficere: sin verò emtorem habere, vel iusto precio vendere non potest, licitè poterit petere à Repub. tantū, quantum sufficiat ad reparationē, Hipp. *de Marsi. in sing. 470. incip. habens domum.* Nescio tamē (dicit) an datâ accidentiâ facti obseruaretur à superioribus, & ego dubito. ¶ De mutationibus domicilij, an eximat ciuem à iurisdictione ciuitatis originariæ, *nota. Geyl. in 36. obs. lib. 2.* (*Ex consuetudine Germaniæ, cùm præstitit ea, quæ mutaturi domicilium solent, eximitur. Iure communi, mutatio domicilij non tollit originem, quo ad munera & honores, sed quo ad iurisdictionem seu forum. Cæterùm domicilio habitationis indistinctè renunciari potest.*

Nota, quando doctori Salariato, vt publicè legat, datur domus à cōmuni, non debet dari in loco remoto. Casus est sing. *secundùm Baldum in l. 2. §. sed & C. Scipio, ff. de ori. iuris.* Imò debet dari in loco celebri, quò faciliùs conspici possit, *vt in d. §.* Domus enim Doctoris, est totius ciuitatis oraculum, *secundùm Cic. lib. 1. de orato. notaui suprà in hac litera vers. de domo. Rom in sing. suo, & ibi Pigno. 824.* ¶ Domicilium animo tantùm contrahi, & ex quibus coniecturis quis contraxisse dicatur, (*Si videlicet maiorem partem suarum facultatum eò transtulit, si eum secutus sit, penes quem semper domicilium habere, & cum quo habitare consueuit,*) & quòd iuramento probetur, *consuluit Decia. in cons. 98. volum. 2. num. 7. & in seqq.* 334

Studiosi qui in aliquo loco studiorum suorum causa morantur, Domicilium ibi habere non credantur, etiamsi diutissimè in isto loco vitam transegerint: sicut nec parentes eorum, qui propter illos frequentiùs ad eiusmodi locū conuenerunt. Quod tamen de oneribus & muneribus in Repub. aliqua suscipiendis intelligendum. Ratione autem contractuum vel maleficiorū, corā Domino Rectore vel Episcopo conueniendi sunt, *Accurs. in l. 2. C. de incol. lib. 10. Bart. in l. lex Cornelia 5. §. si tamen, n. 1. de iniur. Auth. habita, C. ne filius pro patre, Bod. de Repub. lib. 3. c. 7. n. 333. Horat. Luc. de priuil. schol. prin. 64. VVes. n. 7. ff. ad Municip.* 335

Domicilium quomodo dicatur mutari & perdi, *Med. de nouat. p. 2. q. 1. n. 41. fol. 80.* ¶ Domicilij mutatio an & quando præsumatur, *Menoch. lib. 6. præs. 42.* ¶ Domicilium esse contractum in loco, ex quibus colligatur, *Menoch. lib. 2. cons. 1. casu. 86.* ¶ Diuisio, venditio, & alienatio, facta de Cameris aut parte domus, an præsumatur etiā facta de furno necessario, stabulo, aut horto contiguo, aut per quem habetur aditus, hic discutitur, *Caualc. decis. 1. aliàs p. 2. decis. 6.* ¶ Ostia & fenestræ repertæ in domo diuisa, ex parte vnius sunt cōmunia, si murus diuisorius cōmunis est pro indiuiso: si est pro diuiso, sunt socij illius, cui magis adiacent, & reperiuntur in parte medietatis illius muri diuisorij. *Caualc. decis. 55. alias p. 2. decis. 9. in contract.* 336

De domo sua nemo inuitus extrahi debet, *l. plerig, cum seq. de in ius voc.* & est tutissimum refugium. ¶ An appellatione domus, veniat ostium domus, & alia, quæ ædibus sunt affixa: & an statutū puniens offendentem in domo, intelligatur punire etiam offenden- 337

fendentem in ostio, *de hoc vide Br. in l. 1. §. hoc interdictum, de Cloacis, vide Bonif. de Vitell. in tit. de insul. in principio.* ¶ Appellatione domus, propriè non venit taberna, *vide supr. in verb. creditor, ibi si statutum disponit.* ¶ Qui prope domum est, videtur esse in domo, *arg. l. præsente. §. si quid, in fin. C. de his qui ad Eccl. confug. l. & qui in orto, de procur. vide de hoc ad quæstionem Bonif. de Vitell. in tr. Malef. in tt. de insul.* ¶ Domus plures, quas vna clausula vltima claudit, dicuntur habitationes, *Br. in l. quis sit fugitiuus, §. apud Lælium, de Ædil. edict.* ¶ Præstans domum, ad tractandum de maleficio cōmittendo, videtur dare auxilium & fauorem, ad delictum & maleficium illud, *Br. per illum tex. in l. & si amicis in fin. de Adult.* ¶ An, quando, & quibus casibus liceat mihi ingredi domum vel campum tuum, te inuito? *Ioh. de Plat. in §. feræ, Inst. de Rer. diuis.*

338 Non licet mihi ingredi domum tuam, te inuito, ad quærendum rem mihi subtractā: nisi apparent indicia, quòd res esset in domo tua: nam tunc iudicis authoritate, & eius familia, inquirere licet, *l. diuus, ff. de seru. fug. vide Iohan. de Plat. vbi prox. supr.* ¶ Domicilium originis mutari non potest, *l. assumptio, ff. ad Municip.* Ergo mulier si nubit viro, ipsius domicilium licèt sequatur, tamen originis siue ciuitatis domicilium non amittit, & gaudet omnibus priuilegijs, quibus alij ciues suæ ciuitatis, *vide Br. ad l. fin. ad Municip. Iohan. de Plat. in l. origine, de mu. & orig. lib. 10. C. vide omnino ad hoc pulcram limitationem per Soc. in Rubr. ff. solut. matr. in 3. col.* ¶ Quando fit mentio de domicilio, in dubio semper intelligitur de domicilio habitationis, non originis, *Alex. in l. cum quædam puella, de iurisd. omn. iudic.* Multa pulcra de domicilio, quale habeat sponsa, mulier, vidua, &c. *vide ibidem latè per Alex. per gloss. in c. statutum, §. cum autem, in verb. vnam dietam, de Rescrip. in 6. vide Apost. ad Alex.* ¶ Domicilium potest quis libera voluntate mutare, & absoluit se à nexu prioris domini *tex. est in c. significauit de paroch. & in l. Domicilium, & in l. incola, ff. ad munic. Abb. not. in d. c. fin. in 2. not.*

De Donatione causa mortis.

339 DEfinitur sic: Mortis causâ donatio est, cùm magis se quis velit habere, quàm eum cui donat, magisque eum, quàm hæredem suum, *Institut. de donatio. §. 1. versi. Et in summa l. Senatus, ff. de dona. Iul. Clar. in lib. 4. recept. sentent. §. Donatio quæstione 4. in prin.* & ibi optimè docet, qualiter cognoscatur, donationem esse causa mortis vel inter viuos factam, (*Si in ea mortis facta est mentio, mortis causa donatio censebitur: Si absoluta sit donatio, inter viuos erit.*) In dubio autem, quòd inter viuos donatio iudicetur, ibidem. ¶ Potest is donare causa mortis, qui potest facere testamentum: econtrà non potens facere testamentum, nec potest donare causa mortis: excepto filiofamilias, qui licèt etiam cum patris voluntate non possit condere testamentum, tamen cum voluntate patris potest facere donationem causa mortis, *l. tam is, §. 1. ff. de dona. causa mor.* Clarus *in d. lib. 4. sentent. §. donatio: quæstione 6. num. 4. & ibi num. 7.* an possit ipsimet patri suo donare causa mortis? dicit, quòd nō, nisi interueniat auctoritas iudicis. Vsurarius manifestus an possit donare causa mortis, quærit & respōdet idem Clar. *in d. §. donatio, quæstione 7.* quòd non.

Et omnibus potest donari, quibus & de iure potest relinqui legatū, *l. omnib. & l. Senatus, ff. de dona. caus. mort.* Qui æger aliquid promisit, & conualuit, intelligitur mortis causa promisisse, ideoq; restitut⁹ pristinæ valetudini, à donatario cōueniri non potest, & si conueniatur, tutus est exceptione doli, *l. 4. §. 1. ff. de dol. mal. & met. excep.* ¶ In triplici autē specie donatio causa mortis constituitur. 1. Cùm quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis donat. 2. Cùm quis imminente periculo mortis commotus ita donat, vt statim fiat accipientis. 3. Cùm quis periculo mortis sic dat, vt non statim fiat accipientis, sed tum demū cùm mors fuerit insecuta, *l. 2. ff. de dona. caus. mort.* ¶ Qualiter autem harū quælibet in sua specie conficiatur, vide formulas apud Specu. *in tit. de instru. edi.* Et nota, quod quinq; testes ad hanc sufficiant, *l. fi. C. de dona. causa mortis.* 340

341 Non indiget insinuatione, sed in præsentia quinque testium facta, ex quacunque parte, non est absimilis vltimæ liberalitati, *d. l. fina. C. de dona. caus. mort.* neque indiget redditione possessionis, sed statim à morte donantis transit dominium ad donatariū, *Specula. in d. tit. de Instrum. editio. §. porro, nu. 3. in fin. per Azonem in summa C. de dona. caus. mortis, & Hippo. de Marsi. in singul. suo 63. incip. donatio.* ¶ *Plenius de hac materia, vide per Dd. ad titulos C. & ff. de dona. causa mortis, & ad tit. Instit. de donatio. & Tractatum Rolandini de dona. causa mortis.*

342 Reuocatur autem causa mortis donatio, propter aliquas causas. Primò, quia donator reconualuit. Secundò, quia pœnituit: ambulatoria enim est hominis voluntas vsque ad supremum vitæ exitū. *l. 4. ff. de adi. lega.* Tertiò, vt quia prior decessit donatarius, *Instit. de dona. in prin.* sed de pœnitente, vide vnam fallentiam mirabilē apud Hip *de Marsi. in sing. suo 63. inci. l. donat.* asserens per Dd. quòd donās sine hærede decedens, nō possit pœnitere vel reuocare, *vid. apud Zas. in l. qui Romæ, §. Flauius Hermes, ff. de v. obl.* Quartò, inducitur etiam donationis reuocatio, quando

quando inimicitiæ inter donantem causâ mortis, & donatarium sunt exortæ, *Alex. in l. non omnes in prin. ff. si certum peta.* Quintò intelligitur reuocata, quando donans causâ mortis, rem donatam voluntariè, nulla necessitate cogente, alienat. *Dd. in l. si Stichū, qui meus erit, ff. de lega. 1. has duas fallentias ponit, Hippo. de Marsi. in singul. suo 136. incip. longa.* Sextò, reuocatur donatio, quando est ob benemerita facta, (*Et hoc verum, inter personas donare prohibitas: in alijs verò personis, quæ liberè donare possunt, nec meritorum commemorationem, nec eorum probationem necessariam esse, est communis opinio, Geyl. 2. obs. pract. 38. num. 6.*) & non plenè constat de benemeritis: quo casu etiam inter coniuges non statur assertioni donantis, Hippo. *de Marsi. in singul. suo 262.* firmat ex Theorica: Quod potui, nolui: quod volui, adimplere nequiui.

343 Sed donatio causâ mortis à donatore facta cum renunciatione reuocationis, ita vt in nullo casu reuocetur, si cōualuerit quidem donator, reuocari non potest, *l. Senatus, §. mortis causa in fine, l. si alienam, §. Marcellus in fine ff. de mortis causa donat. transitq. in donationē inter viuos, l. vbi ita donat. & ibi Bar. ff. eo. tit.*

344 Quæritur an donatio valeat inter virum & vxorem? Et respondetur, quòd non, per gl. *l. 2. in pr. in verbo legatum, ff. De dote prælegata.* ¶ Sed quid in donatione morte donatoris (*Mortis causa donatio inter coniuges valet, vt si donatio puta morte confirmetur, vt hic: dummodò traditio vel quasi, rei donatæ interuenerit: sed & iuramento eam confirmari, tradidit Geyl. 2. obs. pra. 40. vbi & hanc communem testatur, & Mynsing. cent. 2. obs. 33, vbi itidem communem asserit. Eandem tamen limitat, in donatione vera: nam in tacita & præsumpta, quæ resultet ex confessione dotis receptæ, mariti iuramento non stari ibidem asserit, n. 6.*) confirmatâ? Quòd valeat in vim relicti potiùs, quàm in vim contractus, declarat Iul. Clar. *in lib. 4. sentent. §. donatio. quæst. 6. nu. 6. & allegatur ad hoc l. donationes quas, C. de donat. int. vir. & vxor.* & ibidem n. 7. idem Clarus quærit & respondet, quo respectu donatio censeatur facta, tempore donationis factæ, vel tempore mortis.

Item valet donatio inter coniuges vicissitudinaria vel reciproca, *secundùm Hippo. in sing. suo 333. incip. Pactum,* (*Dummodò in continenti reciproca ista donatio fiat: secus, si ex interuallo, puta post annum, Geyl. 2. obs. pract. 40. nu. 7.*) Itē valet donatio inter cōiuges, si causâ dotis cōmunis filiæ fiat, *Geyl. ibi. n. 6.* sic valet inter coniuges pactū de reciproca successione in casu nō existentiū liberorū, ex generali Germaniæ cōsuetudine, *Myns. cen. 2. obs. 33.*

345 In tantū etiā, quòd reciprocè donata retinet, vltra sponsalitiam largitatem, *fac. addit. latina in fine ad gloss. 9. art. 20. lib. 1. Landr. & est addit. lat. litera C. ad art. 24. lib. eod.* imò etiam non veniunt sic donata in confiscatione bonorum mariti, *Hipp. de Marsi. in singu. suo 316. incip. Accipe notabilem.* Cessat etiam, in bonis mariti vxori donatis, priuilegium fisci, *de quo in l. 1. C. de donat. int. vir. & vxor.*

Et an donatio causâ mortis, confirmetur per iuramenti appositionem? Quòd sic, sed cum declarationibus, dicit Iul. *Clar. d. lib. 4. sentent. §. donatio, quæst. 9. n. 3. & 4.*

An senex & ignobilis maritus, ducens nobilem & iuuenem, possit aliquid donare in compensationem suæ ignobilitatis & senectutis? respondet, declarando tamen, quòd sic, d. Iul. *Clar. in d. quæst. 9. n. 5. Geyl. d. obs. 40. n. 9.* 346

Sed nota, quòd donatio causa mortis non præstatur, nisi deducto ære alieno, *vt habetur in l. si mortis, ff. qui & à quibus manu. lib. non fi.* ¶ Wie vnd welcher gestalt/ vnd was ein Mann oder Weib vber das Betbrett/ oder in dem Siechbette mügen vorgeben/ nach Sächsischer art/ *Notatur in gl. 5. vsq. ad finem, Art. 52. lib. 1. Landr. & in gl. Art. 65. Weichbild.* an den selben örtern wird vnterscheid gemacht zwischē die Personen: dēn jezliche sind Mann vñ Weib Eheleute/ Weñ dieselben eins dem andern/oder einander ohne deß ander willen/ etwas geben können/ *dicit Tex. & declarat gl. d. Art. 65. Weichbild.* Jezliche Personen sind von Richtersart/ jezliche Bürger/ jezliche Bawren/ jezliche Weibes Personen/ Wie vñ wann ein jegliches auffn Todsfall vergeben könne/ *notatur in gl. 6. & 7. d. Art. 52. lib. 1. Landr.* & ibidem, in dictis Articulis, animaduerte ad bonorum distinctionem: quædam sunt immobilia, quædam mobilia, quædam hæreditaria, quædā feudalia, quædam sunt auita Stamgůter/ quædam lucrata vel acquisita. Wie/ wo/ vnd wenn nu ein jegliches auch müge vorgeben werden/ findet der Leser an ermelten örtern/ vnd ohn auffmerckung derselben vnterscheide/ kan der Leser die Satzungen nicht verstehen.

Von wiederspruch der geschehenen vbergabe/ wie vnd in was zeit/ nemlichen innerhalb Jahr vñ Tag/ auch an Gerichts stat/ das sie soll geschehen/ *Citatur Art. 52. lib. 1. Landr. in tex. addi. & glossis.* Vnd es wird auch also gehalten/ wer in einen gehegten kauff oder gabe innerhalb Jahr vnd Tag nicht einsage thut/ der wird hernacher nit gehört. ¶ Sed istud tempus est numerandū à tempore mortis donatoris, vel à tempore notitiæ, quando iustā & probabilem ignorantiæ causam potest deducere? 347

¶ Sed mulier an possit facere donationem causa mortis, sine Mundualdo seu curatore, dicitur quòd non, per Ioan. *de Arn. in sing. suo 42. inc. Multotiens,* quid iuris in hermophrodito, idem Ioan. *de Arn. in sing. 43. not abo inf. in litera M. vers. de Muliere.*

348 Sed de reseruato in donationibus causa mortis, quòd accrescat venientibus ab intestato, voluit constitut. Electoral. *Saxon. in art. 2. par. 3. & notaui inf. in litera R. vers. de reseruato.*

Wie Vbergaben aller Güter auffn Todsfall sollen geschehen/ sic vt valeant, *dictum est in d. const. Elect. art. 1. par. 3.*

349 Quæritur, donatio causa mortis an magis sit comparanda contractui inter viuos, quã vltimæ voluntati? Et respondetur, quòd magis accedat contractui, quàm vltimæ voluntati, *gl. est notab. & ordin. in l. 2. in prin. in verbo legatum, ff. de dote prælegata, & secundùm illam, Ioh. de Arno. in sing. suo 42.* Quòd magis vltimæ voluntati, quàm contractui: voluit Hip. *de Marsi. in sing. suo 136. incip. longa.* sed Iulius Clarus, *lib. 4. sentent. §. donatio. quæst. 5.* optimè conciliat, distinguendo, quòd quo ad ordinationem, accedat contractui, quo verò ad eius efficaciam & executionem, vltimæ voluntati: & dicit, glossam supr. allegatam sic esse intelligendam.

350 Donatio inter viuos, vel mortis caussa, quando præsumatur, *Menoch. lib. 3. præs. 35. & 36.* ¶ Verba posita in instrumento donationis, (purè, merè, liberè, & simpliciter,) quid significent, *Viuius decis. 404. lib. 3. n. 23.* ¶ Donatio caussa mortis, an & quando ob clausulam de non reuocando, transfundatur in donationem inter viuos, *Raud. latè de analog. lib. 5. c. 23.* ¶ Donatio caussa mortis an per procuratorẽ fieri possit, *Mod. Pist. p. 2. quæst 55.* ¶ Donata Legatis, *vide inf. lit. L. verb. legatu.* ¶ Donatum filiofamilias, an & quando præsumatur donatũ, sui vel patris contemplatione, *Menoch. lib. 3. præsumt. 23.*

351 Pater, dando vel concedendo rem aliquam filio, quando ei donare, vel, vt peculij loco habeat, concedere præsumatur, *Meno. lib. 3. præs. 30.* ¶ Donare quando præsumatur is, qui soluit & præstat, quod non debet, *præs. 31.* ¶ Donasse quando præsumatur, qui scienter in alieno solo ædificauit, *ibid.* de meliorationibus in rebus factis æstimandis, *Menoch. ibid. præs. 32.* ¶ Donatio mutua valet, tam inter viuos, quàm mortis causa mutua: sicut & testamentũ mutuum inter duos, vt alter superuiuens alterius præmorientis bona habeat, valet: & donatio talis inter cõiuges valet, *vide latè Oldend. in copia in verb. Donatio col. 184. vbi plura iura allegat, & ponit differentiam, inter mutuam & reciprocam donationem.* ¶ Omnes donationum causa mortis cautelæ vel clausulæ, scilicet de nõ reuocanda donatione, & cæteræ id genus imposturæ, etiamsi addatur iuramentũ, nihil valent, *Oldend. in verb. donatio col. 184. & multa alia videbis ibid. notanda.*

352 Donatio an & quando dicatur causâ mortis, & quando inter viuos, *vide Alex. in cons. 14. vol. 1. circa primum dubium, & cons. 77. vol. 4. visu eleganter.* ¶ Quando non est facta mentio mortis, intelligitur inter viuos: si est facta mentio mortis, intelligitur caussa mortis: nisi expressè sit dictum, quòd sit inter viuos, *l. Seia, de don. causa mortis, & l. vbi mortis, vide Br. in l. fin. in q. 3. C. de pact.* ¶ Quando dicatur donatio causa mortis: & an ex eo, quod dictũ est, in contractu donationis, quòd non possit reuocari, & promisit nõ cõtrauenire, transeat in donationẽ inter viuos, *plenè Dec. cons. 305. vol. 2. Iuridicam esse.* ¶ Donatio causa mortis, hodie potest fieri per pactũ nudum, *gl. singularis in l. cum pater, §. Meuio, de leg. 2. vide de hoc Apostill. in l. vnica, §. sin autem C. de cad. toll. DD. in l. 2. de legat. 1. latißimè.*

Sed quòd mulier sic impetita se defendere, & in casu dubio iuramēto sese purgare posit, *habetur in Art. 21. circa finem lib. 1. Landr. & ibi notatur*, vide infrà, *in lit. I.* de iuramento purgationis. ¶ Per renunciationē quoque, scilicet quando iuramento sit firmata, quòd mulier propter iuramentum sanctè obseruandū, amittat dotalitium suum, (*Cuius alienationi à marito factæ cum iuramento consensit,*) *probatur in c. licet, de iureiur. in 6. fac. gl. penult. in Art. 3. lib. 1. & gl. in Art. 76. lib. 3. Landrecht, Geyl. in obs. 39. lib. 2. nu. 21.* Et de hac forma renunciandi interueniente curatore eius, & iuramento firmanda, dicit pulcherrimè gl. *in col. 6. & 7. c. 56. Lehnr.* 411

Sed de iure ciuili, neq; mulier volens amittit eam, (*Dotem scilicet aut donationem propter nuptias, cuius alienationi consentit,*) *l. de die ff. pactis dotal. Inst. quibus alienare licet vel non, in prin.* Quòd si tamē fuerit præsens alienatio- 412

ni,& non contradixerit infra annum: valet alienatio, & non poteſt iuuari. *Zobelius in addit. ſua litera F. in fine Art. 13. lib. 1. Landrecht.* ¶ Et ſecundùm illam conſidera, quòd in iudicio, vel coram teſtibus, ſaltem de conſuetudine, certioratione legitima præcedẽte & curatore interueniente, renunciatio ſine iuramẽto fieri poſsit: de quo ibi vide & cogita.

413 De arris Hiſpanorum, quæ conueniunt donationibus propter nuptias, *Valaſc. deciſ. 2.* ¶ Arræ integræ an debeantur, quamuis non ſoluatur integra dos, *Valaſc. deciſ. 3.* an pro rata dotis ſolutæ & traditæ, *ibid.* ¶ Arræ vel donationes propter nuptias, an conſtitui poſsint cõſtante matrimonio, *Valaſc. deciſ. 4.*

De Dote.

414 DE dotis probatione, qualiter poſsit probari, conſuluit Dec. *in conſi. 32. n. 76. vol. 2.* ¶ Dotis ſtipulatio in caſum concepta videtur, ſi nuptiæ inſecutæ fuerint, *l. item quia, §. huius rei, ff. de pact.* ¶ Nobili viro maior dos conſtituenda, *gl. 1. & tex. in c. nullum 30. q. 5. l. quæro l. eum poteſt, §. gen. & §. ſeq. ff. de iur. dot. Caſſ. de gl. mundi, part. 8. conſid. 40.*

Dos alia eſt Profectitia, quæ ex bonis patris proficiſcitur: alia eſt Aduentitia, quæ aliunde obuenit, *de quibus in l. profectitia, ff. de iure dotium.* ¶ Quid iuris autem ſit de qualibet, in ſua ſpecie, qualiter conſtituatur, à marito petatur, poſt mariti obitũ, vel etiam marito viuente, quando & qualiter ex bonis mariti exigatur, vel vendicetur, vide Tit. *ff. & C. de iure dotium per totum, ff. de pactis dotalibus, C. de dotis promiſsio. & tit. ff. de fundo dot. C. de pactis conuentis tam ſuper dote quàm don. prop. nupt.* Itẽ *C. de dote cauta & non num.*

415 Sed ſpecialiter notandũ venit, quòd filiabꝰ dos debeatur ita, quòd pater propter paternũ officiũ, cogi etiã poſsit à filia, officio iudicis: vt ipſam in matrimoniũ collocet & dotet, *l. fin. §. vtramq; C. de dotis promiſs. tex. eſt, & ibi Bar. in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* per iſta pulcerr. conſuluit Alex. *de Imo. in conſ. 33. vol. 4.* Reipub. enim intereſt, dotare fœminas, ſic vt veniant ad nubendũ, & procreandũ legitimã ſobolẽ: quod meliùs fit cum dote & ditiore, *l. 1. & ibi gl. ff. ſoluto matri. tex. Nouellæ conſt. de reſti. dota. rerum, §. hæc merito. cum multis ſimilib.*

416 Et conſtituatur dos ſecundũ quantitatem bonorũ paternorũ, ſecundùm qualitatem & conditionẽ fœminæ & ſponſi: & cõgruè dotata dicitur, *l. quæro, ff. de iure dot. l. ſi filiæ, ff. de legat. 1.* Sed habet, in caſu dubio, pater præſumptionẽ pro ſe, quòd filiã ſuã congruè elocauerit, & dotauerit: quia non præſumitur melius conſiliũ pro filia, quã paternũ, *l. nec in ea, ff. de adult.* & nullus amor cùm vincat paternũ: *l. fin. C. de curat. furioſ.* niſi ex magno exceſſu cõtrariũ appareat, ita quòd pater poſsit redargui de dolo, *arg. l. vnde ſi Neruæ, cum l. ſeq. ff. pro ſocio. Dec. bona pro patre, in conſ. 6. n. 39. & 40. & conſ. 54. vol. 1.*

Sed dos in bonis fideicomiſso ſubiectis, 417
quatenus (*Si videlicet alia bona pater non habeat, ex quibus filiam dotare poſsit: niſi tot fructus percepti eſſent ex fideicommiſſo, qui ſufficerent ad dotandũ, dummodò ij adhuc extent & conſumpti non ſint. Itẽ ſi fideicommiſſũ ſit inter deſcendentes, nõ obſtante eo, dos procedit: Aut ſi teſtator expreſſè permiſerit alienationẽ cauſæ dotis,*) à patre poſsit conſtitui: & multa alia bona de filiæ dotatione, pro nobilitate, pro viribus facultatũ, & pro numero filiarũ, *conſuluit Dec. in conſi. 10. vol. 2.* (*Dos dicitur Congrua vſq; ad legitimã, hoc eſt, ne legitimã minor ſit: maior tamen eſſe poteſt.*) ¶ Et maritus, ſi ex forma ſtatuti lucretur dimidiã partẽ omniũ bonorũ, an etiã comprehendantur bona fideicomiſſo ſubiecta, vel ratione fideicommiſsi reſeruata, *conſuluit d. Dec. in conſi. 12. vol. 2.* ¶ Et tandem, dotis ſumma quanta ſit arbitranda, *eleganter & pleniùs conſuluit d. Dec. in conſi. 17. vol. 2.*

De probatione ex coniecturis, quòd mulier ſit dotata, & de quantitate dotis coniecturis probanda, cõſuluit D. Dec. *in conſ. 49. vol. 2. in prin.* ¶ De probatione (*Cùm inſtrumentũ, patrem & filiũ dotem recepiſſe, memorat, vterq; pro virili tenetur. Ex coniecturis tamen, ad quem dos peruenerit, inquiri ſolet.*) eius, quòd dos peruenerit ad patrem vel filiũ, ſimul ad effectũ agendi, conſuluit d. Dec. *in d. conſi. 49. vol. 2. n. 15. & 22.* Alex. *de Imo. in d. conſi. 33. vol. 4. ad fin.* poteſt induci ad id, quod præſumptio iuris, patitur & admittit contrariã probationẽ, *gl. l. ſed etſi tutor. C. de admin. tut.* 418

Quando autẽ matrimoniũ quidẽ eſt ſecutũ, dos verò viro non ſoluta: agit, ſiquidẽ eſt promiſſa, licèt incerta vel ad arbitriũ boni viri collata: *l. 1. & l. 3. C. de dotis promiſs. l. cum poſt, §. gener. ff. de iure dot.* vel agit contra patrẽ, dotẽ vt conſtituat, quia non ſit promiſſa. Officiũ enim patris eſt, dotare filias, *gloſſ. d. §. gener.* 419

Sed in tantũ etiã poteſt petere maritus 420
dotẽ, (licèt expoſuerit confeſsionẽ, ſe illam recepiſſe, ſed reuera non ſecutũ,) quòd poterit infra debitũ tempus opponere exceptionẽ non numeratæ dotis, *l. fin. & Auth. ibi poſita. C. de dotis promiſs.* intellige, niſi exceptioni renunciaſſet: declarat Hipp. *de Marſi. in ſing. ſuo 345. inc. Maritus.* ¶ Qualiter autẽ dotis dominiũ cõſtante matrimonio, ſit apud maritũ & vxorẽ, *notatur in gl. l. & ſi datus, ff. de teſt. tut.* ibi inuenies remiſsiuè, quod maritus habeat in dote diſpoſitiones. Et pro matrimonij oneribꝰ maritꝰ optimo iure percipit fructꝰ dotis *l. pro oneribꝰ, C. de iure dot. & l. dotis fructꝰ ff. eo.* & ibi in gl. notatur, quòd maritus onera matrimonij ſuſtineat, quæ ſunt varia. Et tãdẽ de lucro dotis percipiẽdo vel non, cõſuluit Dec. *in conſi. 31. vol. 2.*

Sed

Sed an intelligatur in dubio, quòd vxor
421 omnia bona ſua marito dederit in dotem:
& ſic fructus poſsit percipere, vel aliter pro
iure dotis diſponere: diſpu. Alexan. *de Imo. in*
conſi. 144. vol. 5. & VVeſenb. *in conſi. 25. part. 1,*
(Vbi concludit, communē eſſe non eſſe doti res illatas
à muliere extra conuentionem expreſſam aut præ-
ſumptam. Idem Geyl. 2. obſ. pract. 81. vbi tamen li-
mitat communem: niſi ſecundò nubat mulier, tunc
enim dos prioris matrimonij cenſetur repetita, &c.)
ibi inuenies deciſionē, quid iuris. Sed enu-
merantur cauſæ, propter quas maritus ne-
dum fructus dotis non percipit, ſed ipſam
dotē penitus amittit: *habetur in gl. 3.* ibi, das
gegen ſeind auch ſechs Sachen/ *Art. 21. lib. 1.*
Landr. Et ibi inuenies remiſsiones.

Qui dedit dotem pro alumna, hac lege,
422 vt in caſum mortis vel diuortij, ea ſibi red-
deretur: eueniente illo caſu, repetitionem
datæ dotis habet, *l. 10. C. de pact. l. ſi extraneus,*
C. de cond. ob cauß. ¶ Iure Saxonico, maritus
omnia mobilia dotis nomine, non tantùm
habita in loco domicilij, ſed omnia alia et-
iam in peregrinis prouincijs, lucratur, *differ.*
iur. ciuil. & Sax. lib. 1. diff. 31.

Dos mulieris publicari & confiſcari po-
423 teſt, certis caſibus, *l. 3. de bon. damn.* ¶ Si pa-
ter, qui pro filia dotem dedit, damnatur: ni-
hil competit fiſco: etiamſi in matrimonio
poſtea filia deceſſerit, quo caſu aliàs dos
profectitia rediret ad patrem: manebit ergo
penes virum, *l. 8. §. 4. de bon. damn. Cuiac. 6.*
obſer. 23.

Dotis dominium verum & naturale pe-
424 nes vxorē, ciuile vel vtile penes maritum
eſt, *gl. in l. in rebus, C. de iur. dot. Guiber. de dot.*
c. 5. Bald. nou. de dot. par. & priu. 6. Camper. par.
4. quæſt. 7. Hotom. de dot. fol. 835. col. 1. & 2. Vand.
lib. 2. q. 3. Cuiac. lib. 10. obſ. 32. Coraſ. lib. 5. Miſ-
cell. c. 14. Duar. ad rubr. ff. ſolut. matr. in ſi. Borch.
& alij in §. 1. Inſt. quib. alien. licet. Zaſ. in ſing.
intell. lib. 4. c. 5. Pinell. in l. 1. par. 3. n. 12. C. de
bon. mater. Hart. Hartm. n. 6. de Dot. obſ. 5. Heinri.
Kniſen. in tr. de lucro dot. c. 8. lib. 2. Ioh. à Ford. in
meth. Iur. ciuil. part. 1. c. 96. Poſſeſsio dotis ve-
rè apud vxorē eſt, licèt alioquin fictione Iur.
ciuil. ea apud maritum ſit. *Borch. de acq. poß.*
c. 6. n. 26. ¶ Publicatis bonis viri, res propriæ
vxoris: non debent occupari, & dos ilicò re-
ſtitui, *l. 9. C. de bon. proſcript.* ¶ Dotis confeſ-
ſio receptæ, fiſco non nocet: ſi modò fiſcus
iuſto tempore propoſuerit exceptionē non
numeratæ pecuniæ, *Tiraq. de retract. gent. §. 1.*
gl. 18. n. 91. Rol. à Vall. 1. conſ. 31. n. 43. ¶ An
mercatores cogantur reſtituere dotē, anni
fine non expectato, *vide Marant. part. 4. diſt.*
9. num. 81.

Dè dotis ſupplemento petendo vſq; ad
425 quantitatē legitimæ conſequendæ, cōſuluit
Decian. *in conſ. 6. & conſ. 54. vol. 1.* quem ibi
vide in iſta materia, quia ſunt bona. ¶ Sed
filia ſine liberis mortua: an & quando ad pa-
trem dotantē redeat dos, (*Redire ad patrem,*
& de eâ filiam teſtari non poſſe, reſpondit,) conſu-
luit Dec. *in conſ. 55. vol. 2.* & ibi, quatenus filia
de dote ſua teſtari potuit, vel non.

Sed quòd conſtante matrimonio, in ca- 426
ſu, quando vir vergit ad inopiā, etiam dos
poſsit vendicari, *habetur in l. vbi adhuc, C. de*
iure dot. De alijs caſibus, vide ibid. *in gl.* & ibi
per Dd. limitationes & declarationes. Et de
dote ſua mulier non cogitur ſoluere debita
mariti, licèt maritus ipſi in dotis compenſa-
tionē donaſſet partē bonorum ſuorū: quia
talia debētur ipſi ſine nexu æris alieni, Weich-
bild, Art. 22. in gl. col. 4. & Art. 68. habetur in ad-
dit. lat. ad gl. 12. Art. 20. lib. 1. Landr. & conſu-
luit Mynſing. in Reſpon. 38. n. 3.

Poſt obitū mariti, mulier vendicat & pe- 427
tit ab hæredibus mariti dotē ſuam, vi tacitæ
hypothecæ, quam habet in bonis mariti: &
conſequitur, etiā in caſu, creditoribus ante-
riorē & expreſſam hypothecā habentibus,
Nouel. 53. §. quoniam verò ad Clem. Ant. Guib. de
dotib. c. 7. num. 5. fol. 692. Bald. Nou. par. 10. de
dot. prun. 2. Borch. in §. fuerat. Inſt. de act. Mynſi.
cent. 4. obſ. 13. & in §. fuerat. n. 11. l. aßiduus, C.
de his qui pot. in pign. hab. ſi modò realē nume-
rationē probare poterit, *d. l. aßiduus, & l. 1. C.*
de dote cauta & non numer. dann was ſie nit eins
gebracht/ nimbt ſie nit wieder. ja was jr an der
Mitgabe gebricht/ ſoll jhr auch am Leibgedinge
gebrechen/ *gl. 10. Art. 20. lib. 1. Landr. Authen.*
æqualiter, & Auth. ſed ſi nihil, C. de pactis conuent.

In noſtro territorio Sax. ſic obſeruatur: 428
Nobiles accipiunt Dotalitiū, Gerade/ Mor-
gengabe vnd Mußtheil: vnd laſſen dagegen jhre
Mitgabe den Erben. Ignobiles vel plebeæ ac-
cipiunt ſuas dotes; vel prout eſt conuentū
in pactis dotalibus, quæ ſolent confici: *gloſſ.*
& addit. magna fina. Art. 31. lib. 1. Landr. &
Art. 77. lib. 3. & Art. 75. in gl. eo. lib. ¶ Sed qua-
liter probetur iſta realis numeratio, vt per-
cipiat dotē, vel dotis recompenſationē. vide
per Dd. *in d. l. aßiduis, C. qui potio. in pign. hab.*
& in d. l. 1. C. de dote cauta & non num. quid in
dote confeſſata? (*In hac ceſſare dotis priuilegia,*
communis Dd. ſententia eſt. Idem docet Geyl. 2. obſ.
pract. 31.) vide Hipp. *de Marſi. in ſing. ſuo 324.*
incip. Mulier, Ang. de Are. in §. fuerat, Inſt. de a-
ction. & Mynſing. in ſuis obſ. obſ. 61. cent. 1. Dec.
conſi. 94. vol. 3. n. 7. Imò fauore dotis, proba-
ri poteſt præſumptionibus & coniecturis:
Hippo. in Repet. Rub. de probat. mihi, n. 63.

Item verbis enunciatiuis: *idem Hippo. in* 429
ſing. ſuo 442 incip. vulgata. & priuilegiū, *l. aßi-*
duis, C. qui pot. in pign. hab. quatenus in dote
confeſſata habeat locum. vide Matthæ. de
Mattheſi. *in ſing. ſuo 192.* ¶ Sed an exceptione
de adulterio, à dotis vel recompenſationis
peti-

petitione etiam ab hæredibus possit remoueri, (*Respondetur, quòd non: nisi iam defunctus ipsi litem mouisset, aut nisi stuprũ in viduitate commisisset.*) vide per Paul. Castren. *in consilio suo 129. incip. Hæc Mulier; & in consi. 122. incip. reuocatur in dubium in antiquis.* Dos data, quòd debeat conferri & computari in legitimam, *notat Bal. in l. quoniam versic. veniamus ad quæst. C. de inoffic. test. Alex. de imo. in consi. 23. incip. visis dubijs, & in consi. 31. colum. 2. vers. sed iuxta volum. 4.* ¶ Item dos, qualiter in fundo alicui possit constitui, dixit Hippo. *de Marsi. in Repe. l. fina. ff. de iurisdict. omn. iud. mihi num. 71. cum aliquibus sequent.*

430 Quòd etiam dos & donatio propter nuptias præferantur restitutionibus, puta fideicommissarijs in bonis forte factis, *habetur in Nouel. const. de restit. dot. rerum. constit. 39.* Et tandem 30. dotium priuilegia, conscripta à D. Oldendorp. *in suo libro de iure sing.* & numero viginti duo in specie, cumulauit dotium priuilegia D. Mynsing. *in suu obseruation. obseruat. 3. centu. 3.* & ibi in prin. notat, quòd cessionarius eiusmodi priuilegium dotis non habeat. Aber das priuilegium dotis tacitæ hypothecæ soll seinen anfang gewinnen/ wenn der Kirchgang geschehen/ jedoch wenn die Mitgifft folgends oder zuuor wircklich einbracht/ disponitur in constit. *Electo. Saxon. Art. 24. par. 2.* ¶ Et priuilegia tacitæ hypothecæ, an etiam extendantur ad bona feudalia? quòd non, dicit constit. *Elect. Saxo. in art. 25. parte 2.*

431 Et lucrum dotis, an habeat locum in dote promissa, notauit Geyl. *in obseruat. 78. & 79.* (*Vera & communis conclusio est, habere locum etiam in dote promissa & non data: Geyl. Quòd si tamen statutum expressè de dote data mentionem faciat, ad promissam non extenditur: eaque communior sententia est, attestante Geyl. d. obser. 79. de quo casu etiam loqui Mynsinge. centu. 5. obseruat. 100. videtur. Limit. tamen ea: nisi aliter vsus loquendi acciperet dotem promissam etiam datam appellaret: aut si ob moram mulieris, vel illius qui dotem promisit, dos non soluta sit, Geyl. d. loco. Lucrum etiam dotis, in desponsata tantùm per verba de præsenti locum habere, & eam veriorem sententiam esse, tradit Geyl. 2. obseruat. pract. 80. vbi tamẽ eam limitat, in impuberibus, in impotente marito, item si traductio culpâ viri non sequatur.*) *lib. 2.* ¶ Priuilegium dotis, an habeat locum in dote confessata, Geyl. *in obseruat. 81. lib. 2.* confessio mariti de dote numerata sibi, marito & hæredibus eius benè præiudicat, sed non tertio, *& ibi n. 9.* (*Negatiua limitatur: nisi creditores exceptionem dotis non numeratæ omittant, aut nudam debitoris cautionem tantùm habeant, vel etiam tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis elapsum sit.*) ¶ De iurata confessione mariti, an noceat creditoribus, & vide ibi per Geylium elegantiss. declarationes. ¶ Dote non constituta, an omnia bona vxoris in dotem data censeantur, *Geyl. in obs. 82. lib. 2.* ¶ De dote, constante matrimonio, ob viri inopiam repetenda, idem Geyl. *in obs. 83.* quòd possit repeti, declarat per *7.* ampliationes; & docet, qualiter probetur, quòd quis vergat ad inopiam, (*Puta, si accepti & expensi rationem non habet, si sumptus censum superat, si aleator prodigusuè sit, si frequenter pro alijs fideiubeat, si pecunias sub vsuris crebrò accipiat, alijsq; casibus similibus.*) ¶ Sed quid in ea, quæ scienter nupsit marito obærato, an possit dotẽ constante matrimonio repetere, (*Negatiuam magis communem & in puncto iuris veriorem esse, tradit Geyl. affirmatiuã tamen Bartoli æquiorem. ipse distinctione conciliari posse existimat: vt negatiua habeat locum in scientia plenissima: affirmatiua in suspicione tantùm dubia ex vulgi rumore orta, maximè si maritus dilapidare pergat. Semper tamen cautioni exigendæ locum esse, idem tradit.*) idem Geyl. *in obser. 84. d. lib. 2.*

Sed maritus locupletior factus, an dotẽ 432
ex causa inopiæ restitutam repetere possit, quòd sic, (*Vbi etiam docet, hanc sententiam æquiorem esse, & ad conseruandam concordiam coniugalem magis aptam.*) respondit Geyl. *in obs. 85. d. lib. 2.* ¶ An bonis mariti confiscatis, vxor dotẽ saluã habere debeat? Respondet, quòd sic, (*Idem est, si maritus bannitus sit, cuius bona publicantur. Nec tantùm dotẽ ijs casibus mulier repetere potest, sed & alia sua bona, etiam dimidiam bonorum constante matrimonio acquisitorum, vigore statuti, consuetudinis, pacti, aut quartam, aut præterea, C. vnde vir & vxor.*) idem Geyl. *in obs. 86. lib. 2.* ¶ Dote promissa & non soluta, an maritus vxorẽ alere teneatur? (*Non teneri, imò parentibus eam domum remittere posse, concludit.*) sunt pulcherrima, & sæpiùs in facti contingentia occurrunt, idẽ *obs. 87. lib. 2.* ¶ An pater filiam spuriam dotare possit? deciditur, quòd non, (*Modicam dotem alimentorũ loco relinquere ei potest,*) sed pro alimentis aliquid relinquere posse, *obs. 88.* ¶ An creditores mariti, vxori agenti hypothecaria, dotẽ offerre & bona mariti auocare possint, (*Negatiuam veriorem & fauori dotium magis consentaneam, dicit,*) idẽ Geyl. *obs. 92. lib. 2.* & ibi vide, de iure offerendi inter creditores, & bona auocandi. Filia, inscio patre, nubens an sit dotanda, *obs. 95. lib. 2.* (*Si Digno nupserit, veriorem & magis communem opinionem esse ait, vt indistinctè, siue promiserit filia dotem, siue non, dotare eam pater teneatur. Si Indigno, quod ex moribus non diuitijs æstimamus, non tenetur.*)

In dote, an pro vel contra maritum ha- 433
beat locum remedium, *l. 2. C. de rescind. vend. docuit eleganter Arius Pinell. in 4. capite partis primæ,*

ma, d. l. 2. C. de rescind. vendit. à num. 33. vsque ad finem. (tradit ibi contra communem, pro marito : habere locum, si minor ei dos numerata sit : non contra maritum, si amplior: nisi fortaßis fœmina minor ampliorem dotem dedisset, tunc enim restitutio in integrum locum habet.)

434 Dotis & donationis dominium transit sine traditione, non sic æquè possessio, *Thessaur. decis. 48.* ¶ Dotis numeratio probatur eo ipso, quòd eius promissio præcesserit, quam secuta sit subsequens mariti confessio, *Gabriel. de iure dot. concl. 4. fol. 191.* ¶ Dotis promissio tacitam conditionem habet, si matrimonium solenniter & legitimè sequatur, *Viuius lib. decis. 39. n. 1.* ¶ Pater si congruam filiæ dedit dotem atque stipulatus sibi fuerit, vt sibi redderetur, quando filia sine liberis decederet: filiaque dote contenta, renunciârit paternę hęreditati: queritur, quando in testamento disponit super dote: an hoc, non obstante stipulatione, possit, ita vt pater vel eius hæredes dotem repetere nequeant: & quòd nequeant, *Viuius dec. 9. lib. 1.* ¶ Dos à patre profecta ad patrem redire debet, *Ludou. concl. 11.* Iudicis officio pater cogi potest ad dotandam filiam, *Asin. de exec. §. 3. c. 110.* ¶ Filius matrem dotare tenetur: si sit iuuenis, pulchra, & pauper, & ideò suspecta de incontinentia, *Tiraq. l. 2. connub. gl. 1. p. 2. sub n. 9.* ¶ Frater diues tenetur dotare sororem pauperem, *Thess. decis. 192. n. 7.* vbi ampl. etiãsi soror legitimam habeat non sufficientem, *ibid. amplia. & seqq.*

435 Dotandi necessitas inest patri erga filiam, officio paterno, & sanguinis propinquitate: ideòque si pater habet, vnde dotet filiam, auus ad id nõ tenetur, *Anton. de Butr. cons. 56.* ¶ Dotare qui compellitur ex dispositione legis indefinitè, vniuersaliter intelligi debet: vt cogatur dotare toties, quoties dos fuit amissa, dummodò amissa non fuerit culpa dotatæ. *Sebast. Medic. de Reg. Iur. reg. 2. illat. 31. fol. 53.*

436 Pater tenetur dotare filiam, *Seb. Med. de cõseru. possess. gl. 2. p. 3. n. 85.* vbi vna ampliatio, & lim. 5. Non verò mater, *Pruck. l. in multis de stat. hom. p. 2. art. 28.* vbi declara. Pater in dubio dicitur filiam dotare de proprijs bonis, *lim. 4. mod. vt Med. de conser. poss. d. lo. n. 88. fol. 651.* ¶ Ex necessitate tenentur dotare, non ex voluntate, Pater, *Seb. Medic d. lo. n. 85. vbi lim.* Auus. *d. lo. n. 9. lim. ibid.* Frater, *n. 92. vbi lim.* Hęres extraneus, stante statuto, quòd filiæ non succedant, *num. 93.*

437 Non tenetur patruus dotare neptẽ, nec filius matrem, nec mater filiam, nisi filia esset inops, vel ille qui teneretur dotare, *n. 94.* Relictũ aliquid, Cũ nupserit, quando peti possit. *Seb. Med. de conseru. poss. gl 2. p. 3. n. 95.* Dos tacitè quomodo constituatur, item expressè. *Seb. Med. d. lo. n. 96. & seqq fol. 656.* ¶ Dos filiæ spuriæ æquiualens alimentis cõstitui potest, & ad quem reuertatur, *Capyc. dec. 181.* De spuria dotanda, *Ioseph. concl. 1. verb. & sicut pater.*

Dotis vsuræ in casum moræ rectè petũtur. 438 *Capyc. dec. 182. n. 2. l. f. §. præterea, C. de iur. dot.* ¶ Mater vel auus maternus, dotem constituere filiæ vel nepti, quando teneantur, *Men. li. 2. cẽt. 5. c. 460.* Auus an Pater teneatur dotare mulierẽ, *Brun. à sole quæst. 43.* ¶ De rebus, quæ in dotem dantur æstimatæ, *Couar pract. quæst. c. 28.* & de earum restitutione, *Ioseph. concl. 10.* ¶ Dos succedit loco legitimæ, omnesque eius habet qualitates: nisi expressè à statuto aliud disponatur, *Viuius decis. decis. 415. lib. 3.*

Fructus pignoris non cõputantur in sortẽ, quando pro dote constitutũ est pignus. 439 *Couar. V. R. lib. 3. c. 1. n. 3. latiss. vbi multæ illat.* Mulier nubens secundo viro, nulla habita mentione dotis, videtur tacitè eandẽ dedisse dotem secundo, quàm dedit primo, *Seb. Med. de cons. poss. gl. 2. p. 3. n. 96. fol. 656. lim. vt ibid. Thom. dec. 18. & dec. 30. n. 22.* ¶ Si maritus ignobilis, ante consummatum matrimonium, animo donandi cõfiteatur, se dotẽ recepisse, quam non receperat à muliere nobili: an talis confessio & donatio valeat, *Marsil. tr. de bannit. in verb. nobiliß. n. 24.* ¶ Confessio mariti de recepta dote, an probet, *Ioseph. Lud. concl. 14 illat. 28. Gabr. lib. 3. concl. 4. de iur. dot. Menoch. lib. 3. præs. 12. & 13. Hier. Laur. dec. XXI. Cole. de proc. exec. c. Alua. Valascus to. 1. dec. 5.* ibid. in quibus casibus non admittatur querela non num. dot.

Vsuræ dotis debentur ab hæredibus post 440 annũ, si sint in mora restituendæ dotis, *Thess. dec. 42.* item vsuræ augmẽti dotalis, *Coler. lib. 1. de proces. exec. p. 1. c. 10. n. 79. Martin. Coler. de alim. lib. 1. c. 11. n. 17. 18.* vbi cõtrar. Ioseph. Lud. *concl. 56.* vsuras peti nõ posse, sed interesse, *Coler. d. lo. n. 28. & seqq. Aluar. Valas. dec. 8.* ¶ Quid si cõstante matrimonio facta, an anteriorib. creditorib. præiudicet, *Aluar. Valas. decis. 6. to. 1.* ¶ Confessio dotis receptæ, non nocet creditoribus: etiã quòd iuramentum interuenerit: nisi spaciũ annorũ decem interuenisset. *Viu. dec. 148. lib. 1.* Considerata qualitate dantis & accipiẽtis, est danda dos: & quæ dicatur dos magna, *Viuius decis. 260. lib. 2.*

Quando res imobilis dotalis vendi possit, 441 & quando non, *Viuius decis. 261. lib. 2.* ¶ Confessio dotis receptæ, in qua exceptioni non numeratæ pecuniæ fuit renunciatum, vel tempora eam opponendi extant elapsa: non modò hæredibus mariti, verùm etiam tertio possidenti præiudicium generat, *Viuius decis. 431. lib. 3.*

Mulier pro consequendo deposito, dotis 442 occasione facto, confessione mariti de eius receptione non obstante, agere potest: & an confessio ista liberis primi matrimonij præiudicare videatur, *Viuius decis. 433. lib. 3.*

Dotis contractus quando bonæ fidei. *Seb. Med. de conseru. possess. gl. 2. p. 3. n. 77. fol. 654.* caussa dotis, est pia, largo modo, *n. 78.* & dos promissa dicitur, *n. 80.* Dos datur soluto matrimonio, postquã à muliere fuerit recuperata *n. 81.* & dicitur ius vniuersale, *n. 82.* vnde fructus illam augent: & in ea succedit preciũ loco rei, & pro ea libellus generalis procedit, *d. n. 82.*

443 Dotis æstimatæ periculũ ad quẽ spectet, *n. 102.* & æstimatio quid operetur: augmentũ dotis inæstimatæ pertinet ad mulierẽ, *n. 104.* Dos vera, & putatiua quæ, *n. 107.* Dos data in sponsalibus, non secuto matrimonio repetitur, *n. 108. & ibid. 10.* casus quando repetatur, & quando interd. veniat fisco. Dos putatiua cum vera, in quibus conueniant, differantq́; *ibid. n. 111. fol. 659.* ¶ Dotis priuilegia 85. serie alphabet. recenset Medic. *de conseru. possess. gl. 2. p. 3. n. 128. fol. 661.* & hæc priuilegia quando egrediantur personã mulieris. *ibid. remiss. n. 129. fol. 670.* Solutio dotis constante matrimonio facta vxori, non liberat maritũ. *Seb. Med. de conseru. poss. gl. 2 p 3. priuil. 57. vbi lim. 3. fol. 667. & priuil. 81 vbi lim. 4. fol. 669.*

444 Dos quib. casibus amittatur, *Med de amitt. poss. gl. 3. n. 356. fol. 780.* ¶ Pro dote vxor assecurata, constante matrimonio super aliqua re viri, non liberat eum, nec alia eius bona, ab hypothecis, *Capyc. decis. Neap. 46. n. 1. lim. vt n. 5. Afflict. dec. 9. Couarr. variar. resol. c. 7. lib. 1.* ¶ Cõfessio mariti de dote quando præiudicet alijs creditoribus, *Coler. p. 3. c. 1. n. 92. 104. & seq.* & dotis non numeratæ exceptio, quando recte apponatur, *ibid. n. 113.* Dos confessata, an gaudeat priuilegijs verę dotis, *ib. n. 104. Seraph. priuil. 77 n. 12.* ¶ Dos recepta in pecunia numerata, in pecunia numerata restitui debet: & de valore monetę. & de re dotali data, facta æstimatione, *Ludou. concl. 10.*

445 Dos à patre profecta, ad parentẽ redit, *Lud. concl. 11.* ¶ Dos nõn computatur in bonis mariti, *Mars. de bannit. verb. bonis. nu. 54. n. 56. 57.* Dos confessata, quando gaudeat priuilegijs veræ dotis, *Caroc de deposito, p. 1. quæst. n. 2. 3. & 4.* ¶ Dotis confessio & promissio, à marito facta tempore restitutionis, quæ per errorem maior ipsa dote soluta reperitur, an teneat: & illud augmentum debeatur in prę iudicium restitutionis, *Thess. decis. 112.* ¶ Saluianum interdictũ vtile, mulier pro restitutione dotis contra tertium intentare potest, etiam nulla facta excussione: sufficitq́; probare possessionem mariti defuncti, seu debitoris tẽpus obligationis, *Viuius decis. 416. lib. 3.* ¶ Ratione dotis non solutæ, maritus interusurium medij temporis, tanquam interesse, pro oneribus matrimonij sustinendis, de iure exigere ac consequi potest, *Viuius dec. 423. lib. 3.*

Pactum in euentum dotis non solutæ, de 446 quid certi marito interim præstando, valet. *Viuius decis. 424. lib. 3.* ¶ Debitor dotis, elapso biennio post traductionem vxoris ad domũ viri, in mora constituitur. nec non ad fructus & vsuras absq; aliqua interpellatione tenetur, *Viuius decis. 425. lib. 3.* ¶ Æstimatio dotis in dubio facit emtionem, si fit in continenti: secus, si ex interuallo, *Fan. de momen. tẽp. c. 22. n. 1.* ¶ Mediator qui facit matrimonium, & conuenit de dote, & illam promisit: non tenetur de suo soluere: sed potest de bonis vxoris vel eius patris soluere: & ita præsumitur promisisse, *Caualc. decis. 34.*

Dotis fauore stipulatio interposita præsu- 447 mitur, in instrumento dotali, *Men. lib. 3. præs. 5.* ¶ Dos quando in omnibus bonis, vel certa parte, præsumatur, constituta ab vxore marito, *præs. 6.* ¶ Dotata an præsumatur mulier, quæ iam nupta reperitur, *Menoch. lib. 3. præs. 7.* ¶ Dotalia vel paraphernalia, vel extra dotẽ, an præsumantur illa bona, quæ mulier promittit vel tradit marito, cui non dedit vel iam dedit dotem, *Menoch. lib. 3. præs. 8.*

Fructus bonorum dotalium, parapher- 448 nalium, & extra dotem: an & quando præsumatur, mulierem ita concessisse marito, vt is dicatur eos superlucratus, *Menoch. lib. 3. præs. 9.* ¶ Dos quando à muliere præsumatur donata stipulatori ab illa adhibito, vt soluto matrimonio dos ipsa ei restitueretur, *præs. 10.* ¶ Mulier, quæ donandi caussa stipulari aliquẽ dotem sibi restitui permittit, mortisne caussa an viro inter viuos donare censeatur, *Menoch. lib. 3. præs. 11.* ¶ Dos confessata à marito, quando præsumatur numerata in eius & hæredum suorum detrimentum, & præiudicium creditorum ipsius mariti *præs. 12.*

Dos ad quem peruenisse præsumatur: 449 quando pater & filius in eodem instrumento confessi sunt, se recepisse dotem vxoris ipsius filij, *præs. 14.* ¶ Dos à patre data vel promissa pro filia, an & quando præsumatur ex bonis patris vel filiæ cõstituta, *præs. 15.* ¶ Dotem datam vel promissam à fratre pro sorore, præsumi datam vel promissam ex bonis ipsius fratris, sicq; donatam, *præs. 16. & Menoch. in arbitr. iudic. quæst. casu. 88. n. 36.* ¶ Dos ab auo data vel promissa, an præsumatur promissa contemplatione filij vel ipsius neptis, *præsumt. 17.*

Dotem, quam maritus confessus est in do- 450 tali instrumento recepisse, tempore confessionis receptam præsumi, *præs. 18.* ¶ Dotalia alienari nequeunt, *Marsil. de bannit. verb. bona. n. 55. & seqq.* vbi lim. nisi dolo tacuerit vxor, vel consenserit: secus, si ob reuerentiã, quod magis præsumitur, *verb. alienata. n. 13.* & si bona sunt alienata, possunt per filium reuocari, *ibid.* ¶ Mulierem non præsumi precij

precij partem recepisse, etsi vnà cum marito rem alienauit, *Menoch. lib. 3. præs. 22.* Statutum vel pactum si sit, vt maritus mortua vxore sine liberis, lucretur dotem: quomodo intelligatur: ampl. & limit. habet Seb. *Medic. de acquir. possess. gl. 1. verb. siue ius aliquod, p. 3. num. 419. fol. 413. vbi 31. ampl. & 24. limit.*

451 Statutum de lucro dotis, an habeat locũ in iocalibus, & paraphernalibus, *Thes. decis. 195.* ¶ Dotis nomine, quatenus excedit legitimam, filia potest grauari per fideicommissum, de ea restituenda, *Viuius dec. 238. lib. 2.* ¶ Dotis priuilegia, per actionem personalem, *Viuius decis. 285. lib. 2.* ¶ Dotem non amittit mulier adultera, quando maritus retinet Concubinam, *Viuius decis. 357. lib. 2.* ¶ Mulier in bonis mariti, ad inopiã vergentis, rem stabilem pro sua dote eligere, residuumq; bonorum posterioribus creditoribus dimittere potest, *Viuius decis. 413. lib. 3.*

452 Dotis contractus est de iure gentium, *l. eas, de cap. dimin. vide de hoc in verb. filius.* Dotis causa est pia, *vide in verb. caussa, l. cum is, qui Pamphilum, §. si mulier, de cond. indeb.* Dos titulus est onerosus ex parte mariti: & dos datur, vt restituatur, *Ias. per iura per eum, vide in l. licet, in 4. col. C. de pact.* ¶ Dotare pater filiam tenetur, *l. filiam, C. de dot. promiss. vide Soc. in Reg. 281. vide latè in verb. filiam.* ¶ Valet statutum, quòd maritus lucretur dimidiam partem dotis, etiam extantibus filiis prioris matrimonij, *contra Br. in l. hac edictali, C. de secund. nupt. vbi est addit. ad Br. allegans cons. Soc. 52.* ¶ Dominiũ rei dotalis ipso iure, retrò transfertur in mulierẽ, soluto matrimonio morte viri, *l. in rebus, C. de iure dot. vbi not. omnes,* & is est vnus casus, quo *contra regulam, l. traditionib. C. de pact.* dominium ipso iure, sine traditione transfertur: *alios vide per Goz. post Moder. & nouiss. in l. certi conditio, §. fin. lect. 62. supr. gl. in verb. possidere, Si cert. pet. vide supr. in verb. dominium.* ¶ An mulier, mortuo viro, dicatur possidere bona mariti, pro iuribus dotis, *vide Dec. cons. 232. vol. 2. Dura admodum.*

453 Dos congrua dicitur vsque ad legitimam, secundùm communem opinionem, *vt voluit Salic. in Auth. Res quæ, in 2. not. C. com. de leg. & Decius, qui alios refert in cons. 89. vol. 1. viso puncto col. 4. & idem Dec. cons. 26. vol. 1.* ¶ Dominium dotis, licèt aliquo modo dicitur transire in maritum, *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* tamen est proprium patrimonium mulieris, *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. hercis.* & naturaliter dicitur apud vxorem permanere, & totaliter soluto patrimonio in eam retrò transfertur. *l. in rebus, C. de iur. dot.* Dotis assignatio, *facta in casu legis vbi adhuc, C. de Iure dot.* an irritetur, si diuitiæ patri superueniant: *vide apud. Bart. in l. pluribus, §. etsi placet, num. 3. ff. De verb. obligat.* ¶ De statuto, & lucro dotis, quando locum habeat in præiudicium filiorum primi matrimonij, *vide Dec. cons. 283. col. 2.* ¶ An statutum generaliter loquens, causam dotis includat, *Dec. vide cons. 31. volum. 2. in causa.* ¶ Si lucrum Dotis, quod statuto marito vxore præmortua defertur, remissum fuerit vxori: an illa remissio possit à creditoribus tanquam in fraudem facta retractari, *vide Dec. in d. cons.*

In lucro Dotis statutum mariti attenditur, *Dec. cons. 19. vol. 1.* An filia dotata à patre, possit petere supplementum dotis congruæ, *Dec. cons. 26. vol. 1.* ¶ An dos semel constituta à patre pro filia nupta, si illud matrimonium non habuit locum, retineri possit à patre, vel hæredibus eius, *Dec. cons. 25. vol. 1.* 454

Pater dotans filiam habentem bona materna, videtur dotare eam de bonis proprijs ipsius patris: etiamsi pater dicat, se dotare de bonis maternis, *l. fin. C. de dot. præmiss. Curt. cons. 10. fol. 82. col. 3.* ¶ An dos, quam maritus lucratur, debeat communicari cum fratribus, stante tacita societate omnium bonorum. ¶ Et an, & quando dos data de communi viri filiæ fratris, debeat in diuisione imputari, in partem patris filiæ, *vide Dec. cons. 66. volum. 1. & seqq. vide meliùs cons. 68. eod. volum.* ¶ Quando dos data per auum nepti ex filio, computetur in portionem patris neptis? Et an legatum factum filiæ pro dote, minuatur ex eo, quod in vita illi filiæ datum fuit à patre? *Dec. cons. 81. volum. 1.* ¶ Filia à patre competenter dotata, an possit agere ad supplementum legitimæ? *vide Curt. cons. 10. fol. 81. col. 4.* 455

De dubijs.

In dubijs sequimur id, quod minimum est, *l. si ita scriptum, de leg. 1. Br. in l. si is qui ducenta, De reb. dub.* Viam tutiorem in dubijs eligere debemus, *c. significasti cum gloss. de hom. in verb. dubio c. 2. de R. I.* In dubio, potiùs bonum, quàm malum interpretari debemus, *vide suprà in verb. Bonus.* 456

Dubitans & ignorans æquiparantur, *vide latè Mod. in l. quamdiu, C. qui admitt. Alex. cons. 14. volum. 5. num. 6.* ¶ Ratione dubietatis & mixtionis, aliquid admittitur, vel etiam difficilis separationis: quod aliàs non admitteretur. *c. sacris de Sepult. facit l. si communem fundum, quemodo Seruit. amitt. vide in verb. Mixtum.*

Quæ

457 Quæ dubitationis tollendæ gratia dicũtur in contractu non, lædunt ius commune, *l. qui mutuam, ff. Mand. l. testium, C. de test. l. non rectè. C. de fideiussor.* Rem dubiam negatio facit, *l. 1. C. de procur. vide limit. per Soc. in Reg. 75.* ¶ In dubia ſpe conſtitutus, non debet eſſe melioris conditionis eo, qui eſt certus, *l. fin. ff. de Compenſ. l. tum qui duobus, de acq. hæred. Cy. In re nullus, de R. I. lib. 6.* ¶ Qui certus eſt, certiorari non debet, *l. 1. in fin. de Act. empt.* In dubijs, non in claris, eſt opus coniecturis, & alia interpretatione legis continuis, *§. cum ita. ff. de v. obl. vide ſupr. in verb. coniectura.* ¶ Vbicunq; eſt aliquod dubium de iure ciuili, ſi illud determinatum eſt de Iure Canonico, ſtatur deciſioni huic etiam in foro ciuili, *gl. in c. licet ex ſuſcepto, de for. comp. & in c. 1. de op. no. nunc. not. D d. in c. Raynucius, de Teſt. Hanc reg. tradit Alex. in l. à Diuo Pio, de re iudic.* ¶ Verba conuentionis obſcura, contra eum, pro quo conuentio facta fuerit, interpretanda, *Alex. in conſ. 153. viſo inſtrumento 2. volu. nu. 11.* ¶ Et quomodo verba dubia intelligenda, *vide infr. in verb. verbum.*

Duellum.

458 DVellum an de iure Romano ſit licitum, *vid. gl. in l. qua actione, §. ſi quis in colluctatione, in verb. niſi domino committente, ff. ad l. Falcid.* ¶ De hoc duello, an hodie ſit licitum, *vide Bl. in l. ex hoc iure, de iuſt. & iur.* vbi ad vtramq; partem diſputat, tandem concludit, quòd ſit licitum, cum ſuperioris licentia permittentis ex cauſſa, *vide D d. in §. interdum. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. vid. Bl. in c. 1. in 4. col. de pac. tenend. & eius viol.* vbi latè & pulcrè de duello loquitur.

Dic tu, quòd hodie in Duello pugnare eſt prohibitum, per iura adducta, *per Ioh. de Plat. in l. vim, C. de glad. pen. toll. lib. 11.*

Duo.

SI ad duo vnum referri poteſt, ad antiquius debet referri, *l. in finalibus, ff. fin. regund.* ¶ Quando aliquid dicitur de duobus, & de vno per prius, & de altero per poſterius, intelligendum eſt de eo, quod eſt prius, *l. hoc legatum, de leg. 3. Br. in l. legati, de leg. 2. Hanc reg. ponit Iaſ. in l. 1. in vlt. col. C. de Succeſſ. Edict.* ¶ Quotiens vnum verbum refertur ad duo, expreſſè vel implicatiuè, debet fieri vniformis relatio, *l. fin. C. de ſent. paſſ. vbi Br. dicit, eſſe caſum ſingularem, vide Iaſ. in Rub. Solut. matr.* 459

Duo faciunt, quod vnum non poteſt: & quæ non proſunt ſingula, coadunata iuuant, *l. Sancimus, C. de Teſt. & l. ſi quis maior, C. de tranſact.* ¶ Quando duo requiruntur, vnum non ſufficit, *l. fin. de diuort. l. potuit, C. de iur. delib.* ¶ Quando duo præponuntur, & vnum affirmatiuè deciditur, in alio cenſetur negatiua deciſio facta, arg. eorum, quæ habentur, *in l. cum prætor, de iudic. c. nonne, de præſump. l. maritus, C. de procur.* ¶ Quando duæ diſpoſitiones ſic ſe habent, quòd vna habet ad alteram relationem, intelliguntur omnes qualitates repetitæ, *Br. in l. 1. de recept. & in extrauag. ad reprimendum, in verb. perinde. Br. in l. 1. ſi famil. furt. feciſſ. dic. Car. in l. 1. in fin. 2. Lect. de leg. 1.* 460

Quando duo ſunt adæquata ad inuicẽ per modum Regulæ, quicquid ſuperuenit vni, & reliquo, *l. vt tantum, §. 1. de ſeru. corrup. not. in l. quod viro, de L l. vide Car. in l. 1. Lect. 2. in fin. ff. de leg. 1.* 461

Quando diſpoſitio participat de duobus extremis, debet determinari & intelligi de extremo & qualitate dominante, *l. quidquid, de acq. rer. dom. l. quæritur, de ſtat. hominum, l. imperium, vbi Alex. not. in pr. & alij, de iur. om. iud. vide infr. in verb. mixtum.*

E

De Ebrietate.

1 Delictum in Ebrietate commissum, pœna ordinaria non punitur, *Borcholt. de pact.c.3. num.13.& seqq.* quando ebrietas tanta fuit, quæ mentis alienationem vel exilium induxit: & sic quòd fuit magna, notauit Angel. *de Malefi. & ibi Augustin.addi. in verbo scienter & dolosè, mihi num. 17. sunt text.rotundi, 15.q.1.c.sanè, & in c. Inebriauerunt.*

2 Et incendium ex Ebrietate commissum, quomodo puniatur, Vide apud Bal. *in l.data opera, in prin. col.2.& 3.C.de his qui accusa.non pos.* ¶ Quomodo propter Ebrietatem pœna ordinaria non veniat pro homicidio imponenda, notauit Geyl. *in obserua. 110. num. 22. & in sequen. lib.2. obseruatio.* Sed quòd detestabile crimen sit, *habetur in 35. distinct. per totum.* & ibidem *in c. Episcopus*, quòd propter eius frequentiam clericus suspendatur. Do. Princeps Anhaldinus, secundùm constitutionem Imper. monet suos officiales Ecclesiasticos & seculares, vt eiusmodi delictum ebrietatis impunitum non sinant, *Arti. 5. in constitu. Anhaldina.*

3 An in ebrietate sponsalia contracta, necessitatem sequentium nuptiarum inducant, quæstionis est? Et distinguendum inter enormem ebrietatem, qua sensus planè obnubilatur, & inter eam, quæ remissior est, vt priori casu negatiuè, posteriori affirmatiuè respondendum sit, *c.vnusquisq; 22.q. 4. vlt. gl. not. c.sanè. c.inebriauerunt 15.q. 1. VVesenb. in par. ff. de rit. nupt. n. 8. Geyl. lib. 2. obseru. 110. n. 27. Beust. in tr. de Sponsf.*

4 Contractus ab ebrio initus, est nullius momenti. *Franc. de fideiuss. c. 2. n. 33. & seqq. vbi rationes, Viuius decis. 105. lib. 1.* ¶ Ebrietatis comites, *ibid. Franc.* & eius vituperium.

Delinquens in ebrietate, duplici pœna afficiendus est, *Dauth. l. dictantibus sub. num. 4. C. de testam. fol. 658. in addit. marg.* Compotationibus in recessu Imperij, Anno 1512. *§. desgleichen wiewol*, Pœna dicta est, in nobiles ignominia, in cæteros corporalis.

Ebrietatis vitia & mala, habes in c. à crapula, de vit. & honest. Cleric. *c. luxuria, 35. dist.* ¶ In ebrietate contractus celebrati, an valeant, *vide Dec. cons. 112. vide in verb. contractus. vide Alex. in l. dolum, C. de dolo*, vbi dicit, nô valere. Quia ebrij nesciunt, quid loquuntur, *c. sanè 15. q. 1.* Et æquiparantur furiosis, qui contrahere non possunt, *l. 1. §. furiosus, de Act. & obl.* Vide ad hoc Apostill. apud Alex. ibidem, quæ vult, allegando Fulgosium, quòd contractus eorum, qui potauerunt, & ebrietatibus & adulationib. inducti sunt, ad vendendum minori pretio, quàm res valeret, ipso iure declaretur nullus: & dicit ibidem Alex. *allegando d. c. sanè.* Quòd ebrij nesciant, quid loquantur, & per consequens æquiparantur furiosis, & infantibus, qui contrahere nequeunt. 5

De Ecclesiis.

De Ecclesijs, earumque rebus & priuilegijs. Vide tit. C. *de SS. Ecclesiis.* Et quot modis dicatur Ecclesia, notauit Sebast. Brand. *in Explicatione tituli istius.* ¶ De Ecclesia collegiata quæ sit, & qualiter collegiata, probetur vel cognoscatur, post priuilegium concessum, vt sit talis Ecclesia, sex alia signa, ex quib. sic esse dignoscitur, (*per actus collegialiter factos, per sigillum, & arcam collegialem, per reputationem communem, per nominationem, maximè in antiquis.*) docuit Decian. *in consi. 6. à numer. 2. vsque ad numer. 9. volum. 2.* Sed Electionem pertinere ad capitulum & prælatum Ecclesiæ collegiatæ potiùs, quàm ad Episcopum, & non obstare electiones ab Episcopo factas: illam enim præualere, quæ iuri communi consonat, consuluit d. Decianus *in consi. 6. numer. 11. & 12. volum. 2.* defendit per cumulationem petitorij & possessorij, per quasi possessionem antiquiorem, & per præuentionem capituli, electione facta. 6

De seruientibus & ministrantibus in Ecclesijs, vel de alijs miserabilibus personis, & lo- 7

& locis, eorumque priuilegijs & bonis, quæ dicuntur peculium quasi castrense. De redemptione captiuorum ab ipsis facienda, eorumq; nuptijs vetitis, seu permissis, de Iurisdictione & de cura Episcopi, *habetur in tit. C. de Episco. & Cler. Et in tit. de Episco. audien. Et notauit post alios Dd. d. Sebas. Brand.*

8 De personis autem Ecclesijs aduersantibus, earumq; pœnis, vide Tit. C. *de Hereti. tit. C. Ne Sanctum Bap. reiteretur.* ¶ De pœnis Rebaptisantis, & Rebaptisati, *habetur in l. Vlti. d. tit.* Et referendi sunt huc tit. C. *de Aposta. Nemini licere signum Saluatoris Christi in lapide vel marmore humi sculp. vel ping. De Iudæis & cælicolis, eorumq; pœnis, Ne Christia. mancip. De paganis, De his qui ad Ecclesias confuge. de his qui in Eccle. manum.* qui duo titu. referuntur ad Ecclesiarum priuilegia. *Sebast. Brand.* ¶ Sed confugientes ad Ecclesiam, qui & in quibus casibus nō sint violenter extrahendi, est textus *notab. glos. & Dd. in c. Inter alia extr. de Immu. Ecclesia.* Decianus in isto casu pulcherrimè consuluit, *in consi. 80. vol. 3. (De iure canonico tantùm duo casus excipiuntur, latrones & grassatores viarum publici, & depopulatores agrorum nocturni. Cæteri insidiosè aut proditoriè occidentes, ex magis communi extrahi non possunt.)*

9 Nota: Ecclesia quando habet rem in Emphiteusin, & prælatus non soluit canonem, an & quatenus præiudicetur Ecclesię, iuxta c. potuit, de loca. & l. 2. C. de Iure Emph. notau. Ludo. Rom. *in singul. suo 270. Incip. Tu habes & ibi in addi. Nicolai Pignolij colligitur ex Textu l. iubemus nulli, C. de SS. Eccle.* Et prælatus in confitēdo, vel aliter administrando, quatenus saltem, & quomodo possit præiudicare Ecclesiæ, *vide in nouis decisio. Rotæ, decisione 466. Rubrica de iudicijs, de confess. quæ fiunt à præla. & Alex. de Imo. in consi. 5. vol. 5.* ¶ In specie, quatenus prælati vel Abbatis quietatio vel liberatio, noceat monasterio, *vide Paul. Castr. in cons. 1. vol. 1. (est cons. 294. incip. Ego Paulus de Castro, vol. 1. in quo docet, liberationem gratuitam non nocere Ecclesiæ. Cæterùm confessionem prælati & capituli de solutione debiti sibi facta præiudicare Ecclesiæ, nisi vel contrarium probetur, vel ecclesia restituatur: puta, quia res soluta in eius vtilitatem conuersa non sit.)*

10 Sed Ecclesiæ bona quando dilapidantur à prælato, quòd possit contra ipsum procedi etiam lite non contestata, ad testium productionem & diffinitiuam sententiam, *notauit Ludoui. Rom. in singula. suo 410. incip. Tu scis, & sunt in additione remissiones, & habes sic vnam limitationem tituli, vt lite non contesta.*

Et Ecclesia, quòd possit contra prælatum & eius hæredes, ad emendationem damni, quod passus est rem Ecclesiasticam præscribi, agere, dixit Antho. Corse. *in singula. suis, in verb. præscriptio 4.*

Ecclesiæ quando calix est legatus, an debeatur aureus, argenteus vel plumbeus? 11
Responde secundùm fauorem piæ causæ, *prout voluit Roma. in singula. suo 521. Incip. quæro, & ibi Pigno. in addi.*

Ecclesiæ competit Restitutio in integrum, sicut minori, *l. 1. de restitut. in integr.* sed infra quod tempus, & à quo tempore numerandum, Ecclesia petat restitutionem in integrum, docuit d. Roma. *in singula. suo 272. Incip. Ita Ecclesiæ.* Si legatum quid est Ecclesiæ ædificandæ, & alioquin satis multæ sint Ecclesiæ, nouæ ædificari non debent, *Bart. per l. 7. ff. de op. pub.*

Domus Ecclesiæ contiguæ, an, vigore generalis mandati de locando, possint locari, 12
Vide eundem Roma. in sing. 40. & ibi in addi. Pigno.

Constitutio Laici quatenus, & quando comprehendat Ecclesiam, habetur *in c. Sanctæ Mariæ, de constitut. in c. constitutus de in integrum restitu.* Roma. *in singulari. suo 447.* distinguit inter constitutionem præceptiuam, inhibitiuam & permissiuam, *vide Barth. Romul. in suo tractatu. de Testament. præcep. extra familî. non aliena. mihi num. 194. versic. subsequenter. (notatum aliquid suprà litera C. cap. de clericis, ad pr.)*

Nota: Ecclesiæ fauore Rector vel prælatus Ecclesiæ, qui est notarius, potest conficere Instrumentum, & Ecclesiæ ascribere, 13
& non punitur de falso, *Matthæ. de Matthesi. in singula. suo 87. Incip. nota singulariter, & ibi in addi. Gabr. Sarayn. tenet quod possit prælatus pro Ecclesia de bonis eius testificari, per c. Insuper & c. cum eius, de testibus. Et etiam iudicare, per notata in c. cum venissent de Iudici. & vide Hyppolit. de Marsil. in singula. suo 147. Incip. Ille qui. Ludouicus Roma. in singula. suo 251. & ibi Pignor. quærunt, an sacerdos patri possit ascribere: alij fauores notantur.*

Statuta Laicorum contra Ecclesiam facta, 14
ab Episcopo possunt tolli, etiam statuentib. non citatis. *Ioannes de Arno. in singulari. suo 73. Incip. Clericis.*

Nota: quòd Ecclesiarum res sunt in speciali saluiguardia & protectione, textus est *in l. vniuersi. C. de fund. Rei. priuata. lib. 11.* Item Ecclesiæ Res furto subtractę & pignoratæ, restituuntur sine precio & vsuris. *Hippo. de Mars. in singula. suo 13. incip. volo tibi dare.*

Et Ecclesia habet istum fauorem, quòd filius naturalis tantùm, etiam legitimatus ab 15
Imperatore illam substitutam nō excludat, atq; alium, *d. Hippo. in sing. 131. Incip. tu scis.*

Regulariter etiam ædificium cedit solo, 16
Inst. de rer. diuis. & Roma. in singula. suo 383. Sed nota, quando ex pecunia Ecclesiæ est ædificatum, isto casu non cedit ædificium solo, sed

sed solum ædificio Ecclesiæ, & hoc propter Ecclesiæ fauorem, *tenet Roma. in sing. suo vltimo. sed pigno. ibidem in addi. remittit ad contraria, vide.* ¶ Regulariter quoq; ad perpetuum seruitium obligatio, valet fauore Ecclesiæ & spiritualitatis, & non liberatur quis præstando interesse, *d. Roma. in sing. 635. Incip. an si quis, & ibi Pignor. Et ibidem* nota, quòd Ecclesia, causa pia, & respublica æquiparentur, *allegatur l. fin. C. de SS. Eccles.*

17 Quanto tempore, (*Contra laicum eodem tempore præscribit, quo priuatus,*) in quibus casibus, (*Res diuini iuris, vt calices, &c. omninò præscribi non possunt,*) & quæ requirantur, vt Ecclesia præscribat, vel contra eam (*Contra ecclesiam non nisi 40. annorum præscriptio locum habet,*) præscribatur, *ea eleganter docuit Schneid. inst. tit. de vsucapio. & longi tempo. præscrip. mihi fol. 177. n. 17. cum sequen.* An præscriptio Iuris Saxo. procedat contra Ecclesiam, vniuersitatem, vel alia pia loca: quod non: in iudicando obseruandum esse, voluit constituti. Elect. Saxon. *in Arti. 5. parte 2.*

18 Ecclesia regulariter est immunis à collectis, pedagijs, & ab alijs oneribus: *c. non minus, de immu. Eccles.* nisi in publicis necessitatibus & vtilitatibus: *tex. & gl. ibidem in d. c.* et nisi cum isto pacto de onerib. subeundis & præstandis, res à laico ad Ecclesiam peruenerint: isto enim casu ecclesia subit onera. *Sylua. in consi. 66. vol. 2. mihi, n. 6. Abbas in d. c. non minus, textus est in c. 1. & in c. Clericis, de Immu. Eccles. in 6. & vide Specu. eo. tit. de Immu. Ecclesia.* Et propter fauorem publicũ, & in functionibus necessarijs, quòd interdum cessent priuilegia Ecclesiarum, habetur per Bart. *in l. ad instructiones itinerum, & per alios Dd. ibidem C. de SS. Eccles. notauit Bart. Rom. in Tractatu suo de præcep. bon. extra fami. non alie. mihi, n. 198. vers. Nam quotiens. Vide de Ecclesijs plenius Dd. in tit. C. de SS. Ecclesijs. textus, gl. & Dd. in tit. de religio. domibus, in tit. de Immu. Ecclesia.* ¶ Quòd autem Ecclesia debeat refici à beneficiatis in illa, *habetur in tit. de Eccle. reficiendis, per totum.* Et etiam à Parochianis, *notauit Specu. in tit. de religio. domibus.*

19 Confugientes ad Ecclesias, qui & in quibus casibus non sint violenter extrahendi, demonstrant textus, glossæ, & Dd. *in c. inter alia de Immu. Ecclesia. Dec. pulcherrimè in consi. 80. vol. 3. per totum.*

Et in Ecclesia vel cœmiterijs non debent causæ sanguinis tractari, sub pœna anathematis, *c. cum Ecclesia, eo. tit. & ibi nota, quòd Ecclesia vocatur domus orationis, Decia. in d. consi. 80. vol. 3.* ¶ Adde: Wer Kirchen vnd Kirchhöfe beraubet/ der soll mit dem Rade gestraffet werden/ nach anordnung Sächsischer Rechte/ *Art. 13. lib. 2. Landr.* Vnd von mehren frieden/ so Kirchen vnd Kirchhöfe haben sollen/ habetur *in Art. 66. lib. 2. Landr. & ibidem in addi. & gl.* ¶ De bonis Ecclesia. notaui quædã, *supra in liter. B. vers. de bonis Eccles. & monasteriorum.* Et de vacantis Ecclesiæ curatione, (*Spectat ea ad Capitulum, quòd si noui prælati electio differatur longiùs, interim curator & visitator ecclesiæ dandus est, etiam à principe, in cuius terris est ista ecclesia.*) deq; bonis eius non prophanandis, consuluit VVesenb. *in cons. 37. par. 1.*

Nota vlteriùs. Ecclesia in quibus casibus æquiparetur Minori, (*Ecclesia regulariter æquiparatur minori, adeò, vt sententia contra eam indefensam lata, ipso iure nulla sit: quod si tamen prælatum habet, licèt indefensum, valet.*) & Prælatus in quibus differat à Tutore, *vide Domi. Matth. de Matthesi. in sing suo 44. Incip. Nota quod Ecclesia.* ¶ Veræ Ecclesiæ addicti, Christo vt maledicant, cogi non possunt, *Plinius 10. Epist. 97. Gothofred. ad l. 28. §. 7. ff. de pœnis, Cuiac. lib. 12. obs. 29.* 20

Ecclesia, & similiter Clerici, quòd possint cedere bonis, *notauit Lud. Roma. in singul. suo 565. Incip. quæro an Ecclesia. Casus est in authen. vt deter. sit num. Clerico. §. si quis autem ibi. Rerum omnium creditoribus.* 21

Sed Ecclesia non est exempta, quò minùs debeat præstare causam, propter quam accepit: quando res deuenit & transiuit ad eius dominium, & casu licèt fortuito perierit, *Francis. Cremon. in sing. suo 1.* 22

Vide omninò Marsi. *de bannit. verb. Ecclesia, & verb. bona. n. 10. & seqq.* ¶ Templa vel Ecclesiæ, quomodo & quando construendæ, *P. Greg. de Repub. lib. 2. c. 2. n. 2.* quibusnam sumtibus conseruandæ, *ibid.* quid in ijs exerceri debeat, *n. 3. &c. & in partit. iur. Canon. lib. 1. tit. 4. c. 9. & seqq.* ¶ Ecclesiæ, immediatæ dependentes à Romana Ecclesia, gaudeantne præscriptione 100. annorũ, sicut ipsa Rom. *c. Papæ, quæst. 36.* & quod aliàs tempus requiratur, *decis. 161.* ¶ Ecclesiæ bona, quando dicantur incorporata Ecclesiæ, & quando sint solita dari in Emphyteusin, & quando possint alienari sine nouis solennitatibus & causis, & quando requiruntur, *Caualc. p. 2. decis. 30.* Inuestituræ bonorũ Ecclesiasticorũ, quando dicantur nullæ & inualidæ, *ibid.* ¶ Ecclesiæ intuitu, qãndo bona dicantur acquisita, *Caualc. dec. 32. p. 2. in contr.* 23

Ecclesia, quot & quibus casibus possit alienare, *Guid. Papæ. dec. 100.* ¶ Episcopus rem Ecclesiæ non potest alienare vel infeudare, si non fuerit solita infeudari, Papa in cõsulto: *Guid. Papæ, dec. 153.* nec infeudare potest, quæ sunt de mensa Ecclesiæ, *ibid. & dec. 154.* ¶ Ecclesia, quando vel Episcopo vel alteri Ecclesiæ, subdita præsumatur, *Men. lib. 6. præsumt. 72.* ¶ Ecclesia, quando solenniter constructa & dotata præsumatur, *Men. lib. 6. præsumt. 79.* ¶ Vnio Ecclesiarum quando præsu- 24

præsumatur, *Men. lib. 6. præs. 88.* ¶ De immunitate Ecclesiæ à collectis, *vide verb. immunitas.* ¶ De Ecclesia extrahi poterit, delinquens extra Ecclesiã, & in eam aufugiens dum illum officialis capere volebat, *Marsi. de bannit. in verb. delictis 61.*

25 Bona Ecclesiæ alienata reuocantur, & maximè ex capite enormissimæ læsionis: & quæ debeant concurrere circa alienationẽ Ecclesiæ: & quid, si æmulatione in instrumẽto precium sit oblatum, *Viuius dec. 145. lib. 1.* ¶ Venditio in Ecclesia, absq; debitis solennitatibus, vndecim casibus procedit, *Viuius dec. 375. lib. 2.* ¶ Ecclesia quando ex mutuo suscepto à Prælato teneatur, *Men. lib. 2. cent. 5. c. 432.* ¶ Prælatus quando possit donare bona Ecclesiæ, in remunerationem beneficiorum, *Men. lib. 2. cent. 5. c. 434.*

26 Ecclesia an teneatur quid conferre, pro reparatione mœnium vel ciuitatis, *Guid. Papæ dec. 78.* item extructione, renouatione, refectione viarũ publicarũ, pontiũ, murorum, puteorũ, & similiũ, *Pet. Greg. d. c. 7. n. 25.* ibid. de pluribus oneribus etiã personalibus, *& n. 30.* vbi de immunitate Ecclesiasticarũ personarũ, & Pet. Greg. *in partit. iur. Canon. lib. 1. tit. 4. c. 13.* vbi de reliquis immunitatibus. ¶ Contractus facti in Ecclesia valent, sed nõ laudũ, *Viuius lib. 1. dec. 102.* ¶ Cognitio criminis vulnerũ in Ecclesia perpetrati, ad Ecclesiasticumne, an ad seculare iudicem pertineat, *Viuius dec. 497. lib. 3.*

27 Ecclesia & minor, æquiparantur, *gl. in l. si res publica, C. quib. ex caus. ma. gl. in c. 1. de in-reg. rest.* ¶ Ecclesia vtitur iure comuni, nisi specialiter sit priuilegiata, *c. 1. §. si clientulus de alien. feud. vide Ias. in l. Sancimus, C. de iud. & eundem in l. fin. in 2. col. ibi sextò extende, C. de pact.* ¶ Ecclesiæ bona, bona sunt pauperũ, *c. 2. de præscript. 16. q. 1. quoniam quidquid.* ¶ Ecclesia est cultrix iusticiæ, *Bl. in l. ea lege, C. de cond. ob caus. Paul. in cons. 72. Goz. in l. 1. quod quisq. iur.* ¶ Ecclesiã qui vult instituere hæredẽ, & filium exhæredare, alium pro consilio quærat, quàm August. *c. fin. 17. q. 4.* vide Ias. *in l. licet, C. de pact. in 4. not.* vbi hanc quæstionem examinat: An potiùs Ecclesiæ, quã filijs sit fauendũ, *de hoc DD. & gl. in l. si quis ad declinandam, C. de Epis. & Cler. & gl. in l. Papinianus, §. si Imperator de inoff. test.* ¶ An contractus in Eccesia facti valeant, *vide Br. in l. nemo, C. de S. S. Eccles.*

De ædificijs.

28 ÆDificium solo cedit, *l. 2. de rei vend. C. §. ex diuerso. Inst. de Rer. diuis. vide pulcrè Alex. in l. 1. §. nunc videamus, de oper. nou. nunc. vbi hanc reg. pulcrè limitat.* Ædificanti in loco publico, onus pensionis annuatim soluendi imponi potest, *l. 2. §. si quis nomine, ne quid in loc. publ. Rom. & Lud. in d. §. videamus.*

Ætas.

ÆTatum distinctiones, habes in gl. *l. 1. §. initium, ff. de Postul.* Et ætas puerilis durat vsq; ad 17. annos, *vide gl. meliorem, Inst. de inut. stipul. in §. pupillus, & in c. 1. de pac. iur. firm. col. 9. & per Archidia. in c. 1. de cle. coniug. lib. 6. l. si infanti, C. de iur. deliber. gl. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. vide Alex. in d. l. si infanti. Ioh. And. & alios in Rubr. de delict. puer. gl. & DD. in l. 1. §. pueritiam, de postul.* ¶ Ætas infantiæ, quicquid videt, ignorat, *l. 1. in fin. C. de fals. monet. l. in sponsalibus, ff. de sponsal.* ¶ Ætas qualiter probetur, & pulcras alias in hac materia qq. vide apud Br. *in l. de ætate, de minor.* ¶ In omni iure, & omni materia, maiores natu minoribus sunt præponendi, *vide latè Iason. in l. cum quid, in 2. lect. in 6. col. si cert. pet.* ¶ Ætas prima est infra septimũ annum, secunda ætas post septimum annum, & ante vigesimum quintum annum, *tex. cum eum gl. in l. cum non solum, §. fin autem in 2. æt. & §. vbi autem in vnum, & §. vbi autem puerilis, C. de bon. quæ lib.* 29

An excommunicatus compensare possit, vel eius fideiussor, *vide d. Abb. pulcrè post gl. in c. cum inter, de Except. & ibi pulcram Barb. Apostillam, vide supr. in verbo consequens.* ¶ Vtrũ excommunicato, etiam in iudicio, sine peccato communicare possimus, *vide Abb. & alios in c. intelleximus, de iureiur.* ¶ Excommunicatus etiam maiori excommunicatione, regulariter testari potest, *Br. in l. si quæramus, in fin. ff. de Testa.* fallit hoc, *vide Socin. in Reg. 33.* ¶ An gesta ab occultè excommunicato & tolerato, vel ab eo qui communi opinione pro non excommunicato habetur, teneant & valeant, *vide per Soc. in reg. 166.* ¶ Excommunicatus, an æquiparetur deportato, vel relegato, *vide Ias. in l. fin. C. qui admitt. in 2. col.* & ibi, an possit bonor. poss. agnoscere. ¶ Excommunicatio durat, etiam post mortem excommunicati, *Abb. in c. ad hæc per illum tex. cum gl. de priuil. vide Cle. eos de sepul.* ¶ Excommunicatus an possit esse arbiter, vide gl. *in l. Pedius, de Arbitr.* quæ dicit, quòd excommunicatus est seruus diaboli. ¶ An quis pluries possit excommunicari, *vide d. Alex. l. quibus idem, ff. de verb. obl.* 30

An excommunicati possunt statuere, *vide Br. & DD. in l. omnes populi, in 7. q. 1. q. pr. de iust. & iur.* ¶ Ab excommunicatione se absolutum dicens, hoc probare per sufficientes probationes debet, *c. proposuit de Clem. excommun. c. ad audientiam el. 1. de Rescript. vbi Abb. not. in 1. not. c. post cessionẽ, vbi sumat Dec. de probat. c. sicut nobis, vbi Abb. not. in 1. & 2. not. de sent. excomm. vide Br. de hac quæst. in l. decem* 31

de

de verb. oblig. ¶ Excommunicatus, an iterum excommunicari possit, *vide Bonif. de Virell. in summa sub Rubr. de comp. accus. in fin. fol. 14.* ¶ An si excipitur contra aliquem, quòd fuit excommunicatus: ipse replicat, quòd sit absolutus: an videatur fateri excommunicationem, adeò quòd fundet intentionem opponentis, *vide latè d. Alex. in l. decem, de verb. obl. n. 24.* ¶ Excommunicatio est nulla, pendente appellatione, *Dec. cons. 214. vol. 2. in causa cathedralis.*

De edendo.

32 EDere instrumenta actor reo debet, quorum mentio fit in libello limitatiuè: non verò, quando fit mentio per modum cuiusdam assertionis seu probationis, *Henning. Goed. consi. 3. de iur. ciuit. n. 15.* & quando ea sint edenda principi, velut fiscali iure vtenti, *ibid. n. 16. & 2. seqq.* vbi docet, cùm princeps ex contractu suo agit, eum haberi pro priuato, *plura VVes. sub tit. de edendo.*

De Egregijs personis.

33 EGregia persona est, Episcopus, Cardinalis, & quilibet in dignitate constitutus, *de quorum priuilegijs disponit, l. ad egregias, ff. de iureiur.* (*Est autem, vt iudex pro ipsorum testimonijs ad domum eorum mittat.*) sed egregia persona, an possit priuilegio legis renunciare: quærit, & respondet, quòd non, *Lud. Rom. in singu. suo 172. Incip. tu audiuisti, & in singulari sequenti 173. quæsiuit, an dispositio d. l. ad egregias, habeat locum in paupere? dixit, quòd sic.*

De Electione.

34 IN alternatiuis, (*Si actor malit dominum conuenire, quàm procuratorem, ei licet. Sic electio fori competentis: item in alternatiuis, quando vnum est in obligatione, & alterū ad cautelam actoris: in promissione indefinita seruitutis: in alternatiuis remediorum: seu actionum, in alternatiuis locorum solutionis: in instrumento pluriū bonorum obligationem continente: in summarijs, in scriptis, an viua voce procedat: in legatis certo ex incertis, ad actorem pertinet,*) vel indefinitis, cuius sit electio, Actoris seu Rei, creditoris vel debitoris, hæredis vel legatarij, (*Vulgò distinguitur, ad quem verba legati directa sint: quod si verbo medio vsus sit testator, electio legatarij est,*) *vide dominum Rober. Manran. in Repet. l. si actor. ff. de procurato. mihi n. 33.*

35 Electionem, à maiori eligentium numero factam, maiori zelo factam præsumi, *Men. lib. 6. præsumt. 81.* ¶ Debitoris est electio, quando duo alternatiuè sunt in obligatione: secus, si vnum est in obligatione, alterum verò ad cautelam, *Coler. de proceß. exec. p. 1. c. 8. num. 28. & 29.* ¶ Qui non eligitur iuridicè, pro reprobato habetur, *Coler. p. 2. c. 3. num 344.* ¶ Electio vnius remedij executiui ex pluribus, non præcludit viam alijs, quando per primum non est satisfactum creditori, *Coler. de proceß. exec. p. 1. c. 8. num. 31. cum seqq.* vbi egregiæ illationes. Lim. *vt num. 41. 45. 42. 43. 58. & ibid. paß. vide plura in sum.* ibid. quando electio vnius impedit alia.

De electione personæ ad officium, *vide egreg. decis. 40. Caualc. Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 425. & 426. verb. Episcopus, Vrsin. decis. 455. lib. 3.* Electus ad officium, & præsentatus ad beneficium iuris patronatus, non potest seipsum eligere, præsentare, & nominare: sed post electionem & præsentationē, potest electioni & præsentationi, de se factæ, consentire: & talis consensus operatur augmentū vocis, *ibid.* Eligere & præsentare habens, potest eligere & præsentare eius patrem, filium, nepotem: idoneum & capacem: aliàs secus, *ibid. num. 23.* ¶ Electionem, cui quis consensit, quando quis possit reuocare, *Seb. Med. de nouat. p. 2. q. 1. fol. 52. n. 40.* 36

Electio si cui est data, intra quod tempus fieri debeat, *Men. lib. 2. cent. 1. c. 35.* ¶ Episcopum ex duobus præsentatis, pro arbitrio vnum eligere posse, *Men. lib. 2. cent. 3. c. 255.* ¶ De pœna electi, ante confirmationē ambitiosè administrantis, *Men. lib. 2. cent. 5. c. 403.* ¶ De tempore, quod electo statuitur, ad consentiendū electioni, & ad instituendum ab Episcopo præsentatum à patronis, *Men. c. 477.* ¶ Princeps eligens minùs idoneum ad officiū, eius personam approbasse creditur: ita vt sacrilegium sit, de hoc facto principis disputare, *Pruck. §. soluta potestas, c. 3. n. 132. & seqq.* 37

Electio Imperatoris, ad Germaniæ principes, de iure & antiqua consuetudine, spectat, *vt in c. venerabilem, de Elect. vbi gl. c. Apostolicæ, de re iud. lib. 6. & in Clem. Romani de iureiur.* ¶ Electores imperij, habes in gl. *in d. c. Apostolicæ, de re iudic. lib. 6.* & pulcrè *per Bal. in Marg. in verb. anno,* omnes, & tempus commemorantur: *vide infr. in verb. Princeps.* ¶ An & quando electio ius tribuat, *vide Ioh. de Pla. in l. fin. C. de consul. lib. 12.* ¶ Electioni videtur consentire, qui ab ea non appellat: & infra quod tempus debeat appellare, *vide gl. in l. 2. C. de donat. lib. 10.* ¶ Electio an possit reuocari, antequā perueniat ad notitiam electi, *vide pulcrè Br. in l. absenti, ff. de donat.* ¶ Electionem habere est priuilegium, *l. 1. C. de his, qui se def. vbi Ioh. de Plat. in 1. notab. not.* 38

Quando quis habet electionem inter duo, extincto vno, cessat electio, & vnum habebit, *l. 2. §. qui Stichum, aut Pamphilum, de eo quod cert. loc.* ¶ Electiones conditionales, alternatiuæ, vel incertæ non valent: vt, consentio in Iohannem, & si voluerit con- 39

sentire: eligo Petrum, vel consentio in Petrum, si habuerit maiora vota: vel, eligo, quẽ archidiaconus eligit, *gloss. in c. 2. de Elect. lib. 6.* ¶ Electio tribus commissa si fuerit, vnum ex se ipsis eligere possunt, *Bart. post gloss. in l. planè, quod cuiusq. iur.* Et si est vni commissa, se ipsum potest ille eligere. ¶ Prælatus habet ius ex ipsa electione, nec possunt eligentes postea sententiam mutare, *gloss. in §. ad hæc sancimus, in verb. domus, in Auth. de Coll. per c. causam, quæ de Elect. gloss. & Br. in l. ex eo tempore, de test. milit. Br. in l. absenti, de Donat.* ¶ Pro iure eligendi Competit confessoria vtilis, & etiam pro recuperatione talis iuris quasi possess. Officium iudicis, *vide Paul. de Castr. in l. vt pomum, de seruitut. tig. ger. Ias. in §. æquè Instiut. de Act.*

40 Si capitulum vult eligere, vel aliquid aliud facere: est ibi vnus, qui non est de corpore vniuersitatis, qui velit tamen omnino ibi esse: per vniuersitatem talis licitè expelli potest. quia turbat vniuersitatem in q. possessione iuris, in qua est: & in quasi possessione iuris habet locum regula vi ni 6.

Sufficit in materia electionis, quòd quis sit de numero tempore electionis: & numerus eligentium non debet in fraudem augeri: & propter contumaciam quis priuatur potestate eligendi, *vide Decian. consil. 214. vol. 2. in causa. cath.* ¶ Longè differunt, quòd aliquid est commissum arbitrio tertij, & electioni tertij: quia primum est iuris, secundum facti, *vide Carol. in l. si quis arbitratu, lect. 69. fol. 147. fa. 1. De verb. obl.* & huius est magnus effectus, vt ibi videbis. ¶ Quando quis habet facultatem eligendi vnam rem ex pluribus, si elegerit vnam, adhuc potest variare, si habet voluntatem per futurum iudicatum: secus, si per verbum subiunctũ, *l. si quis stipulatus Stichum aut Pamphilum, de verb. obl. l. eum qui, eod. tt.* Sed quando quis habet facultatem declarandi, facta declaratione semel, variare ampliùs non potest, *l. quidquid astringendo, vbi Br. not. in fin. eod. tit.*

41 Ius eligendi transit ad hæredes, *l. fin. in pr. C. com. de leg. l. si stipulatus fuerim illud, aut illud, de verb. obl. l. illud aut illud, de opt. leg. & per doctrinam in l. si stipulatus fuerim,* vbi distinguit: Aut competit iure proprio, & transit ad hæredes: aut alieno, & non transit, *de hoc vide, gloss. in l. si sic, de verb. obl.* Fecit decisionem in casu occurrente, Goz. Consuetudo est in loco Germaniæ, (si coniuges paciscantur in vita, si alter eorum decedat sine filijs, superstes totam hæreditatem præmortui habeat,) quòd superstes habeat facultatem eligendi, vel omnium bonorum vsumfructum ad vitam suam, vel proprietatem tertiæ partis omnium bonorum: modò mulier moritur. & post mortem mulieris etiam vir moritur, priusquã elegit vsumfructũ omnium bonorum vel tertiam partem pleno iure. Dixit ipse, quòd licèt maritus non elegisset, tamen hæreditatẽ ipsius mulieris transmittit ad hæredes suos maritus.

Ego obiter dicerem, quòd cessat disputatio hæc in casu nostro, an hæredes eligere possint: quia ex quo maritus in vita non elegit, ampliùs vsusfructus ad hæredes mariti pertinere non potest: qui cum persona extinguitur, & non sumus in alternatiuis. 42 Quia quando in alternatiuis electio est rei, quando alterum desinit esse in rerum natura, extinguitur electio: & reliquum statim purè debetur, *pro hoc adduco text. bonum, in l. 3. §. qui Stichum, aut Pamphilum, ff. de eo, quod cert. loco.* Ergo in casu proposito, ex quo maritus non elegit vsumfructum omnium bonorum, nec tertiam partem: quæ duo alternatiuè erant debita: sed mortuus est: Vsusfructus ad hæredes eius pertinere non potest, quia extinctus est: Ergò purè transmisit tertiam partem bonorum ad hæredes. Cogita tamen de hoc latiùs. ¶ Si mihi in eligendo commissa est vox alterius, & sic duas voces habeo: non possum illas voces diuidere, vnam dare alteri, & alteri alteram, *casum habes vnicum in mundo, in c. si quis iusto, de Elect. lib. 6. vide Roman. singu. 76. scholaris.*

De Emergentibus.

QVæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *notatur per Bart. & alios, in l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrog. act.* multùm commendatur hoc dictum, ita, quòd ad multa possit allegari, ab Hip. *de Marsi. in sing. suo 233. Incip. quæ de nouo.* 43

De Emphyteusi.

ISTius materiæ emphyteuticæ, pulcherrimã & expeditã inuenies tractationẽ, per centum & septuaginta quatuor quæstiones, earumq; resolutiones, *apud Speculatorem in 4. parte, tit. de emphytheusi, & ibi per Baldum in additionibus, habes elegantissima, & faciunt tex. gl. & notata Dd. in titulis, C. & ff. de iure Emphy.* ¶ Circa prædictarũ quæstionũ examinationes, multa dignissima erunt notanda, & signan- 44

& ſignanda. Recipiens emphiteuſin: pro ſe & filijs: pro ſe, filijs & hæredibus: pro generatione ſua: quòd etiam videatur nomine fœminarum recepiſſe, *conſuluit Menoch. conſi. 111. vol. 2. præſertim, num. 53. & in ſequentibus, Iul. Clar. in lib. 4. ſententia, §. Emphyteuſis, quæſtion. 32.*

45 Et facta conceſſione (pro ſe, & filijs & nepotib.) quòd ordine ſucceſſiuo & non ſimul ſuccedant, *voluit Iul. Cla. in d. §. Emphyteuſis, in quæſt. 35.* Et de inſtitutis vel ſubſtitutis, quatenus ſimul, (*Id tunc fit, cùm plures inter quos ordo charitatis eſt, per copulam vocantur. Nā ſi hi diſiunctim vocentur, ordine ſucceſſiuo vocati videntur,*) vel ordine ſucceſſiuo, (*Habet hoc locum, quando inter inſtitutos cum copula non charitas tantùm cadit, ſed etiā neceſſitas inſtituendi: quia tunc vulgariter ſubſtituti videntur,*) videantur ad ſucceſſionem vocati, *docuit idem Clar. in lib. 3. ſententia. §. teſtamentum in quæſt. 80. per totum,* Et qui ſuccedant in emphyteuſi, an hæredes extranei, (*In emphyteuſi eccleſiaſtica non ſuccedunt: in ſeculari ſuccedunt regulariter,*) *d. §. quæſt. 28.* an filij naturales? (*Non ſuccedunt in eccleſiaſtica, in ſeculari ſuccedunt,*) *quæſt. 30.* an legitimati, (*Reſpondetur ſuperiori diſtinctione,*) *quæſt. 31.* an filiæ fœminæ, (*Regulariter ſuccedunt,*) *32.* an monaſterium (*Regulariter non ſuccedit, ex autoris mente,*) *quæſtio. 33.* Emphyteuſis, ex receptiori Dd. calculo, iuris ciuilis eſt, *Borchold. de feud. c. 3. num. 2. diſſent. Coraſ. 1. Miſcell. 21. Hotom. in §. ius autem gent. de iur. nat. & ciu.* ¶ An ſcriptura ſit ſubſtantiale requiſitum contractus Emphyteutici, adeò vt ſine ea ſubſiſtere nequeat, *vide Mynſing. in §. adeo, n. 26. Inſt. de locat. Iul. Clar. in §. Emphyteuſis, q. 4. Borch. de feud. c. 3. n. 7.*

46 Emphyteuta non ſoluens canonem priuato in triennio, vel Eccleſiæ in biennio, quòd cadat à iure ſuo, *dixit Hipp. de Marſi. in ſing. ſuo 226. incip. Emphyteuta. text. ſunt apert. in l. 2. C. de iure Emphy. in c. potuit ext. de loca.* Iul. Clar. *in d. §. Emphy. in quæſt.* 8. *in pr. & in hac quæſt. 8. n. 4.* diſputat: non ſoluens per triennium partem penſionis, an à toto iure, vel pro rata ſaltem ab ipſo cadat? (*Magis communis opinio eſt, ipſum à toto cadere,*) Non tamē ipſo iure, ſed ſi dominus voluerit, *ſic declarauit Mynſing. in obſ. 65. cent. 3. & Clar. in quæſt. 9. d. §. Emphyteuſis. Imò ibi vult, de practica, non requiri etiam ſententiam iudicis: habere locum in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, vult Geyl. in obſer. 51. n. 7. lib. 2.* (*Tenetur etiam ad fructus rei emphyteuticæ, ſed non à die moræ in ſoluendo canone, ſed à die declarationis domini: quam ſententiam velut æquiorem in Camera probatam, dicit Mynſing. centu. 6. obſeruat. 83.*)

47 Sed iſtam declarationem domini, non tranſire ad hæredem domini, nec aduerſùs hæredem emphyteutæ, Mynſing. docuit. Et hoc procedere dicit, domino ſciente & valente reuocare: nam ſi dominus neſciuerit, aut reuocare ſeu declarare non valuerit, ſecus eſt, *Mynſing. obſer. 97. cent. 3.* Conſtitutio Electoris Saxon. vorweiſet die Sache/ wenn der Emphyteuta ſol entſatzt werden/ zum ordentlichen proceſs vnd vberwindung/ *Arti. 38. par. 2. Et Hipp. in d. ſing. 226.* De Iuramento, per Emphyteutam de ſoluendo canone appoſito, quid operetur, docuit Do. Ant. *Corſ. in ſing. ſuis, in verbo Emphyteuta.* (*Iuramentum appoſitum ſtatim primo anno, non ſoluto canone, operari caducitatem, communis opinio eſt: quam tamen, vt iniquam, Iul. Clarus reprobat,*) *Iulius Clarus in d. §. Emphyteuſis, quæſt. 8. n. 2.*

Sed quòd ignorantia hæredem, neſci- 48
entem rem fuiſſe Emphyteuticam & non ſoluentem Canonem, excuſet à caducitate, *voluit Geyl. in obſeruat. 48. num. 4. lib. 2.* ¶ Et de citatione ab Eccleſia Emphyteutæ facta: quia iſto caſu dominus non cogitur expectare curſum biennij, vt emphyteuta cadat à Iure ſuo, ob non ſolutum canonem. ¶ Sed dominus, qui poſt incurſam caducitatem, recipit penſionem ab Emphyteuta, an cenſeatur illi remiſiſſe caducitatem? (*Reſpondetur, quòd ſic: niſi de contraria voluntate proteſtat' ſit: quæ tamē proteſtatio non admittitur, ſi in futuros annos penſionem recipiat.*) Et quid de prælato Eccleſiæ, an ſimiliter caducitatem remiſiſſe recipiendo penſionem intelligatur? (*Negatur, ſi eccleſia collegiata ſit: ſecus, ſi prælatus ſolus remittendæ caducitatis ius habet,*) itē an expellens Emphyteutam, poſſit petere penſionē pro tempore præterito. Reſpondet diſtinguendo, quòd aut recepit penſionem, vel expulit cum vel ſine proteſtatione: Et diſtinguit inter dominum priuatum & Eccleſiæ prælatum, Clarus *in d. §. Emphyteuſis in quæſt. 10.*

Sed declarata caducitate, an dominus 49
Emphyteutam propria, vel iudicis autoritate expellere poſſit aut debeat, *Borchold. de feud. c. 3. num. 24. & 25. Vurmſ. 1. pract. 34. obſer. diſſent. Canon. 7. con. 12.* (*Propria autoritate eum expellere poſſe, docet Mynſing. cent. 3. obſeruat. 65. eaq; ſententia itidem communis eſt. licèt contrariam æquiorem & communem contra gl. Clarus probet,*) *Clar. in quæſtion. 11. d. §. Emphyteuſis.* ¶ Quæritur, quo tempore anni ſit ſoluenda integra penſio? Reſpondet, quicquid ſit de iure, quòd ſeruet conſuetudo in fine anni. Et non cogitur dominus inuitus recipere penſionem pro annis aliquot futuris, *Clar. d. §. quæſt. 12. per totam.*

Quid Iuris de non ſoluente cenſum, an 50
ſimiliter cenſitus priuetur iure ſuo, *vide Hip. de Marſi. in ſing. ſuo 95. Incip. contractus cenſualis.* ¶ Quid iuris de Vaſallo, qui rectum tenet

 feudum,

feudum, & quomodo ducatur argumentũ à feudo ad Emphyteusin, *notauit Alex. de Imo. in consi. 5. vol. 5. Clarus in §. feudum, quæst. 3. vers. Et hæc, qui dicit, non semper procedere. Duenn. in reg. fallent. in Regula. 40. ampliatione 10. Et vide de Materia Emphyteutica notabiles quasdam quæstiones, apud Petrum de Rauenna, in aureo suo alphabet. lit. E. vers. Emphyteusis, notaui quædam supr. in lit. C. vers. de Canone soluendo.* Quis sit iudex de Re Emphyteutica, in causa inter Emphyteutam, & alium tertium: Respondet Mynsing. *in obs. 95. cent. 4.* quòd ille dominus, in cuius territorio bona sita sunt, sit iudex, secundùm veriorem opinionem. (*Etiamsi ecclesiastica emphyteusis esset, tamen iudex ius stus de ea cognoscit.*)

51 Erbzinß vnd rechte Zinßgüter/ wie eins vom andern zu erkennen vnd zu vnterscheiden: vñ was vor ein contract im zweiffel præsumiret wird: vñ das der schlechte Zinßmann ob non solutum censum nicht zu entsetzen/ habetur in constit. Electo. Saxon. *Art. 39. parte 2.* ¶ De præscribendo Iure Emphyteutico, ratione soluti census vniformis, per tempus præscriptũ, *vide apud Schurf. in consi. 4. cen. 2. n. 3.*

Wenn Güter 30. oder 40. Jahr vmb einen jährlichen gleichförmigen Zinß besessen/ vñ vor Laßgut werden außgegeben/ der Besitzer aber solches nit gestehet/ wie es zuhalten: Nemlich/ das der Besitzer das Gut dem Herrn abzutretten schüldig: secus, si veniat ad tertium, & iste tertius præscribat: demonstrat constitu. Elect. *in art. 40. parte 2.* ¶ An Emphyteuta, qui constitutã in contractu pensionẽ quotannis soluere curauerit, ita ad solutionem teneatur: vt Emphyteusin amittat, si nõ soluerit, etiam biennio nondũ elapso? Negatiua, vt verior, propter naturam ac proprietatem huius contractus, defendi potest, *c. potuit, de locat. l. fin. C. lit. Couarr. in c. quamuis, de pact. in 6. §. 4. num. 9. Dissent. Bal. in l. si quis maior. C. de transact.*

52 Notandum est in hac materia, quòd Emphyteuta non possit alienare, inuito domino. *l. fina. C. de iure Emphy. c. potuit extra loca.* Imò cadit ab illa ipso iure, & non requiritur sententia, *Clarus in d. §. Emphyteusis quæst. 13. n. 1. & 2.* Sed pone, quòd est adiectũ pactum inter dominũ & Emphyteutã, quòd possit Emphyteuta vendere: An intelligatur posse irrequisito domino? Respondet, quòd sic, Romanus *in singu. suo 475. Incip. Emphyteuta.* Nicolaus Pig. *ibi in addi.* dicit, quòd ista Rom. opinio sit communis. *Et allegat Bald. & Iasonem sic tenentes in l. fina. C. de iure Emphyteu. Alex. in consi. 173. vol. 2. & alios, Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, §. Emphyteusis, quæst. 13. n. 9.* Et tandẽ quatenus, qualiter & quando Emphy. propter alienationẽ, irrequisito directo domino factã, cadat à iure suo, *vide Dec. in consi. 4. vol. 1. & in cons. 92. vol. 3. ibi, quòd ipso iure cadat.*

Emphyteusin factam in fraudẽ statuti de agnatis & vicinis præferendis, non valere, *consuluit Dec. in consi. 48. vol. 1. ibi habes multa bona, in ista materia Emphy.* Ratio prohibitionis est: quia contrahens non debet comittere fraudẽ aduersus legẽ: & de fraude (*Cùm vnus litigat, alius sumptus subministrat: item ex variationibus actuum, præsumitur fraus.*) contractus, ex quibus percipi possit, *consuluit d. Dec. in d. consi. 48. n. 26. & 27.* 53

Sed denunciatio Emphyteutæ, quòd alienauerit illa bona, quæ probare debeat, vt cadat à iure suo: quibus autem non probatis, excusetur & maneat apud sua bona, consuluit, d. Dec. *consi. 119. vol. 3.* vult ibi, quòd probatio eiusmodi debeat esse certa & cõcludens, tanquam in pœnali.

An autem ad priuationẽ Emphyteusis requiratur TRADITIO? respodet, quòd sic, Clarus, *in d. §. Emphyteusis in quæstione. 13. n. 3.* Ita quòd non facta traditione non incidat in priuationẽ: simile de feudo tenet, idem Clarus *in §. feudum, quæst. 31. n. 3.* Quid an: operetur ad priuationẽ etiam traditio ficta, puta quia est facta per clausulam constituti vel precarij? ibi Clarus. *in d. quæst. 13. n. 4. Et in §. feudum, d. quæst. 31. n. 4.* dicit de Rigore iuris, quòd sic: sed veriorem sententiã, quòd non, ibi approbat. 54

Quid si alienans Emphyteusin, protestetur in alienando saluo iure, vel (saluo honore domini?) responde, quòd nihilominus cadit à iure suo: quia talis protestatio est actui contraria, *Lud. Rom. in sing. suo 518. incip. tu habes. Clar. in d. §. Emphy. quæst. 13. nu. 5. in prin.* ¶ Sed quid si protestetur se alienare, saluo & reseruato consensu domini, & non aliter, neq; alio modo: talis protestatio verbis geminatis cõcepta operatur, quòd Emphyteuta propter alienationẽ ipsam nõ cadat ab emphyteusi, etiamsi sequuta sit actualis & vera traditio, *refert ibi Iul. Clar. in d. n. 5. allegat Doctores, de quibus ibi vide.* Et putat, ipsum in iudicando ab illa opinione recedere nõ velle, si alia, quæ ibi dicit, nõ obstent. 55

Quid si Emphyteuta recuperauerit Emphyteusin alienatam, an nihilominus priuabitur illa? respondet, quòd sic, Clarus, *in d. §. & quæst. 13. n. 6.* 56

Sed alienans partẽ Emphyteusis, an cadit à tota Emphyteusi? Respondetur, quòd cadat saltẽ à parte alienata, *Clar. d. §. quæst. 13. n. 10.* In feudo quod idẽ sit, notauit Duenn. *in regul. fallent. Regula 40. ampliatione 5.*

Quòd tamen Emphyteusis, irrequisito domino, possit per diuisionem vel concessionem transferri, ab vno Emphyteuta ad alium emphyteutam, *voluit idem Clarus in d. §. Emphyteusis, quæst. 14. per totum, de feudo. Duenn. in Regulis falle. d. regula 40. in prima limitatione.* quòd non itidẽ in extraneo, *Clar. quæst. 20.* 57

Emphy-

Emphyteusis legari & donari, irrequisito domino, an possit: & quę requirantur, vt subsistat, *docuit idem Clarus in d.§. Emphyteusis, quæst. 15. per totum.*

58 Quòd in casu concessę alienationis, tamē in potentiorem Emphyteusis non possit alienari, *voluit idem Clarus, secundùm practicam, in d.§. Emphyteusis quæstione 22.*

An possit Emphyteuta, inscio domino, seruitutem constituere in fundo Emphyteutico: dicit, quòd sic, quò ad suum & non domini præiudicium, Clar. *d.§. quæst. 21.* Quid de permutatione, hypothecatione & locatione, an possit Emphyteuta, irrequisito domino, aliquid eiusmodi in emphyteusi (*Posse, Clarus tradit,*) disponere, respondet Clarus, *d. §. quæstio. 17. 18. & 19.*

59 An propter deteriorationem, Emphyteuta possit à domino expelli? Respondet, distinguendo inter modicam, & nimiam & notabilem deteriorationem: primo casu, quòd non: secundo, quòd sic, Clar. *in d.§. Emphyteusis quæst. 36.* (*Mynſ. cent. 6. obser. 83. non tantùm requirit immodicam deteriorationem: verum etiā, vt ea contingat circa rei proprietatem, non circa culturam, nisi ex ea res ipsa deterioratur, vt in vinea: item, vt fiat dolo, lata aut leui culpâ, non autem leuissima.*) Et ideò etiam fructiferas arbores incidere non debet, *Geylius in obseru. 67. lib. 2. num. 7.* Imò in nullo conditionem domini deteriorem facere debet, nec potest rei formam mutare, *Geyl. ibid. num. 11. per textum in l. æquissimum, ff. de vsufructu, per Bald. in authen. qui rem, C. de SS. Eccleſ.*

60 De Meliorationibus Emphyteusis, notaui inf. *in litera M. de Meliorationibus.*

De collectis rei Emphyteuticæ, quis soluat illas? Respon. (*quòd regulariter emphyteuta soluat.*) idē Clarus, *d.§. Emphyteusis, quæst. 46.*

Bona Emphyteutica, quòd non possint dici propriè allodia, dicit idem Clarus, *d. §. quæstio. 49.*

Quæ actio competat pro Emphyteusi, nempe condictio ex lege, affirmat idem Clarus, *quæst. 84.*

61 Emphyteuta, qui propter sterilitatem, inundationes, Chasmata, vel hostium incursiones seu occupationes, nihil percipit: an habeat remissionem pro parte vel in totum istius anni? Respondet Geyl. (*quòd non, nisi res ipsa perijsset.*) *in obseru. 23 lib. 2. num. 23. & in seq. & ibi n. 25.* quòd emphyteuta soluat canonē, in recognitionē dominij, & non ratione fructuū, *per text. in l. 2. & l. fin. C. de iure Emphyteu.*

62 Quæritur, An filius possit retinere feudū, & repudiare hæreditatē patris: & an teneatur de Emphyteusi respondere creditorib'. Responde: si à patre sit recepta pro se & filijs, quòd possit retinere Emphyteusin, & repudiare hæreditatem, nec teneatur creditoribus respondere: *tenet Geyl. in obseru. 128. lib. 2. num. 18.* quia eam non vt hæres, sed vt dominus habet. idem de feudo, *num. 19.* Secus, si pro se & hæredibus patri sit concessa: *idem Geyl. obser. 154. num. 17. lib. 2.*

Res Ecclesiæ, quomodo in Emphyteusin 63
dari possint. *Couar. var. resol. lib. 2. c. 17.* ¶ Et de interpretatione Emphyteusis Ecclesię, & priuatorum, *Couar. d. lib. 2. cap. 18.* ¶ Res Ecclesiæ & Emphyteuticæ, quomodo alienētur iustè, *Raudenſ. de anal. lib. 1. c. 38.* ¶ Emphyteusis cōcessa sine solennitatibus & necessitate, aut euidenti vtilitate: non valet ipso iure: & redit ad Ecclesiam, vnà cum fructibus, à die occupationis, non obstante pręscriptione: & multa de materia hac Cau. *dec. 45.* ¶ Ecclesia, si est læsa in contractu Emphyteutico, habet beneficium restitutionis in integrū: & quadriennium non currit, nisi post mortē illius Rectoris, qui fecit contractum, & à die scientiæ, *ibid.* Caducitas vna, vel plures, quando possunt fieri in vno iudicio, & ante: & quis possit declarare caducitatem, & cōtra quos: & quis remittere eam: hîc cognosces, *Caual. decis. 30. in contract. p. 2.*

Solita dari in Emphyteusin ab Ecclesia, 64
quando dicantur. *Caualc. decis. 30. & seqq.* & in materia emphyteusis Ecclesiasticæ, *Caualc. decis. 31. p. 2.* ¶ Emphyteutica vel feudalis res, ad Ecclesiam aliqua de causa reuersa: an & quando prælati voluntate reuersa, atq; de eius mensa effecta. *Menoch. lib. 6. præſ. 87.* ¶ Emphyteuta, cui regulariter propter sterilitatē non fit remissio, an propter casum fortuitū, vel deuastationē maioris partis rei emphyteuticæ, à solutione Canonis liberetur. *Thesſ. dec. 20.* ¶ Emphyteuta quando valeat & possit petere retractari Canonem, quem pro re Emphyteutica soluit. *Thesſ. decis. 120.*

Dominum directū cogi non posse, vt vel 65
rustico suo permittat bona sua Emphyteutica, alteri nobili vendere, vel ipsemet ea emat. *Moller. lib. 2. semestr. c. 13.* ¶ De Emphyteutis & conductoribus ad longum tempus: quando teneantur ad refectionē ædium: quando excusentur, à solutione canonis, caducitate: & an non obstantibus renunciationibus iuuentur, *Ioseph. Lud. concl. 12.* ¶ Finita emphyteusi per generationem, debent præferri agnati emphyteutæ: & negans dominiū, non priuatur re emphyteutica. *Viu. dec. 229. lib. 2.* ¶ Emphyteusis per Ecclesiā, alicui, mediantibus debitis solennitatibus, pro se, & hæredibus concessa: etiam ad hæredes extraneos est transitoria. *Viu. decis. 496. lib. 3.* ¶ Emphyteuta re in totum minimè peremta, ad eius refectionem, canonisq; solutionem tenetur, *Viuius decis. 500. lib. 3.*

Emphyteuta si cessauerit à solutione ca- 66
nonis per biennium, expelli potest, *c. potuit, de loc. l. 11. C. de iur. Emphyt. vbi Iaſ.* ¶ Emphyteutæ hæres, si per ignorantiam non soluit cano-

canonem, an cadat de iure suo Emphyteutico? & si cadat, an ratione ignorantiæ etiam restituatur? *vide Br. & Alex. in l. cum filius, §. in hac, de verb. obl. vide in verb. Minor.* ¶ Emphyteuta non potest vendere sua meliorata irrequisito domino: alias cadit à iure suo: ita etiam superficiarius vel censuarius, qui aliquid nomine pensionis soluit: ita dicit Ang. *in §. adeo autem, in fin. Inst. de locat.* & dicit, se hoc de facto habuisse, all. Br. *in l. 1. §. pen. de superficieb. vide Soc. in Reg. 434.* ¶ De Emphyteusi concessa pluribus, quando inter eos habeat locum ius accrescendi, *Dec. cons. 263. vol. 2. in contr. Emphyt.*

67 Quod cõcessio in Emphyteusin, si est facta pluribus, videatur facta pro virili: & quãdo habeat locum ius accrescendi: & de melioramentis rei Emphyteuticæ, quòd pertineant ad hæredes eorum, quorum linea est finita, *Dec. cons. 326.* ¶ In casu proposito, de inuestitura facta in Emphyteusi (pro se & descendentibus masculis,) an filia comprehendatur, & de materia, *Dec. cons. 319. volum. 2. præclarissimè Doctor.* ¶ Emphyteusi finita, quæ debet descendentibus reuocari: an requiratur, quòd sint hæredes eius, in cuius persona finita sit, *Dec. cons. 78. volum. 1.* ¶ Emphyteusis Ecclesiastica cum debitis solennitatibus facta, transit ad extraneos hæredes, *vide Curc. consil. 4. in princ.*

De Emptione & venditione.

68 QValiter Instrumenta super contractu emptionis & venditionis conficiantur, quibus cautelis, clausulis, & circumstantijs: & de securitatibus præstandis, quòd fortè alteri res non sit pignori data vel obligata, *vide per Speculat. in titul. de Emptione & venditione. §. 1. & §. 2. vide Mar. par. 4. dist. 4. nu. 33. vsq. ad finem.*

69 De consensibus diuersarum personarum, quæ in venditionibus interuenire debent vel solent, puta: de consensu vxoris in alienatione rei dotalis]: qualiter consentiat, quis consensus illi noceat, & quem afficiat: *notatur in §. 3. eiusdem tituli, per Speculat.* & de alijs interesse habentibus in specie, *in §. Nunc dicendum, de venditionibus à minoribus, & ab Ecclesia celebratis, & ibi habes optimam materiam de decreto Magistratus interponendo.* Qui rem proponunt venalem hasta supposita, dicuntur hastari, *vt not. C. de fi. & iur. hast. fisc. lib. 10. vbi Cuiac. in pr.* An des statt ist ohne zweiffel in Schlesien das auffbieten zu dreyen dingen.

70 De actionibus Empti & venditi: *vide in §. prius igitur.* de redhibitoriæ materia, de qua habetur, *in titul. ff. de ædili. edicto.* de actione quanto minoris, de actione quanto pluris, Et ex l. 2. C. de Rescin. venditione. *vide per eundem Specula. in §. nunc dicendum. dicto titulo.* De actione præscriptis verbis, & de euictionibus, tractat *in duobus §§. sequentibus.* Habetur de ista materia sparsim, in Iure ciuili, & Canonico, *vbi inueniet diligens inuestigator in C. & ff. Institu. & Extra de contraben. emptio & vendit.*

Sed notandum erit: emptio & venditio non potest contrahi sine precio, *l. 2. ff. de contra. emp.* ¶ Imò oportet, quòd testes deponant de certo, determinato & limitato precio: *Hyppo. de Marsi. in singu. suo 38. Incip. Emptio, Angelus, in Inst. de empt. & vend. in prin.* Et non statur instrumento emtionis, sine certa precij quantitate, *loquente Vresen. con 12. parte 1. nu. 69. Et vide aliqua bona apud Pet. de Rauen. in suo alphabeto litera E. versi. Emptio.* vbicunq; enim fit mentio de pretio, semper in dubio præsumitur emtio, *gl. in l. cum dotem, in verbo, quis enim, C. de Iure dotium. vnde dicit Bal. in l. qui se patris, in 10. col. vers. scias, C. vnde liberi.* (*Et instrumentum venditionis, in quo non fit mentio pretij, nil probat contra venditorem aut eius hæredem. Fallit in præscriptione ad probandum titulũ, item si generaliter fiat mentio pretij, ex Germaniæ consuetudine: quam limitationem Camera sæpè probauit: item, si omittatur hæc exceptio à parte, non vitiat: & deniq; in antiquis. Geyl. 2. obs. pract. 13. per tot. Cæterùm exceptio hæc Pretij non soluti, etsi peremptoria sit: tamen antè litem contestatam rectè opponitur: imò etiam post sententiam definitiuam, executioni opponi potest. Geyl. 2. obseru. pract. 17.*) 71

Sed emptor rei, precium non soluens, an & quando teneatur ad interesse pretij non soluti, (*ad interesse pretij semper tenetur ratione fructuum, quos suos facit: ad interesse lucri cessantis regulariter non tenetur, nisi negotiari solitus sit, & de lucro cessante certò constet.*) & lucri cessantis: notauit Mynsing. *in obser. 56. cent. 4.* ¶ Quòd si princeps pro feudo reciperet precium, & postea diceret (indulgemus, vel, aliud simile verbum) non propterea esset feudum sed emptio: & ideo reuocari nõ posset, neq; deberetur fidelitas. Et hoc, quando preciũ est condignum rei: nam tunc benè præsumeretur emptio: alias secus. *Bal. in l. Ex conuentione, C. de pact. Hippo. de Marsi. in singul. suo 105. Incip. vbicunq; fit mentio.* Nota: textus est, *in l. quoties, C. de rei vendi.* volens, quòd si vendita res sit duobus, quòd ille præferatur, qui est in possessione. Sed vide istius l. sex pulcherrimas limitationes, apud Hippo. *de Marsi. in singu. suo 82. Incip. volo tibi dare, & in Repe. l. qui duobus, ff. ad l. Corne. de falsis, & ibi, num. 9. vnam ampliationem.* 72

73 Et nota, quòd ſic vendens rem eandem duobus in ſolidum, puniatur pœna falſi *tex. eſt in d. l. Qui duobus*. Pœna autem falſi, eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio: *l. 1. §. fi. ff. ad l. Cor. de fal.* de iure Saxonico fuſtigatio, *art. 13. lib. 2. Landrecht.*

Aliam nota Theoricam, quòd regulariter quis non compellitur emere vel vendere, *l. inuitum, C. de contrahen. emp. & vendi.* vide Schneide. *in tit. inſtit. de emptio. & vendi. §. fina, nu. 7.* ibi poſuit aliquas fallentias. ¶ Sed quæritur, an conſuetudo in contrarium ſit ſeruanda: & Iacob. de Bello viſo, *in practica ſua criminali tit. de iniur. vérſ. falſarium, mihi num. 28.* reſpondet, & prædictæ Theoricæ l. inuitum, colligit 15. fallentias: quas vide, & videbis vtiliſsima. ¶ Et ibidem, *numer. 31.* infert & quærit, an hoſpiti ſit licitum, claudere hoſpitium, & nõ velle vendere panem & vinum? decidit, quòd, niſi faciat ex cauſa iuſta, à iudice ſit compellendus.

74 De Emptione Redituum, & an ſit licita, (*licitam eſſe aſſerit, modò in pretio modus ſeruetur, puta quinq. pro centum.*) vide Geyl. *in obſeru. 7. lib. 2. obſ. Cameræ Imp.* Et de Emptione redituum ad vitam, (*Et hæc ratione incerti euentus licita eſt, dummodò abſit enormis læſio.*) vide eundem, *in obſeru. ſequenti 8.* Et in 9. obſeruatione quærit: conſtitutiones Caroli 5. Anno 1530. & Anno 1548. Auguſtæ promulgatæ ſuper emptionibus redituum, an ad caſus præteritos extendantur: & decidit, quòd nõ. ¶ Venditione facta cum expreſsione quantitatis iugerum, quando ad tantum numerum teneatur venditor: (*Communis Dd. ſententia eſt, ſi venditio incipiat à corpore, & ſubſequatur expreſsio quantitatis, eam demonſtrationis non reſtrictionis cauſâ adiectam eſſe, quam poſt Spec. Bald. & alios, Decian. improbat.*) Et quando currat præſcriptio circa illa, (*non currere ait, ſi iuratum ſit de contractu perpetuò obſeruando: item ſi veriſimiliter quis ignorauit quantitatem minorẽ, hic enim ex capite ignorantiæ reſtitui poteſt: item præſcriptionis exceptio ab arbitratore attendenda non eſt, ſi cum ea aliæ defenſiones non concurrant.*) conſuluit Decia. *in conſi. 44. vol. 1.* & docet ibi: in contractibus venditionum eſſe conſiderandum & metiendum voluntates contrahentium, quid ſit veriſimilius, & pretij quantitatem. Adde, conſuetudinem regionis etiam inſpiciendam. *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur.* ſed excipit contractus vſurarios.

75 Pactum Retrouenditionis, an afficiat rem ita, quòd quilibet poſſeſſor pro illa poſsit conueniri, (*negatiuam veriorem & magis communem Camerâ probauit.*) vel an ſaltem emptor, (*nam is tantùm ad intereſſe, vel pœnæ nomine, conueniri poteſt.*) docuit Geyl. *in obſerua. 16. lib. 2. obſ. pract.*

In Retrouenditione, an & quando moræ purgatio admittatur & locum habeat, vel non, (*admitti putat, ſi intra modicum tempus fuit, ius aduerſarij, deterius redditum non ſit, & non de nouâ actione producendâ, ſed eâ, quæ iam nata eſt conſeruandâ, agatur.*) conſuluit Dec. *in conſ. 84. vol. 2.* ſummè diſputat de æquitate rigori præferenda.

76 De fide adhibenda antiquo inſtrumento venditionis: quomodo ſit qualificatum, & quæ continere debeat, vt fidem faciat, cõſuluit VVeſ. *in conſ. 12. par. 1. conſil.* Et ibi ſimul inuenies, quibus rationibus contractus emptio. & vendition. impugnari poſsit: ratione imperfectionis, *nu. 41.* ratione defectus ſcripturæ, ſigilli vel ſubſcriptionis, *n. 44.* ratione eius, quòd nõ fiat mẽtio de traditione, *n. 54.* de defectu conſenſus, mercis & precij, *n. 27.* Et in ſequent. idem *VVeſ. in conſ. 65. par. 2.* cõſuluit, quomodo venditio retractetur ratione eius, quòd mater vendiderit bona liberorum, vel propter læſionem vltra dimidiũ iuſti pretij. Idem *VVeſ. in conſ. 42. par. 1.* in hac materia docuit: primò, quatenus contractus emptionis & venditionis ſic habeatur pro completo & perfecto, quòd partibus non liceat pœnitere, *à n. 1. vſq. ad nu. 12. Decia. conſ. 64. vol. 3.*

77 Secundò, qualiter ſufficienter probata videatur pretij numeratio, ita vt exceptionem non numeratæ pecuniæ obijcere venditor nõ poſsit, *à n. 13. vſq. ad n. 35. incluſiuè.* Et ibi vide bonâ materiã iſtius non numeratæ pecuniæ exceptionis, in obligatorijs & liberatorijs.

Tertiò quærit & reſpondet, an tranſactio & quietatio vi ſuæ generalitatis omnem petitionẽ excludat, *à nu. 36. vſq. ad n. 73.* de tranſactionis & quietationis effectu, habes bona.

78 Quartò, an venditoris ſucceſſor, præſcriptione 30. annorum ſe contra pretij petitionem tueri poſsit, *ibi vide materiam bonam præſcriptionis, à nu. 74. vſq. ad n. 98. ibi,* an propter tẽpora hoſtilitatis & peſtis, præſcriptio dormiat, *nu. 89.* ad quid emptor vel eius hæredes cõtra venditorẽ agãt, quid venditor excipiat, & qualiter replicetur, *à num. 99. vſq. ad finem,* habes in conſilio præſcriptam practicandi materiam.

79 Quid venditor in venditione equi præſtare debeat, vide Speckh. *cent. 1. quæſt. 18.* De iure Saxo. venditor regulariter de tribus vitijs tenetur: puta, quòd equus nõ ſit Retrogradus, das es nicht ſtetig ſey/ neq. Cæcitate latente vel inuiſibili laboret, das es nicht ſtaar blind ſey/ item, quòd non ſit Scabioſus, das es nicht Haarſchlechtig ſey/ *Matth. Coler. in proceſſ. exec. part. 2. c. 1. n. 72. per tex. Art. 97 Weichbild. vide l. ædiles. de ædil. edict.*

80 Sola deguſtatio non facit, vinum eſſe venditũ: nã deguſtationem ſequi debet voluntas, & conſenſus emendi. Et hoc ita eſt, ſi ſingulatim ſint emptæ vini amphoræ.

At

At si quis ad certam mensuram vinum emerit, ita vt in singulas amphoras pretium sit statutum, talis emptio generis, non speciei esse videtur: habens etiam conditionem, vt quantum admensum fuerit, tantum sit emptum: ita fiet, vt ad mensurationem vsque periculum sit venditoris, non emptoris: perientium (inquam) non qualitatis, puta acoris, vel mucoris, *l.4.ff. de peric. rei vend.* sed substantiæ: vt si vinum pereat, non emptori, cui nihil est admensum, sed venditori pereat. *Ita sunt concilianda iura, quæ hac de re variè loquuntur, l.1.de per. rei vend. l.4. in fin. §.15. eod. l.34. §.5. l.33. §.pen. de contr. emp.*

81 Promissio vendendi & contrahendi, non cogit quem, vt vendat: nisi interuenerit stipulatio & causa. *Viuius decis.327. lib.2.* ¶ Venditor potest instantiam litis, inchoatam per emtorem, super re emta, quandocunque in se assumere. Itē protogatio litis, facta per emtorem, super re vendita: præiudicat emtori scienti, & non contradicenti. *Anton. de Butrio. cons.44.* ¶ Vendita re, vel fundo, quando veniant eius accessoria, contigua, connexa, & in eo affixa & alligata, *Caualc. decis.52. & decis. 55. n.15.* ¶ Vendens bona allodialia pro certo precio: & bona Emphyteutica pro alio precio, accedente consensu Domini directi, & non aliter: si directus dominus non vult præstare consensum, emtor nō potest recedere in totum à contractu: sed tenetur precium soluere, pro bonis allodialibus emtis: nec venditor tenetur de euictione, pro bonis Emphyteuticis, si per eum non stetit: aliàs secus. *Caual. decis.54. aliàs p.2. decision.8.*

82 In instrumento venditionis fundi, debent poni cōfines certi. *Viuius decis.231. lib.2.* ¶ Emens frumentum ad credentiam, pretio quo valuerit de Mense Maij: non tenetur de iure ad summā immoderatā, si eueniat insolita penuria & charitas. *Plot. de in lit. iur. §. 4. n.69. fol.122. Couarr. var. resol. la.2. c.3. n.6. & item secundo.* ¶ Periculum rei mobilis venditæ, ad quem spectet. *Caualc. decis.53.* Periculum regulariter spectat emtorem. *Capr. reg. 87. 11. 186. vsq. ad num.199. declara ita vt Mino. obs.36. cent.6. Caual. decis.53. aliàs p.v. decis.7. & dec.55. Casp. Caual. de Euict. §.5. n.6. & seq. fol.133.* ¶ De pretio, & quid inde arguatur, *vide supr. verb. Pretiū.* ¶ Pretium rei venditæ recipientem, venditionem ipsam approbasse & ratificasse, præsumi, *Menoch. lib.3. præs.75.* ¶ Vinum in dolio vendens, an & dolium vendidisse præsumatur, *Menoch. lib.3. præs.77.*

83 Vendere nolle præsumitur is, qui immodicum pretium petit, *præs.78.* Emtorem tradentem rem, præsumi habere fidem de pretio, *præs.79.* ¶ Emere, vel alios contractus celebrare, quando palàm & bona fide præsumatur tutor cum pupillo, cuius tutelā gerit. *Menoch. lib.3. præs.80.* ¶ Si cuidam pecuniam dem, vt rem accipiam, an venditio sit. *Fachin. lib.5 contr. iur. c.59. fol.341.* ¶ Quòd nō transferatur dominium rei venditæ, nisi integro precio soluto & quòd valet pactū, quòd, nō soluto pretio, possit venditor propria autoritate ingredi rem venditā, & potest alij vendere: nec per hoc tenetur venditor primo emtori, qui non soluit precium, de euictione, *Viuius decis.155. lib.1.*

De nominis emtione, cuius solutio particulatim fit, emtione pro pecunia numerata: & quando quis, tanquam vsurarius, ex hoc cōtractu possit puniri, *Mod. d.12. p.2. quæst.97.* ¶ Conuentioni de retinendo seu retrouendendo, etiam cum clausula, semper & quandocunque, triginta annorum spacio præscribitur, *Viuius decis.424. lib.3.* 84

Contractus venditionis cum pacto de retrouendendo (modicitate precij, retentione bonorū ad eius æstimationē, solutione oneris, & cum pacto lucrandi omnes fructus vltimi anni) præsumitur simulatus & vsurarius: & fructus compensantur cum vera sorte, *Caual. decis.69. aliàs p.2. decis.24. fol. 158.* ¶ Tempus in pacto de retrouēdendo nunquā currit, quādo contractus est simulatus & pignoris, licèt constat in venditionem, *ibid.* ¶ Venditio quando censeatur simulata: & simulatus contractus quando, *Capra reg. 87. n.161. vsq. ad 186. vide infra verb. simulatio.* ¶ De Remedio, *l.2. de rescind. d. Couar. var. resol. c.3. lib.2.* & an renūciari possit huic. *c.5. Ioseph. concl.73. Gabr. & quæ ad Gabriel. notaui.* ¶ Vendere, aliud est: aliud est promissio de vendendo, *Ioseph. concl.72.* ¶ Vendere qui alicui promisit, debet eum interpellare, si vult vendere alij, *Ioseph. concl.74.* ¶ Non licet discedere à contractu venditionis, propter pretium non solutum, *Ioseph. concl.75.* 85

Emptor nummos venditoris facere tenetur, vēditor verò tantū ad tradendū tenetur, *l. ex empto. de Act. empt.* ¶ Emens pedagium ad certos annos, si vno anno propter guerrā nihil est perceptū, an ementi debeat fieri cōputatio pretij, *vide Br. in l. cotem. §. fin. de public. vide in indice meo Papiensi, in verbo vectig. col.25.* Paria sunt, non vendere, & immodico pretio vendere, *l. non dubium, vbi gl. not. de l.3. l. si dom. §. qui confitetur, de leg.1.* ¶ Si vendidi prædium cum pacto, quòd licitū sit mihi & hæredibus meis, quandocunque oblato pretio redimere: post triginta annos, iuri redimendi est præscriptū, *ita Ang. in cons.55.* Quod procedit etiā, si istud pactum est iuratū. Imò elapsis decē annis, emptor est tutus, *Petrus de Anch. cons.332. vide Ias. in l. cum mater in fin. C. de inst. & Goz. in l. omnes populi, in 2. q.3. q pr. de iust. & iur. vide Goz. in repet. l.2. C. de pact. conuentu.* Illud pactū de reemendo, in dubio, de prima denunciatione, & oblatione tantùm, intelligi potest, *vide consul. Hier. Schurff. vide supra in verb. Actus.* 86

Pactum

Pactum de retrouendendo, quomodo probetur, *vide Dec. conſ. 18. vol. 1.* ¶ An pactum de retrouendendo cū minoritate pretij, faciat præſumi contractum vſurarium, *Alex. conſ. 54. vol. 6.*

87 *Et an pars*, quæ vult, quòd ſibi retrouendatur, poſsit excludi præſcriptione temporis, *vide ibidem.* Vendito equo, videor tibi frenum ſellam & ſimilia vendere, *l. eum qui, §. non ſolum. de furt. vbi Br. per text. in l. ædiles, §. vendendi, in pr. de Ædil. Edict.* Venditor tenetur in ſpecie exprimere omnia onera rei venditæ, & certiorare emptorem: & nō ſufficit dicere, vendo tibi omne ius, quod habeo in re. Ergo cùm apparet de onere, poſtea tenetur emptori ad omne damnum inde prouenieus, *ita Alex. in conſ. 14. in fin. vol. 5.* Venditor in ſpecie tenetur certificare emptorem de vicijs & morbis: nec ſufficeret enumerare multa vitia, & in illis ponere verū vicium, quando apparet, quòd illa enumerata ſunt vera: puta, ſi aliquis vēdat cæcū, *vide Iaſ. in l. paciſci in fin. de pact. vide ad hoc pulcrè Alex. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. oblig. in fin.* vbi habes pulcros caſus. Et ſi equus moritur intra triduum, præſumitur morboſus fuiſſe tempore, *vide vbi ſuprà Alex.*

88 Venditor in ſpecie tenetur, exprimere omnia onera & vitia, quibus ſubiacet res vendita: nec ſufficit generalis expreſsio. Vnde talis venditoris taciturnitas adſcribitur dolo: & operatur, quòd dictus venditor teneatur emptori ad damnum inde proueniens, *caſus eſt in l. quæro, ff. de act. empt. bene facit l. 1. §. fin. eod. tt. & l. quæritur. §. ſi venditor, ff. de Ædil. edict.*

Idem eſt in venditore, dicente ſe vendere ius quod habet in re: & tacuit ſpecialiter enarrare vitia & onera, in re vendita: nam tenetur de damnis emptori, *l. quod ſi in venditione cum 2. L l. ſeqq. de hæred. vel act. vend. vide Alex. latè de hoc in conſ. 14. vol. 5. viſo proceſſu cauſæ.*

Pecunia reperta in re empta, non pertinet ad emptorem, ſed ad dominum pecuniæ: ſic & pecunia in muro reperta, non pertinet ad emptorem, *tex. eſt in l. à tutore, ff. de rei vend. vide ad hoc notabiliter Iaſ. in l. 3. §. Neracius in 4. not. ff. de acq. poſſ.* Idem eſt in eo, qui vendidit tunicam, in qua inſuta fuit pecunia, & ignorabat, *ita vide Aluarot. in tit. quæ ſint Regalia circa fin. in vſib. feudor.*

89 Qui emit rem ab aliquo, facta ſibi denunciatione à domino, ne emat: eſt malæ fidei poſſeſſor, *l. ſi fundum, C. de rei vend. l. ait prætor, §. ſi quis particeps, ff. quæ in fraud. credit.*

Quicunq; emit contra l. malæ fidei eſt poſſeſſor, *l. quemadmodum, C. de agri, & cenſ. lib. 11.*

Emptio annui cenſus, an ſit licita & non vſuraria, *vide Abb. in c. in ciuitate de vſu. & ext. Martini V. & Calixtij Tertij, incip. vniuerſalis Eccleſiæ. in Tit. de empt. & vendit.* Errores ſex contractum emptionis impediunt, *l. in venditionibus vbi gl. not. ff. de contrah. empt. not. pulcrum tex. in l. in fundo, de rei vendit.* Si quis emit fundum per imprudentiam alienum, & in eo ædificauit vel conſeuit, eo euicto à domino, recuperat expenſas: ſecus, ſi tectorium, vel picturas fecit, nec eas corradere poteſt: quia maleficijs hominum non eſt indulgendum. ¶ Venditæ rei periculum, an ad emptorem vel venditorem ſpectet, *vide Petr. q. 51. & ſeq.*

Et an venditor ad rem tradendam præciſè cogi poſsit, *q. 33.* ¶ Et an vendens rem vitiatam, vitio tacito, emptori ſemper ad intereſſe teneatur, *q. 54.* ¶ Et an re euicta, emptor ſemper regreſſum habeat, contra venditorem, *q. 55.* ¶ Qualiter venditor emptori de vitio teneatur, ſi vendidit animal morboſum, *vide Petr. q. 58.* ¶ In venditione facta duobus, præfertur, cui prius fuit facta traditio, *Dec. conſ. 247. vol. 2. l. quotiens, C. de rei vend.* ¶ Vendere rem ſuam nemo compellitur, *l. nec emere, C. de iure delib. vide limit. 58. per Soc. in Reg. 435.* ¶ Res tanti valet, quanti vendi poteſt, *Soc. in reg. 345.* ¶ Venditor an & quibus caſibus de euictione teneatur, *vide Soc. in Reg. 438.* 90

Venditor nolens teneri de euictione, tenetur ad pretij reſtitutionem, *l. emptor, §. ibidem, de act. empt. Soc. in Reg. 437.* ¶ Venditor non tenetur de caſu fortuito, ſua culpa non veniente: licèt ad cuſtodiam teneatur, quæ aduerſus vim parum proficit, *l. ſi ea res, de act. empt.* ¶ Si pretium interuenit in contractu, arguit emptionem, *l. fin. C. de decur. l. apud Celſum, §. ſi cum legitima, ff. de except. doli. Mod. in l. 2. in princ. in diſtinct. Br. ff. Si cert. pet.* 91

Si rem meam vendo, eo pacto, ne alienetur: ſi alienata ſit, poſſum propria authoritate appræhendere, *gl. in Auth. vt de cæt. comm. Ecc. rer. Iaſ. in l. pen. ff. de pact. de hac gl. longè diſputatum eſt in cauſſa Illuſtriſ. Principi Ioachimi Marchionis, Electoris.* Qui ſub pœna vendere tenetur, ſi emptor requiſitus emere negligit, poteſt is ſine metu pœnæ vendere, cui voluerit, *Alex. de Imol. in l. qui Romæ, §. cohæredes, num. 1. de verb. oblig.*

Si venditor percepit pretium ab emptore, & non tradidit rem emptori, ſed apud ſe retinuit, & fructus ex ea percepit: licitè petuntur vſuræ pretij ſibi ſoluti, *ita not. in c.* 92

in c. conquestus, de vsur. & in l. curabit, de act. empti, & in l. 2. C. de vsu. Alex. in consil. 39. vol. 6. num. 7. ¶ Emptor non potest agere de euictione contra venditorem, nisi fuerit lis denunciata, nec contra fideiussorem: nec sufficit sola scientia venditoris: & ipse emptor tenetur defensionem prosequi, & appellare tenetur, *& multa in materia, vide per Dec. consil. 74. vol. 1.* ¶ Appellatione venditionis, continetur omnis actus & contractus, per quem transfertur dominium, *l. sicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solut.* etiam vltima voluntas, *vt ibi vide Ias. in l. fin. in 4. col. ibi octauò nota, C. de pact.*

93 Suæ rei emptio non valet, siue sciens, siue ignorans quis emit: & si ignorans emi, quod soluerim repetere possum, *l. suæ rei, ff. de contrah. empt. & l. si in emptione, §. rei suæ, eod. tt. & l. seruum meum, ff. de cond. iud.* Vnde si sciens à te seruum meum emi, pecuniam solui, eam repetere possum condictione indebiti, siue tu scisses, siue ignorasses, *ad idem tex. in l. cum res,* vbi gl. assignat rationem, cur suæ rei emptio non valeat, *& l. si mater, C. de contrah. empt. facit l. inter officium, ff. de rei vend. & l. qui rem suam, ff. depos.* ¶ Pulcram differentiam inter contractum Conductionis & Emptionis, vide *in l. conuenit, ff. de contrah. empt.*

94 De intellectu, *l. Dudum, C. de contrah. empt. & vendit.* vulgaris & quotidiana est quæstio: An, si quis rem suam extraneo vendat, consanguinei consortes & vicini ipsius venditoris, qui ad retractum admittuntur oblato pretio conuento, extraneo emptori præferantur? Ad quam q. respondendo dic: olim & de iure antiquo, non licuisse extraneo (cognatis & consortibus emere volentibus) vendere: Sed hoc postea per Imper. *in l. dudum, C. de contrah. empt. & vend.* est correctum: Quòd scilicet quis rem suam, cui vult, vendere potest: reprobata lege, quæ cogebat eum vendere consortibus & non extraneis. Hoc dicit *d. l. dudum.* Ex quo fortè quis dicere posset, quòd statuta & consuetudines, (quæ sunt quasi vbique, quòd consanguinei, vel consortes, vel vicini præferantur,) per hanc l. dudum, videantur reprobari. Sed tu dic, *secundùm Paul. de Castr. ibidem.* Quòd licèt d. l. tollit legem præcedentem, non tamen tollit statuta & consuetudines postea emergentes: vnde dic conclusiuè, *secundùm Paul. Castrensem in d. l. Dudum,* Quòd statuta non prohibeát vendi, cuicunq; quis vult: imò hoc liberum est vnicuiq;: Sed statuta & consuetudines, de quibus d. l. *in fin.* loquitur, dant hanc prærogatiuam consanguineis, consortibus, & vicinis: vt oblato & soluto eodem pretio, pro quo extraneus emit, eidem præferantur. Et sic non tollitur libera potestas Dominorum, disponendi de rebus proprijs.

Ex quo nota: quòd hodie hîc, ratione consuetudinis quæ viget, consanguinei consortes (quos intelligo, qui priùs partem aliquam in bonis venditis habent) & vicini, oblato & soluto pretio, per extraneũ emptorem & venditorem conuento, pòst extraneo emptori præferantur: & hoc ratione consuetudinis vel statuti, in loco vbi viget, post d. l. dudum introducti. *Ita Paul. de Castr. ibidem declarat,* quod nota, quia is casus quotidie accidit. ¶ Hic memineris, quòd in casu præmisso, proximior agnatus admittitur vsq; ad decimum gradum: & non solùm vsque ad quartum agnationis vel cognationis gradum, prout voluit Iustinus Goblerus, *in libello suo germanica lingua edito, cui titulum fecit, der Rechten Spiegel, in 3. parte, sub titul. von keuffen vnd verkeuffen.* sed sine lege hoc dicit, & ratione. Quòd autem ad 10. gradum proximior admittatur, probatur per regulam iuris: Dispositio loquens de proximiori, intelligitur vsque ad 10. gradum: ita declarat per multa Philip. Dec. *in cons. 321. Imper. in causa. quæ Alexandriæ, vol. 2. in pr.* & ita etiam Lipsiæ pronunciatur: Et sic Vratislauiæ, cùm species facti occurreret, Anno 1551. pronunciatum est. Quod nota, quia quotidianum, *& vide de hoc suprà, in verb. cognatus, col. 304. vers. dispositio loquens.* ¶ De hac materia retractus, & an filius possit retrahere rem à patre venditã, tàm in ipsius vita, quàm post mortem: item quòd sit hæres filius, vel non, & hæres patri: & latissimè de hac materia retractus, vide Andr. Tiraq. *in libr. suo, de retractu tam municipali, quàm conuentionali.* 95

De Episcopali dignitate, & Episcopis.

EPiscopi in insignibus habent mitram, quæ habet duo cornua, ad denotandũ, quòd debent scire vetus & nouum testamentum, *Archid. in c. disciplina 45. dist.* Quòd ordo Episcopalis dicatur maior cæteris ordinibus, & quòd dicatur culmen dignitatis, appellatione dignitatis quando venit dignitas Episcopalis. Sed Episcopi accusati, quòd debeant stare coram cognitore, notauit Andr. *Sicul. Barba. in probe. Clemen. in 3. col. in fine.* Episcopus vnde dicatur, qualiter ordinetur & consecretur, deque eius Iurisdictione, & quòd dicatur interdum præsul, notauit Aluo. *in tit. de his qui feuda dare possunt, in principio, in vsibus feudo.* similiter de Archiepiscopis, Episcopis, & Episcopellis, qui fiunt in die innocentium, vide eundem Aluo. *in tit. Episcop. vel Abba. vel do. pl. colum. 13. & 14. in vsib. feudo.* 96

Episco-

Episcopi, Prælati, Clerici, & iudices officiales, delicti nomine, officio vel beneficio priuari possunt vel degradari, *Clarus 5. sent. §. vlt. quæst. 72. Pet. Greg. 31. Syntag. 29.* ¶ Episcopus non trahitur inuitus ad iudicium seculare, *Auth. Nullus. de Epis. & Cler.*

97 Multa de dignitate Episcopi, & quæ debeat seruare Episcopus, *Viuius dec. 230. lib. 2.* ¶ Episcopus sedem mutando, an & quando bono vel malo zelo mutare præsumatur, *Men. lib. 5. præsumt. 35.* ¶ Episcopum, ex duobus præsentatis alterū, suo arbitrio, eligere posse, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 255.* ¶ Episcopi munus in prædicationibus & visitationibus: & de pœnis negligentis suum hoc munus: præclarè *Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 424. ibid.* eruditos Ecclesiæ præficiendos, & eruditi qui sint, *cap. 425.* prudentes esse eligendos ad sacros ordines, *c. 426.* & experientiam requiri in promotis, *c. 427.* de pœnis Episcoporum, qui indignos promouent & ordinant, *c. 428.* ¶ Ecclesia quando teneatur ex mutuo episcopi, *Menoch. c. 432.* & quando prælatus bona Ecclesiæ, in remuneratione beneficiorum, possit donare, *c. 434.* ¶ Episcopus quando dicatur excedere modum, constituendo prædia seruo manumisso, vt ex eo viuere possit, *Menoch. c. 435.* ¶ Episcopus an de iure possit procedere, in delictis puniendis, absq; consensu capituli, *Gabr. de malefi. conclus. 36.*

98 Episcopalis dignitas, creata est post aduentum Christi, tempore Apostolorum, in consilio publico, *Ias. in l. si hæres, §. vicis de leg. 1. allegat c. olim 96. dist.* ¶ Inter Episcopum & Ecclesiam suam, est spirituale coniugium, *c. inter corporalia, de translat. prælat.* ¶ Episcopus in omnibus Ecclesijs suæ diœcesis, habet fundatam intentionem, de iure cōmuni, *c. cum venerabilis, de Except.* ¶ Hoc fallit in temporalibus, *secundùm Abb. in 6. not. vide eundem in c. cum venerabilis, de Rell. dom. c. omnes basilicæ, 16. q. 7.* ¶ Episcopus propter Grammatices ignorantiam, est remouendus ob officio Episcopali, *c. fin. de æt. & qual.* ¶ Episcopi & alij prælati, bona decedentium sacerdotum, sibi vendicare non debent, *c. fin. §. porro de off. ord. in 6.* ¶ De nominibus omniū dignitatum in Ecclesia Dei. *vid. c. Cleros 21. dist.*

99 Episcopus existens in studio, Rectorem non antecedit, *Abb. in c. auditis in 2. col. de Elect.* ¶ Episcopus Papæ in ordine est æqualis, *c. in nono 21. dist. & ibi gl.* & ergo se appellat coëpiscopum, *in Clem. 1. §. pen. de pe. & in Epist. inter claras, circa fin. C. de summ. Trin. & fide Cath.* Licèt sit maior in administratione. ¶ Episcopus Ecclesiam à se in totum eximere non potest, *vide Abb. in c. cum venerabilis, de cens. n. 3.* ¶ Episcopus est quasi dominus Ecclesiæ, & in bonis ipsius, si benè administrat: secus, si male, *c. cum venerabilis, de Except. & ibi Abb.* ¶ Episcopus est procurator bonorum Ecclesiæ, *c. 2. de Donat.* ¶ An delictum prælati noceat Ecclesiæ: *vide in h. q. Iohan. de Plat. in l. fin. C. de nau. non excus. lib. 11. vide Soc. in Reg. 366.* ¶ Episcopus an dicatur agere nomine ecclesiæ, vel suo, & quid in dubio, *vide Abb. in c. inter. de dilat.* ¶ Episcopus, ex caussa necessitatis, potest statuere contra concilium, *Lud. Rom. consi. 694. domini de Rota, decis. 5. de iure patronatus, in no. Lud. Rom. not. 386. And. Barb. in Rub. C. qui admitt. & in c. 1. de constitu. vide Goz. in l. omnes populi in 4. q. 1. q. pr. de iust. & iur.*

An Episcopus sine capitulo, & capitulum sine Episcopo statuere possit, *vide plenè Can. in c. cum accessissent, de const.* ¶ Episcopus statuere potest, quòd mulieres non vtantur fucatis coloribus, sub pœna excommunicationis, *Iohan. And. in Reg. ea quæ fiunt. de R. I. vide Soc. in d. l. omnes populi, in 4. q. q. 1. pr. de iust. & iur.* ¶ Episcopus contra propria statuta licèt dispensare possit, tamen si fuerint iurata, contra ea non potest dispensare, *Lud. Rom. consi. 326. Goz. in d. l. omnes, in 2. q. 3. q. pr.* ¶ Mortuo Episcopo habente coadiutorem, administratio ad capitulum, non ad coadiutorem deuoluitur, *Br. in l. solet, ff. de tut.* ¶ Episcopus potest statuere contra ius commune, (*contra text. in c. cum inferior, de maior. & obed.*) de euidenti & necessaria caussa, quæ verisimiliter moueret superiorem ad ita statuendū, *ita voluit Ias. in l. omnes populi, in 3. col. de iust. & iur.* ¶ Episcopus est maior Cardinale, Præsbytero, *c. quanquam, & ibi gl. 2. q. 7.* Præterea Papa Episcopos appellat fratres, *c. cum venerabilis, de Except.* Et Cardinales filios, *c. licet dilectus, de testib. c. dilecto de præben.* Et ita debent vocari, *c. quam graui, de crimi. fals.* Ergò digniores Cardinalibus, quia digniori titulo decorantur: idem tenet, *in c. benè, el. 1. Bl. de postul. præla. DD. in l. 1. de off. eius. Abb. in c. Ecclesia vestra, in vlt. col. la. 2. de Elect.* Nam fraternitas æqualitatem inducit, *l. verum, pro Socio.* 100

De Executione in Ciuilibus.

Nota: executio non debet fieri, nisi præcedente causæ cognitione, & sententiâ: & etiamsi commissario simpliciter executio est commissa, nihilominus tamen censetur ipsi simul commissa causæ cognitio, & absque ea etiam vigore commissionis non procedat: consuluit Schurf. *cons. 73. nu. 8. cent. 2.* (*Docet, executionem fieri non posse, etiamsi sit debitum probatum, nisi in iudicio confessus sit, vel cum iuramento promiserit: tunc enim paratā esse contra eum executionem. Item, si alicui committatur, vt quem soluere compellat, quòd eo* 101

in casu intelligatur simul commissa causæ cognitio.) Et in consi.95. cen.1. communiter per l.1.& 2.C.de exe.rei iudicat. Et est pulcherrimũ sin.Hip.de Marsi. 328.Incip. multi sunt Iudices, & ibi de verbo liberè.

102 Quæ sententia executioni sit mandanda: videlicet quæ de Iure valet & tenet, & per appellationẽ,(vel de iure Sax.per declarationem,seu leuterationẽ,)rel restitutionis petitionẽ, non sit suspensa, *d. l. C. de execut. rei iud. l. si vt proponis,& l. fi.ff. de re iu.* A quib. iudicib.sententia executioni sit mãdanda,tradidit Spec.*in §. nunc dicendum,in t. de exec. sen. Et huc refer pulcherrimum consi. Schurf.33. cent. 1* (*In quo docet, iudicem vnius territorij non posse exequi sententiam alterius, ad requisitionẽ partis: exequi posse, imò & debere, requirente iudice,qui eam tulit, & per literas imploratorias id petit: consentit Mynsi. cent. 3. obs.68. Nisi ex formá statuti, & non iure communi sententia illa lata sit: tunc enim iudex alterius territorÿ, etiam requisitus, non tenetur eam exequi: quod singulariter notandũ ex Schur.*) ¶ De requisitione vnius iudicis ad alium,vt faciat executionẽ in bonis in suo territorio sitis, in quibus, & cuius bonis, qualiter, seu quo ordine executio sit facienda, docuit Spec. *d. tit. de exec. sentent. §. sequitur. Et Kil. Kõning. in sua pract. c. 103. von der Hülffe des vrtheils, n. 6. demonstrat consti. Elect. Saxon. in Art. 32. parte 1.* (*In realibus,executio statim post 14. dies facienda est: in personalibus fit subhastatio, secundùm ordinẽ const. præscriptum.*) *Bar. in l. à diuo pio. §. in vendit. & ibi per alios Dd. ff. de re iudica.* ¶ Quòd autẽ sententiæ executio possit fieri, captis pignorib. notat. *in l.2.C.de exe.rei. iud.*

103 Aber wie die Gerichtliche pfandung sollen genommen/dem Glaubiger an seine schulde angegeben/ welcher gestalt sie sollen nachgehalten/ auffgeboten/ vnd auff gebührliche Wardirung verkaufft/ oder dem beklagten dasselbe Pfand zu lösen/ sol gegeben/vnd das auch der beklagte zur execution solle citirt werdẽ/ cõsuluit Schurf. *in consi. 19. cent. 1.* (*Requiri nimirum citationem partis in executione, etsi executio fiat in eadem re, de qua pronunciatum est, verior est sententia: licèt contraria Bart. sit communior. Ordo l. à diuo pio, 15. ff. de re iudic. habet locum, etsi contra pupillum agatur, Schurff. contra Marant. de ord. iudic. part. 6. cap. vlt. num. 15.*) *Et Kilianus Köning in pract. sua c. 103. Von dem Gerichtlichen pfande. Et in addi. sequen. Von den Pfanden vnd von der Hülffe in in Erbgüter, n. 19. vsq. ad finem, habetur in d. consti. Elect. Art. 32. d. par. 1.*

104 Item quando executioni sit locus, (*Cùm videlicet sententia transiuit in rem iudicatam,*) à quo sit facienda, (*à iudice, qui eam tulit: non tamen à delegato, non ab arbitro,*) quo ordine, (*Executio non seruato ordine facta valet: sed debet appellari, si videlicet nuncius ordinẽ peruertat: Secus, si iudex in commißione peruertat, quia propter expreßum errorẽ iuris, nulla esset executio.*) in quib. rebus, (*Vestes quotidianæ, & suppellex necessaria, instrumenta & boues ad agriculturam pertinentes, libri scholarium,&c. nisi in subsidium, si alia bona non sint, in quibus fiat executio, vel hæc etiam specialiter obligatæ sint,*) & contra quas personas, in summa, ex quibus causis possit ea impediri, (*Nulla exceptio, requirens altiorẽ indaginem, & quæ non in continenti ex actis deduci poßit, impedit exceptionẽ,*) notat pulcher. Rober. Maran. *in suo spec. de ord. Iud. part. 6. c. vltimo, fol. 665.* Et quòd à Iudice sit exequenda, qui sententiã protulit, vel ab alio iudice ad literas requisitoriales istius Iudicis, nota. Mynsi. *in obs. 68. cent. 3.* ¶ Quomodo etiã,& quo ordine fieri debeat executio in feudo: nempe, quòd demũ fiat in subsidium, deficientibus bonis hæreditarijs, & quòd saltẽ fiat in fructibus feudi, notat Kil. Köning. *in prac. sua c. von der Hülffe auff Lehngüter. Et Spec. in tit. de execut. sent. §. sequitur. n. 17.* Et de executione in feudo fienda, notauit Geyl. *lib. 1 obs. obser. 117.* (*In subsidium capi possunt reditus bonorũ feudaliũ, & possessor domino nihilominus seruire cogitur: cæterùm eo mortuo, expirat ius creditoris: nisi pecunia in vtilitatẽ domini, vel feudi emolumentũ conuersa sit. Distingue tamen de hæredibus, vt supr. lit. D. ca. de debitoribus hæreditarÿs. Sic in subsidiũ poßunt capi fructus beneficÿ: vt tamen tantum relinquatur clerico, vt ecclesiæ seruire poßit: Geyl.*) *& quædã in in obs. 154. lib. 2. VVes. in consi. 50. par. 1.* de quo feudo filius vel alius hæres teneatur debita soluere, nempe de feudo hæreditario: sed quomodo illud cognoscatur, docuit Geyl. *cum alÿs multis vtilibus, ibidem.*

Ja in welchẽ fällen die Lehns folgere/ als die Söhne/ agnaten, vnnd mit belehnten aus vnnd von dem Lehn/ Schuld zubezahlen schuldig/ (*Si eorum consensu pecunia mutuò sumpta, vel pro dote filiarum, vel pro dotalitio viduæ, vel in vtilitatem feudi conuersa, aut in eius emptionem: hoc enim debitum successores feudales soluere tenentur.*) habetur *in consi. Elect. Sax. art. 46, par. 2.* ¶ Wie aber vñ in was fällen der vortheilte Schuldiger vmb der schuld willen möge in Gefengniß oder gehorsam gelegt vñ gehalten werden/ notat Kil. Kön. *in prac. sua c. 102. von dem Gerichtlichen pfande, n. 9. vsq. ad n. 12.* Et ibi vide, quatenus mulier sit incarceranda pro debito. Post qnod autẽ tempus sententia in ciuili & criminali, executioni sit mandanda, notat Spec. *in tit. de sent. exec. §. videndum restat, per totum.* & ibi in fine, *n. 2.* dicit, quando fiat venditio rerũ pro pignore captarũ. 105

Et nota, quòd sententiæ executio petatur officio iudicis, vel actione iudicati. ¶ Tutius autẽ est quòd officio iudicis petatur: tum enim non requiritur libellus, neq; litis cõtestatio: aliâs etiã ab executione possit appellari, quod tali casu nõ permittitur, nisi modus in exequendo excedatur, *Spec. in d. tit. de exe. sent. §. breuiter dicendũ est, Kil. Kön. in pract. sua, d. c. 103. von der Hülffe des vrtheils, n. 2.* (*In* 106

(*In Camera indistinctè de simplici & de plano, absq; litis contestatione & libello proceditur: nisi tertius ratione sui interesse, ad ingrediendam executionem se opponat: tunc enim libellus admittitur, & lis super eo contestatur, Geyl. 1. obs. pract. 113. n. 9. & seq.*)

107 Quæ autem conta sententiæ executionem, in ciuili & criminali possint opponi, enumerat Spec. *in d. tit. de senten. executio, §. postremo, per totum.* & breuiter dicit, quòd ex omni causa possit impediri, ex qua sententia impugnatur, *qui modi enumerantur per eundem Specul. in tit. de sentent. §. iuxta, & §. quoniam.* ¶ Et de exceptione nullitatis, quòd proposita in termino iuris Saxonici, non autem in termino executionis, & non contra rem iudicatam, impediat executiones: secus autem, si sic non sit proposita: notat Kilian. Koning. *in sua practica, d. c. 103. Von der Hülffe des vrtheils, num. 4. Et ibi de eiusmodi nullitatis exceptione vide bona.* Vel nisi in cōtinenti nullitas possit probari, *de quo Mynsing. in obs. 64. cent. 4.* ¶ Executio rei litigiosæ, quòd contra possessorem fieri possit, absq; nouo processu, notauit Geyl. *in obs. 118. lib. 1.* (*Regulariter executio, contra tertium non citatum, fieri non potest: Geyl. d. loco: Mynsing. cent. 5. obser. 96. in fin. vbi etiam tradit, sententiam latam contra principalem, non posse executioni mandari, contra fideiussorem ex contractu: secus, si pro iudicato soluendo fideiusserit: & hanc esse receptiorem sententiam.*)

108 Item impeditur sententiæ executio, per exceptionē solutionis, si offerat se in continenti probaturū: aliâs non: *Ioh. And. in addi. ad Specu. tit. De sent. executione, §. postremò.* Et cumulat multas exceptiones, per quas executio sententiæ impediri possit, Schnei. *in t. Inst. De except. n. 7. vers. aliquæ tamen exceptiones contra instrum.* ¶ Et ibi vult, quòd illæ tamē in continenti probentur, aut cùm longissimè intra 15. dies, (allegādo *c. de rest. spolia. in 6.*) quos 15. dies potiùs, quàm triduū, indulgendos esse mauult, *de quo triduo habetur in l. vlt. C. de error. aduocat.* ¶ Si verò exceptiones altiorē requirant indaginem, fit illis reiectis executio: & per modū actionis proponendæ reseruantur: *ex doctrina Bar. & Dd. l. vlt. ff. pro suo, l. nam postea, ff. de iureiur. c. 1. de litis contest. in 6.*

109 Sed quæritur, iudex executionis, cui fortè in subsidiū iurisdictionis demandata est executio, an possit cognoscere super obiectis, contra vel circa executionē? notauit & docuit, distinguendo, (*Si exceptiones versentur circa res, in quibus executio facienda est, de ijs cognoscit executor: aut respiciunt merita causæ principalis, & debet ad priorem iudicem remittere: aut saltem tangunt executionē, & non oppugnant sententiam, vt epistolæ diui Hadriani compensationis, &c. & de his cognoscet executor: aut deniq; directè sententiam impugnant, vt est exceptio nullitatis, falsorum instrumentorum: & si releuantes eas cognouerit, ad priorem iudicem remittere debet: sin minus, his non attentis sententiā exequi. Idem tradit Geyl. obs. 113. n. 8.*) Mynsi. *in obs. 69. cent. 3.*

Et quam executionem, & qualiter probando suum interesse, tertius interueniens possit illam impedire, (*Si vacua sit possessio, auditur tertius interueniens, nisi euidenter de malitia eius constet, vel si latam sententiam esse sciuisset, nec appellasset: sin penes victum possessio sit, regulariter non auditur tertius: nisi fortaßis duriorem ex hoc habiturus sit aduersarium, vel executio fiat in alia re, quàm de quá pronunciatum est.*) notauit Mynsing. *in obser. 73. cent. 3. VVesenb. in consi. 100. n. 12. part. 2.*

Restitutio contra tres conformes sententias, (*Baldus eam non admittit, eaq; sentent. Mynsing. videtur verior, quam & Camera sæpiùs secuta sit: dicit tamen, secutam quoq; esse Camerā, contrariam Salic. sententiam, quando videlicet omnis præsumptio malitiæ cessaret. Idem Mynsing. cent. 6. obser. 4. nullitatis exceptionem, contra tres conformes sententias obiectā non impedire ait executionem, nisi in continenti probari poßit: exceptionem tamen incompetentiæ impedire, siue in continenti probari poßit, siue non.*) an impediat executionem, Mynsing. *obs. 84. cent. 3.*

De executione, executorialibus, & mandatis executorialiū, iure Cameræ Imperialis, vide Geyl. *lib. 1. obs. 113.* (*Consentit Mynsi. cent. 6. obs. 24. & cent. 5. obser. 94. vbi sic distinguunt: Executoriales dantur à Camera, velut iudice ad quem, qui priorem sententiam confirmauit: & ideo eam exequi potest, etiam quò ad expensas omnium præcedentium instantiarum: at mandata executorialia dantur à Camera, ad iudicem à quo, si appellatio vel deuoluta non sit, vel deserta. adeoq; is executionē sententiæ à se latæ habeat. Sanè in sententia absolutoria executoriales dari prorsus superuacaneum est. Solet autē executorialibus, & mandatis executorijs, quæ sinè clausula decernuntur, pœna pecuniaria adijci: cum termino sex septimanarum & trium dierum, & annexa citatione ad docendum de paritione, vel videndum se in pœnas declarari: vel allegandum causas, cur id non debeat fieri. Quod si illi mandato intra terminum non pareatur, arctius mandatum sub pœna banni decernitur: quæ tamen in hæredem non transit, sed mutatur in pœnam pecuniariam: Geyl. d. obs. 113. n. 17. Mynsi. cent. 2. obser. 8.*) Et iudex Ecclesiasticus, quomodo pro executione facienda, brachium seculare inuocare possit & compellere, (*Si videlicet pro executione sententiæ omnia fecit, quæ facere potuit. Et hoc casu mandata sine clausula decernuntur, sub pœna pecuniaria, rarò sub pœna banni.*) vide Geyl. *in obs. 115. lib. 1.* ¶ Sententiam appellationis quis exequatur, an Iudex à quo, vel ad quem fuerit appellatum, Mynsing. *in obs. 94. cent. 4.* 110

111 Executio sententiæ non potest fieri contra tertium possessoré, nisi facta discussione bonorũ debitoris, *Viuius dec.327.lib.2.* ¶ Pœnæ executorũ, qui pro pignore capiunt boues aratorios & instrumenta rusticalia: & quando capere liceat, declarat *Men. lib. 2. cent.4.c.378.*

112 Statutum loquens de executore, non habet locum in delegato: quia propriè non est executor, *Abb. in c. si quis contra Clericum, de for. comp. vide Goz. in l. omnes populi, lect. 25. de iust. & iur. 6. q. pr.* ¶ An iuramentum habeat executionẽ paratam, *vide pulcrè Br. & Alex. in l. 2. in fin. ff. de iure iur.* & ibi *per Alex. in vltimis verbis,* qui contractus habent executionem paratã. ¶ Executionem paratam habere, est quòd libellus & litis contestatio non requiritur, *secundùm Br. in l. intra, ff. de re ind. vide Ias. in l. 2. in 2. coll. ff. de iureiurand.*

De Epistola.

113 Epistola quid continere debeat, vt probet & præiudicet, dicit Andreas Siculus Barba. *in procemio Clem. col. 3. in prin. Aluor. in tit. de feud. cognitione, c. 1. colu. 3. in principio, in vsib. feud.* Sed ista materia pertinet ad materiam priuatæ scripturæ, *de qua notabo infr. in lit. P. vers. de probatione per priuatam scripturam.* ¶ Epistola vt probet, & pariat obligationẽ: necesse est, quòd sit recepta per eum, ad quem scripta est, viuente adhuc scribente, *Dec. in consi. 109. vol. 2. n. 77.*

De Errore.

114 An & quando cõmunis error faciat ius, habetur *in l. 1. C. de testa.* Error in nomine appellatiuo vitiat dispositionem, *l. si quis in fundi vocabulo, ff. de legat. 1.* ¶ Sed vide fallentias pulcherrimas, per Pet. de Rau. *in suo alphabeto, lit. E. vers. Error. Et Zasium, in l. Quæ extrinsecus, in fi. ff. de verb. obl.* ¶ Error verò in pertinentijs & confinib. non vitiat, *l. si patronus, §. 1. ff. de legat. 3. gl. in l. forma, ff. de cens.* Idem in errore syllabæ, *l. qui habeat, ff. de man. test.* nisi vitium syllabæ induceret falsam latinitatẽ, quia tum viciaret rescriptũ, *c. ad audientiam de rescrip. Pet. de Rau. in alphab. lit. E. vers. Error.* ¶ Nisi res iudicata vel transacta sit, etiam post longum tempus error calculi retractari potest, *l. Calculi, de adm. rer. ad nat. pert. Cuiac. ad l. 2. C. de iure fisci.*

115 Error in appellando, puta, aliquis errore appellauit à sent. quæ pro se est lata, an appellanti noceat, *vide Rom. in sing 375. Incip. sententia lata.* Error calculi quatenus, *(Nisi super ipso errore in iudicium deducto pronunciatũ esset, & sententia transiuisset in rem iudicatam,)* vsq; ad quod tempus, & à quo possit allegari, *(Ille qui negauit rationes, postea non potest allegare errorem calculi, ex sententia Dini: audiendum tamen esse, Bart. & Bald. voluerunt: quam admittit Cast. si in continẽti error probari possit: sec⁹ si longa discussione opus habeat: tunc enim Dini sententiam obtinere, putat arg. l. si p. ars, ff. de inoff. test. cum similibus,)* consuluit Paul. Cast. *in consi. 10. inc. in casu præsenti, si quæritur, part. 2.* quòd possit allegari vsq; ad 30. ann. Quatenus autem super calculo ita videatur transactũ, quòd non possit error allegari, notatur per Schurf. *in consi. 36. in prin. cent. 1.* Reperto errore calculi, competit condictio liberationis, vel exceptio doli moli. Et error qualitatis, *(Intellige substantialis. Sic error qualitatis calculi, cùm debita velut liquida computata sunt, quæ erant illiquida, vel non facilè exigibilia, facit locum retractationi calculi,)* quòd vitiet contractum tàm bonæ fidei quàm stricti iuris, notauit *ibidem,* Schurf. *in d. consi. 36. n. 12. & 13.*

De probatione autẽ erroris, notat hoc: 116
quòd probatur error eo ipso, quando constat rem se aliter habere, *l. de ætate, §. fi. ff de int. act. l. cum de indeb. §. fi. ff. de prob.* & per ea consuluit Sy[illegible]a. *in consi. 62. mihi n. 16. vol. 2.* dicens: nõ vlli dubiũ est, quòd vbicunq; quis certat de damno euitando, saltẽ graui: quòd error etiam in facto proprio, quando constat rem aliter se habere, non noceat, *per l. & si me putem, vbi Bart. & alij Dd. ff. de condic. indeb.* & per alios multos Dd. inducens: transactionẽ, etiam per errorẽ factam, errore edocto, reuocari posse: imò quòd confessiones etiam geminatæ non officiant, sed reuocari possint: Error enim consensum impedit, *l. si per errorem, ff. de iurisdict. om. iud. l. 2. §. 1. ff. de iudic. Et notauit Alex. de Im. in consi. 69. in prin. 4. col. vol. 5.*

Error omissæ solennitatis in testamento, 117
quomodo probari debeat, & quot testes in eo probando requirantur, notauit Mynsin. *obs. 98. cen. 4. (Cùm de probanda testatoris voluntate dubium est, & quidem ad intrinsecam solennitatem pertinente, septem testes necessarij sunt, ad probandum notarij errorẽ: & quidem illi ipsi, qui interfuerunt testamenti factioni: Sin verò de alijs ad testamentum necessarijs probandis agatur, duo sufficiunt: quod & Domini Camerales secuti sunt.)* ¶ De confessione erronea, quòd non præiudicet, & qualiter error probetur, consuluit *Dec. in consi. 56. vol. 2. n. 24.*

Error iuris intricati excusat, *Capyc. dec. 69. n. 39.* & huius erroris effectus, enumerat Felin. *c. de quarta col. 9. & 10. de præscrip. & c. 1. col. 9. & 10. de re iudic.* ¶ Error an & quando præsumatur commissus in actu & dispensatione, *Men. lib. 6. præscrip. 22.* ¶ Ignorantia erroris, tàm iuris quàm facti, proprij vel alieni, an & quando præsumatur. *Men lib. 6. præs. 23.* ¶ De errore præposterationis, & prætermissionis, *vide verb. Ordo.* ¶ Error Notarij testamento non officit, *Daut. in l. præposteri, C. de testam. fol. 667.* & error cuius præsumatur 118

tur, an notarij, an testatoris. ¶ Error Calculi an possit opponi, etiã post tẽpus à partibus contrahentib. oppositioni præfixũ, *Thess. dec. 260.* ¶ Erroris iure saluo omnes contractus celebrari, intelliguntur: Quod adeo verũ, vt etiam contractũ reddat inualidum, qui iuramento est firmatus, *Coler. p. 1. c. 9. n. 74. 75. 76. contr. Seraph. d. p. 9. c.* ¶ Error modicus non vitiat actũ neq; attendi debet, *Seb. Med. reg. 5. nu. 73. fol. 179.* ¶ Errantib. est subueniendũ, *Seraph. priu. 90. n.* & error regulariter potest allegari, nisi reperiatur à iure expressè prohibitum, *ibid.* etiamsi actus sit iuratus, *ibid.* & ibid. plura de errore. Inter errorẽ & ignorantiam, magna est differentia: nam ille opponitur consensui, hæc scientiæ, *ibid. nu. 9.* Error in facto proprio, intolerabilis, *ibid.*

119 Errorem emendare sapientis est, *c. inter hoc hircum, el. 1. de poc. diß. 3. c. qualiter & quando, de accuſ. fac. c. non debet, de consang. & aff.* Sic etiam Dij se emendant, *vt per Br. in l. 1. §. nunciatio, in 5. col. Ibi quærit Iac. de Aret. de op. nou. nunc. ita facit inst. in Rub. de empt. & vend.* ¶ Error excusat à pœna delicti, etiamsi fuerit iuris error, *l. si quis id quod, de iurisd. om. iud. vbi DD. l. 3. §. si quis ignorans ad Sill. vide Br. in l. sed & si lege, §. scire. de pet. hæred.* ¶ Erroris iustã caussam habet: qui cõsuluit eum, quem peritũ credebat, si errauit, *l. in bonorũ, de bonor. posseß.* ¶ Errantibus, non stultis succurritur, *l. regula, in §. pen. in fin. de iur. & fact. ignor.*

120 Error facti prudentissimos fallit, *l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. §. si quis agens, Inst. de Act.* Et hoc in facto alieno: in proprio ignorantia non toleratur, *l. quidquam, ad Velleia. l. plurimum, ff. de iur. & fact. ignor. l. si pro suo, gl. in l. si quis delegauerit, in gl. 2. ff. de noua.* & talis error facti, inducit bonã fidẽ, *Curc. conſ. 6. fol. 78. col. 3.* ¶ Quandoq; tamẽ talis error in proprio facto, est tolerabilis: & hoc, si ago de damno vitando: secus, de lucro quærendo, *Br. in l. in bonorum, ff. de bonor. poß. Din. in Reg. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. vide in verb. ignorantia.* ¶ Error quãdoq; ius facit, *l. 2. §. fi. Supell. leg. l. Barbarius, Phil. de off. præsid.* ¶ An error præsumatur potiùs, quàm scientia, *vide gl. in l. si hæres ab eo, §. 1. in verb. per errorem, ad Trebell.* ¶ Error probatur, probando rem aliter esse, *l. si post diuisionem, vbi Br. & alij, C. de iur. & fact. ign. Iaſ. per illum tex in l. si fundum, §. si liber. de leg. 1.*

121 Error iustus habetur pro titulo, *l. Celsus, de vsuc. Br. in l. eum qui, de stat. hominum.* ¶ Error cõmunis excusat, *l. si quis patremfam. ad Maced. vbi gl. quæ alia iura allegat.* ¶ Error aduocati in allegationibus, non nocet parti: *ita dicit Br. in l. ornamentorum ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Per errorẽ, dictum vel factũ, reuocatur vsq; ad sententiã, facti errore probato: idẽ in dubitante, *de hac reg. cum 5. lim. vid. Iaſ. in l. error, C. de iur: & fact. ignor.* ¶ Error iuris dubius, æquiparatur errori facti: quis autẽ sit error iuris probabilis, vide Franc. Curc. *conſ. 6. fol. 77. col. 4. & fol. seq. col. 2.* ¶ Error in nomine, si de corpore constat, non vitiat, *l. si Forcidianum, C. de legat. & l. si quis in fundi vocab. ff. de leg. 1. Inst. de leg. §. si quis in nom. & C. de test. si in nomine.*

Error scribentis non nocet, si apparet de voluntate testatoris, *l. errore, C. de test.* ¶ Error iuris expressus in sententia, licèt reddat eam ipso iure nullã: *l. 1. C. quando pro non est.* Tamen hoc fallit, quando est expressus error, circa ius non clarũ, *ita Br. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. opp. ff. de v. obl.* Imò iudex excusatur ab ignorantia iuris obscuri: & iudex errans in subtilitatibus iuris, non peccat mortaliter. Error iuris non frequentatus, toleratur. *De hu vide Franc. Curc. conſ. 6. fol. 78. col. 1. vide in verb. sententia, & verb. iudex.* 122

Ambt vñ erbbücher/Erbregister/ in quantũ probent, *vid. Moller. lib. 4. Semest. c. 4.* ¶ Erbgerichten/ *Coler. de proceß. exec. 2. p. c. 1. n. 109.* quæ eò pertineant, *Moll. p. 4. c. 45.* 123

De Equo currente ad brauium.

EQuus currens ad brauiũ, & quando fuit primus, quatenus & quando dominus equi habeat brauiũ, propter equi sui velocitatẽ, vide Pet. de Rau. *in aureo suo alphab. lite. B. vers. brauium.* ¶ Equi publico cursui deputati, non lignis, nec fustibus, sed tantummodò flagellis agitari debent, *l. 1. C. de cursu publico.* ¶ In equi venditione, quid venditor præstare debeat: & ex quibus causis equus venditus redhiberi poßit, *vide Coler. in pro. exec. par. 2. c. 1. nu. 71. Differ. Iur. Ciuil. & Sax. lib. 2. part. 6. diff. 56.* ¶ Ein Kriegßknecht soll kein eigen Pferdt haben/ soll auch dergestalt nit Geleit haben: vñ jhre Herrn sollen schuldig sein/ da sie verbrechen/ vor sie zu antworten/ *vide Keyser Friedr. Reformation, Ano. 1442. fol. mihi 10.* 124

De Euentu.

QVod euenire potest, an inspiciatur, *vide Dd. in l. 1. ff. de in litem iur. Cynum in l. fin. §. sed neq; C. communia de legat. Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram, & ibi per Zasium, n. 18. ff. de verb. oblig.* ¶ Et huc refer, quòd verba futuri euentus, non inducunt dispositionem, *vt est text. in l. Iul. §. ex his, ff. de legat. 3.* vbi si quis ita dixerit: curate agros meos, & filij mei dabunt vobis centum. Ex his verbis nulla oritur obligatio, vbi omnes hoc colligunt: *Rom. in sing. 154. incip. quòd si dixerit. Decian. in conſ. 56. vol. 2. n. 14.* ¶ Euentualis exceptio, quomodo & qua cautela sit proponenda, notauit *Dec. in l. nemo ex his, ff. de reg. iur.* 125

Exitus seu euentus, quòd probet acta, habetur *in l. aut facta, §. euentus, ff. de pœnis, Dec. declarat, in consi. 57. vol. 3. n. 35.*

De Euidentia facti.

126 QVòd sit species probationis, & à iure multùm priuilegiata, notat Hip. *de Mars. in repet. Rub. C. de probat. mihi nu. 157. & notabo infrà in lit. P. vers. de probatione per euidentiam facti.*

De Euictione.

127 NOta vnum: duo fratres socij habent duos fundos communes, diuiserunt, riter vnius pars est euicta: an periculum euictionis sit commune? decidit, quòd sic, Pet. de Vbald. *in tract. suo de duob. fratrib. in 8. quæst. 22. mihi fol. 23 Gl. vlt. in l. si familiæ. famil. ercisc.* sic distinguit: aut inter cohæredes conuenit, vt de euictione teneantur, & tenentur: aut nihil conuenit, & similiter de euictione tenentur: nisi scienter aliquis aliquid accipiat, *l. si fundum, C. de euict.* aut conuenit vt non teneantur, & tunc non tenentur, *l. si familiæ, C. eod. & alia bona vide in ista glossa allegata.* ¶ Sed promissio de euincendo, quòd non tantùm liget promissorem, sed etiam eius hæredem: Et qualiter per clausulas generales & vniuersales expressè promissa euictio censeatur, consuluit Decian. *in cons. 55. vol. 3. n. 91. & in seqq.*

128 Quòd si res inter cohæredes forte etiam per testatorem diuisæ, euictæ fuerint: quòd omnes cohæredes pro portionibus hæreditarijs teneantur de euictione vel de liberatione, quia erat onerata, consuluit d. Dec. *in consi. 106. vol. 3.* Et ibi multa bona de luitione ab omnibus cohæredibus facienda, & de testatoris præcepto circa illam luitionē faciendam. De euictione rei venditæ, vide *Art. 4. lib. 3. Landr. & Art. 83. eod. lib.* ¶ Possessio libera vt præstetur, agitur primæua actione, vel ad rem tradendam, vel ad interesse. (*Quam ad rem, etiam sententiæ tempore, officium iudicis implorari potest, etsi ab initio res præcisè petita sit.*) Et re euicta, quæ actio (*Actio ex empto, nimirum ad hoc, vt restituatur pretium cum omnibus damnis.*) competat contra venditorē, notauit Mynsing. *in suis obs. obseruat. 53. & 54. cen. 1.* & quando ratione temporis cōpetat, (*Cùm nimirum res in iudicio euicta est: prius enim agi non potest: nisi venditor in dolo sit.*) & alia notabilia, vide per eundem, *Dn. Mynsing. obs. 56. cent. 1.* Quæ remedia dentur contra vendentem prædium pro libero, quòd sit grauatū vel obligatum, (*Potest contra eum agi de euictione ad interesse, pro pretio ad rem liberandam à se soluto: quod vtiq; potest, non expectatâ sententiâ, existente debito liquido & notorio.*) idem *Mynsin. obser. 37. cent. 1.* ¶ Emptor quando agit de euictione, quis venditor teneatur, vide aliqua, apud Pet. *de Rauen. in suo alphab. litera E. vers. Euictio.*

129 Sed nota, quando venditor specialiter super aliqua re, vel persona, fecit pactū, quòd non velit teneri de euictione, quòd isto casu non teneatur: secus, quando generaliter: quia tenetur ad precij restitutionem, *l. quæ libertatis, in prin. & ibi gloss. 1. ff. de euictio. Rom. in singul. suo 387. incip. Si venditorem.* ¶ Et tandem venditor, donator, vel alij, quibus casibus teneantur ad euictionem, vide *in d. art. 4. lib. 3. Landr. & ibi notat gloss. & in l. non dubitatur, C. de euictio. VVesenb. in consi. 12. part. 1. nu. 39.* vide in titulis, C. & ff. *de euictionibus*, & ea quæ notaui suprà, *in litter. D. vers. de denunciatione venditori vel aliæ personæ fienda*, & ibi inuenies, quatenus Vasallus contra dominum feudi habeat actionem, de euictione propter non traditum feudum: quòd venditores plures vnius rei, in solidum & pro indiuiso, de euictione obligentur, declarauit Geyl. *in obs. 14. lib. 2. obs. Cam. Imp.* (*Defensio in solidum suscipienda est: præstatio autem eius, quod interest, singulis hæredibus pro parte hæreditaria imponitur.*)

Autor laudatus priuilegiatus, petens beneficium post conclusionem in causa, an sit admittendus: quòd sic, *Afflictus dec. 15.* ¶ Creditor secundus, quando possit à priore, qui tamen rem quoq; emit, hypothecam euincere, *Afflictus dec. 16.* 130

De Exceptionibus.

EXceptiones comparatæ sunt, defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur, scilicet reis, *Inst. de except. in prin. & ibi in gl.* ¶ Aliæ prætoriæ, aliæ sunt ciuiles *§. exempli causa, ibi declarant gloss. & Dd. d. tit. Instit. de excep.* aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ, *d. tit. Inst. de except. §. appellantur autem.* Aliæ sunt anomalæ, aliæ mixtæ: diffinit, diuidit, subdiuidit & declarat eas, Spec. *in tit. de exceptionibus, §. 1.* ¶ Peremptoriæ, dicit, vocantur, quæ actionē perimunt, vel potiùs elidunt, *§. perpetuæ, inst. de excep.* Et semper obstant agenti, *Spec. d. tit. §. 1. num. 3.* 131

Dilatoriæ sunt, quæ causam differunt, *§. appellantur, Inst. eo.* Anomalæ sunt, quæ non sequuntur normam aliarū, quia possunt ante litis contestationem & post opponi: quæ an sint perpetuæ vel temporales, declarat Spec. *d. tit. de excep. §. 1. n. 7.* Et de mixta dicit, *eo. tit. & §. n. 8.* ¶ Quando dilatoriæ, & quando opponantur exceptiones peremptoriæ: regulariter autem dilatoriæ ante litis contestationem, & peremptoriæ pòst quòd proponantur, tradit Specula. *in d. tit. §. nunc videndum, & in §. dicto de dilatorijs*, sed dilatoriæ quòd etiam post litis contestationem proponantur, notauit *in casibus 14.* (*Inter quos maximè insignis, si exceptio dila-* 132

dilatoria demùm post litem contestatam nata sit, aut
processum reddat retrò nullum, &c. aut tractū suc-
cessiuum & non momentaneum habeat. Mynſ. cent.
1. obſer. 73.) Oldendorpi. *in ſuo Enchiridio ex-*
ceptionum, circa principium, mihi fol. 304. & vi-
de Matthe. de Matthesil. in ſing. ſuo 98. incip. No-
ta textum.

133 Quo ordine & qua cautela exceptio-
nes proponantur, docuit idem Specula.
in §. viso quando. De replicatione, duplicatio-
ne & triplicatione, vide eundem *Specula. in*
d. tit. §. vltimo. De diuersis exceptionibus reo
competentib. Spec. *in tit. de reo.* Oldendorpi.
in ſuo Enchiridio exceptionum, Angel. *ad tit. Inſtit.*
de exceptio. Textus C. & *ext. de exceptionibus.* Sed
istius materiæ & aliquarū exceptionum sin-
gularia, notabo saltem remissiuè.

134 Regulariter exceptiones competentes
reo principali, cōpetunt fideiussori, *l. omnes,*
ff. de excep. l. defenſiones, C. eo. ponit vnam limi-
tationem Hippo. *de Marſi. in ſing. ſuo 125. incip.*
Tuſcu. & monet remissiuè Lud. Rom. *in ſing.*
ſuo 633. incip. nunquid. Nota, reseruatio exce-
ptionum operatur, quòd si postea pateat de
veritate ipsarum exceptionum, omnia retrò
esse nulla, *Barto. in l. ſi ille, §. teſtamento ff. ad Tre-*
bel. gloſſæ & Dd. in c. cum contingat. de offi. delega.
Hippo. in ſingula. 198. incip. Teſtis. ¶ No. ex-
ceptio firmat regulam, in casibus non exce-
ptis, & quomodo illa regula intelligenda,
amplianda, vel restringenda, declarat Anto.
Corse. *in ſingula. ſuis, in verbo extenſio 1. num. 2.*

135 Si statutum vel rescriptum principis dicat,
nullam exceptionem in aliquo facto debe-
re admitti, debet intelligi de exceptio-
ne minùs legitima & rationabili, non autem
de legitimis & rationabilibus exceptionib.
gloſſ. in c. ex parte, el. 2. de offi. delega. rationes de-
dit Antonius Corse. *in ſingula. ſuis in verbo ex-*
ceptio 1. Imò debet exceptio admitti: & si
reijciatur, appellatur à reiectione. *Decianus*
in conſ. 41. vol. 3.

Exceptio obscura vel generalis, quòd non
136 releuet excipientem, docuit & declarauit,
in exceptione contra testes, Petrus Gerhar.
de Pet. Sanct. in ſingu. ſuo 70. incip. Tene menti,
& ibidem remittit ad limitationes. Et quòd
excipiens generaliter, non admittatur, nota-
uit Roma. *in ſing. ſuo 314. incip. Hæſitatum fuit.*

Exceptiones an possint opponi in die fe-
riato, vide Ludo. Rom. & *addi. Pignolij in ſing.*
ſuo 771. incip. in §. nunciatio.

137 Excipiens an & quando videatur fateri,
notatur & habetur, *in c. cum venerabilis, ext. de*
exceptio. VVeſenbecius in conſ. 72. parte 2. num. 24.
(excipiendo conditionaliter, nō videtur fateri, puta,
ſi neget factū: aut ſaltem, ſi id probetur, nouationis ex-
ceptionem, aliamvé ſimilem, contra id competere ſibi
dicat: idem eſt, ſi implicita ſit negatio, nego nar-
rata, prout narrantur.)

Statutum excludens omnes exceptio-
nes, non tamen videtur excludere illas, quas
in continenti quis velit probare: quia eo ca-
su debet quis audiri, etiam stante statuto:
quia cessat ibi præsumptio fraudis, vbi in cō-
tinenti offertur, *text eſt in c. literas, de Reſti. ſpol.*
Decia. in conſ. 41. vol. 3. dixit & declarauit Anto:
Corse. *in ſing. ſuis in verbo, exceptio. 2.*

Exceptio calumniosa quòd non admit- 138
tatur à iudice, sed reijciatur, notauit Hippo.
de Marſi. in pract. ſua criminali, §. oportunè, mihi
num. 76. cum aliquibus ſequentibus.

Exceptiones conditionales vel euentua-
les, quomodo & qua cautela sint propo-
nendæ, notat Decius, *in l. nemo ex his, ff. de*
reg. iuris. ¶ Nota, exceptio merita causæ re-
spiciens, ad probandum non admittitur, nisi
lite contestata, *Myrſing. in obſeruat. 24. cent. 1.*
¶ In specie de exceptionibus, quibus nega-
tur fracta pax, quæ post litis contestationē
sunt proponendæ. Idem *Mynſi. in obſerua. 27.*
cent. 2. & ibi ponit rationes, (*ne duplicibus pro-*
bationibus, diſputationibus & impenſis partes gra-
uentur.) quare lis sit contestanda, & quòd an-
te litis contestationem non sit de exceptio-
ne probandum.

Exceptio debet esse de regula: & ex qua- 139
litate exceptionis declaratur, de quo gene-
re loquatur regula. *Plot. §. 6. ſub num. 2.* & ex-
ceptio ne sit superflua & inutilis: item de eo,
quod in regula non continetur, censetur
regulam ampliare, secundùm qualitatem
exceptionis, *num. 4. ibid. & n. 5.* ¶ Quando
tollitur exceptio, non tollitur exceptio nul-
litatis, *Viuius deciſ. 219. lib. 2.*

Exceptionum auxilio, lex manet firma 140
& immutata, *§. vt autem, in Auth. de non alie.*
¶ Dilatoria exceptio debet opponi ante
litem contestatam, non postea, aliter op-
ponens punitur, *vide de hac reg. cum amplia-*
tionibus, & 15. limit. latè Iaſ. in l. ita demum, C.
de procur. vbi etiam habes: An Exceptio di-
latoria omissa in causa principali, possit op-
poni in caussa appellationis.

Exceptionés peremptoriæ debent an-
te sententiam opponi, nam pòst non ad-
mittuntur, *l. peremptorias, C. ſent. reſcin. non*
poſſe. Præterquam in 7. casibus, quibus et-
iam post sententiam opponi possunt, quos
casus enumerat gloss. magist. *in §. appellan-*
tur, Inſt. de Except. Et huius naturæ exceptio,
est Exceptio Macedoniani, & Velleiani:
quæ licèt non sint oppositæ ante senten-
tiam, possunt nihilominus post sententiam
opponi, *l. tamen ſi non, ff. ad Maced. vide gl. in*
d. §. appellantur. Inſt. de Except.

De exceptionibus litis finitæ, regula
est: Quòd Exceptio litis finitæ, & omnis ex-
ceptio, per quam apparet, actionē ipso iure
subla-

sublatam, & omnis exceptio, per quam apparet, delictum commissum esse impunibile. Tales exceptiones omnes, impediunt litis ingressum: & operantur, ne iudicium inchoari possit.

141 Hoc tamen maximè hic nota, quòd tunc litis ingressum impediunt, quando opponũtur ad impediendũ processum: sec°, si apponuntur ad merita causæ. Quando autẽ dicũtur opposita, ad processum impediendum, & quando ad merita causæ? *De his omnibus, vide pulcrè Ias. in l. nam & postea, in pr. ff. de iureiur. vide etiam ad hoc Br. in l. cum quærebatur, ff. Iud. solu.* ¶ De illis exceptionibus litis finitæ, an & quando impediant litis ingressum, *vide vltra prædicta, Ias. in l. ait prætor, in 4. col. ff. de iureiur.* Et quæ sint tales exceptiones litis finitæ, *vide pulcrè Alex. in l. fratris, C. de Transact. vide omnino Cepol. in cons. 70. n. 7. & Landfranc. in c. quoniam contra, de probat. Br. in l. fin. ff. pro suo, Br. & Dd. Mod. in d. l. ait prætor, ff. de iureiur. vide Dec. in cons. 272. vol. 2. col. 4. Ibi, sed supra dictis minimè obstantibus.* De Exceptione Rei iudicatæ, *vide Dec. cons. 308. vol. 2. in casu ad nos transmisso.* ¶ De exceptione Præscriptionis, *vide infra in verb. Præscriptio.* ¶ Exceptiones tam dilatoriæ, quàm peremptoriæ, quo tempore opponi debeant, *vide Petr. de Bellapert. in q. 27.*

142 Exceptio doli est perpetua, *l. purè, §. fin. ff. de dol. Except.* Licèt actio de dolo duret biennio tantum, *l. fin. C. de dolo.* Rationem huius diuersitatis, assignat gl. *in d. l. purè.* ¶ Exceptionem proponens, aduersarij intentionem non fatetur, *vide Ioh. Fabri. Inst. de Except. c. cum venerabilis, ext. de Except. Vide latè Alex. in l. decem, n. 24. ff. de v. obl. Soc. in l. nõ vtiq;, de Except.* ¶ Exceptionem remittere, est donare, *l. si quis delegauerit, & ibi Br. ff. de Noua.* ¶ Vbi via excipiendi est alicui præclusa, quia lapsus est terminus statutus vel à iudice, vel lege, vel iam lata sententia: potest adhuc aliquis implorare officium iudicis, vt se informet de tali Exceptione. Et in hoc aduocatus debet esse bene cautus, *ita Ias. refert, Ang. Fulg. & alios, in l. 1. in 6. col. de iurisd. omn. iud.* vbi Alex. etiam, qui dicit: Si exceptio, etiam non numeratæ pecuniæ, vel dotis, non potest opponi, propter temporis lapsum: tamen potest implorari officium iudicis, in locum deficientis Exceptionis, *vide Br. in l. planè, de petit. hæred. vide ad hoc etiam pulcrè Ias. in l. vbi pactum, in 5. col. C. de Transact. in pr. & Br. in l. 1. §. & paria, quòd vi aut clam.*

143 Quando disponitur statuto, nullam exceptionem posse opponi: semper intelligitur de friuola: ita Br. *in l. 1. §. & parui. Quod vi aut clam.* fallit, nisi statutum nihil operaretur: quia tunc etiam friuola admittitur, *vide Goz. post alios, in l. 1. ff. de off. eius. Hoc voluit Bl. in l. 3. §. si is pro quo, ff. quod quisq; iur. in c. ex parte, el. 2. de off. del. vide Goz. in l. imperium, ff. de iurisd. omn. iudic.* adde etiam Goz. *in l. omnes populi, in 2. q. 3. q. pr. in 10. lect. in 4. concl. de iust. & iur.* vbi similia alia adducit, *adde Br. in l. 2. ff. de vsucap.* vbi quid si statuto, *vide Ias. in l. 4. §. si is pro quo, ff. quod quisq; iur.* Exceptio regulam firmat, *l. quæsitum, §. deniq;, ff. de fund. instr. l. nam quod liquide, §. fin. ff. de pen. leg. vide Dec. cons. 56. tex. & ibi gl. & Br. in §. vt autem in Auth. de non alie. c. 2. & ibi Abb. de coniug. Lepro. c. dominus, 32. q. 7. & c. dixit dominus, 32. q. 1. §. actionum, Inst. de Act.*

Statutum omnes exceptiones excludens, 144
innocentiæ exceptionem non excludit, *Bl. in l. edicta, in rep. pad. in pe. col. C. de Edend. De hoc vide Hypp in sing. 59.* ¶ Statutum, excludens omnes exceptiones contra sententiam, debet intelligi. nisi opponens legitimam exceptionem, velit eam in continenti probare, *vide Ias. in l. ait prætor, ff. de iureiur. col. 4.* Ineptum est, Regulam non fallere, si æquitas hoc postulat, *tex. & ibi gl. in Auth. vt fine probi. ma. deb. vel cred. in princ.* Oportet exceptionem esse de regula, & de terminis eius, *vt declarat Br. in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio.* Vnde si dico: omnes homines currunt, nisi equus: non est bona exceptio, quia equus non est de genere hominum: *vide Ias. in l. singularis, in 3. col. in fin. Si cert. pet.* Hoc fallit, quando induceretur legis correctio: quia potiùs debemus dicere, quòd exceptio non sit de regula, & quòd sit posita ad abundantem cautelam: quàm dicere, quòd inducatur legis correctio, *ita concludit Alex. & sequuntur Mod. in l. fin. ff. quod quisq; iuris, Franc. Curc. cons. 7 fol. 80. col. 1.*

Exceptionem non numeratæ pecuniæ 145
opponens, non probare tenetur: sed potiùs aduersarius, pecuniæ numerationẽ esse factã. *l. si ex cautione tua, C. de non num. pec.* ¶ Et hæc exceptio debet intra biennium opponi, *in l. contractus, C. de non nu. pec.* Et licèt post biennium exceptionem talem non possit quis opponere: tamen officium iudicis potest implorare, etiam elapso biennio, *vide D. Alex. in l. 1. & ibi Goz. ff. de iurisd. om. iud.* Quod est singulare in hac exceptione: aliàs enim qui excipit, eam probat. ¶ Nullitatis exceptio potest opponi post sententiam, *Br. in l. 1. in pr. not. C. de exec. rei iud.*

Quando post sententiam nulla Nullitatis 146
exceptio potest opponi, tamen semper exceptio nullitatis iurisdictionis est exempta: idem de exceptione cõpetentiæ iudicis, etiam de omnibus alijs exceptionibus exclusiuis, *gl. est quam Can. vsq; ad sydera extollunt, in Clem. 1. in gl. fin. de seq. poss. & fruct. vide gloss. & Liuinum, in §. appellantur. Inst. de Except.*

Debet

Debet tamen talis exceptio incompetentis iudicis, semper ab initio, antequam aliquid coram iudice proponat, opponi. Nam si aliquam exceptionem contra personam actoris, vel quid simile proponeret, videretur tacitè in iudicem consentire, *vide pulcrè Br. in l. non videtur, ff. de iud. l. quidam consulebat, ff. de re iudic. & in l. quamuis, ff. de damn. infect. vide de hoc etiam Alex. in l. de pupillo, §. qui opus, in 2. col. ff. de oper. nou. nunc. tex. est, & ibi Br. in l. fin. C. de Except.*

An autem, & quando Exceptio nullitatis possit opponi, ad impediendum executionem sententiæ, *vide post Br. Ias. in §. condemnatum, de re iudic. Clar. Soc. in Reg. 121.* vbi multa de hac exceptione. Exceptio etiam dilatoria, (quæ aliàs regulariter debet opponi ante litis contestationem, *l. exceptionem, C. de procur. gl. in §. appellantur, Inst. de Except.*) quæ arguit iudicium retrò nullum, potest opponi vsque ad sententiam: hæc reg. probatur, *in l. licet, cum gl. C. de procur.*

147 Qui actionem habet, longè fortiùs exceptionem, *l. 1. ff. de superficiebus, vbi clarus text. in l. inuitus, ff. de Reg. iur. & in c. qui ad agendum, de Reg. iur. in sexto, & in l. creditori, in fin. & gl. ibi per illum tex. C. de pact. vide Philipp. Dec. in d. l. inuitus, & Din. in d. Reg. ad agendum.* Actio iniuriarum, tollitur anno, *l. fin. C. de iniurijs & l. si non conuitij, eod.* Quid si quis post anni cursum agere velit, certè remouebitur exceptione præscriptionis annalis: hoc enim tempore præscribitur. ¶ Quæritur, an ista annalis præscriptionis exceptio: sit dilatoria, vel peremptoria: ut sciri possit, an post, vel ante litem contestatam sit opponenda. *vide de hoc Cepol. in cons. 70. per totum, visa prius petitione.*

148 Exceptiones iuris sunt proponendæ à doctis aduocatis, in genere, quas in processu quis poterit declarare: nec potest iudex cogere reum, ad declarandum talem iuris exceptionem, *vide suprà in verb. libellus.* Quando quis excipiendo succubuit, an audiatur, si principaliter agere velit, *Dec. cons. 96. vol. 1.* ¶ Quem de Euictione tenet actio, eundē agentem repellit exceptio, *tex. est in l. vendicantem, vbi gl. & Dd. ff. de Euict. l. exceptione, & l. siue possessio, C. de Euict.* ¶ Qui habet actionem, fortiùs exceptionem habet, *l. 1. §. illam in damnis, ff. de superficie. & l. inuitus, §. in damnis, ff. de Reg. iur. vide suprà in verb. actio.* ¶ Exceptio facti & intentionis, perimit obligationem ciuilem & naturalem: & tutus illa exceptione, quocunque errore soluens, repetit, *Bart. in l. Iul. num. 13. ff de condict. indeb.* De iure tertij, nemo agere vel excipere debet, *vide suprà in verb. agere, vel actio.*

Hic nota: quòd exceptionis propriū est repellere, actionis verò consequi, *c. 2. ext. de ord. cognit. vbi gl. in verb. modum exceptionis, & Abb. in c. si, eod. tit. l. 1 ff. de Except.* Vnde sequitur, quòd reus existens in iudicio, vt reus, nihil consequi potest, quàm absolutionem ab impetitione actoris, & vt sibi in expensis cōdemnetur. Reus enim, in quantum reus, nihil aliud petat, vel petere debet: nisi vt absoluatur ab impetitione actoris. Si verò velit petere, vt res sibi adiudicetur: tunc sic debet facere, vt actor in alia instantia, & rem petere ita, *vide Panorm. Hostien. & Abb. in c. ex conquestione, de Rest. spoliat.*

Quanquam contrariam opinionem teneat Innocentius, *in d. c. ex conquestione,* vbi 149
vult: quòd si reus possidet rem quam actor ab eo petit, & actor nihil probauerit, & reus velit obtinere adiudicatorium illius rei petitæ ab actore: id est, quòd iudex non solum eum absoluat à petitione actoris, sed etiam pronunciet: quòd res petita ab actore, sit ipsius rei, & dominium spectet ad ipsum reū: tunc oportet reum articulare, & probare, Quòd res ad se pertineat: quo probato per reum, tunc ab impetitione actoris non probantis absoluetur, & tamen hæc sibi res petita adiudicatur. Hanc sententiam Innocentij, sequuntur Moder. Legistæ, *in l. Pomponius, §. sed & is, ff. de procur. & Io. de Imol. in d. c. ex conquestione. De his tamen vide Dn. Henning. in processß. suo, in 1. par. Rubr. 15. n. 8. per totum.* ¶ Exceptio enim se latiùs non extendit, quā ad finem, ad quem proposita est: nempe ad iudicem, à cognoscendo: actorem, ab agendo: testem à testificando: & instrumenta ab aliquid operando siue probando, repellendū: *ita vide pulcrè Iodoc. Damhaud. in pract. criminali c. vn. de Except. criminalibus, num. 4. col. 12.*

Reus excipiendo fit actor, *l. 1. ff. de Except.* 150
Hanc regulam non simpliciter, generaliter & indifferēter intelligas. (Scilicet, quòd semper reus contra actionem actoris negatiuè respondet, & actionem negat, quia suam negationem probare tenetur: vt quidam indoctus procurator nuper dixerat. Nam si hoc est verum, tunc sequeretur: quòd in omnibus caussis, quando reus actionem negat, ipse teneretur suam negatiuam, probare, & non actor actionem suā negatā: quo nihil absurdius. Nam quando actionem suam à reo negatam actor non probat, tunc reus statim absolui debet, etiāsi nihil præstiterit, *c. fin. de iureiur. l. quia accusare, C. de Edend. actor. C. de probat.*) Sondern diese Regel muß allein verstanden werden in diesem fall: Si intentione actoris fundata etiā reus exceptionem opponat, vt condemnationem effugiat: tunc enim & hoc solo casu, reus sic excipiendo fit actor & suam exceptionē maximè

maximè affirmatiuam probare tenetur, ſicut actor ſuam actionem: & hoc caſu debet intelligi regula: Reus excipiendo fit actor. Ita declarat vetuſtiſs. ICtus Placentinus, qui vixit & ſcripſit, ante Accurſium & Azonem, in libello ſuo de varietate actionum, *b. 3. tit. 3. de Actore.*

151 Ita etiam hoc declarat ſummæ authoritatis, & maximi nominis vir, D. Chilia. König, *in aureo ſuo proceſſu iudiciario, in c. 62. n. 3. & ſeq.* vbi ita dicit: Wo aber der beklagte in ſeiner Antwort ſich zu der Klage bekennet (oder die Klage ſonſt fundiret iſt) vnd geſtendig iſt / das er dem Kläger ſchuldig geweſen / oder das gut / darumb geklaget wird / ſein geweſt ſey / Aber er habe jhme bezahlung gethan / oder er habe das Gut vber vorwerte zeit beſeſſen / vnd jnnen gehabt: darauff kan als dann der Richter nicht balde vrtheilen / Sondern es wird dem Beklagten zeit vnd friſt gegeben / dieſe ſeine Exception zubeweiſen. Dann ein jede Antwort / der in ſeiner Antwort / oder exception etwas ſetzet / (affirmatiuè vt condemnationem effugiat, intellige) iſt daſſelbige auff nicht geſtehen des Klägers zubeweiſen ſchuldig / *de quo in l. officium, ff. de rei vend. & in l. fine, C. de probat. & in l. nam poſtea, in pr. ff. de iureiur.* Et ita intelligi debet præmiſſa generalis regula: Quòd reus excipiendo fit actor, vt ſcilicet ſuam exceptionem ab actore negatam, ſicut actor ſuam actionem à reo negatam, probare teneatur. Quod benè nota.

152 Adde ad præmiſſa, quòd licèt regulariter negatiuam probare non teneatur, *l. actor, C. de probat.* tamen ſi intentio actoris eſt plenè probata, vel ſaltem iuris præſumptione: tunc reus eſt obſtrictus ad probandum huiusmodi negatiuam, ſi vult cauſam obtinere: ſiue illa negatiua habeat implicatam affirmatiuam, ſiue non. Nam ex quo fundamentum ſuæ intentionis in tali negatiua cõſiſtit, ſibi onus probandi incumbit: & ſic intelligitur textus, *in l. in except. in pr.* dum dicit: In exceptionibus dicendum eſt, reum partibus actoris fungi oportere, ipſumque exceptionem velut intentionem implere, *ff. de prob. l. etiam, C. de don. inter vir. & vxor.* ¶ De hoc vide (quemadmodum hoc formaliter dicit:) Hierem. Schurff. *in conſ. 69. col. 391. n. 18. & 19. cent. 1.*

De Exceptionibus dandis & vtendis.

153 CVi damus actionem, eidem exceptionẽ competere, multò magis quis dixerit, eſt textus, *l. inuitus, §. cui damus, ff. de regu. iuris & in c. qui ad agendum de reg. iur. in 6.* ¶ Secus, quando actio & exceptio tendunt ad diuerſa: hæc *& alia notat Decius in d. §. cui damus.* *declarat Oldendorp. in explica. Antino. de diuerſis reg. iuris, regula: cui damus, mihi fol. 26.* ¶ Nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur, niſi lex impediat, *l. nemo ex his, ff. de reg. iuris*, ſed vide ibidem Decij declarationes & limitationes: & ibi per ipſum quæſtio mouetur: An negans & conuictus de mendacio, habeat regreſſum ad exceptiones, *& vide Dinum poſt gloſſ. in c. nullus de reg. iuris in 6.* Sed d. Decius dat in loco allegato cautelas, in exceptionibus proponendis, ne pœnam mendacij excipiens incurrat: quòd nota.

De varijs exceptionum generibus, vide 154 Oldendorpium, *in ſuo enchiridio exceptionum, per totum: Aretinum & alios Dd. ad titu. Inſtitut. de exceptionibus: ſed vltra ipſorum traditiones & & declarationes, ſingulariter quædam notanda veniunt, quæ colligi poſſunt ex Iure Saxonico, vel aliàs ex modernioribus, & alijs doctoribus.*

Wie im Churfürſtenthumb Sachſen / in- 155 nerhalb Sächſiſcher Friſt / ſein drey vierzehen Tage / alle dilatoriæ exceptiones auff einmal ſollen einzubringen ſein: vnd denſelben die euentual litis conteſtation angehengt ſolle werden: Excepto eo, niſi oriatur diſputatio ſuper dilatoria dubitabili: quo caſu poſſit litis conteſtatio euentualis omitti: habetur in conſtitutio. *Arti. 3. parte 1.*

De Exceptione banni.

QVòd propter bannum poſſit excipi, 156 contra agere vel accuſare volentem, colligitur *ex Arti. 16. lib. 3. Landrecht. Do der Text ſagt: (Des Reichs Echtern vnd den geechten Leuten, darff niemand antworten, in den Gerichten, do ſie inne geechtet ſeind, ob ſie klagen,) vide ibidem additionem & gloſſam finalem: notaui ſuprà in litera B. verſiculo de banno & bannito.*

De Exceptione cauſæ non diuidendæ.

VIde quædam apud Mynſinge. *in ſuis ob-* 157 *ſerua. obſeruatio. 97. cent. 1.* dicit, quòd ſecundùm illam deciſum fuerit in Camera, in pleno conſilio, Anno 1537. (*& ideò, ſi ratione fractæ pacis ad bannum in Camerà actum ſit, etiam ad intereſſe illic agi debet. Quæ exceptio declinatoria eſt, & litis conteſtationem impedit: Mynſ. ibid.*) Quòd cauſæ continentia triplici reſpectu dicatur: ratione perſonarum, (*quia plures ſocij ſunt, vel plures delinquentes.*) ſubiecti, (*vt, quando eſt poſſeſſorium & petitorium.*) & ratione principalis actionis, (*quando vnius actionis plura capita ſunt, vt tutelæ, negotiorum, geſtorum, &c.*) declarauit Decianus, *in conſ. 98. volum. 2. num. 10.* (*Vide ſuprà ad lit. cap.*)

De

De Exceptione non numeratæ dotis.

158 DE hac exceptione, est tex. *in l. fina. & Authen. ibi posita, C. de dote cauta & non numera. l. si voluntate, C. de dotis promiss. habetur in l. in contractibus, in §. sed quoniam, C. de non nu. pecu. & in §. fuerat, Insti. de actio.* quæ iura intelliguntur, nisi dictæ Exceptioni non sit renunciatum: & vnum alium casum, in quo maritus non possit vti hac exceptione, notat Hippo. *de Marsi. in singu. suo 345. incip. maritus.* Quatenus fiscus, ad similitudinem creditorum vel mariti, possit vxori opponere hanc exceptionem, vel non, consuluit Rolandus à Valle. *in consi. 31. num. 41. volum. 1.*

159 ¶ Sed notandum est, si lapsa sint tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quòd tunc idem iudicamus de dote confessata, quod de dote numerata. Et dos confessata tunc gaudet omnibus priuilegijs dotis, secundùm magis communem opinionem. Et præiudicat marito, & omnibus alijs creditoribus, *Dd. in l. fina. & in Authen. quod locum. C. de dote cauta & non num. Geyl. obseruat. 81. num. 10. lib. 2.*

De Exceptione rei iudicatæ, litis pendentiæ, excommunicationis & præscriptionis.

160 DE hisce exceptionibus, tradidit quędam eleganter Ferrariensis, *in sua Praxi de forma Responsionis rei conuenti, vers. reiq; iudicatæ, & in alijs vers. seqq.* De exceptione præscriptionis, habetur *in Arti. 39. lib. 1. Landrecht.* ¶ De litis pendentiæ exceptione, quòd impediat litis ingressum, maximè opposita ante litis contestationem, *probatur in l. vbi cœptum, ff. de iudic. notant omnes in l. nulli, C. de iudic.* Et si adsit connexitas causarum, *declarat Bal. in c. 1. circa fin. de controu feu. apud par. termi. Decia. in cons. 112. in prin. vol. 3.*

De Exceptione spoliationis.

161 QVatenus possit opponi, (*Potest opponi vel per modum reconuentionis, quo casu de vtraq; spoliatione simul cognoscitur, vel per modum exceptionis.*) & opposita quòd intra quindecim dies debeat probari, consuluit Schurffius, *in consi. 35. centu. 1. concordat Constitutio Electo. Saxoniæ, in Arti. 6. par. 1.* Cui competat, & aduersus quem, scilicet contra spoliantem: non autem contra tertium, licèt res spoliata ad ipsum sit deuenta: sed in quo casu tamen possit fieri etiam contra tertium: Vide Matthe. *de Matthe. in singula. suo 194. & ibi in addi. Gab. Saraynæ.*

De Exceptione doli.

162 POtest contra agentem, doli exceptio opponi: licèt à principio dolus non interuenerit, sed tempore actionis, *l. 2. §. circa primam, C. quod me. causa. Schurffi. in cons. 36. cent. 1. num. 9.*

De Exceptione, in quantum quis facere potest.

QVibus personis exceptio hæc competat, vide apud Oldendorpium, *in enchiridio exceptionum.* (*Maritus & vxor, filij hæredes patris: aduersus quos mater de dote agit, socer, cùm nurus ab eo dotem exigit, parentes, liberi, patronus, patrona, fratres, socij, donatores ex liberalitate suâ conuenti, cedens bonis, aut casu fortuito omnibus bonis spoliatus, milites tàm armatæ quàm togatæ militiæ, &c.*) ¶ Sed quæ sit, an dilatoria, vel peremptoria: quibus casibus maritus illam habere non possit, & quale tempus inspiciatur, notauit Petrus de Rauen. *in suo Alphabeto litera Q. vers. quis potest facere.* Et huic exceptioni an quis possit renunciare, (*Diuersas in hoc opiniones recenset: tandem ex Baldi sententia ita conciliat, vt renunciari non possit beneficio cessionis, quo ad liberationē carceris: secus, quo ad id, vt quis vltra id, quod facere potest cōueniatur. Censet tamen, iuramento renunciari posse huiusmodi priuilegio, maximè si competat ratione causæ, vt beneficium cessionis: non autem si ratione personæ, vt beneficium, quod marito competit.*) notat Angelus, *in §. fina. num. 13. vsq; ad finem Institu. de actionibus.* ¶ Sed pauper hac exceptione priuilegiatus, quando agit contra habentem similem exceptionem, quòd obtineat, dixit singulariter Hippo. *de Marsi. in sing. suo 99. incip. Priuilegiatus.* 163

De domino feudi, qui soluere debet de cauena vel camera, quòd nō teneatur soluere, nisi in quantum facere possit, habetur exemplum, *in tit. de No. feudo. in prin. in vsibus feudo. argumen. l. Diuus Pius, ff. de reg. iur. dicit tex. in d. tit. in prin.* (*non enim æquuum est, quem videre egentem, quem prius habuit in coniugem vel amicū*) *& ibid.* (Dominum autem feudi dare posse, intelligitur omni ęre alieno deducto.) 164

De Exceptione non numeratæ pecuniæ.

EXceptio nō numeratæ pecuniæ, regulariter non potest opponi post biennium, *l. in contractib. §. illo, C. de nō numerat. pecunia.* Attamen potest debitor post bienniū implorare officium iudicis *secundùm Baldum in l. illicitas in pr. ff. de offi. præsi.* Ratio esse potest: quia prohibitus excipere, non prohibetur iudicis officium implorare, *Barto. in l. 1. §. & parui, in 2. col. ff. quod vi aut clam. & notat Hipp. de Mars. in sing. suo 88.* Vel potest opponere exceptionē doli mali, *d. Hipp. in sing. 277. incip. licet.* 165

De æquitate canonica, quòd etiam post bienniū contra rigorē iuris possit exceptio non numeratæ pecuniæ opponi: ita tamen, quòd 166

quòd illam opponens probet, pecuniam non esse numeratam, commentatus est, *Dynus in c. locupletari in fi. de reg. iur. in 6. & ibidem est bona additio, in litera B. Hippo. de Marsi. in singula. suo 463. incip. Rigor iuris.* Et in d. Apostilla Dini habetur, quòd Ecclesia post bienniũ etiam posit hac exceptione vti. Et licèt hæc exceptio non potest opponi ab illo contrahente, qui in contractu iurauit, habuisse & recepisse pecuniã, & renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ: tamen hoc fallit, quando opponitur exceptio simulationis, probando contractum fuisse simulatum. *Hippo. in singu. suo 327. & in singul. 222. incip. Exceptio non numera. pecu.* ¶ Sed in casu, quando cõfitetur quis, se habuisse, recepisse & habere tot mutuò, an competat exceptio, vide Rom. *in sing. 642. incip. Scis quod confessioni.* Pleniùs, huius exceptionis materiam, vide apud Oldendorp. *in enchiridio exceptionum, & Angel. in tit. Instit. de exceptionibus, & titulos, ff. & C. de non numerata pecu.*

De Exceptione nullitatis.

167 QValiter sententia criminalis, in puncto læsæ maiestatis lata, veniat per nullitates impugnanda, maximè autem ab illis defendenda & sustinenda, consuluit eleganter Menochius, *in cons. 100. vol. 1. per totum.* Posuit nullitates numero triginta tres. Et pro saluatione sententiæ & processus, dedit ad illas, bonas responsiones & resolutiones: sunt valdè bona.

168 Sed super nullitate notoria pronunciatur, etiam parte non petente, nec lite contestata, *Mynsing. in obseruat. 20. cent. 1.* ¶ Nullitas autem & iniquitas, quomodo simul in iudicium deducantur, (*alternatiuè scilicet.*) & an simultaneo processu expediri debeant (*respondetur, quòd sic: nisi nullitas ex actis prioru instantiæ notoria sit, quæ ratificari non posit: tunc enim, etiam ante litem contestatam, de ea pronunciari potest.*) idem Mynsing. *in obseru. 63. cent. 4.* Et in obseruat. *seq. 64.* docet: An nullitate in iudicium deducta, inhiberi posit, & impediatur executio. (*respondetur, quòd sic, si nullitas notoria sit, aut in continenti probari posit: aliàs secus.*)

169 De nullitatibus processuum & iurisdictionis, notabiliter docuit Geylius, *in obseru. 42. lib. 1.* (*dicens, quòd in Camera nullitas processus non attendatur: modò de causæ meritis constet. idem tradit Mynf. cent. 4. obseru. 62.*) Sed, quòd nullitas iurisdictionis benè opponatur, & de præscriptione nullitatis velatæ vel notoriæ, (*Nullitati velatæ, seu de qua nõ constat notoriè, præscribitur 30. annis, ex magis communi Dd. sententia: sed si ea ex actis notoria sit, 30. annis illa nõ præscribi, verius est.*) vide Mynsi. *Respon. 17. decad. 2.* ¶ Quòd nullitas in continenti probata, impediat executionem, trium etiam sententiarum, consuluit Oldradus, *in cons. 106. incip. Quod litera. Vide infra in hac litera, vers. de exceptione nullitatis.*

De Exceptione trium sententiarum conformium.

NOn licet ter in vna causa appellare, *l. vnica, C. ne liceat ter. prouo. Clemen. 1. & ibi glossa fina. de senten. & re iudica.* in Camera Imperiali verò non attenditur, sed appellatio nihilominus admittitur, *Mynsing. in obseruat. suis, obserua. 15. cent. 1. ponit ibi bonam rationem.* (*ne videlicet quis constituendo plures instantias, in suo territorio ius appellandi tollat subditis, quod nec expressè prohibere potest.*) 170

De Exceptione præscriptionis.

NOta: iudex licèt potest procedere, prout sibi placuerit, vel prout voluerit, & abbreuiare processum: tamen non potest reo auferre exceptionem præscriptionis, tanquam ius quæsitum, neq; aliter potest facere iniustitiam. Et multum commendatur præscriptio bonæ fidei. *Do. Matthe. de Matthesila in sing. suo 14. incip. Nota quod ibi iudex. Vide latiùs infrà in litera P. vers. de præscriptionibus.* 171

De Exceptione excussionis.

QVilibet fideiussor intercedens pro alio, generaliter habet beneficium excussionis, vel beneficium de fideiussorib. quod est: si fideiussor cõueniatur à creditore principalis debitoris, potest excipere, quòd primò, antequam agat contra eum, agat contra principalem debitorem, & excussionem faciat contra eum, pro quo fideiussit & ipso excusso & reperto non soluendo, postea agat contra ipsum fideiussorem. *Vt habetur in Authen. præsente, vbi tex. C. de fideiuss. & in Authen. eo. tit. de fideiussor. in prin. Barto. Socinus in regulis fallen. in regula 177. cum 12. fallentijs, & declarat Geylius, in obserua. 27. lib. 2. obseruatio.* Et habet hoc beneficium excussionis locũ, ober sich gleich als Principal vnd selbstschuldiger verschreibet/ sine renunciatione: *Elect. Saxo. in Constit. Arti. 18. part. 2.* consuluit sic Decianus, *in cons. 25. volum. 2. nu. 10.* reprehendens Hip. de Marsi. *in repe. Rub. ff. de fideiusso. num. 62.* vbi contrarium tenet, quòd fideiussor principalem se constituens, non habeat beneficium excussionis. (*Hanc Hippoliti sententiam æquiorem esse, & communiter in foro obseruari, tradit Geyl. 2. obser. pract. 28. n. 6.*) ¶ Imò etiamsi quis promittat se soluturum pro alio, tamen habet beneficium ordinis: *d. Geyl. in obser. 28. lib. 2. obser.* (*nisi animo nouandi, qui non præsumitur, nisi probetur, id fecerit: Geyl. ibid. num. 4.*) 172

Sed quando ipse fideiussor in contractu renun- 173

renunciauit huic beneficio, poterit conue-
niri,non excusso principali, nec eo conuen-
to, nec requisito, *secund. Spec. in tit. de renun.*
& condu. §. 1. vers. Viso de beneficio. Et vide ali-
os pulcherrimos casus, in quibus fideiussor
potest conueniri prius quàm principalis,
collectos & conscriptos ab Hipp. de Marsi.
in Repet. Rub. ff. de fideiussorib. à nu. 7. vsq; ad nu.
24. inclusiuè. Dn. Mynsing. *in obser. 15. cent. 2.*
collegit 12. casus, in quibus fideiussor posit
conueniri, etiam non conuento & non ex-
cusso principali, de quibus ibi vide. (*Si no-*
torium sit principalem non esse soluendo, si is diffi-
culter conueniri poßit, si absit, si fideiussor renunci-
auit suo beneficio, si causa tractetur ex bono & æ-
quo, vel bona rei penes fideiussorem sint, vel fideius-
sor neget se fideiußisse, vel fideiusserit sistere aliquem
in iudicio, vel debitor tantùm naturaliter sit obliga-
tus, vel deniq; principalis iam constitutus in mora
decesserit, vel pater pro filio fideiußit.) Item con-
sule VVesenbecium, *in cons. 10. par. 1. Socin.*
in d. regu. 177. Geyl. in d. obs. 27. lib. 2. (*Ille inter*
cæteros & hos casus habet. Si non opponatur ex-
ceptio ordinis: nam ea opponenda est, etiam vsq; ad
conclusionem in causâ, quæ benignior sententia est.
Geyl. d. obs. 27. n. 3. & 4. Si consuetudo vel statu-
tum aliter disponant: Si fideiussor animo nouandi
intercesit: Si debitor precariò nomine creditoris sui
poßidere constituit, tunc enim ratione huius consti-
tuti possessorij agitur etiam contra tertium possesso-
rem, in quem res oppignorata alienata est, omissâ
censione. Item si fideiußio iurata sit, cessat ordinis be-
neficium, quod tamen non caret pugna, vtut hæc
sententia magis placeat Geyl.) Pet. Duen. *in re-*
gulis fallentiarum in regul. 335. docuit istius the-
oricæ, quòd fideiussor ante principalem re-
gulariter non posit conueniri, 5. ampliati-
ones & 23. fallentias. ¶ De fideiussore fisci
vel principis, an habeat beneficium ordinis,
ex quo non facilè sint conueniendi, vide
Rom. *in sing. suo 641. & ibi Pigno. in addit. Cre-*
monensem, in sing. 44.

De fideiussore indemnitatis autẽ, quòd
174 adeò habeat beneficiũ excusionis, quod si-
bi competat, licèt beneficio de fideiussori-
bus renunciauerit, notat *hic in Rub. ff. de fide-*
iusso. Hip. de Marsi. *n. 23. Et notaui per Zasium*
infrà litera S. vers. de succedaneo promissore. Idem
notauit Alex. de Imo. in cons. 32. in prin. volu. 4.
Sed ibidem dominus Alexander recensuit
quatuor casus & terminos, in quibus etiam
fideiussori indemnitatis, excusionis benefi-
cium non competat: & vnũ casum (*Cùm vi-*
delicet succedaneus promissor fatetur principalẽ non
esse soluendo. Idem est, si iurasset se facturũ & cura-
turum, vt Titius soluat. Zas. d. l. nu. 14.) notauit
Zasius *in l. decem, n. 13. ff. de verb. oblig.*

Sed quòd excusio fiat in bonis princi-
175 palis, etiam sitis extra iurisdictionẽ iudicis,
vbi iudiciũ agitur, dixit singulariter Iacob de
Areti. quem refert, & sequitur Bal. *in l. fi. §.*
sed si cum Seio, ff. si cert. peta. limita tamen hoc
secundũ Bal. *in d. §.* quòd sit verũ, & proce-
dere, quando facilis esset exactio, & excus-
sio bonorũ alibi sitorũ, aliàs secus: quia ab-
surdũ esset, quòd actor cogeretur peregri-
nare faciendo excusionẽ in diuersis locis,
Hippo. de Marsi. in sing. suo 226. incip. fideiussor.
¶ An autẽ sufficiat sola relatio nuncij dicen-
tis, se perquisiuisse in bonis principalis, &
nihil inuenisse, remisiuè notauit Hipp. *de*
Marsi. in repe. Rub. ff. de fideius. mihi n. 22. vers. Et
an sufficiat.

Sed per quæ fieri & esse notorium posit, 176
principalẽ debitorẽ non esse soluendo, dixit
Zasius *in d. l. decem, n. 12 ff. de verb. oblig.* ¶ Sed
& econtrà, quomodo probetur quẽ esse sol-
uendo, notauit Hip. *in d. rep. Rub. ff. de fideius.*
mihi n. 250. vsq; ad n. 256. n. 141. sed relinquitur
interdũ arbitrio iudicis, *arg. l. tam dementis, C.*
de Epis. audien. & vicinorũ relationi, *Ioa. de Pla.*
in l. cunctis, C. de mendican. vali. lib. 11. De hac
excusionis materia vide ea etiã, quæ elegã-
ter not. Angel. Areti. *in §. Item si quis in fraudẽ,*
à n. 8. vsq; ad n. 16. Inst. de actio. & ibidẽ, *n. 12.*
affirmat Angelus, quòd fideiussores ad ex-
cusionẽ principalis sint citandi, certi no-
minatim, incerti per proclama, *per Authen.*
omnes, C. si vt ab hære. se absti. (*Iudiciorum stylum*
non obseruare, vt possessores rerũ pignoratarũ nun-
cupatim citentur, vnq; se meminisse neque in Came-
ra aut alibi factũ fuisse, notat Geyl. & obs. 27. n. 11)

Nota vnũ: Iudicio pendente contra fi- 177
deiussorẽ, quando principalis interim effi-
citur soluendo, quòd contra executionem
potest etiã vti exceptione excusionis. *Pet. de*
Rauen. in aureo suo alph. lit. E. vers. excußio.

Ordinem excutiendi ratione bonorum,
primò quòd excutiatur in mobilibus, po-
stea in immobilibus, & postremò in nomi-
nib. debitorum, inuenies *in l. à diuo Pio, in §.*
in venditione, ff. de re iudica.

Postremò in hac excusionis exceptio- 178
ne, non incommodè quæritur ab interpreti-
bus, qualis hæc sit exceptio, dilatoria ne an
peremtoria, & an posit ante, vel post litem
contestatam opponi? Accursius *in l. 3. ff. de*
exceptio. in gl. fi. in verbis item dubitatur, putauit
anomalã esse talẽ, quæ ante & post litẽ con-
testatã opponi posit. Verùm contra Accur-
sium Cynus *in Authen. præsente C. de fideiuss.*
quem ibidẽ sequuntur Bar. Salice. & reliqui
interpretes tenent, *in d. l. 3. ff. de excep.* idemq;
Porcius *in tit. Inst. de fideiuss.* hanc exceptio-
nem esse dilatoriã, & opponi ante litẽ con-
testatã solummodò posse. (*Contrariam sententi-*
am benigniorem esse supr. ex Geyl. notatum.) ¶ Ex
eo cõsequitur, quòd si fideiussor conuentus
ante reum principalẽ eam non obijciat, sed
litẽ contestetur, deinde verò eam opponat,
audiri

audiri non debeat, licèt illã habuerit, *l. iure nostro, C. de fideiuss.* sibi enim imputet, quòd debito tempore ea exceptione vsus non sit, *l. fi. C. de iure delib.* & eleganter de excussione debitoris fienda vide Geyl. *in d. obs. 27. lib. 2.*

179 De fideiussore iudicio sisti, quòd habeat beneficiũ excussionis cum 3. fallentijs, docuit Pet. Duen. *in reg. fall. reg. 323.* (*Contrariũ Mynf. docet, vt sup. notatum.*)

180 De excussione fienda in debitoris bonis, antequã ad singularẽ successorẽ eius deueniatur, an etiã debeat fieri excussio in bonis extra territoriũ sitis, (*Regulariter quòd sic respondet, nisi summa esset in excutiendo difficultas.*) respondet Dec. *in cons. 37. vol. 2. nu. 42. & in seqq. sunt de excussione bona.*

De Exceptione diuisionis.

181 Ista exceptione vtuntur fideiussores, *de qua habetur in l. si plures, §. fin. ff. de fideiuss. & in § si plures, inst. eo. tit.* ¶ Requiruntur autem, huic exceptioni vt sit locus: 1. plures quòd sint fideiussores, *l. inter fideiussores, l. si à Titio, ff. de fideiuss. l. fideiussor, C. eo. tit.* 2. requiritur eos fideiussisse pro vna eademq; summa. *l. si à Titio, ff. de fideiuss.* 3. requiritur, quòd omnes fideiussores sint soluendo litis contestatæ tempore, *§. si plures, Inst. eo. tit.*

182 In aliquibus autẽ casibus exceptio hæc non datur, etiamsi suprà dicta omnia verificata inueniuntur: 1. quando multi pro vno tutore fideiusserint, rem pupilli saluã fore, *l. fina. ff. rem pupil. sal. for.* 2. quando vnus ante diuisionẽ nõ soluẽdo fact⁹ fuerit: tunc enim cæteros onerat. *l. inter eos, ff de fideius. l. liberũ, C. eo. tit.* 3. quando fideiussor aliũ fideiussorẽ dedit: primus enim fideiussor, & alter qui primo accessit, cõfideiussores nõ sunt, nec poterit prim⁹ fideiussor petere, vt obligatio cum altero qui illi accessit diuidatur, *l. si plures, §. si ff. de fideiuss.* 4. quando non pro eodẽ debitore interueniũt, *d. l. si à Titio ff. de fideiuss.* 5. hæc exceptio denegatur in specie negãtib. fideiussionẽ. 6. quãdo inter duos fideiussores vn⁹ efficaciter obligari nõ potest, vt, quia est fœmina, vel pupill⁹, *l. si Titius, ff. de fideiuss.* postremò nõ datur, quando renunciatũ est, *ex vulgata regula l. si quis in conscribendo, C. de pactis.* Et de hac materia, an aliqui collectiuè vel separatim positi, teneãtur pro virili saltẽ, vel quilibet in solidũ cõsuluit Dec. *in cons. 3. vol. 3 per totum.* voluit, quòd pro virili saltẽ teneãtur. nisi dictũ sit, vt in solidũ obligati sint.

De Exceptione dilatoria.

183 Exceptio habens grauamen successiuũ & non monentaneũ, quamuis sit dilatoria qualis est exceptio loci suspecti, vel non tuti, potest quandocunq; etiã post litis cõtestationem opponi: attestatur in Camera sic decisum fuisse, Mynsing. *in obs. 73. cent. 2.*

De Exceptione proueniente ex defectu iurisdictionis.

Hæc exceptio potest quandocunq; opponi, & etiã post tres sententias conformes: *gl. est sing. in cle. 1. de seques. possess. & fruc.* etiã potest obijci, non obstante statuto excludente omnes exceptiones: Bal. *in l. exceptionẽ, circa finẽ. vers. sed pone statutũ, C. de proba.* Hip. de Marsi. *in sing. suo 10. incip. Tu scis.* Et ibi ponit vnam limitationẽ de ratificatione sententiæ Papæ, quæ à nõ habente iurisdictionẽ est lata: plus per Bal. ibi tenet d. Hippo. quòd etiam post executionẽ sententiæ hæc possint ventilari. Et ratio prædictorũ potest esse, quia iurisdictio est fundamentũ fundamentorũ iudicij. *Bal. in cons. 15. incip. Ista causa, in pr. in. 1. vol. idem Hip. in rep. l. fina. ff. de iurisdict. om. iu. mihi n. 150.* 184

Et quòd omnino nullitas iurisdictionis opponi possit, docuit Geyl. *in obs. 42. lib. 1.* ¶ Sed an sufficiat allegare qualitatẽ tribuentem iurisdictionẽ, ad obtinendos processus à iudice, vel an ea sit probanda, not. Mynsi. *in obs. 9. cent. 2.* (*Camera probauit negatiuam quòd videlicet non sit opus probare qualitatẽ iurisdictionẽ tribuentem, sed sufficiat allegare: Mynf. d. obs. 9. Idẽ tradit Geyl. 1. obs. pract. 31. per tot. vbi limitat: 1. Si qualitas illa non respiciat merita causæ: tunc enim summariè cognosci, & iurisdictio declinari potest. 2. In notorijs. 3. In causa denegatæ iustitiæ. d. lib. 1. obs. 28. 4. In citatione pro relaxatione iuramẽti ad effectũ agendi, id. obs. 22. 5. In causis pauperũ secundæ instantiæ, vbi acta primæ instantiæ saltem summariè examinantur à cameralib⁹, antequã processus decernunt. Non tamen ob solã partis vel iudicis à quo informationem, processus denegandi sunt.*) 185

De Exceptione subiectionis.

In causa pignorationis, an quis primò sit admittendus ad probationẽ exceptionis, vel an sit cõpellendus ad mandati paritionẽ: quid sit cõclusum in Cam. not. Mynf. *in suis obs. obser. 10 cent. 2.* (*In diuersitate præiudiciorum communiori calculo anno 1550. in pleno collegio obtinuisse Mynf. ait, hanc subiectionis exceptionem ad probandũ admittendã esse, antequã pareatur mandato. Contrariã tamen sententiam, compluribus argumentis Mynf. ibidem probat, & eam hodiè in Camera obtinere, quotidianam praxim docere ait.*) 186

De Exceptione precij non soluti.

De hac exceptione, an impediat litis ingressum, & vtrũ in executione opponi possit, & alia notauit Geyl. *in obs. 17. lib 2. obs. Cam. Imp.* (*Vtroq; in casu affirmatiuè respondet: quòd hæc exceptio, licèt peremptoria sit, simul tamen sit intentionis, & actionem sine effectu esse demonstrẽt: nec oppugnet ipsam sententiam, sed actionem.*) 187

De

De Exceptionibus dilatorijs.

188 SPecula. *in tit. de exceptio.* & Oldendorpius *in enchiridio exceptionum*, hisce de exceptionibus plenè & benè docuerunt: sed adde, exceptiones dilatoriæ requirentes altiorem indaginem, non impediunt litis ingressum, sed reseruantur vsq; ad merita causæ, *Henning. Göden. in consi. suo 4. de iure ciuitatis, nu. 6. cum præcedentibus & sequentibus.* Imò Hip. de Marsi. *in sing. suo 365.* vult, quòd non admittatur, sed reseruetur in causa principaliori & in vltimo iudicio, *allegatur l. 3. §. ibidem, ff. ad exhiben. & in l. fina. C. de compensa.* fallit tamē nisi excipiens sit paratus in continenti probare *secundùm Bart. in l. si quis à quo, in prin. ff. vt in posses. legato. Vide aliqua apud Pet. de Rauen. in aureo suo alph. lit. E. vers. Exceptio.*

189 Im Churfürstenthumb Sachsen/ sollen sie alle auff einmal proponirt vnd von Mund aus in die Feder gesetzt werden/ mit angehengter euentual litis contestation, nisi oriatur quæstio super dilatoria disputabili: *in Const. Elect. Saxon. Art. 3. par. 1.*

De Exceptione cedendarum actionum.

190 FIdeiussor à creditore conuentus, & excussus, potest antequam soluat debitū, hac exceptione cedendarum actionum se tueri, & non soluere, *Panor. in c. 2. ext. de fideiuss. & habetur in l. Modestinus, ff. de actio & oblig. in l. si Stychum vel Pamphilum, §. vlt. ff. de solutio.* hnic tamen exceptioni renunciari potest, sed renunciatione expressa, in qua mētio huius exceptionis fiat & exprimatur. *Bal. in l. si diuersa, C. locati, Alex. de Imo. in addi. ad Bart. in l. hi qui. ff. de fideiuss ratio colligitur ex l. Paulo, §. Pomponius, ff. de lega. 3 Plenius vide apud Hippo. in repe. Rub. ff. de fideiusso. mibi num. 28. 29. & 30.*

191 Exceptione actionū cedendarū non obstante, mulier potest agere cōtra tertios possessores bonorum mariti, si alia bona mariti nō extent pro dotibus suis, *Viuius lib. 1. dec. 10.*

De Exceptione nullitatis.

192 DE hac exceptione tradidit Oldendorpius, *in enchiridio excep* ¶ Sed nota quòd post tres sententias conformes non potest opponi exceptio nullitatis, nisi prius mandentur executioni, *Clem. vt calumnijs, de re iudica.* notauit Pet. de Rauennatis, *in aureo suo alph. lit. E. in verbo exceptio, in vers. Exceptio nullitatis*, & dedit ibidem aliquas fallentias, seu declarationes: sed per plures limitationes meliùs declarat Romanus, *in singula. suo 291. incip. Clemen. vt calumnijs, & sunt vtilißima.* (*Mynsi. cent. 6. obs. 4. consentit, nisi nullitas ex actis notoria sit, vel in continente probari poßit, vel ex defectu iurisdictionis proueniat, tunc enim obiecta suspendit executionem.*) Item nota, quòd in Camera Imperiali super nullitate notoria pronunciatur, etiam parte non petente, nec lite cōtestata. *Mynsi. in obs. 20. cent. 1. obs. Cam. Imp. Vide suprà in hac liter. vers. de exceptione nullitatis.*

De Exceptione iurisiurandi.

EXceptio iurisiurandi præstiti vel remissi, & ante & post litis contestationem potest probari, *Mynsi. in obs. 14. cent. 4. obs. Cam. Impe.* (*Si iudex in vim dilatoriæ propositam ante litem contestatam reiecit, dummodò de ea non plenè cognouerit: post litem contestatā in vim peremptoriam denuò obijcitur, & testes rursus super ea examinari possunt.*) 193

De Exceptione paupertatis.

VIde quædam apud Robertum Marant. *in suo Spec. ordi. iudi. parte 6. cap. de contumacia, mihi n. 5.* volens, quòd pauper excusetur à contumacia: & notauit quædā Mattheus de Matthesi. *in singu. suo vltimo. Cy. in l. id. quod pauperibus, C. de Epis. & Cleri. latiùs notaui infrà in lit. P. vers. de paupertate.* Vide quædam in non appellando, vel in non prosequendo appellationem, propter paupertatem, (*Tunc enim excusatur: quòd si tamen nulli sumptus faciendi fuissent in interponenda appellatione, puta si fiat tantū viua voce, non excusatur.*) per Mynsin. *in obs. 97. cent. 4.* 194

De Exceptione non impleti contractus.

ILla exceptio est fauorabilis: quandoq; potest opponi etiam post sententiam. Et etiam stante statuto, quòd non possit opponi exceptio, *Dec. in consi. 60. vol 2. n. 44. & 45.* ¶ Ex defectu implementi arguitur dolus eius, qui implere tenebatur, *l. dolus cum gl. fin. & l. si procuratorem, §. dol. ff. mandati.* Et qui petit aliquid, ex contractu reciproco, debet probare, se ex parte sua impleuisse, *gl. magna, in l. 2. C. de iure emphyt. Alex. de Imo. in cons. 79. vol. 4.* Item quòd illa exceptio sit litis finitæ, & quòd iudex illam supplere possit, licèt à partibus non opponatur, idem Dec. *in cons. 1. vol. 3. n. 66. & in seqq.* Item in consi. *102. n. 17. Men. in consi. 1. lib. 1. n. 364. Rolan. à Valle cons. 53. n. 22. & n. 32. lib. 1.* Ibi Rolan. non sufficit ex parte esse impletum, sed requiritur vt in totum. Men. *n. 370.* replicationes posuit. 195

De Excusatore.

EXcusator quomodo possit interesse iudicijs, & quæ possint ipsi obijci, notat Spec. *in tit. de excusato. parte 1. & vide ea, quæ notaui suprà in litera D. versic. de defensore.* Et impedimenta, quando & qualiter per excu- 196

satorem sint alleganda & probanda, *vide gl. Art. 7. lib. 2. Landr.* Excusatio impropriè à Dd. vocatur Exceptio, *VVesenb. de excusat. tut. num. 4.*

De Excussione possessorum bonorum debitoris.

197 EXcusso debitore, & eo reperto non soluendo, excutiuntur possessores bonorũ suorum pro rata, *l. 2. C. de debito. ciuilib. lib. 11. l. 1. §. si pluribus, ff. si quid in frau. patro.* ¶ Tamen notandũ est, quando sunt plures possessores, in quos sit facta alienatio à debitore in fraudẽ creditorũ, quòd hoc casu creditor potest eligere vnum ex possessoribus, quem velit, & eum in solidum conuenire, quatenus ad eum peruenit, nec tenetur omnes possessores pro rata simul conuenire, *Bart. in l. Moschis, ff. de iu. fisci. Hipp. de Marsi. in singu. suo 390. incip. Tu scis.*

198 Antequam deueniatur ad tertios possessores, excussio est facienda, id est, prius minutatim bona debitoris vel hæredũ ipsius sunt excutienda, & in solutũ accipienda, *Seb. Montic. §. item si quis, Inst. de act. n. 51. vsque ad n. 57. vbi ampliat. 5. & n. 57. vsq; ad n. 69. vbi lim. 15.* ¶ An possessor precium à se datum cõsequi possit à creditore reuocante, Montic. *d. l. n. 72.* quod nõ regulariter. ¶ An tertius possessor offerens precium, retentione vtatur, *Montic. ibid. nu. 73. quod, &c.* & quid, si fiat oblatio post litem contestatam.

De Exemplo scripturæ seu instrumenti.

199 NOn creditur exemplo scripturæ, nisi producatur originale, vel alio genere probationis appareat veritas. *Bal. in Authen. si quis, C. de edendo,* vel nisi originale sit officio iudicis publicatum, id est, exemplatum: *gl. d. Authen. si quis, vide l. procurator, C. eod. tit. de edendo.*

200 Imò exemplum non probat, etiamsi plures notarij asserant, se vidisse originale sine macula (quod plus est) & auscultasse, vidisseq; concordare. *Dec. in consi. 24. n. 23, vol. 1.* Et quæ contra exemplum opponi possint, consuluit ibidem Dec. *num. 35. & in seqq. Et ibi num. 27. & n. 111.* simul docuit, quid fidei antiquitas dare vel inducere possit. ¶ De exemplo, vt probet, quæ requirantur, (*Vt probetur perditum authenticum: quo casu tamen tantùm semiplenam probationem facit exemplum, &c.*) & de illo multa bona consuluit d. Dec. *in cons. 18. in princip. & in seqq. vol. 2.*

201 Exemplar exemplatum præcedere debet, *arg. c. accessorium, de R. I. lib. 6.* ¶ Exempla regulam non restringunt, sed declarant, *l. damni infecti, la. 2. in fin. ff. de damn. infect.* ¶ Exempla mala de iure etiam humano sunt reprobata: *l. obseruantium, ff. de iudic. l. 1. ff. ad Maced. & ibi gl.* ¶ Exemplis res fit magis clara & manifesta: *l. prætor, §. quotiens, ff. de coll. bon. Inst. de grad. § hactenus, §. sed istæ, Inst. de act. l. vt responsum, C. de Transact. l. 1. de præscript. verb.* ¶ Ad vnum propositum, sufficit allegare vnum exemplum, vel vnam legem, *vide Infr. in verb. Lex.* ¶ Exemplis non est iudicandum, *l. nemo, C. de sent. vide Cors. & Dec. cons. 49.* Et licèt exemplis non sit iudicandum, tamen ex cõsuetudine, quæ ex exẽplis inducitur, & sic indirectò, & per obliquũ admittitur, quod directò non concederetur, *l. Aristo ff. quæ res pignor. oblig. possunt. ita dicit gl. Rubr. C. quæ sit long. consuet. & gl. in §. ex non scripto, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.*

De Exculpatione.

EXculpatio in furto vel mortis articulo eius, qui aliquẽ inculpauit, an per eiusmodi exculpationẽ releuetur ab indicijs ad torturã, & à pœna mortis, *vide Hipp. de Marsi. in pract. sua crimin. §. restat per totum.* (*Contrarias sententias ita conciliat Hip. & huiusmodi exculpatio prosit in iure poli, non prosit in iure fori: vel prosit, si prior confessio fuit nuda, & sine indicijs, non prosit, si cum ea indicia alia contra socium criminis concurrebant.*) ¶ Et ad hæc notanda sunt, confessio seu exculpatio offensi an noceat vel prosit offendenti vel delinquenti, quæ eleganter dixit d. Hip. *in sing. suo 22. incip. confessio offensi.* ¶ De exculpatione vulnerati, (*Exculpatio hæc vulnerati in tantum excusat, vt & ex indicijs prius habitis torqueri non possit, quanquam si constet de delicto, autor eius puniri possit: pari etiã ratione ob exculpationem domini rei furtiuæ, iudex nõ tenetur desistere ab inquisitione.*) & domini rei furtiuæ defuncti, quatenus prosit diffamato, vel non, vide Pet. Ger. *de Sancta Petra, in singu. suo 55.* 202

De Exemtione seu immunitate.

DE causa exemptionis seu immunitatis, deq; illa tractanda, qualiter in illa procedendũ, declarauit & optimè docuit Geyl. *in obs. 20. lib. 1.* (*In causis exemptionum ordine iuris seruato proceditur, licèt summariè.*) Et de hac materia *vide infrà in lit. I. vers. de immunitate.* 203

De Executione in criminalibus.

INterest Reipub. ne crimina maneant impunita, *l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* tum etiam statutũ est, vt ad executionem faciendam, ducantur condemnati per loca publica, ad locum Iusticiæ, vt publicè videantur ab omnibus, sic multis grassantibus locus vt sit exemplo. *l. absentem, l. aut facta, §. fi. & ibi gloss. ff. de pœnis. Angelus de malefi. in vers. vsq; ad locum Iusticiæ.* 204

Sedtamen iudex volens facere executi-
205 onem corporalem, ius & Iustitiam habeat
præ oculis, & faciat quòd res sit benè clara,
nec restet iuris vel Dd. altercatio: aliàs te-
netur ad supplicij similitudinem, & est pœ-
na capitalis, *l. 3. C. qui accusa. non poss.* & hoc
casu, vide pulcherrimam exhortationem ad
iudicem maleficiorum, apud Hipp. de Mars.
in pract. sua crimina. §. vltimo, per totum.

Requiritur enim, quòd puniendus sit
206 conuictus, confessus, & per sententiã con-
demnatus. ¶ Et de hac executione pœna-
rum in criminalibus fienda, quare publicè
fieri debeat, & statim post sententiam: in
continenti verò an sit executio facienda,
quomodo exequatur in fustigationibus, &
in membri mutilatione. Et an iudex possit
ex causis rationabilibus, pœnas augere, vel
minuere, (*Respondetur, quòd sic*) & vsque ad quã
pœnam possit arbitrium suum extendere:
de istis docuit Paulus Grillandus, *in tractatu*
suo, de relaxatione carceratorum cap. 1. de senten-
tiæ & pœnarum executione, per 6. quæstion. Vide:
adde quæ notauit de membri mutilatione Angel. de
malefi. in vers. Quas si non soluerit infrà 10. dies,
amputetur sibi manus dextra: quòd ex causa
possit iudex augere vel minuere pœnã, ha-
betur *in gl. Art. 13. lib. 2. Landr. Et notaui infrà*
in lit. P. vers. de pœnis. ibi inuenies causas aliquas
mitigandi.

Et de arbitrio iudicis ad mortem exten-
207 dendo, vel non, docuit distinguendo Ange.
de malefi. in vers. Et ibi caput spathulis amputetur,
mihi n. 44. & ibi in additione. Et Apostilla, *ibidẽ*
per iura allegata tenet, quòd iudex non pos-
sit arbitrari pœnam mortis, sed princeps, sic
& vltra. ¶ Sed tandem considerandum est,
quòd pœna debeat correspondere qualita-
ti criminis, *l. respiciendum, ff. de pœnis. c. non af-*
feramus 24. q. 1. Et facit *Authen. omnes peregri-*
ni, C. commu. de suc. vbi dicitur, (quòd pœna est
commensuranda delicto,) & Deuteronomij cap. 25.
iuxta mensuram delicti erit plagarum modus.

208 Sed potest iudex varijs ex causis interdũ
executionem corporalem differre, quarum
causarum aliquæ pulcherrimè notantur ab
Hip. *de Marsi. in pract. sua crimina. §. oportunè*
vsque ad n. 31. declarationem, vide apud Ange-
lum, *de malefi. in vers. Et ibi Caput, mihi num. 31.*
adde, quòd etiam propter multitudinẽ de-
linquentium differatur executio, secundùm
illud carmen: Ob populum multum crimẽ
pertransit inultum. *Hipp. de Marsi. in l. qui cæ-*
dem, in fi. ff. ad l. Cor. de Sica. Decia. in consi. 115.
vol. 3. n. 12. & ibi plures causas posuit. Item dif-
fertur ob excellentiam delinquentis in arte
sua: ciuitas congregetur & dicat, quòd est
artifex eximius, qui expediret ciuitati: Vn-
de potestas debet supersedere, donec nun-
ciet ciuitati, *tenet Lud. Rom. in singu. suo 725.*
incip. potestas.

Et quòd suspendatur executio propter 209
artẽ: Item quando delictum est antiquum,
vel quando carcerẽ habuit pro delicto, *dixit*
Robert. Maran. in 6. parte ordi. iudi. de sententiæ
executio. n. 59. de vtili Reipubl. vel constitu-
to in dignitate quid iuris: d. Hipp. *in d. l. qui*
cædem, n. 42. ff. ad l. Cor. de Sicarijs.

Item differtur executio interdũ propter
appellationẽ, ex beneficio & indulgentia
principis, propter apparentẽ innocentiam,
ob pœnarũ cõpositiones & transactiones,
de quibus Grillandus in tracta. suo, de relaxatione
carcer. per totum. Quòd tamen interdũ ad po-
puli tumultũ etiam pendente dilatione sit
ad executionẽ accelerandum, quia tumul-
tus populi aliter sedari non potuit: not. Lud.
Rom. *in sing. suo 577. allegat tex. & ibi Hipp. in l.*
qui cædem, ff. ad l. Corn. de Sica. n. 2. & in fine
tenens, quòd tamen ad eiusmodi tumultũ
non debeat innocens indebitè puniri, quo-
niam vanæ voces populi non sunt exaudi-
endæ, *textus est in l. absentem, ff. de pœnis.*

Propter exceptiones accusati, quatenus 210
executio homicidij sit differenda, si non ap-
pareat de calumniosa obiectione, *vide Iacob.*
Nouellum in tractatu suo, de defensio. in cap. de ex-
cusatio. à reo faciendis, n. 21.

Et ex quibus causis homicidæ sit par-
cendũ, pulcherrimè Geyl. *in obs. 110. lib. 2.* Ibi
de ebrio, de furioso, de irato, de excellente
in arte sua, de vtili Reipub. de nobili & de a-
lijs. Item Nouellus, *in tract. suo defensionum, in*
cap. de excusationibus à reo faciendis, per totum. Vi-
de quæ notaui infrà in lit. P. vers. de pœnis. ¶ No-
ta: executio sub pœna banni transfertur qui-
dem in hæredes, mutato tamen banno in
pœnam pecuniariam, *Mynsing. in obs. 8. cent 2.*

Executor an debeat exequi sententiã in- 211
iustã, præsertim in Crimi. *Monticell. in praxi Cri.*
reg. 6. n. 9. & seqq. ¶ Et deinceps si mandat
officiali, vt aliquẽ decapitet, non statim fa-
cere debet: nam si iniustè mandaret, iniustũ
mandatũ superioris nõ excusaret mandan-
tem, *ibid. n. 3.* ¶ Si passus sententiam furore
corripiatur, in eum executio fieri nequit,
Pecc. c. semper in obscuris, n. 7. de R. I. in 6. secus, si
simularet furorẽ, *ibid.* ¶ Executio in crimi-
nalib. statim post sententiã est facienda, *lim.*
13. modus, vt D. auth. de testam. n. 208. fol. 246.

De Excluso & Exclusione.

SEmel à successione exclusus, semper de- 212
bet manere exclusus, *Bal. in Authen. sed si*
quis, in 5. col. C. de secund. nupt. Et est casus, in
quo non habet locũ regula, quæ est: cessan-
te causa exclusionis, cessat ipsa exclusio: *pro-*
ut declarat Tiraquellus in regul. fallent. regula:
cessante causa cessat effectus, litera E. in medio. Et
dato

dato, quòd aliquo casu quis fuisset substitutus, ex quo reiectus fuit, non est audiendus: quia substitutio, quæ semel expirauit, & non fuit admissa, nunquā reuiuiscit. Decisio est Oldradi *in consi. 27.* maximè habet locum, quando per sententiam quis est exclusus, & res iudicata est facta: ab illa enim non est recedendū, *l. fin. C. sent. rescin. non posse. consuluit Dec. in cons. 54. vol. 2. n. 37. & in seqq.*

213 Et nota: quando persona est exclusa, omnes ex ea descendentes exclusi intelliguntur: *Dec. in d. consi. 54. vol. 2. n. 36.* Ratio autem exclusionis esse potest, quòd institutus vel substitutus, veniat contra mentem & voluntatem testatoris: *d. Dec. in d. consi. 54. n. 34.* quia ipso iure est exclusus.

De Expensis.

214 De expensis vid. integrum tractatum, Garzij. item prolixè hæc materia tractatur, *à Iohanne Baptista Asinij in aur. suo pract. §. 32. per ampliationes & limitationes. Anton. Maria. Caret. de commun. Dd. opinione, lib. 3. titul. 10. Plat. de in lit. iur. §. 46. Spoliatus possessione sua, num. 2.* ¶ Expensæ circa filium à patre in studio seu in comparandis libris factæ, an debeant à filio conferri: & quatenus appareat, quòd animo donandi sint factæ, *videndus est Paul. Cast. in consi. 185. & Dd. in l. Nesennius, ff. de negotijs gestis:* pertinet propriè ad materiam collationis, *de qua notaui quædam supra in lit. C. vers. de Collatione bonorum.*

215 Sed nota, quando pater habuit bona filij aduentitia, & pro ipso fecit expensas in studio, quòd in dubio videatur illas fecisse ex bonis illis aduentitijs filij. *Bar. in l. filius à patre, ff. de peti. hæredi.* ¶ Victus victori in expensis est condemnandus, *c. finem litib. De dolo & contumacia, vide Sebast. Med. reg. 7. & fallentias ad hanc regulam. De reg. iur. Seraph. in. priuil. 13. de priuil. iura. n. 1. 2. 3. & 4. 12. 35. 36.*

216 Quatenus reus victus excusetur ab expensis, vel non, notauit Decius, *in l. qui in alterius, mihi num. 7. vsque ad finem, ff. de reg. iuris.* ¶ In quibus casibus autem victus, etiam habens iustā causam litigandi, non excusetur ab expensis, notat Hippo. *de Marsi. in singu. suo 206. Incipi. victus victori.* Multùm notabiles doctrinas in hac materia, vide & collige, apud Petrum de Rauen. *in aureo suo alph. lit. E. versi. expensæ.*

217 Nota: Expensæ contra vel citra voluntatem alicuius factæ, regulariter non possunt repeti, licet in eius vtilitatem sunt erogatæ; *l. fina. C. de nego. gestis.* Sed vide quinque fallentias. 1. De expensis à medico pro infirmo. 2. pro liberatione. 3. pro filio in studio existente. 4. pro funere defuncti. 5. in casu *l. si quis mancipijs vel iumentis, §. Proculus, vers. si verò ille, ff. de instito.* quæ expensæ factæ reddi debent, cumulauit istas fallentias, Anton. Corse. *in singul. suis, verbo expensæ, 1.*

Qui testes producit, expensas administrat, *l. 11. C. de test. l. Eor. qui. §. 2. C. de appellat. Bellonis. 2. pract. §.* ¶ Nota: expensæ conuentionales valdè differunt ab expensis iudicialibus. Nam habens iustam causam litigandi, regulariter excusatur ab expensis Iudicialibus, si succubuerit, *vt habetur in l. properandum, §. Sin autem, C. de iud. l. qui solidum, 78. §. 2. ff. de legat. 2.* Attamen licet quis habeat iustam causam litigandi, non excusabitur ab expensis conuentionalibus, vt, quando inter ipsas partes conuentum est, quòd succumbens in causa teneretur soluere expensas ipsi victori: nam hoc casu, non habito respectu, an victus habuerit iustam causam nec ne, condemnabitur in expensis: *dixit gloss. singularis in Authen. de Iudicib. §. oportet. voluit Alexand. de Imo. in consi. 34. in fi. volum. 4.* Condemnatus iudicis sententia, quando præsumatur iustā litigandi causam habuisse, vid. *Men. lib. 2. præsumt. 87. de præsumt.* 218

Et quando isto casu iudex partes ab expensis absoluit, intelligitur solùm ab expensis Iudicij, non autem ab expensis conuentionalibus. *Hippo. de Marsi. in singul. suo 237. incip. expensæ, Angel. in titu. Institut. de pœna temerè litigan. §. Hæc autem, col. 2. in prin.* Et de hisce expensis conuentionalibus, vide do. Anton. Corset. *in singul. suo, in verbo pœna. 1.* 219

Condemnatio in causa appellationis expensarum, an & quando facienda, docuit Mynsing. *in suis obseruat. obseruat. 89. cent. 2.* (*Qui sententiam primæ instantiæ pro se habuit, etsi in secunda succumbat, non condemnatur in expensis, nisi ex actis prioris instantiæ condemnetur: & hanc de appellato benigniorem & magis communem sententiam esse, Geyl. tradidit obseruat. 52. lib. 1.*) Tres sunt impensarum species: Necessariæ, quibus res non fit deterior. Vtiles, quibus fit melior. Voluptuariæ, quibus speciosior. *l. 79. de V. S.*

De expensis, quæ reddi debent, vel non, possessoribus, earumque diuisiones, vide apud Bar. *in l. in fundo, ff. de rei vendica. & Cynum in l. Demum, C. eo. tit. Menochium in consi. 64. volum. 1.* ibi de expensis conductoris vel vsufructuarij. ¶ Theorica ad multa applicanda: Non est faciendum illud, in quo plus expenditur, quàm fit, quod percipitur. *l. Mediterraneus, C. de Anno. & Tribu. lib. 10. & ibi Bart. pulcerrimè per exempla illustrat. Anton. Corset. in sing. suis, in verb. expensæ. 2.* 220

De expensis funerabilibus cum consensu hæredis erogandis, soluendis, & repetendis, vide Art. 22. *lib. 1. Landr. faciunt ibid. addit. & gl. & nota. infr. in lit. S. vers. de sepulturu.*

Aduo-

221 Aduocatus vel procurator, an & quando in causa propria expensas rectè postulet, quid obseruetur in Camera Imper. dicit Mynsing. *centur. 1. Obserua. 2.* (*non repetere, in Camera conclusum dicit: nisi petat in modum interesse, vel pro parte cohæredis sui, cum quo causam communem habuit: optimè Geyl. 1. obser. pract. 150. num. 16.*) Adde, Expensas repeti, non tantùm si ipse fecero, sed etiam si alius meo nomine remunerationis gratia, *not. supr. lit. B. vers. de Beneficijs Ecclesiasticis, §. vlt.*

De expensis in re vel fundo dotali factis, an illæ mortuo marito minuant dotem, vel an ab hærede mariti repeti possint? quòd sic, habetur *in l. vnica, §. sed nec ob impensas, C. De rei vxo. act. in l. quod dicitur, & ibi per Bart. ff. De impens. in rebus dotalibus fact.* Sed cum vna ampliatione & cum quatuor fallentijs, vide Petrum à Duenn. *in regul. fallent. Regula 417.*

222 Et æstimantur istæ expensæ, prout tempore restitutionis fiendæ reperiuntur, *l. domos. De lega. 1. Roland. à Valle in consil. 30. num. 6. lib. 1. Menoch. in consi. 64. vol. 1.*

De expensis retardati processus, eorumq́; reseruatione & condemnatione, vide Mynsing. *in suis obseru. Obseruat. 23. cent. 1.* (*Reseruari non posse vsq; ad diffinitiuam, expreßè in ordin. August. statutum est, & ita Camera obseruat. Myns. cent. 1. obs. 45. Geyl. d. obser. 51. n. 15.*) Et quòd reseruari possint, in interlocutoria: secus in diffinitiua, (*taxatio tamen expensarum reseruari potest: Myns. ibid.*) notauit idem Mynsing. *Obseru. 45. centur. 1.* De expensis in criminali, vide Salicet. *in l. qui crimen, col. 6. C. De his qui accusa. non pos. & Cyn. in l. Sancimus, C. De iudic.*

223 De expensis iudicialibus, (*Expensæ iudiciales, quæ circa ipsam litem factæ sunt, taxantur, non voluntariæ.*) earum æstimatione siue taxatione, (*taxantur præuio iuramento, nisi summa modica sit, puta intra 20. florenos.*) deq́; earum compensatione, vide pulcherrima apud Geyl. *in obseruat. 151. lib. 1.* Et *in seq. 152.* docuit, an appellatus in causa appellationis succumbens, in expensis sit condemnandus: (*Bald. arbitrio iudicis id permittit, cuius opinionem vt plurimum Camera sequitur: & communiter succumbente appellato, fit expensarum compensatio, adeò, vt non meminerim aliter obseruatum, ait Geyl.*) De appellante dicit, quòd non sit dubium, quia condemnetur, *Matthesi. in sing. suo 81. & ibi Gabr. Saray.*

Item: Wenn die Gerichtskosten ohne oder mit dem Eyde angegeben werden/ Wie sich der Richter in der taxation zuuorhalten/ im Churfürstenthumb Sachsen/ docet constit. *in Arti. 31. par. 1.* (*Etiam extra iudiciales, si verisimiles sint, sine iuramento taxari posse, contra distinctionem prius in scabinatibus receptam constitutum est.*) Von den vnkosten der peinlichen Rechtfertigung/ habetur in constit. Anhaldina, *in Artic. 6.* in contributione earum neque nobiles se eximant.

De expensis studiorum, quòd sint piæ, 224 quòd debeantur quoad studia durent, (*Vel saltem donec vocetur ad munus publicum is, cui hoc legatum relictum est: vult enim relinqui tempus id arbitrio iudicis, pro captu & profectu ingeniorum, non quinquennio concludi.*) & qualiter ex communi hæreditate debeantur, vel non, (*Verius & probabilius est in dubio, non deberi.*) VVesenb. *in consi. 80. parte 2. vide infrà in litera S. Vers. De studijs.*

De sumptibus fideiussoris, quas repetat à principali suo, vel non, Bart. *in consil. 82.*

Expensæ modicæ in considerationem 225 non veniunt, *Seb. Med. reg. 5. n. 26.* & modicæ factę ab administratore probantur Iuramento *ibid.* ¶ Impensæ modicę ad eū plerumq; pertinent, qui alias ad eas non tenetur. *Seb. d. reg. 5. num. 94.* & modicæ impensæ non repetuntur, *Sebast. Medic. d. lo.* ¶ Iuramentum & interrogatoria, cuius impensis, absentibus transmittantur, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 228.* & actus regulariter explicandus est impensis illius, qui illum fieri petit, *ibid. vbi illat.* ¶ De sportulis, & alijs litium expensis in Camera Imperiali, *vide die Wormische Cammergerichts Ordenung, Anno 1495. fol. 12.*

Funeris expensæ alicuius prælati, an fiant 226 de bonis Ecclesiæ, an vero de patrimonio Prælati vel Episcopi, *Capyc. decis. 84.* ¶ Creditor funeris, & infirmitatis in qua debitor moritur, præfertur quibuscunq; creditorib. anterioribus, etiam expressam hypothecam habentibus, in vita debitoris, & vxori in restitutione doris. *Caualc. decis. 32. fol. 29.*

Expensæ litis, officio iudicis mercenario 227 petuntur, *Br. in l. edita, in fin. C. de Edend. l. terminato, C. de fruct. & lit. expensis.* ¶ Expensæ an iure actionis vel officio iudicis sint petendæ, & omnem materiam expensarum, vide per Ferr. *in pract. in form. lib. in actione reali, fol. 20.*

De materia expensarum, quæ debentur ratione victoriæ, *vide plenis. Ias. in l. properandum. §. sui autem alterutra, C. de iudic.*

De materia expensarum, quæ debentur ratione contumaciæ, *eundem Ias. in l. sancimus, C. de iud.*

De expensis temeritatis, quando quis aliquem temerè in ius vocauit, citando eum, qui reus non erat, *habes tex. in l. eum qui temerè, ff. de iudic.*

De expensis dilationis, in quantum lis est effecta, longior textus est, *in l. non ignoret, C. de fruct. & lit. expens.* An citatus peremptoriè si in duab. primis non venit, in tertia comparet, numquid in expensis damnari debeat, *vide Br. in l. contumacia, §. contumax, de re iud.* ¶ Expensa quæ fit in vanos vsus, est corrigenda, & ad vsus vtiles conuertenda, *l. 2. & ibi Io. de Plat. C. de conf. lib. 12.* ¶ Quomodo in expensis debet fieri condemnatio, *vide 2. q. 1. inprimis, vbi pulcrè not. & in c. finem. de dol. & contum.*

De Experientia.

Experientia est rerum Magistra, *§. fina. Insti. de Satisdat. text. in Authen. de Appell. in pr. colum. 4. Clem. quamsit de magis. c. quam sit de Elect. lib. 6. Hunc tex. allegat D. Alex. in cons. 153. in 1. vol. & Soc. in Rubr. de verb. obl. in 7. col circa fin.* Experientiæ, tanquam ipsi naturæ, credere debemus, *Bl. post fin. Lect. super Instit. vbi allegat Arist. in procem. Metaphysices.* ¶ Et dicit Imp. Iustin. *in Auth. vt fratrum filij, in §. illud quoq. dignum, coll. 9.* Ex ipso enim rerum inuenientes experiméto necessariũ esse, etc.

De Facto & Fieri.

1 STatutũ loquens de vendente, non habet locum in faciente pactum deuendendo: quia aliud est vendere, aliud est facere pactum: aliud est accusare. aliud est velle accusare: Idem in donatione: *declarat Anton. Corseti. in singularibus suis, verbo Statutum, 2.*

2 Factum de facto potest reuocari, *Bal. in c. accedens, el. 2. Vt lite non contestata.* Pone exemplum de sententia interlocutoria, quæ est nulla quia etiamsi est exequuta, tamen de facto potest retractari, *Bal. in l. post sententiam, C de senten. & inter. om. iudi.* Qua enim facilitate de facto iudex pronunciat, eadem debet de facto reuocare, *declarat Anton. Corse. in singula. suis, verb. sententia 1. & 4. allegat notata per glo. in l. minor. in pr. ff. de euic. & in l. 1. §. edictum, ff. Si mulier ven. no. & dicit Corse. hic, communiter sic teneri, licèt aliud senserit Bald. in l. si deserta. C. Si ob. pub. pensio.* & quòd de facto attentata possint de facto reuocari, eleganter notauit Hippo. *de Marsi. in singul. suo. 195. incip. nemo.*

3 Nota: ex facto ius oritur, & ius implicitum est facto, *textus est, & ibi Bart. in l. Si ex plagis. §. ex cliuo, ff. ad legem aquil.* ¶ Factum suum vnicuiq, non autem aduersario suo nocere debet, *l. factum, ff. de reg. iuris.* Et non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. non debet, ff. eo tit. docent ibidem Decius & Apostillæ.*

Facta non præsumuntur, *l. in bello, §. facta, ff. de capti.* nisi sint consueta. *l. fina. C. de fideiuss. secundùm Bal. in Rub. C. de fide instrument. in 3. col.* ¶ Factum contra legem habetur pro non facto, *l. non dubium, & ibi Bar. C. de legib.* ¶ Factum continuatum, est vnum & idem, simpliciter & respectiuè: quandóq secundùm quid est vnum, & secundùm quid sunt plura: *Bal. in l. de his, in fi. C. de furtis.*

Factum eodem tempore qualiter intelligatur, *Bal. in l. 1. in 1. colu. C. de oper. liber. & in vlti. colum. vbi dicit (factum immediatè, vel antè vel pòst, dicitur eodem tempore factum.)* Item factum eodem die & loco, dicitur factum vno contextu, *Bal. in d. l. 1. n. vlt. col. 2. de ope. lib.* 4

Quando quid dicatur factum statim, in continenti vel in flagranti crimine, aut etiam vno eodemq contextu, dixit Bal. *in l. petens, in pe. col C de pact.* ¶ Nota, quando quid potuit esse factũ nomine proprio, & nomine alieno, quòd in dubio præsumatur factũ nomine proprio, *l. Papinianus, ff. mandat. l. & magis, ff. de solu.* Sed non procedit ista Regula, quando per hoc quis præsumeretur deliquisse. *Petrus Gerhar. de pe. Sancta, in singula. suo 14. Incip. notant, mihi num. 12.* ¶ Factum à maiore parte collegij, capituli, vel vniuersitatis, regulariter valet, *l. quod maior, ff. ad mun. c. r. de his quæ fi. à maio. par. cap. dicit & limitat 4. modis Anton. Corse. in singula. suis, in verbo, vniuersitas.*

Factum lege permittente, nõ est punibile, *l. Gracchus, C. de adul.* sed factum in fraudem legis, ipso iure non valet, *Bal. in l. 1. C Si quid in frau. patro.* Et factum contra dispositionem legis, 5

legis, habetur pro non facto, *l. iubemus, §. 1. & ibi Bart. C. de SS. Eccle.* sic etiam factum per literas subrepticias debet rescindi, *Inno. in c. ad aures, de rescript.* ¶ Factum recens dicitur intra biennium. *Hostien. in c. Cum inter, & ibi Dd. extr. de re iudica.*

6 Quando is, qui dare vel facere quid tenetur, vel stipulatione, vel testatoris voluntate, vel legis dispositione, vel præcepto aut sententia Iudicis, facere potuisse vel debere dicatur, vt pœnam incurrat, *Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 498.*

Factum non dicito factum, nisi duret factum, *Fœn. cap. 29. Marsil. d. loco num. 24.*

7 De facto fieri dicitur illud, quod fit sine causæ cognitione: & causæ cognitio versatur in citatione, & in audiendo partes in earum iuribus, vel si procedatur omisso ordine iudiciario, vel quando fit aliquid manu regia: *de quibus vide Soc. in cons. 32. volum. 1. ex his, quæ superius in fin. cons.* ¶ De facto multa tenent, quæ de iure fieri prohibentur, *l. sed & licet, de offic. præsid. l. pen. de iust. & iur. l. patre furioso, de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. 1. §. Biduum, ff. Quand. appell. sit, vbi gloss. multa iura allegat.* ¶ Quando aliquid dicatur liberè fieri, *vide pulcrè D. Alex. in cons. 96. vol. 5. consideratur in princ.*

Et quando aliquid non debet fieri, factum tenet, si non opponitur, & an reuocari possit, *Dec. cons. 84. vol. 1.* ¶ Qui facit, quò minus possit, videtur posse, *l. si bonæ fidei, ff. de Noxal.*

Qui facit, quod communiter homines facere solent, vel quod fieri est consuetum, vel pars maior hominum facit, est excusatus, *l. pignus, C. de pign. act. vide in verb. Consuetudo, & in verb. Argumentum à solitis.*

8 Ex facto ius oritur, & ius est implicitum facto, *l. si ex plagis, §. in cliuo capitulino, ff. ad l. Aquil.* ¶ Paria sunt, fieri malè, & non fieri, vel minus legitimè fieri, *l. quotiens qui satisdar. cog. gl. in l. si pater, C. de testam. defunct. l. 4. §. condemnatum, De re iud. gl. in l. Plagiarij. C. ad l. Fau. de Plag. l. 1. §. quod ait. Quor. Legat. l. de ætate, §. nihil, de interr. act. l. 1. in fin. Si quis in ius voc. in gl. in l. si ab hostibus, §. si vir vxor. sol. matr. vbi Ias. adde text. in l. 1. §. fin. Quod quisq; iur.* vbi Goz. notat. *in 3. not.* Vbi ponit tamen quinq; fallentias ad istam regulam, quas omnino vide, & infert hoc ad pulcras decisiones, de cudente falsam monetam, quæ in illo loco pro inutili habetur, vide eum, vbi limitat: Quòd actus nullus sit magni effectus ad colligendam voluntatem illius, qui facit, quæ ex nullo, sicut valido colligitur. *De quo vide supra in verb. Actus, vers. actus nullus.* ¶ Sicut paria sunt, rem non vendere, & iniusto pretio vendere, *l. non dubium, de leg. 3.*

Paria sunt nullum adhibere medicum, vel malum, *l. quod si nolit, §. si mancipium, De Æd. Edict.* Pro hoc ego pondero duos tex. *in §. subsidiaria, De satisdat. tut. & §. fin. Inst. quib. alie. lic. vel non, Quibus adde c. 2. vers. Sed neq;, de trans. præla.* ¶ Vbi quando Ecclesia habet prælatum inutilem, fingitur non habere, *gl. est in l. fin. in verb. Orbitatis, C. ad l. Fau. de Plag.* Vbi pater dicitur orbatus filio, licèt viuat, si sit sibi inutilis: idem in muliere, secundùm gl. quæ dicitur vidua, quæ habet maritum inutilem, puta damnatum ad perpetuos carceres, *l. vnic. quando imp. inter pupill. & vid. & c. significantibus de off deleg. & ibi per Bl. vide Ias. in l. Si is qui pro emp. ch. 154. fa. 2. col. 4. de vsuc.* 9

Sic paria sunt, non esse scriptũ, vel ita esse scriptum, vt legi, & intelligi non possit. *l. 1. ff. de his quæ pro non scrip. hab.* Hinc dicit Bl. *in d. l. fin. C. ad l. Fau. de pla.* Quòd priuilegia viduis & pupillis data, intelliguntur etiam data mulieribus habentibus inutiles maritos, *vide in verb. priuilegia. Adde huc tex. in l. Duo sunt Titij. ff. de Testam. tutel.*

Facta debent apertè narrari & distingui, vt de iure certo responderi possit. Nam vbi factum incertò narratur, in certo iure responderi non potest, *l. quam diu, C. qui admitt. vide Dec. in l. precibus, in 6. not. C. de imp. & alijs subst.* ¶ An valeat statutum, quod obligat vnum de facto alterius, *vide Seuen. in l. Modestinus, de Except. vide infrà in verbo Mercatores.* 10

Facere in tuo, te inuito, quod mihi prodest, & tibi non nocet, possum, *l. 1. §. fin. De aq. pluu. arc.* ¶ In meo facere non possum, quod tibi nocet, & mihi non prodest. Facere quis compellitur, quod alteri prodest, & sibi non nocet, dummodo contractus præcesserit, ex quo possit cogi, *vide de præmissis infrà in verb meo.* ¶ Facta non præsumuntur, *l. in bello. §. facto, ff. de capt.* ¶ Quòd ex facto tuo aliquid præsumatur, non sufficit factum probari, sed oportet, quòd præsumptionem alleges, *l. si adulterium cum incestu, §. item Pollioni, de Adult. Br. in l. cum quid in fin. vbi Moder. ff. Si cert. pet.* Secus est, si ex facto non tuo, sed alterius aliquid præsumitur: quia illud allegare non est necesse.

Quando aliquid dicatur coràm, clàm, palàm fieri, *vide suprà pulcrè in verb. Dictio.* ¶ Fieri frequenter dicitur, quod bis fit, *in Auth. de defens. ciuit. l. 3. C. de Episc. aud.* ¶ Quæ fiunt contra voluntatem facientis, sibi imputari non debent, *vide latè multa cumulata per Hipp. in l. 1. §. præterea, de q q.* 11

Ex

Ex alterius persona quis interdum aliquid consequitur, quod ex propria non posset, *l. si emancipati, in gloss. 1. per Br. & D d. qui hanc regulam 15. similibus bonis confirmant, C. de collat. Fel. in c. 1. de præscrip.* De hac reg. *vide Ioh. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. col. 5. ibi quinto nota. de verb. obl.*

12 An faciens per alium delictum, vel mandans, debeat puniri, sicut delinquens, *vide D. Alex. in l. 1. in princ. in 3. col. de verb. oblig.* Vbi agitur de acquirendo: quod quis facit per alium, per semet propriè videtur facere: text. est vnicus, *in l. certè, §. si procurator, ff. de procurat.* ¶ Facere potest quis per alium, quod non potest per se: & econtrà interdum quis per se facere potest, quod per aliũ non potest. De his duabus reg. *vide gl. plenam iura allegantem, & ibi D d. in l. fin. in verb. accommodauerit, C. de Pact.* ¶ Qui necessariò opus facere tenetur, potest illud explicare per alium, si sit absens, si etiã illa absentia causetur ex delicto, *l. de pollicitationib. ff. de pollicit. Rom. sing. 84. An promittens.* ¶ Quod quis per alium facit, per se fecisse videtur, *l. 1. deiecisse. de vi & vi arm. l. ita autem. §. gessisse, de administ. tutor. l. tres tutores, §. non solum, eod. tit. vide de hoc pulcrè Br. in d. l. sed si vnus, §. seruus, de in.* ¶ Per alium faciens, facere dicitur, *l. 1. §. omnia, C. de vet. iur. enuc. Bona gl. in l. si opus, in verb. nunciari, De op. nou. nunc.* ¶ Faciens per alium an propriè dicatur facere, ita quod comprehendatur in statutis, *vide Angel. in procem. Instit. §. igitur, in pr. Br. plenè in l. sed si vnus, §. seruus meus, De inui. Alex. in l. 3. §. si procurator, ff. quod quisq; iur. vide de hoc pulcerr. Gozam. in l. omnes populi, in fin. de iust. & iur. vbi pulcrè loquitur.*

13 Facta pro infectis haberi non possunt, & hoc solo Deus priuatur, *vide Ias. in l. 1. §. si vir vxori in princ. de acq. poss. in 1. Lect. & 2. in 3. col. l. in bello, §. factæ, de captiu. l. 1. §. adipiscimur. De acquir. poss. text. est, in c. si Paulus 32. q. 5. Vide de hoc Soc. in d. §. si vir. vbi dicit, se quandam Hebræam defendisse.* Facere videtur, quod quis fieri permittit, quod prohibere potest, *l. adigere, vbi not. De iur. Patron.* ¶ Quod vix & cum difficultate fit, vtiq; fieri dicitur, *c. 2. de cog. Spir. Ioh. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. col. 11. de v. obl.*

14 Faciens & consentiens pari pœna constringendi, *c. 1. de off. deleg. l. congruit, de off. præsid.* ¶ An in dubio quis aliquid dicatur facere proprio nomine, vel alieno, *vide Br. Alex. in l. 1. §. nunciatio, De oper. nou. nunc. & ibid. Carol. Ruin. vide pulcrè Br. in loco solitario, in l. si pœnæ, §. 1. ff. de cond. ind. & Br. in l. qui aliena, §. si is qui de acq. hæred. Br. plene in l. si pupilli, §. 1. de neg. gest. adhuc clariùs vide Alex. post Br. in l. qui aliena, d. §. si is qui. de acq. hæred.*

Quando facere licet aliquid propria authoritate, *vide Br. & ibi Alex. & Mod. in l. 1. §. nunciatio, de oper. nou. nunc. & Ioh. de Plat. in l. Decretum, C. de metatis, lib. 11. vide latè infr. in verb. ius. fol. 121. col. 2. & fol. seqq.* ¶ Contra factum proprium potest quis venire, quando actus est factus contra legem, etiamsi actus sit iuratus, *vide Ias. in l. si donatione, in fin. C. de coll. vbi alia allegat.* ¶ Nolle quis dicitur facere, quando cessat per cursum Anni: probatur *in l. si is, §. 1. ad Trebell. Br. in cons. 166. circa fin. Ias. in l. si quis arbitratu, in 4. q. & ibi Br. ff. de verb. oblig.*

Quamdiu aliquid ad agendum superest, nihil factum esse dicitur, *l. si is qui quadraginta, §. quidam, ff. ad l. Falcid. & l. cum Silleianum in fin. C. de his, quib. vt indig. vbi verb. formalia.* Qui promisit de facto suo tantùm, tenetur nihilominus de facto heredis sui, & econtrà, *vide Alex. post alios, in l. stipulatio ista, in princ. n. 7. de v. obl.*

De Facultate.

FAcultati adimplendi conditionem po- 15
testatiuam, nullo vnquam tempore præscribi potest, *ita probat text. in l. Seruus quoq;, §. fina. ff. de hære. insti. & l. si. ff. de condi. institutio.* pone exemplum: qui vendidit cum pacto Retrouendendi quandocunque voluerit, quia iuri offerendi sic non præscribitur. *Vide consi. Henningi Goden de præscrip. pigno. & elegans consilium Schurff. 70. centur. 1. notauit aliqua Petrus Gerhar. de pe. sancta in suo singula. 18. incip. nota diligenter, num. 13.*

De Falcidia & Trebellianica.

LEge Falcidia Princeps solutus non est, 16
l. Et in legatis 4. C. ad l. Falcid. facit l. digna vox 4. C. de L l. obstare videtur l. princeps 31. ff. de L l. vide Cuiac. lib. 15. obser. 30. Couar. lib. 2. miscell. c. 15. qui distinguunt.

De Falcidiæ tota materia, *vide textus. gloss. & D d. inst. ff. & C. ad l. Falcid. in c. Reynuci. & c. Reynaldus, extra de testament.* ¶ Et est falcidia quarta pars, quam hæres detrahit de legatis. ¶ Sed de legatis factis ad pias causas non detrahitur Falcidia, *Authen. similiter, C. ad l. Falci.* ¶ Quæritur, quid de legato facto patri vel matri à filio, & econtrà: an sic censeatur pia, quòd non detrahatur Falcidia? (*Detrahitur Falcidia.*) notauit Francisc. Cremensis, *in singula suo 9. Incip. tu scis.* Alius notatur casus, vbi de legato piæ causæ non detrahitur Falcidia, ab Antho. Corse. *in singul. suis in verb. Falcidia. Notaui infrà in lit. L. versic. De legitima.* Im Churfürstenthumb Sachsen/ ist die Falcidia gentzlich auffgehoben/ das nicht darnach gesprochen wird/ *habetur in constit. Elect. Saxo. Art. 1. part. 3. refert se ad Art. 30. lib. 2. Landr.*

Trebel-

17 Trebellianica an censeatur prohibita, facta prohibitione alienationis à testatore: & ob non confectum inuentarium, an perdatur Trebellianica. Primo casu respondet, quòd sic: Secundo casu, quòd non perdatur, secundùm veriorem & communiorem opinionem vsu & consuetudine receptam, Decianus *in consi. vlt. 110. vol. 2.* Antonius Corsetus *in tract. suo Trebellianicæ, §. quarto, incip. capio quartum.* dicit hanc opinionem de consuetudine seruari, licèt contrarium in iure sit de veritate.

18 Hic *Anton. Cors. in suo tract.* posuit quatuor quæstiones & responsiones ad illas. Primò, An testator potuerit prohibere Trebellianicam in liberis primi gradus? Et respondet, quòd sic. Secundò quærit & respondet, per quæ verba testator videatur voluisse prohibere Trebellianicã? In §. tertio, fructus percepti an veniant in Trebellianica computãdi? Respondet de quarta quæstione, an propter non confectionem inuentarij perdatur Trebellianica & Falcidia? Respondet quòd non, prout notaui suprà.

19 De Falcidiæ detractionis à testatore facta prohibitione, *Passag. de testam. & vlt. volunt. rubr. 29.* ¶ Legata, tota & integra si testator solui iubeat, videtur per geminationem istam prohibere Falcidiam, *Seb. Med. reg. 3. num. 64. fol. 100.*

Hæres habet retentionem in legatis pro parte spectante ad Falcidiam, licèt legatarius efficiatur ipso iure dominus legati, *Viuius lib. 1 decis. 115.* ¶ An Falcidia detrahatur de Donationibus inter maritum & vxorem factis, *Modest. Pistor. p. 1. quæst. 48.* ¶ Iudex ex officio Falcidiam & Trebell. de vna & ead. re detrahere potest. *Asin. de execut. §. 3. c. 145.*

De detractione, Von den abzug Geldern/ die ein frembder lassen muß/ so er Erbe nimpt/ *Vide Iacob Schultz, in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 124. p. 3. n. 122. & seqq.*

De Falcone.

20 DE Falcone capto, portato, & malè cibato à Rustico, fecit Tractatum *Bartolus, inscriptum de Falcone.*

De Fallentijs hominum.

21 VT homines retrahantur à fallentijs, tolerantur statuta aliàs odiosa, vt videlicet vxores & filij teneantur de fallentijs patris: quia amore vxoris & coniugis, sæpe retrahuntur homines à fallentijs, notauit Hippo. *de Marsi. in singula. suo 224. incip. filius non tenetur,* & pertinet ad materiam de Malitijs hominum, *infrà in litera M.*

De Falsa Causa.

FAlsa causa adiecta Institutioni & legato, vitiat Institutionem & legata, *Bartolus in l. Pacumeuius, ff. de hære. Institu.* plenius per Barto. *in l. demonstratio, §. quod autem. ff. de cond. & demon.* sed dicit Barto. *in d. l. Pacumeuius,* quòd falsa causa vitiet inserta, non autem tacita. ¶ Falsa causa quòd vitiet sententiam, notant *gloss. Bart. & alij Dd. in l. qui testamento, §. quæro, ff. de excu. tuto. Barto. in l. Si is ad quem, in 1. col. versi. vlti. gloss. inducit, ff. de acqui. hære.* 22

Paulus Castren. *in l. fi. ff. quod cum eo.* tenet, quòd in tantum falsa causa vitiet, quòd non possit postea iustificari talis sententia ex vera causa. *Vide tamen D d. in locis allegatis.* Falsa causa vitiat contractum, & confessionem, *Bal. in Rubri C. de constit. pecu.* Item promissionem, *Bal. in d. Rub.* vitiat libellum, *l. 1, §. 1. ff. Si men. fal. mo. dixe. Bal. in l. fi. col. 5. C. de edict. diui. Adria. tollen.* 23

De Falsa demonstratione.

FAlsa demonstratio an & quando vitiet legatum, Rescriptum, in iudicijs, & in contractibus inter viuos, vide quæ eleganter notauit & docuit *Barto. in l. demonstratio falsa, ff. de condi. & demonstra.* Sed dicit ibi Bart. falsa demõstratio nõ vitiat legatũ, si cõstet de corpore, de quo sensit testator. ¶ Sed quomodo probabitur, quòd de corpore constet, vt sic falsa demonstratio non vitiet? Responde secundùm Bartolum: debetis scire, quòd ad demonstrandum personam perfectè debet exprimi nomen, cum duobus alijs accidentibus vel indicijs, *l. hac consultissima, circa princip. C. qui testa. face. poss. vt Petrus Martini de Perusio,* & tum reddunt personam certam. Item ad demonstrandum fundum, debet exprimi nomen loci, cum duobus confinibus, *l. forma, in prin. ff. de censibus.* Et tunc habes demonstrationem fundatam. 24

Et licèt huic demonstrationi aliqua alia fuisset adiecta, quæ reperiretur falsa, hoc nõ noceret. Quæcunque enim vltra illas demonstrationes necessarias adijcitur, frustra est, & non vitiat, *vt l. 1. § fina. ff. de dote prælega.* si enim omissio non vitiaret, multò minus erronea expressio, *l. 1. circa princ C. de Rei. vxo. actio. & ista Bartolus in d. l. demonstratio, in 7. quæstio. de condi. & demonstrat.* 25

De Falso.

FAlsum est veritatis mutatio, *Authen. de instru. cau. & fid. in prin.* sed sine dolo, vt in falsi pœnam quis incidat, falsum non committitur, *l. nec exemplum, C. de falsis.* 26

Pœna falsi est de iure ciuili deportatio, & omnium bonorum publicatio, *l. 1. §. si ff. ad l. Cornel. de fal.* in seruis potest esse vltimum suppli-

supplicium, *vt in d. l. 1. §. fina. ff. eo. & institut. de publ. iudi. §. item lex Cornelia.* Punitur etiam alijs pœnis, *vt habetur per Hosti. in summa de crim. falsi, in §. æqualiter sumitur, per totum.* De iure Saxonico Staubschläge/ *Arti. 13. lib. 2. Landr. ibi. (Dasselbe Gerichte, puta: zu Haut vnd zu Haar, gehet auch vber vnrechte Masse, vber falsche Gewichte vnd vber falsche Speise kauff, ob man es vberwunden wird.)* Alterius literas qui aperit, crimen falsi committit, *Clar. 5. sent. §. 4. vers. aperiens, ad l. 2. ff. ad l. Cornel. de falsit.*

27 Crimen falsi quàm sit enorme delictum, & quæ habeat vltrà alia crimina, vide quæ notauit Hippo. *de Marsil. in singul. suo 163. incip. Crimen falsi. idem in repeti. Rubricæ, ff. ad l. Cor. de falsis, à num. 12. vsq; ad num. 24.* Sed quòd in illo requiratur sententia declaratoria, vult Hippo. *in d. Rubr. n. 67.* ¶ Sed committitur multis & varijs modis: *de quibus latissimè per Dd. præsertim per d. Hippo. de Marsi. in d. repet. rubri. ff. ad l. Cornel. de falsis, numero 10. dicit committi scriptura, dicto, facto & alijs pluribus modis.* ¶ Ascribens sibi aliquid de bonis testatoris in testamento, incidit in crimen falsi: fallit tamen in prælato, qui aliquid ascribit Ecclesiæ suæ, *Hyppo. de Marsi. in singul. suo 174. incip. ille.*

28 Quibus casibus falsum committatur, & quomodo puniatur, falsum præcipuè de falsificantibus pondera, vel mensuras, de addentibus aliquid inutile in mercatura, de pœna Notarij, qui malè vel falsè confecit instrumenta, de falsificante monetam, de auro Alchimistico, & vtilia de moneta, inuenies apud Iacob. de Beluiso. *in practi. sua crimi. tit. de iniurijs, versi. falsarium, per totum. (Pœna falsi in liberis est publicatio omnium bonorum, & deportatio, in cuius locum hodiè successit fustigatio, in seruis vltimum supplicium: variatur tamen variè, pro delicti ratione. VVesenb. in par. ff. ad l. Corn. de fals. tit. 12.)*

29 De aurifice qui fecit aurum de minori liga, quòd teneatur crimine falsi, & expendens falsam monetam, similiter huic crimini quòd sit obnoxius, notauerunt Angel. *de Malefi. in versi. falsario, mihi num. 29. & Num. 30. Hippo. de Marsi. in l. qui falsam monetam, ff. ad l. Cor. de falsis, nu. 62. 71. & 111. Et Specula. in tit. de Crimi. falsi.* ¶ Comburens, desigillans, cælans, vel aperiens alienas literas, an & quando incidat in falsum, dixit Angelus, *de Malefi. in d. versi. falsario, mihi num. 9. & 10.*

30 De teste pecuniam recipiente vel mentiente, notauit idem Angel. *in d. versic. num. 19. & 20. (puniri plærunq; eum pœna talionis VVes. tradidit.)* Et Hyppol. *de Marsil. in repet. Rubr. ff. ad l. Cornel. de fals. à num. 6. vsq; ad nu. 10.* dicit de teste, qui falsum deposuit, ex malignitate & dolo, vel errore seu simplicitate, de teste veritatem tacente, obscurè vel simulatè loquente; & subdit pœnam, ita vt iste testis puniatur criminaliter pœna falsi, & ciuiliter teneatur parti ad interesse, *facit l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de falsis. l. hodie, ff. eod. tit.* ¶ De aduocato, qui recipit salarium ab vna parte, & reuelat secreta partis alteri parti, an teneatur hoc crimine falsi *(respondetur quòd sic)* notauit d. Angel. *in d. versic. falsario, num. 49.*

Testis falsus in quam pœnam incidat, & 31
quatenus dicatur falsus, imò quomodo per omnia decem prædicamenta possit argui de falso, vel non, vide Bal. *in l. data opera, col. 6. circa finem, vsq; ad col. 11. C. de his qui accu. non pos.*

Corrumpens iudicem, vel tentans eum corrumpere, punitur pœna falsi. ¶ Nominans se doctorem vel Militem, cùm non sit, tenetur crimine falsi, *l. eos, & ibi Bar. ff. de falsis.* Ja es mag alles/ was mit betrug falsch geschicht/ mit Würffel/ Karten/ oder sonsten/ als ein falsum angezogen vnd gestrafft werden / *prout ex definitione falsi patet.* Est veritatis mutatio, puta tamen dolosa, *Ange. in d. versic. falsario, in prin.*

Sed nota: licèt quis plures testes falsos & 32
scripturas falsas produxerit, quòd non nisi vnica pœna & semel sit puniendus. *Ioan. de Arno in singulari suo vltimo.* ¶ Nota: qui falsum instrumentū immunitatis conscripsit, debet igne comburi, *tex. est in l. si nostra, C. de immu. ne con. lib. 10. & per illum Anton. Corse. in singula. suis, in verbo, falsum.* ¶ Item nota: celans ita punitur de facto falso, sicut ille qui falsificat, *l. falsus, in fi. & l. qui Testamentum, ff. de falsis, per hæc Ludo Roma. in singula. suo 376. incip. tabellio. Vide optimam glossam Art. 26. lib. 2. Landrecht, habes ibi multa specialia in hoc crimine falsi.*

De falsitatis suspicione, quòd habeatur 33
pro falsitate, *(Hæc communis est, saltem si agatur ciuiliter: nam si criminaliter agatur, multi contrarium tenent.)* & de probatione falsitatis ex varijs coniecturis, *(velut: ex additionibus in margine factis, si non producatur instrumentum, vt produci debuit, sed aliquibus detractis vel omissis, si in folio separato scribatur instrumentum: item ex varietate chartarum, si characteres librata manu confecti sint: item ex cancellatione, interlineatura, ex insueto modo scribendi, ex variatione, ex contrarietate, & similibus.)* consuluit Decianus, *consil. 100. volu. 2. num. 9. & in multis seqq.* In *d. num. 9.* declarat dictum, quòd suspicio falsitatis habeatur pro falsitate, etiam quò ad damnationem. Idem Decianus, *in consil. 91. vol. 3.* multa colligit, ex quibus Instrumentum possit probari falsum. Et alia multa de hoc crimine falsi ibi vide.

Item Menoch. *in consi. 48. vol. 1.* consuluit, 34
quando Instrumentum possit argui falsum pro-

propter imperfectionem, laceratione͂, cancellationem & rasuram, in totum, vel saltem pro parte: & ibi, quando instrumentum dicatur perfectum, & in isto consilio *48. n. 19.* ex quibus quis excusetur, quòd non commiserit falsum, vt, quia est mulier, rusticus, admodum homo nobilis & bonæ famæ, & cessat spes lucri. Simile consuluit de falsitate non præsumenda in casu cessantis lucri, Roland. à Valle, *consi. 38. n. 38. lib. 1.*

35 Falsitatis suspicio cessare debet in re parua: *Seb. Med. reg. 5. n. 77.* ¶ Falsitatis crimen habet speciale, quòd suspitio habetur pro veritate, si adsit qualis diffamatio: *Capyc. dec. 30. n. 4. l. iubemus. C de probat. Clarus, §. falsum, versi. trita est conclusio, vbi multæ remißiones meæ.* ¶ Corrupti vini pœna constituenda est, an Leib/ Ehr vnd Gut. *Ordinat. polit. anni 48. tit. Von den Schiff vnd Fuhrleuten.* ¶ Et hoc pertinet ad potestatem Cameræ: ordinat. polit. anni 1500. tit. von gemacht der Wein. ¶ Falsi suspicio quando habeatur pro veritate, & quando non ita, vt ex ea poßit sequi condemnatio: *Viuius lib. 7. dec. 81.*

36 Falsum tribus modis accipitur, *vide Br. in l. nec exemplum, C. de fals.* ¶ Falsus testis Deum, partem, & iudicem lædit, *c. 1. de crim. falsi.* ¶ Falsi crimen committitur, non solùm in instrumento publico, sed & scriptura priuata, *l. si quis decurio, in verb. priuatis, vbi Bl. ad l. Cornel. de Fals. Alex. consi. 77. volu. 1. num. 8. incip. videndum.* ¶ Falsi pœna non punitur testis, si super appendicijs articulorum falsum dixerit, *vide in verb. testis.* ¶ Aperiens literas, etiam non sigillatas, sed naturaliter tantùm clausas, videtur incidisse in pœnam falsi, *per text. in l. 3. §. quod ad Caium, ff. ad Sillan.* ¶ Quid sit falsitas, *vide text. in Authen. de instr. caut. & fidel. in pr. Br. in l. si is qui pro emptore circa definitionem fictionis, ff. pro Empt.*

37 Ferens falsum testimonium in causa capitali contra innocentem, debet sicut homicida puniri, *tex. egregium & mirabilem in l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. De hoc habes Apostill. in l. Diuus, ff. de re iudic.* ¶ Falsos testes producentem statutum puniens, habet etiam locum in producente vnum falsum teste͂, quia plurale resoluitur in singulare, *gl. & ibidem Apost. in l. Diuus de petit. hæredit.*

38 Falsus testis est, non solùm qui falsum deponit, sed etiam qui veritatem tacet, *l. præsbyteri, C. de Episc. & Cler. quem tex. Bl. & Paul. dicunt summè notabilem.* ¶ De hac materia falsi testis, *vide latiß. infr. de testib. vers. de fals. teste, & de ipsius materia.*

39 Falsarius monetæ qua pœna puniatur, *vide Abb. in c. quanto, de iureiur. in gloss. 1. & DD. in l. 2. C. de fals. mon. Br. in l. quicunque de fals. Ias. in l. transigere, C. de Transact. in 3. colum. Alex. in cons. 104. in 1. volum.*

Et quid de eo, qui scienter expendit falsam monetam, *text. est & Br. in l. hac lege de Fals. & Abb. in d. c. quanto.*

Quomodo autem fiat falsa moneta, *vide Br. in l. qui falsam, de fals. & eundem in l. Lege Cornelia, eod. tt.*

Falsa demonstratio legatum non perimit, nec nocet Legatario, neque fideicommissario, neque hæredi instituto, *l. falsa demonstratio, & l. cum tale, §. falsam legati demonstrationem, ff. de condit. & dem. §. huic proxima instit. de leg.* 40

De Fama.

Fama sermo dispersus est, cui malignitas plerumq; initium dat, credulitas incrementum, *vt ait Fab. lib. 5.* ¶ Fama dicitur, Tam falsi prauiq; tenax, quàm nuncia veri, *Vergil. lib. 4. Æneid.* ¶ De materia famæ, notaui quædam *supr. litera B. vers. de bona fama, & infr. in litera B. vers. de probatione per famam.* Sed nota: famæ, status, vel honoris damnum est maius damno pecuniario: & volens aliquem spoliare bonâ famâ, inimicus efficitur: *Blan. in Repet. l. fin. ff. de quæst. n. 111.* 41

Fama qualem faciat probationem, *Seraph. priuileg. 33. num. 34. vsque ad 42.* ¶ Fama, rumor, indictum, manifestum, notorium, quid differant, *Luchard. de miß. in posseß. num. 172. remiß.* ¶ Testis dicens se audiuisse, publicè non probat, nisi addat de maiori parte, *Raud. de analog. lib. 1. c. 30. num. 267. lim. num. seq.* ¶ Fama frequens quæ, & de eius effectu, *Men. c. 261.* ¶ Famam bonam populi amant, cùm sit Thesaurus hominis inæstimabilis & iucundus, & sicut lilium dans suauitatem odoris. *Vant. de nullit. ex det. iurisdict. deleg. num. 47. fol. 313.* & plura de fama, vide quæ notaui, *in loco Oldend.* & Fama pro se habet multas bonas præsumtiones in iure. *Seraph. priuil. 1. num. 26. 27. 28. vbi illat.* 42

Omne lucrum pecuniarium fama excedit. *Br. in l. quidam consulebat, de re iud.* Tamen fama minus est, quàm vita, *l. si adulterium cum incestu, §. fin. de Adulter.* ¶ Timor infamiæ bonis viris magis timendus est, quàm mortis, *l. est quidem. ff. Quod met. causa. Hunc text. allegauit in disput. publica Alex. de Palleotis Bononiæ, cùm præsidebat Marcus Antonius Marstotus, die 24. April. An. Domin. M. D. XX. Me præsente & audiente.* 43

Famæ pœna, & vitæ æquiparantur, *l. iusta, de Man. vind. vide remissiuè Ias. in l. transigere in 2. col. ad fin. C. de Transact. vbi vide omnino.*

44 Fama & rumor, à præsumpto dolo excusat, imò à pœna, *vide Br. in l. fin. ff. de hæred. institu. vide Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, num. 7. de acq. hæred.* ¶ Fama cum vno teste in ciuili probat, & sine teste semiplenam probationem inducit, *vide Soc. vbi limitat, in Reg. 144. vide infr. latiss. in verbo Testis.* ¶ In antiquis, (quòd talia bona ad tale commune spectarunt ratione dominij,) famam fuisse & communem opinionem, à tempore cuius in contrariū memoria non extat, si testes probant: per hoc dominium sufficienter probatum est, *vide supr. in verb. Dominium & Alex. in consi. 90. volum. 6.* vbi declaratur, quid dicatur esse antiquum, *vide infr. in verb. probatio.* ¶ Quomodo autem hoc intelligatur, quòd fama in antiquis plenè probat, *vide Alex. in consi. 83. volum. 3. & Dec. post alios in l. 1. in pr. ff. si cert. pet.* ¶ Quid dicatur antiquum, *vide Alex. in consi. 90. volum. 6. & in consi. 15. volum. 5. & Francis. de Curt. in consi. 17.* vbi vult, Quòd illud dicatur antiquum, quod excedit memoriā hominum: aliàs probare famam in minori tempore non sufficeret, *clariùs Ias. in l. admonendi in Rep. colum 88. de iureiur.* ¶ Hîc nota, quòd antiquum dicitur, quod excedit metam centum annorum: & hæc est communis opinio *prout dicit Dec. in consi. 321. nu. 11. volum. 2. vbi pulcrè loquitur.*

45 Quando dicatur apparere, Memoriam non extare: & quale sit tempus, de cuius initio contrarium non constat per memoriam hominum? Dic, quòd oportet probare, communem opinionem esse, quòd memoria non sit in contrarium: seu communem opinionem hominum esse, se non vidisse eos, qui viderint, vel audierint ab alijs, eorum tempore fuisse statutum contrarium, *l. si arbiter, ff. de probat. Alex. consi. 16. volum. 5. in causa & lite, num. 9. clariùs Ferr. in pr. in for. libelli in Action. confess. fol. 95.* ¶ Nemo potest allegare, se ignorasse illud, de quo est publica fama, *vide in verb. ignorantia.* ¶ Testimonium de fama, quia innititur priuilegijs siue iure speciali, faciliùs prosternitur, si in aliquo deficiat, *l. eius militis, §. militia missus, de test. milit. Curc. in d. consi. 17. in princ.* ¶ Fama probatur per duos testes, qui iurant, maiorem partem populi ita sentire, *gloss. in l. 3. §. eiusdem, in verb. fama, de Testib. vide Alex. in l. 1. C. de Testam. Sic etiam notorium, vt per Bonif. de Vitell. in Rubr. de not. criminib. vide etiam de probat. famæ pulcrè D. Alex. in consi. 151. volum. 5. col. 3. num. 13. & Dec. consi. 58. volum 1. in 3. colum.*

46 Fama potest esse super facto negatiuo, *Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, de acq. hæred.* Secus tamen in notorio & manifesto: & quomodo differant, *vide infra in verb. Manifestum.* ¶ Ad inducendum famam non requiritur omnium scientia, sed illorum tantùm, qui verisimiliter scire possunt, *vide Alex. vbi supr.* ¶ De fama deponens testis, interrogari debet, à quibus audiuit: & talis debet exprimere personas, à quibus audiuit, etiamsi non sit interrogatus: aliàs non probat, *ita Alex. in consi. 153. volum. 5. in fin. consi. vide in verb. Testis.* ¶ Nec sufficeret, si testis diceret, quòd hoc diceretur à pluribus: sed quòd dicat, se audiuisse dici à pluribus, *ita Alex. in consi. 150. volum. 5. num. 1. fol. 114. in causa & lite.*

Et si testes deponunt de fama, tamen 47
non exprimunt, à quibus audiuerint dici, an probent, *vide Alex. in consi. 83. volum. 3. viso themate supr. eundem 236. volum. 2. in caussa & lite, num. 12. & 13.* ¶ Testis de fama deponens, si nō reddit caussam scientiæ, (quòd à maiore parte viciniæ audierit,) vt requiritur, non probat: & interrogatus quid sit fama, per actus facti non probat. *Br. in l. 1. in 3. colum. si cert. pet. Alex. in consi. 150. volum. 5. num. 3. fol. 114. in caussa & lite.* ¶ Deponente vno teste de fama & veritate, & altero de fama tantùm, ex his resultat plena probatio. *Curc. in tr. de Test. concl. 44.* ¶ Magis creditur testibus deponentibus de bona fama, quàm de mala. *Curc. concl. 48.*

Quibus casibus fama plenè probet, *vi-* 48
deto Dd. annotatos per Felin. in c. veniens, extr. de Testib. num. 6. & seq. Vbi etiam latè habes materiam famæ cumulatam. De hac materia, quomodo & quando testes de fama deponentes probent, *vide multa pulcra infr. in verb. Testium artic.* vbi agitur de testibus de fama deponentibus, *num. 281.* ¶ Materiā famæ vide apud Br. *in l. de minore, §. tormenta, ff. de qq.* Rumor & fama differunt: quia fama propriè est, quando tota ciuitas, seu vicinia, vel maior pars clamat: Rumor, quando aliqua pars clamat, *vide Abb. in c. super eo. De eo qui cog. consang. vx. suæ, vide Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, de acq. hæred.* ¶ Aliquis præsumitur scire illud, de quo est publica vox & fama, *iuxta not. per gl. in l. si tutor petitus, C. de per tutor. & gl. & Br. in l. 1. de Recept. & plenè per Br. in l. is potest, de acq. hæred. vide Alex in consi. 345. volum. 2. viso & discusso, col. 2. Curc. consi. 20. fol. 96. col. 2.*

De Familia & genere.

Familiæ appellatione, quid contineatur, 49
& qui comprehendantur, remitto ad Iurisconsultum, *in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. sign.* vbi variè acceptum est istud nomē familiæ, & plura continet vox ista: Familia, si strictè & propriè accipiatur, refertur ad eos, qui sunt in potestate: vt puta, filiosfamilias, Matresfamil. si autē accipiatur communi

muni iure, tunc ponitur pro agnatione, *d. l. pronunciatio, §. familiæ.* Et isto modo accipitur in terminis, *§. Diui, l. filiusfamilias, ff. de legat. 1.*

50 Appellatione familiæ continentur etiã omnes propinqui, & affines nonnulli, item liberti, Patroniq́; *l. fina. C. de verb. sign.* Et hoc idem dicit Corn. *in consi. 40. nu. 16. lib. 2.* Et ita communis vsus loquendi hoc accipit, vt familia pro agnatione accipiatur, qui communis vsus loquendi inspiciendus est, *l. liberorum, §. quod tamen Cassius, ff. de leg. 2.* ¶ Et agnati dicuntur esse de familia non solùm nati, verùm & nascituri. *Dd. in d. §. familiæ.* & nõ solùm masculi dicuntur esse de familia, sed etiam fœminæ, *l. voluntas, vbi Dd. omnes, C. de fideicommiss.* Dec. consuluit, *in consi. 86. vol. 3. n. 27.* & in alijs, *in nu. 29.* dicit, qui dicantur agnati, nempe qui sint de eodẽ sanguine, portant idem cognomen, & eadem insignia. Et ideò descendentes ex fœmina, nõ dicuntur agnati seu ex familia. Nam fœmina, *vt inquit I C. in d. l. pronunciatio, in fine,* est caput & finis familiæ.

51 Et licèt fœmina nupta, dicatur esse de familia Mariti, *vt Barto. & Dd. in l. fin. ff. ad muni.* tamen remanet in familia: & ratio est, quia Iura sanguinis non possunt dirimi, *l. iura sanguinis, cum similibus, ff. de reg. iur.* per Masculos autem solùm, familia conseruatur & continuatur, *vt dicit Bal. in l. maximum vitium, C. de libe. præte.* ¶ Quiq́; veniant appellatione generis in priuilegio, præsertim an veniat frater, & an veniat legitimatus per oblationẽ curiæ, not. Pet. de Raue. *in suo alph. lit. P. verbo priuileg. col. 3. in prin.* (*Priuilegiũ concessum generi & posteris, non pertinet ad descendentes ex fœminis: secus si pro descendentibus, quia & tunc ad natos ex fœminis pertinet. Geyl. 2. obs. pract. 2. n. 16.*) Et qui veniant appellatione generis, habetur *in l. 2. C. de ord. iudi. & in l. 1. ff. de probatio.* ibi quis probet, & qualiter, quem esse de genere vel gente, tenet tex. cum glossa.

52 Et qualiter pro familiarum conseruatione testator potest prohibere, rem aliquam extra familiam non alienari, cùm intersit Reipub. eas conseruari: eleganter docuit Bart. Romuleius, *in commentarijs ad d. §. Diui l. filiusfamilias, ff. de legat. 1.* Habes ibi de hac materia familiæ bona.

53 Et quòd mares benè retineant præ fœminis bona familiæ, propter familiæ conseruationem: & fœminæ recipiant æstimationem suæ portionis: eleganter consuluit VVesenb. *in consi. 51. parte 2.* vide quæ consuluit Decian. ad finem conseruandæ familiæ, *in consi. 6. vol. 1 & in consi. 7. eod. vol.* volens, quòd regulariter Masculi præferantur fœminis, vt familiæ agnationes cõseruentur.

Et ibi *in d. Responso 7.* consuluit de primogenitura.

De familia, Iure familiari, & quid familiam inter & rempub. intersit. *Bodin. de Repub. lib. 1. c. 2.* ¶ Quod testator instituendo hæredes, ordinando, quòd bona conseruentur in familia & cippo siue trunco, tunc non includuntur fœminæ, sed censentur omnimodo exclusæ: quia fœminæ non faciunt familiam. *Viuius lib. 1. dec. 10.* 54

Iniuria illata vni de familia, videtur omnibus illata, *l. lex Cornelia de iniurijs, vide infr. in verb. iniuria, & supr. in verb. cognati.* ¶ Ex familiæ delicto quando Dominus teneatur, *vide Br. in l. 1. ff. de publ.* ¶ Familiæ appellatione omnes qui in seruitio sunt continentur, etiam liberi homines, qui bona fide seruiunt, vel alieni, *l. ædiles, §. familiæ, de Ædil. edict.* ¶ An illi, qui sunt de vna familia, possint inter se facere statuta, vel consuetudinẽ introducere: scilicet quòd fœminæ non succedant, &c. *vide Ias. in l. omnes populi, in 10. col. in fin. & 11. de iust. & iur.* 55

De Fauore.

Fauorabilibus causis ita debitores sumus, ne alijs iniusticia fiat, *c. ex tenore, de for. comp. c. nuper, de Donat. inter vir. & vxor. c. si necesse, de Don. inter, vir. & vxor. Dec. conf. 259. vol. 2. visis.* ¶ Inducta in fauorẽ, non debent retorqueri in odium, *l. quod fauore, C. de LL.* & econtra *l. relegatorum, §. fin. de interd. l. 2. §. nemo, de cap. dim.* Et hoc est verum considerando odium vel fauorem principaliter: sed in consequentiã, & ratione connexitatis, inducta in odium, commodũ afferre possunt, *vide pulcrè Decium in c. intelleximus, in 2. col. de iudic. in fin.* ¶ Fauoribus & iuribus pro se introductis, an quis renunciare possit, *vide l. pactum quod inter hæredem, ff. de pact. vbi locus ordinarius, vide infr. in verb. Renunciatio, l. si iudex circumuento ff. de minor. l. si quis in conscribendo, C de pactu. Vide gl. in d l. si iudex.* Vbi de anima tractatur, dispositio fauorabilis est. *Bart. in C. si constante, solut. matr. Goz. in l. omnes populi, in 2. q. 34. in pr. fol. 17. fa. 2.* ¶ Fauorem, opẽ, & auxilium præstare dicitur, qui pecuniam mutuat, *vide de hoc Br. vbi ad praxim infert, in l. cuiusq́; ff. ad l. Iul. Maiest.* 56

De Fœminis.

Fœminino vocabulo masculos contineri, turpissimum est, *l. si ita scriptum, de leg. 2. l. 1. ff. de pecu.* ¶ Fœminarum maximum & præcipuum munus est, concipere, & conceptum tueri, *l. quæritur, in pr. de Ædil. ed. l. 2. C. de ind. vid. toll.* De his quæ sunt facta in domo, admittuntur fœminæ in testimonium, si aliter res probari nequit. *Alex. consi. 24. colu. 2. vol. 2. Goz. in rub. de iurisdict. omn. iudic.* ¶ De fœminis vide multa, per Dec. *in l. fœminæ, de* 57

x. 1. Quibus casibus sint deterioris conditionis quàm viri, & econtrà quibus meliores, & alia multa per multas columnas.

58 Fœminæ in feudo non succedunt, *c. 1. de grad. success. in vsu feud. & de success. feud. in fin.* ¶ Quando fœminæ & descendentes ex eis ad feudum admittantur, *vide Dec. in consi. 208. vol. 2. vbi plenè. & eund. in cons. 269. vol. eod.* & ibi, quomodo alienatū possit recuperari. ¶ Fœminæ licèt in feudo regulariter non succedant, tamen in castris & iurisdictionib. donatis succedunt, *Dec. 269. vol. 2 consultis*, & ibi etiam, quando fœminæ ad feudū admittantur. ¶ De inuestitura facta in Emphiteusi (pro se, & descendentibus masculis,) an filia comprehendatur, & de materia. *Dec. consi. 319. vol. 2. præclariss. Doctor.* ¶ Fœmina licèt in feudo non admittatur, tamen includitur in donatione facta à principe. *Dec. consi. 32. vol. 1.* ¶ Quando fœmina in feudo, & principaliter admittatur, vide *Dec. consi. 85. volu. 1.* ¶ Ad hoc, quòd sicut fœmina, ita etiam masculus ex fæmina non succedit, *vide pulcram declaratiouem per D. Franc. Curc. in consi. 1. col. 2.* ¶ Quibus casibus feudum, & quale feudum, an etiam antiquum, ad fœminam vel masculos ex ea, peruenire possit, *vide Curc. in d. consi. fol. 62. col. 1. Alia de fœmina, vide infr. in verb. Mulier.*

De Familiaribus seu Famulis.

59 Regula est: familiares quòd repelluntur à testimonio, *l. 2. C. de testibus, l. eos. eod. tit. cap. si testes, §. item eos 4. q. 3.* limita hanc regulam duobus modis: primò, non habere locum in famulo, dic, non habente salarium: quia talis famulus admittitur ad testificandum pro domino. *Spec. in titu. de teste, §. 1. vers. sed de quo mercenario.* 2. in familiarib. honestæ vitæ, *docuit Hipp. de Mars. in singu. suo 5. incip. regula est. Sed vide ibi remissiones.*

60 De domino expellente famulum, & postea testificante pro eo, an videatur expulisse in fraudem, notauit Bart. *in l. fina. ff. de dona. inter vir. & vxor.* ¶ Qui autem dicantur domestici vel familiares, notauit glossa, *& ibidem sunt remissiones ad d. l. 2. C. de testibus.* Einem Gesinde/ wie demselben sein verdienter Lohn aus einem Erbe/ andern Gleubigern zuvor solle gegeben vnd bezalet/ vnd das es biß an den dreyssigsten solle gehalten werden/ vnd aus was vrsachen/ vor vollen dienst empfahen sie vollen Lohn/ ist jnen zu viel Lohns heraussergeben/ sie dürffen es nit wieder geben. Sic reperitur casus, in quo cessat condictio indebiti. Verleugnet man jnen auch jres Lohns/ sie mögen wol auff den Heiligen erhaltē/ wie viel man jhnen noch schuldig ist. Sic Iuramentum isto casu plenè probat.

Wer auff Gnade dienet/ der muß die Erben auff Gnade mahnen. (Prospiciant ergò, vt habeant constitutū preciū, Ein gedinget Lohn.) Stirbet auch der gemietete Mann/ ehe er sein Lohn vollkömmentlich verdienet/ welches man jhm verheischen: man ist seinen Erben nit mehr pflichtig zu geben/ den er verdienet hat/ vnd jme gebühret biß auff die zeit do er starb. Sic pro rata seruitij soluendum est saltē precium: *hæc omnia habentur in Art. 22. lib. 1. Landr. & ibidem in gl. 4. vide declarationes. Concordantias Iuris ciuilis, & sacræ scripturæ, habès ibidem in additione latina lit. C. vide Dynum, in c. qui prior, de regul. iur. in 6.* 61

Nota, qui rem meam mihi mittendā tradidit famulo meo, me non iubente, & aufugit iste famulus: quòd tu non sis liberatus. *Hipp. de Marsi. in sing. suo 430. incip. cauti & oculati.* ¶ Vxor, familia, vel qui sunt in seruitio, quatenus gaudeant priuilegijs dominorum suorum. (*Hi omnes iudicem patrisfamilias suspectum, tanquam sibi suspectum recusare possunt.*) notatur per Bal. *in l. 1. C. de Epis. & Cle.* Bidelli, scriptores Scholarium, an gaudeant priuilegijs Scholarium: dicitur quòd sic. De Familiaribus Ambasiatorum, & priuilegiū an trahatur ad familiares, notat Pet. de Rauenna. *in suo aureo alphabeto, litera B. vers. Bidelli.* 62

Famuli qui & quomodo dominos defendere teneantur: & non obedientes eorū dominis, quid amittant. *Viuius decis. 371. lib. 2.* ¶ Gesta à seruo, quæ præsumantur gesta mandato domini. *Mascard. lib. 3. cond. 1300. Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 354. Franc. Viuius lib. 2. decis. 371.* ¶ Famulus præstans opem domino pacem violanti, qua pœna afficiendus. *Thoming. decis. 56.* ¶ Kein Reysiger Knecht sol ein eigen Pferd haben/ *& plura de ijs, Vide in Keyser Friederichs des dritten reformation anno 1442. zu Franckfurt am Meyen auffgerichtet, fol. mihi 11.* ¶ Herrenlose Knechte soll man im Reich nicht leiden/ sie weren dann mit mercklicher Leibes schwacheit beladen/ oder hetten eine Erbare Nahrung. 63

De Fatuitate & Fatuis.

An succedant, vel retineant feudum, & quale, quando fatui sunt nati, vel fatuitas superuenit, habetur *in textu Arti. 4. lib. 1. Landrecht. & ibidem in additionibus & gloss. Schurrerius notauit in suo tractatu de successio. ab intest. mihi fol. 130. & 131.* (*Si vitium perpetuum naturale sit, à successione feudi antiqui excludit: secus, si accidentale: in feudo nouo, indistinctè, is qui vitio laborat, excluditur.*) 64

Fatuus

65 Fatuus si faciat testamentum tale, quale faceret quilibet sapiens, valet: quia tunc præsumitur fuisse in sana mente, & habere dilucida interualla, & sic actus tenet. *Io. And. in c. cum dilectus de success. ab intest.* Et sententia iuste lata à fatuo, valet & tenet. *Pet. de Ancha. in clem. si furiosus de homi. est text. singular. in cap. sunt qui opes 17. q. 4.* ibi de donatione à fatuo Ecclesiæ facta, quòd non valeat reuocari. *Anto. Corse. in sing. suis in verb. testamentum.*

66 Nota: Magis præsumitur fatuitas, quàm donatio, *l. generaliter, vbi Bal. C. de non num. pecun. & vide pulcherrimum singulare Pet. Gerh. de pe. sancta. 56. Incipi. perpetuo.* De probatione fatuitatis & alia bona notantur, *infrà in verbo de furore & furioso.*

67 Fatuus, demens, mente captus, stultus, quis? *Piagg. de tut. & curat. q. 2. nu. 21. fol. 11.* & furiosus quis, *ibid. num. 23.* ¶ Quomodo quis, vt dictum est, talis probetur, *n. 25. remiss. Pet. Greg. Tholos. in Syntag.*

De Ferijs.

68 Vide *Pet. Gregor. lib. 1. partit. iur. can. tit. 19.* Obligatio facta die feriata, penes acta, ex quo est voluntaria iurisdictionis, potest & debet exequi, nec per hoc redditur nulla. *Viuius dec. 35. lib. 1.*

Feriæ sunt dies cessationis ab operibus & à forensibus negocijs, partim ob honorē Dei, partim ob hominum vtilitatē introductæ, *l. 1. & l. 2. ff. de ferijs,* vbi grauiter quoq; probatur, quòd necessitas atque pietas, non admittunt feriarum dilationem. ¶ Imperator Carolus V. Anno 1548. has constituit ferias.

A 24. die decembris, vsq; ad 6. diem Ianuarij.

A Dominica Esto mihi, vsq; ad Dominicam Inuocauit.

A Dominica Palmarum, vsq; ad Dominicam Quasimodogeniti.

A Dominica Vocem Iucunditatis, vsq; ad Dominicam exaudi.

A Vigilia Pentecoste, vsq; ad Dominicam Trinitatis.

Ab 8. die Iulij, vsq; ad 14. diem Augusti.

69 Omnes dies per totum annum in honorem Dei ordinatos celebres, *l. fina. C. de ferijs,* & de diebus feriatis, vide quædam. *Arti. 66. lib. 2. Landr.*

In territorio Saxonico feriæ messium obseruantur à die S. Margarethæ, vsq; ad diem S. Bartholomæi. ¶ Et quòd iudicium agitatum in tempore vel die feriato, maximè in honorem Dei constituto, sit & dicatur nullum, notauit Spec. *in tit. de citatio. §. 1. col. 7. versi. Item excipitur.* ¶ Quæ autem feriæ sint in generali obseruantia ad honorem Dei, qui actus possint fieri in die feriato, (*Ea quæ iurisdictionis voluntariæ sunt, vel etiam quæ moram non patiuntur, rectè fiunt in ferijs.*) & an statuto vel consuetudine possit induci, quòd in aliquibus casibus (*Induci id posse in aliquibus casibus ex causis indubitanter illic concludit.*) non seruentur feriæ ad honorem Dei inductæ, docuit Do. Robert. Marant. *parte 4. de ordine Iudi. 16. distinctione, mihi nu. 57. cum sequentibus, fol. 253.* & ibidem, *num. 64.* dictus Maranta adducit rationes per Doctorem aliquem deductas, quòd non potuerit iudicari in die S. Mariæ: sed dat optimas argumentorum resolutiones, quas ibi poteris videre.

Sed quatenus teneat renunciatio, quòd quis possit omni tempore, etiam feriato, cōueniri, (*Negat valere in ferijs solennibus in honorem dei, nec in repentinis, sed valere renunciationē de ferijs humanis factam.*) & an executio sententiæ possit fieri, vel debitor capi. (*Regulariter in his capi non potest, etiamsi instrumenta guarentigiata sint: sed capi potest, in ferijs humanis, si instrumentum sit guarentigiatum.*) in ferijs ad honorē Dei introductis, dixit Ang. Aret. *in Inst. tit. de exceptio. §. idem iuris, n. 47. & 48. & in §. appellantur, à n. 14. vsq; ad n. 20. & est textus clarissimus in l. fi. C. de ferijs.* ¶ Sed quòd latro insignis & manifestus, possit quolibet die, etiā in die feriato ad furcas mitti, notatur & habetur, *in l. prouinciarum, C. eo. tit. de ferijs, tex. est finalis in Art. 66. lib. 2. Landr.* deprehenso in manuali violentiæ facto, addit eos, qui pro eorum reatu, à Rege vel ab alio iudice proscribuntur, eodemq; iudicio fuerint deprehensi: istis enim dies feriati cum pacis consignatione non sic honorantur. 70

An licitū sit Scholari, die dominico vel feriato studere, ponit Abbas, *in c. 1. de ferijs,* (*Aluarot. in proœm. feudor. magis inclinat, vt possit, maximè si non lucri causa id agat.*) *& notat gl. in l. 3. C. eo. tit.* & ibidē tenet Bal. secundū textum, quòd opera tamen ruralia ex necessitate possint explicari, licèt iudices & officia artium quiescant. 71

Die feriato, quæ causæ cognitionem non requirunt, fieri possunt, *l. 2. quis ordo in bonorum poss. seru.* vide Br. *in 3. col. de oper. nou. nunc.* vbi quærit, an executio sententiæ, vel examinatio testium, fieri possit. 72

De Feudis.

Feudi definitionem Duaren. *in suis commentar. ad consue. feudo. c. 2. in prin* dedit hanc: (Est itaque beneficiū seu feudum, res immobilis, quæ fidei vel obsequij gratia certo modo fruenda alicui conceditur.) quam ibidem vocat totius disputationis fundamentum: in explicatione & examinatione verborum istius definitionis, habes notatu dignissima. Aliam definitionem, eiusq; exami- 73

minationem, vide apud Iacob. de Ardizo. *in sua summa iuris feudalis, cap. 3. (Feudalia an allodialia bona in dubio præsumantur, vide VVes. consi. 4. part. 1. vbi hæc tradit regulas. 1. Bona in dubio præsumuntur allodialia. 2. Quando maior pars bonorum feudalis est, præsumitur & reliquum esse feudale: quia quicquid reperitur inter feudalia, intelligitur esse feudale: quæ sententia consuetudine imperij confirmatur. 3. Ea quæ empta, diuisa, & possessa sunt, vt feudalia, licèt prius allodialia fuerunt, tamen propter subsecutam inuestituram feudalia habentur. 4. Feudo regali etiam bona ecclesiastica in eius territorio sita in consequentiam continentur.)* Et licet d. Duaren. saltem quinque faciat feudorum Distinctiones, & Ardizo in summa sua, *cap. 7.* quatuor genera feudorum ponat: tamen Dominus Iacobus de Aluorot. *in suis præludijs feudalibus, mihi columna 11. versi. prima enim diuisio est,* cumulauit nu. 22. quarum distinctionum habere notitiam, vtilissimum erit: quia potest ad eas colligi omnis principalis materia feudorum.

74 Septem docuit Propria contractus feudalis Duarenus, *in d. cap. 2. nu. 8. & in sequentibus.* ¶ Nota, feudi antiqui renouatio non facit ex antiquo nouum, sed antiquum remanet. *Mynsing. in suis obseruatio. obseruat. 94. cent. 2.* ¶ Sed feudum quomodo cognoscatur, an feudum sit hæreditarium, nempe si concedatur & recipiatur pro se & hæredibus: an ex pacto vel prouidentia concedentis, scilicet si concedatur pro liberis, filijs vel posteris, Oder stehet die clausula, seinen Männlichen Lehns Erben. Et quid in dubio præsumendum, si inuestitura non extet, nempe ex pacto & prouidentia, tenet Mynsing. *in obseruat. 2. centu. 4. (Vbi dicit, hanc sententiam à Camerá esse probatam, licèt contraria communiter teneatur.) Idem obseruat. 67. cent. 3. Geylius in obseruation. 154. lib. 2. Ibi, quatenus debita ex feudo debeant solui. (Dictum supr. lit. cap.)*

75 Sed quid, si sit concessum & receptum pro hæredibus & liberis, filijs vel posteris: Quale istud feudum sic concessum iudicetur? *(Hæreditarium censetur: & in eo, qui succedere vult, vtraq; qualitas & filij & hæredis requiritur: & hanc magis communem esse Clarus testatur.)* respondet pulcherrimè Clarus, *lib. 4. sentent. §. feudum, quæstione 9. num. 4.*

76 De effectu & operatione istius noticiæ, an feudū sit hæreditariū, vel ex pacto & prouidentia concedentis processum, vide Mynsi. *in d. obseruat. 67. cent. 3. ibi. (nam hæreditarium venit etiam in petitionem hæreditatis, & nunquam transit ad agnatos, nisi sint hæredes acquirentis.)* Et soluuntur ex isto feudo debita: *Geyl. obserua. 154. num. 16. lib. 2.* Imò non potest hæreditas repudiari, & feudum retineri. *VVesenbe. consi. 4. parte. 1.*

Quando de feudo Imperij est controuersia, an Imperator vel Camera sit iudex competens, Geyl. *lib. 1. obseruat. 29. (Concludit ibi, quòd sic, & præuentioni locum esse, ac priuilegium primæ instantiæ cessare ait: nisi de ducatu vel comitatu Imperij agatur, quia tunc solus Imperator competens iudex est, nec præuentio locum habet.)*

Causa feudalis quæ dicatur, *Franc. Milan. decis. 6. lib. 1.* ¶ Patre constituente annuum censum super aliquo suo feudali prædio, ad eum soluendū tenentur omnes alij filij, præter primogenitum, *Viuius decis. 333. lib. 2.* ¶ Feudum hæreditarium propriè dicitur, quod alicui pro se & hæredibus quibuscunque est concessum, & de quo vasallus disponere valet: *Viuius decis. 441. lib. 3.* ¶ Feudalis contractus sua habet Naturalia & Substantialia, sicut cæteri contractus. *Carol. Tapia. l. f. de constitut. Penic. p. 1. c. 1. numer. 24. & quæ natura sit feudi, nu. 25.* quæ naturalia feudi, *num. 26.* quæ substantialia, *num. 27.* illa esse mutabilia, hæc verò non, *num 29. & 30.* ¶ Bona esse feudalia, probatur assertione domini ea possidentis. *Raudens. de anal. lib. 1. c. 34. num. 11. & 12.* 77

Ex bonis feudalibus an debita defuncti vasalli, an verò tantùm ex allodialibus dissolui debeant? Dic, ex hæreditarijs tantùm, non feudalibus, *c. 1. an agnat. vel filius defuncti: qui ad hoc communiter allegatur, ita in specie decidit Bl. in consi. 232. fœmina, vol. 3.* vbi adducit huius decisionis textus, & rationem. Nisi debita essent contracta occasione feudi: quia tunc solus filius de feudo debita soluere cogitur. *Anno 1593. die 22. Iunij, vide ad hoc meum consilium de hac re scriptum.* ¶ Feudum in dubio Antiquū, non Nouum præsumitur, *vide Alc. in tr. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 28. col. 335. & Zas. in op. feud. part. q. 34.* ¶ Respectu diuersorū feudorū possum esse vasallus vasalli mei, vt vltrò vterq; simus alter alterius domini, *l. sed & si, §. si liberta, & vbi gloss. ff. de in ius voc. vide Zas. paratit. colum. 49.* 78

De intellectu illarum clausularum, quæ communiter in Silesia in inuestituris poni solent, zuuerpfenden/ zuuerkeuffen/ zu alieniren, &c. quid operentur: & an alterent contrariū feudi, ita quòd fiat allodiū. Item Feudum cùm sit quædam seruitus, bona in dubio (id est, cum per inuestituram, vel alias constare certò non potest, an sint feudalia, vel allodialia,) potius hæreditaria & allodialia, quàm feudalia præsumuntur, *de hoc vide Ias. in l. si prius. in 14. colum. ibi quarta & vltima conclusio, ff. de oper. nou. nunc. vbi multa allegat, & li-* 79

& limitationes ponit, & de hoc per Br. in l. stipulationes non diuiduntur, in 4. q. in finalibus verbis, vbi post seruitutes quærit, quid de feudo: & hoc dicit gl. in l. si cuius, §. 1. in verb. oportet de vsu: quam ibi allegat Ias. vide Dec. cons. 269. vol. 2. nu. 1. consultus, & Alex. in cons. 15. vol. 5. in princ. vbi etiam habes, quæ bona Feudalia dicantur. vbi etiã vide differentiã inter donationẽ Castrorum, & aliorum bonorum feudalium, vide etiam vltra præmissa, in Spec. Sax. lib. 2. art. 43. ¶ Infeudatus maior 14. annis, si infra annum & diem, inuestiturã à domino non petierit: hoc tempore transacto ad Dominum feudum reuertitur, §. præterea, de prob. feud. alien. per Frider.

80 Quid autem post mortem patris, si filius per ignorantiam labi passus est annum, & sic feudum amisit, an possit restitui in integrum: vide de hac q. (quam in Emphyteuta format) gl. in l. 2. de iur. Emphyt. & Alex. post Br. in l. cum filius, §. in hac, de v. obl. vbi concludit, quòd sic. ¶ In feudis etiam filius succedit in locum sui patris, secundùm regulam, §. cum filius Instit. de hær. quæ ab intestat. c. 1. de gra. succ. in feud. c. 1. de success. feu. Hoc etiam est verum in feudis Regalibus, seu dignitatum, vide Liuinum in d. §. cum filius, vide Are. cons. 164. Goz. in l. omnes populi 6. q. pr. Lect. 23. de iust. & iur.

In feudo, ascendentes non succedunt, c. 1. in princ. de nat. success. feud. ¶ Feudum solùm in rebus immobilibus dari potest, c. 1. §. fi. de feud. cog. ¶ An in feudis, Filiorum appellatione veniant Nepotes, vide Ias. in l. de quibus, de Ll. vide in verb. Nepos. ¶ Feudum Vasallus alienare non potest, vide Soc. in reg. 434. vbi limitat. ¶ Ex longa tamen patientia 10. annorum, præsumitur dominum consensisse, quòd Vasallus alienaret ius suum, ita Alex. determinat per l. si filius, C. de petit. hær. in cons. 105. in 4. vol. vide Ias. in l. 1. in 6. col. C. qui admitt. ¶ An autem totum ius feudi vasallus vni ex filijs assignare possit, vide Bl. in c. 1. §. & quia 3. col. de his, qui feud. dar. possunt.

81 In feudalibus bonis, testamento nihil disponi potest, c. 1. §. donare, quo olim feu. alien. pot. & c. 1. de success. feud. ¶ Quandoque tamen potest, vide Dec. cons. 269. vol. 2. consultus, col. 3. ¶ Hoc fallit, quando in inuestitura essent hæc verba: (Pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis, & ab eo, vel ab eis legitimè causam habẽtibus, vel habituris.) quia tunc de eo feudo in testamento vasallus disponere & legare potest, prout sibi placet: per text. in c. 1. de feud. non hab. propriam nat. feud. vide pulchrè Francis. Curt. in cons. 1. ¶ Feudum ad fœmineum sexum non pertinet, etiã illius sexus masculos, c. 1. de grad. succed. in feud. ¶ Filiæ tamen per pactum in feudo succedunt, c. 1. in fin. de feud. March. & §. hoc autem notandum, qui feud. dar. possunt. Hinc habes tit. de feud. fœm. Et sicut fœmina non succedit, ita non potest patris sui occisi, compositionis partem cum fratribus suis recipere: gl. est aurea in c. 1. an mutus, vel alius, per hanc gl. dixit Liuinus, dum legeret, l. de quibus, ff. de Ll. se decidisse casum. Quando erat vn' nobilis occisus, & tandem facta compositione filia volebat habere partẽ cum filijs: & dixit, quòd non: per d. gl. vide tamen Dec. cons. 295. col. 2. vbi fœminæ quandoq; admitt.

82 Si feudatarius committit feloniam, propter quam posset priuari feudo, licèt habeat ius in feudo, donec sit priuatus: postquam tamen erat priuandus, id est, tempore commissi delicti: tenetur restituere omnes fructus, quos percepit, vel percipere potuit, à die feloniæ commissæ, siue extent, siue consumpti sint. ¶ Idem in Clerico: de hoc est casus singularis, qui non est alibi, secundùm Paul. de Cast. in l. 1. C. de his quib. vt indign. & dicit, eum mente tenendum. Sed hæc decisio Pauli optimè reprobatur, per Io. de Mont. Ferr. in l. 1. §. 1. col. 3. ff. de v. obl. quem vide. ¶ Bona feudalia an filio imputentur in legitimam, vide Alex. in l. patri filium, ad l. Falc. & Dd. in l. in quartam, ad l. Falc. ¶ Feudum an auferatur filijs iam natis, propter delictum patris, Br. in l. 3. de interdict. & releg. Abb. in c. fin. de feud.

83 Cùm consensu Domini, trium fratrum bona feudalia, quorum vnus minor erat pupillus, sunt alienata: intercessitq; 30. annorũ præscriptio, qua emptor se tueri potest: quæritur primò, an contra istum pupillũ potuit currere ista præscriptio: Secundò, an alij duo fratres pupilli, gaudeant ipsius pupilli priuilegio, ita quòd quo ad eos etiam contractus rescindatur. Ad primum dic, quòd contra illum pupillum non potuit currere præscriptio, & sic illa alienatio non obstat, nec nocuit, l. sicut, C. de præscrip. 30. ann. Ad secundum dicitur, quòd alij duo fratres maiores gaudeant priuilegio illius minoris: sicut si habẽt communem fundum cum Clerico, ratione communionis debent citari ad iudicem Ecclesiasticum, ita dixit Br. in l. præcipuus, §. pen. C. de Appell. Vide tamen text. in l. 2. C. si vnus ex plur. app. qui videtur obstare, vbi restitutio minoris non suffragatur maiori, & not. Br. quòd licèt appellatio ab vno prosit alteri, tamen restitutio facta vni non prodest alteri, quia datur fauore minoris ætatis.

84 Si Vasallus fecit ligam, confœderationem, seu parentelam cum inimicis Domini, amittit feudum: verum est, si coactè hoc non fecerit: vbi latè Hipp. de Mars. in l. 1. §. præterea de qq. ¶ Appellatio Hæredum, in feudis intelligitur de hærede masculo, id est, filio, vide Dec. cons. 208. num. 9. in 2. volum.

De inuestitura facta in Emphyteusi (pro se, & descendentibus masculis) an filia compræhendatur, & de materia, *vide Dec. cons. 319. vol. 2. præclarissime Doctor.* ¶ Quidam Episcopus concessit feudum, nondum apertum, quibusdam nobilibus: sed posteaquam aperiretur, tamen ante feudi apertionem, idem Episcopus quædam bona feudalia, inter quæ feudum dictis nobilibus concessum continebatur, cum principe quodam seculari permutauit: facta permutatione feudum aperitur: quare prædicti nobiles feudum petunt ab Episcopo eis concessum: princeps verò secularis alijs illud feudum sibi ex permutatione acquisitum concesit, Quæritur quid Iuris? Dic, quòd primis illud de Iure debetur, quia vbi de alterius feudo quis fecerit inuestituram, si quidem purè non valet, si sub tempore vel conditione qua aperietur, valebit inuestitura, *tex. est in c. 1. de Clem. qui inuest. fac. in vsib. feud.*

85 Vasallus nouum vasallum sibi acquirere potest sine licentia Domini.

Feudum an pro anima relinqui possit?

Feudum in dotem an dari possit?

Vasallus inuito Domino feudo renunciare potest.

Feuda regalia diuidi non possunt.

De his omnibus vide pulcrè Felin. in c. quæ in Ecclesiarum col. 28. & seq. de const. ¶ Si Vasallus feudo per sententiam priuandus est, si Dominus moriatur, nulla facta querela aduersus Vasallum, non potest eius hæres vasallo auferre feudum: Quia tacendo videtur Dominus remisisse iniuriam. Si verò vasallus ipso iure priuatur feudo, vt quia sine consensu Domini alienauit, tunc hæres Domini potest expellere Vasallū. *De hoc vide Ioh. de Mont. Ferr. in l. 1. §. 1. col. 3. ibi secundus effectus, ff. de v. obl.* ¶ An si post culpam commissam Dominus receperit seruitium debitum pro feudo, videatur remisisse pœnam priuationis, *vide Alex. in cons. 30. vol. 6. & eundem Alex. in cons. 40. vol. 6. viso themate, & omnibus benè discussis, n. 10.* ¶ An feudū possit pignori obligari à domino, *vid. Ias. in §. itē Seruiana, Inst. de Act. 104. ch. 126.*

86 Ad feuda, ex certa scientia, spurius habilitari potest & legitimari, *Dec. cons. 269. vol. 2. consultus.* ¶ Imperator, & Rex in regno Imperatori similis, agnatis præiudicare potest, ex causa renunciationis, maximè quando agitur de Iure quærendo, *Dec. eod. cons. quem omnino vide.*

87 An filij fratrum in feudo succedunt inter se in capita, an in stirpes: & quidquid quasi dici potest circa successionem feudorum, *vide cons. Alex. 51. vol. 4. & ibi consilium Andr. Barbatij sequens*, in quibus duobus casibus omnis fermè successio circa feuda est discussa, *vide Ang. in §. cum filius, Inst. de hæred. quæ ab intest. def. Franc. Curc. in tr. feud. in 3. part. circa successionem transf. in 4. q.* ¶ De gradibus succedendi agnatorum in feudis, & in principatibus, *vide Dec. cons. 85. vol. 1.* ¶ In feudis, vbi non est expressa decisio, seruandum est ius commune, *c. 1. de feud. cognit.* Et casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, *l. si extraneus, ff. de cond. ob causam.* ¶ Vnde cùm dubitatur, quando agnati in feudo succedūt, an proximiores præferantur remotioribus in gradu? dicendum est, Quòd sic: quia ita se habet iuris communis dispositio, nec aliter de iure feudorum est dispositum, *vide Ias. post alios, in l. Gallus, § quidam rectè, in 3. col. prope finem, ff. de liber. & posthum. & Alex. ibi, & Ias. ibidem in 6. col. in fin. & in 9. col. circa medium, & in 7. col. in pr. vbi refert Paul. de Castr. in l. cum ita, §. in fideicommisso, de leg. 2.*

An primogenitus in feudo succedat auo, 88
patre mortuo, an verò secundò genitus, *de hac ardua q. multa cumulata vide in Lect. Liuini, in §. cum filius. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. & vide integrum de hoc consilium Sozini, quod est in lecturu post tit. ff. Quis & à quo app. vide Paul. de Cast. in cons. 164. vol. 2. in præsentia per tot. cons. vbi hoc plenis. discutitur.* ¶ Consuetudo præferens primogenitum, non extenditur ad filium primogeniti mortui ante patrem, *ita dicit Ioh. Andr. in addit. Speculi, supra Rubr. de feudis in vlt. col. hunc refert Francis. Curc. cons. 6. fol. 76. col. 4.* ¶ In feudis filius viuo patre intelligitur inuestitus, ac etiam possidere & sic continuatur in eum possessio sine alia inuestitura, *ita dicit Bl. in l. cum antiquioribus, in vers. 10. C. de iur. deliberandi.* Et per hoc est magna limitatio ad regulam, *l. cum hæredes, in pr. ff. de acq. poss. vide Ias. in l. quotiens, in 8. col. C. de rei vendit.*

Si vasallus propria authoritate inuaserit 89
rem feudalem, ita quòd incidat in pœnam, *l. si quis in tantam, C. vnde vi.* commoditas illius feudi applicatur violentiam passo, apud quē durabit vsq; ad vitam vasalli, *vide Curc. cons. 4. fol. 66. col. 1. in princ.* ¶ Quando nouum, vel antiquum feudum esse dicatur, *vide Dec. cons. 53. vol. 1.* ¶ Vasallus an cogatur ostendere inuestituram, *vide pulcrè Dec. in cons. 61. volu. 1.* ¶ Vasallus si cucurbitat sororem Domini, feudum amittit: si autem eam interficiat, nō: Ratio est, quia adulterium maius delictū est homicidio, *l. isti quidem, in fin. ff. quod metus causa. Ita per illum tex. dicit Bl. in c. 1. §. similiter si Dominum. Quib. mod. feud. amitt. in vsib. feudor. adde tex. in l. codicillis, §. matre. ff. de leg. 2.* Quod benè nota, quia est casus rarus & singularis.

An filius Vasalli, mortuo patre, de bonis 90
feudalibus, patris debita soluere cogatur? In hac quæst. dic, Quòd mortuo Vasallo sine prole, agnatus ad quem vniuersa hæreditas pertinet, ea repudiata, feudum si fuerit paternum

ternum retinere poterit, nec de debito hæreditario feudi nomine aliquid soluere cogitur. Et hic non est casus noster. Si verò filium reliquit Vasallus, talis non potest hæreditatem sine beneficio repudiare: sed aut vtrumq; retineat, aut vtrumq; repudiet. Et sic deterior est conditio filiorum, quàm agnatorum: repudiatũ verò feudũ, si paternũ fuerit, ad agnatos pertinebit. Agnatis tamen consentiẽtib. poterit Dominus, si voluerit, filium quasi de nouo Beneficio inuestire: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudũ tenere, nullo ei hęreditario onere iminente. *De his est text. clarus in c. 1. An agnat. vel fil. defunct.*

91 Sed hoc casu, si filius quasi de nouo inuestiretur, post ipsius mortem, nõ ad agnatos, sed ad Dominum spectabit, *ut dicit gl. in d. c. 1.* Cùm ergo agnatis præiudicium fieret, ipsi fortè non consentirent. Est ergo consilium: quòd princeps filium, cum consensu agnatorum, quasi de nouo, tanquam antiquo & paterno feudo, vel iure antiqui & paterni feudi, inuestiat. Quia per hæc verba seruat qualitates paterni & antiqui feudi ita quòd agnati succedunt: *ita concludit Aluar. in d. c. 1. & text. in c. 1. De eo qui sibi fecit ag. & latè Ias. in prælu. feud. vide Franc. Curc. cons. 1. fol. 59. col. 4.* & hoc pacto, & filijs & agnatis consuli posset. *Adde Dec. in cons. 53. col. 2. vol. 1.* vbi referẽdo Bald. dicit: Quòd si Rex concedit castrum iure antiqui feudi, licèt nouum sit, tamen qualitatem paterni & antiqui assumit. Et ergo inuestitura, quæ in feudis dominatur, hoc casu esset inspicienda.

92 Feuda regalia siue dignitates, diuidi non debent in successionib. *c. 1. §. præterea, de probi. feud. alien. per Frider. vide Br. & Ias. latè in l. stipul. non diuid. in fin. 4. q. ff. de v. obl. vbi limitat, vide Fel. in c. quæ in Eccles. col. 28. & seq. de Const. vide Soz. in cons. 165. vol. 2. & in multis alijs cõsilijs, de quib. vide in verb. feud. in repert. consil. suor. Adde prædictũ Alex. in cons. 25. vol. 5. attentis narratis, & in cons. 30. vol. 6.* Hîc obseruabis, quòd licèt feuda regalia seu dignitates diuidi possint, vt habetur in iã allegatis locis, & maximè per Soc. *in d. cons. 165.* Tamen feuda, & principatus principũ Electorũ, diuidi non debent, sed in sua perfecta & perpetua integritate permanere debent: ita, quòd in eis solus primogenitus succedit, & sibi soli ius & dominium competit: *ita vult aurea Bulla Caroli quarti Roman. Imperator. in tit. de integritate principatuũ Electorũ seruanda.* ¶ Si aliquis per 10. annos possederit Castrũ tanquam feudum, pręsumitur de feudo inuestitus, *gl. in l. 2. in gl. mag. de iur. Emphy. vide Ias. in l. si certis annis, in 3 col. ibi quarto facit, C. de pact.* In feudo non simpliciter, sed pro se & hæredibus concesso, agnati non succedunt, nisi sint hæredes defuncti. ¶ Et multum interest, an quis suscipiat feudum pro se & liberis, an pro se & hæredibus, *vide Franc. Curt. in cons. 1. fol. 50. colum. 3. & 4.*

An, si pater feudum hæreditariũ permutauit, vel alienauit, vel distribuit, filij possint hoc factũ patris impugnare: & an filij, si volunt habere feudum, tenentur ad iustũ pretium illi, in quẽ est facta alienatio, *vide Franc. de Curt. cons. 3.* ¶ Vbi etiã habes, quòd quando feudum simpliciter absq; aliqua verborũ speciali expressione cõceditur, censetur hæreditarium. Dominus feudi de subditis vasallorũ nõ cognoscit, sed ipse vasallus: nec potest Dominus manum apponere ad rẽ subiectam domino inferiori, *vide Curt. cons. 2.* ¶ Si Dominus feudi in exactione fidelitatis aliquid noui vellet inducere, posset licitè vasallus recusare fidelitatẽ: *ita vide Aluar. qui allegat Specul. in c. 1. circa fin. in tit. de forma fidel.* 93

Et si Dominus intolerabiliter opprimit suos vasallos, ipsi non tenentur Domino interim obedire, *ita dixit Bl. in proœ. ff. ad fin. quem refert. & sequitur Franc. Curt. in 6 part. princ. in 1. q.* ¶ Si Dominus nõ dat feudũ promissum, vasallus non tenetur seruare iuramentũ fidelitatis: *ita vide Abb. in cons. 94. 2. vol. n. 6.* ¶ Si Dominus feudi nõ seruat promissa, & ea ad quæ ipse vasallo tenetur: nec vasallus contra eidẽ Domino iuratam promissionem seruare tenetur: *vide ad hoc infrà in verb. Fides, vide in indice meo super Practicum Papiens. in verb. feud.* ¶ Dominus subditos nõ potest obligare pro suo debito: *vide Paul. de Cast. in cons. 20. vol. 1. n. 5.* ¶ Feudatarius, qui habet vtile dominium in castro, & eius territorio: potest piscari aurũ in flumine eiusdem territorij, & non Dominus directus: & quid sit habere vtile Dominium: *Paul. de Cast. in cons. 353. vol. 1.* ¶ Cõmodũ dictæ venæ auri, & auri argenti & aliorũ metallorum fodinæ, ad eum, non ad Dominum feudi spectant, *vt ibidem determinatur.* ¶ In materia feudali pulcrum vide consilium, in quo pulcri casus decidũtur per Paul. *de Cast. in cons. 461. vol. 1. visis & diligenter examinatis.* 94

Si vasallus, vel Emphyteuta reperit thesaurum in fundo feudali, vel emphyteutico, an ad Dominum proprietatis, vel ad ipsum spectet: Dic, quòd ad vasallum, vel Emphyteutã, quia vtile dominium præfertur directo, *vide Aluar. in tit. Quæ sint regalia, circa fin. in vsib. feud. vide gl. & Ias. in additionibus ad portum, in §. thesauros, Inst. de rer. diuision. vbi etiam Angelus.* ¶ Iuramentum tamen fidelitatis ad futura extenditur, *Abb. in c. Clericus, de iureiur. l. si cuius, ff. de vsur. in gl. ord.* ¶ Causæ feudales qualiter sint decidendæ: *vide latiss. de hoc Artic. Nic. Euerhard. in locis legalibus in loco à contrario sensu, col. 55. vbi pulcerrimè loquitur.* 95

Feudum Francum differt à non Franco in hoc: quia pro Franco non præstatur iuramentũ seu homagiũ, nec aliquod seruitiũ:

Di

De hoc Franco, & non Franco feudo, vide Paul. de Castrens. in cons. 159. in caussa, quam Magnificus Dominus.

96 In feudi successione obseruabis diligenter, Das nach vermög vnd Inhalt Sächsischer Rechte / die Brüder / vnd fördere Agnaten, vnd Schwerdtmagen / Lehens Erben nicht sein: auch jhrer verstorbenen Brüder / vnnd Agnaten verlassene Lehen / aus krafft der Erbschafft / vnd angeborner sippschafft / nit geerben / noch einnehmen mögen: Sondern / alleine aus macht der gesambten Lehen / ob sie die haben: sonst fellet das Lehen der seitlingen / vnd gebrüder / die nicht Leibes LehensErben (das seind allein Söhne) nach jhnen verlassen / wieder an die Lehenherrn. Als die Text vnd glossen Sächsischer LehenRecht lauter sagen / Es vorerbe anders kein Man ein Lehen / denn der Vater auff den Sohn / *vt Lehnrecht, c. 21.* Vnd so ein Gut vielen Brüdern geliehen werde / so sich dieselbige Brüder theilen / das als dann jhr einer nichts Rechts an des andern Lehengüttern hat / ob er stirbet: jhm sey dann anderweit daran geliehen das gedinge: das ist / Ob dir ein Bruder der das Gut in gewehren hat / stürbe ohne Lehens Erben (das sind Söhne) das es als dann auff den andern Bruder kommen soll / nicht aus Krafft der sippe / sondern des gedinges / *vt in text. Lehnrecht, cap. 32. probatur, & cap. 5.*

97 Dann der Lehen Erbe / zu Sächsischen Recht / ist alleine der Sohn / der dem Vater gefolgen mag an dem Dienste: als dann auch anzeiget die *gloss. d. c. 5.* Vnd der Text *Lehenrecht c. 6.* der da spricht: Das der Vater auff den Sohn erbe die gewehre des guts mit dem gut. Wo aber der Lehenman des Sohns darbet / so kömpt das Lehengut mit der gewehr widerumb auff den Herrn: es were dann / das der Herr das gedinge daran / den Brüdern oder den Schwerdtmagen fürder / vnd solche belehnten dasselbige behalten hetten: wie das auch beweret der Text *Lehnrecht, c. 57.* vnd die *gl.* dasselbst / in dem §. stirbt ein Herr / aus allegirten Texten / vnd glossen / Sächsischer Recht lauter verführt / vnd angehenget ist: Das zu demselbigen Sächsischem Recht alleine der Vater auff den Sohne die Lehen vererbet: vnnd das die Lehengüter darumb nicht folgen von dem Bruder auff den Bruder / oder von dem Schwerdtmagen auff den Schwerdtmagen / sie wehren dann sämbtlich mit einander belehnet / als dann folget wol einer dem andern / nicht aus krafft der Sippen / oder Erblichen folge / sondern der gesambten Lehen / als solches auch förder bewehrt die *gl. Landrecht, lib. 1. Arti. 56. die gl. Landrecht, lib. 2. Arti. 58. im mittel,* da sie saget: LehenErben / das sind Söhne der Väter / vnd Altväter / vnd wer dieser nicht hat / der vererbt sein Lehen nicht.

98 Idem dicit gl. *Lehnrecht, c. 31. in der dritten colum.* das kein Schwerdtmagen / (wiewol er des verstorben Erbe zun Erbgüttern ist) der Witwen des verstorben Lehenmans jhr Leibgedinge am Lehen gebrechen mag / das jhr von dem verstorben mit verwilligung seiner Söhne geliehen / vnd vermacht ist / zeiget an die vrsach / dann allein die Söhne / vnnd nicht die Schwerdtmagen / oder Seitlinge / Erbliche folge daran haben / etc. sic est effectus verborum, & gloss.

99 Cùm ergo hoc Saxonum iure, in feudi successione, solùm simultanea inuestitura, & non agnatio, vel graduum prærogatiua consideretur: vt latè deductum: necessariò sequitur: vbi sunt agnati, vel etiam extranei penitus, de feudo simultaneè inuestiti, etiam in diuersis gradibus agnationis, quòd sic omnes æqualiter ad feudi successionem admittantur: & ita consuluit D. Henningus, magnus Practicus Iuris Saxonici: quòd fratres patrueles simul cum fratribus defuncti admitti debeant, per præmissa: & est consilium suum 22. vbi dicit: quòd simultas inuestituræ (ita vocant) tàm vocat remotiores, hoc est, fratres patrueles in partes viriles, sicut vocant, quàm vocat proximiores, scilicet fratres, cùm vtrobique sit par ratio, & eadem caussa formalis vocationis, scilicet simultas inuestituræ, *vide eundem latè & pulcrè*, vbi dicit, præmissa procedere tam in feudo nouo, quàm antiquo, cùm ius Saxonicum generaliter, & indistinctè loquatur: Et quòd consuetudo, & vsus practicus ita hoc ius Saxonicum interpretantur & declarant: & ita semper tam in feudo nouo, quàm antiquo pronunciatum, & in iudicio obtentum tam Magdeburgi quàm Lipsiæ.

100 In feudis est vna maxima: Quòd ante omnia inspiciendus est tenor verborum inuestituræ, quia derogant & omni iuri, & omni naturæ feudali, *text. est in c. 1. in verb. propriè tenorem inuestituræ, de duob. fratrib. à cap. inuest.* & ibi Bl. notat, & dicit, quòd tenor inuestituræ derogat omni feudorum naturæ, *ita not. Bl. in l. vnica. §. sed & si quis, C. de Cad. lib. toll.* Alibi dicit, *in c. 1. §. denique, in 1. colum. quæ sit prima caussa beneficij amitten.* quòd forma inuestituræ est præcisa, à cuius tenore non est recedendum, *allegat. text. in d. c. 1. de duob. fratrib. à cap. inuestit.* & Bl. *in l. quotiens, in 2. col.*

C. de

C. de suis & legit. dicit, quòd in feudis regula generalis tradi solet: Sermonem inuestituræ, nec non vnà & sensum verborum esse intuendum: & quòd in feudis qualitas verborum inspiciatur. Quia verba contractus, sunt forma contractus, & forma dat esse rei: *l. Iulianus, §. quantum, ff. ad Exhibend.* Et dicit *Bl. in præludijs feudorum: in 18. col. in 4. differ.* quòd ad tenorem inuestituræ semper est recurrendum, quia vim contractus ostendit: *d. c. 1. de duobus fratr. à cap. inuestit. & in c. finum, de quib. alijs cap. extraord.* (vbi dicit text. sermonem tamen inuestituræ, nec non vim verborum, & sensum contrahentium intuentes:) refert & sequitur Mart. *Land. c. 1. in princ. in 1. colum. & Ias. in cons. 1. in 3. volum.* Vbi multa in materia feudali notanda refert.

De Feudi acquisitione.

101 DIcit Duarenus, *in c. 7.* Varijs modis acquiri feudum: sed hos esse præcipuos, scilicet inuestituram, longam possessionem, & successionem. ¶ Per inuestituram veram regulariter constituitur feudum, & transfertur vtile dominium: adeò quòd Vasallus à quolibet possessore vel detentatore, ad similitudinem directi dominij, quasi vendicare ratione vtilis dominij, & si eius rei nomine ab alio conueniatur, defensionem opponere possit, *Aluor. in c. 1. de capi. Corradi. & in c. 1. §. Rei autem, de inuest. de re alien. facta. Duaren. in d. c. 7. num. 4.*

Venit hîc notandum, quòd inuestitura in
102 materia feudali sit vna maxima, & semper ad tenorem eius recurrendum, quia ostendit vim contractus, *c. 1. in fi. de duo. fra. à capi. inuest.* & dicit ibi Bal. per illum textum: nota egregium textum, quòd tenor inuestituræ deroget omni feudorum naturæ: & quòd per inuestituram feudum declaretur, tenet Bal. *in l. 1. §. Sed & si quis, per textum ibi in verbo, consentaneum, C. de lati. liber. tollen.* & idem *Bal. in l. quoties, in 1. col. in versi. cæterum, C. de suis & legi. hæredi.* declarat, quomodo in feudis qualitas verborum inspici debeat: *dixit aliqua Schürff. in consi. 98. cent. 1. in prin.*

103 Sed dominus faciens inuestituram abusiuam & impropriam, quòd teneatur ad feudi traditionem, neq; liberetur præstando interesse, docuit cum limitationibus, (*veluti: Si facta sit promissio absque inuestitura: quia tunc Dominus præstando interesse liberatur. Si primum inuestiuerit, & secundo possessionem tradiderit; tunc enim primo, vel ad soluendum pecuniam feudo æquiualentem, vel ad feudum æquiualens tenetur. Si ob impedimentum iuris vel facti rem tradere non possit, ad interesse tenetur. Si primum inuestiuerit, isq; possessionem nactus sit: deinde secundum inuestiuerit ignoranter, illiq; possessionem tradidit, sciente & tacente per annum primo, secundus præferetur.*) Mynsingerus, *in obserua. 61. centu. 4.* Et ibidem, quid iuris obtineat, si duos de eodem feudo diuersis temporibus inuestiuerit. *Aluoro. in c. Si facta tit. Si de feudo fuer. contro. inter Do. & agna. & in tit. de inuesti. de re aliena facta, in vsib. feudo. in prin.* De inuest. abusiua, VVesenb. *in consi. 64. parte 2.* Aber von gedinge/vnd gesambter Hand/ wie derselben sol folge geschehen/ vnd das in dem fall/wenn ein Lehnherr Weltliches standes jemands ein angefell vorschreibet/ ob gleich seiner Erben nicht gedacht/ das dennoch die Erben inhalts des Buchstaben/ das zu halten schüldig/ declarat Consti. Electo. Saxoni. *in Arti. 45. parte 2.*

Et ibidem notatur: Das durch verkeuffung oder alienation eines Lehnguts/ die gesambte Hand nicht werde gebrochen. ¶ Et 104
acquiri feudum per inuestituram, tenuit Iacob. de Ardizone, *in summa sua cap. 36.* Simultanea inuestitura, quæ per coniunctam manum fieri solet, ob id, quòd de iure Saxonico in feudis nulla inter collaterales sit successio, potissimùm introducta est: vt non solùm agnati, sed & personæ penitus extraneæ, quæ ad successionem alicuius aspirant, cum ipso consentiente se inuestiri curent: & quidem simul sämbtlich: vnde & nomen Simultanea profluxit, & Coniunctæ manus, die gesambte Hand. Et hæc maximi est moris in Silesia, Bohemia: non in Bauaria, Sueuia, neq; in alijs extra Germaniam prouincijs, *Vide Hart. Pist. quæst. 19. 20. & 21. & passim apud fori Saxonici Practicos.*

Et quòd dominus, propter inuestituram 105
abusiuam, teneatur tradere Vasallo possessionem: quòd non liberetur etiam præstando interesse, voluit Ardizo, *ibidem*: imò præstabit omne illud, quod Vasallus esset habiturus, si ei possessio vel res esset tradita: Item cum re præstet interesse: & de alijs pœnis domini, non tradentis possessionem feudi, docuit idem *Ardizo in summa sua cap. 37. ibi in pr. (neq; Vasallus ex sacramento astringitur, si dominus rem non tradiderit.)*

Et duob. inuestitis, vter eorum in feudo sit 106
potior, (puta propter traditionem,) vide Ardizonem *in d. sua summa, cap. 38.* An ex sola inuestitura seu porrectione baculi, ius in re feudali acquiratur, (*non acquiritur.*) Ardizo *cap. 39.* Et ibi ponuntur modi, per quos res dicatur tradita. ¶ Quatenus dominus Vasallo debeat rem tradere, & an liberetur præstando interesse, (*regulariter non liberatur, vt suprà dictum.*) idem *Ardizo, cap. 40.*

Sed

107 Sed intra quantum tempus debeat peti inuestitura, (*infra annum & mensem, veteris feudi inuestitura petenda est,*) quibus autem ex causis excusetur: (*Si iusta causa interueniat, ob quam petere non possit, puta infantia, inimicitiæ capitales, &c.*) An tale tempus currat minori 14. annis, (*excusatur, sed hoc pertingit ad damnum tutoris, minori per in integrum restitutionem subuenitur.*) ista docuit d. Ardizo, *in d. sua summa, cap. 42. 43. & 44.* Quando currat annus Vasallo ad petendam inuestituram, (*à tempore mortis & scientiæ,*) *cap. 45. & 46.* De commodis quæ habet Vasallus per inuestituram, (*id consequitur, vt habeat eodem iure, quo Dominus habuit, qui eum inuestiuit, quo nomine causæ vtilis vindicatio ei datur.*) *cap. 48.* aliquando nihil commodi ex illa consequi, (*Si videlicet pendente quæstione Dominus vasallum inuestiat de recto feudo, quod facere cogitur, ne cursus temporis pendente causa noceat vasallo.*) *cap. 49.* vtrum dari & accipi inuestitura possit per nuncium & procuratorem, *cap. 50.* & ibi dicit, quòd procurator iurare possit fidelitatem in animam domini: Per quos probetur inuestitura noua, (*per pares Curiæ, si sint: aliàs etiam per extraneos probari potest.*) *cap. 51.* Quid sit inuestitura, (*Dicitur propriè inuestitura ipsa possessio, sed abusiuè, quando hastam, vel baculum vel simile quid vasallus porrigit inuestituram faciendo.*) *cap. 52.*

108 Qui possint in feudum dare, tam ex veteri quàm ex noua consuetudine, docuit d. de Ardizone, *in cap. 8.* De inuestituris prælatorum, Marchionum & aliorum, *cap. 9. & 10.* de inuestituris fœminarum & minorum (*minor sine autoritate curatoris admittitur ad inuestiturã veteris feudi, secus in nouo.*) *cap. 11. & 12.* Vasallus vniuersitatis à quo debeat inuestiri, (*à Rectore scilicet.*) *cap. 13.* quando Vasallus feudum in feudũ dare possit, *cap. 15.* Potest, si modò syncerè & sine fraude: sed inuestituram non valere, si fiat in fraudem, & quando fraus intelligatur, Ardizo, *cap. 16.* debet feudum concedi isto pacto, quo quis habet, *cap. 17.*

109 An precio feudum dari possit, & si precium datum sit, præsumitur fraus contra Vasallum feudum concedentem in feudũ, *cap. 19.* Quòd autem verus dominus possit dare feudum, accepto precio, non tamen ex pacto legis commissoriæ, vel alijs pactis prohibitis, *cap. 20.* quis possit in feudum accipere, Ardizo, *cap. 23.* Quæ res in feudum dari possint: (*res immobiles, vel quæ loco immobilium sunt.*) & de feudo Cameræ & Caneuæ, *cap. 24.* Feudum Cameræ & Caneuæ finitur morte domini, *cap. 26.* Res mobilis datur in feudum, (*modò solo cohæreat, vel pro immobili habeatur.*) *cap. 27.* De soldata, (*non appellatur feudum, & ex parte dantis & accipientis præstatio hac annua personalis est.*) *cap. 29.* vtrũ decima possit dari in feudum, & à quibus, (*Potest, etiam ab episcopo & prælato.*) *cap. 31.* Res communes an dari possint in feudum, (*Possunt vtiq.*) *cap. 32.* De inuestitura facta ad seruitium equi, (*Vel personæ cum equo militari seruientis principaliter habetur ratio, vel equi ipsius, vt Vasallus id ad domini vsum præstet, ex consuetudine Veronensi.*) *cap. 34.* Vtrum sub pacto legis commissoriæ licitum sit feudum dare, (*Negatur.*) Ardizo, *cap. 35. in summa.*

De longa possessione, quia sic præscribitur 110 spacio triginta annorum, per *l. omnes, C. de præscript. 30. annor.* De iure Saxon. spacio 30. annorum, vnius anni & diei, *Art. 29. lib. Landrecht.*

Contra Ecclesiam autem non nisi spacio 111 40. annorum, *Authen. exactio, C. de SS. Eccles. c. 4. extr. de præscript.* ¶ Et hoc etiam locum habet in Repub. quòd in Ecclesia traditur, secundùm omnium sententiam, *in l. fin. C. de SS. Eccles. l. cum notissimi, C. de præscript. 30. annorum.*

Et nota, feudum præscriptione quæsitum habere naturam veri & ordinarij feudi, *Bal. in l. liberti. C. de oper. libert.* & de hoc modo acquirendi feudi per præscriptionem, docuit Iacob. *de Ardiz. in sua summa cap. 54. VVesenb. in cons. 4. par. 1. num. 77. in fin. & num. 78.*

De successione in feudo: qui succedere, 112 quo ordine, qualiter & quomodo, notauit d. Duarenus, *in comment. feu. cap. 9. 10. & 11. habetur in titulis de successione feudi, & de natura successionis feudi, in vsib. feudo. vbi vide Dd.* Docuit Iacob *de Ardizone in sua summa iuris feudalis, cap. 53.* sed putat ibi de successione ab intestato. Nam ex testamento nulla potest esse suprema voluntas in feudo, *c. 1. de success. feudi.*

Nota, in successione feudi, primi acqui- 113 rentis probatio requiritur, (*nisi aliud consuetudine inductum, vel feudum nouum, vt antiquum & auitum concessum sit: tunc enim agnationem vltimò defuncti probare sufficit, Geyl. ibid. Fieri autem potest hac probatio per libros gentilitios Stambücher nuncupatos, &c.*) & de successione collateralium in feudo antiquo, (*Ea ex communi Dd. distinctione, Germaniæ consuetudine, & Cameræ Imperialis præiudicio cõprobata, in infinitum locum habet, si feudum semel in descendentes transitum fecit: secus, si in collaterales statim peruenit, tunc enim septimo gradu concluditur.*) Geil. *in obseruat. 149. & 150. lib. 2. obseruatio. Cam. Imper.* ¶ Et an in feudis frater vtrinque coniunctus, excludat fratrem ex vno latere tantùm, vide Geilium, *in obserua. 151. lib. 2. obseru.* Et VVesenb. *id consi. 82. part. 2.* consuluit, quòd non excludat, si sit consanguineus frater ab vno patre natus: secus, si vterinus tantùm. Si penitiùs rem introspexerimus, appa-

apparebit, succeßionem conseruandi poti-
ùs, quàm acquirendi feudi modum esse:
Ius enim ab alio quæsitum, per succeßionē
conseruatur. *Vide Curt. part. 1. de feud. laicor.*
q. 4. num. 14. Rosenthal. c. 7. q. 1. Frid. Schenck.
in c. 1. §. f. verſ. ſed propius, de feud. cog. fac. Ho-
tom. conſi. 29. num. 7. & ſeqq. conſi. 30. num. 20.
& ſeqq. conſi. 34. num. 13. vol. 1.
114 De iure Saxonico, feudum iure hæredi-
tatis solùm non transmittitur, nisi à patre ad
filium. *Arti. 21. LandR. gl. vlt. circa medium,*
arti. 58. lib. 2. LandRecht, nisi per inuestiturā
vel consuetudinem aliud sit cautum & in-
troductum. *Ambroſ. Schurerius in tracta. ſuo de*
ſucceſ. ab inteſta. mihi fol. 152.
115 Et ex isto deciditur, quòd nec nepos
cum patruo, simul iure repræsentationis
succedat in feudo auito, propter verba sta-
tuti strictè interpretanda & accipienda, de-
clarat Schurerius, *in d. l.* Sed aliqui respici-
unt hoc casu latißimè ad æquitatem, & vo-
lunt, quòd nepotes cum patruis in stirpes
succedant: cogita. *Et Schure.* ibidem tenet,
quòd nepotes quando soli existunt, succe-
dant in stirpes: transuersales & remotiores
æqualiter in capita. *Dd. ad c. 1. de natura ſuc-*
ceſ. & vide addi. ad Arti. 17. lib. 1. LandRecht:
hæc vera, nisi inuestitura aliter disponat, vel
velit. In succeßione collateralium quid iu-
ris? Mynsing. *obſer. 95. cent. 2.* (*Eandem cum*
Geyl. diſtinctionem ſequitur.) ¶ Sed an mortuo
parente feudi, possesio continuata censea-
tur ipso iure in filium, (*Reſpondetur, quòd non,*
niſi filius reperiatur in poſſeßione: quam negatiuam
etiam Camera probauit. Mynſing. & Geyl.) vel an
saltem pro continuata habeatur apprehen-
sione: vide quid sit decisum in Camera, per
Mynsi. *obſ. 38. cent. 3.* & Geyl. *in obſ. 152. lib. 2.*
116 Nota ad hunc versiculū, quòd promis-
sio siue expectatiua super feudo nondum
domino aperto, sed vacaturo, à domino
feudi alicui poßit fieri, & quòd valeat. Auff
den Todsfall deß letzten Lehnmans/kan ein Lehn
außgebeten/ vnd einem andern vergünnet wer-
den. *Geyl. in obſ. 155. lib. 2. obſ. Cam. Imp.*
117 Prælatus quomodo & qua ratione, (*Ex-*
preßis ſcilicet & ſpecificè enumeratis benemeritis
vaſalli: Nam vaſallus ſine ſolennitate conſueta non
poteſt immutare formam inueſtituræ, adeò, vt nec
feudum nouum vt antiquum concedere poßit. Geyl.
2. obſeru. pract. 51. n. 1.) propter benè merita,
poßit infeudare fœminam de feudo Mascu-
lino, docuit Mynsing. *in obſ 88. cent. 4.* Et de
succeßione fœminarum in feudo Ecclesia-
stico, consuluit VVesenb. *in conſi. 74. part. 2.*
¶ Fœminæ quòd regulariter à feudis exclu-
dantur, nisi inuestitura vel consuetudo illas
in specie admittat, consuluit Dec. *in conſi.*
24. vol. 1. in prin. & n. 75. 126. & in ſeqq. habe-
mus ibi materiam ſucceßionis in feudis optimam.

Quartum modum acquisitionis feudi, 118
nempe propter delictum agnati, posuit Ia-
cobus *de Ardizone in ſua ſumma iuris feuda. cap.*
53. in fine, per textum, §. ſi vaſallus culpa. tit. ſi de
feudo Vaſall. fuerit interpell. & in cap. 1. §. Vaſalli
feudum, tit. Hic incipit conſt. Reg.
Ecclesiastica persona, si de feudo quem 119
per aliam personam possesso infeudet, &
antequam feudum apertum sit moriatur,
concesio non tenet, nec successor vllate-
nus obligatur, *c. morib. ſi de feud. def. contr. ſit*
inter. dom. Vaſall. c. 1. qui ſucceß. feud. da. ten. & c.
1. qui ſucceß. tenentur. Clem. 1. de reb. Eccleſ. non
alien. ¶ In inuestitura simultanea, requiri-
tur ante omnia, consensus primi vasalli pos-
sessoris. Nam facto vnius acquiri vel reno-
uari nō potest, quod consensu duorum cō-
stat: *l. 1. verſ. & ideo de reſcind. vend. & in ſpe-*
cie c. 1. quo temp. Mil. c. 1. ibi. nam ſi quis fuerit
qui ſucceſſ. ten. c. 1. de cler. qui inueſt. ¶ Milites Hi-
erosolymitani feudorum capaces sunt: *Viu.*
deciſ. 446. lib. 3. ¶ Inuestitura vsq; ad terti-
am generationem, comprehendit primi re-
ceptoris personam, neq; vltra nepotem ex-
tenditur: *Viuius deciſ. 499. lib. 3.* ¶ Feudum
an in monasterium transeat, *Tapiani Auth. in-*
greßi decl. ſua c. 14. fol. 479 c. de SS Eccleſ.
An res Feudalis, à Nobili subinfeudari 120
poßit ciuitati, mediante precio, cuius Abbas
& monasteriū est Dominus directus: Dico
quòd non. I. Quia vasallus nō mediāte pre-
cio feudum totum vel eius partem alteri
concedit, mediante precio vel pecunia nul-
liter concedit, *c. vnico, per quos fiat inueſt. Mo-*
lin. in conſuet. Pariſ. §. 35. nu. 16. c. 1. nu. 1. pr.
verſ. validis, & ibi Dd. de prohib. feud. alien. per
Fridr. Ardiz. tit. qui. mod. feud. amittatur, ſub Rub.
col. vn. precio dato. præpoſitus. Zaſ. in Epitome feu-
dali, p. 9. num. 15. Mynſing. cent. 1. obſeruat. 62.
Aluar. tract. feud. p. 8. c. 2. n. 15. Borch. de feud.
parte 8. n. 50. II. Quia mediante precio sub-
infeudatio facta, non censetur bona fide fa-
cta: *c. imperialem, §. callidis. de prohibiti. feud.*
alien. per Frid. arg. l. 1. in pr. C. de calum. Molin.
in conſuetud. pariſ. §. 35. num. 16. Mynſing. cent.
1. obſer. 62. vbi callidam machinationem, de
qua in hoc argumento loquuntur, eam di-
cit esse, qua sub colore inuestituræ, & infeu-
dationis prætextu, accepto precio, feudum
in alium transfertur.
Inter alia autem requisita subinfeudati- 121
onis & hoc est, vt bona fide sincerè & sine
vlla fraude fiat, *c. 1. §. ſed etiam res, & ibi*
Dd. per quos fiat inueſt. c. 1. §. rurſus de inueſtitu-
ra feudi cont. c. 1. §. beneficium ſi de feud. dec.
controuerſ. in dom. & agn. vaſ. c. 1. §. ſimiliter
de leg. c. contr. c. 1. §. 1. quant. olim. feuda pot.
alien. Mynſing. de obſeruat. 62. Ergo III. Ta-
lis subinfeudatio non valet, si fiat ei, qui
cum subinfeudante non est paris conditi-
onis.

onis. *Mynsinge. d. l. c.* ¶ Nam nec ipse prælatus hoc potest, vt: res Ecclesiæ etiam infeudari solitas, rursum in feudum concedere non potest ei, qui est alterius conditionis & status.

122 Ideoq; si feudũ ab initio fuerit concessum personis singularibus, non permittitur prælato de feudo Ecclesiæ aperto inuestire ciuitates aut Ecclesias: *Curt. tr. feud. 1. p. 2. part. princ. quæstio. 9. Zas. in Epitome feudorum, p. 5. num. 6.* neque mutare antiquas inuestituras, vel ijs noua pacta adijcere, præsertim in duriorem causam Ecclesiæ, *arg. c. 1. §. profecto, & ibi Bald. Aluarot. Præp. c. 1. qui feud. dare poß. Zas. vbi supr.* Episcopi enim & præsides Ecclesiarum, non etiam post mortem suam rerum gerendarum habent administrationem: *c. fin. 12. q. 1. & 2. de donat. Innoc. in c. 1. de maior. & obed.* Non itaque falcem veluti in messem mittentes alienam, successoribus præiudicare poterunt. ¶ Filia hæres instituta, in bonorum feudalium possessionem mitti debet. licet agnatus proximior offerat, se probaturum in continenti. ipsam esse eiusmodi bonorum incapacem. *Viuius dec. 409. lib. 3.*

De Feudi amißione vel priuatione.

123 PRopter quas causas feudum amittatur, habetur & notatur, *in titulo quæ fuit prima causa beneficij amittendi: & in tit. quibus caus. feud. amitta. de prohibi. feudi alie. per Freder. in vsibus feudo.* ¶ Textus enumerant causas, & feudistæ ibidem eas pulcherrimè declarant: Duarenus, *in commen. feud. cap. 14.* aliquas causas enumeratas declarat: *de quibus vide. Adde titulum, & ibi notata Dd. quo tempore miles. ibi (amittit Vasallus feudum, quia per annum & diem stetit, & non petijt inuestituram, fidelitatem pollicendo,)* & hoc etiam in Iure Saxonico est dispositum, *prout est text. & ibi gloss. cap. 22. Lehnrecht. ibi (Wo er aber seine Lehne nicht sucht in obgemelter Frist: puta in Iahr vnd Tag: ist er seiner Lehns Gerechtigkeit verfallen. es Were dann sache. es hette der Lehnmann Ehehaffte, oder sonsten erhebliche Vrsachen fürzuwenden.)* quæ impedimenta & causæ enumerantur per Aluo. & alios, *in d. titulo, quo tempore miles: & habentur in Articul. 7. lib. 2. Landrecht.* Et de aliquibus causis, propter quas quis feudum amittat, consuluit VVesenbec. *in consi. 57. par. 2.*

124 Sed intelligitur de feudo, propriam naturam feudi habente, secus in feudo degenerante: *prout apparet ex titulo, & ibidem ex commentarijs feudistarum: de feudo non haben. pro. natu. feudi. & dixit Aluorot. in præludijs feudorum 3. distinctione feudorum.* ¶ De modo inuestiendi & adhibendi testes, quibus inuestitura debet probari, notat Duarenus, *in d. commen. cap. 7.* ¶ Adde, feudatarius per biduum vel triduum non soluens annuam pensionem, quam soluere debet domino feudi, priuatur feudo: *tenet secundùm iura Iohannes de Arno. in singula suo 88. incip. habebam feudum.*

De causa amissionis propter feudi alienationem, notaui *suprà litera A. versi. de alienatione feudi.* Adde istis & alias causas amissionis feudi, notatas & explicatas per Ardizonem, *in summa sua iuris feuda.* Amittit quis feudum, si dominum interfecerit, insidiatus vitæ eius fuerit, morti vel mutilationi causam dederit, ei maledixerit, vel infaustas voces contra ipsum iactauerit, *cap. 55.* Amittit, si fratrem proprium, vel filium fratris occidat: *cap. 56.* Vasallus conuasallum occidens an feudum amittat, (*Non amittit quemadmodũ si fratrem domini interfecerit, nisi proditoriè id fecerit,*) *cap. 57.* Si Vasallus Vasalli dominum antiquiorem offenderit, (*Si à domino suo deductus ad dominum antiquiorem, satisfacere nolit, feudum suum amittit: Sin dominus immediatus eum deducere nolit, & ipse & vasallus delinquens feudum amittit.*) *cap. 58.* Si filius Vasalli dominum offenderit. Vasallo mortuo filius feudum amittit, (*Si videlicet non veniat ad satisfactionem,*) *cap. 59.* 125

Si filius repellatur, an nepos ex eo admitti possit, (*Videtur admittendus, si conceptus sit tempore delicti: alij tamen non admittendum censent,*) *cap. 60.* Vasallus dominum feudi egentem non alens, an feudum amittat. (*Non cogitur alere,*) *cap. 61.* Vasallus si dominum inoffensum in prælio campestri dimiserit, an amittat feudum, (*Respondetur, quòd sic,*) *cap. 62.* Vasallus vniuersitatis non iuuans singularem hominem vniuersitatis vel rectorem, (*Non horum, sed ipsius vniuersitatis ratio habetur,*) *cap. 63.* & ibi vno delinquente de vniuersitate, an vniuersitas amittat feudum? dicit, quòd non. Si quis est vasallus plurimorum dominorum, vtrum omnes teneatur adiuuare: & si non adiuuat, an amittat feudum, (*Omnes tenetur adiuuare, si potest: aliàs antiquiorem adiuuet,*) *cap. 64.* Vasallus non cogitur adiuuare dominum, nisi iustum bellum moueat, *cap. 65.* Vtrùm Vasallus solum teneatur adiuuare dominum, & an de facto suo, & etiam de alieno, puta amicorum domini, pupillorum & adultorum, (*Respondetur, quòd sic.*) & contra quos, (*Non tantùm contra extraneos, sed etiam contra filios, & fratres, &c.*) *cap. 66.* 126

Vasal-

Vasallus si sit paratus seruire domino ad denunciationem, si non offerat, non amittit feudum. *cap. 67.* Quibus causis debeat Vasallus offerre seruitium domino, quamuis ei non sit denunciatum, *68.*

127 Quibus ex causis excusetur Vasallus à seruitijs præstandis domino suo, (*Videlicet propter ætatem, infirmitatem: quanquam tunc per substitutũ seruire debeat. Item non adiuuat dominus contra dominum antiquiorem, contra Imperatorem, contra patronũ, &c.*) *cap. 69.* Vtrũ Vasallus dominũ excommunicatum debeat adiuuare. *cap. 70.* & ibi quòd bannitum non cogatur adiuuare vel pro iniusta guerra, vel si cõtra Ecclesiam, Deum & sanctos suos aliquid moliatur: vel excusatur, si non possit facere sine incommodo magno, vel si possit facere, sed cum dedecore, vel famam lædit, vel pietatem, vel æstimationem, vel non sine periculo vitæ, *& de alijs ibi vide Ardiz. in d. cap. 70.*

128 Contra quos seruiat Domino, & an teneatur obedire domino, quòd contra ipsum seruiat? respondet, quòd non *cap. 71.* vtrùm Vasallus vel hæres eius feudum amittat, si ab hærede domini non petierit inuestiturã infra annum & diẽ, (*Amittit vtiq;*) & ex quibus causis excusetur, (*Propter inimicitias capitales, infantiam, bellum, pestẽ, aliasq; iustas causas, ob quas tutò dominum accedere, & ab ipso inuestituram petere non potest,*) *cap. 72.* ¶ Quid si duo contendant de hæreditate domini, an Vasallus ab vtroq; petere debeat inuestituram, *cap. 73.* (*ibi discussa quæstione, debet recipere inuestituram ab illo, qui obtinuit.* (*Prius propter incertitudinem à neutro tenetur petere.*)

129 Sed causa amissionis commissa, & postmodùm à domino inuestitus si fuerit, non agit ampliùs dominus ad priuationem, *cap. 74.* Vasallus nolens iurare, an feudum amittat, *cap. 75.* (*Amittit, nisi sit feudum, de quo non præstatur fidelitas, vel alia iusta causa eum excuset,*) Si dominus fecerit citari Vasallum per tres vices, & non venerit, an amittat feudũ, (*Affirmatur,*) *cap. 76.* vtrùm Vasallus feudum amittat, si non velit dare, & in scriptis consignare feudum, & possessionem feudi domino, (*Negatur, si tamen legitimè citatus contumax sit, possessio in dominum transfertur, vel contra vasallum in litem iurabitur,*) *cap. 77.* vtrùm Vasallus amittat feudum, si delator fuerit domini sui, *cap. 79. & ibi,* si magnam iacturam fecit domino in bonis suis. (*Ad vtramq; quæstionem affirmatiuè respondetur.*)

130 Vtrùm Vasallus amittat feudum, si cum inimicis domini contra se conspirauerit vel suam amicitiam cum inimicis suis copulauerit. *Ardizo in summa cap. 80. Menoch. consi. 102. vol. 1. per tot.* Si testimonium contra dominũ dixerit, eum accusauerit, vel in ius vocauerit, *cap. 81.* si dominam adulterauerit, *cap. 82.* etiam viduam domini sui, *cap. 83.* Item si adulterauerit matrem domini, *cap. 84.* vtrùm istis casibus conatus habeatur pro delicto consummato, *cap. 85.* Item amittit feudum, si turpiter cum vxore domini sui luserit, vel illam conuitijs seu contumelijs affecerit, *cap. 86.* Idem putat esse in concubina, quòd in vxore domini, *cap. 87.* Idem in sponsa, *cap. 88.* Neq; habetur ratio de consensu earum, *cap. 89.* Idem de filia domini virgine, *cap. 90.* (*Ibi idem de sorore domini sui virgine.*)

Amittit Vasallus feudum, si credentiam sibi iniunctam ad domini sui damnum manifestauerit, *cap. 91.* qualiter per refutationem domino factam, vel alijs, feudũ amittatur, *cap. 92.* quòd autem per refutationem redibit ad agnatos vel fratres, not. *in cap. 93.* 131

Item priuatur Vasallus feudo, propter liberorum superuenientiam, *argumen. l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* 132

Amittit feudum, si occasione proximi desertum habuerit, & infra annum postquã dominus cognouerit, non satisfecerit, si inordinatè beneficiũ tractauerit, & admonitus respuat: vel si latrones non repræsentauerit, cùm potuerit, & ei denunciatum fuerit, *cap. 93.*

Item amittit, si sciens feudum inficiatus fuerit: *vt in §. Vasallus, in tit. si de feud. Vasall. fuerit interpell.* nisi ante litis contestationẽ fuerit confessus. *Ardizo cap. 94. & ibi bona est materia de mendace & negante.* Itẽ Vasallus amittit feudũ, si non fecerit id, pro quo datũ est feudum, *cap. 95.* an possit seruitiũ præstare per alium, quò minùs amittat, (*Modò tale sit, quod per alium præstari possit,*) docuit *in cap. 96.* vtrùm amittat feudũ, si Clericus efficiatur, vel Monachus, vel aliàs religionẽ fuerit ingressus, (*Affirmatur,*) *cap. 97.* An amittat feudum, si totũ vel partẽ alienauerit, *cap. 98.* in cap seq. *99.* declaratur, de qua alienatione intelligendũ. (*Per quam scilicet dominium transfertur.*) Sed quatenus alienatorẽ ignorantia excuset, *cap. 100.* An feudi recuperatio faciat, quò minùs amittat. (*Negatur*) *cap. 101.* Vtrũ consensus sequens per ratificationẽ, ipsum excuset, (*Excusat,*) *cap. 102.* An sufficiat consensus proximioris. (*Vtriusq; domini consensum Aluar. requirit.*) Si Vasallus amittat feudum, ad primũ dominũ debet reuerti, (*Si ex consensu proximioris domini delinquat, aliàs adhuc reuertetur,*) *cap. 104.* An amittat feudũ, si agnati in alienationẽ non consenserint, (*Non amittit, sed eo mortuo agnati reuocare possunt,*) *cap. 105.* Et ibi, an consensus agnatorũ sit necessarius, vtrùm putentur consentire, si taceant per annum. (*Affirmatur,*) *cap. 107.* 133

Quatenus per pactũ vel refutationem partis vel totius, agnatus amittat successio- 134

nem, vel non, *cap. 108.* Vasallus quòd feudũ non amittat, propter alienationẽ agnato factam, docuit idem *Ardiz. cap. 109.* Item non amittit, si per pactũ possit alienare sinè domini consensu, *cap. 110.* Pignori an obligari possit, (*Negatur,*) *cap. 116.* vtrùm pignus iudiciale contrahi possit de feudo, vel etiã in causa iudicati, (*Non potest, nisi pro domino obligatus sit, vel in subsidium,*) *cap. 117.* Vtrùm concessione seruitutis Vasallus feudum amittat, (*Affirmatur,*) *cap. 118.* Vtrùm per contractum emphyteuticum, (*Affirmatur*) *cap. 119.* Vtrùm per locationem, (*Negatur, nisi fiat in fraudem alienationis,*) *cap. 120.*

135 Si Vasallus patiatur vsucapionem procedere & impleri, an amittat feudum: dicit, quòd sic. Ardizo *cap. 122.* Vtrùm omittendo possessionẽ tantùm amittat, (*Negatur*) *cap. 123.* ¶ De alijs feudi dispositionibus, vtrùm Vasallus possit iudicare pro anima? quòd non, respondet Ardizo, *in summa cap. 124.* Vtrùm vni ex filijs possit assignare, *cap. 125.* respon. quòd non. De feudo legando, *126.* De donando inter viuos, *127.* De precariò dando, *129.* De in dotẽ dando pro filia, *130.* De permutando feudo, *131.* De diuidendo, *132. & 133.* De litis æstimatione suscipienda à Vasallo, *134.* Et de compensando feudo, *cap. 135.*

136 Sed de modo conuincendi Vasallum de culpa vel delicto ad feudi priuationem, wie nemlich ein Manngerichte cum paribus curiæ zubestellen/ zuhalten/ der Lehnman darzu zu citiren, vñ von Gerichten zu Gerichten/ auff den Vngehorsam wider jne zu procediren, vñ jme sein Lehn zuuertheilen/ Was jn aber für not entschuldige/ mit was Antwort/ vñ in welchem habit oder Kleidung/ der Lehnman soll oder müsse erscheinen/ etiam cum procuratore conuasallo, wie er wetthafftig solches Falls werde/ vñ wie er ein Vrtheil wol straffen möge/ consuluit Henning. Göden, *in consi. pulcherrimo 29.* De processu contra rebelles Vasallos, *per cap. 65. 66. 67. & 68. Sächsischen LehnRecht. Et habes consilium post Specul. Saxó. inscriptũ von LehnRechte, wie dasselbige solle gehegt vnd gehalten werden.*

137 Et quòd sic isto casu controuersia terminetur coram paribus curiæ. Et qui dicantur pares curiæ, notatur & habetur per Aluaro. *& alios Feudistas, in tit. de controuers. feud. apud pares terminand. in vsibus feud.* ¶ Sed iudex in causis feudalibus, quòd quandoq; sit ordinarius, quandoq; pares, docuit Mynsi. *in suis obser. obs. 99. cent. 1.* (*Dictum infr. hac lit. cap. de foro. §. De foro competenti controuersiæ feudalis.*) ¶ An autẽ pares de nouo iurare teneantur, (*Non teneri, sed iuramentum fidelitatis sufficere, ex sententia Andr. de Isern. magis receptum esse dicit,*) quiq; pares censeantur, (*Qui habent feuda in eodem territorio, in quo feudum controuersum situm est.*) Mynsing. *in obseruat. 89. cent. 4.* VVesenb. *in consi. 9. in pr. par. 1.*

Reconuentio an corã paribus curiæ locum habeat: (*Habere locum, quia iudices ordinarij sint, iurisdictionem à lege habentes, Geyl. tradidit 1. obs. pract. 1. n. 57.*) Sed consuetudo an valeat, quòd dominus solus habeat electionem pariũ, (*Non valere huiusmodi consuetudinẽ, post alios Zasij est sententia, approbata à Camerâ Imperiali,*) vide Geyl. *in obs. 34. lib. 2.* ¶ Et nota, quòd Vasallus non amittit possessionem feudi, nisi per sententiã priuationis. *Geyl. in obs. 51 lib. 2.* Et qualiter conuincatur Vasallus, consuluit Dec. *in consi. 23. in prin. vol. 1. & ibi de feudis multa bona.* Imò iura disponunt, vt legitimè Vasallus conuincatur, non minùs quàm per quinq; testes, summæ atq; integræ opinionis, & manifestè: *text. & ibi Dd. tit. quot testes sunt necessarij ad probandam feudi ingratitudinem. Sed de isto titulo, vide Men. in consi. 101. volu. 1. num. 65. ibi vult declarare, quatenus habeat locum.* 138

Et in hac materia non est prætereundũ, 139
quin singulariter notetur, das der Proceß in Lehns Sachen/ so zwischen dem Lehnherrn vnd dem Lehnmann gehalten/ sölle im Churfürstenthumb Sachsen/ nach Keyser Rechte/ vnd nit nach Sächsischen Rechten gerichtet werden/ vñ das in dem Fall die disposition Sächsischen Rechtens auffgehaben/ habetur in Const. *Art. 27. part. 1.* ¶ Tandẽ de iudicijs feudalibus, de foro competenti, & de forma probationum feudaliũ, *vide Franc. Hotoman. in disputat. feudali, cap. 42. & 43.* ¶ De reuocatoria feudi noui actione, ob defectũ generationis, & non petitam inuestituram, vide VVes. *in consi. 9. par. 1.*

Vasallus feudo, ob non petitã inuesti- 140
turæ renouationẽ, infra annum & diẽ, est priuandus: à quo nec minores excusantur, licèt maiores moram purgare possint: *Viuius dec. 428. lib. 3.* ¶ Dotis causa Feudũ potest alienari. *Fridr. Milanensis dec. 7. n. 38. lib. 1.* ¶ Vasallus subditos suos crudeliter tractans, insolita aliaq; indebita ab eis exigendo seruitia, feudo venit priuandus. *Viuius. decis. 447. lib. 3.*

De recusatione inuestituræ Feudi.

SI Dominus recusauerit inuestire Vasallũ, 141
remedium Vasalli est, vt dominum reuerenter adeat, & petat, reuerentiã domini semper saluã: & si dominus perperam responderit, Vasallus vocabit curiam, id est, pares curiæ, & de domino cõqueratur, quæ quidem curia dominum similiter adibit, & ipsum salua reuerentia cõpellet, vt vel inuestiat, vel iudicio curiæ se submittat, allegaturus causas, cur ad inuestiturã teneri nõ velit.

quòd

quòd si id dominus recusauerit, implorabitur potestas maior, *vt in c. 1. §. si vero, de milite vasall. in vsibus feud.*

142 Habebit ergo Vasallus se erga dominum humiliter, ipsumque reuerenter & cum omni honestate accedat: *textus & feudi. in c. vn. tit. in quibus causis feudum amitta. in vsibus feudorum. & sic consuluit Henning. Göden in cons. 26. de negligentia petendi inuestituram, n. 3. vers. tertiò nota.* ¶ Vnd wie er das gesinnen der Lehne vnd anbieten seiner Mannschafft möge mit zwene deß Herrn Mannen gezeugen/ die es sahen/ das ers jm weigerte mit vnrechte/ vnd also das Gut möge besitzen auch ohne Dienst/ habetur *Art. 22. in textu. & gl. LehnRecht.*

143 Sed quæritur, an consuetudo valeat, vt solus dominus habeat electionem parium. *Geyl. notauit in obs. 34. lib. 2. obser. Came. Impe.* ¶ Nota: Vasalli felonia vel delictum commissum contra dominum feudi, an expiret morte domini: adeò quòd hæredes domini non possint illud opponere Vasallo, & eum priuare feudo, si dominus nihil dixerit in vita sua: *vide Hipp. de Marsi. in repe. l. vnicæ, C. de rap. virgi. mihi num. 63. & n. 67.* (*Nec hæredes domini vasallũ hoc nomine conuenire, nec ipse dominus hæredem vasalli ob delictum decessoris feudo regulariter priuare posse, ait Geyl. 2. obs. pract. 157. n. 5.*) & feudum, ex delicto in conuasallum commissum perditum, an apertum sit domino feudi, seu an accrescat fratribus vel agnatis, (*His accrescere vsq; ad quartum gradum, si quis fratrem suum interfecerit, constitutum est,*) habetur in Const. Elect. *Art. 27. part. 3.* decisum est, quòd accrescat isto casu. ¶ Vasallus quare dicatur Vasallus, quot habeat nomina, quis sit, & vnde dicatur, dixit Aluor. *in præludijs feud. mihi col. 18. vers. quæro septimò.*

144 Extensio à feudo ad emphiteusin quando fieri possit, vel non, *vide aliqua notabiliter dicta ab Alex. de Imo. in consi. suo 5. volu. 5. col. 2. & 3.* ¶ Nota: Bona feudalia seu emphyteutica, quæ transeunt in filium, vt filium: non computantur filio in legitimam iure naturæ debitã, nec in Trebellianicam, vel Falcidiam. *Hipp. de Marsi. in singula. suo 32. incip. bona feudalia.* ¶ Suprà notatum est, quòd Vasallus ex varijs causis feudũ perdat. sed quæritur, vtrùm propter delictum domini Vasallus priuetur feudo? dicas, quòd non: nam propter delictum domini feuda non confiscantur: imò feuda per ipsum concessa firma manent: & quod plus est, Vasalli ipsi efficiuntur Franci: *Hippo. in singula. suo 122. incip. Vasallus.*

145 Nota: feudum à patre simpliciter receptum, intelligitur receptum pro se, & filijs suis masculis: licèt in inuestitura de nullo hærede sit facta mentio. *Hipp. in sing. 160. incip. pater & filius, in fine.* ¶ De Laudemijs, debentur prò recognitione & inuestitura, in casu quando facta non est inuestitura: Et mortuo domino, quòd viuenti non debentur duæ, sed saltem vna, consuluit Henning. Göden, *in cons. suo feudali 25. & VVese.* (*Vterq; concludit, non duas, sed vnam tantùm laudemiam deberi,*) *in cons. 26. part. 1. ibi,* (*quòd de consuetudine originem Laudemiæ traxerint, Lehngeldt.*)

De successione in Feudo:

SVperiùs quædam tetigi, in vers. de feudi acquisitione. Sed nota, licèt regulariter ascendentes in feudo non succedunt descendentibus: quòd tamen in casu, quando in fauorem filiorum renunciauit pater feudo, & filij patre superstite moriantur: tunc ad patrem feudum redibit, *Mynsing. affirmat, in Camera determinatum, obs. 93. cent. 3.* 146

Et fratrum filij, an in stirpes, vel in capita succedant cũ patruo, in feudis, (*Cum patruo in stirpes succedũt, soli verò & sine patruo in capita, secundùm constitutionẽ Carolinam, etiam ad feuda in Camerã Imperiali productam,*) notauit idẽ *Mynsing. in obs. 94. cent. 3.* & ibi meminit de Carolina constitutione. Quòd ius repræsentationis fratrũ filijs cum patruo, habeat locum in feudo, ita quòd succedant in stirpes, vngeachtet wann auch die clausula nach rechter Sipzahl im Lehnbrieff gesetzt: conclusum est in Const. Elect. Sax. *Art. 29. par. 3.* 147

Sed quando fratrum filij soli extant, succedunt in capita: *consuluit VVesenb. in cons. 84. parte 2.* Et de iure repræsentationis cum patruis, *in consi. 83. ead. par. ibi in fine.* differentiam iuris Saxonici, die so in eim Lehnbrieff benant/ komen sämptlich/ es were dann die clausula vorhanden: Nach rechter Sipzahl/ quæ operatur vltra fratrum filios, quòd succedant secundùm graduũ prærogatiuas: VVesenb. *in consi. 41. par. 1. Qui ibi consuluit de successione & diuisione feudali pulcherrimè.* Et formauit in isto consilio septem quæstiones. 148 149

1. Qua actione, quouè remedio agnatus simultaneè inuestitus, ab alio agnato rem feudalem prius occupante, successionem suam feudalem possit petere: (*Petitioni hæreditatis locum esse, VVesenb. concludit,*) *à num. 1. vsque ad nu. 15.* 2. An etiam pendente lite sequestrationem possessionis petere & impetrare queat: (*Semel adeptus possessionem vacantem rei feudalis velut successor feudalis, ab ea per sequestrationẽ ante cognitionẽ causæ non est deijciendus: secus si adhuc neuter in possessione esset, & vtriusq; iura in obscuro sint. Potest tamen cautio de bonis possessis non minuendis, item descriptio seu inuentarium bonorum possessorum peti.*) *à numer. 15. vsque ad num. 38.* 3. Vbi petendum, & quo in foro competenti hanc actionem proponi oporteat. (*Actio hæc coram domino feudi, & in eius curiã feudali instituenda est, adeò, vt si plu-*

res, *ijsq́ separati domini feudorum diuersorum sint, coràm singulis agendum sit, cum nulla hic subsit connexitas seu continentia causarum.*) *à num. 39. vsque ad num. 54.* 4. Intra quod tempus ea proponi actio debeat, (*Etsi 30. annis hæc actio institui poßit, nec tempus inuestituram petendi curtat illi, qui de iure suo certus non est: tutius tamen erit intra annum & diem eam petere.*) *à num. 55. vsque ad num. 66.* 5. Quis sit sperandus huius litis exitus, & quatenus aduersus agnatos occupantes simultaneè inuestitos, obtineri victoria, & ius successionis euinci possit, (*Ex tenore inuestituræ id colligendum erit: Simultanei tamen inuestiti pariter succedant, non obstante scripturæ ordine, aut gradus prærogatiuâ nisi aliud expresse cautum sit. Idq́ Iure Saxonico dubio omni caret, cùm notum sit, ita quotidie iudicari & practicari,*) *à num. 67. vsq́ ad num. 137.* Ibi habes materiam inuestituræ bene traditam. 6. In quotam partem agnatus agens, ab agnato conuento, sit ad successionem admittendus, ex simultanea inuestitura, (*In dubio simultanea inuestitura paritatem successionis tribuit,*) *à num. 138. vsq́ ad num. 160.* 7. An inter se prætermissa lite, absque domini vel aliorum consensu, diuidere, transigere, alienare, vel subinfeudare queant, (*Respondetur, quòd sic, agnatis inter se hæc licere: iure tamen Saxonum simultaneam inuestituram subsequi necesse est, vt ius successionis mutuæ conseruetur,*) *à num. 161. vsq́ ad finem.*

150 In successione feudi antiqui & noui, notauit, quædam Geyl. *in obser. 49. & 50. lib. 2.* Et ibidem principaliter quæritur, an feudũ antiquum vt nouum possit concedi, (*Non potest sine agnatorum omnium consensu, cùm solitus inuestituræ tenor mutari non possit, vt latè notauit VVesenb. d. consil. 41. part. 1.*) & econtrà, feudum nouum an possit concedi vt antiquum. (*Respondetur, quòd sic, cuius rei multos insignes effectus Geyl. recenset.*) In isto casu autem, an nouum qualitatem antiqui sortiatur, & econtrà, antiquum noui, Mynsing. notat, *in obseruat. 84. cent. 4.* Sed in præcedenti obser. 83. idem tenet, quòd alteratio feudi paterni non præiudicet agnatis: nisi ipsorum consensu sit facta, vel subsecuta ratihabitio. Et feudi antiqui renouatio non facit ex antiquo nouum, sed antiquum remanet. *Mynsing. in obseruat. 94. cent. 2.*

151 Imò inuestituræ alteratio, inuestito non debet præiudicare in specie, in iure accrescendi: *consuluit Decianus in consi. 73. volum. 2. num. 35.* Et ibi vide bona, qualiter inuestitura veniat impugnanda. ¶ Imò nec pater per nouas conuentiones potest præiudicare filijs suis, in feudis antiquis, quamuis sint postea eius hæredes. *Baldus in terminis in c. 1. §. hoc quoque, in verſ. inuestire, de success. feudi. Et hoc per glossam ibi, in d. verbo inuestire,* consuluit Decianus, *in consi. 117. volum. 3.* Quia filius antiqua feuda non dicitur habere iure hæreditario à patre, sed beneficio & prouidentia concedentis, & ex pacto & contractu inuestituræ. *Decianus ibi in d. consil. numer. 35.* Plùs ampliat ibi, *num. 12.* quòd non possint filij priuari à patre feudo, etiam quòd relinquatur feudum agnatis remotioribus, neque vni filiorum alijs filijs relinquendo: sed ille filius & agnati proximiores possint reuocare.

Imò Vasallus quòd non possit disponere in feudo, etiam cõsentiente domino feudi, & etiamsi consentirent proximiores, & plures ex vlterioribus: quòd tamen quilibet agnatus, qui non consenserit, poterit reuocare, dicit, communem & indubitatam esse opinionem, Decianus *per alios Dd. ibidem in d. consi. 117. volum. 3. num. 13.* Et quòd neque filijs neque agnatis in hoc casu possit obesse causa præiudicandi, quia falsa, *num. 39.* Confirmatio domini, quia est subreptitia, *num. 53.* neque taciturnitas & patientia, *num. 62.* neque præscriptio, ob bonæ fidei & tituli defectum, *n. 65. 67. & 69.* 152

Frater quòd fratri non succedat in feudo nouo: nisi fuerit dictum expresſim in inuestitura, vt alter alteri succedat, *est text. & ibi gloss. fin. in c. 1. §. filia verò, de success. feud. in vsibus feudor.* & ibi Aluarot. notauit duo requisita, frater vt fratri succedat in feudo nouo. *tex. est & notant Dd. in c. 1. §. si duo fratres.* 153

De feudo Marchiæ, *Aluarot. in c. 1.* De beneficio fratris, *in pr. cum textu* dixit & tenuit ibidem cum quatuor fallentijs: in text. & secundùm Dd. inuenies, qualiter succedat in antiquo vel paterno: & disponit text. *in c. 1. De successio. frat. & in tit. de frat. de nouo benefi. inuesti.* 154

Ob Geistliche Personen/ Ordensherrn vnd Münche/ in Lehngütern succediren können: quòd Clerici & prælati possint, Monachi si monasticam vitam dereliquerint, habetur in Constit. Elect. *Arti. 18. parte 3.*

De controuersa possessione Feudi inter filium & agnatum, in iudicio appellationis Ducatus Megapolensis.

PVlcherrimè in istis terminis, consuluit VVesenbec. *in 1. consi. par. 1. ibi vtilißima determinat,* An in possessorio liceat appellare, *in prin. & ibi habentur bona ad impugnandum appellationem: n. 49.* consuluit, quòd possessio rei feudalis ex simultanea inuestitura, cõtinuetur in inuestitũ, etiã sine reali apprehensione: & ibi de alijs modis probãdi possessionẽ: *in n. 54.* & in seq. aliquot, inducit vtilissima, de priuilegio ducatus Megapolensis in succes- 155

succesione feudi fœminis cōncesso. Inue-
nies in isto consilio iucundissima, obliuioni
minimè tradenda.

De fœminarum successione in feudis,
consuluit pro & contra Menochius, *in cons. 1.*
lib. 1. num. 438. & in seqq.

De domino Feudi & Vasallo.

158 ARgumentum à liberto ad Vasallum, an
& quando procedat: dominū & Vasal-
lum reciproca fide obstrictos esse. Item do-
minus feudi si spoliat Vasallum, interdicto-
rum pœnis quòd teneatur. Sed an Vasallus
sine venia in ius vocet dominum impunè,
notauit Mynsing. *in obseruat. 91. & 92. (Con-*
traria in hoc extant præiudicia Cameræ Imperia-
lis.) cent. 4. ¶ De reciproca fide Vasalli &
domini feudi, dixit Geyl. *in obseruat. 34. lib. 2.*
Et ibi vult, quòd parietas sit inter dominum
feudi & Vasallum: sed remittit ibi ad casus
multos, qui patiuntur fallentias, quòd non
sit parietas.

157 De domino feudi & Vasallo, deq; feu-
dis, vide aliqua apud Decia. *in cons. 23. in prin.*
vol. 1. ¶ Nota: Vasallus meliorem quidem
conditionem feudi facere potest, deterio-
rem verò sine domini voluntate, vel eorum
agnatorum, ad quos per successionem per-
tinet, facere non potest: & ideò post mor-
tem Vasalli, ratione tertiæ vel quartæ ad mu-
lierem nihil pertinet, neq; pignus ex feudo
fieri potest: Ratio est, ne milites suis fructi-
bus carentes obire militiæ munus non pos-
sint: *lib. 2. tit. 55. in vsibus feudo. Prædicta haben-*
tur in tit. de inuestit. de re alie. facta, §. è contra-
rio. extendit text. Hotomannus, *in commen-*
tarijs suis ad verbum consultum, ad contractum
antichrisios & legis commissoriæ. ¶ Nota
in materia feudali, quòd feudum in pecunia
numerata consistere nō possit etiā ex pacto
partiū iuramento firmato: consuluit Schurf.
in cons. 11. cent. 1. & vide Henning. Göden in cons.
23. de success. in pecu. rei feud.

De Fictionibus.

DE Fictione legis super impossibili, no-
158 tat Barto. *in l. eadem, in prin. ff. de duobus*
reis. Duæ fictiones simul quando possint cō-
currere, & de differentia inter fictionem &
præsumptionem, vide aliqua apud Petrum
de Rauennatis, *in suo aureo alphabeto, lit. F. vers.*
fictio. Et quatenus plures fictiones possint
concurrere, docuit distinguendo Barto. *in l.*
si quis pro emptore, ff. de vsucapio. (Cùm sunt æquè
principales, & si ex eodem fonte deriuentur, non con-
currunt: si ex diuersis concurrunt duæ fictiones: Cæ-
terùm si vna per consequentiam venit ad aliam, con-
currere possunt.)

Fictio in casu ficto idem operatur, quod
159 veritas in casu vero, Pruck. *rub. quæ sint regal.*
c. 4. n. 10. Vide Euerb. in loco à vi fictionis.

¶ Fictum non plus debet operari, quàm ve-
rum: *Coler. p. 2. c. 1. nu. 66.* & verbum, vide-
tur, intelligitur, regulariter importat fictio-
nem: Quàm sepissimè denotent proprie-
tatem, *Coler. ibid. n. 67.* ¶ Fictio legis nun-
quam habet locum, nisi subsit res vel perso-
na, cum qua fingere possit, *idem p. 2. c. 3. n. 397.*
¶ Homo fingere potest absq; alterius præ-
iudicio: *arg. l. in confeßione, de interrog. act. l.*
quicunq; in præf. C. de omni agr. desert. lib. 11. &
plura refert Prudens de analog. lib. 1. c. 27. n. 10.
¶ Fictio est super certo: præsumtio super
dubio: *Reg. de protest. rubr. 1. §. 6. n. 18.* Fictio
est contra veritatem, quæ fuit vel est possibi-
lis à iure vel natura, *ibid. n. 19.* fictiones iuris
maximæ approbantur: non sic semper fi-
ctiones hominum à Philosophis probatæ,
num. 20. ¶ Fictionis & præsumptionis
differentias & conuenientias, vide in Me-
noch. *de præsumt. lib. 1. c. 8. & 9.* ibid. an pos-
sint concurrere.

Definitionem fictionis, & omnem ma- 160
teriam, *vide per Bart. in l. si quis pro emptore, ff.*
de vsucap. ¶ Fictio non habet locum, vbi
veritas non haberet, *§. minorem, Inst. de A-*
dopt. l. adoptio, ff. eod. ¶ Fictio intentionis est
fictio operis, & simulatio ex caussa honesta:
& si quis fingit se monachum, vt stupret mo-
nialem, cogitur postea permanere mona-
chus: *vide c. quod interrogasti, & ibi pulcra gl. 27.*
dist. & pulcerrimè Bart. Brixien. in q. Dominicali,
q. 81. ¶ Fictio fit semper super re certa: præ-
sumptio verò super re dubia & incerta: *gl.*
in l. vnica, §. accedit, in verb. præsumatur, C. de rei
vxor. act. quam allegat Alex. in l. 1. in pen. col. in
princ. C. qui admitt. ¶ Fictio fundatur super
æquitate, *l. posthumum, de capt. §. si ab hosti-*
bus, Instit. quib. mod. patr. potest solu. Vbi iu-
ris fictio pro veritate habetur, *l. lege Cornelia,*
ff. de Testa. d. §. si ab hostibus.

De Fideiussoribus & Fideius-sionibus.

FIdeiussor is est, qui alienam obligatio- 161
nem in suam suscipit fidem, principali
tamen debitore remanente obligato: *Hostien.*
in summa tituli, ff. de fideiuss. Et dantur ad i-
stum finem, vt creditoribus meliùs sit cau-
tum: *Institu. de fideius. in prin. ibi Areti. & gloss.*
¶ Fideiussor in quantum differat à manda-
tore notat Hippo. de Marsi. *in repe. rub. ff.*
de fideius. mihi num. 6. In quantum à consti-
tutore, colligitur *ex l. nudo pacto, & l. per Epi-*
stolam, §. de constituto, ff. de actio. Et de materia
constituti, docuit Schneide. *in §. in personam,*
institu. de actionibus. Quid ab expromissore &
sponsore, collige ex Hippo. de Marsi. *in de.*
Rubri. de fideius. numero 4. & 5.

¶ Wann in einer Heuptverschreibung sich jhr viel zu einer Bürgschafft einlassen / mit den worten: Sämbtlich vnd sonderlich / einer vor alle / vnd alle vor einen / mit vngeschiedener Hand: quilibet tenetur insolidum: *vide suprà de Correis.*

162 Contrahitur fideiussio per stipulationem, id est, interrogationē & responsionē: & solis verbis fideiussor obligatur: *l. 5. §. satis acceptio, ff. de verbo. obliga.* Proinde inter absentes, per epistolam, aut nuncium ea obligatio non rectè contrahitur: *l. 1. ff. eo. titu. de verbo. obligat.* Zasius, *in l. stipulationum aliæ, §. stipulatio autem, ff. de verbo. obligatio. mihi num. 8. & in sequen.* similiter infert, quòd non nisi verbis & præsentia fideiussio contrahi possit: Sed excipit causam dotis, quæ promittitur pro paupere: nec vult intelligi in dote diuitum: allegat Bal. *in l. fi. C. ad Velleia.* excipit causam Ecclesiæ, & omnem Piam causam, fideiussores tutorū, & constitutū, nisi fauor publicus aduersetur, & aliud postulet. Fideiussores eiusmodi enim, dicit, si præsentes sint, & patiantur se nominari, & nomina in actis scribi, & non contradicant: tenentur, ac si stipulatio intercessisset, *allegat l. cum ostendimus, §. fina. ff. de fidei. tuto.*

163 Neq; refert, eodem sermone fideiussio fiat vel diuerso, puta græco vel alio: *l. blanditus, C. de fideius. l. græcè, ff. eo. tit.* & etiam consensus expressio, illi solùm cui fideiubetur, requiritur: non etiam sufficit, vt alij fiat: *l. fideiußor oblig. ff. hoc. tit. de fideius.* ¶ Quando autem quis scripserit, se fideiussisse, videntur omnia solenniter acta, *§. fin. instit. de fideiuss.*

164 Regulariter omnes, quibus stipulari permissum est, etiam fideiubere possunt, & econtrà: Qui enim antecedens non potest, nec consequens poterit: *Eberhardus in topicis legal. in loco ab antecedente.* Hæ autem personæ, quæ non possint stipulari, enumerantur *in tit. Institu. de inutili stipu.* ¶ Sed serui, licèt ad vtilitatem domini stipulari possint, tamen non possunt inscio domino pro alio fideiubere: nisi in causa peculij: *l. seruus inscio, ff. de fideius.* quia in peculio seruus moderator & arbiter est: *l. in re mandata, C. manda.*

165 Fœminæ etiam prohibentur fideiubere: *l. fœminæ, ff. de regul. iuris, & habes Authen. si qua mulier, C. ad S. C. Velleia. sed multi sparsim in corpore inueniuntur casus, in quibus cessat ista authentica.* ¶ Et in omnibus obligationibus assumi potest fideiussor: *§. in omnibus. institu. de fideiuss.* etiam pro futura obligatione potest fideiussor intercedere, non tantùm pro præsenti: *text. est & ibi glossa in §. fideiussor, Instit. de fideiussoribus, & ibi Angel. Areti. & est textus apertus in l. si ita stipulatus à Seio, ff. de fideiuss.* ¶ Fideiussor vltra quantitatem promissam non tenetur: *l. 2. C. ad S C. Turpell.*

166 Potest etiam fideiussio fieri pro summa incerta, certificanda tamen calculis factis. Dicitur enim certa obligatio, cùm possit ex relato ad aliud verificari: *l. 4. §. si iudex, ff. de re iudic. l. penul. C. de sentent. quæ sine cert. quanti. proferunt. consuluit soluendo contraria, Decianus in consil. 72. volu. 2. num. 10. & 11.* ¶ Clericus vtrùm fideiussor esse possit, tractatur *in c. 1. ext. de fideius.* receptior opinio est, quòd Clericus pro laico fidem suam interponere nō possit, nisi in casu necessitatis: *glos. & tex. in c. te quidem 11. q. 1.* pro Ecclesia autem, vel pro alio Clerico, benè potest fideiubere: *c. peruenit ext. de fideius.* modò fideiussio clerici patrimonium non egrediatur, neque Ecclesiæ præiudicium aliquod afferat. *Archid. in c. statutum, de rescrip. in 6.* ¶ Et potest fideiussor obligari pro qualibet persona: tamen tantùm pro pupillo, furioso, vel prodigo, cum autoritate tutoris vel curatoris: *gloss. l. Marcellus, ff. de fideius.* & tum maximè, cum ex re ipsa obligatio descendit, *l. furiosus, ff. de actio.*

167 Sed in criminalibus, (*In leuioribus criminibus fideiussores se obligare possunt, non ad corporalem, sed pecuniariam tantùm pœnam.*) quatenus possit accedere fideiussor vel non, vide Angel. *de maleficijs in vers. pro quibus, & quilibet eorum Hippo. de Marsil. in repe. Rubr. ff. de fideius. mihi num. 210. vers. & ex supradictis, & num. 366. cum aliquibus sequentibus.* ¶ Sed nota regulariter, quòd non possit quis sub pœna corporali pro aliquo fideiubere, etiam de præsentando reum: quia nemo est dominus membrorum suorum: *l. nemo, ff. ad l. Aqui. Angel. in d. versi. in prin. & Hippo. de Marsi. in d. repe. rubricæ, ff. de fideiuss. nume. 206. quæstione 29. Idem Hippo. in l. infans, num. 16. ff. ad l Corne. de Sica.* Imò in tantum accedit fideiussor, quòd iudex nolens recipere idoneum fideiussorem, & retinens reum in carcere, in casu quo posset fideiussor relaxari, tenetur iniuriarum: *Angel. in d. versi. mihi num. 9.* So sagt auch das Sachsenrecht: wann die Klage auff handelung gebracht / oder mit vrtheilen gefrist wird / bis an den andern Tag / vmb einen gefangenen Mann: so soll man jhn zu Bürgen geben / er sey dann in der Handhafftigen That gefangen / *text. Arti. 9. lib. 2. Landrecht. Et declarat ibidem glossa 5. & vide ea quæ notaui infrà in litera R. vers. de relaxatione incarceratorum.*

168 Sed quæritur, quid sit faciendum, quando accusatus non potest habere fideiussores? & respondetur, quòd detineatur in carcere: *Angel. in d. versi. num. 16.* ¶ Et tandem pro meliori expeditione huius materię fideiussionis, vide Hippolytum *de Marsilijs, in repeti. rubricæ, ff. de fideiusso.* qui formauit in ista materia sexaginta quæstiones, illas eruditè examinauit, & fecit conclusiones. Et

apud

apud eundem Hippol. ibidem in prin. num. 8.
& in sequentibus, inuenies, in quibus casibus
fideiussori non competat beneficium ex-
cussionis, etiam licèt non renunciauerit:
quòd aliàs habet regulariter: iuxta Authen.
præsente, C. de fideius. in prin. de quo etiam decla-
rat aliqua Zasius in l. si seruum, §. sequitur, ff. de
verbo. oblig. mihi num. 13. & in sequen. & fallen.
vide apud D. Mynsing. in suis obseruat. obserua. 15.
centu. 2. VVesenbec. in consil. 10. parte 1. ibi (quo
casu fideiussores isto beneficio vti, & quibus replica-
tionibus creditores istud excludere possint.)

169 Quo casu etiam fideiussor possit agere,
antequàm soluat, vide casum apud Ioan. de
Arno. in singula. suo 81. incip. quotidie. ¶ De
beneficio diuisionis & cedendarum actio-
num, vide eundem Hippo. num. 27. 28. & 29.
Et tandem denuò remitto lectorem, ad di-
cti Hippoliti 60. quæstiones. ¶ Sed regu-
lariter fideiussio est transitoria ad hæredes:
fallit, quando in contrarium est consuetu-
do, vel quando actum est de surrogando a-
lio fideiussore in casum mortis. Elect. Saxon.
in Constit. Arti. 20. part. 2. VVesenbe. in consi. 14.
num. 85. par. 1.

170 Fideiussores quæ & quas expensas seu
sumptus à principali recipiant, notat Barto.
in consi. 82. incip. punctus quæstionis in 2. colum.
Et repetit saltem id quod soluere debuit,
non, quod sciens vel ignorantiâ iuris ductus
soluerit, & non debuit: VVesenbe. in cons. 72.
num. 13. parte 2.

Et fideiussores coram quo iudice conue-
niendi sint, vide apud D. Mynsinge. in suis obser-
uatio. obseru. 3. centu. 2. (Fideiussores in suo foro
171 conueniendi sunt, nisi renunciauerint: tunc enim
in foro contractus conueniri possunt.)
Fideiussor an possit agere contra debito-
rem ad liberationem, in specie quærit, & de-
clarauit Geyl. in obseruat. 29. lib. 2. obser. Cam.
Impe. (Regulariter fideiussor non habet actionem
contra debitorem, ante solutionem à se factam. fallit.
1. Si diu in obligatione steterit, quod arbitrio iudi-
cis permittitur, nisi esset conditionalis fideiussor, &
conditio nondum extiterit, veluti fideiussor cui-
ctionis. 2. Si debitor bona sua dilapidare cœperit:
quod tamen in modicâ dilapidatione non obtinet,
nec eâ, quæ ante fideiußionem contigit, nisi eam po-
stea continuauerit. 3. Si soluere iam condemna-
tus sit: & ideò, cum quis per instrumentum guaren-
tigiatum obligatus est, rectè agit. 4. Si ita cum
debitore conuenerit. 5. In studioso, qui ad aliam
vniuersitatem proficisci vult, hic enim rectè agit an-
te discessum. 6. Si animo nouandi quis fideiußit.
¶ Tempore solutionis prorogato debitori, non li-
beratur fideiussor: nisi ad certum tempus fideiußis-
set, & tempus causa limitandæ obligationis adie-
ctum sit, non autem causa solutionis: Geyl. 2. obser.
practic. 30. num. 11. Mynsing. cent. 6. obseru. 53.)

¶ Et tandem sententia lata contra prin-
cipalem, an possit exequi contra fideius-
sorem sine nouo processu, (Contra fideiusso-
rem de iudicato soluendo, potest, nisi personæ mu-
tatæ sint: contra fideiussorem contractus, non po-
test fieri excusatio sine nouo processu.) vide Myn-
singe. in obserua. 96. centu. 4.
Quæ fideiussor possit, contra fideiussio- 172
nis instrumentum, vel scripturam, oppone-
re, vide VVesenbecium, in consil. 14. parte 1,
consilio. De fideiussore indemnitatis, Za-
sium, in l. decem, ff. de verbo obliga. Et Hippo. de
Marsi. in d. Rubr. de fideius. num. 23. Et Alex. de
Imo. in cons. 32. volu. 4. Fideiussor quando
per nouationem (loquitur Decianus in eo con-
silio non de nouatione, quæ est modus tollendæ ob-
ligationis, sed de nouo contractu, & probat, non
teneri fideiussorem, si conductor vltra tempus in pri-
mâ locatione expressum, vel saltem tacitè compre-
hensum in conductione permanserit, quia sit no-
uus contractus.) censeatur liberatus, vel non,
vide Decianum, in cons. 72. vol. 2. & notaui in-
frà in lit. N. vers. de nouationibus.

Seb. Med. de conseru. poss. n. 309. Petr. Greg. 173
lib. 3. part. Iuris Can. tit. 11. ¶ Fideiussor quan-
do liberetur, Seb. Med. de nouat. p. 2. q. 1. fol. 92.
n. 51. vbi per diuersos casus. ¶ Fideiussor li-
beratur, quando obligatio alteratur, Seb.
Med. de conseru. poss. gloss. 2. p. 1. n. 3. 21. vbi limit.
4. fol. 517. ibid. de fideiuss. plura nu. præcedent. &
seqq. ¶ Qui tenetur dare fideiussores, libe-
ratur dando pignora, Seb. Med. d. lo. n. 348.
fol. 526. ¶ Et promittens aliquem facere
securum, tenetur solùm per stipulationem
promittere, non autem dare fideiussores &
pignora: Seb. Med. d. lo. n. 349. vbi 3. lim. &
declara. vlterius, vt ibi, & supr. verb. cautio.
Fideiussio sicut promissio & confessio, 174
sine causa extra iudicium nil valet: secus, si
in iudicio, vel si facta cum iuramento, Seb.
Med. d. lo. num. 259. ¶ Si ad fideiussorum
plurium aliquem venerit pecunia, is inter
eos primùm conueniend. Seb. Med. num.
371. fol. 530. ¶ Fideiussor liberatur mul-
tis modis: 5. refert Med d. lo. num. 371. fol. 530.
¶ Fideiussor, principali debitore mortuo,
ad solutionem faciendam rectè conueni-
tur: aduersus tamen defuncti hæredes actio-
ne, pro pecuniæ solutæ recuperatione, re-
seruata, Viuius decis. 485. lib. 3.

Quando plures ab initio æquè principa- 175
liter contrahunt, & se obligant in solidum,
& creditor eorum fidem in solidum sequi-
tur: & tunc respectu creditoris nullo mo-
do sunt fideiussores, Sed omnes principa-
les, etiamsi constet, quòd ad vnum tan-
tùm pecunia peruenerit: Caball. in addit. An-
tonij de Butr. cons. 41. Rom. cons. 114.

Habent

¶ Habent tamen ex noua constitutione beneficium diuisionis, si omnes vel plures sint præsentes vel soluendo, *Ibid.* Caball. aut verò primò contrahitur cũ vno in totum, deinde accedit ali⁹, qui se etiã obligat, & hic est verus fideiussor, ex quo non intercesit animo nouandi. & habet beneficium ordinis, *Auth. præsente, C. de fideiuss.* etiamsi se principalem constituerit debitorem.

Fideiussor promittens principaliter, vel in solidum pro principali, vbi merces debitoris vendendæ non essent, sufficientes ad soluendum, & satisfaciendum creditum, vnà cum cambijs & recambijs & expensis ex illis dependentibus, non intelligitur promisisse pro mercib. vendendis, deductis expensis & oneribus, factis in vecturis, proxenetis, datijs & gabellis, *Caualc. dec 51 p. 2. dec. 5.*

176 Fideiussor pro sorte certa, non intelligitur promisisse deductis expensis & oneribus, *& de materia hac latè d. decis. 51.* ¶ Promittens dare Fideiussorem, licèt non dederit facultatibus idoneum, promissioni satisfecisse videtur, modò possit aliàs fideiussor obligari, *Afin. de executio. §. b. c. 11. num. 2.*

177 Potest fideiussor soluto per ipsum debito sui principalis agere, etiam non cessis actionibus, *Viuius decis. 210, lib. 2.* & sententia lata contra principalem, potest executioni mandari contra fideiussorem de iudicatum soluendo, *ibid.* ¶ Quomodo fideiussores pro eo contribuere debent, quod deest de substantia debitoris. Et quomodo ad fideiussorum bona deueniendum, principalis bonis non sufficientibus, *Viuius decis. 379. lib. 2.*

De fideiussore qui reum sistere promisit, *vide Coler. latè p. 2. c. 3. num. 47. & seqq.* ibid. de fideiussore tam in ciuili, quàm criminali causa. Promittens aliquem repræsentare toties quoties, an liberetur facta bina præsentatione, *Gabriel. de malefic. concl. 15. Moll. lib. 2. semestr. c. 2.*

178 Fideiussor potest suscipere onus defensionis sui principalis, si non potest eum sistere in iudicio. Et fideiusio præstita sub pœna corporali, est nulla, *Viuius dec. 215. lib 2.* ¶ Fideiussori an liceat mercedem stipulari pro fideiussorio: *Couar. V. Resol. lib. 3. c. 2. n. 4.* ibid. an creditori aliquid liceat recipere à fideiussore, vt eum liberet.

Fideiussorem dare qui promisit volente eo quem promiserat fide iubere, dando alium æquè idoneum liberatur, *l. qui autem, §. 1. ff. de const. Pruck. §. soluta potestas eff. 6. vrt. contr. num. 52. fol 492.* Item creditor fideiussorem semel acceptum liberare, & æquè idoneum accipere non cogitur. *ibid. Prucken. n. 60. fol. 496. vide ibid. n. 73. fol. 502.* ¶ Molestari & vexari dicitur, cum quis cogitur inuenire fideiussores, quia hoc admodùm laboriosum & difficile existit, cum in practica Syndic. *cap. 4. num. 6.* & carcerati insuper dicuntur, qui sunt sub fideiussione legati, *num. 7.* & aurea catena ligatus dicitur, qui sub fideiussione manet, *num. 8. ibidem.*

Fideiussor an dicatur debitor, *vide Br. in l. 1. in fin. ff. Si cert. pet. & ibi latiss. Moderni.* 179
¶ Fideiussor pro maleficijs accedere non potest, *l. si à reo, §. illud quod vulgo, ff. de fideiuss.* ¶ Fideiusio fit cum stipulatione, *l. Blanditus, C. de fideiuss. l. 5. §. fatuacceptio, ff. de verb. oblig.* ¶ Fideiussores duplex habent beneficium: primum, quòd non conueniri possunt, nisi excusso principali, *Auth. præsente, C. de Fideiuss.* ¶ Quando tamen principalis est rixosus, & consuetus non soluere, potest ante excusionem fideiussor conueniri: vide Ias. *in §. item si quis in fraudem, n. 69. de Act.* vbi ponit alias limitationes ad hoc. Secundũ est beneficium Diui Adriani *quod habes in §. si plures. Inst. de fideiuss.* ¶ Fideiussor si quid pro principali soluit, habet actionem Mandati, vt illud ab eo consequatur, *§. exceptiones. Instit. de Replicat.* ¶ Fideiussori omnes Exceptiones competunt, quæ suo principali conueniunt, *l. omnes. ff. de Exception. d. §. Exceptionibus Inst. de Replic.* ¶ An pactum principalis noceat fideiussori, *vide Br. & Dd. in l. 3. §. si is pro quo. Quod quisque iur.* ¶ Fideiussor hodie non potest conueniri, nisi prius agatur contra principalem: *l. iure nostro, cum Auth. ibi, C. de Fideiuss.*

Fideiussor potest agere, vt liberetur à debitore, & is compelli potest, vt fideiussorem liberet per censuras Ecclesiasticas *c. constitutus, de fideiussor.* Hoc est verum, si soluit, *l. Lucius, ff. Mandati, vide Soc. in reg. 147. vide Hipp. in l. 1. §. præterea, num. 65. de qq. vide supr. in verb. Debitor.* 180

Qualitates principalis obligationis, in fideiussore omnes repetitæ censentur, *vide suprà in verb. accessorium.* ¶ Nota singulariter, quòd bona debitoris ipsi creditori sunt tacitè hypothecata (& hoc est verum, si debitor fideiussorem dederit) ita quòd potest vel personali, vel hypothecaria, vel vtraq; simul, ipse creditor agere, *tex. est in Auth. de Fideiuss. in §. sed neque. Ex quo text. hoc colligitur apertè:* Cùm enim ibi Imperator creditori dat agendi hypothecaria facultatem: Ergo videtur necessariò dedisse tacitam hypothecã: *Art. lib 2 de iurisdict. omn. iudic.* Nam nemo sine hypotheca hypothecaria agere potest. Cùm sine actione nemo experiatur, *l. si pupilli, §. videamus, de negot. gestis.* Quod tu nota singulariter: Quia circa hunc §. difficultas versatur: *vide etiam Apostillam per me ad d. §. scriptam, vide suprà in verb. Debitor.*

Ve

181 Vt sim pro te fideiussor, licitè pecuniam accipere possum, *ita Br. per illum text. in l. hoc iure, §. 1. in princ. ff. de donat.* ¶ Fideiussor potest accedere obligationi futuræ, & potest accipi ante obligationem rei: iudicium autem de futuris esse non potest, *l. non quemadmodum, ff. de iud.* ¶ An exceptio competens principali, competat etiam fideiussori, *vide Petr. q. 36.* ¶ Fideiussor Tyranni potest conueniri absq; excussione: & idem, quando aliter certum est, principalem non esse soluendo, vel non posse conueniri. Et an in pronunciatione, quæ fit ad deueniendum ad fideiussores, debeant ipsi citari, *vide Bart. in l. Decem, ff. de verb. oblig.* ¶ Fideiussor strictè obligatur, & facta prorogatione compromissi, non tenetur, quia nouum promissum dicitur, *Dec. cons. 93. vol. 1.* ¶ An sententia lata contra principalem, noceat fideiussori indistinctè, etiam eo non citato, *vide Alex. in l. sæpe, col. 4. de re iudic. ff.* ¶ Fideiussor qui pro certo tempore intercedit, facta prorogatione temporis inter partes principales, fideiussor liberatur: *ita not. Abb. post alios, in c. constitutus, in fin. de fideiuss. Et vide de hoc Io. Ferr. in Pract. in form. lib. contra plures reos debend. in fin. lib. fol. 135.* ¶ An autem per pactum fideiubendo poßit quis se ad pœnam corporalem obligare? Dic, quòd non: *& vide ad hoc Alex. in l. sæpe, in 4. col. ff. de re iudic.*

182 Fideiussor in caussa criminali accipi potest, *Cepol. cons. 25. in princ.* De fideiussore iudicio sisti. Cum quæritur, quanto tempore teneatur fideiussor, qui promisit iudicio sisti? Si tempus in fideiussione expressum est, id obseruari indubitati iuris est, *l. sancimus, & l. seq. C. de fideiuss.* At si fideiussor simpliciter & absq; expressione temporis promisit, tametsi Accurs. in hoc laboret multum in iam allegatis locis, & alibi: In hoc tamen dubio, clara & certa Bart. est sententia, qui distinguendo dicit: Quòd si Actor est diligens, & solicitus in persequendo litem, & eo casu fideiussor eatenus obligatus est, quatenus lis durat, hoc est, triennio, (hoc enim tempore instantia durat, *l. properandum, C. de iud.*) Si verò actor in prosequenda lite negligens fuerit, tunc fideiussor duorum mensium spatio liberatur: nisi in causa publica, vel in scriptis existat fideiussor, tum enim perpetuò obligatur. *Hæc est Bart. sententia in l. Græce, §. & post litem, ff. de fideiuss. & in l. si vero, ff. Qui satisdar. cog.* Quod nota: Si fideiussor de iudicio sisti, non sistat, quomodo & ad quid, & an ad interesse, & qualiter teneatur, & multa alia de materia: *vide plenè in Specul. in tit. de dol. & contum. §. restat videre, vers. sed quæritur an locum: vide etiam per Speculatorem, & ibi Bald. in addit. in Tit. de reo, in princ. statim.*

Fideiussor liberatur ab obligatione sistendi reum, mortuo ipso reo ante moram, siue sit mors naturalis, siue ciuilis: *l. si decesserit, ff qui satisdar. cog. & l. sed & si quis rei capitalis, in princ. ff. si quis cautio. vide de hoc latiß. suprà in verb. creditor.* ¶ Culpa Fideiussoris debitori non nocet: si sine culpa ab eo debitum exigeretur, non habet actionem mandati contra reum: *l. 3. §. si is pro quo vbi gl. ff. quod quisq; iur.* ¶ Culpa debitoris fideiussori nocet, non resistente eo, cum resistere posset: *gl. not. in d. §. si is pro quo, in verb. exceptionem, quam commendant, ibi Br. & Bl. vide Zas. in parat. eod. tt.* ¶ Fideiussor in omni casu & caussa debet dari idoneus, *l. 1. ff. in ius voc. vt eant. vbi pulcrè tractat Zas. in parat.* 183

De Fide & Fidefragis.

FRangenti fidem, fides frangetur eidem, *l. quæro, inter locatorem. ff. locati.* ¶ Et scias, quòd hæc regula est vera, nedum in simplici promissione, sed etiam in promissione iuramēto firmata. Nā si mihi promittis simpliciter quicquam, & ego propter illud promitto tibi dare decem, & huic promissioni appono iuramentum: si tu non seruas illam tuam promissionem simplicem, ego non teneor seruare tibi promissionem meam etiam iuratam. Hippo. de Marsi. *per iura in singu. suo 42.* ampliando per Barto. idem esse etiam in duabus promissionibus iuratis. Sed vide vnam limitationem, (*videlicet, quòd licèt transactio sit facta animo nouandi, & ex causa pignus datum sit: tamen non obseruatâ transactione non restituatur pignus*) per eundem *Hippo. in singu. suo 145. incip. frangenti.* 184

Et istius regulæ vide fallentias apud Bartho. Socin. *in regulis fallen. regula 193. fol. 403.* Mynsingerus docet *in obserua. 7. centu. 4.* faciendo distinctionem inter pacem, vel fidem perpetuam, & temporalem. (*In treugis temporalibus expectandum esse tempus finitarum induciarum docet: post quod vlcisci quis se poßit, & ne locus calumniæ sit, se priorem fidem fregisse.*) Vide. ¶ Et de fidefragis & profugis ex domini seruitijs, *vide Arti. 40. lib. 1. Landrecht.* In wie viel wege aber einer trewlos werde/ wie gegen einem Trewlosen zuuorfahren/ vnd warin er vortheilet werde/ traditur *in gloss. d. Arti. 40. lib. 1.* Et ad hunc versiculum adde de reciproca fidelitate Vasalli & domini feudi. Womit ein jeglicher wider seine Trewe handele oder nit/ notat. *Arti 78. lib. 3. Landrecht.* Et inuenies, *in tit. quæ fuit prima causa amittendi bene., & de feudo sine culpa non amitt. in vsibus feudo.* 185

Sed qualiter infidelitas vel alia ingratitudo probetur ad feudi priuationem, notant *tex. gloss. & Dd. ad tit. quot testes sint necessarij ad probandā feud. ingrat. in vsib. feud.* ¶ Promissio sub fide principis an iuramento cōparetur, vide Geyl. *in obs. 59. lib. 2. (respondetur, quòd sic.)* 186

Ac-

Accusatio fractæ pacis, an & quomodo in hæredem transeat, (*Si vel separatim, vel coniunctim actum sit ad restitutionem bonorum, transit: si ad pœnam banni tantum, non transit in hæredes actio fractæ pacis.*) vide Mynsing. *in obseru. 98. centu. 1.* Et an vno ex paciscentibus frangente inducias, cæteri quoque teneantur, & impunè offendi possint, notauit idem *Mynsing. in obseruat. 7. cent. 4.* (*non posse ante finitas inducias, vt æquiorem & saniorem sententiam, dominos assessores amplexos esse tradit.*)

187 De Fide seruanda nulla, *Pet. Premus de securit. promiss. & fide pub. quæst. 7. fol. 38. & seqq. Pet. Greg. Tholos. in Syntag. iur. lib. 21. c. 2. n. 8. vsq. ad f. vide constit. Leonis 19. tit. de pacto paterno, ex æquo filium hæredem futurum, §. neq. vero mendacium, Col. p. 4. c. 1. num. 186. & seqq.* ¶ Vbicunque agitur contra eum, qui fidem datam decepit, vel pacta & promissionem non seruauit, quòd potest contra eum iurari in litem, *Plot. de in lit. iur. §. 38. num. 2.* & fidem non seruans est in dolo, & incidit in crimen stellionatus, *n. 3. lim. vt n. 4.* & efficitur infamis fidem non seruans, *ibid.* & peccat mortaliter.

Cuiq; ex sua fide res respondere solet. *Ioh. Saresberiensis lib. 2. de nugis Curial. & vestig. Philos. c. 1.*

188 Fides hosti seruanda: *23. q. 1. noli, vide infr. in verb. hostis, & supr. in verb. dolus.* ¶ Aduersus hostem mentiri licet, & dolo vti: *l. 1. §. labio, ff. de dolo. Bonif. de vitell. in tit. de pœna mutantis sibi nomen.* ¶ Fidem fallere graue est, *l. 1. ff. de const. pec. & l. 1. ff. de pact.* ¶ Fidem frangenti, fides seruanda non est: *l. cum proponas, la. 2. C. de pact. l. si conuenerit ff. pro socio. c. peruenit, 2. de iureiur. in gl. in c. constitutis, de pœn. l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, vide Soc. in reg. 149. vbi limitat.* ¶ Hoc amplius esse verum, etiamsi ego tibi simpliciter quid promiserim, cùm tu iuramento mihi promisisses: si tu mihi non seruas, nec ego tibi seruare teneor: *vide Hipp. in sing. 42. vbi pulcerrimè loquitur.* Et nunquam potest quis mihi imputare, sibi promissa non seruari, quando ipse prior non seruauit, *d. l. quæro, §. inter locatorem ff. loc. l. cum proponas, la. 2. C. de pact.*

189 Et hæc regula habet locum in omni contractu etiam nominato, *vt notat. Bl. in l. inciuile, C. de rei vendicat. & probatur in l. si ita quis, §. Seia, ff. de verbor. obl. & in l. si conueniat, ff. pro Soc.* & dicit expressè Bal. *in c. 1. quando dominus prop. priuet. in vsib. feudor.* quòd ista natura est pœnarum, siue legalium, siue conuentionalium: quòd nisi petens pœnam, probat ex parte sua impleuisse contractum: repellitur à petitione pœnæ. Quia liquida debet esse caussa, vt pœna petatur: *allegat d. l. quæro, §. inter locatorem, & quod notatur in l. si non fuit, ff. de iureiur. vide Alex. in cons. 357. vol. 2. num. 4. visis & discussis, vide gl. & D d. in gl. fin. in l. cum mota, C. de Transact.* ¶ Et hoc etiam procedit, si ego tibi iuratam promissionem non seruarem. Quia nec tu mihi simplicem seruare teneris: *ita vide Hippo. in sing. suo 42.* Quæ omnia nota, ad multa, & præcipuè ad obligationes vasalli & Domini feudi. ¶ Fides est habenda peritis in artibus, *l. 2. C. de ponder. & aur. ill. lib. 10. l. cum proponas, C. de pact.*

Fidei præstatio, & iuramentum, à pari procedunt: & ergo fidei violator est periurus, sicut iuramenti: & non refert, si dicatur ad sancta Dei Euangelia, vel, promitto sub fide mea: *vide de hoc latè Felin. in c. 2. extr. de spons. col. 5. & pulcrè Ias. in §. item si quis postulante, Inst. de Act. & Abb. in c. ad aures extr. Quod metus caussa, vide infrà in verb. iuramentum.*

Licitum est, fraudi per fraudem resistere, 190 *l. cum pater, §. Titio, ff. de leg. 2. vide Alex. pulcrè in l. qui totam, ff. ad Trebell.* Fides plura significata habet, *de quibus est gl. in c. monet. 22. q. 1. in verb. neq. enim.* ¶ Bona fide quando aliquid fieri dicatur, *vide suprà in verb. rationem reddere, & infrà in verb. iudex, & in verb. Tutor.* ¶ De Fide publica, & saluo conductu, *vide in verb. iter.* ¶ Fides non est adhibenda multa promittenti, *l. non omnis, in fin. ff. de re iudic.* Vbi gl. notat, contra D d. qui maria & montes pollicentur, quia eis credendum non est. In hanc sententium eleganter dicit Nicol. Euerh. *in fin. procem. locorum legalium.* quòd scholaris diligens esse debeat, in videndo & diligenter ponderando allegationes iuris: nec sibi nec alteri cuicunque quidquam dicenti credat, sed videat, super quo dictum fundetur.

De Fideicommisso.

NOtaui *suprà in litera A. vers. de alienatione quadam, & primò de alienatione fideicommissi.* Alienationem autem esse contra naturam fideicommissi, dixit Decianus, *in cons. 52. nu. 5. vol. 1.* ¶ Sed permutatio quòd possit fieri adeò, quòd bona allodialia permutata veniant in restitutionem: ex Theorica: subrogatum sapit naturam subrogati, consuluit d. Decianus, *in d. cons. 52. num. 33. volum. 1.* 191

Fideicommissum qualiter inducatur, 192 (*sola testatoris mens sufficit, siue expressa sit, siue coniecturata: nam quælibet verba sufficiunt, ex quibus de mente testatoris constat.*) an ex prohibitione alienationis cum causa: quia voluit transire de hærede in hæredem perpetuò, (*respondetur, quòd sic.*) quòd in dubio non præsumatur, sed probari debeat: An necesse sit, vt fideicommissarius probet

probet grauatũ decessisse sine liberis. (*Satis probatum est, sine liberis quem decessisse, ex quo de contrario eius non constat: Quare probatio hæc non pertinet ad fideicommissarium, sed ad hæredẽ.*) Et tandẽ, quid requiratur, vt alicui fideicommissum præstetur, consuluit Dec. *in consi. 50. vol. 1. Et ibi num. 24.* an fideicommissum, & quando extendatur vltra quartam generationem. (*Regulariter non extenditur, nisi prohibitio sit facta, per verba vniuersalia & præcisa.*)

193 Ex quibus fideicommissum inducatur, latiùs consuluit d. Dec. *consi. 34. vol. 3. per totum. Ibi multa bona de testatoris mente & de familijs.* ¶ Pacto an possit fideicommissum induci: quòd sic, Decian. *consi. 73. vol. 3.* Et qualiter sufficienter probatum sit, quòd & quæ bona fideicommisso sint subiecta, (*Probatio hæc fit per confessionem aduersarij, per inuentarij descriptionem, &c.*) *Decian. consi. 76. volum. 3.*

194 Fideicommissum non agnitum, (*Purum transmittit, conditionale non transmittit, nisi alia testatoris voluntas appareat,*) vel cõditionale, an ad hæredes transmittatur, *Geyl. in obseruatio. 131. & 132. lib. 2.* Sed hæres fideicommisso grauatus, an fructus pendente conditione perceptos faciat suos, idem Geyl. *in obserua. 133. d. lib. 2.* (*Hæres ante moram non cogitur restituere fructus fideicommissi conditionalis: secus post moram, aut si specialiter eos restituere rogetur, aut testator dixerit, quantacunq; pecunia restituatur. Cogitur tamen eos imputare in falcidiam & Trebellianicam, si ijs vti velit. Fallit hoc in liberis primi gradus, quia fructus ab his percepti non extenuant falcidiam, ex communi Dd. opinione: quæ procedit, etsi testator voluerit fructus in Trebellianicam computari. Non autem procedit in liberis secundi gradus. Sanè quo ad legitimam, indubitatum est, fructus in illam non computari. Geyl. d. obser. 133. & obseru. 135. num. 10.*) Et respondet Roland. à Valle, *in consil. 30. incip. omisso longo apparatu.* Et ibi, an expensæ pendente conditione fideicommissi, in rebus subiectis restitutioni fideicommissariæ ab hærede factæ, à fideicommissario repetantur: respondet distinguendo, quòd sic: si ad perpetuam vtilitatem sunt factæ: secus, si saltem ad vtilitatem temporalem. Et restituuntur, quatenus res tempore restitutionis reperitur meliorata.

195 De subintellecta in fideicommissis conditione, si sine liberis, (*Id verum, si descendentes instituti sint: secus, si collaterales.*) VVesenbe. *in consi. 94. par. 2.* Et ibi multa bona sunt de coniectura ta testatoris mente, & substitutionibus. Et de hac conditione, si sine liberis decesserit, quatenus intelligatur verificata, vide pulcherrima per Decianum, *in consi. 1. volum. 1. in consi. 103. volum. 2.* (*Conditionem hanc, si sine liberis, deficere si hæres relinquat tempore mortis suæ liberos, etsi ij postea moriantur, nisi simpliciter & indefinitè facta sit substitutio: itẽ si filii naturalis ei superstes sit, quæ communis est opinio: limitata 3. modis, docet Geyl. 2. obseruat. 136.*)

Et fideicommissum sub conditione, si sine liberis, an expiret existente vna filia: 196
quòd sic, consuluit d. Decianus, *in consi. 93. volum. 3.* Secus, si esset conditio, si sine filijs. ¶ De fideicommissi conditionalis transmissione, conditione etiam non existente, ex coniecturis statuenda, idem Decianus, *in consi. 88. volum. 2. num. 65.* ¶ Fideicommissum vniuersale an ex testamento nullo debeatur, Geyl. *in obseruat. 134. d. lib. 2.* (*Respondet, quòd sic, propterea auth. ex causa. C. de liber. præterit.*) *in seq. obseruatio. 135.* quærit, an prælegata, sub fideicommisso vniuersali cõprehendatur. (*Si præcedant institutionem, & fideicommissum est vniuersale, eo comprehenduntur: quod tamen fallit in dote prælegata, in fructibus medio tempore perceptis, in substitutione vulgari. Si sequantur, non comprehenduntur, vt est communis conclusio: nisi adeò magna sint, vt quasi totam hæreditatem absorbeant, vel mens testatoris ea restitui volentis appareat, vel grauamen verbis generalibus iniunctũ sit, vel extraneus filio hæreditatem restituere rogatus sit.*) ¶ Fideicommissum quando dicatur ordine successiuo inductum, præsertim inter copulatiuè coniunctos, (*Cùm videlicet testator nomine collectiuo vsus est, nec ad omnes æqualem affectionẽ habuit,*) & ibi de successione ordine successiuo fienda, consuluit Decianus, *in consi. 1. volum. 1. nu. 209. & in seqq. Ibiq; videbis de iure repræsentationis in fideicommissis, num. 345.*

De nepote, an repræsentet locum pa- 197
tris, (*Dicit communiorem opinionem esse, quòd etiam in fideicommissis filius intret in locum patris: maximè cùm agitur de successione alicuius ex ascendentibus, & filius cum alio concurrit, non omnino illum excludit.*) idem Decianus, *consi. 55. volum. 3. & ibi multa de iure repræsentationis, vide.* Et an deficiente linea masculina, succedant fœminarum liberi, idem Decianus, *consi. 103. volum. 2.* ¶ Antè donata, an comprehendantur in fideicommisso, vide Decianum, *in consi. 3. volum. 1. num 29. & in seqq.* (*Ex generalitate verborum ibi affirmatiuè respondet: fideicommissum enim in re filiofamilias donata constitui potest.*) An mobilia bona, pecuniæ & nomina? idem Decianus, *consi. 44. volum. 3. num. 82.* Sed quando fideicommissum per diuisionem vel alias videatur remissum, consuluit idem Decianus, *in consi. 3. volum. 1. num. 210. vsque ad finem. Et consi. 116. volum. 3. num. 11. & 16.*

De paterna & alia diuisione, quatenus 198
intelligatur per illam remissum, idem Decianus, *in consi. 41. volum. 1. num. 141. & in fine num. 151. & consi. 51. eod. vol. 1.*

In fideicommissis an filius sic intret in locum

locum patris cum patruo suo, sicut in alia successione, consuluit Decianus, *in consi. 28. volum. 1.* decidit, quòd sic: nisi de contraria voluntate testatoris appareat, *idem Decian. in consi. 9. volum. 2. & ibi de repræsentationis materia vide.*

199 Per priuatam scripturam an fideicommissum probetur, & de præsumptionibus pro fideicommisso, consuluit aliqua Decianus, *in consi. 33. numer. 76. & in seqq. item in consi. 41. volum. 1.* Et ibi multa bona induxit, de præsumenda mente testatoris, ad familiæ suæ conseruationem tendente.

200 Fideicommisso an possit renunciari, Decian. *in consi. 35. num. 103. volum. 1.* Et an fideicommissum censeatur remissum, eo ipso, quòd acceptat legatum, & per transactione, sine illis verbis, viso testamento, per transactionem & per insinuationem iuramento factam, consuluit (*Quod sic*) Decianus, *in consi. 59. volum. 2.* Tandem quando dicatur expirasse fideicommissum, idem Decian. *consil. 10. volum. 3. in prin.* Sed an confessio authoris, quòd duret fideicommissum, præiudicet successori, (*Non præiudicat, si constet de veritate in contrarium, quia confessio erronea, maximè in his quæ iuris sunt, non præiudicat.*) Decian. *ibidem num. 77. & in sequentibus.*

201 Ex fideicommisso detrahendum precium, quòd hæres grauatus liberauit bona hæreditaria, consuluit Decian. *in consil. 18. volum. 2. num. 18.*

Quid iuris de legitima, (*Hæc deducenda est, non tantùm ex fideicommisso vniuersali, sed etiam particulari: si non extent alia bona legitimæ æquiualentia ex quibus deduci possit.*) de dote, (*Et si onus iniunctum dotis dationem præcesserit: item etsi hæres legitimam & Trebellianicam post dotem acceptam consumpserit: item habet locũ non tantùm in vniuersali, sed etiam particulari fideicommisso, Auth. res quæ, C. comm. de legat.*) & melioramentis, (*Respondetur, quòd sic.*) ex fideicommisso detrahendis, vide eundem Decianum, *in d. consi. 18. à num. 19. vsque ad finem.* ¶ De legitima & Trebellianica detrahenda, *consil. 44. volum. 3. num. 85.* (*Vbi has tradit regulas. 1. Fideicommissarius contra confideicommissarium non detrahit Trebellianicam. 2. Trebellianica à testatore prohiberi potest, & prohibita non deducitur: quod tamen fallit in liberis primi gradus, quæ magis communis est opinio: quæ tamen ita limitatur, nisi duas quartas detrahere filius velit: nam detrahendo legitimam Trebellianicam, non deducit contra prohibitionem testatoris. 3. Qui duas quartas detrahere vult, saltem fructus perceptos computare debet in quartam. 4. Qui omittit confectionem inuentarij, non habet beneficium Trebellianicæ, etsi sit de liberis primi gradus: & hanc magis communem esse, testatur Decianus. Geyl. tamen 2. obseruat. pract. 138. negatiuam veriorem, æquitati & iuri magis consentaneam, nec ab ea in iudicando recedendum esse, & eam quoq; Cameram sequi, tradidit. 5. De fideicommisso, quod deuolutum est ad piam causam, non potest detrahi Trebellianica: vbi hanc communem esse, testatur.*) De deterioramentis & alienatis detrahendis, *numer. 94. Idem Decian. consil. 99. eod. volum. 3.*

Sed fideicommissum quatenus fideicommissarius illud debet capere de manu hæredis, & non capere propria authoritate, ita vt non perdat commodum fideicommissi, *Decian. in consi. 44. vol. 3. n. 100.*

Fideicommissi restitutio, an testamento rescisso, ex persona hæredis scripti vel legitimi, qui non ritè exhæres factus est, & hæreditatem sibi vindicauit, æstimanda sit. 202
Vaud. lib. 1. quæstion. 6. ¶ Si instituti hæredis fideicommissum sit factum, an præceptiones claræ in restitutionem hæreditatis eant. *Vaud. lib. 1. quæstion. 8.* ¶ Fideicommissum factum post mortem alicuius, intelligitur de morte naturali, & ideo ante mortem peti non potest, nec etiam valet fideicommissum relictum in voluntatem hæredis: *Viuius lib. 2. dec. 209.* ¶ Quòd in fideicommisso, filij in locum patris, ac nepotes vnà cum patruis, licèt in dispari reperiantur gradu, succedant: vbi ponuntur rationes & limitationes. *Viuius decis. 418. lib. 3.* ¶ Fideicommissum dicitur fauorabile, quando expressè factum est, vt bona conseruentur in familia: *Seb. Medic. de conseru. poss. num. 36. fol. 442.* aliâs est odiosum: & quando dicatur testator voluisse bona conseruari in familia.

Filia excluditur à fideicommisso, quo 203
liberi inter sese à testatore sunt grauati: stante statuto, ne vnà cum masculis fœmina succedat. *Friedr. Pruck. l. in multis, de statu hominum, pa. 1. num. 4. arti. 5. declara, vt ibi.* ¶ De transmissione fideicommissi conditionalis. *Menoch. lib. 2. centu. 2. c. 165.* ¶ Fideicommissum non transmittitur ad hæredes fideicommissarij: nisi apertè appareat aliud de mente testatoris. *Viuius decis. 300. lib. 2.* ¶ Fideicommissarius renunciare fideicommisso futuro potest: & quando sunt plures fideicommissarij, quomodo facienda sit renunciatio: & vtrùm vnus possit renunciare pro omnibus: & si potest fieri alienatio contra voluntatem testatoris prohibentis alienationem. *Viuius decis. 185. lib. 1.*

Fideicommisso quando per diuisionem 204
inter fratres censeatur renunciatum, & quibus

bus clausulis lat. & distinctè declaratur. *Caualc. decis. 36.* ¶ Vocatus per fideicommissum, post filios & descendentes, in infinitum & in perpetuum, non potest venire, donec est spes creationis descendentium immutabiliter. *ibid.* ¶ In fideicommissi restitutione quæ bona veniant. *Seb. Medic. de consi. poss. gloss. 2. p. 1. num. 48. & seqq. fol. 448.* ¶ De fideicommiss. alienatione, *vide 5. verb. alienatio.*

205 Fideicommissum dicitur deducto ære alieno. *Seb. Medic. ibid. num. 52. fol. 448. vbi 10. illationes vsq; ad. num. 58.* ¶ Dominium rerum per fideicommissum relictarū, quomodo conseruetur. *Seb. Medic. de conseru. poss. passim à princ. vsq; ad 75.* ¶ Fideicommissum petere volens, quæ debeat considerare: item quæ ille à quo petit. *Raudens. de Analog. lib. 1. c. 25. num. 3. & seq.* ¶ Fideicommissum conuentionale an valeat. *Raudens. de analog. lib. 1. c. 25. numer. 8. & seqq. latè.* ¶ Non potest fideicommissum constitui in contractu, neque per pactum induci, neque per consuetudinem. *Viuius decis. 186. lib. 1.* ¶ Fideicomissum conditionale, an & quando, & ad quos transmittatur. *Viuius dec. 398. lib. 2.*

206 Fideicommissarius quando possit propria authoritate possessionem bonorum accipere, *Decian. consi. 243. volum. 2. vt clamor reddatur.* ¶ In restitutione fideicommissi quando prælegata veniant, *Decian. consil. 254.* ¶ An per diuisionem remissum sit fideicommissum: & quibus coniecturis, & quando per diuisionem videatur remissum fideicommissum? *Decian. consi. 287. volum. 2. non excidit è memoria, & consi. 86. volum. 1.* ¶ Ex quibus verbis inducatur fideicommissum, & quando per diuisionem videatur remissum fideicommissum. *Decian. consi. 287. volum. 2. in ciuitate Placentina.* ¶ Quando res subiecta restitutioni alienari possit? quòd sit tutus emptor etiam veniente casu restitutionis: *Decian. consil. 323. volum. 2. cum sit quæstio.* ¶ An prælegata priùs facta, comprehendantur in fideicommisso, *vide Curt. consi. 13. fol. 85. colum. 4.*

De Filio & Filia.

207 QVomodo repræsentet patrem, & cum persona patris concurrat, vide consil. Pauli Castren. *162. & consi. Schurffij, 1. centu. 2. & Petr. de Rauenna. in aureo suo Alphabet. litera P. vers. primogenitus.* ¶ Quòd habeatur filius pro vna persona cum patre. Et an ille, vel agnatus possint repudiare hæreditatem, & retinere feudum, ne fortè teneatur ad debita vel onera hæreditaria, notat Aluarot. *post text. clarum in titulo an agnat. vel fil. repud. hæred. poss. & retin. feud. in c. si tanti. in vsibus feudo. consuluit Mynsinge. in 5. responso Decad. 1. num. 9. & in seqq.* (*Dictum supr. litera D. cap. de debitoribus hæreditarijs, §. Et huc refer quæstionem.*)

Iure Saxonico, im Churfürstenthumb Sachsen aber wirds gehalten/ daß der Sohn zugleich deß Vaters Erbe sein soll/ wann er im Lehne jhme folgen wil/ oder muß sich beydes zugleich verzeihen: & remota est distinctio de confectione inuentarij, in Constitut. Electo. *Arti. 47. par. 2.* Ex duobus Regis filijs, quorum alter ante adeptū à patre regnum, alter postea natus est, vter præferatur, vide *Hoto. Illust. quæst. 2.* 208

Nota: filiorum appellatione comprehenduntur masculi & fœminæ, *l. si ita scriptum, & ibi Bart. in prin. ff. de legat. 2.*

In quibus casibus tamen hoc sit verum, & locum habeat, notat Hippol. *de Marsil. in singula. suo 317. incip. filiorum appellatione.* Et vox filijs, posita in conditione ista: si sine filijs decesserint, an comprehendat etiam fœminam ad exclusionem substituti: secundùm mentem testatoris iudicandum esse, consuluit Decianus, *in consi. 1. volum. 2.* In isto consilio, vide multa bona in coniecturanda & expressa mente testatoris, cum velit filiorum appellatione comprehendi fœminas ad substitutorum exclusiones, idem Decian. *in consi. 74. volum. 4.* ¶ Sed nepotes in quantum veniant filiorum appellatione, *vide Alexand. de Imo. in consi. 17. volum. 5.* præcipuè in concessione feudi vel emphyteusis, Hippo. *de Marsi. in singula. suis 303. & 317. incip. filiorum.* 209

Quatenus in substitutionibus comprehendantur nepotes filiorum appellatione, quærit Decian. *in consi. 55. num. 28. volum. 2.* & respondet ibi, quòd non. Sed in fauorabilibus, & vbi mens testatoris colligi possit, quòd voluerit, vt bona remanerent in sua familia, & si excluderentur nepotes, quòd tunc deuenirent ad extraneam familiam, vel aliud sequeretur absurdum, quòd comprehendantur filiorum appellatione nepotes, consuluit soluendo contraria præmissa d. Decian. *in consi. 88. volum. 2. num. 54. & in sequentibus, idem consi. 47. vol. 3.* 210

Quid in feudalibus de Iure Saxon. *collige ex Arti. 21. LehnRecht, & ex gloss. vltima, circa medium Arti. 58. lib. 2. LandRecht.* ¶ Filius priuatur feudo propter delictum patris. Hanc regulam vide, cum septem fallentijs seu limitationibus, apud Petr. Duenna. *in fallentijs regula. iuris, regula 339. incip. filius priuatur. Nota.* 211

Filius sacerdotis non potest habere beneficia Ecclesiastica, nisi cum illo sit dispensatum,

ſatum, ab habente poteſtatem etiam ſpecialiter. *Hippo. de Marſi. in ſingula. ſuo 193. incip. Baſtar.*

212 Filius naturalis tantùm, vel inceſtuoſus, qualiter, quibus modis, & quando legitimetur, vel non, notauit d. Hippo. *de Marſi. quædam in ſingula. ſuo 21. incip. credo te ſcire.* ¶ Sed filius naturalis ex legitimatione per ſubſequens matrimonium, in quantū promoueri ad dignitates & honores, admitti ad beneficia, & ſuccedere tam in feudis quàm in hæreditatibus poſsit, inuenies vtiliſsima apud Petrum Duennatem, *in regulis fallentia. iuris, regula 143. ibidemq́; in limitationibus & ampliationib.*

213 Nota: filius non cogitur, vt filius, ſoluere debita patris, nec econtrà: *vt habetur in tex. tit. C. ne filius pro patre, & C. ad Macedonianum.* iſtud eſt regulare & naturale *l. penul. C. ne vxor pro marito.* niſi perceperit hæreditatem: quia tunc venit vt hæres, non vt filius, *Arti. 6. lib. 1.* Landtrecht. Et an valeat ſtatutum, vt filius mercatoris teneatur de debitis patris, vide Mynſinge. *in obſeruatio. ſuis obſeruatio. 29. centu. 1.* (*Hoc ſtatutum valere, Bald. ſcripſit: quod tamen ſatis durum eſſe, Mynſinge. ait.*) Et quæſtio in hac materia eſt vtilis, an creditores teneantur probare, filium eſſe hæredem patris, ad hoc, vt paterna debita conſequantur ab ipſo filio: reſpondet, quòd ſic, Mynſinge. *in 5. Reſponſo ſuo decadis 1. Reſponſorum, nu. 6.* Et declarat in iſto reſponſo, quatenus præſumatur cōtra, vel pro filio, quòd ſit hæres patris.

214 Sed filius an & quando (*Ex ſtatuto nimirum, ius retractus agnatis tribuente, etiam filius reuocare poteſt contractum.*) poſsit vendicare bona à patre alienata, non vt hæres, ſed tanquā agnatus, conſuluit Dec. *in conſi. 81. volum. 3.* ¶ Nota: Filius natus ex violento coitu, non dicitur ſpurius, quo ad matrem. *Hip. de Marſ. in rep. l. vnicæ, nu. 257. C. de rapt. virgi.* ¶ Filius an ius habeat in legitima, patre viuente: (*Nullum ius habere eum, verius eſſe dicit, eamq́; opinionem in iudicando in Camera imperij ſeruari.*) & qualiter Filius dicatur dominus, patre viuente, (*Non naturaliter, ſed intellectualiter & iuris fictione, ſeu κατ᾽ ἐλπίδα.*) declarat Mynſin. *in obſ. 25. cent. 4.* Ad filium, à patre mortuo, an continuetur poſſeſsio feudi, ſine apprehenſione reali, (*Non continuari, ſaniorem ſententiam & à Camera approbatam eſſe dicit.*) docuit Geyl. *in obſ. 152. lib. 2.*

215 Filia ſuppoſita non præſumitur, quam ambo parentes charam ſi habent: *l. 1. §. 3. ff. de quæſtionib. Alciat. 1. præſumpt. 29.* ¶ Filius regulariter à patre quòd debeat alimentari: ſed quo caſu poſsint alimenta denegari, notaui quædam, *ſuprà in litera A. verſ. de alimentis.* ¶ Filia meretrix an debeat à patre ali & dotari, & quid de filia per pœnitentiam emendata, vide Hippo. *de Marſi. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virginum, num. 20.* & vlteriùs eundem *Hippo. in Rubri. ff. de fideiuſſ. numer. 220.* An percipiat hæreditatem, colligitur (*Quòd ſic.*) ex *Artic. 5. lib. 1. LandRecht. ibi, ein Weib macht mit vnkeuſcheit.* ¶ De ſucceſsione filiorum & filiarum, habetur *in l. maximum vitium, C. de l. be. præte.* In Hergewette vnd Gerade filio debentur res expeditoriæ, filiæ vtenſilia, *Arti. 22. & Arti. 5. lib. 1. LandRecht.*

Filius natus in domo, præſumitur eſſe mariti, eſt regula: ſed vide eius ampliationes & fallentias, per Petrum Duenna. *in regulis fallentiarum iuris, regula 337. incip. filius natus.* Et hic cadit materia filiationis: qualiter probetur eius quaſi poſſeſsio, notat Bald. *in l. non ignoret, col. 1. C. de his qui accuſā. non poſſ. Hippo. de Marſi. in repe. Rubricæ, C. de proba. mihi num. 9. habetur in l. filium diffinimus, ff. de his qui ſint ſui vel alieni iuris.* 216

Quòd filius in matrimonio natus, legitimus, (*Idq́; fit fauore matrimonij & liberorum.*) non autem ſpurius eſſe cenſeatur: & ibi de probatione filiationis: (*Probatur præſumptione iuris hic allegata: quæ tamen admittit probationem in contrarium, eaq́; verior opinio eſt. Item probata quaſi poſſeſsione filiationis, quæ fit per nominationem & tractationem filialem.*) vide Geyl. *in obſeruat. 97. lib. 2.* Et de varijs modis probandi filiationem, ſeu quem eſſe alicuius filium naturalem legitimū vel adulterinum ſimul vel tantùm, ſeu quem penitùs non eſſe filium, conſuluit Decian. *in conſi. 1. volum. 3. à numer. 73. vſque ad num. 152.* & ibi bona quoque tractantur de legitimatione filiorum. ¶ Filius cui acquirat, habetur (*Diſtinguitur inter bona profectitia, & aduentitia; itemq́; inter conſtitutos in poteſtate patria, & emancipatos.*) *in titu. Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. & notatur in l. cùm oportet, C. de bonis quæ liberis.* 217

Filia nuptura promittens renunciare, & tamen non renunciauit: cui poſtea pater reliquerat per inſtitutionem certam ſummam: an mortuis parentibus poſsit ad ſupplementum legitimæ agere? & concluſum eſt in Camera, quòd ſic, teſtante Mynſing. *in obſeruat. 6. cent. 2.* Sic etiam filia dotata renuncians ſucceſsioni: ob læſionem enormem, poteſt petere in integrum reſtitutionem, *Geyl. in obſ. 147. lib. 2.* 218

Statutum vel generalis renunciatio filiæ recipientis dotem ſuam, quatenus impediat filiam, quòd non poſsit ſuppletionem petere: & quæ conſideranda ſint in iſtis caſibus, quòd à ſucceſsione excludatur, conſuluit Decian. *in conſi. 6. volu. 1. per totum.* 219

Ibi multa bona de dotationibus docuit, ita ne per illam euiscerentur familiæ & agnationes. Qualiter tamen loco legitimæ sit cõstituenda, ibi *per Decianum vide*.

220 Sed filia renuncians an faciat partem, (*Facere partem, communiorem esse sententiam, & secundum eam in parlamento Gratianopolitano, & in Camerâ Imp. pronunciatum esse ait,*) & cui accrescat ista pars, (*Hæredi videlicet, cui testator prouidere voluerit,*) not. Mynsing. *in obseru. 22. cent. 4.* ¶ Sed filia inscio vel inuito patre an sit dotanda, (*Teneri indistinctè, siue dotem sponso promiserit, siuè non: dummodo eum non indignum moribus elegerit: veriorem & magis communem opinionem esse ait,*) docuit Geyl. *in obserua. 95. lib. 2.*

221 Filij in conditione positi, quando ex coniecturis intelliguntur vocati, ad quam portionem vocati intelligantur, & quando censeantur inuicem substituti. *Viuius dec. 393. lib. 2.* ¶ Filia à patre dotata, & hæres vniuersalis in omnibus suis bonis, iuribus & actionibus instituta: videtur etiã in ipsa dote instituta: quæ si decedat sine liberis, ad patrem dotantem, eiusue successores reuertitur. *Viuius decis. 408. lib. 3.* ¶ Natus decimo mense, an censeatur esse primi vel secundi mariti. *Viuius dec. 461. lib. 3.*

222 De filiationis probatione, *vide Raudens. de analog. lib. 1. c. 24. num. 63.* ibid. quomodo consanguinitas probetur ex Mascardo, item descendentia, *vt num. 56. & seqq. & Afin. latiss. in praxi, p. 2. §. 1. & Menoch. lib. 2. cent. 1. casu 89. Caual. de testib. p. 2. num. 109. & multis seqq. fol. 81.* ¶ Mulier innupta pariens, & non probans filium esse alicuius certæ personæ, partum alere tenetur *Thessau. decis. 3. num. 4.* & quando stetur in hoc casu iuramento mulieris, *ibid.* ¶ In dubio quomodo probetur quis alicuius filius, ab ea quæ est deflorata. *Thessaur. d. loc. numer. 4. 5. 6.* ¶ Non potest præiudicari per patrem filijs in bonis, in quibus filij debent succedere: & filia, quæ renunciauit bonis paternis, non remouetur à successione fratrum. *Viuius decis. 211. lib. 2.*

223 Sapiens filius gloria est patris, *c. esto subiectus 96. dist. in fin.* ¶ Per filium pater nobilitatur, & scientia filij est laus patris, *§. generaliter, in Auth. constitutio, quæ de dignit.* ¶ Scientia filij lætitia est patris, *gloss. in l. sed Iulianus, §. fin. ff. ad Macedon.* ¶ Filius sæpe similis est patri, *glossa. in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiestat. gloss. in l. quod si nolit, ff. de Ædil. edict. vbi gloss. allegat hunc versum. Sæpe solet similis filius esse patris.* Cui ego addo similem versum de matre & filia quæ plerumque matri est similis: Et sequitur leuiter filia matris iter.

Filio semper bene prouidet pater, *l. cum quidam, ff. de hæred. instit. §. fin. qui test. tut. dare poss. l. fin. C. de cur. fur. vide pulcrum text. in l. si pater, C. de sponsal.* ¶ Filium plus diligit pater, quàm se ipsum, *l. isti quidem, §. fin. & ibi gloss. reddit rationem, ff. quod met. caus. & in l. videamus, ff. de in litem iurand.* ¶ Filij nomen dulce est parentibus, *l. liberorum, §. fin. ff. de verb. signifi.* ¶ Filiorum & parentum difficilis est separatio, *l. possessionum. C. communia vtriusq. iudic.*

Patris persona, semper sancta & honesta filio videri debet, *l. liberto, de obseru. libert. Idem in Magistro & patrono.* ¶ Viuente patre, filius est quasi Dominus bonorum patris: *§. fin autem Institut. de hæred. qualit. & differ. l. in suis, ff. de lib. & posthum. l. 1. §. largius, ff. de success. Edict. l. cum ratio, ff. de bon. damnat. vide gloss. in l. fin. C. de pactis, & gloss. in d. §. fin autem. Institut. de hæred. qualitat. & diff.* ¶ Patris & filij, censetur & fingitur vna esse persona, *l. fin. C. de impuber. l. cum scimus, C. de agric. & cens. lib. 11. text. est in Auth. de iureiur. à morien. præst. l. tam ex contractibus, ff. de iud. l. pater filio, ff. de minor. vide latè Hippol. in singula. 160.* ¶ Et vox patris censetur vox filij, & econtra, *§. ei qui tuo, Institut. de inut. stipulat.* 224

Et filius Regis Rex dicitur, & filij Imperatorum Augusti & Cæsares dicuntur: *vide de hoc Iason. in l. in suis ff. de lib. & posthum. & Goz. in l. qui se patris, C. vnde liberi.* Hinc dicimus, quòd filius est portio paterni corporis, *l. cum scimus, C. de Agric. & cens. ante fin. lib. 10.* Quæ portio licèt sit conuersa in nouum hominem, propter nouam & diuersam animam: negari tamen non potest, quin remanserit vera caro, & corpus patris: vide Paul. *de Castrens. in consi. 164. volum. 2. in 3. colum. numer. 9.* vbi concludit, quòd mortuo patre, in filio ipse adhuc realiter viuere dicatur: *vide ad præmissa Corneum in consi. 122. volum. 1. viso pacto & copia instrumenti.*

Hinc est, quòd contrahendo, non tam nobis, quàm hæredi nostro contrahere dicimur, *l. si pactum. ff. de probat.* ¶ Et promittens de facto suo tantùm, tenetur nihilominus de facto hæredis, & econtra: & sic dictio Tantùm exclusiua personas extraneas excludit, & non hæredes: *vide pulchrè Bertarchi in repertorio, in verbo promitto, nu. 30. fol. 102. & Alex. in l. stipulatio ista habere licere in princ. ff. de verb. oblig. fol. 28. colum. 2.* ¶ Et hæredes complectuntur in stipulatione defuncti, licèt nomen hæredis non exprimatur: *casus est in l. veteris, C. de contr. & committ. stipulat. text. est clarus in l. viam veritatis, C. locat. & in l. si pactum, ff. de probat. vide ad hanc materiam aliqua infr. in verb. Hæres.* 225

226 Multa pulcra & præclara, de arcta necessitudine inter patrẽ & filium: & quomodo pater pro filio absente, de capitali crimine accusato, audiri debeat, *vide Cepollam, consi. 54. vnus filiorum.* ¶ Filius qui commisit crimen, propter quod imponenda esset pœna vltimi supplicij, non debet morte puniri: si à patre iudici offeratur, sed aliàs mitius puniri debet: *text. est in l. milites agrum, §. desertorem ff. de re milit. per quem ita dicit Sal. in l. propter insidias, C. qui accusare non poss. Cepoll. in caut. 1. Ista refert Hippo. in l. 1. §. ad quæstionem in 6. colum. vers. vlterius nota ex isto text. ff. de qq. Quem omninò vide. quia multa pulcra ad hoc allegat. In additionibus ad Cepoll. allegatur consi. Paul. de Castrens. 236. in fin.*

227 Ad arctam necessitudinem patris & filij, & quòd in factis & actibus inter patrẽ & filium gestis, soli patri credatur. Nota primò, quòd licèt regula sit: Quòd filia incompetenter dotata, possit agere ad supplementum congruæ dotis: *vt per Bald. in l. fin. colum. 2. vers. Sed pone quod ista filia, C. de dot. promiss.* Et congrua dos dicitur vsque ad legitimam, secundùm opinionem communem; *de qua per Decian. consi. 89. volum. 1. fol. 99. colum. 2. in fin.* ¶ Hæc regula tamen fallit, quando filia fuit dotata à patre: quia hoc casu non potest dici incompetenter dotata, cùm pater ipse melius, quàm alius sciat capere consilium pro filia: *l. nec in ea, ff. de Adult.* ¶ Et quod visum fuit patri competens pro dote filiæ, alteri non debet videri incompetens: *vt pulcrè per Decian. in d. consi. in fin. quem vide secund. notab. ad hoc propositum.* Quòd furiosus & mente captus, is dicitur & probatur, quem pater pro furioso vel mente capto reputauit; *vt per Alex. in consi. 54. ad quæsitũ lib. 1. vide Dec. in consi 86. fol. 95. col. 4. in pr. vbi concordantias habes multas & elegantes.*

228 Filij an & quando fisco præferantur, *vide Decian. consi. 235. volum. 2.* ¶ An plus Ecclesiæ, quàm filijs sit fauendum, *vide Ias. pulcrè in l. licet, C. de pact. gloss. est de hoc in l. Papinianus, §. Si imperator, ff. de inoff. test. Hanc quæst. latè examinat Iaso. in d. l. licet.* ¶ Filium qui vult exhæredare, & Ecclesiam hæredem instituere, alium pro consilio quærat, quàm Augustinum: *c. fin. 17. q. 4. vide Iaso. in d. l. licet.* ¶ Filius in bonis paternis Deo præfertur: *d. c. fin. 17. q. 4 gloss. in l. Papinianus, §. si Imperator, de inoff. test. & gloss. in d. l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & Cler.* ¶ Filius quomodo tractari debeat à patre, *vide plenè per Bart. in l. quidam cum filium, ff. de verb. obl.* ¶ Filius quando patri tenetur obœdire, & quando non: & quando seruus domino, & ciuis Magistratui? *vide pulcram gl. in l. liber homo la. 2. ff. ad l. Aquil.*

229 Pater potest facere incarcerare inobœdientem filium, secundùm arbitrium & voluntatem suam: *l. si filius, C. de patr. potest.* Sic etiam vxorem marito castigare licet: *in Auth. vt liceat matri & auiæ, §. si quis autem propriam vxorem, vide Ang. in §. qui in potestate, nu. 7. Inst. de his qui sunt sui vel alieni iuris.* ¶ Patris crimẽ regulariter filio non nocet: *l. crimen, C. de pœn. & l. infans, C. eod.* Fallit in crimine læsæ Maiestatis: *l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. l. si quis patris, & ibi Hipp. ff. de falsis.* ¶ Pater iniuriam factam filio remittere potest. Quod nota pro statutis, quæ remittunt pœnam, habenti cõcordiam de offensa. Nam si filius offenditur, patris concordia sufficit. *Br. in l. in persona, ff. de pact. Ex quo text. & gl.* ibidem nota, Quòd pater habet actionem pro iniuria illata filio: & si filius remiserit illam iniuriam, nihilominus pater agere potest.

230 Qualiter filiatio probetur, *vide l. primam, §. ad quæstionem, ff. de qq. vbi latè & pulchrè Hip. de Marsi. Alex. in consi. 216. vol. 2. in princ. Dec. in consi. 321. vol. 2. in princ. nu. 1. Viso processu, vbi hoc plenius tractat & examinat.* ¶ Filiusfamilias in solidum obligatur ex omni contractu, sine consensu patris, præterquam in voto, & in mutuo: *l. tam ex contractib. ff. de iud. l. filiusfamilias ff. de act. & obl. vide Ias. in l. 1. §. huius studij, in vltim. col. ff. de iust. & iur. Ias. in l. 1. in princ. C. qui admitt. vbi alia allegat.* & cum effectu potest conueniri, *l. 3. §. vtrum, ff. de minoribus, vbi Bart. notat l. si quis rem, vbi gl. ff. de pollicitat.*

231 Filiorum appellatione an veniant Nepotes, *vide Ias. in l. de quibus, de LL. Br. in l. liberorum, de verb. signif. vide Alex. in consi. 37. vol. 6. per totum, vide Franc. Curt. consi. 5. fol. 72 col. 1.* ¶ Filiorum appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum: *l. 4. [illegible] vocan. §. fin. Inst. qui test. facer. possunt.* ¶ Filius verbũ, propter duram separationem porrigitur ad nepotes: *l. vxorem, §. concubinæ, de leg. 30. vbi limitatio est in Apostilla.* ¶ Et an liberorum appellatione veniant nepotes & pronepotes? & quomodo intelligi debeant illa verba, instituit fratrẽ & liberos eius, *vide Dec. consi. 258. vol. 2. visa petitione, eundem in consi. 253. volumine eodem proponitur.* ¶ An filiorum appellatione comprehendantur Nepotes, *vide latè Alex. consi. 37. vol. 6. vide aliqua supr. in v. Nepos.*

232 In odiosis appellatione filij non venit nepos: *l. fi. C. de nat. lib.* ¶ Illa conditio, si decesserit sine liberis, quomodo intelligatur, *vide Dec. consi. 270. vol. 2. Dominus.* ¶ Conditio illa, si decesserit sine liberis, relictis liberis expirat: *Dec. consi. 291. vol. 2. visis diligenter.* ¶ De conditione illa, si decesserit sine filijs masculis, an filij sint vocati ex testamento, *Dec. consi. 318. vol. 2. in causa istorum.* ¶ Quando filij cum patribus eodem tempore vocati sint, *Dec. consi. 29. vol. 2. visis.*

Pater

¶ Pater dissipans fideicommissum, cogitur filio existenti in potestate illud restituere, etiam ante conditionis euentum: *l. Imperator, vbi Bart. ad Trebell. Bart. in l. non autem, C. de bon. quæ lib.* ¶ Illa verba, sine filijs, intelliguntur etiam de fœminis: *vide Alex. in cons. 38. vol. 6. perspectis his.*

233 An si filia renunciauerit legitimæ, illa renunciatio porrigatur ad portionem illam, quæ in pœnam matris vel patris debetur, transeuntium ad secunda vota, *vide Dec. in cons. 206. vol. 2. quæritur an diuisio, vide eundem Dec. cons. 230. vol. 2. proponitur, quòd ex Petro.* ¶ Filia legato in hæreditate matris sibi facto, renunciare potest, & legitimam petere: *Dec. cons. 236. vol. 2. non parua.* ¶ De renunciatione filiæ facta in hereditate patris, quando trahatur ad hæreditatem fratris: & de materia, *Dec. cons. 266. vol. 2. ad exclusionem.* ¶ Filia quæ ab intestato excluditur, legitimam non petit: *Dec. cons. 296. vol. 2. ad Exclusionem, in casu proposito.* ¶ An feudum, & Emphyteusis computentur in legitimam: item an iocalia & paraphernalia, donata filiæ in legitimam imputentur: & an valeat talis donatio, *vide Alex. de Imol. in cons. 27. vol. 5. videretur.* ¶ An annuli, vestes & alia, quæ in quotidiano vsu veniunt, soluto matrimonio repeti possint: *vide Alex. cons. 42. vol. 5. in causa & lite, n. 16.* ¶ Legitima filijs debetur de iure naturæ: *c. si pater, de Testa. lib. 6. l. cum ratio, ff. de bon. damnat. l. 1. §. largius, ff. de success. ed. l. scripto. in fin. ff. vnde liberi.* ¶ De legitima, quæ hodie sit, *vide tex. in Auth. Nouissima. C. de inoff. test.*

234 Et cogitur filius esse contentus hac legitima, etiamsi pater extraneũ hæredẽ instituerit: *l. quoniam, & l. omni modo, C. de inoff. test.* ¶ An autem hæc legitima filiorum statuto possit tolli: & ita *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* possit derogari: *vide Dec. cons. 19. vol. 1.* Vel saltem minui legitima statuto possit: *vide Ferrariensem in pract. in for. libell. pro legato rei singul. fol. mihi 168. col. 2.* ¶ Communis tamen omnium est conclusio: Quòd statutum legitimã minuere potest. *vid. Curc. cons. 10. fol. 81. col. 4* vbi etiam dicit: Quòd statuto legitima in totum tolli potest, si adsit legitima causa. Pater tamen in testamento legitimam minuere non potest: *vide ibidem Curc. col. 2.* ¶ Filius ex eo, quòd sine consensu patris matrimonium contrahit, legitimam non perdit, nec alimentis priuari potest: (& in legitima inspicitur tempus mortis patris: & si est vnus filius, legitima est tertia pars omnium bonorum: *vide Dec. in cons. 231. vol. 2.*) nec filia dotẽ: *vide etiam latè d. Alex. in cons. 97. vol. 1.* ¶ An bona sint pro legitima obligata, *vide Dec. 235. vol. 2 in casu Magnifici Domini, n. 7. vbi hoc plenè discutitur, vide Dom. Carol. in l. 1. lect. vlt. de leg. 1. & eundem in l. in quartam circa materiam legitimæ ad l. Falcid.*

235 Practicam fraudandi filios legitimã, docet Dyn. *quem ibi refert Br. in l. hæreditarium, ff. de bon. aut. iud. possid.* vbi Br. Dy. reprehendit, & dicit, parentes hoc facere nõ debere, alias peccarent mortaliter. Fraudare filium legitima, est peccatum mortale: *Br. vbi suprà.* Filijs debetur legitima iure naturæ. *vid suprà eod. in in verb. Filius.* ¶ An, si pater amisit omnia bona in Ludo, filij possint illa reuocare, vsq; ad eorum legitimã, tanquam in fraudem alienata, *ponit Bl. in l. fin. ad fin. C. si quis in fraud. pa. & Bal. in Rub. de cond. ob turpem causam.*

236 Et an, si pater vendidit omnia bona dissipando: & filij petant, vt eis assignetur aliqua possessio patris pro eorum alimentis: an talis petitio de iure procedere possit, *Bl. in l. 2. C. si quid in fraud. patr. & ibi Sal. vide de hoc Ias. in §. item si quis in fraudem, n. 3. & 4. Inst. de Act.* ¶ Pater non cogitur præstare legitimam filio, se viuente: *Soc. in Reg. 285.* fallit, nisi pater dissiparet bona: *vide aliqua suprà ead. lit.* ¶ Filio condẽnato pro maleficio, an de legitima debeat fieri solutio, *vide Bart. in l. 1. §. impub. C. de coll.* ¶ Et an soluta in vita, computentur in legitimam, *vide Bart. in l. Stichus, de pec. leg.*

237 Stante statuto, Quòd extantibus masculis filiæ non succedunt: intelligitur, quòd nõ succedant, dummodò salua eis sit legitima, quæ statuto adimi nequit: *l. quam in priori, C. de inoff. test. ita Sal. in Auth. nouissima, C. de inoffic. Goz. in l. precibus, C. de impub. vide Dec. in cons. 19.* ¶ An stante illo statuto, legitimati excludant fœminas filias, *vide plenissimè hoc disputantem Ias. in l. si is, qui pro emptore col. 60. de vsucap.* ¶ Legitimæ quomodò renuncietur, *vide Goz. in l. 2. C. de pact. conu. fol. 6. col. 1.* ¶ Quando filius renunciauit omni legitimæ, & omni iuri debito iure naturæ, pro certa quantitate, quam confitetur se recepisse: an possit aliquid vltra petere, vel ratione legitimæ saltem, si facultates patris excreuerint, vel ratione successionis ab intestato, *vide Alex. in cons. 180. vol. 5. visis duob. instrumentis. & cons. seq.* Legitima debetur filio, etiam in bonis matris, *Car. in l. in quartam, Lect. 66. fol. 18. ad l. Falcid.* ¶ Statutum disponens, quòd existentibus masculis filiæ fœminæ non succedant, est inductum fauore agnationis & familiæ: *l. 1. §. pen. in verb. vt familiarium dignitas salua sit. Goz. in l. 1 Lect. 3. Si certum pet. Ias. in l. si is qui pro emptore col. 57. de vsucap.*

238 Ad legitimæ supplementum agitur, non obstante prohibitione testatoris: *Dec. cons. 228. vol. 2. in casu proposito, conclusione procedam.* ¶ De supplemento legitimæ, & an transeat ad hæredes, & de eius præscriptione, *Dec. cons. 303. vol. 2. in casu occurrenti. Ias. in l. emancipata, C. qui admitt.*

Quando filia possit agere ad supplementum legitimæ, & quanta sit legitima, *Dec. cons. 89. vol. 1.* ¶ An filius grauatus, possit detrahere legitimam & Trebellianicam, *Dec. cons. 236. vol. 2. Non parua difficultas, nu. 4. vbi pulcrè vide eundem in cons. 238. col. 2. proponitur, & eundem in cons. 243. eod. vol.* ¶ Legitimatus etiam detrahit legitimam & Trebellianicam, *Dec. cons. 257. vol. 2. Quæritur an legitimatus.* ¶ Legitima & Trebellianica, quando detrahi possint, *vide Dec. cons. 269. vol. 2. Consultus.* ¶ De fideicommisso detrahitur legitima & Trebellianica, *Dec. cons. 296. vol. 2. in caussa eundem in cons. 320. eod. vol. dum legerem.* ¶ Filij legitimati, an dicantur verè & propriè legitimi, ita quòd compræhendantur sub statuto loquente de filijs legitimis. *vide Ias. in l. cum acutißimè de fideiuss. Alex. in cons. 2. vol. 1. Ias. in l. cum filiusfamilias, ff. de leg. 1. vide infr. in verb. legitimare, adde latè Dec. cons. 258. vol. 2. in causa Domini.*

239 Pater qui habet legitimam administrationem in bonis filij, etiam sine decreto iudicis potest alienare bona immobilia eius: quia l. confidit de paterna pietate: *ita dixit Az. in summa, C. de bonis quæ liber. refert Dec. in l. pactum. quod dotali, C. de collat. in fin. vide eundem Dec. in cons. 209. vol. 2. in casu proposito.* ¶ Quæ sit legitima: & quod æstimatio legitimę debeat fieri deducto ęre alieno, & deducta impensa funeris. & in legitima debet considerari tempus mortis patris, quantū scilicet mortis tempore valuerit hæreditas: *Dec. cons. 89. vol. 1. viso puncto, in fin. cons. vbi pulcrè loquitur.* ¶ De legitima & de onere fideicōmissi, *Dec. cons. 81. vol. 1. vbi dicitur.* Quòd legitima in bonis testatoris, non in quantitate constitui debet. An valeat assignatio facta filijs per patrem in vita, *Dec. cons. 86. vol. 1.* ¶ Præteritio filij, qui habuit legitimam, non
240 vitiat testamentum. *vide ibid. Dec. in d. cons.*

Viuentibus parentibus, nullum ius in legitima competit filijs, aut nepotibus, *l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bonor. Imò secundùm Br. in Auth. si qua mulier, C. de S.S. Eccles. in fin.* ibi quæro, quando filij possunt petere istam legitimam. ¶ Legitima solùm debetur filijs aut nepotibus, per mortem naturalem, non ciuilem: *vide etiam ad hoc D. Abb. in cons. 66. in fin.* ¶ Quæ autem sit legitima nepotum in bonis. vt si moriatur auus, & reliquit ex vno filio tres nepotes, ex alio autem filio defuncto quinq;: quo casu illi nepotes omnes in stirpes auo succedunt: & illi quinq; nepotes ex vno filio non plus capiunt, quàm alij tres nepotes ex altero: *l. nepotes, C. de suis & leg. hæred. §. cum filius, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* Quæritur hoc casu, quomodo numerus nepotum, quo ad computandam legitimā, æstimari debeat. Nam si ęstimantur nepotes secundùm personam parentum, in quorum locum succedunt in stirpes, tunc erunt solùm duo, & sic legitima erit triens: si verò per se æstimantur nepotes, tunc erunt numero octo, & sic legitima eorum erit dimidia pars hæreditatis: Dic, quòd hoc casu æstimatur legitima ex personā parentum præmortuorum, ex quo parentum personam repræsentant, & in stirpes succedunt: *ita dicit notabiliter Ias. post Sal. in Auth. Nouißima, C. de inoff. test.* ¶ An iuri agendi ad supplementum legitimæ, præscribatur quinquennio? Barth. consuluit, quòd sic, à die aditæ hæreditatis, *in cons. 14.* Contrarium consuluit Bald. quòd scilicet ius agendi ad supplementum legitimæ sit perpetuum: & consilium istud Bald. est annexum ad id consilium Br. in nouiss. impressione: *vide ad hoc & Phil. Dec. in cons. 303. vol. 2. in casu occurrenti*, vbi dicit, communem opinionem esse contra Br. *vide etiam Ias. in l.*
emancipata, C. qui admitt. 241

Filius familiam & agnationem patris, non matris sequitur, *c. 2 de conuers. infid. Inst. de leg. agn. tut. §. 1.* Sed contrà hoc, videtur esse *l. partum ancillæ, C. de rei vend. vide l. exemplo, & l. nullus, C. de Decur. lib. 10* Sed dic, quò ad status conditionem & dominium, matrem sequitur: quantum autem ad dignitates & honores, quos ex virili sexu metimur, patrem sequimur. *vide Ang. in §. serui, Inst. de iur. personar. adde Corset. in Repertorio, in verb. filius.* Rationem illius vide per Bart. *in d. l. nullus, C. de Decur. lib. 10.* ¶ Quomodo inter patrem & filium, possint fieri contractus, *vide pulcrè Bart. in l. frater à fratre, in 10. coll. ff. de cond. indeb. & ibi Mod. Ias. in Auth. ex testamento, C. de coll. vide de hoc Soc. in reg. 244. vbi limitat.* ¶ Donatio inter patrem & filium in potestate, valet: hoc expresso, quòd sit pro legitima. *vide latè Dec. in cons. 86. vol. 1. viso puncto & diligenter. fol. 96. vol. 1. in princ.* Vbi habes de diuisione & assignatione Bonorū patris inter filios, quòd ipsa sit valida & de iure permissa. Quod diligenter nota, quia frequens, quotidianum:
& multi contrariū sit e lege & ratione volunt. 242

Donatio inter patrem & filium, regulariter non valet, *l. 2. C de inoff. don.* ¶ Impossibile est, quòd quis probet se esse filium: & illa conditio, Titius mihi hæres esto, si probauerit se filium meum esse, est impossibilis de iure. Vnde tale testamentum, in quo sub illa impossibili conditione Titius est institutus, nullius est momenti. *Ita est elegans text. in L. Lutius Titius. ff. de Condit. & Demonst.* Ex hoc noto singulariter: Quòd probatio filiationis est impossibilis. ¶ De hoc, quomodo quis probetur filius, *vide in inferiore parte huius Thesauri, in materia testium, in miscell.* ¶ Filia alteri nupta remanet in potestate patris: est tamen nihilominus in potestate mariti,

mariti quoad ea, quæ necessaria sunt viro, *ita Br. in l. si vxorimi, C. de cond. inser. vbi Bart. not. ex text. vide infr. in verb. Mulier.* ¶ Stirps, posteritas, soboles, proles, progenies, prosapia: sinonyma sunt, & significant descendentes: *Paul. de Castr. in l. si quis, C. de inoff. test.* ¶ Parentes, in quantum possunt, seruare debent æqualitatem inter filios, propter quod discordiæ & inuidiæ introduci solent: *l. cum oportet, §. 1. & in §. sin autem, C. de bonis. quæ lib. & not. in l. cum pater, §. emetis, de legat. 2. facit text. in l. vt liberis, in princ. C. de Coll. l. fin. Comm. vtriusq; iudicij.* Et lex ad hoc parentes hortatur, *in §. illud quoq;, vbi Ang. in Auth. de Nupt.*

243 Libri empti per patrem filio studenti ad studia, sunt ipsius proprij: an fratribus post ipsius mortem conferre teneatur: item si pater quis facit impensas pro vno filio ducente vxorem in nuptijs & vestibus, an mortuo patre conferre teneatur, & an alter frater de cōmuni similiter facere possit: *De his, & similibus multis, vide pulcrè Bald. in l. filiæ eius, C. famil. hercisc. in materia collationis*, & quę moueri possent post mortē patris in diuisione hæreditaria. ¶ Pater bona sua inter liberos, prout vult, ordinare & disponere potest siue per testamentum siue per codicillos siue per epistolam, siue per quemcunq; conuentum declarare, quomodo liberi sibi succedere, & quomodo post mortem ipsius bona inter eos diuidi debeant: & talis ordinatio patris etiā imperfecta de iure est valida, modò eis legitimā relinquat. Imò si reperiatur aliqua schedula priuata manu patris scripta, siue filiorū etiā, sine testibus continens voluntatē patris, plenè probat voluntatem patris inter liberos: *l. fin. C fam. hercisc. Auth quod sine, C. de test. iuncta Auth. si modo, C famil. hercisc. vbi pulcrè Ias. vbi Bal. Bart. & Paul. de Cast. in l. si is qui, ff. de Testam. & Alex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de Testam.* ¶ Quid sit tractare vt filium, *latissimè vide per Zas post alios, in l. quidam tamen filium ff de v. obl.* vbi pulcrè habetur, quòd pater tenetur tractare filium vt filium, *vbi omnino vide.*

De Fisco.

244 FIscus non tantùm significat sacrum ærarium, sed & res priuatas Augusti vel Augustæ *Cuiac. ad l. 2. C. de Iur. fisci.* ¶ Quando & in quibus casibus, fiscus & respublica sint idem, (*in significato rerum idem sunt, non in significato personarum.*) quid sit fiscus, (*Fiscus est Camera vniuersalis Imperij, in qua recepta tur quicquid ad commodū pecuniarium imperij pertinet.*) an fiscus & Camera Imperatoris sint idem, (*propriè non sunt idem, quia Camera Imperatoris pertinet ad res eius priuatas.*) de Etymologia fisci, (*dicitur quasi fixus, firmus, & stabilis, quòd semper sit soluendo.*) an omnes ciuitates, Ecclesię, vniuersitates, habeāt fiscū, (*respondetur, quòd nō.*) & tandem quòd ius cōfiscandi pertineat ad regalia, notant Bartolus & Iohan. de Platea, *Cuiac. lib. 2. obs. 24. in Rubr. C. de iure fisci, lib. 10.* Et fiscus quòd succedat nato ex incestuoso coitu, notauit decisum in Camera Mynsingerus, *obseruatio. 91. centu. 3.* Et in iure Saxonico: *Artic. 28. lib. 1. Landrecht.* Item capit bona vacantia, *Artic. 80. lib. 3. Landrecht.* Interdum etiam traduntur pijs causis per manus episcopi, *in tit. de Statut. & consuet. contra Eccles. in vsibus feudo. §. omnes peregrini.* Et de causis fiscalibus vide Geilium, *lib. 1. obser. obseruatione 20.* ¶ Fisci procurator & fiscalis quòd non iurent de calumnia, voluit Mynsi. *in obseru. 74. cent. 1. notaui quædam suprà in litera B. vers. De bonorum publicatione seu confiscatione.*

Nota: fiscus habetur loco hæredis, tam quò ad onera, quàm quò ad emolumenta: 245 *l. 2. C. Ad leg. Iul. de vi publica, l. inter eos, §. fin ff. De fideiuss.* Et ideo debet satisfacere creditoribus delinquentis: *l. 1. C. pœnis fiscalibus credito. præferri, lib. 10. l. 5. marito ff. soluto matr. Ripa in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel.* Et sic etiam tenetur satisfacere vxori de dote & donatione propter nuptias: *Roland. à Valle. in cons. 31. n. 33.* ¶ Fiscus quòd post elapsa tempora nō possit opponere vxori exceptionē Nō numeratæ dotis, docuit Roland. *in d. cons. 31. num. 43.*

Nota. fiscus vtitur iure communi, nisi vbi est priuilegiatus: *l. fiscus, ff. De iure fisci.*

Apud Saxones plæriq; iudices & magistratus, item Respub. quæ summū Imperium habent, etiam Iure fisci, præscripto quodam inueteratoq; more, putantur, quamuis superiorem recognoscant: *VVes. in par. de iure fisci, n. 4.* ¶ In causis criminalibus ad fiscū delatis, nemo tenetur edere instrumenta, *Bossius tit. de fisco & priuileg. eius, 101. n. 11.* ¶ Negat tamen Clarus, fisco actori edendū in causa pecuniaria, idq; ex mente omnium interpretū, *Art. 5 sent. 8. vlt. quæst. 27. vol. 1. §. 2 de iure fisci.* ¶ Quò ad beneficiū discussionis, fiscus haud est melioris conditionis quā priuatus: *Ang. l. 47. §. 1. de Iure fisci, adde l. 3. C. de conueniendis fisci debitorib.* ¶ Contra fiscum cuilibet se licet defendere: *l. 7. C. de Iure fisci, vbi Cuiac.* ¶ Quando fiscus habet rem communem cum priuato, ipse fiscus diuidit: *Maranta part. 4. distinct. 1. num. 93.*

Fisco à iudice quando fauendum, *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 16.* & quando contra fiscum præsumptio sumi debeat, *Menoch. lib. 2. præsumt. 72.* ¶ Fiscalia Iura non tantum Imperator, sed & inferiores principes habent: *Dauth. de testam. fol. mihi 129.* ¶ Sententia contra fiscum lata, absente eius aduocato non valet: *Viuius decis. 37. lib. 1. num. 2.* 246

Fiscus

Fiscus indebitè aliquem molestans in expensis, damnis & interesse, venit condemnandus: idem in procuratore fisci, *Viuius decis. 479. lib. 3.* ¶ Fiscus propter cessionem aut euictionem, trahit causam ad suum iudicem priuilegiatum, *Afflict. decis. 2. num. 1.* ¶ Von dem Abzug/ vnd nachsteuer / eorum qui domicilium suum aliò transferunt, & de detractione partis certæ de hæreditatibus, quæ peregrinis deferuntur, *Dauth. de testam. in materia test. circa quam, n. 69. fol. 97.*

247 Fiscus quid sit, & vnde dicatur, *Ioh. de de Plat. in Rubr. C. de iur. fisc. & in l. in prouincijs, in fin. C. de moneta, lib. 12.* ¶ De alienatione facta in fraudem fisci, & quando filij fisco præferantur, *Dec. cons. 235. vol. 2. in cas. Magnifici Domini.* ¶ An iudices vel prætores ciuitatum, habentes merum & mixtum imperium, possint ratione delicti bona confiscare, *Cepol. in cons. 17. fol. 18. col. 4. n. 22.* ¶ Confiscatio bonorum extraordinaria & ordinaria, quid facere possit, *ibid.*

De Finibus constituendis & probandis.

248 Vide *Arti. 50. lib. 2. Landrecht, & ibidem in additione prima.* Von straffe derselben / die sie abhawen / verrucken / oder ausgraben / *notaui infrà in litera P. versi. de probatione per scripturas seu literas scriptas in lapide, seu marmore, seu columna, & notaui supra in litera C. de confinibus.* ¶ De finibus territorij perperam erectis, consuluit VVesenb. *in consi. 76. parte 2. Vid. tot. tit. ff. & C. fin. reg.* Fines quando turbati, deiecti, & exarati dicantur, *vid. l. 4. & ib. Dionys. Gothofr. ff. fin. reg. & de pœna eorum, ibid.*

De Fine.

249 De multiplici fine, quare homines student, ducto per virtutes & quinque sensus humanos, *vide in proœmio Spec. Saxo. vers. nutzen also, fol. 4. in fine, in latinis additionibus.* ¶ Et huc non incommodè referenda est materia causæ finalis, vbi datur regula: Causa cessante, cessat effectus, *c. cum cessante de appella.* hanc regulam cum 5. fallentijs, remissiuè tamen, ponit Petrus Duenna. *in regulis fallen. regula 82.*

250 In vnoquoque actu debemus inspicere finem: Et inducta in vnum finem non debet contrarium operari. *Viuius decis. 343. lib. 2.* ¶ De fine Reipub. *Bodin. de Rep. c. 1.* ¶ Semper respice finem. Vide in hanc sententiam quædam *in Rogg. de protest. rubr. 1. §. 5. n. 4. fol. 67.* Et de fine attendendo cuiusque rei, *Coler. de process. exec. p. 3. c. 9. n. 1. vsq. ad 6.* ¶ De fine semper considerando, *Euerb. in rep. lo. à virtute finis, & ibid. notata remiss.*

De Finibus.

De probatione finium & limitum, *vide Abb. & Fel. in c. cum caussam, de probat. & in c. quia iudicante, de præscript. & Ang. in §. quidam, Inst. de Actionibus.* ¶ An fines & limites præscribi possint, *vide latè Fel. in d. c. quia iudicante, de præscript.* ¶ Limites & fines communes sunt, *l. adeò, §. fin. ff. de acq. rer. dom. §. si Titius, Inst. de Rerum diuis. vide Fel. in d. c. quia iudicante, in 3. col. vbi etiam latè habes.* Imò de substantia limitis est, vt sit communis, *vt ibi dicit Felin.* 251

Ad finem qui perseuerauerit, non qui inceperit, saluus erit: & nil actum credimus, dum aliquid superest, *l. pen. §. fin. C. ad Sillania.* ¶ Quando filius habet necessariam consequentiam ad principium, inspicimus principium: *l. damni, la. 1. §. Sabini, ff. de damn. infect.* vbi Br. somniat, initium spectandum esse, *l. si filiusfamilias in princ. ff. de verb. oblig.* ¶ Exitus acta probat, *l. rem non nouam, §. fin. ad fin. C. de iud. Bal. in c. 1. in princ. 6. q. in Tit. quib. mod. feud. amitt. Cepol. cons. 28. n. 5.* ¶ Infinitas est vitanda & remouenda, *l. vnica, vbi Sal. not. C. de sen. qui pro eo quod interest, l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* 252

De Forma.

Forma est quæ dat esse rei, *l. Iulianus, §. sed & si quis, ff. ad exhiben.* qua perempta perimitur substantia, *l. Seiæ, ff. de auro & argento legato.* ¶ Præterea modus solennis & forma, declarant mentem & intentionem actum gerentis: *l. non codicillum, l. testium, C. de testamentis. Hennin. Goden. in consi. suo de præscrip. pignoris, num. 21. 22. & 23.* 253

Forma quando inducatur, & per quæ signa, remiss. *Gran. Theor. 25. n. 2. Med. Reg. 7. p. 1, inf. fol. 318.* ¶ De Forma & eius regulis, *vide P. Greg. Tholos. in Syntag. iur. lib. 1. c. 11.* ¶ Licèt cesset causa, propter quam forma introducta est: non tamen cessat formæ obseruatio. *Raudens. ibid. c. 28. n. 131.* ¶ Nam forma ad aliquem finem introducta omitti potest, si finis absque ea sequatur, *n. 132.* ¶ Forma dispositionis si deficit in minimo, vitiat actum, *Seb. Med. reg. 5. n. 35. fol. 227.* ¶ Peremta re ex toto, cum materia & forma, perit ius, actio & obligatio, *Medic. de amittenda poss. gl. 3. n. 275. fol. 760. vbi ampl. 34. & 13. lim. & n. 279.* vbi multa axiomata de mutatione formæ, & eius effecta. ¶ Modus verbũ, denotat formã. *Raud. de anal. c. 33. n. 193. sicut dictio post n. 195.* itẽ quando in obseruantia alicuius constitutionis pareret, quare, prẽiudiciũ, *n. 197.* itẽ quando aliter prouidet, quàm ius cõmune, *n. 198.* item quãdo habet ablatiuos absolutos, *199.* & forma data à lege, præsumitur substantialis, *200.* præcipuè quando verba essent superflua, *201.* & similia, *n. seqq.* & semper seruanda, *num. seqq.* 254

Forma

255 Forma est, quæ dat esse rei, *l. Iulianus*, *§. si quis rem, ff. ad exhib. c. quia propter, de Elect.* Et mutata forma, mutatur substantia. ¶ Formæ vitium quale sit, *vide Ias. in l. 3. in 5. col. de leg. 1.* Quando scilicet aliquid apponitur cótra substantiam actus, *l. actus legitimi, de re iud.* ¶ Et hoc, quod est de forma, non potest impleri, etiam per æquipollens: *Mod. & præsertim Alex. in l. 1. ff. de lib. & posthum. vide Ias. Bal. Ang. Med. in l. 1. & 2. de lib. posthum. Soc. in l. 1. in princ. de verb. oblig.* Contrarium ibi voluit Ioh. de Mont Ferr. Quòd etiam illud, quod est de forma posit impleri per æquipollens, *allegat tex. in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, ff. de acq. hæred. & l. fin ff. Mandati.* Et maxime si illa forma est tradita à lege, *vt per notata in l. Iulianus, C. de Testa. vide eum in pr. in 2. col. vbi quinto facit.* Et ratio est: Quia lex facilius modificat & extendit dispositionem suam, quàm dispositionem hominis: *gl. in l. assiduus, C. qui pot. in pign. in gl. magna, ita voluit D. Io. de Mont. Ferr. in d. l. in princ. col. 12. de verb. obl.* ¶ Vnum tamen casum nota, *in l. fin. C. de procur.* vbi vitium formæ statuti per æquipollés impleri potest, *vide Carol. in l. 3. Lect. 31. in princ. de leg. 1.* ¶ Nec consensus priuatorum potest derogare illi, quod est de forma actus à lege introducta: nec facere, quòd actus valeat, non seruata forma: *l. nemo potest, de leg. 1. l. cum hi, §. si prætor, ff. de Transact. Bart. in l. de his, de Transact. Ias. in l. posthumo, in 9. col. ibi. puto quod ista limitatio, C. de bonor. poss. cont. tabul. vide Soc. in l. 1. §. 1. de verb. obl.*

256 Non tamen semper omissio formæ annullat actum: & de duplici forma, aliâ quæ debet ab initio actus interuenire, alia quæ nó est necessaria in ipsius actus confectione, sed debet interuenire post actum iam factú: *vide D. Carol. in l. 1. §. sed si mihi, fol. 77 fa. 2. in fin. de verb. obl.* ¶ De multis dictionibus formam importantibus, *vide suprà in verb. Dicto, in verb. non potest.* ¶ Forma est indiuisibilis, & actus formalis: *l. furiosum, C. qui test. fac. poss. quem tex. alleg. Soc. in l. 1. §. 1. in 1. not. ff. de verb. oblig.* ¶ Actus potiùs debet denominari à forma, quæ dat esse rei: quàm à materia: *vt habetur in l. Iulianus, §. quantum, ad Exhib. & traditur in l. cum hi, §. si prætor, de Transact. vide Soc. in Rubr. de verb. obl. in 7. col.* vbi reddit rationem, cur stipulatio à verbis denominetur. ¶ Quæ sit forma substantialis, quæ accidentalis, & quot modis accipiatur forma, *vide pulcrè per Aluar. in c. 1. in princ. col. 3. de nou. form. fidel.*

De Fornicario.

257 Fornicarius notorius dicitur publicè concubinam retinens: *Abb. in c. de illo, in 2. notab. de eo qui cogn. cess. vx. su.*

Fornicatio probatur ex solitudine, nuditate, loco, sexuum diuersitate: *c. literis, de præsumpt.* & idem si ageretur criminaliter, *secundùm Abb.* Quia actus fornicationis sensui non subiacet, *vt dicit ibi Abb.* ¶ Vna est fornicatio, siue quis cum pulcra, siue deformi fornicationem committat: *c. furtum 14. q. vlt.*

De Forensibus.

Statutum non ligat forenses: *Barto. & alij in l. cunctos populos, C. de summa Trinitate.* 258
sed sicut non subiecti sunt statutis, nec portant onera statutorum: ita etiam non debent gaudere ipsius ciuitatis statutis: *argumen. l. si vnus, §. Si vnus, ff. pro socio. Decianus declarat in consil. 109. volum. 2. num. 38. Hippol. de Marsil. in singul. suo 253. incip. forenses, potest accommodari ad locum communem de commodo, quem supr. in litera C. notaui. Latiùs & multa notatu dignissima inuenies apud Hippol. de Marsil. in Repet. l. fina ff. De iurisdict. omn. iud. quem vide.*

In hac materia non incommodè ponitur 259
quæstio: An statutum, quòd non possit legari forensibus, valeat: an sit odiosum vel fauorabile? Quòd valeat in fauorem ciuium, vult Decianus, *in consil. 33. in prin. vol. 1.* Fœmina nubens an efficiatur forensis, *num. 3. & 7.* (*respondet, quòd sic.*) Vidua an comprehendatur sub isto statuto, *num. 9.* (*affirmatiuè respondet.*) Et tandem ibi per Decianum vide, quando forenses sint capaces legatorum. ¶ Forenses an pro terris, quas possident in locis, vbi collectæ indicuntur, teneantur ad collectas: & alia de forensibus, docuit consulendo Decianus, *in consil. 55. volum. 1.*

Forensis qui vadit ad mercatum, & ibi ne- 260
gotiando aliquid contrahit, potest ibi conueniri & collegari vt suspectus, *Caual. dec. 2. circa Iudicia.* ¶ Wenn ein Frembdling bey euch in ewrem Lande wohnen wird / den solt jhr nicht schinden / er sol bey euch wohnen / wie ein einheimischer vnter euch / vnd solt jn lieben / wie dich selbsten / denn jhr seyd auch Frembdlinge gewesen in Egyptenlande / Ich bin der HErr ewer Gott. *Lib. 3. Moises, c. 19. vers. 34.* ¶ Es sol einerley Recht vnter euch sein / den Frembdlingen wie den einheimischen. *Leuit. cap. vers. 22.*

De Foro.

Fori definitio, habetur, *in c. forus, in prin. ex-* 261
tra de verbor. sign. extat regula, vel vulgaris Theorica, quòd actor regulariter sequitur forum rei, *11. q. 1. c. experientiæ, c. si Clericus, & c. cum sit, extra de foro competen.* Sed ista regula fallit in casibus multis, in quibus quis sortitur forum non suum, & facit suum, *notat casus tales 52. Specula. in tit. de competen.*

Indi-

Iudicis aditione, §. 1. per totum. Hippol. de Marsil. *in singulari suo 404.* enumerauit saltem *6.* casus, videlicet originem, incolatum, contractum, destinatam solutionem, delictum, & mandatum.

262 Quòd mandans, ratione mandati sortiatur forum, etiam in criminalibus, habetur secundùm Paul. *Castren. in l. si vt proponitur, ff. de fideiuss. & notatur in c. licet, & ibi declarat cum alijs D d. Klingius extra, de foro competenti. vide Bertachinum in suo Repertorio litera F. in verbo forus.* ¶ Et quando propter correos diuersi fori, vel consors litis propter consortem Imperio subiectum, quis sortiatur forum in Camera Imperiali, notauit Mynsing. *in obseru. cent. 1. obseruatio. 4.*

263 Et quòd sic ex continentia causæ, Iurisdictio Cameræ Imperialis fundetur, docuit Geyl. *lib. 1. obserua. 32.* ¶ Et tandem in hac materia fori, de causis simplicis querelæ ad Cameram spectantibus, *vide d. obseruationem Geylij 32. à num. 1. vsq. ad num. 32. inclusiuè, lib. 1. obseruat. Cam. Imp.*

264 Nota, quòd potest reus declinare forum, non sui iudicis: *l. fina. ff. de iurisdictio. omnium iudi. & ibi vide Dd.* sed causas varias, propter quas forum possit declinari, cumulauit erudite Oldendorpius, *in suo enchiridio exceptionum, vers. vel, §. exceptiones declinatoriæ aduersus Iurisdictionem: ibi inueniet lector vtilissima.* Sed qui non possint incompetentiam iudicis vel iurisdictionis allegare, dixit aliqua Decian. *in consil. 109. vol. 2. nu. 43. & in seqq.*

265 Sed exceptio declinatoria fori, an post litis contestationem opponi valeat, docuit Mynsing. *in obserua. 27. cent. 4. (Non posse tradit: quam tamen doctrinam Domini Camerales ita limitandam censuerunt, nisi declinatoriæ exceptiones pacto vel conuentione coarctatæ sint, vel alteratæ: quia tunc etiam post litis contestationem opponi posset.)* ¶ Nota in specie, de declinatione fori alicuius Clerici inquisiti de delicto, quando audiatur, & ad iudicem Ecclesiasticum remittatur, vel non: *Iohan. de Arno. in singul. suo 29. incip. delinquens Clericus, textus est singular. in c. si iudex laicus, & ibi Geminia. de sentent. excommun. in 6. Notatur post alios in c. licet, de foro compet.* Oldrad. *in consil. 83. incip. An Episcopus,* ibi vult, quòd secularis iudex se non intromittat iudicare de Clericis, & bonis ad Clericos vel Ecclesiam spectantibus: ibiq; prohibet, ne vnus magistratus se alterius iurisdictioni immisceat: *allegatur c. nullus 11. q. 1. el. 3. & in c. Cleric. nullus ibid.* ¶ Ratione euictionis præstandæ, an habeat venditor declinatoriam fori, (*cogitur sequi forum emptoris. Thomas Grammat. in decis. Neapol. decis 21.*) notauit idem Iohan. *de Arno. in singul. suo 69. incip. Regia nouella. Decianus in consil. 118. vol. 3. num. 5.* quòd non.

Sed in quantum quis beneficio fori renunciare possit, notauerunt Specul. *in tit. De renunciat. & conclus. §. 1. mihi num. 32.* Et Angel. Aret. *in tit. Institut. de exceptionibus, §. Idem Iuris, mihi num. 42.* in specie quærunt de clerico, an iste possit renunciare foro, & decidunt, quòd non. ¶ De fori renunciatione in contractibus, notauit Specula. *in §. 1. mihi num. 18. 19. & in sequentibus, tit. de competen. iudi. aditione.* ¶ Et quòd propter renunciationem fori iurisdictio Cameræ fundetur, sicut in casu denegatæ iustitiæ, docuit D. Mynsing. *in obseruat. suæ obseru. 88. centu. 1. (vbi tamen tradit, non sufficere generalem renunciationem. Item si per epistolam priuatam extra iudicium promittat, quòd in Camerá conueniri velit, pœnitere potest.)* Et de ista renunciatione, Geyl. *lib. 1. obserua. obseru. 40. (Vbi hanc regulam proponit: si lex, princeps vel statutum disponat de foro, fauore superioris illi renunciari non potest: exempla sunt in exemptis, Clericis, Vasallis, atq; sic prorogatio locum non habet: an verò tantùm consideratione priuatorum, & renunciatio locum habet.)* 266

Quòd etiam nomine fori veniat locus vel ciuitas, in qua exercentur commercia rerum, vendendo, emendo, cereuisiam coquendo, oder da man allerhand Bürgerliche handtierung treiben mag / colligitur *ex textu & gloss. ex additio. in fi. Art. 66. lib. 3. Landrecht.* Wie aber ein solcher Marckt zu bawen / nemlich einer dem andern nicht ein Meile zu nahend / habetur *in textu Arti. 66. 46. 170. lib. 3. Landrecht. & in gloss. 1.* Wie mit erlaubung des Reichs ein Marckt anzurichten / zu halten / vnd zeichen zu setzen / *vide Art. 9. im Weichbildt. §. Wo man.* 267

Et de competentia fori domicilij vel originis, consuluit Decianus, *in consi. 95. vol. 2. Hippo. de Marsil. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. num. 137. & in seqq.* ¶ De foro competenti controuersiæ feudalis, vide Mynsing. *in obserua. 99. cent. 1. (Si controversia sit inter Dominum & Vasallum, ratione feudi, & de controuersia feudali, pares sunt iudices: Si inter duos de feudo contendentes, dominus: Sin inter Dominum & tertium, vel etiam Vasallum, sed non de feudo, aut ratione feudi, ordinarius iudex erit.) VVes. in consi. 30. par. 1.* De declinatione fori domini, qui per colonum nominatus est in iudicio, quòd scilicet possit declinare forũ coloni sui, & causam auocare ad superius iudicium, ne par in parem habeat imperium, consuluit Decianus, *in consil. 118. volum. 3. per totum.* 268

De loco fori iudicialis, P. *Greg. de rep. lib. 2. c. 6.* ¶ Forum quot modis quis sortiatur, eleganter Coler. *de process. execut. p. 2. c. 1. n. 17. & seqq. Pet. Greg. lib. 49. c. 1. Vantius de nullit. rubr. 9.* ¶ Ratione delicti forum quis sortitur, etiamsi sit persona illustris, nam vniuersaliter ad quascunque personas hæc maxima 269

exten-

extenditur. *Seb. Medic. de R. I. reg. 2. illat. 48.* ¶ Quis sit iudex Aduocatorum, Senatorum, & horum vxorum & liberorum, scholariũ, Assessorum Parlamenti, officialium Regis, consiliariorum, Assessorum Cameræ? *Denais in disput. de iure meri Imperij, fol. 41. & seq. Vide in materia infr. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. iudic. Andr. Fach. lib. 1. contr. iur. c. 61* ¶ Fori Electionẽ habent etiam in causis criminal. vidua, pupillus, miserabiles personæ, virgo, senes decrepiti, & qui perpetuo morbo laborant. *Viuius lib. 1. decis. 65.*

270 Familiares Episcopi tam in ciuilib. quàm in criminalib. gaudent priuilegio fori. *Viuius decis. 116. lib. 1.* ¶ De priuilegijs variandi & eligendi forum, *vide Marcell. Calan. in tr. de modo arti. & prob. glos. 1. §. 1. num. 27. cum multis seqq. fol. 16.* ¶ Reconuentio fit sub iudice conuentionis: *Cala. d. lo. numer. 44. & seqq. vbi nu. 48. allegat Cameram, qui latè pertractet hanc materiam.* ¶ Potest per reum reconuentio fieri, tam coram iudice ordinario, quàm delegato: de iure ciuili, ante litis contestationem: de iure vero Canonico, post eam vsq; ad sententiam, etiamsi actor à lite desisteret eiq; renunciaret. *Viuius lib. 1. decis. 128.*

De Fortuna.

271 Fortuna præualet scientiæ: nam infortunatus Medicus etiam doctus despicitur, cùm & indoctus fortunatus ab omnibus appetatur. Et ideò inquit Suidas: quilibet mauult fortunæ guttam, quàm dolium mentis: Refert Decianus pro exemplo, de Drusiano antiquo adeoq; excellentis doctrinæ Medico, quòd plus quàm commentatoris nomine nominari meruerit: sed tamen nunquam aliquem sanauerit, sed omnes curæ ipsius sese submittentes fuisse & esse sub ista sua cura mortuos: *in consil. 42. nu. 14. volum. 2.*

272 Fortuna in malam partem capitur interdum: *Iason. in l. licet, in 3. colum. C. de pact.* ¶ De fortuito casu venditor sua culpa non veniente non tenetur, licèt ad rei custodiam teneatur: *l. si ea res, de act. empt.* ¶ Casus fortuitus prouideri nequit: *§ item si is qui, Institut. quib. mod. re contrah. l. quæ fortuitis, C. de pignor. act.* Casus fortuitos meliùs quàm alibi, habes *in d. §. iterum. Si is cui.* ¶ Casus fortuitos nullum humanum consilium prouidere potest, *l. 2. §. graui æstimatione, ff. de adm. rer. ad ciuit. pertin.* ¶ An autem furtum enumeretur inter casus fortuitos, *vide Iaso. in §. sed iste, Institu. super gloss. in verb. casu, fol. 60. de Act. vbi etiam pulcrè tractat materiam casuum fortuitorum, quem vide.* ¶ Sorte, facti quæstio dirimi non debet: *l. duo sunt Titij, de Test. tutel.* sed iuris quæstio bene potest: *l. in tribus, de iudic. l. fin. in princ. C. comm. de leg. Bart. in l. si duo, in princ. in 3. colum. ff. vti poss. vide Iaso. in l. huiusmodi, §. si is cui, in fin. de leg. 1.* ¶ Discordia sorte dirimitur: *§. optionis, Instit. de leg. l. fin. comm. de legat.*

De Fratre.

Fratrem inopẽ frater alere tenetur: *gl. in l. qui filium, in gl. fin. ff. vbi pup. edu. vel mor. deb. gl. in l. 5. § si vel parens, ff. de lib. agnos.* ¶ Frater tenetur prouidere fratri de præceptore, & eidem stipendia soluere: *l. cum plures, §. fin. ff. de admin. & per. tutor.* ¶ Fratrum & sororum est difficilis separatio: *l. possessionum, C. communia vtriusq; iud.* & eorum omnia, vna res putantur, *pondero pro hoc tex in §. tria onera, Instit. de excus. tutor.* ¶ Fratris appellatione continetur soror: *l. tres fratres, ff. de pact. vide infr. in verb. masculinum.* ¶ Si duo fratres vnusquisq; vnam partem hæreditariorum bonorum possederit pro diuiso, an diuisio legitimæ facta præsumatur? *vide de hoc infr. in verb. hæreditas, vide D. Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, lect. 52. fol. 112. ff. de verb. obl.* ¶ An stante statuto, quòd soror fratris non succedat, frater sorori succedere possit? Communis opinio est, quòd sic: *de qua per Bl. in l lege 12. tab. C. de leg. hared. vide Mod. in Rub. ff. de acq. poss.* vbi Soc. tenet contra communem opinionem, quòd sorori frater non succedat, sicut & fratri soror, *vide Ias. ibid.* An statutum excludens sororem ab hæreditate fratris, eandem etiam ab hæreditate sororis intelligatur remouere? *vide Ias. in d. Rub. de hoc pacto alia allegantem, vide Dec. in l. fœminæ, in fin. in 9 q. de re iud.* Et tale statutum excludens sororem à successione fratris, non habet locum nisi in proprio fratre: *Hoc dicit Bart. in l. Lucius, §. quæsitum, de leg. 3.* Quia statuta debent intelligi simpliciter, sine adiunctione alicuius casus: *l. hoc legatum, de leg. 3. vide Soc. in l. 1. in pr. col. vlt. ff. si cert. pet.*

274 Fraternitas inducit æqualitatem: *l. verum, ff. pro Socio.* ¶ Frater habet querelam inofficiosi, contra testamentum fratris, si turpem personam instituit: *l. fratres, C. de inoff. test. Instit. de success. liber. l. sed nostra, ff. de inoff. test.* ¶ Frater Syndicus vel officialis, qui maleficia denunciat, fratris vel cognati maleficia non tenetur reuelare: *vide supr in verb. cognatus.* ¶ An si mortuo patre plures fratres stant in communione & sunt socij, filia vnius fratris debet de communi maritari: ita quòd hoc postea in diuisione non imputetur in partem patris istius puellæ, *vide pulchrè Iaso. in Auth. quod locum in 4. & 5 colu. C. de collat* ¶ An fratres mortuo patre simul habitantes in domo paterna, intelligantur ad inuicem contraxisse societatem *Hanc quæst. latiss. per 4. col. post Bl. examinat Ias. in l 1. C qui test. fac. poss. & Dec. consi. 21, vol. 1. & latius in consi.*

consi. 68. eod. vol. ¶ Si duo fratres separatim habitauerunt, & steterunt diuisim per longum tempus, an iudicetur præsumpta diuisio, *vide Alex. in consi. 234. vol. 2. viso & discusso laborioso processu, per totum, vide infr. in verb. hæreditas, & latè Ias. in §. quædam. Inst. de Act. vide Abb. in c. in caussa, n. 9. de caussa possess. & propriet.* ¶ Et an ex diuturnitate possessionis probetur diuisio, *Dec. consi. 79.*

275 Si duo fratres manserint in conuentione, quorum vnus sit Clericus: quo casu ei non possunt imponi onera etiam respectu patrimonij: *c. non minus, de minor. Eccles.* hoc priuilegiũ proderit etiam alteri fratri respectu partis suæ: *ita vide Io. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. col. 8. de verb. obl. vide infr. in verb. vnio.* ¶ An valeat pactũ inter fratres, quòd altero moriente sine filijs, bona veniant ad superstitem, *Dec. consi. 225. vol. 2. in caussa. & eundẽ Dec. in consi. 236. eod. vol. non parua.* ¶ Conuentio non valet, quòd vnus succedat alteri: *Dec. consi. 300. vol. 2. visa petitione, vide in l. pactum quod dotali, & in l. licet, & in l. fin. C. de pact. & omnes in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obl. & in l. pactum, C. de collat.* ¶ An filius maior natu, qui administrauit curam rei familiaris, debeat vltra suam portionẽ habere salarium illius temporis, quo administrauit, sicut negotiorũ gestorum? Dic, quòd non. *Ias. in l. illud, in fin. C. de Collat.*

276 Si duo fratres simul manserint post mortem patris, & vnus fecit maiores impensas: qui fecit minores, eas repetit: *vide Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. q. 24. in 6. part. prin.* ¶ Item is frater, qui administrauit, tenetur reddere rationem: aliâs est in dolo præsumpto, & habet locũ iuramentũ in litem: *vide Soc. latè in consi. 78. & Dec. consi. 255. vol. 2. Abb. consi. 12. vol. 1.* ¶ Item & in Diuisione maior tenetur facere partes, & minor habet electionem: *vide Ias. in l. 1. si cert. petat. eundem latiss. in §. quædam, Inst. de Act. Ioh. de Plat. post Bar. & alios in l. 1. C. de his qui se defer. & Ioh. de Plat. in §. fin. Inst. pro Socio. vide Abb. in consi. 12. vol. 1. vide pulcre Abb. in c. 1. in vlt. notab. de Parroch. vbi declarat hoc pulcrè.* ¶ Et quis dicatur hoc casu maior in ætate, an qui maiori tempore bonorũ administrationẽ habuerit, *vide supr. in v. commune.* ¶ Et quando lucrũ factũ mortuo patre, debeat communicari omnib. fratrib. *vide Dec. consi. 255. vol. 2.* ¶ Si duo fratres vel socij, habent commune castrũ, vnus partem suam ad alterius æmulationẽ vendere non potest: *vide ibi Ias. in d. l. 1. si cert. pet. vide Br. & Bl. in tract. de duob. frat.* ¶ De illis, qui iurant fraternitatẽ ad inuicem, & iurant se tractare vt fratres: & an vnus alteri succedat, *vide Ias. in d. l. 1. C. qui test. fac. poss.*

277 An appellatione fratris veniat soror, *vide Phil. Dec. in l. fœminæ, in 4. col. ff. de reg. iur. aliquid per Mod. in Rubr. ff. de acquir. poss. vide Alex. in consi. 84. vol. 4. animaduersu.* ¶ An frater repetere possit expensas, quas fecit contra victũ & vestitum patris: & an teneatur Donationẽ sibi factam conferre: quid de bonis emptis proprio nomine: quid de lucris factis cum communi pecunia, *vide Decia. consi. 21. vol. 1. & consi. 66. eo. vol.* ¶ An appellatione fratris vel sororis veniat filius fratris vel sororis, *Alex. in cons. 36. vol. 6. viso the.* ¶ Fratris appellatione venit etiã is, qui frater nõ est, si fraterna charitate diligitur, *l. nemo dubitat, de hæred. Inst.* ¶ An fratris filius dicatur nepos, *vid. in infr. v. nepos, & in verb. filius, vide Alex. in l. 1. si cert. pet.*

An fratrũ filij inter se patruo succedant in capita, vel in stirpes, *vide Br. in Auth. cessante, C. de leg. hæred. latius per eundem in l. post consanguineos, §. 1. ff. eod. vide Alex. in consi. 52. vol. 4. Franc. Curc. in tr. feud. in 3. part. circa successionem trans. q. 4. vbi plenè Ang. in §. cum filius. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* & opinio Accurs. qui vult, quòd in stirpes succedant, est communis, quam dicunt cõmunem DD. in alleg. locis. Et filij in locũ patris succedunt, cùm tractatur de successione patris, vel aui: secus, si de aliorum successione: An post fratres, *ibi Bart. C. de leg. hæred.* An fratris filius propriè dicitur nepos, *vide Ias. in l. si Auia, C. de success. Edict. in 4. col.* 278

Appellatione fratris non venit frater patruelis: *ita dicit Alex. in consi. 239. vol. 2. fol. 86. viso themate, n. 1.* Et venit solum frater primi gradus: *vide multa pulcra ap. eundẽ consi. 36. vol. 6. viso themate.* ¶ Hinc est, quòd statutũ excludens sororẽ à successione, si extat frater, nõ habet locũ, nisi in proprio fratre: *Br. in l. Lucius, §. quæsitum, de leg. 3.* Quia statutorũ verba debent intelligi simpliciter, sine aliqua adiunctione casus: *in l. hoc legatum, de leg. 3. vide Soc. in l. 1. in princ. col. vlt. ff. si cert. pet. Franc. Curc. consi. 5. fol. 71. col. 3.* ¶ De præcepto, quòd debeant fratres viuere cõmuniter, *vide Dec. consi. 265. vol. 2. in instrumento.* ¶ An ludens frater, pecuniã quam ludo consecutus est viuente patre, conferre teneatur, *vide in verb. Ludus.* ¶ An frater cogatur testimoniũ dicere contra fratrẽ, agnatus contra agnatum, *vide latè Abb. in c. literas de præsump. gl. & Br. in l. lege Iulia, ff. de Testib. l. parentes, C. de Testib. gl. in c. insinuante, de Elect. gl. ord. in c. consanguinei 3. q. 6. vide Inst. in 1. gl. de gradib.* 279

Frater contra fratrẽ, tam in ciuili quàm criminali caussa, nõ potest compelli, vt dicat testimoniũ: *tex. cum gl. in l. lege Iulia, de Test. & Abb. in c. literas de præsumpt. l. parentes, C. de Testib. l. Iurisconsultus, in princ. ff. de gradib.* ¶ Et an pro fratre in fauorẽ ipsius sit idoneus testis, & an volens admittatur contra fratrem, *vide DD. in pr. Instit. de grad. in gl. 1.* ¶ Et quid de affine, an testis possit esse, & an idoneus, *vide infr. in verb. Testis, & supr. in verb. Affinis.* 280

Hanc

¶ Hanc materiam testificandi fratrum & consanguineorum, habes *latiß. per Bal. in l. parentes, C. de Testib. Abb. in c. literas, de præscr. & ibi Fel. in c. cum oportet, de Accus. Inst. de grad. ibi latè Ang. vide hanc materiam latè infr. in verb. Testis.* ¶ Frater non solùm de crimine accusare fratrem non potest, sed etiam accusans exilij pœna plectendus est: *l. si magnũ, C. de his qui accus. non poß.* de leui tamen potest: *l. si sororem, eod. tit.*

281 Mater filium, vitæ suæ insidiantem, accusare potest: *l. propter insidias, C. de his qui accus. non poß.* ¶ Duplex vinculum, post fratres fratrumq; filios, non ampliùs consideratur: sed tantùm, quando tractatur de succedendo fratri defuncto: vel quando filij fratrum defuncti, perueniunt ad succedendum ipsi patruo defuncto: *vide Br. in l. post consanguineos, §. legitima, de suis & legit. hæred. Paul. de Castr. in Auth. post fratres, la. 2. C. eod. eundem Paul. in consi. 83. vol. 1. id quod supr. & in consi. 69. vol. 2. narratio facta. Alex. de Imol. pulcrè in consi. 166. volum. 5. super proposita quæstione.* ¶ Et ita nos consuluimus in fratribus patruelibus, quorum aliqui erant duplici, aliqui simplici vinculo patrueli defuncto, cui volebant succedere, coniuncti, & conclusimus: Quòd omnes æqualiter in capita succedunt.

282 Si duo fratres domum communem habent, quæ propter delictum vnius venit destruenda, an debeat destrui, cùm alter non fuerit in culpa, *vid. gl. in c. sed & contundi, de pœ. dist. 1. & per Br. in l. anteu, ff. de aq. & aq. plu. arc. & Abb. in c. in literis, in fin. de rest. spoliat.* ¶ Reciproca conuentio inter fratres valet, qua mediante, bona morientis superueniunt in alium superstitem: *Curt. consi. 15. col. 1.* ¶ Fratris appellatione venit, non solum frater vtrinq;, sed & ex altero latere tantùm coniunctus: *ita expressè post Bart. vult D. Alex. de Imol. in l. ex facto, ff. de vulg. & pup. fol. 139. col. 1. in fin. vbi allegat Ang. idem in quodam consi. sentientem, vbi respondet ad Auth. ita, C. comm. de succeß. quæ videtur obstare.* ¶ Et an frater vterinus sit propriè frater, *vide Soc. in consi. 1.* ¶ Si fratres viuente patre diuidant bona patris, conferendo talem diuisionem, post patris mortem non valet: imò mortuo patre illa bona poterunt filijs auferri per fiscum: *l. quidam, §. 1. de Donat. l. 2. in fin. ff. de his quibus vt indig. Iaso. post Paul. & Br. in l. fin. in 3. col. ibi tertiò limita, C. de pact.*

283 Vtrùm maior fratrum diuidere hæreditatem teneatur: & minor habeat electionem: & an sit diuisio facienda per sortem, vel breuia: & quòd semper pater æqualitatem seruare debet, *vide supr. in verb. commune, & in verb. filius.* ¶ Frater vterinus tantùm, simul cum auo materno ad succeßionem fratris vterini ab intestato admittitur: sic etiam pari ratione, frater consanguineus cum auo paterno ad succeßionem fratris consanguinei admittitur: *vide Paul. de Castr. in Auth. defuncto, C. ad Tertull. & Hieron. Schurff. plenè consi. 5. col. 28. per tot. consilium. Quod nota pro limitatione, arti. cred. 15. lib. 1. in Specu. Sax.* Vbi auia excludit fratrem defuncti. *Et etiam pro intellectu d. Auth. defuncto,* Quæ habet: quòd parentes in succeßione filiorum, excludant fratres & sorores ex altero latere. Nam hoc intelligitur de illis fratribus, qui planè nihil attinent parentibus, cum quibus volunt succedere: sed quando attinent eis, tunc cum ipsis æqualiter admittuntur: *vide pulcrè de hoc, vbi supr. in consi. Hier. Schurff.* ¶ Ad hoc, quod supra dictum est: Quòd appellatione fratris veniat, non solũ frater vtrinque coniunctus, sed & ex altero tantùm. & latè per DD. supr. allegatos. Hic intelligi de iure communi, secundùm quod, frater ex altero latere est propriè frater: quia est in eodem gradu cum fratre vtrinq; coniuncto. ¶ De iure verò Saxon. contrarium est verum: Nam eo Saxon. iure, frater ex altero latere tantùm, est in remotiori gradu, quàm est frater vtrinq; coniunctus: *in Spec. Saxo. lib. 1. arti. 3.* Ergo hoc iure, appellatione fratris, non venit frater ex altero latere, sed tantùm vtrinq; coniunctus, maximè in statutis & odiosis: *vide ad hoc tres pulcras rationes per Soc. in consi. vlt. in 2. vol. viso statuto.*

De Fructibus.

Fructuum distinctiones, vide eleganter apud Barto. *in l. & ex diuerso, ff. de rei vendicat.* Aut sunt percepti, aut percipiendi. Percepti à bonæ fidei possessore, quoquo modo à terra separati, & à fructuario in horreis reconditi, acquiruntur, *l. si vsusfructus messem, ff. quibus mod. vsusfr. amitta.* Et in ista separatione mobilibus adnumerantur: *Specu. in tit. de fructibus & interesse, §. 1. versi. sed pone.* Aut sunt percipiendi, *de quibus vide post gloss. Bart. in d. l. Ex diuerso. ff. de rei vendica.* Et tùm sunt pars fundi, & sic immobilibus adnumerandi. *l. fructus, ff. de rei vendicatio.* huius distinctionis notitia tibi prodesse potest in practica succeßionis: *Art. 31. lib. 1. Land R.* 284

Aliam *in d. l. Et ex diuerso.* dat Bartol. distinctionem: Aut sunt ciuiles, vt pensiones domorum, vecturæ nauium, & similia, quæ non ex re, sed ex prouisione hominis quæruntur, & percipiuntur propter rem, *l. si nauis, in prin. ff. de rei vendica.* istorum quidam honestè percipiuntur, *de quibus in l. fructus, ff. eo. tit.* quidam inhonestè, *l. ancillarum, ff. de petitio. hæredi.* Aut fructus sunt naturales, & tum aut sunt industriales, in quibus potissimùm versatur hominum industria, vt segetes, & similia: Aut stant in suo nomine natu- 285

rales,

tales, in quibus modica vel nulla industria versatur, vt poma & similia. *Bar. in d. l. & ex diuerso, ff. de rei vendica.* Malæ fidei possessor de percipiendis fructibus semper tenetur: *l. 1. c. de furt & iur. bastæ, vbi Cuiac. nec obstat l. si fundum, C. de rei vend.* Lex ait, Malæfidei Emptorē de fructibus perceptis teneri: Ergò de percipiendis non tenetur: Vitiosa est col-
286 lectio.

Aut sunt tales, de quibus certa doctrina dari non potest, vt in fœno, sylua, & similib. quæ quandoque magnam, quandoque modicam requirunt curam, secundùm diuersitatem locorũ. Et ideo an sint naturales vel industriales, arbitrio iudicis relinquitur, cõsiderato eo, quod plus præponderat, *l. quæritur, ff. de statu hominum.* ¶ Alia extat diuisio: aut sunt consumpti, aut sunt extantes. Quatenus iam istos fructus quoslibet in sua specie lucretur, possessor bonæ vel malæ fidei, cum titulo vel sine titulo, habetur in glossa magna, *l. fructus, ff. de rei vendica, in l. certum, C. eo. tit.* quo iure autem petantur, & quomodo libellus formandus, docuit Bart. *in l. vbi autem, ff. eo. tit. & tangit gl. in d. l. fructus. vide Spec. in titu. de fructibus & interesse. Abbatem & alios in c. grauis extra de restit. spoliato. Schnei. in titulo Inst. de officio iudicis. §. Et si in rem, mihi n. 7. & in sequentib. Olden. in suis Class. actio. in act. rei vendicationis & petitionis hæreditatis. Ferrarien. in practica sua de rei vendica. in versi. Tot & tantos fructus.*

287 Nota, verus possessor cum titulo, etiam errore iuris vel facti, fructus facit suos: *l. Sed si lege, § scire autem: & ibi Dd. ff. de peti. hæredi. & habetur in l. bonæ fidei, ff. de acqui. Re. domi.* Sed quando propter aliquod delictum venit priuandus possessione, tunc tanquam indignus tenetur ad restitutionem fructuum, non obstante possessione & titulo. *Hoc dictum commendat per Dd. Hipp. de Marsi. in sing. suo 268. incip. verus possessor: secundùm quem venit cogitandum.*

288 In specie, an in possessorio recuperandæ, Reus qui tamen possidet bona fide, cum titulo saltem putatiuo, errore iuris vel facti ductus, teneatur ad fructuũ restitutionem: consuluit, quòd non, Dec. *in consi. 52. vol. 3. n. 30. & in seqq. vbi de fructibus habes bona.* Et de fructuum adiudicatione, simul & de eorum taxatione, consuluit VVesenbe. *in consi. 99. par. 2.*

289 Collecta an annumeretur fructibus, *Modest. Pist. p. 2. quæst. 91. & quæst. 15. supr.* ¶ De diuisione fructuum facienda inter maritum & hæredes vxoris, inter baronem & hæredes Vasalli, & alios complures, *Viuius lib. 1. decis. 8.* ¶ Frumentum vendentes vltra taxatum precium, mortaliter peccant: *Viuius lib. 1. decis. 28.* ¶ Fructus pendentes, cùm sint pars fundi, emptoris lucro cedunt: & quid de parte colonica iudicandum, *Thessaur. decis. 55.* ¶ Fructus pendentes tempore cadentis retractus, cuius lucro cedant, & an pro rata temporis diuidantur, *Thessaur. dec. 56.* ¶ Fructuum debitor, tenetur eos soluere tempore quo nascuntur: & debitor speciei & qualitatis, eod tempore omnia soluere debet: *Viuius lib. 1. dec. 85.*

Has sequentes conclusiones, de fructuum acquisitione, habet *Raudens. de analog. lib. 1. c. 37.* I. Bona fides potest causari non solùm ex iustis rationibus, sed etiam iniustis & temerarijs: *num. 143. adde Gabriel. de malef. concl. 8. num. 33.* & Raud. ibid. illustrat 11. illationibus, circa acquisitionem fructuum, ex diuersis consilijs sumtis, *d. nu. 143. vsque ad 165.* II. Condemnatus ad restituendum, tenetur etiam fructus restituere, siue bonæ fidei sit possessor, siue malæ: *num. 167. & seqq. vbi declarat.* III. Diuersa esse, fructus triennio vsucapi, & fructus acquiri: nam illo casu requiritur bona fides: hoc bona fides, vel fatua etiam causa, vel credulitas: *nu 174. & ibid. plures conclusiones.* ¶ Fructus quos hæres, grauatus restituere hæreditatem, faciat suos: & quos restituere cum re ipsa teneatur, & quando illos in Trebellianicam imputet, *Men. lib. 2. c. 256.* 290

Titulus nullus cum iuris errore sufficit ad lucrum fructuum, per text. optimum, *& ibi. Bartol. in l. sed & si. §. scire, ff. de petit. hær.* vbi loquitur tex. de eo, qui putabat testamentum valere, quod non valet. & dicit: non puto hunc prædonem, qui dolo caret, licèt erret in iure. Et sic vult, quòd lucretur fructus: *vide de hoc pulcre, Curc. consi. 6. fol. 78. colum. 3.* ¶ Et an errans in iure, teneatur restituere fructus industriales, *vide etiam ibidem.* ¶ Et quando fructus cum melioramentis compensentur, *vide ibidem eod. consi. & fol. colum. 4. in fin.* ¶ Fructus in actionibus bonæ fidei & stricti iuris, an veniant iure actionis, vel officio iudicis, *vide supr. in verb. Actio.* ¶ Quando fructus & accessiones veniant, tam in actionibus bonæ fidei, quàm stricti iuris, *vide Petr. in q. 9. vbi latè tractat.* ¶ Si statutum dicat, (quòd extrahens frumentũ de ciuitate contra formam iuris cõmunis, &c.) tenetur etiã ille, qui extraxit cõtra prohibitionẽ statut: Quia appellatione iuris communis, in hoc casu venit ius statutarium: *Bl. in l. vnica, C de Confess. colum. 12. vers. quinimo.* Hoc reprobat Decian. *in c. licet causam, de confess. vide Goz. in l. omnes populi lect. 2. vbi Bl. saluat & sequitur, de Iustit. & iur.* 291

Fructuũ materiam, & qui sint ciuiles, qui naturales, qui itẽ industriales, *vide per Bar. in l. ex di-*

ex diuerso, in princ. ff. de rei vendic. Multas remissiones per Alex. in consi. 205. vol. 2. num. 12. circa finem consilij.

De Fructibus feudi, mortuo Vasallo cui acquirantur.

192 Quid hoc casu de iure ciuili sit dispositum, ad quē videlicet spectent fructus fundi feudalis, mortuo Vasallo, consulendus est Aluarot. & alij Dd. in vsib. feudo. in tit. hic finitur lex Conradi, §. His consequenter. Iacob. de Bellou. secundùm Ardizonem in summa cap. 25. sic docuit: aut loquimur de feudo Cameræ, vel cauenæ: & prouentus anni, quem Vasallus moriens ingressus fuit, ad hæredes ipsius transmittuntur. Aut loquimur de fructibus feudi: & tum aut Vasallus decesit ante Martium, & tunc fructus eius anni pertinent ad dominum: Aut decesit post primum Martij, & ante Augustum, tunc fructus pertinent ad hæredes Vasalli, ratio, quia cùm quasi dominus coluerit & seuerit fructus, inserendo & colendo, meritò consequi debet: Aut post Augustū, tunc omnes fructus anni percipiet dominus: cum vltimus verbis textus d. §. his consequenter gloss. & Dd. non sunt contenti. (Vide supr. lit. cap.)

193 Quid de fructibus extantib. Clerici beneficiati, ad quos illos transmittat, vide gloss. & Dd. in l. defuncta, ff. de vsufruct. & Aluorot. in d. §. his consequenter, (Habetur loco vsufructuarij clericus. Bald. in l. iubemus, la. 2. n. 24. C. de SS. Eccles.) vbi etiam licet videre fructuum diuisionem.

194 De iure, Saxonico sic est dispositum: Jr solt aber wissen: stürbe ein Mann/ der keinen Lehns Erben liesse/ sondern nur einen Erben zu LandRechte: derselbe Erbe sol nemen zu rechte aus den Gütern alles das der Todte verdienet hat: das ist/allen Samen/den der Todte mit seinem Pfluge vnter gewircket hat/ vor der zeit/ehe er starb: vnd darzu alle Zinse/zehenden/vnd gülde/ von Mühlen Zollen vnd von Müntzen/ die der Todte verdienet hat/ob er nach dem Zinßtage stirbet. Denn diß were alles mit rechte deß Todten gewest/ durch seines dienstes willen/ dixit gl. fin alis ibi, (ihr solt aber wissen,) cap. 6. in LehnRecht. Ratio allegatur, in Auth. de mand. prin. §. publicorum, col. 4. est tex. in prin. Art. 58. lib. 2. LandR. Welche aber die zeite sein/in welchen aller Zinse oder Zehend versessen vn̄ verdienet sey/ declaratur in d. Art. 58. dero gestalt: An S. Barthol. tag seind alle Pflege vn̄ Zinsen verdinet. An S. Walpurgis tage der Lemmer Zehend. Zu vnser lieben Frawen tag/ Creutzweihe/ der Gänse Zehend: An S. Johannes tage deß Teuffers/ aller Fleisch Zehend/ do man mit Pfennigen oder Gelde den Zehenden löset/ wo man jn aber nit löset/do ist er vordienet/wen̄ das Viehe geworffen wird: An S. Vrbanus tage/ ist Weingärten vn̄ Bawmgärten Zehend vordienet: des Mannes Saat/die er mit seinem Pfluge wircket/ die ist verdienet/ als die Egde darüber gehet: vn̄ deß Garten/als er geradet gesehet vnd gehacket. Zinß von Mühlen vn̄ Zöllen vnd von Müntzen/ vnd Weingärten/ist vordienet vnd vorfallen/ auff den Zinßtag/der darum̄ zu gelden bescheiden ist. Also ist notirt, wenn der LandErbe oder der Lehn Herr die früchte deß Lehnguts erbet/ zu Keyserlichen vnnd Sächsischen Rechten.

Sed variæ obseruantur consuetudines, & habentur statuta, quorum habenda ratio. 195 Vide const. Elect. Sax. in Art. 32. par. 3. & ibi, Wann der Lehnmann verstirbt, in Art. 16. eadem par. 3. Wann die Leibgedingte Person verstirbet: ibi vult constitutio, vt pro rata temporis, quò ad vixerit illa mulier, hæredes eius capiant: vide VVesenb. sic consulentē, in consi. 93. part. 2. n. 10. & Apostillam Bal. in §. his consequenter, hic finitur lex. Ferrariensem in forma actionis de reuocat. feudi in verb. & superstitibus: vide Franciscum Hotomann. in commen. suis feudalibus ad. §. his consequenter, ex distinctione, quòd fructus naturales alij sint pendentes; & alij separati: quòd adiudicantur hæredi feudali, nō attenta distinctione, quo tempore Vasallus sit mortuus. vide VVes. in d. consi. 93.

In fructibus feudi dos constitui potest, & sic constituta saltem censetur. Mynsing. in obser. 86. cent. 4.

Fructus feudales percepti inter bona allodialia referuntur. Coler. de proceß. exe. p. 2. c. 2. n. 277. vbi remiß. & præcipuè in Hart. Pistor. in suis qq. quæst. 24. n. 38. p. 1. Viu. lib. 1. dec. 8. n. 8. 196

De Fructibus dotis.

Fructus dotis lucro cedunt marito, propter onera matrimonij: l. pro onerib. C. de iure dotium. Ad hoc autē, vt maritus lucretur fructus rei dotalis, requiritur, vt sustineat onera matrimonij: l. pater, in prin. ff. de doli except. Imò pro rata temporis matrimonij: l. diuortio, ff. sol. matri. VVes. in consi. 93. par. 2. Item oportet, quòd possesio rei dotalis tradita sit: l. de diuisione, ff. sol. matr. gl. c. salubriter, extra de vsuris, in verb. onera, & est vnus casus, vbi fructus non computantur in sortem: text. & Dd. in d. c. salubriter de vsuris. 197

Istum autē textum loqui in fructu submisso iudicio Dei, dicit Henning. Göden in consi. suo de præscrip. pigno. n. 130. versic. tamen si non. Baldi tamen est decisio, in l. fina. §. præterea, C. de iure doti. vbi dicit, quòd licèt, in c. salubriter, sint permissæ vsuræ in dote: tamen illud intelligatur verū de vsuris reducibilib. ad considerationē interesse, non de immensis: ideò putat rationē habendū ad moderatam æstimationē. Hen. Göd. in d. consi. de præs. pigno. n. 122. vel dicit Canon, vt tamen ma- 198

ritus sine vsuris possit sustinere onera Matrimonij, conuertat dotem in honestam societatem, vel aliquod commercium, & ex lucro honesto vxorem alat.

299 Et nota, quòd mortua vxore dos ampliùs non dicatur dos: cùm sine matrimonio esse non possit: *l. 3. ff. de iure doti.* quare datū vel cōcessum marito viuente vxore, eâ mortuâ amplius non datur, neque conceditur: priuilegium enim extinguitur cum persona priuilegiata: *Phil. Corn. in consi. 19. in 1. colu. 1. vol.* Et quòd cessante causa priuilegij, cesset priuilegiū, notatur *per tex. & Dd. auctoritates, Do. Tyraquel. in Regul. fallentiarum, nu. 210. fol. 200. col. 2.* & *ibidem, n. 217.* clariùs dicit: mutata persona, quæ est immediata causa priuilegij, mutatur & perinde extinguitur priuilegium: allegat *l. Paulum, & ibi Bart. ff. de acq. hæredi.*

300 Sed in lucranda dote vel eius fructibus, potissimū spectatur, quod fortè in pactis dotalibus vel aliàs actū est: si quidē nihil est actum, seruatur, quod in regione frequentatur: tandē in defectu recurritur ad ius cōmune: *l. semper, ff. de regul. iur. ibi Decius & alij Dd.*

Quòd autē Maritus lucretur fructus dotis, est etiam clarissimè dispositum in Iure Saxonico, prout patet *ex textu addi. & gl. Ar. 31. lib. 1. Landr.* Pro rata temporis Matrimonij, *d. l. diuortio, ff. solu. matr. & VVesenb. in d. consi. 93. part. 2.* Et de lucro dotis percipiendo, vel non habendo, consuluit Dec. *in consi. 31. volu. 2.* (*Non lucratur maritus partem statuto assignatam: si dos numerata non sit, si onera matrimonij non sustinuit: si legatum in recompensationem lucri dotis ei à muliere factum sit: quod in dubio præsumi. factum scilicet in compensationem lucri; communis opinio est.*)

301 Fructus fundi dotalitij seu fructuarij, pendentes, cui post obitum mariti seu proprietarij: cui item, mortua vxore seu vsufructuaria, cedant, *Thoming. q. 3.* ¶ In diuisione fructuū, facienda inter maritū, & hæredes vxoris: inter baronē, & hæredes Vasalli: inter hæredem, & fideicomissarium: inter hæredes fructuarij, & proprietariū: inter hæredes beneficiati, & nouum beneficiatū: inter dominum, & nouum Emphyteutā: inter emtorem, & retrahentē, vigore pacti de retrouendendo: inter antiquum, & nouum conductorem: inter emtorem & venditorem, de fructibus rei venditæ: & quando restitutio fructuum debeat esse integralis vel quotatiua. *Viuius dec. 8. lib. 1.*

De Fructibus pignoris.

302 FRuctus rei pignoratæ, percepti & percipiendi, computantur in sortem, hoc est, in solutionem eius quod debetur, & reliqui vel qui supersunt, restituuntur debitori: Imò ipso iure attenuatur sors, liberaturq; ipsum pignus: *l. 1. & 2. C. de pignora. actio.* Imò non obstat præscriptio, in petendo dictos fructus computari in sortem: quia mala fides impedit omnem præscriptionem: *c. fin. cum ibi plenè notatis, extra, de præscriptionibus.* Nec etiam valet pactum de lucrandis fructibus, quasi vsurarium. Et hæc regulariter vera, nisi expensæ custodiæ, vel sumtus, æquiualeant redditibus: vel hypothecarius passus esset multos labores: quoniam tum cederent in compensationem laborum: *Ioann. Andr. in c. conquestus, de vsuris & ibi domi. Abbas,* vel prætendat aliquod aliud probabile damnū, seu interesse: quia tunc fructus non essent restituendi, sed compensandi.

Imò etiam vltra eos deberetur idipsum tale damnum, & interesse: iuxta ea, quæ voluit gloss. *in c. conquestus, & in c. tamen tu, extra de vsuris.* vbi habetur, quòd si non soluitur pecunia in termino, possunt peti vsuræ, etiam de iure Canonico, non tanquam vsuræ, sed quasi interesse: *gloss. in c. quoniam 14. q. 4. Hæc & alia bona, consuluit Henning Göden, in consi. suo de præscrip. pigno. à num. 26. vsque ad finem.* 303

De frumentis horreis & granarijs inuectis & impositis dicendum est, quòd hæreditati adnumerari debeant: fruges enim quamprimum demessæ & in horreum illatæ sunt, ad hæreditatem pertinent, & referuntur ad allodialia: *Bal. in consi. 33. volum. 1. facit textus in l. si vsufructuarius messem, ff. quibus mod. vsusfr. Aluarot. & alij in §. his consequenter, in tit. hîc finitur lex. Mynsinge. in suo respons. 38. num. 20.* 304

De Fuga.

FVgiens se ipsum accusat: *§. si vero etiam quidam, in Auth. de exh. reis, col. 5.* ¶ Fuga an suspicionem faciat, *vide Soc. in reg. 161 & seq.* Per fugam, eo ipso res amissas subtraxisse, videtur fateri fugiens: *ita not. gloss. ex tex. in §. si vero etiam, in Auth. de exhib. & inter. reis.* ¶ Fuga an faciat indicium, *vide Dec. consi. 234. volum. 2. in effect. quæritur.* ¶ Ratione fugæ quis videtur fateri delictum & homicidium: *Cep. in consi. 29. num. 3.* ¶ Et hæc fuga inducit fictam confessionem, contra quam admittitur probatio in contrarium de innocentia: *de hoc vide supr. in verbo confessio.* 305

De Furioso & Furore.

FVriosus (*In allodialibus succedit, non in feudalibus,*) an succedat in hæreditarijs: vel retineat feudum quando furiosus est natus, habetur, *in l. 1. Art. 4. Landr. & notauit Schurre. in suo tractatu de, successione ab intestato, mihi fol. 130.* Decianus, *in consi. 127. vol. 3. nu. 36.* 306

vult,

vult, quòd furiosi sint capaces successionis in hæreditate. Et quomodo furiosus possit adire hæreditatem, (*per curatorem scilicet, exemplo infantis.*) illamq; ad hæredes suos transmittere, (*hæreditatem parentum, non extraneorum transmittit.*) docuit Rober. *Maran. in repe. l. is potest, ff. de acqui. hæredi. mihi à num. 132. vsq; ad num. 136.*

307 Sed quòd furiosus non possit condere testamentum, *habetur in l. furiosum, C. qui testa. facere possunt.* Sed ponè fecit, sicut quilibet sapiens facere posset: & deciditur, quòd valeat: *vide per rationes apud Anton. Corse. in singula. suis, in verbo, testamentum*, & ibi de fatuis & parum sapientibus; *Decianus in consil. 2. vol. 3. circa finem, ibi de testamento furiosi & prodigi, idem Decianus in consi. 127. vol. 3. num. 32.* ¶ De furioso delinquente, an sit puniendus, puta, de homicidio commisso: deciditur, quòd non: quia caret dolo: Angel. *de malefi. in versi. scienter dolosè, mihi num. 6. & 7. & Marianus Socinus in c. ad audientiam, in 5. quæstio. extr. de homici. Geyl. in obserua. 110. lib. 2. num. 20.*

308 Sed quis sit furor, & quomodo probetur, *vide eundem Socinum in d. c. ad audientiam, in loco allegato. Et D. Mynsing. in suis obseru. obseruat. 41. centu. 2.* (*Vbi traditur ex ipso actu colligi, tempore furoris actusnè gestus sit, an verò interualli: eamq; sententiam tanquam veriorem Dominos Camerales amplexos esse: licèt Canonistæ communiter teneant, in furore gestum præsumi.*) Item curatoris datione vti furioso, quòd probatus sit furor: sicut pupillaris vel minor ætas eodem modo probatur, consuluit Decia. *in cons. 53. num. 4. volum. 2. Bald. & Angel. in l. cum te. C. de probat. & in l. 2. §. obseruari. C. de iuram. cal.* Item probat prodigum, si alicui vt prodigo curator sit datus: *Bart. in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* ¶ Sed circa prædictam dationem curatoris tanquam furioso, considerandum venit, *secundùm Decianum in d. consil. 53. vol. 2.* an curatorium ante vel post actum, qui ex furore impugnatur, sit datum: primo casu probat, secundo casu non: nisi breuitas temporis vel aliæ coniecturæ aliud inducant. ¶ Sed cui furoris incumbat probatio: nempe ei, qui se ex furore fundat, *notauit idem Myns. in obser. 77. cent. 3.* Et de probatione furoris, quis dicatur furiosus, quis mēte captus, & quis fatuus, docuit Rob. *Maran. in d. repe. l. is potest, ff. de acq. hæred. mihi à num. 136. vsq; ad nu. 143. inclus. notaui quædam supr. in verb. de fatuo & fatuitate.*

309 Et licet possit probari furor: tamen quia stat præsumptio, quòd quilibet præsumatur sanæ mentis, fortiorem requirit probationem, dicit Decianus, *in consil. 127. vol. 3. num. 29.* Quæ & qualiter ergo quis probet, docuit *in num. seq. 30. 33.* & de actibus furori vel dementiæ contrarijs, *num. 34.*

Sed si aliqui testes pro sana mente deponant, & aliqui contra dicta eorum: quæ pro deponunt, præferuntur, *num. 35.* ¶ Furor superueniēs quòd neq; auferat iurisdictionem, sed tamen munus iudicandi, *est tex. in l. iudex, ff. de iudicijs.* ¶ Adde: stulti vel furiosi aliquem insultantes, sic pro defensione possunt occidi, sicut mentis cōpos vel prudens: quia arma stultorum ita incidunt, & offendunt, sicut arma prudentum, *Hippo. de Marsi. in singula suo 375. Incip. stulti.* ¶ De actibus stultorum, vel furiosorum, vide Corse. *in singularibus suis, in verbo testamentum.* 310

De furioso & signis furoris: *Vant. rub. de null. ex def. in hab. compar. n. 15. vsq; ad 19. fol. 355. & Med. de cas. fortuit. Franc. de fideiussor. c. 2. n. 7.* ¶ Furiosus, insanus, demens, & mente captus, an & quando quis præsumatur, *Menoch. lib. 6. præs. 45. Franc. d. lo.* ¶ Furiosi nulla est mens & voluntas: *Franc. tr. de fideiussoribus c. 2. n. 6. nullus consensus lapidi à Br. æquiparatur, & & seqq.* ¶ Actus furiosi, an censeatur factus cessante furore ex interuallo, an furore agitante, *Franc. d. c. 2, n. 10.* 311

Notarij assertioni quem esse sanæ mentis, non creditur, *Raud. d. lo. c. 30. n. 150.* ¶ Definitio fatui, dementis, mente capti, stulti, furiosi, *quæ Piag. de tut.* & cur, *quæst. 2. 21. & 23.* & furor quomodo probetur, *n. 25.* vide item ad iam dicta omnia, *Pet. Greg. Tholos. in Syntag. lib. 13. c. 5. Franc. d. c. 2. n. 13.* ¶ Furor quando excuset, & quando furioso succurratur, *Seb. Med. de cas. fortuit. p. 5. quæst. 5. n. 3. & seq. Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 325.* ¶ Furor ex quibus signis probetur, & quis sanæ mentis præsumatur, *Viuius decis. 377. lib. 2.* 312

Ex sermonibus furiosus qualiter quis præsumatur, *vide Bart. in l. pen. de cond. Inst. & Br. in l. is qui, §. Diuus, de tut. & curat. datis ab his, & Br. in l. fin. De bon. poss. inf. fur. &c.* ¶ Si aliquis delinquit, puta, interficit aliquem tempore, quo erat sanæ mentis, & postea fit furiosus, an possit decapitari & puniri: quid si post sententiam iam latam fit furiosus, an sententia possit exequi in furioso? *vide Bl. in l. furiosum, in fin. C. qui test. facer. poss. vbi Moder. & Ias. in l. pen. Si ex nox. caussa. vide Goz. in l. omnes populi, in 3. & 5. q. pr. de iust. & iur. fol. 34.* ¶ Ex quo aliquis semel fuit furiosus, semper præsumitur durare furor: *gl. in c. cum secundùm, de Elect. not. in c. fin. de success. ab intest. l. furiosum, C. qui testam. facer. poss. Carol. in l. 1. Lect. 67. de acq. poss. vide clariùs D. Alex. in cons. 10. volum. 6. colum. 3. vide Lanfr. in c. quoniam contra, de probatio. Alex. in consil. 225. & sequentibus, volum. 2. vbi latißimè de hoc per tota consil. duo.* 313

Furiosus est propriè, qui est cū rabie euidentis furoris. Mente captus verò est ille, cui mens & animi consilium deficit, tamen nullum 314

nullum furorem ostendit: *ita Bl. in l. si furiosi, C. de Nupt. & l. humanitatis in 3. col: C. de impub. vide Alex. in cons. 54. vol. 1. n. 8. & in l. si cum dotem, §. maritus, ff. solut. matr.* ¶ Quomodo autem probetur, quem esse furiosum, vel fatuum, & mente captum, *vide pulcrè Alex. in d. cons. vbi pulcrè, de hoc vide etiam Dec. in cons. 86. vol. 3. viso puncto. Br. in l. fin: ff. de bonor. poss. infan. fur. & eund. Alex. in cons. 3. vol. 6. & eod. vol. 6. cons. 10. Vbi plenissimè & pulcrè, vide etiam melius Alex. in l. si cum dotem, §. maritus, ff. solut. matr. & Lanfranc. in c. quoniam contra col. 26. & seqq. de prob.*

315 Furiosus, & mente captus ille esse dicitur, & probatur, quem pater pro furioso, & mente capto reputauit: *vt not. dicit Bl. in § item furiosi. Inst. Quib. non est permiss. facer. test. Ad quod multa allegantem vide D. Philipp. Dec. cons. 86. viso puncto & diligenter, vol. 1. vide suprà in verb. Filius.* ¶ Qui non plenum intellectum habet, licet non sit furiosus, priuilegia minoris habet: *vide infrà in verb. Minor.* ¶ Prodigus furioso & mente capto æquiparantur: *l. 1. §. si curatore adolesc. ff. quod iussu. l. Fulcin. §. planè, ex quib. caus. in poss. eat.* ¶ Prodigus, & luxuriosus sunt viles personæ: *l. non debet, de Dolo.*

316 De Curatore dato alicui tanquam prodigo, quando cesset: & an cogatur datus Curator suscipere curã, & teneatur reddere ratione administrationis; *vide Dec. cons. 274. vol. 2. viso decreto.* Voluntas furiosi nulla est: *l. qui seruum, de acq. hæred.* ¶ Furiosus vel demens absentis loco sunt: *tex. est in l. sed & si vnius, §. filiosfamilias, ff. de iniurijs.* ¶ Furiosus non est hæres, nec in allodialibus, nec in feudis: sed proximior, quod ad eum peruenire potest, capit, ei ministrando necessaria. Stultus est, qui ius ignorat: *l. regula, §. si quis ius, & ibi gl. in verb. ne stultus, ff. de iur. & fact. ignor.* ¶ Stulti non debent esse melioris conditionis, quàm periti: *l. seruus, Quod vi aut clàm, l. nec enim. Ex quib. caus. maior.* ¶ Ex sermonibus quis stultus præsumitur: *gloss. & Br. in l. Pomponius, de condit. inst.*

317 Stultissimus est, qui viam difficilem eligit, cùm habere possit faciliorem: *§. Caterum, Inst. Quòd cum eo.* ¶ Furiosus & minor in omnibus priuilegijs æquiparantur: *gl. not. in l. 2. C. de Curat. furios. ita dicit eam allegando Bald. in l. iubemus nulli, C. de S.S. Eccles. n. 3.* ¶ Sic etiam ebrius furioso & infanti æquiparatur: *vide infr. in verb. contractus, & in verb. ebrietas.* vbi habes an cõtractus in ebrietate facti valeant. ¶ Impune est, quod per furorem alicuius accidit, perinde ac si casu aliquo sine facto personæ id accidisset: *l. fin. de admin. tutor. vbi est elegans textus cum gl. ibid.*

De Furtis & furibus.

318 DE hac materia, vide apud Bonifacium de Vitellanis, *in tract. malesi. in rub. de furibus, de latronibus & derobato. Et Gandinum de malesi. eo. tit. Angel. de malesicijs, in versi. etiam vestem cœlestem soderatam. textum & notata Baldi, Aluoroti & aliorum Dd. in tit. de pace tenenda, & eius violatoribus. §. Si quis quinq;, in vsib. feudo.* & ibi tenet textus, quòd si quis quinq; solidos furatus fuerit, laqueo suspendatur: sin minùs, forcipe excorietur. (An furtum natura turpe sit; *vide Gothofred. ad l. 1. in fin. de furtis. Goddec. ad l. probrum 42. de V. S.*)

Sed nota, quòd solidus accipitur pro aureo Hungarico. Et ad talem æstimationem habetur ratio in pronunciando: sicq; limitatur ius Saxonicũ, *in Art. 13. lib. 2. Landr.* 319
Supplicia augenda sunt eorum criminum, ad quæ multi sunt propensi: *l. 16. §. vlt. ff. de pœn. Moll. lib. 1. semest. c. 37. vbi contrarijs respondet.* Ab vxore furtum non committitur: *l. 21. §. 1. rerũ amat. l. 36. §. 1. l. 42. in pr.* & hæ ll. ad effectũ furti referendæ sunt, alias vxor marito veritate furtũ facit: leuius tamen coërcetur. *l. 29. rerum amotarum:* tenetur ὑφαιρέσεως, non κλοπῆς: id enim officiorum & honestatis gratia exigit. Demus leges surdas aures furtis præbere, num vxor marito furtum faciens puniatur, etiam marito non conquerente: sed melius est, iudicis arbitrio id relinqui, vt pro qualitate furti & moribus mulieris agat, vel mitius vel seuerius.

Nach Sächsischen Rechten vnd gewohnheit/ das da sagt: (den Dieb sol man hencken/) Hat er minder denn 5. Vngerische Gülden gestolen/ so wird der Dieb zur Staupe geschlagen: wird jhm auch wol ein Ohr abgeschnitten / vnd an den Pranger genagelt: so wird er auch neben Staupschlegen der Gerichte oder Lande / nach gelegenheit der verbrechungen / verwiesen. ¶ Von denen so andern Leuten Holtz abhawen/ wasser fischen/ Obs abbrechen/ mahlbewme abhawen/ marckstetne ausgraben: wer auch des Nachts gehawen Holtz / vnd geschnitten Graß stilet: wie ein jeglicher insonderheit zu straffen/ *vide tex. Art. 28. lib. 2. Landrecht, ibidem additio. & glos.*

Qui pecuniam ad alium perferendum acceptam, ad vsus suos conuertit, an furti teneatur, (*respondetur, quòd sic.*) & cui teneatur, mittenti vel acceptúro, (*distinguendum est, cuius ille nuncius fuerit, seu à quo missus sit, an à debitore, seu mittente, & illi competet actio: an à creditore & accepturo, & huic vtiq; dabitur.*) & an transeat ad successorem, *dicit Bald. in l. si is cui, & in l. si abducto, C. de seruo fugiti. vide constitutionem D. Augusti Elect. Saxo. 4. part. c. 41. Von verirawtem gute, (Si summa sit 20. floren. suspenditur: sin infra eam, vel fustigatione, vel relegatione punitur.) Et glos. penul. Art. 22. lib. 3. Landrecht, Art. 29. & ibi Apostillam germanicam & glos. fina. lib. 2. Landrecht.* 320

Fur damnatus ad mortem laquei, rupto laqueo in terram cadens incolumis, liberari quòd debeat, *dicunt Luc. de Penn. in l. 1. C. de fer. & oculi. lib. 12. Dec. in l. fauorabiliores, 125. de R. I. Tiraq. in tr. de pœn. Ca. 64. vide Boß. in pr. crim. de exec. sent. num. 25.* Quia, qui pœnam persoluit, pro absoluto habendus: & idem de pœna inchoata intelligendum: *VVesenb. de pœn. in par. ff. n. 9. Dissent. Muscor. de Iurisd. n. 93. vide Marant. parat. 4. distinct. 1. num. 20.* ¶ Strassendiebe vnd andere berühmte Diebe / sol man an die Strassen hencken: *l. 28. §. 15. ff. de pœnis.*

321 De furto domestico, *vide Angel. de malefi- tijs in vers. comparent dicti inquisiti & quilibet eorum, mihi n. 22. & ib. August. in add. in Const. Elect. Saxo. c. 38. par. 4. (sicut alios fures, puniri eos Elector constituit) gl. Bal. in l. apud antiq. §. fin. C. de furtis. Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iuram. firman. (Vulgò distinguunt inter rem paruam & magnam, in hac quoq; pœnam mitigandam esse censent.)* ¶ De fure famoso, quòd is dicatur, contra quem laborat fama, *dicit Alexan. de Imo. in consi. 110. in fin. volu. 4.* sed pro fure insigni vel famoso, iudex nõ debet pati, aliquem aduocare: *Angel. de malefi. in vers. vestem cœlestem, fol. 197. vers. Et nota benè. Hipp. de Marsi. in pract. sua crimina. §. examinanda, num. 20. Et ibi in seqq. incipit tractare de Assasino.*

322 De fure nocturno vel diurno interficiendo, *habetur textus, & notat ibi post alios Dd. Hipp. de Marsi. in l. furem nocturnum. ff. ad l. Corn. de sica.*

Procurator exigens aliquid sine mandato, an fur sit, & an furti teneatur, *notauit Ang. de Malefi. in d. versi. etiam vestem, mihi, num. 42. (Furtum hic facit, & actione furti nec manifesti tenetur: quanquam Ang. furem manifestum esse dicat.)* ¶ Von Dieben / so Mühlen vnd Pflüge / Kirchen vnd Kirchhöfe berauben: das dieselben mit dem Rhade zu straffen / *habetur Art. 13. lib. 2. Landrecht.* & secundùm istum textum, non admissa distinctione Zobelij, pronunciant Magdeburgenses: Aber von Pflugdieben / wie die willkörlich mit Staupschlegen / mit dem Schwerd oder Rade zustraffen vnd zurichten / *vide in constitut. Elect. Saxon. cap. 35. part. 4. (tollitur illic rigor iuris Saxonici.)*

323 Von Bienen vnd Honigdieben / das die im Churfürstenthumb Sachsen höher nicht sollen gestrafft werden / denn ander Diebe: vnd die scherffe des Sächsischen Rechtens darinn nicht solle gehalten werden / *constitutum in const. Saxo. c. 36. par. 4.*

Von den Dieben so Würtzgarten bestelen / vnd fruchtbare Beume / junge gepfropffte Beume / Weinstöcke / Hopffen / Weiden stelen vnd vorderben / *(ciuiliter conueniuntur ad damnum sarciendum, & soluendam emendam duorum schockiorum in singulas arbores: qui lucri causâ ligna furantur, pœna furti puniuntur: qui herbas arboriferas, extra ordinem coërcentur.)* Wie die zu straffen / *habetur in constit. Elector. cap. 37. part. 4.* ¶ Propter rem minimam, furti actio, quantumuis famosa, competit: *§. Gallinar. vbi VVesenb. in addit. ad Schneid. Instit. de rer. diuis. per c. vlt. 1. quæst. 4. & c. pen. 14. quæst. vlt.* In puniendo tamen qualitas consideratur. *Dissentit Zasius lib. 2. singul. respons. c. 26. Couar. lib. 1. Var. resol. c. 3. n. 12.* ¶ Necessitas famis excusat à pœna furti: *c. si quis propter, de furt. c. quoniam, Tiraq. caus. 33. Clarus 5. sent. §. furtum. vers. quandoq;, Gothofred. ad l. 162. de R. Iuris.*

Furtum quale dicatur manifestum, & 324 qualiter fur possit capi propria auctoritate, *(Intra 20. horas ad iudicẽ deduci debet, aliàs capiẽs vltimo supplicio afficiendus esset, qui vellet priuatum carcerem habere.)* quæ sint species actionis furti, an res furtiuæ possint in alienis ædibus perscrutari, *(non licet: præterquam in seruo fugitiuo: quod alij ad vxorem fugitiuam & monachum extendũt, quos licet inquirere in alienis ædibus: item nisi furti indicia contra aliquem existant.)* & de scienter cælante, & emente rem furtiuam, ad quam pœnam, & in quid teneatur, *(tenetur pœnâ furti. & Bald. dicit, quòd ex hoc semel viderit suspendi mulierem: sed furem simpliciter celans, tenetur pœnâ de receptatoribus.)* vide *Schneide. in tit. institutio. De obligatio. quæ ex delicto nascuntur, §. furtorum, & §. conceptum.* ¶ In quibus rebus committatur furtum, an etiam in re commodata, pignorata vel deposita, & quæ sit in isto casu differentia iuris ciuilis & Saxonici, *(iure ciuili actio furti in his casibus locum habet, secus iure Saxonico.)* inuenies apud eundem *Schneide. in d. tit. §. furtum autem fit, allegans glossam in d. §. in verbo perduxisset. & text. in l. si pignore, post prin. ff. de furtis, & verba Art. 22. lib. 3. Landrecht.*

Rei furtiuæ possessor rem Domino re- 325 stituere cogitur, etiam non recepto precio: *l. 23. C. de rei vendicat. l. 27. ff. de captiuit. l. 2. C. de furtis.* Imò precium recipit, si quis à latronibus, rem alienatam emerit: *l. 6. in fin. ff. de captiuis.* idque æquum esse ex eo volunt, quòd Dominus nulla alia actione suum consequi à latronibus potuisset: atqui *d. l. 27.* negat, seruum ita emptum vsucapi potuisse, vt sit ita: eadem etiam negat, precium emptori restituendum, *& ita d. l. 27. coactio.* Ad hæc emptori precium à Domino restitui, volunt: si emptor tempore venditionis protestatus fuerit, se rem ea mente comparasse, vt domino redderet: *Cæpolla. caut. 10. VVurmser. 1. practic. 31. cap. 1. à quo tamen Natta dissentit. Consil. 436. Clarus lib. 5. §. furtum, 6. versicul.*

Sed

Sed hinc incidenter dubius hæret inter vtrunque. Nattæ opinionem Alciatus probat. Et quidem vterque confirmatur L. *Id quod nostrum 11. de R. I.* Quia protestatio Emptoris ex nimia diligentia dolum arguit, *l. 3. ff. de condict. Inst.* cui sententiæ Gothofredus accedit. Ad hæc: Idem quoque esse volunt, si precium rei venditæ in vtilitatem domini versum fuerit: *l. 19. de procuratoribus*: Si dominus vltrò precium restituerit: *l. 36. de cond. indeb.* Si consuetudo contraria sit: *Alciat. 3 præs. 29.* Quid si emptor auctorem laudauerit: *in d. l. 5. C. de furt.* Quid si in taberna publica, aut in foro, vbi communiter res eiusmodi vendi solent bona fide quis emerit? puto pretium restituendum: *arg. l. 3 de seruit. Cor. Maced. l. 52. §. 15. de furto.* quia casu ea admittatur ad agendum cum Domino, si fortè ei subiecta res sit, *etiam huc refero, l. 74. ff. de furtis.* Quid si eò tantùm nitatur emptor, quòd imprudens emit, & alia bonæ famæ sit: tali exceptione muniri non puto, vt quem cautè negotiari lex iubet. Intereà tamen sciendum: Ei, qui ignorans emit, dari actionem furti, sed non aduersus Dominum: *l. 52. §. 10 de furtis, vide Gothofred. ad d. l. 2. C. de furtis, ibique Enbardini.*

326 De libellis concipiendis, & exceptionibus formandis in furti actionibus, vide apud Specul. *in tit. de furtis.* & ibidem, *num. 3.* dicit, quòd simul possit agi ciuiliter & criminaliter: puta, ciuiliter ad rem familiarem, & criminaliter ad vindictam publicam. ¶ Sed ciuilis actio, puta, condictio furtiua, competit domino saltem rei furtiuæ: *§. sic itaque discretus, Inst. de actio.* Et hæredibus eius, qui passus est furtum, *l. sed nec legatarius ff. de condic. furti.* nec etiam datur legatario: sed vendicare rem legatam ab eo potest, *d. l. sed nec legatarius.* Item tutori & curatori datur, nomine minorum & adolescentum, *l. interdum, §. qui tutelam ff. de furtis.* Conceditur aduersus furem ipsum: non autem aduersus eum, cuius ope & consilio furtum fuerit factum: præsertim cùm res furtiua ad eũ nõ peruenerit *l. 2. & l. 3. ff. de condic. furti.* & in hæredes eius, qui furto surripuit rem, *l. si pro fure, §. vlti. & l. in condictione, ff. eo tit. de condict. furti.*

327 Quòd in hac persecutione veniat ipsa res furtiua, vel eius æstimatio: & cuius temporis, quodque veniant fructus, habetur *in l. 3. & in l. in re furtiua, ff. d. tit. de condic. furt.* Quomodo autem non dominis rei furtiuæ succurratur, vide Oldendorp. *in classe septima actionum, in actione de condictione furtiua, in adfinibus remedijs.* ¶ Contra extraneum vel alium possessorem, agitur rei vendicatione: *l. in rem ff. de rei vendi.* Vnd wie der gestalt/ einer sein gestolen oder geraubet Gut/ in ansprache nehmen/ vnd sich wie recht/ dazu ziehen mag: Wie ers erlange/ Also auch/ das der Keuffer seine Pfenninge daran verliere/ wie er zu Rechte stille zu stehen/ vnnd seinen gewehrsman zu bringen schüldig/ ne teneatur actione furti. *vide Artic. 36. lib. 2. Landrecht.*

Wie durch leugnen einer eim Diebe gleich werde/ Also/ das er solch Gut mit wette vnd Busse müsse wieder geben/ wenn es bey jm wird gefunden/ jhm aber an seine Ehre/ Leib/ vnnd gesund nicht gehe/ alldieweil er es nicht Dieblich oder Raublich/ aus jenes gewehren brachte/ *habetur in Articu. 29. lib. 2. Landrecht.* ¶ De rebus in domum alicuius immissis: & custodiæ inhabitantis commissis, & amissis, quid iuris: Et quomodo rerum amissio probetur: & de rebus non numeratis, in sacculo saltem, sine vel cum obsignatione traditis: quomodo de illis facienda fides: An creditor pro pignore amisso possit agere actione furti: qualiter probetur pignoris detentio, & eius amissio, notauit Specul. *in tit. de furtis à num. 33. vsque ad finem.* 328

Lex de residuis vendicat sibi locũ contra illum, qui deputatus fuit ad aliquod opus publicum faciendum, & ipse pecuniam ad hoc non expendit, sed sibi retinet, & in suos vsus conuertit: quæ sit eius pœna, (*tenetur ad restitutionem illius residui & pœnam triplicem*) notat *Bonifacius de Vitellanis in tracta. suo Malesi. in Rubrica, de residuis. Et consuluit pulcherrimè Decianus in consi. 29. vol. 1. per totum.* ibidem *numero 35.* de furti probatione: qua ratione videlicet probetur, maximè ad excusationem conductoris institoris, vel Mandatarij, quo minùs de re furto subtracta teneatur, bona docuit *vbi vide.* Et de ista probatione ex coniecturis, vide *Hippo. de Marsil. in pract. criminali, §. principium, num. 7. & vlterius.* 329

Et quòd furtum tanquam clandestinum, manifestè coniecturis dicatur probatum: quomodo etiam per acclamationes probetur: vel an acclamationes saltem faciant indicia, seu semiplenam probationem, adeò quòd possit deferri iuramentũ in supplementum probationis, *dixit Do. Petrus Gerhard. in singula. suo 8. incip. nota quòd. In casu furti contra furem docuit indicia duodecim Antho. Blancus in repe. l. fina. ff. de quæstionibus à nu. 409. vsque ad finem.* Et de toto processu in materia furti, *vide elegans consilium crimin. Bruno. à Sole per totum, & ibidem num. 52.* & in sequentibus docet, quomodo probetur furtum. Et sic quædã sunt notata, in hac materia furti. 330

Sed nota: quòd, qui furta aut spolia scienter cælauerint, vel facientibus patrocinium ad hoc præstiterint, conuicti, eadem legis seueritate puniantur, *Artic. 13. lib. 2. Land-* 331

Landrecht, & §. interdum furti quoq, Inſtit. de obliga. quæ ex delic. naſcun.

Von denen/welche die Wache halten/ vnd geſtolen Gut entpfangen/vnd participiren: wo er deſſen ſo viel mit genoſſen / darumb einer ſonſten könne vmb gehenckt werden: ſo wird er auch mit dem Strange gerichtet: *in conſtitut. Elector. Saxon. cap. 39. parte 4.* Vnd das die/ſo durch Kundſchafft anweiſung zum Diebſtall geben/ mit Staupſchlegen der Lande vorwieſen werden/ *habetur in d. conſtit. Elect. cap. 40. parte 4.*

332 Quòd non ſit turpior & fœdior pœna, quàm pœna furti, *dicunt Baldus & Iohan. de Platea in l. omnes, C. De delatoribus. Et Angelus in Authent. ſed nouo iure, C. de ſeruis fugit.* Et fœdam hanc mortem appellat Liuius, *lib. 2. Decad. 5.* ¶ Sed ex quibus cauſis poſsit iſta pœna interdum mitigari, puta, propter minorem ætatem: ob id, quòd ſemel ſaltem eſt delictum: propter ſpem meliorationis: & quia puniendus de honeſta & bona familia eſt natus: *Decianus in conſil. 16. volum. 3. De pluribus cauſis idem Decian. in conſil. 24. eod. vol. 3.*

333 Furtum circa rem vilem regulariter non vindicatur: niſi ſit iteratum: *Seb. Med. de Reg. Iur. reg. 3. n. 50. fol. 97.* ¶ Rem furtiuam apud vicinos malæ famæ licet perquirere: *Nouell. de. cauſ. crim. n. 80. fol. 48.* ¶ Fur magis eſt, qui modica furatur: *Tiraq. l. 2. connubiali, gl. 2. p. 1. ſub n. 12. inf.* ¶ Qui aliorum ſcripta ſibi vſurpant, ſunt plagiarij: *Pet. Greg. Thol. in Syntag. iur. lib. 36. c. 31. n. 13.* Vide in hanc ſentent. Schard. *in Præfat. ad diſtinct. Br. & ſunt fures Deleio l. tranſigere, C. de tranſact. n. 6. fol. 6. Pruck. de regal. §. venatio c. 4. n. 44. 45. & 46.* ¶ Furari rem alienam rei ſuæ æquiualentem quandoque licet: & quomodo id fieri poſsit, *Viuius deciſ. 223. n. 4. lib. 2.*

334 Ad Furti actionem requiritur, quòd per fallaciam, & dolo malo amouit rem: & ergo ſi aliquis ſine dolo malo amouit, furti non tenetur, *l. merito, §. pro ſocio.* ¶ Ad furtum, propoſitum & voluntas requiritur: iniuriæ igitur cauſa, qui ianuas fregit, quamuis per alios res amotæ fuerint, furti non tenetur: nam non factum, ſed faciendi cauſſa quæritur, *l. qui iniuriæ, de furt.* Nam animus & propoſitum crimina diſtinguit: *l. furtum, de vſucap. l. 1. & l. is qui eum telo. C. de Siccar.* ¶ Furtum interdum fit ſine affectu, *vide gl. in l. qui ſaccum, ff. de furt.* ¶ Pro re modica datur actio furti vt pro ouo gallinæ *vide tex. in l. naturalē in fin. de acq. rer. dom. c. fin. & ibi plenè per gl. 17. q. 6. gl. in l. id eſt de Dolo, alleg. §. Gallinarum Inſt. de Rer. diuiſ.*

335 Nota caſum: *in l. ſi quis ſeruo, C. de furt.* vbi furtum non committitur, tamen competit actio furti: ſic è contrario interdum furtum committitur, & actio furti non datur: *vide Paul. in d. l. A furto famis neceßitas excuſat, c. diſcipulos, vbi pulcra gl. de conſec. diſt. 5.* Rem alienam ſurripiens, licèt, cuius ſit, ignoret, furtum facit: *l. falſus creditor, §. qui alienum, ff. eod.* ¶ Furti tenetur, res furtiuas in cuſtodiam recipiens: *l. eos, C. de furt. l. congruit, de off. præleg. l. crimen, C. de vi pub.* ¶ An furtum ſine culpa committi poſsit, *vide gl. in l. cum duobus, §. damna, ff. pro Socio, & gl. in §. præterea, Inſt. quib. mod. re contr. obl.* ¶ Furti tenetur rem alienam aduerſus Domini voluntatem attingens: *l. fin. C. vnde vi.* ¶ Fur de iure Cod. non debet mori: *Auth. ſed nouo, C. de ſeru. fug.* Secus de iure Authenticorum: *§. ſi quis quinque, de pac. ten. in vſib. feudor.* ¶ Furtum admittit falſus creditor, ſi quid accipit: *l. falſus, ff. de furt.* ¶ An in furto comprehenſus, ſi rem reſtituat ſubtractam, ſit infamis? Dic, quòd non, quia nulla lege reperitur furem hoc caſu infamari: *vide gl. de hac quæſt. in l. quoniam, ff. de infamib.*

Fur nocte depræhenſus occidi poteſt, ſi 336
id ipſum de more teſtificetur: etiam diurnus, ſi telo ſe defenderit: *l. 4. ff. ad l. Aq. vide Petrum in 1. notab.* ¶ Per iudicis officium poteſt quis petere, vt permittatur alicui inquirere in domo alicuius res furto ſibi ſubtractas: *Bl. in l. requirendi, C. de ſeru. fugit. l. 1. §. Diuus, ff. eod. Goz. in l. 1. de iurisd. omn. iud. l. 3. C. de Edend. l. Diuus, C. de ſeru. fug. in Auth. vt indig. ſine quo ſuffra. §. cognita Bonif. de Vitell. in tit. de furib. vide Hipp. de Marſ. in l. 1. col. 9. n. 41. ff. de quæſt.* ¶ Capiens furem propria authoritate, & ducens illum ad iudicem, perdit commodum legalis pœnæ dupli, vel quadrupli: *l. qui furem, ff. de furt.* & hoc eſt ſingulare, *ſecundùm Bart. ibi, & alibi non habes.* Depoſuiſti apud me ſaccū viginti nummorum: tandē, te poſtulante, à me ſcienter triginta nummorū ſaccum (in quo viginti eſſe putabā) accepiſti: decē nomine, furti teneris actione: *tex. eſt in l. vulg. §. ſi is qui viginti, de furt.*

Fur rem furatam reſtituens, non efficitur 337
infamis: *gl. in l. qui de infamibus.* Furtum committens ſi pœnituerit, per hoc fur eſſe non deſinit: *l. qui ea mente, de furt.* ¶ Rem commodatam alteri commodans, furti tenetur: ſic etiam creditor pignore vtens: *l. ſi pignore, ff. de furt.* ¶ Qui rem pignori dat, eamq; ſurripit, actione furti tenetur: *l. eos, C. de furt. l. crimen, C. ad l. Iul. de vi publ.* ¶ Quòd furtum olim vltimo ſupplicio punitum fuerit, *tex. eſt in l. pen. de cond. ob. cauſſ. dat.* ¶ Aduerſus ſeruos, & filios noſtros, furti actionem non habemus: licèt nobis furtum faciant: *l. Serui & filij, de Furt.* ¶ Si aliquis Bononiæ furatus fuerit ducatos, & poſtea Ferrariæ vel Florentiæ fuerit repertus: ſi fur hos ducatos immiſcuerit cum alijs donatis, non poteſt ſuſpendi: ſecus, ſi nondum immiſcuiſſet *vide Goz. in l. ſingularia, lect. 66. Si cert. pet.*

338 Titius commisit furtum Francofurdiæ, qui fugit cũ re furtiua Stetinium: an ibi possit procedi contra ipsum per iudicem Stetinensium? Dicas, quòd sic, *ita dixit Bart. in l. si domicilium, ff. de Furt. Landfr. in c. qui de prob. in verb. Confeßiones.* ¶ Notitiam domus habentes suspecti sunt, cùm in ea fit furtum: *vide text. & Br. in l. Dominus horreorum, ff. locati:* ¶ Res furtiua apud aliquem licèt reperiatur, tamen eo solo de furto non est suspectus: quòd furto rem ipsam non subtraxerit: nisi probetur, quòd erat solitus talia omnia facere: *ita gl. Cyn. & alij Dd. in l. inciuile, & l. ciui. C. de le. fur. ita Alex. in cons. 5. vol. 1. col. 2. vide Bonifac. de Vitell. in tt. de Furib. col. 1. vide Ias. in l. in actionibus, in pen. col. de iureiur.* Br. tamen *in l. fin. in penul. col. de q q.* dicit, quòd quando res furtiua reperitur penes vnum, talis inuentio facit contra eum iudicium ad torturam, quòd eam furatus sit: nisi ostendat, à quo eam habuerit: *quod etiam voluit Br. in l. 2. & in l. militis, C. de q q. Ang. in l. ancillæ, C. de furt. de hoc vide Hypp. cumulantem in l. qui falsam, chart. 37. col. 1. in fin. ff. de Fals.* Quòd est contrarium proximo dicto præcedenti: cogitabitis pro concordia, vnde dic: Quòd hoc procedit in homine malæ conditionis & famæ: quia si penes eum reperitur, torqueri potest: secus in homine bonæ conditionis: *& ita dicit Hipp. vbi supr.*

339 Furti tenetur impubes, *l. sed si quemcunq. §. sed & si insciue ad l. Aquil.* ¶ Furti tenetur, aliorum dicta citans, & nomina eorum tacens: *ita expreßè dicit in specie, Bart. in l. non solum, §. morte, de oper. no. nunc. & l. hæreditatum, §. qui ex hæredibus, ad l. Falc. facit l. 2. §. iuris ciuilis, ff. de orig. iur. & D. Carol. in l. 1. §. si quis simpliciter, fol. 60. de verb. oblig. vbi de furto Ias. loquitur,* dicit se meminisse in Io. Andr. Quòd magis delinquit, qui alienas laudes surripit, quàm qui bona: & secundùm eum Aretinus crebrò dicebat: Turpe est silere eum, per quem profeceris.

Quando quis propter iurisdictionem, quam habet, possit in loco furcas erigere, *vide Decium cons. 249. vol. 2.* ¶ Si contra furem actum est actione furti, adhuc agi potest contra eum condictione furtiua: *l. si pro fure, in prin. & in §. 1. ff. de condit. furt. ita dicit etiã Ang. in §. si tamẽ alienã in nota Inst. de rer. diuis.* ¶ Item contra hæredem furis agitur condictione furtiua, etiamsi nihil ad eũ peruenit, etiam qualitercunq; & quomodocunq; res perierint, *d. l. si pro eo, §. fin.* Ita etiã voluit Ang. *in §. non autem omnes, in gl. Inst. de perpet. & temp. act.* vbi referendo Dyn. dicit esse speciale in eo, propter frequentiam furtorum, *arg. l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. & hoc dicit sequi Bart.*

An furtum, pro quo pœna furcarum 340 imponitur, dicatur esse maius delictum, quàm homicidium, quod capite punitur, *vide Dec. cons. 65. vol. 1.* ¶ Non licet mihi te inuito ingredi domum tuam, ad inquirendam rem mihi furto subtractam: nisi apparent indicia, rem esse in domo tua. nam tunc iudicis authoritate ingredi, & cum eius familia inquirere licet: *l. Diuus, ff. de seru. fugit. Br. in l. 2. C. de seru. fug. Ioh. de Plat. in §. feræ Inst. de Rer. diuis.* ¶ Furtum probatur, si ianua fuerit noctu effracta, si cistæ fuerunt dissectæ, si famulus aufugerit, & id genus alijs: *Olden. act. 8. clas. 1. fol. 109.* ¶ Necessitas famis à furto excusat, *vide Hier. Schurff. cons. 55. cent. 3. n. 3.* Vbi latè per totum consilium adducitur: quòd in casu necessitatis multa alias prohibita permittantur. ¶ Licèt res furtiua in domo alicuius reperta fuerit, non tamen præsumitur ille ipse fur, nisi concurrentibus aliis coniecturis: *l. inciuilem, vbi gl. Br. Bl. Paul. C. de furt. Bl. & Imol. in l. fin. ff. de hæred. instit. vide Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 29. col. 341. in princ.*

De Ga-

De Gabellis.

1 DE Gabellis notaui infrà, *in litera R. in verbo de Regal. in versic. de vectigalibus*: quia ad illam materiam propriè pertinent, *teste Bartach. in suo Repertorio de Gabellis.*

2 De Gabellis, vide Ioseph. Lud. *concl. 15. latè, item Coler. & Schneidew. & Asin. de execut. §. 41. 44. 45.* ¶ Regulariter emtor soluit Gabellam: *l. debet. de ædil. edict.* ¶ Augmentū pecuniæ an in gabellis debeatur, *Thess. decis. 224.* ¶ Gabellas & vectigalia plus debito exigens, qua pœna afficiatur, *Meno. lib. 2. cent. 5. c. 443.* ¶ Fraudasse datia vel gabellas dici nequit, qui tempore belli, vel alia considerabili causa stante, per inconsuetam viam ierit, vel negauerit: *Raud. de analog. lib. 1. c. 30. n. 284.* ¶ Ciuitates quæ recognoscunt superiorem, an possint instituere nouas gabellas, absq; superioris licentia, *Capyc. dec. 148.*

3 De gabellis, & earum fraudatoribus, & horum pœna, *Coler. de proces. exec. p. 1. c. 3. nu. 74. & seqq. Men. lib. 2. cent. 4. c. 397.* ¶ Gabella non debet solui de hæreditatib. & an valeat statutum in contrarium: & si sit filius, de hæreditate paterna soluere non tenetur: *Zuchard. de miss. in possess. n. 30. & seqq. fol. 24. ibid. rationes, & n. 34. controu.* Et si statutū sit, vt de acquisitionibus soluatur, attamen de hæreditate quis soluere non teneretur: *ibid. n. 39. fol. 27. vide & de his omnibus Sebastianum Sapiam de miss. in poss. n. 1. & seqq.* ¶ Gabella si solui debet de aliquo contractu, non nisi semel debet solui: *Seb. Med. reg. 4. num. 44.* nisi ex interuallo discedant partes à contractu: nam tunc iterum debet solui: *Fœn. de mom. temp. c. 22. num. 3.* secus: si continenti in nam nil soluunt.

4 An augmentum Gabellæ emptoribus gabellarum acquiratur, & de materia, *vide Dec. consi. 4. vol. 1.* ¶ Colligentes pedagia, debent tenere itinera tuta: vnde si fit Robaria in eorum curia, territorio, seu districtu ab eis possesso, vbi exigunt à transeuntibus pedagia: tenentur ea restituere, vel malefactorem exhibere: *ita Bl. in c. 1. §. conuenticulas, de pac. iur. fir. idem Bl. in c. 1. in princ. de his, qui feud. dar poss. in 7. col. in fin. Bl. in l. accusare, C. de Edend. vide latè Fel. in c. licet caussam, col. 8. de probat. in fin. vide Bart. in l. ne quid, ff. de incend. rui. naufr. Abb. in c. 1. in 3. col. in princ. Alex. in Apostill. ad Br. in d. l. ne quid, Corn. consi. 181. vol. 3. incip. visa copia, in l. P. Bertarch. in Repert. in verb. Gabella, fol. mihi 58. & in verb. territorium.* ¶ An officialis cum pecunijs lucrari possit, *vide D. Phil. Dec. consi. 6. volum. 1. Et diligenter pro tenui facultate.*

Fraudans Gabellas, neq; Deo, neq; hominibus tenetur: *l. vectigalia, & ibi Br. ff. de publ. & ita Apostilla, de hoc vide Soc. in reg. 764.* ¶ Ob non solutam gabellam & pedagium, res amittitur: *Br. & ibi Apost. in l. cotem, §. dominus, ff. de Publ.* ¶ Stante statuto: Quod de pretio rei soluatur gabella, an debeat deduci, quòd in prosonetis, & subhastationibus expositum est, *vide Bar. in l. sed si hæc nudam, de condit. & demonst. Alex. in l. non amplius, de leg. 1.* ¶ Gabella, vectigal, mulcta, confiscatio bonorū: tanto tempore, cuius initij memoria non est, acquiruntur: *vide Alex. in cons. 5. in 1. vol. in fin.* 5

Vectigal generale nomen est, ad omne, quod fisco pro aliqua re præstatur: *Br. in l. Imperatores, ff. de public.* ¶ Vectigalia quo iure possint peti, & prohiberi, *vide pulcre Bart. in l. si publicanus, §. fin. de public.* ¶ Casus in quibus vectigal non soluitur, *vide per gl. in d. l. publicanus.* ¶ Et quomodo vectigalia & pedagia præscribantur, *vide pulcerrimè Alex. consi. 6. in 10. vol. viso themate.* An etiam scientia principis requiratur. 6

Vectigal vel pedagium, pro mercibus in naui missis, soluere tenetur Dominus mercium: pro naui, Dominus nauis: idem in Mulione, quia ipse soluit pro mulo: *l. cum in plures, §. vehiculum, ff. locat. Br. in l. cum proponas, C. de naut. fœn.* ¶ Vectigalia dicūtur in cōmissum cadere, vel committi, cùm in delictum caditur: vt, si aliquis occultet bona in naui, vel plaustro, ne det thelonia, vectigalia, item omnia bona ceciderunt in commissum, id est, Zollfällig geworden. Quia eo ipso, quod commissum, id est, vectigal occultatum est, omnia bona sine alia traditione sunt facta fisci: & is est casus specialis, exceptus ex regula, *l. ff. de pact.* in quo dominium absque traditione ad fiscum transfertur: *l. cotem ferro, ff. de public.* ¶ Quod tu nota pro Polonis, quando 7

quando Silesij vectigal occultant, telonorum præfecti eos persequuntur, & extra Poloniæ regnum res in commissum prolapsas tanquam proprias vendicant. De præmiss. *vide Zas. in l. obligationum, col. 166. lin. 12. ff. de act. & obl.*

De Geminatione.

8 GEminatio seu reiteratio actus, dat robur & validitatem, actui simplici & inualido. Nam verba enunciatiua, regulariter non disponunt: *vt in l. ex hac scriptura, ff. de dona.* tamen si geminentur, tunc disponunt, *secundùm Bart. in l. cum scimus, C. de agrico. & censi. l. 11.* ¶ Ex confessione inualida geminata, plena oritur confessio: *Cynus in l. 1. C. de confess.* & licèt ex pacto nudo non oritur actio, *vt in l. iurisgentium, §. sed cum nuda, ff. de pactis*: secus, si sit geminatum, quia tunc ex eo oritur actio: *Ang. & Salyce. in l. petens, C. de pactis.* Et geminata interlocutoria non potest reuocari, *contra l. quod iussit, ff. de re iudica.* Item confessio geminata, est irreuocabilis, etiam respectu erroris: *Lud. Rom. in consi. 346. incip. in hac causa, in 2. col.* Et tantum operatur geminatus consensus, quantum iuramentum: *secundùm Fel. in c. postulasti, in 4. col. de Rescrip. Abbas in c. cum contingat, de iureiur. & facit gl. in c. criminis, 25. distinct.*

9 Quòd peccatum veniale geminatũ, efficiatur mortale, *docuit hæc & plura alia Hipp. de Marsi. in l. 1. §. quæstioni per totum, ff. de quæst.* Et geminata testatoris voluntas quòd magis sit seruanda, *habetur in gl. l. si stipulatus, in pr. ff. de vsuris, Dec. in consi. 49. vol. 1. num. 18. idem in consi. 1. num. 200. vol. 1.* & ibi de triplicatione, Plures effectus geminationis & reiterationis: pro sustentatione scripturæ priuatæ, *docuit d. Dec. in consi. 46. volu. 2. num. 37. & in sequentibus.*

10 Et reus conuictus de reiteratione delicti, & consuetudine delinquendi, punitur Pœna capitali: vbi aliàs saltem pro eo pœna pecuniaria esset puniend⁹: vide *d. Hip. de Marsil. in repetit. l. frater tuus, C. ad l. Corn. de Sicarijs.* Et ex istis oritur quæstio: Statuto cauetur, quòd homicidia puniantur in centum: alio statuto cauetur, quòd qui commiserit duo homicidia, capite puniatur: vtrum si quis cõmisit homicidium, & soluit centũ, an si committat aliud, debeat decapitari? disputatur pro & cõtra: sed deciditur, quòd sic, quia secundum aggrauat primum: *Anto. Corseti, in sing. suis, in verbo statutum 23. Idem tenet Ioan. de Arno. in singulari suo 64. Incip. tu habes. Et facit elegans singulare, Hipp. de Marsi. 378. Incip. Geminatio.* adde huic materiæ, locum à coniunctione vel coadunatione duarum legum: *quem notauit Euerhard. in Topicis suis legalibus.*

11 Et quòd ex multiplicatione & Reiteratione percussionum percipiatur, quòd percutiens habuerit animum occidendi, docuit Hipp. *de Marsi. in d. l frater tuus, mihi à num. 38. vsq. ad n. 49. C. ad l. Corn. de Sicarijs.* Sicut geminum plus ligat, quàm simplex: ita triplex magis, quàm geminum: *Ang. in §. hoc de eo. Auth. Quomodo oportet Episcop. Et notatur in cap. 1. De treuga & pace, Dec. consi. 1. num. 200. volum. 1.*

12 Dictio vniuersalis geminata operatur, etiamsi resultet absurdum: *Raud. de analog. lib. 1. c. 23. n. 74.* etiam quo ad id, quod est impropriè tale, *ibid.* & operatur limitationem legis, *n. 76.* & includit feudalia, *nu. 79. 83.* & inhabile, *n. 81.* & ibid. plura de efficacia geminationis. ¶ Actus geminatus, in momentaneis pro vno habetur: *Viuius dec. 352 lib. 2. n. 4.* ¶ De geminatione quædam, *Carol. Tapia in rubr. de const prin. c. 2. n. 14. vsq. ad 19.* & vide elegantes remissiones, quas notauit König. *in processu c. 64. num. 1. item Seb. Med. de Reg. Iur. reg. 2. n. 6. & sequent.* vbi, per quæ verba geminatio interdum fiat: vide etiam Euerhard. *in l. à vi geminationis, & Med. d. lo. Item Fornut. de mom. temp. c. 10. & c. 19. nu. 5. & seqq. vbi de geminat. rerum, & c. 20. verborum, vbi multa exempla sicut in Medic.*

De Generalitate.

13 QVatenus generi per speciẽ derogetur, & de clausularum generalium operationibus, vide Decian. *in consi. 50. volu. 1. vide Pet. Peck in c. generi 34. de Reg. Iur. in 6. per totum.* ¶ Generalitatem restringi ad naturã rei, de quã fit dispositio, consuluit idem *Decian. in consi. 57. num. 60. & in seqq. vol. 1. eod.*

14 Item generalia non extenduntur ad casum verisimiliter non cogitatum: *l. qui iure militari, ff. De milita. testam. Menoch. consi. 84. n. 42. vol. 1.* Item generalis clausula restringi debet ad similia specificatis, neque potest comprehendere maiora expressis: *l. fin. §. cui dulcia, ff. De tritico, vino, oleo lega. Dec. consi. 19. n. 80. vol. 1. & notat. in l. doli clausula, ff. de v. obligat.* In generali concessione non veniunt ea, quæ quis in specie verisimiliter non esset concessurus: *arg. l. 1. ff. de off. emt. cui mand. est iurisd.*

15 Clausula generalis ad quæ restringatur, *Viuius dec. 339. lib. 2.* ¶ In generali sermone persona loquentis non comprehenditur: *Viuius decis. 233. lib. 2.* ¶ Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda: *Pruckm. in l. in multis memb. 1. art. 1. n. 16* adeo vt quidem omnes casus, *n. 17.* & personas complectatur, *n. 18.* etiam priuilegiatas, *n. 19.* ¶ Genus restrictum ad certum corpus, videtur potius positum vt species, quàm vt genus: *Zuchard. de miss. in poss. n. 143.*

De ge-

16 De generalitate & genere, præter *Euerh. in top. in loco à generalitate, item à genere ad speciẽ, & à specie ad gen⁹, vide Alex. Raud. de anal. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 16.* vbi regula: (generale vniuocũ omnes species includit:) ampl. & lim. vt ibi. Et vniuocũ generale, quod sumi potest in genere & specie, vt adoptio in odiosa materia sumitur strictè, & sic in specie, *ibid. c. 17. vbi lim. 10. Seb. Med. de R. I. reg. 1.* ¶ Generalitas quatenus restringatur, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 22.* ¶ In generali concessione non veniunt, quæ specialiter concedi debent: *Pruck. rubr. quæ sint regal. c. 5. nu. 12. nec regalia, num. 11.*

De Gerada.

17 Gerada etsi intra anni & diei spaciũ Iure Saxonico præscribitur: filiabus tamen ob reuerentiam patris, etiam intra illud tẽpus, vel diutius, non petentibus præscriptio non currit: *Moller. lib. 2. Semestr. c. 8. de Gerada, vide quoq; Schneid. Inst. de succeß. ab intest. de succeß. marit. & vxor. vide infr. de vtensilibus.*

De Genere.

18 Notaui supr. *in litera F. versic. de familia & genere.*

19 De multiplici significatione generis, *Raudens. de analog. lib. 1. cap. 26.* ¶ A generalibus in docendo deueniendum ad specialia: *vide in hanc sent. Vant. de nullit. rub. quoties & intra quod tempus, fol. 170. vers. & quoniam, vsque ad fi. vide Castel. in rubr. Inst. de testim. ordin. n. 10. & seqq.* ¶ Posito genere, quælibet eius species vltrò etiam sequitur, positaq; censetur: *Pruck. rub. quæ sint regal. c. 5. n. 23. vbi, multa & generalibus specialia insunt, n. 24.* Posito genere plures sub se species continente, quarũ aliæ speciale sibi nomen arripiunt, aliæ verò generis nomen retinuerunt: illæ tantum cõtinentur species, quibus speciale nomen inditum non est: *ibid. n. 25. lim.* nisi tantũ in duabus speciebus possit intelligi, nam tunc vtramq; comprehendit: *n. 26.* Et quæ in consequentiã veniunt, etsi aliâs nomine exprimi velint, sub generalitate tamen hoc casu continentur: *n. 36.* Et clausula generalis, quibus speciebus apposita, ad similes specificatis porrigatur & extendatur, *n. 40.* ¶ Non sufficit generaliter fieri, quod specialiter faciendum est: *Pruck. in rubr. quæ sint regal. c. 5. nu. 13. & num. 15.*

20 Generalis locutio, an & quando recipiat restitutionẽ de habilitate, *vide pulcrã theor. Br. in l. 1. §. nunciatio, De oper. nou. nunc. vbi etiam alij, vbi locus ordinarius, Soc. in l. 1. in 1. col. de leg. 1. vide ad hoc gl. pulcram in §. Sed si in verb. quibuscunq;, Inst. de v. obl.* ¶ Generalia præcedere debent: *l. 1. si cert. pet. vide lect. Goz. in Rubr. de iurisdict. omnium iudic.* ¶ Generalia verba in materia nõ odiosa, debent verificari in qualibet specie contenta sub genere: *c. scisitatus, de Rescrip.* ¶ Generalitas obscuritatẽ parit: *l. fidei, in princ. De iure sisti, gl. in l. 1. ff. de Edend.* ¶ Sub generali sermone non venit casus, de quo non est verisimiliter cogitatũ: *l. creditor, §. Lucius, ff. Mandati, l. Lucius, §. penult. ad Municip. Bart. in l. si sub conditione, vide Goz. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. pr. de Iust. & iur.* In generali concessione non veniunt ea, quæ principi specialiter sunt reseruata: *vide pulcre Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 13. & 14. de constit.* ¶ Et in generali dispositione, non venit persona valde priuilegiata: *vide eund. Goz. vbi supr.* ¶ Quod apud Dialecticos est Species, Genus est apud Legistas: *vide Soc. & Ias. vbi allegant Br. in l. 1. in princ. Ias. in 1. col. de acq. poß.* ¶ Quando non sumus in materia odiosa, tunc generalia debent verificari in qualibet specie contenta sub genere: *c. sciscitatus, de Rescrip. Abb. in Rubr. de consi. Br. in l. legato generaliter, de leg. 1.* definit genus generale, summum, & subalternũ: eodem modo, quo logici: *Br. in l. 1. in princ. de iurisd. omnium iudic. & in l. quæsitum, §. fin. ff. de fund. instruct.* ¶ Illis terminis logicis, Maior, Minor, vtitur *Br. in l. 1. in princ. si cert. pet. Io. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. col. 9. ff. de verb. obl.*

Item in generali promissione non veniunt ea, quæ promissor verisimiliter in specie non fuisset promissurus: *l. obligatione generali, ff. de pig. vide Alex. in l. ita stipulatus la grande in 2. col. de v. obl. l. creditor, §. Lucius, ff. Mand. l. tres fratres, ff. de pact.* Et an in generali concessione veniant ea, quæ quis non fuisset verisimiliter in specie concessurus, *vide per Aluar. in c. generali, si de feud. fu. contr.* ¶ Hinc est, quòd in generali dispositione non veniunt bona feudalia, *Dec. consi. 75. vol. 1.* ¶ Sic etiã in generali renũciatione dicendũ est, in qua non veniunt, quæ quis non cogitauit verisimiliter: *vide Ioh. Ferr. in pract. sua, in form. libell. contra plures reos debendi, fol. 134. col. 3.* ¶ Sic si quis generaliter obligauit bona, non veniunt ea, quæ absq; incursu pœnæ obligare nequit: *Alex. consi. 41. vol. 6. n. 2.* ¶ Genus in iure accipitur tribus modis: *Br in l. Meuius, §. duobus, in princ. de leg. 2. gl. & DD. in l. legato generaliter, de leg. 1. Bar. in l. 2. §. 1. si cert. pet. & ibi plenè Paul. de Cast. Br. in l. 1. de iurisd. omniũ iud. & in l. quæsitum, §. fin. de fund. inst.* ¶ Quando exprimitur genus & species aliqua, tunc apparet, quòd sit de mente proferentis, quòd talis species non contineatur sub genere: *l. quæsitum, §. fin.* vbi latè Bart. materiã generis & speciei tractat, *de fund. instruct.* ¶ In genere qui tenetur, nõ ad id quod melius est, sed medriocre, tenetur: *l. si quid venditor, l. sciendum, de Ædil. edict.* ¶ Genus reperitur in omnib. suis speciebus: *l. Iurisconsultus, §. inter agnatos, de gradib.* ¶ Quando generi

Per speciem derogetur, *vide Br. in d. l. quæsitum, & Moder. in l. 1. §. nunciatio, de op. nou. nunc.* ¶ Cuicunq; attribuitur genus, eiusdē & species eidē videntur attributæ: *l. si chorus de leg. 3.*

22 Genus cuilibet speciei inest: *l. si quid earum, §. inter emptum, de leg. 3. l. iurisgentium, §. sed si fraudandi, de pact. Alex. in l. imperium, in princ. de iurisd. omn. iudic.* ¶ Posita specie, ponitur genus: *l. inter agnatos, ff. vnde legitimi.* ¶ Remoto genere, remouetur species: *l. fundi, §. fi. de fund. instruct.* Sed non econtra: *tex. est, & ibi Br. in l. duob. §. si quis iurauerit, de iureiur. Br. in l. 2. §. doli, vi bonor. rapt. vide lectionem meam in §. plebiscitum, Inst. de iur. nat. gent. & ciu.* ¶ Eadē dictio potest esse genus & species: *vide post Br. Goz. in l. imperium, de iurisd. omn. iudic. vbi multa pulcra adducit.* ¶ An autē in statutis debeat sumi talis dictio simpliciter prolata, quæ potest esse genus & species, ex proprio significatu vocabuli, vt genus, an vt species, *vide Goz. in l. omnes populi in 5. q. princ. lect. 25. de iust. & iur.* ¶ Quando sunt duo generalia, tunc minus generale dicitur speciale: *Soc. in l. 1. §. creditum, si cert. pet. Alex. in l. 1. §. hoc autem, de op. nou. nuncia. Goz. in l. omnes populi, in 4. q. q. princ. de iust. & iur. fol. 28.* ¶ Differentiā inter orationē generalem, & vniuersalē, *vide Br. Ias. & alios in l. 1. §. fin. de verb. obl. in fin. verb. per Ias. pulcre.*

23 De natura generalis sermonis est, quòd omnes casus includat: licèt maior ratio sit in vno, quàm in alio: *l. 1. §. quod autem, de Aleat. l. in fraudem, in fin. de test. milit. l. 1. §. & generaliter, de legat. præst. Dec. in Rubr. si cert. pet. col. 3. idem in l. 1. colum. 2. circa fin. si certum pet.* ¶ Generalis sermo, si non potest verificari, quàm in vna specie, tantū pro ea accipitur, *l. 2. de lib. & posthu. l. fundus, cui locatus, de fund. instruct.* ¶ Generalis locutio regulariter æquiparatur speciali: fallit certis casib. *de quibus post alios Moder. vide Goz. in l. cum quid, si cert. petar.* ¶ Fallit primò, quando specialis expressio requiritur. ¶ Fallit secundò, quia in generali locutione non venit iurata. ¶ Fallit tertiò, quia in generali dispositione non venit persona, vel casus priuilegiatus. ¶ Item fallit, quando expressio pro forma requiritur, quia tunc generalis non sufficit: *l. legitimos, de leg. tut. l. fin. §. omnē, vbi Bart. & omnes ad Tertyll. vide Goz. vbi supr.* vbi plenè tractat: an taciti & expressi idem sit iudicium.

24 Et generalis locutio dicitur esse quid perfectū, quia continet omnes suas species: *ad quod facit l. 1. si cert pet. vide pulcre Aluar. in c. 1. de noua form. fidel. col. 3.* ¶ De generalib. verbis Quibuscunq;, quomodocūq;, & similib. *vide pulcre D. Curt. in consi. 1. in princ.* ¶ Quod generaliter est statutū, est generaliter obseruādum, etiā quo ad casus priuilegiatos, quando illo casu specialiter non reperitur habere priuilegiū: *vide Dec. consi. 5. vol. 1.* ¶ Qui in genere loquitur, obscurè loquitur: *l. prætor edixit, in prin. ff. de iureiur. Dec. consi. 20. vol. 1. col. 2. in princ.* ¶ Et generalitas parit ambiguū: *l. ita fidei hæred. ff. de iure fisci. vbi gl. generalitas nimia est reprobanda, c. ad hoc, & ibi gl. de Rescrip. gl. in c. quod nonnulli, in verb. indeterminati, eo. tit.*

De Germania.

De Germania loquitur tex. *in l. non putabam, ff. de condic. & demonst. & in l. Lucius Titius, de euict. adde & tertium tex. in l. fin. ff. de cen. & in l. hostes, de capt.* ¶ Germani sunt verè nobiles: *gl. in c. 1. 34. dist. Abb. in c. per venerabilem, de Elect.* ¶ De Germania loquentē, *vide tex. in c. Imperialem, §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Feder. gl. in §. penul. Inst. de hæred. qual. & differ.* in declarando verbum hæres, dicit, Teutonicos dici, Herr, id est, Dominus, & gl. *in l. 1. §. si vsta, in verb. vsta, Depos.* declarat verbum Cista, id est, Scriniū, vt vocant Teutonici. ¶ Teutonicos allegat *gl. in l. 1. §. si cista, depositi, & gl. in §. pen. Inst. de hær. qual. & differ.* 25

De Gerundijs.

Gerundia an significent necessitatē, an in sua verba resoluātur, *vide DD. in Rubr. C. de edend. Ias. & Ioh. Fab. in Rub. de Act. Inst.* 26

De Gente.

Quot homines faciunt gentē? Bart. *in l. prætor, ff. vi bonorum raptorum,* dicit, quòd decem. Putat tamē Bart. quòd si quis congregauerit homines equites, veniant nomine gentis quatuor aut quinq;: tradit etiam, quòd decē faciant populū, & duo homines congregationē: *idem Bart. in l. sicut, §. 1. ff quod cuiusq; vniuersi. nomi.* Et tres faciunt collegiū: *l. Neratius, ff. de verb. significat.* ¶ Quot sint genera gentiū, notat Bart. *in l. hostes, in prin. ff. de capti. & postlimi. reuersis,* & vide de probatione, quem esse de ista gente, *in l. 1. ff. de probat.* 27

De Glossæ Auctoritate.

Auctoritas Glossæ magna est: Bald. *in l. hæreditas. C. depositi,* vbi dixit, quòd auctoritas glossæ omnes alios antecellit: *Cynus in l. 1. C. de actio. & obl. & in l. moriturum, C. de contra. & commit. stipulat. Bart. in consi. 6. incipiente, Andriotus dixit: sequere gl. ordinariam, quæ meliùs præ cæteris intellexit hæc & alia.* 28

De glossatoris comendatione, *vide apud Pet. de Rauen. in suo alph. lit. G. versi. Gloss.* Quòdque in iudicando & consulendo, non debeamus recedere ab opinionibus gloss. *consuluit Alex. de Imo. in consil. 74. colum. 4. volum. 4.* Dicit tamen Bal. *in l. respub. C. quibus ex caus. maio. in integ. resti.* quòd glossa, quæ nihil allegat, non sit tenenda. Rolandus *à Valle, consi. 45. numer. 36. lib. 1.* argumentatur à glossa dicente sine lege, quòd illi non credatur, 29

credatur, multò minùs Saliceto sine lege loquenti: quia erubescimus, cùm sine lege loquimur: *l. illam, C. de colla. Notabo quædam infr. in lit. O. versi. de opinionibus doctorum.*

30 Glossa allegari non debet, quando extat textus: *gl. est in l. sed & licet, de offi. præsid. Archid. in c. nolite timere 11. q. 3. Ias. in l. illam, in 3. col. in prin. C. de collat.* ¶ Glossæ dictū semper debet intelligi secundùm legem, quam allegat: *Br. in l. non solum, §. si liberationis verbis, de lib. leg. Io. And. in c. cum nun cius, de testib. Sal. in l. si ex concione, C. de non num. pec. colu. 10. Ias. in l. 1. in 3. colu. de iurisd. omnium iudic. Bar. in l. quidam, de his quib. vt indig. Ias. in l. 1. in 1. lect. col. 10. in princ. de acquir. poss. idem Ias. in l. 1. in 12. col. in fin. ff. de legat. 1.* ¶ Petrus dixit, gl. magnam, *in l. huiusmodi, §. qui seruum, & ibi refert Alex.* esse glossam diaboli, *de leg. 1. gl. in l. si quis sub conditione dandorum 10. ff. si quis omiss. caus. test.* ¶ Glossæ non est credendum, quando legem non allegat, nec ipsius dictum curandum: *Bl. in l. res publica, extr. quib. caus. mai. Br. in l. quod meo, in 1. col. in fin. ibi, sed dices tu, de acq. possess.*

31 Glossæ opinio est solùm probabilis: *gl. in l. 1. C. de LL. & in l. si de interpretatione, ff. eod. Bar. in l. 1. in. 3. col. ff. si cert. pet.* ¶ Glossa referens plures opiniones, nec expressè vnā eligens, vltimam in dubio dicitur approbare: *vide supr. in verb. Doctor, & infr. in verb. Opinio, vide Landfr. in c. 2. de feud. dat. inuit. l. commiss.* ¶ Glossarum authoritas habet magnū pondus in decidendis caussis: & ideo dixit *Bal. in l. fin. §. necessitatem, C. de bonis quæ liberis*: adhæreas glossis, & in perpetuum non errabis: & glossis ordinarijs inhærendū est, sicut nautæ temoni, *secundùm Bl. in l. precibus, C. de impuber.*

32 Et vbi cum gl. concordat aliquis Doctor, censetur opinio cōmunis: fuit dictum Iac. Butr. *in l. 1. C. qui pro sua iurisd. & Bal. in c. 1. ad fin. de natur. success. feud.* Ego, inquit, in dubijs opinionib. multùm sequor glossam ordinariā, quia non possum adhærere meliori: *& Ioha. Fab. in §. pupillus, Inst. de inut. stipul.* Quòd in curia Ecclesiastica opinio glossæ & Innocentij, adorantur sicut idolū: Glossæ authoritas præfertur cōmuni opinioni: *Ioa. Butr. in l. vnica, C. qui pro sua iurisd. vide pulcre Fel. in c. 1. nu. 51. de const. & Ias. in l. vt vim, in pen. & vlt. col. de iust. & iur. vide consilium Siculi, positum in consilijs Alex. in consi. 52. vol. 4.* ¶ Authoritas glossæ omnes alias antecedit: *ita dicit Bl. in l. cum hæreditas, C. depos. & Br. in l. vt vim in fin. de iust. & iur.*

33 A glossa in iudicando, & consulendo non est recedendū, vbi ipsa format pedes: *secundùm Iac. Butr. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. & Br. in suo consilio incipiente Andriolus, & Bl. in l. 1. de vulg. & pupill. & in l. 1. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. & Ang. in l. 2. ff. de accus. & Alex. consi. 234. vol. 2. viso & discusso Calorioso processu, n. 18.* ¶ Glossa fuit digna inuolui cœno: *Br. in l. cogi, n. 13. de pet. hæred. gl. in l. 1. §. si cista, depositi, in v. cista, allegat Teutonicos, & gl. in §. pen. Inst. de hæred. quæ ab intest. def.* ¶ In glossis argumentum à contrario sensu fieri non solet, & si fit, non multū stringit: *ita dicit Alex. in l. 1. in 13. col. de leg. 1. Tamen ipsemet Alex. tali argumento vtitur in consi. 124. vol. 1. col. 2. ibi, quintò pro hoc adduco: vide ad hunc articulum, Nic. Euerh. in loc. leg. loc. 4. à contrar. sensu, col. 59.* ¶ Si statutū vel dispositio, glossari vel interpretari non possit, (Sic est regula Francisci,) quid iuris hoc casu: *vide latè Franc. Curc. consi. 6. fol. 75. col. 1. & 2.* ¶ Oppositio in gl. & Doctore semper debet intelligi, quòd fiat contra id, quod principaliter tractatur: *l. fi. §. Titia, de lib. leg.*

De Gradibus.

IN Materia successionis, gradus debent cōputari secundū ius ciuile: & in materia matrimonij, computentur secundū ius Canonicū: *gl. est not. in §. hactenus, Inst. de gradib. Br. & DD. in l. fin. C. de success. edict. vide Conc. consi. 7. fol. 79. col. 2.* ¶ Et circa computationem graduū inter ascendentes & descendentes, nulla est discrepantia inter ius Canonicū & ciuile, sed solū transuersalium: *vide ibid.* ¶ Dispositio loquens de proximiori, intelligitur vsque ad decimum gradū: *vide supr. in verb. cognatus, col. 304. vbi latè de hoc, & ibi hoc infertur ad quæst. quotidianam.* 34

De Græcis.

GRæcè loquens an morbosus sit, dubitatū fuit apud Iureconsultos, *in l. multum, ff. de Euict.* ¶ A Græcis omnia iura suam habent originem, *l. 2. §. exactis deinde regib. vbi gl. de orig. iur. vide Cicer. in 1. off.* vbi etiam in eos scribit, qui græco sermone vtuntur. Hæc dicit Iuuenalis: Græculus esuriens in Colum, iusseris, ibit. 35

De Guarantigio.

DIcitur instrumentum confessionatum, quod habet paratam executionē, sicut sententia: *Bart. in l. 1. C. de confess.* ¶ A quo autē possit fieri tale instrumentū, & quos producat effectus, *notat Bertachi. in suo Repertorio lit. G. versic. Guarantigia. Et Pet. de Rauen. in suo Alph. lit. G. versic. Guarantigia.* ¶ Et ad ista poteris videre: quatenus instrumentum debiti productū, sit exequendum, vel non: quia debitum est liquidum aut illiquidum, *docuit Mynsing. in obseruat. 6. cent. 2. obser. Cam. (Domini Camerales post Lud. Roma. ita distinxerunt, vt prior assertio permittens executionis petitionem, vera sit in instrumento illiquido, continente ius incertum vniuersale, secundum Bart. in l. 1. de edendo,* 36

dendo per l. 1. ff. de legat. 2. & l. defensionis, C. de iur. fisci. lib. 10. Posterior verò, vt videlicet non possit peti executio intelligatur in iure incerto, particulari seu singulari, per text. & not. Bartol. in l. pronde, §. notandum, ff. ad l. Aquil.)

De Gubernatoribus Ciuitatum vel prouinciarum.

37 DEbent sagaciter prouidere circa vtilitatem istius loci, quem regunt & gubernant, cum consilio ciuium & incolarū, qui meliùs sciunt conditiones locorum: *Iacob. de Aluor. in tit. de pace tenen. & eius viola. §. post natales, col. 3. in pr. per Bal. in l. hac edictali, §. his C. de secundis nuptijs*: procurent, vt pro tuitione status publici & terrarum & populorum, quolibet anno taxentur victualia, vt debito precio soluantur, & vendantur: *l. 1. §. cura carnis, ff. de officio præfecti vrbis. in l. decuriones, ff. de administ. re. ad ciui. pertinen.*

38 Et talis taxatio debet fieri post festum Natiuitatis Mariæ, quod celebratur 8. die Septembris: *de quo festo habetur in c. fina. ext. de ferijs, & in l. omnes, C. eo. tit.* Et fiunt ista tali tempore: quia tunc omnia sunt collecta ex agris, quæ pertinent ad victum & vitam hominum: & quia in vno anno est maior fertilitas quàm in altero, debet igitur precium augeri & minui, secundùm exigentiam temporis: *l. fina. in pr. ff. ad l. Iul. de anno.* Fraudantes mensuras, puniendi: *Cuiac. lib. 10. obs. 19.* ¶ Fraudantes autem annonam taxatam, puniri debent de iure, pro qualibet mensura in libris 20. quæ pœna potest etiā excrescere, secundùm qualitatem & enormitatem delicti: *l. annonam, ff. de extra. crim.*

Et nota hic casum, vbi res alienæ possunt
39 taxari, *contra l. nemo, C. de Iudæis.* Et vbi quis inuitus tenetur vendere, *contra l. inuitum, C. de contrh. emp.* Sed hic speciale est propter fauorem victus hominum, & quia res expositæ sunt venales: secus in alijs rebus: quia ibi quilibet censetur moderator & arbiter rerū suarum: *l. in re mandata, C. mandati.* Hanc distinctionē vel declarationem, *vide per Bal. & Cynum in l. 1. C. de Epis. audien.* ¶ Et nota ibi, quòd etiam vestimenta & habitationes, cōtinentur nomine victus: igitur etiam panni & habitationes possunt taxari: nota, quia sunt bona. Sed tamen in istis casibus debet taxari precium iustum: *l. animalia, C. de cursu publi. lib. 12. notaui sup. notata Iac. de Aluo. in ti. de pace tenenda & eius violat. in vsib. feud. §. post natales.*

40 Debent etiā gubernatores purgare prouincias & ciuitates, à malis hominibus, non etiam distinguendo vnde sint: quia Reipub. interest: *l. præses, ff. de offi. præsidis. Vide titulum, ff. de offi. præsidis, & alios ibidem de officijs titulos. Vide tractatum Bart. de regimine ciuitatis inscriptum. Notaui infrà in lit. V. vers. de victualibus.*

Was endlich zu erhaltung vnd glücklicher Regierung einer Gemeinden / zwischen Adel Bürgern vn̄ Bawrsleuten dienstlich ist / *mag man sehē vnter andern pro exemplo, die Policey vnd LandsOrdnung des Fürstenthumbs Anhalt, den 2. Aprilis anno 1572. publiciret.* Erstlich / *in Art. 28. von bawen*, do befindlich / welcher massen mit bawen vnd bessern man Rittersitze / Städte vnnd Dörffer solle erhalten / die Vnterthane der vom Adel darzu zuhelffen schuldig / aller Fürschub vn̄ Hülff darzu solle geschehen / vnd die Bawren angehalten werden / *pertinet ad locum, quem notaui supra lit. A. vers. de ædificijs.*

In Art. 29. Wie mit Brawen / Schencken vnd andern Bürgerlichen Handthierungen zu gefahren / Dem Adel vnd Bawren werden Bürgerliche Handthierung verbotten / ne deficiant ciuitates, *notaui suprà quædam in lit. C. vers. de ciuitate.* 41

In Art. 30. Wird mit dem verkeuffen masse gesetzt / dahin das die Wahren nit gesteigert / vn̄ in Thewrung gebracht werden. *Art. 31.* Von versehung in Städten mit Fleisch / Brodt vnd Wein / das die Gemeine nit Noth leide / *notaui infrà in lit. V. vers. de victualibus & cibarijs.*

In Art. 32. voluit prouidere Illustrissimus Princeps peregrinantibus de hospitijs: vt scilicet recipiantur ad hospitia, vendantur ipsis victilitia pro iusta solutione. Vnd das die Gäste nit sollen mit der Zehrung vbernommen werden / haben S. F. G. bey straff jren Räthē vn̄ Befehlhabern befohlen. Ordnungen der Bezahlung zu machen / vnd allerhand auffsehen zu haben / das der frembde Mann nicht vbersetzet werde / & est laudabile. 42

Art. 33. & 34. Von vnbekandten vnd vnbesessenen Leuten / Dienstboten vnd Gesinde.

Art. 35. Von Handwercksleuten / das sie sich jrem Stande gemeß verhalten / jhre Wahren vmb billichē Pfennig verkauffen / müssiggangs eussern / vnnd jhrer Handwercken auch bey der Bawrnahrung nit eussern sollen. vn̄ von reformation, Abrhuhung vnd Vorenderung böser gewonheiten der Handwercker. 43

Art. 36. Ist den Goldschmieden insonderheit fürgeschrieben / das sie eine marck Silber ringer nit dann auff 14. Loth vorarbeiten sollen: Item er soll sein Zeichen darauff schlagen. Omittenti vel contrariū facienti statuta est pœna 100. flor: vel pro grauitate delicti, infamiæ vel vitæ: *notaui suprà in tit. A. vers. de aurifice.*

In Art. 37. laudabiliter prouisum est viduis & pupillis de tutelis & curationibus: quid agant tutores vel curatores, non etiam alienent res pupillares. 44

In Art. 38. Von Kirchuätern / Vorstehern / derselben Renthen vnd gefallen Rechnungen / & qualiter administrent.

In

45 *In Arti. 39. 40. 41.* Ist vorsehen / das Hochzeiten / Kindtäuffen vnd Kirchmessen / alles dahin gerichtet / das vbriger vnd vnnötiger Vnkosten / Zehrung vnd Geltspilung werde abgewand / oder gemässiget. *In Arti. 41.* wird angehengt das Verbott des Spielens / auch offentliche Spiel mit Zinwerck / vnd anders / dadurch die Leut des Geldes ohne werden.

In Articu. 42. constitutum est, auff die Befehler vnd Landzwinger / referirt sich auff den Reichs Abscheid Anno 1555. gegeben vnd auffgerichtet. *In Arti. 43.* von Plackereyen / Herrnlosen / Reisigen / vnd Fußknechten / memor istius, quòd boni præsidis officium sit, prouinciam purgare, à malis & suspectis hominibus : *l. præses. ff. de offic. præsidis.* Vmb mehrer erhaltung willen guter Policey / haben J. F. G. *In Arti. 44.* Von succesion oder Erbschafft / in etlichen Fällen nach der Reichs Ordnung vnd Abschied zu halten / auffgerichtet: mit erklerung / das man in andern fällen des Sächsischen Rechtens gebrauchen solle / etc.

De Guaranda.

46 Wird genand der Klagen Gewehr: de eius vtilitatib. & effectibus: quódq; præstetur tam in causis criminalibus, quàm ciuilibus, & de pœna frangentis vel non seruantis guarandam: *docuit de istis & alijs vtilibus Chil. König in suo processu, c. 48. von der Gewehr der Klagen.* Et ibidem præscribit Chilianus, quòd guaranda præstetur stipulatione: & sic seruatur in practica & vsu. vnd daß sie wircklich / actu corporali solle angelobt werden: vnd solle nicht genugsam sein / die selbe in actis wortlich anzugeloben: *habetur in Constitu. Electoris Saxoniæ, Arti. 4. parte 3.*

H

De Habitu & priuatione.

1 PRiuatio regulariter præsupponit habitum : *l. manumissiones, ff. de iust. & iure, l. decem, ff. de verbo. oblig.* ¶ Ille, cui non debetur hæreditas, non dicitur exhæredari : *Barto. in l. quidam cum filium, ff. de verbo. obliga. idem Barto. in l. ait prætor, §. hæc autem actio, ff. de his, quæ in frau. credito.* ¶ Quòd non potest aliquid deduci in pristinum statum, nisi status fuerit mutatus, *habetur in l. legata. ff. de adimen. lega.*

2 Ex instrumento pacis, præsumitur guerram præcessisse: *l. metum, §. licèt, ff quod me caus.* ¶ Cæcus non potest excæcari: *Bal. in l. conuenticulam, C. de Episco. & Cleri.* ¶ Illud, quod non est, non potest perire : *l. 1. in prin. ff. quibus mo. vsus. amitta. notauit illa Pet. de Rauenna, in suo alphab. in litera H. verbo habitus.*

3 Sed istius materiæ, per conclusiones quatuor, & aliquas limitationes, vide declarationes meliores apud Zasium, *in l. decem stipulatus, à num. 15. vsq. ad finem, ff. de verbo. oblig. & per Alex. de Imo. quædam in cons. 81. circa medium volu. 5. Menochius cons. 14. vol. 1. num. 8. in fine.* ¶ Sed habere vel habuisse aliquid, quot modis probetur per testes, *notauit Bal. in l. data opera, colum. 8. vers. habere, C. qui accusa. non poss.* Et istud verbũ, habere vel habuisse, quatenus excludat exceptionem non numeratæ pecuniæ in mutuo, *dixit Roma. in singul. suo 642. & addit. remissiuè Pignolius.*

4 Quando agitur de priuando aliquem re vel iure, bina monitio pręcedere debet: *Raudens. de anal. lib. 1. c. 33. n. 185. Capyc. decis. 205. per tot. & Raudens. d. c. 33. n. 186. & seqq.*

Quoties quis ex dispositione iuris, alterius contemplatione vel fauore, aliquo cómodo priuatur: & maximè propter delictum, quod respicit certam personam: tunc illud commodum applicatur illi personæ offensæ, aut eius hæredibus : *Moll. lib. 4. semestr. cap. 10. num. 7.* ¶ Priuationis pœna alicuius rei vel iuris nunquã locum habet, nisi id iure expressum sit : *Nouell. vt cum de appellat. cognoscitur* : plurima allegata habet Schultz *in additio. ad Modest. Pistor. quæst. 68. num. 4.*

Habere : Habitus.

5 HAbere, dominus dicitur, & possessor, imò & depositarius : *l. stipulatio ista, §. hac quoq. de verb. oblig.* ¶ Habitu & potentia quod competit, impropriè dicitur competere. *vide infr. in verb. Potentia.* ¶ Talis quis esse præsumitur, in quali habitu reperitur: *l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, de iniurijs.* ¶ Non habitus, sed professio facit Monachum: *vide infrà in verb. Monachus.*

De *Habitante seu Habitatione.*

6 DIcitur quis habitare ibi, vbi domiciliũ causa manendi constituit, (& licèt non sit præsens, tamen quia ibi retinet familiam suã: *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de libe. agnos.*) vel vbi larem constituit, & retinet vxorem suam: *idem Barto. in l. 1. §. habitare, ff. de his, qui deie. vel effude.* ¶ Et reputatur quis ibi per annum habitasse, qui per maiorem anni partem ibi causa morandi habitauit: *Petrus de Rauen. in suo Alphabe. litera H. verb. habitare, seu habitator.* Et ibi notat, ad quæ huius doctrinæ notitia prosit: nempe ad statuti verificationem, vel ad citationis fortè executionem : nam dicit, qui debet citari ad domum suæ habitationis, & citatur ad hospitium, eiusmodi citationem non valere : *allegat Barto. in l. 1. ff. de libe. agnos. & habetur in l. 4. §. prætor, ff. de damno infect.*

7 Et nota, *ad hunc versicu.* habitantes in prouincia differunt ab habitantibus in confinibus ipsius prouinciæ. Et ideò si fiat mentio de habitantib. in certa regione vel prouincia, quòd nõ comprehendantur habitantes in confinibus, *Domi. de Sancto Geminia. in c. 1. in 2. colum. post prin. de tempo. ordi. lib. 6. Hippo. de Marsi. in sing. suo 238. incip. differunt habitantes. & de materia habitatio. vide tit. ff. de vsu & habitatio.*

8 Habitationis, quæ debetur ex aliena voluntate, & quæ debetur ex contractu, quomodo fiat æstimatio, *Daniel. Moller. lib. 5. semestr. differ.*

De Habilibus & inhabilibus.

9 PRopter communionem vel societatem, sæpissimè inhabiles gaudent beneficio habi-

habilium: textus est in l. si communem ff. quemad. serui. amitta. vide declarationes apud Hippo. de Marsi. in singula. suo 180. incip. plures & plura. Et vide pulcherrimum exemplum de spurio & sibi adiuncto, apud Anto. Corseti. in singularibus suis, in verbo spurius 1. Et de actu gesto ab vniuersitate, vbi sunt habiles & inhabiles, apud eundem Corset. in singula. suo, in verbo vniuersitas 2.

10 De teste minùs habili, quòd sustineatur eius dictum propter contestem fide dignum, qui idem dicit: vide Mynsinge. in 2. responso. num. 29. deca. 1. nisi tanta sit inhabilitas, quæ à testificando repellat: Hippol. in d. singu. 180. Et Matthesila. in singula. 143. volunt, quòd propter communionem laicus captus cum Clerico, non sit remittendus ad iudicem Laicum, sed coram iudice Ecclesiastico simul conueniendi: quòd tamen moribus nostris non obseruari, sed quemlibet ad iudicem suum remittendum, dicit Geyl. in lib. 1. de pace pub. cap. 1. num. 19.

11 Inhabilem quando Princeps ad Magistratum promouit, quando præsumatur reddidisse habilem: Menoch. l. 2. præsumpt. 20. ¶ Testatoris habilitas inspicitur tempore testamenti: Dauth. de Testam. sub tit. qui testam. fac. poss. n. 127. fol. 178. declara ibid. n. seq.

De Hæredibus & persona hæredis.

12 HÆredes sunt, qui succedunt in vniuersum ius defuncti: l. hæreditas, ff. de reg. iuris. ¶ In obscuro, hæredi parcendum: l. Sempronius de legat. 2. Borcholt. ad tit. Instit. de adempt. legat. ¶ Sed sunt hæredes triplices: aut sunt necessarij tantum, veluti seruus hæres institutus: aut sunt sui & necessarij: aut extranei. De singulis in sua specie declaratur in titulo Institu. de hæredum quali. & diffe. per totum. De secunda specie hæredum (nempe de suis & necessarijs hæredibus, qui sunt, filius, filia, nepos, neptisue ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate morientis modò fuerint. (Vt in §. sui Insti. de hære. qual. & diffe.) vide Do. Ioannem Pyrr. in tractat. suo de Suitate & hæredita. perfectio. transmittenda. D. Ioannem Raynaudi in tractat. de suitate & extraneitate, & Angel. Perusi. in eodem tracta. de suitate. De extraneis hæredibus: vide §. cæteri d. tit. Institu. de hæredum qualitate & differen. & docuit D. Ioan. Raynaudi in dicto tract. de suitate & extraneitate.

13 De hæredum institutione, (nempe quòd testatoris mens in illa attendenda,) per quæ verba fiat: (quia verbum nullum sine mysterio positum videtur, vt meritò cauillationes aduocatorum cessare debeant. Adeò, vt verbum, diuido & relinquo, institutionē importent.) collectiuo nomine instituti an pro vno habeantur, (Collectiuo nomine instituti, siquidem nostrariò instituantur, vt sunt descendentes, si ordine successiuo veniunt: sin extranei sint, quos instituere non sit necesse, veluti collaterales, puta fratrum liberi, pariter ad successionem eos venire; contra Bartol. est communis conclusio, siue per dilectionem Et, siue per dictionem Cum, instituti sint. Et si testator ad omnes institutos æqualem affectionem habeat, puta, quia eius consanguinei sunt, etiam collectiuo nomine vocati viriles partes capiunt.) an tacitè hæredis institutio fieri possit, (respondetur, quòd sic: vt quando hæres, non tamen necessarius, tantùm est in conditione positus.) & institutio incertæ personæ an valeat, (valet vtiq; si ex certis incerta sit, & post mortem testatoris certificari possit.) consuluit VVesenb. in consil. 28. à prin. vsq; ad num. 11.

Nota, hæres & defunctus censentur vna & 14
eadem persona: Authen. de iureiuran. à morien. præsti. Alex. de Imo. in cons. 18. incip. attentis, in vlti. colum. volum. 5. adeò etiam, quòd de facto & dato defuncti tam atq; de suo tenetur: & ipsum non excusat dictio, tantùm, quia videtur adiecta solùm ad excludendas personas extraneas: Hippo. de Marsi. in singu. suo 475. incip. non est tibi nouum. Schurffi. eleganter in cons. 6. nu. 8. 9. & 10. cent. 1. ¶ Hæres tenetur, tàm ad rei venditæ traditionem, quàm ad eiusdem rei euictionem: non minùs atq; ipse defunctus, vel prædecessor eius: & sic intelligitur text. Arti. 9. lib. 1. LandRecht.

Imò locus communis est, hæredem ex 15
defuncti contractibus teneri propter regulam: semel adita hæreditate, omnis defuncti voluntas rata constituitur: l. si patrono, §. 2. ff. ad trebellia. Exemplum extat in l. Seia, ff. de euict. vbi hæres rem à defuncto alienatam euincere quasi hæres non potest. Item in l. filium, ff. de lib. causa, vbi filius patris, hæres, seruum suum, quem pater manumiserit, in seruitutem petere non potest. Item in l. si ab eo. C. eod. vbi hæres libertatem à defuncto, etiam non iure legatam, tamen oppugnare non potest: quoniā hæreditatē adiens, defuncti voluntatem confirmare intelligitur, & quasi contrahere cum debitoribus & creditorib. hæreditarijs censetur: Marant. part. 4. dist. 3. n. 62. Item in l. cùm à matre, C. de rei vend. vbi filius domū suam à matre venditam, pro qua parte hæres est, vendicare non potest: fac. l. si ab eo. C. de neg. gest. & l. 3. C. de reb. alien. non alienand. Itē hæredes necesse habent tenere firmam inuestituram quam pater fecit: tex. est in §. item sciendum, & ibi Francisc. Hotom. in comment. de notis feudor. in vsib. feud. & consuluit in aliquo casu sic Decia. in cons. 89. vol. 2. Idem Decia. pulcherrimè in cons. 55. vol. 3. nu. 87. & in seqq. Sed in alienatione seu alia patris dispositione prȩiudiciali, in feudo antiquo, filio nō prȩiudicat, etiāsi postea sit eius hȩres: consuluit d. Dec. in cons. 117. vol. 3. nu. 36. ibiq; num. 37. & in sequen-

sequentibus pulcherrimè declarat d.l. cum à matre, C. de rei vendic. Et docet casus aliquot, in quibus non habet locum ista l. (*non habet locum in feudo antiquo, quia in eo etiam aditio hæreditatis sine inuentario non obstat. Secundò: si factum defuncti ab initio sit nullum, ita vt ex eo nec defunctus ipse tenebatur. Tertiò: si fiat præcisè contra legis prohibitionem, & pœnam mereatur. Quartò: si directo tendat ad fraudandum hæredem legis beneficio. Hæ sunt exceptiones ad d.l. cum à matre, quarum explicationes seu replicationes continentur in d. consil. 121. n. 26. & seqq.*) & in alijs casibus, in quibus possit hæres venire contra factum defuncti, consuluit idem Decianus, *in consil. 121. volum. 3. num. 26. & in multis seqq.*

16 De hæredis licentia: das er nemblich möge innerhalb dem Dreissigsten / in das Erbe fahren: auch das mit seinem rathe die Begrebnüsse werde bestalt: *habetur in Arti. 22. lib. 1. Landrecht.* Et quòd teneatur ad debitorum solutionem, quatenus hæreditas cum mobilibus & sese mouentibus durare noscatur, siue succedat, cum siue sine inuentario: *Arti. 6. lib. 1. Landrecht.* De iure ciuili quando adierit hæreditatem sine inuentario, cogitur soluere debita indistinctè, etiam vltra vires hæreditatis: *l. sancimus, C. de iure deliberan. & notatur in duab. apostillis prioribus latinis ad d. Arti. 6. lib. 1. LandRecht.* ¶ Sed hærede dubitante de hæreditate adeunda propter æs alienum, quomodo succurratur illi per proclama contra debitores, (*quia non venientes sibi præiudicant, nec creditor post diem præstitutum illis respondere cogitur.*) *docuit Mynsing. in obseru. 47. cent. 2. obseruatio. Came. Impe.*

17 Imò tandem animaduertendum est, quòd omnes obligationes tàm ex contractibus, quàm ex vltima voluntate possunt ab hærede incipere actiuè, & passiuè: remota antiqua regula iuris contraria: *Salice. in l. vnica, C. vt actio. ab hære. & contra hære. incip. allegatur gloss. l. 2. C. Ne filius pro patre.* ibi filius conuenitur non vt filius, sed vt hæres *& facit l. 1. C. de hære. actio.*

18 Sed ex delicto defuncti hæres non tenetur, neq; conuenitur: nisi in quantum res ex delicto eius ad eum peruenerint, vel in hæreditate contineantur: *l. 1. C. ex delictis defuncto. in quan. hæred. conue. est tex. Arti. 31. lib. 3. Landrecht.* Ibi: stirbet aber der / auff den die Klage gehet / seine Erben antworten daruor nicht: sie haben dann das Gut vnter jhnen / darumb jener beklagt war. Auff die Straffe aber am Leibe oder Leben / kan der Erbe nicht beklagt werden. Vnd da aber vber Gewalt Klagen sein / vnd der Todte vor Gerichte der Klage begunst / ehe er starb / hoc est litem contestatus fuerit, ist der Erbe daruor ferner zu antworten / vnd die mit Pfenningen / nach achtung des Geschichtes / abzulegen schuldig: vnd schadet jhm zu seinem Rechten nichts: *d. Arti. 31. lib. 3. Landrecht. in fine in tex. & gloss. cap. 44. & c. 45. Im Sechsischen Lehnrechte, concordat tex. §. non autem omnes, Insti. de perpe. & tempo. actio. & d. l. 1. C. ex delictis defunct. Vide Barto. & Ange. in l. 1. ff. de priua. delictis*, & ibi inuenies traditum, quatenus & quæ actiones pœnales ex delicto descendentes transeant ad hæredes.

Sed nota, quòd hæres non teneatur de negligentia defuncti: *Decius in l. contractus nu. 37. ff. de reg. iuris. argumen. l. 1. C. de hæred. tuto.* 19 ¶ Sed an in contractibus ius adimplendi conditionem, (*in casuali conditione, affirmatiua: in potestatiua & mixta, negatiua verior est: nisi agatur ad retractum, quia tunc etiam hæres conditionem potestatiuam implere potest.*) item priuilegiũ immunitatis, ad hæredes (*si per viã contractus concessum sit priuilegiũ, transit ad hæredes: secus si ex gratia & ad beneplacitum concedentis.*) transeat? notauit & docuit Geylius, *cum multis vtilibus in obseru. 2. lib. 2. obser. Cam. Imp.* ibidem, *num. 15.* Iurisdictio concessa an ad hæredem transeat? ¶ Hæres qui adiuit hæreditatem testatoris occisi, eius nece inulta: tanquam indignus priuatur successione, & fisco applicatur: quia tenetur prius accusare, & facere, vt occisor puniatur: *text. est in l. 2. C. de his quibus vt indign. Dixit Ioan. Bernard. Diaz in regulis fallent. regu. 319. ibi tres ampliationes, & quinq; fallentias positas vide.*

Institutio seu substitutio cõditionalis nõ est, nec habet substantiam, ante conditionis euentum: *Raudens. doctè de analog. lib. 1. cap. 27. num. 40. 41. & seqq.* ¶ Institutus in re certa quando sit loco legatarij: *lim. 3. n. 191. Zuchard. de miss. in poss. n. 185. fol. 80.* & quando loco hæredis: *n. 187.* Institutus in re certa, cui nullus adiectus est hæres in vniuerso, non habetur loco legatarij, sed hæreditatem obtinet in vniuersum: *n. 191.* ¶ Hæres assasini tenetur pecuniam restituere, lite etiam non contestata: *Montec. in Praxi crim. reg. 8. n. 32.* ¶ Hæres Heredis dicitur testatoris hæres, quando est hęres vniuersalis, secus si est particularis: & alij modi ponuntur, in quibus hæres hæredis, testatoris non dicitur hæres: *Viuius decis. 20. lib. 1.* 20

De Hærede feudali.

HÆres seu successor feudalis, pro allodiali hærede habendus nõ est: nec imscendendo se bonis feudalibus, hæreditati immiscuisse se videtur, maximè, si hęreditatẽ defuncti repudiauit: *VVesenb. consil. 4. num. 98. & seqq. part. 1.* ¶ Hæres in iure feudistico propriè filius intelligitur: itaq; sine hærede decessisse dicitur, qui sine filio decesserit: *lib. 1. tit. 13. & lib. 2. tit. 34. in vsib. feud. Hotom. in comment. de verbis feuda. in lit. H. vers. hæres.* 21

De Hæreditate & eius materia.

22 HÆreditas nihil aliud est, nisi successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis: *l. hæreditas, ff. de reg. iur.* sed quàm diu hæreditas dicatur hæreditas, (*Donec videlicet confundatur cum patrimonio hæredis eam adeuntis.*) declarat Decius, *ad d. l. hæreditas, mihi num. 5. & 6.* Et cum præmissa definitione conuenit tex. *iuris Saxonici Arti. 5. in fine lib. 1.* ibi, mit welchem Gute der Mann erstirbet/ das heist alles Erbe/ es sey dann Lehn. ¶ Et ex istis infertur, quòd requiratur, vt volens agere petitione hæreditatis probet, quòd defunctus tempore mortis suæ, bona quæ petit, habuerit in possessione, vel detentione: dominium tamen probare non cogitur: *colligitur ex d. tex. Arti. 5. lib. 1. & notatur ibidem in addi. latina lit. M. per l. hæreditas, ff. de reg. iuris, & l. possessio. ff. de vsuc. cum similib.*

23 Sed modò incidit quæstio, quo modo acquiratur hæreditas? & respondetur aditione, & immixtione: sed confunduntur, & quandoq; vnum pro alio ponitur: *vt in l. 2. C. de iure deliberan.* igitur de aditione, tanquam de pleniori vel potentiori, notabo: quia facit in hæredē transire vtile & directum dominiū: *prout nota. per Dd. in §. quas autem, insti. de bono. posses.* ¶ Aditio autem consistit in solo animo, adeò, quòd sufficit animo saltem adiuisse, licèt hæreditarium quid nihil attigerit: *l. gerit, & ibi Barto. ff. de acqui. hæredita.* sed requiritur, quòd iste animus appareat, constet, & declaretur ex verbis & actibus, qui hæreditatis aditionem inducere possunt: *iuxta l. quidam in suo ff. de condi. institu. & secundùm Bal. in l. reprehendenda, C. de insti. & substit.* istorum autem modorum, quibus declaratur animus adeundi hæreditatem, notantur & colliguntur, num. 38. *per Do. Rober. Maran. in repe. l. is potest, ff. de acqui. hæredita. mihi à num. 43. vsque ad num. 89. & maximè sequutus est Barto. in d. l. gerit: ff. eo. tit. notauit Geyl. in obseruatio. 128. lib. 2. obseruatio.* (*Onus probandi incumbere creditoribus: nisi filius diu mansisset in habitatione paterna, aut fructus percepisset ex hæreditarijs rebus: tunc enim onus probandi incumbit filio, se alio titulo id fecisse, puta pacti vel pignoris pro dote materna, item quia habitatio sit emphyteutica vel feudalis, masculis etiam, non hæredibus, debita. Sed & si legatariis respondeat, adijsse hæreditatem dicetur.*)

24 Et istæ doctrinæ necessariæ erunt, præsertim creditoribus, qui volunt debita hæreditaria petere, & se soluere ex isto. Wer Erbe nimbt/ soll Schulde bezahlen: *iuxta tex. Arti. 6. lib. 1. Landrecht, & l. sancimus, C. de iure delibe.* semper enim debet aditio allegari ab eo, qui se fundat super ea: & ita deueniendum ad probationem actus, ex quo iudicatur: non enim sufficit, vt præsumatur. sed præsumptū illud debet allegari: *l. si adulterium cum incestu, §. si Pollioni, ff. ad l. Iu. de adulte. Iason in l. cū quid, ff. si cer. peta.* Imò ista allegatio admittitur post conclusum in causa: *notatur per Maran. in d. l. is potest, mihi num. 93.* & ibi subdit, quòd etiam per testes singulares isti modi adeundi hæreditatem possint probari: *notauit per Soci. in cons. 295. in 2. vol.*

Sed quis possit adire hæreditatē, & quando, ita vt videatur inducta habilitas adeun- 25
di personæ & temporis, notat *post gloss. & Barto. in d. l. is potest, ff. de Acqui. hære.* nouem requisita Robertus *Maran. ibidem, mihi num. 104.* 1. quòd sit homo liber. 2. quòd sit paterfamilias, 3. quòd compos mentis, 4. quòd maior 25. annis, 5. quòd sciat testatorem esse mortuum, 6. quòd sciat delatam esse sibi hæreditatem, 7. quòd nouerit testatorem potuisse testari, 8. quòd sciat, qualiter nullus eum præcedat in succedendo, 9. quòd sciat, ex qua causa delata sit sibi hæreditas, scilicet ex testamento vel ab intestato.

Circa primum requisitum venit delibe- 26
randum de successione serui: *de qua in l. si quis mihi bona, ff. 1. §. de Acqui. hære.* de successione serui pœnæ, qui damnatus est in metallum, ad bestias, vel aliter ad mortem, seu vt proijciatur de fenestris: quid in damnato ad membri mutilationē, quid de deportato & bannito, de excommunicato, & tandem de Monacho, quatenus sint intestabiles, ita quòd non possint aliquo modo succedere, neq; de suis testari, docuit Robertus *Maran. in d. repe. l. is potest, ff. de acqui. hæredi. mihi à num. 105. vsq; ad num. 131.* quid de Iure Saxonico autem dispositum, vide de Monacho & moniali, *Arti. 25. & Arti. 26. lib. 1. Landrecht.* Ibidem addit. & glossas de bannito & excommunicato, *notat. gloss. Arti. 4. Weichbild, & Arti. 16. lib. 3. LandRecht. Et notaui quædam suprà in litera B. vers. de bannito.*

De damnato ad mortem, vel qui sibi mor- 27
tem consciuit, *habetur Arti. 31. lib. 2. Landrecht.* Et sic poteris inuestigare iuris ciuilis & Saxonici in hisce casibus concordantias vel discordantias, cogita.

De aditione filijfamilias, *habetur per gloss. & plenè per Barto. in l. si quis in bona, §. iussum, ff. de Acqui. hæredi.* Wie aber der Vater seines vnmündigen Kindes Erbe vnd Güter soll zu seinen gewehren nemen/ die verwalten/ vnd dann sein Kind damit abfinden/ *habetur in Arti. 11. lib. 1. Landrecht.*

De aditione furiosi, *notatur in l. qui seruum,* 28
ff. de Acqui. hære. per se non potest adire hæreditatem, sed benè per patrem vel curatorem: *l. vlti. C. de curato. furio. & l. de creationibus, C. de Epis. audi. in iure Saxonico vide Arti. 4. lib. 1.*

lib. 1. Landrecht: & de materia furoris vel furiosi, docuit Maran. *in d. repe. l. is potest, mihi num. 112. vsq. ad num. 143. notaui supra in litera F. vers. de furioso.*

29 De aditione minoris, *habetur in l. more, & in l. pupillus, ff. de Acqui. hære. & in l. cum quædam, C. de admin. tutorum.* declarauit eleganter, distinguendo ætates: Maran, *in d. l. is potest, mihi num. 144.* Et huc refer aditionem mulieris, quòd per se sine curatore vel mundualdo non possit adire hæreditatem damnosam, dixit Ioan. *de Arno. in singula. suis 14. 15. & 16. per Bal. in l. neq., C. de contrahen. & com. stip. & declarat idem Ioan. de Arno. in sing. 5. & singu. 32.*

30 Ad 5. requisitum nota: oportet enim, vt sciat testatorem esse mortuum: quia aliàs adire non potest: *l. qui hæreditatem, ff. de Acqui. hæred.* viuentis enim nulla est hæreditas: *l. neminem, & l. qui superstitis, ff. eo. tit.* ¶ Sed ibi cadit materia probationis de morte hominis, de qua tradidit Maran. *in sæpè d. l. is potest, mihi num. 156.* enumerando viginti tres modos probandi de ea.

31 Imò sciat hæres, sibi delatam esse hæreditatem: vt quia sciat purè ipsum esse institutum: vel sub conditione, & illam esse purificatam: *l. is qui hæres, ff. de acqui. hæredi.* sed hæreditas delata intelligitur strictè & latè: & quatenus delata, & non adita transmittatur, etiam vigore statuti, ad hæredes, notauit Matthe. *de Matthesila. in sing. suo 193. incip. nota quòd hoc verbum, & ibi in additione Menochius in cons. 1. num. 477. volum. 1. vide.* ¶ Delata hæreditas quando dicatur, habetur *in l. delata, ff. de verbo. sign.* ¶ Ad 7. requisitum nota: quando dubitatur de viribus testamenti, vt quia nescitur, an defunctus potuerit testari, & interim non aditur hæreditas: *l. hæres, §. fi. ff. de acqui. hære. Pe. Phili. Corne. in cons. 85. in fine 2. vol.* vel quando dubitatur, an sit aliquis proximior, vel an vxor paritura sit posthumum, & etiam interim non aditur: *l. Gallus, ff. de libe. & Posthu. l. cum quidam, §. 1. & l. quamdiu, el. 1. ff. de acqui. hæredi.*

32 Debet etiam hæres in adeundo certus esse, an adeat ex testamento, vel ab intestato: si quidem enim adierit ex testamento, cùm debuerit venire ab intestato, & econtrà, non valet aditio *tex. est in l. si is ad quem, ff. de acqui. hære.* ¶ Sed non adita hæreditate, etiam legata ad pias causas non debentur: *Bal. in l. fi. C. de manumiss. testa.* & hanc dicit communem sentententiam Iason *in l. 1. C. de S S. Eccle.* sed ibidem notat. 3. istius assertionis limitationes. ¶ Et tandem, quomodo in petitione hæreditatis ex testamento, vel ab intestato libellandum sit: quid veniat petendum: quamdiu, ex quibus causis, cui, & aduersus quem competant, quidq; de hæredibus, de adfinibus remedijs, & de defensionibus conuentorũ, vide Oldendorp. *in classe sua 5. de actio. de actione ex testamento, & de petitione hæreditatis. Ferrarien. in practica sua, in forma libelli, quando agitur petitio. hæredita. ex testa.* & quando agitur pro hæredita. ab intesta. docuit Rober. *Maran. in suo ordi. iudici. 4. parte, in 4. distinctione iudiciorum, à num. 8. vsq. ad finem. Meliùs vide hanc materiam tractatam à Dom. Schneide. in tit. institu. de actionibus, §. actionum, vers. de petitione hæreditatis: elegantissima notauit & docuit, quæ vide.*

Sed hæreditatis petitionem regulariter non dari contra titulo possidentem, quem acquisiuit ante mortem defuncti: secus si post mortem eius. Item si non procedat titulus ab eo, qui non habuit ius dandi titulum: *Vide pulcherrimum consilium 48. Rolandi à Valle, volum. 1.* An hæreditatis petitio sit mera realis, vel petita in rem, *vide Mar. par. 4. distin. 3. n. 61. & seqq.* 33

Et sic lector saltem habet per remissiones, quomodo dominia rerũ hæreditariarũ hæres cõsequatur: sed per quæ remedia possit consequi possessionem earundem rerum hæreditariarum, pulcherrimè docuit Menochius, *in comment. suis de adipiscenda possessione:* optimè explicando & enumerando quinq; remedia, nempe quorum bonorũ, quorũ, legatorũ ex Saluiano interdicto, ex lege vltima, C. de edicto Diui Adriani tollendo, & ex officio iudicis. *Et notauit Dn. Rober. Maran. in suo Specul. in 7. distinctione iudicior. mihi à num. 9. vsq. ad num. 14.* Et de hæreditatis aditione, videndus est Geyl. *in obseruatio. 128. & 129. (in obser. 129. docet, hæreditatis aditione non acquiri possessionem rerum hæreditariarum.) lib. 2.*

De probatione proximitatis, & aditione hæreditatis in petitione hæreditaria, vide VVesenb. *in consi. 13. par. 1.* ¶ De modo libellandi in illa, *docuit ibi à prin. vsq. ad num. 39. inclusiuè.* 34

De probatione in illa, *(probet se hæredem) num. 43. (probet se hæredem proximiorem) nu. 45.* ¶ De probatione eius, quòd sit tractatus & nominatus cognatus & proximior, *nu. 47.* De probatione eius, quòd is vixerit, ex cuius persona de hæreditate agitur, eo tempore, quo mortuus est, de cuius hæreditate disceptatur, *num. 75.* Et de multis alijs vtilibus in probando, *vide ibi.*

De hæreditatis transmissione, quomodo scilicet pupillus, minor, vel infans, hæreditatem aditam vel non aditam, transmittant ad hæredes, vel non, *vide Robert. Maran. in d. l. is potest, mihi à num. 144. vsq. ad num. 155. Menoch. in consi. 1. num. 477. lib. 1. Geyl. in obseruat. 131. lib. 2.* & ibi de transmittendo fideicommisso *(modò id purè relictum sit.)* non agnito: de legitima transmittenda, *(Etiam non agnita legitima, eiusq.* 35

eiusq́; supplementum ad hæredes quoscunq́; extraneos, puta, transmittitur, Geyl. 2. obser. pract. 120. n. 17.) & ibi de transmißione, (Regulariter, hæreditas non adita non transmittitur: fallit in iure deliberandi, quod hodie transmittitur ad hæredes. 2. In hæreditate ascendentium. 3. In suis hæredibus: quod etiam in infante locum habet, vt is suitatis beneficio hæreditatem non aditam ad quoscunq́; hæredes transmittat: quæ communis est opinio. Sanè quod de suis dicitur, idem in eman cipatis locum habere, vt ascendentium hæreditatem transmittant, Bartol. voluit. Fratrum verò vel sororum hæreditas non transmittitur: nisi infans sit, cui deferatur: hunc enim restitutionem in integrum ad extraneos etiam hæredes transmittere, communis opinio est: licèt hic articulus decisione Cæsareâ opus habeat. 3. Fallit in monacho, qui parentum hæreditatem non aditam ad monasterium, quod l. filij habetur, transmittit.) habes bona. In sequenti obseruat. 132. tractat de fideicommisso conditionali, an ad hæredes transmittatur: dicit, quòd non. Et de transmißione hæreditatis non aditæ, *vide VVesenb. in consi. 13. par. 1. num. 82. & in consi. 89. par. 2.*

36 Spectanda tamẽ est voluntas testatoris, quæ vult, vt transmittatur: facit enim de nõ transmisibili transmisibile, & econtrà, *Bal. in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul.* Et habet ista theorica locum, etiamsi talis voluntas saltẽ colligatur ex coniecturis. Et procedit non solùm in descendentibus, sed etiã in transuersalibus & extraneis. Respondet sic, magis declarando & ampliando, Decian. *in consil. 88. volum. 2. num. 65. & num. 67.* incipit declarare, quæ sint istæ coniecturæ, quæ possint in isto casu conditionalis fideicommissi transmißionem inducere.

37 De hæreditatis abstensione & repudiatione: per quæ verba & per quos actus inducantur, docuit idem Maranta, *in d. l. is potest, à n. 95. vsq; ad num. 103.* ¶ Sed quòd filius re integra, vsque ad triennium possit reuocare abstensionem seu repudiationem paternæ hæreditatis, per ipsum factam, (*Extraneus hæreditatem semel repudiatam recuperare non potest, VVesenb. consi. 4. num. 102. part. 1.) probat tex. in l. si quis suus, C. de repu. hæredi.* ¶ Sed pars repudiantis an accrescat cohæredi, notat affirmando: quòd etiam inuito, cum duabus limitationibus: Iason *in l. quidam elogio, col. fin. C. de iu. deliberan.* ¶ Quòd quis propter præscriptionem, puta: de iure ciuili ob cursum 30. annorum: de iure Saxonico 30. annorum vnius anni & diei, excludatur ab hæreditatis petitione, *probatur per l. licet, & ibi Dd. C. de iure deliberan. per Art. 29. lib. 1. LandRecht. Et notauit Mynsing. in obseruat. 71. cent. 2.* ¶ Hæreditate autem semel adita, quòd eius repudiatio non admittatur, consuluit Dec. *in consi. 89. volum. 2.* hæres enim adeundo dicitur quasi contrahere: *l. apud Iulianum, §. fina. ff. quibus ex caus. in possesio. eatur.*

Nota autem, quòd hæreditas in codicillis nec dari, nec adimi directò possit: *tex. est in l. 2. C. de codicil. & in l. hæreditas, C. de his quibus vt indig: sed istius theoricæ duas ampliationes & septem fallentias, docuit Ioan. Bernardi Diaz. in regu. fallen. ad reg. 309. mihi, fol. 533.* 38

Item, facit quis se indignum hæreditate vel successione: & sic applicatur fisco, propter inultam necem occisi: *tex. est in l. 1. C. de his quib. vt indignis: cum ampliationibus & fallentijs, vide Ioan. Bernar. Diaz in reg. fallen. reg. 319. incip. hæres qui, mihi fol. 535.*

Et non inutiliter est notandum: quòd de Iure Saxonico quilibet aduena in percipienda hæreditate succedit: non secundùm suæ personæ, sed secundùm iura terræ Saxonicæ, cuiuscunque etiã sit, Bauaricæ, Franciçæ, vel Sueuicæ nationis. *Text. est in Art. 30. lib. 1. LandRecht.* Sic etiam in iure feudali: iudex iudicare debet, non secundùm iura actoris, sed prouinciæ: *c. 65. LehnRecht. facit l. vnica, C. vbi de hæreditate agitur.* ¶ Sed qualiter secundùm graduum prærogatiuas, hæreditas percipiatur in stirpes, vel in capita, *vide Arti. 17. lib. 1. LandRecht. ibidem gloss. & additiones,* & pertinet propriè ad materiam successionis ab intestato, de qua suo loco dicendum erit. 39

Apprehensione autem vnius rei hæreditariæ, an totius hæreditatis possesio apprehensa dicatur: & an consuetudo valeat, quòd possesio rerum hæreditariarum ipso iure in hæredem proximum transeat? Ad primum respondet Mynsinge. quòd non: ad secundum, quòd sic, *in obs. 39. cent. 3.* 40

De hæreditate iacente: quando dicatur iacens, (*Quæ nondum adita est:*) & quando vacans, (*Quæ nunquam adiri speratur.*) & de curatore bonorum iacenti hæreditati dando, quid facere debeat: (*Administrare res hæreditarias, descripto earum inuentario, & respondere creditoribus,*) ad quæ teneatur, & quæ possit, docuit Geyl. *in obseruat. 130. lib. 2. obseruat.* Vide ibi, quomodo contra hæreditatem iacentem procedatur, nempe ad primum decretum: non autem sine curatore ad secundum. 41

De hæreditate iacente, & quot modis dicatur, & quomodo probet: *Asin. de exec. §. 4. c. 25. num. 12.* Et quid sit: item quòd in causa fiat executio, vel arestum. *Col. p. 2. c. 2. num. 373.* ¶ Deliberandi tempus hæredi datum, ad hæreditatẽ adeundam, tam iure prætorio quàm ciuili: & de illius prorogatione & coarctatione: explicatum: *Menoch. lib. 2. cap. 1.* ¶ Hæreditas non iacet, vbi suus hæres est: licèt non se immisceat: *Viuius dec. 347. lib. 2.* ¶ Hæreditatem restituere grauatus 42

Hh quos,

quos fructus faciat ſuos: *Men. lib. 2. cent. 3. c. 256.* ¶ Hæreditas quibus modis amittatur: *Seb. Med. de amitt. poſſ gloſſ. 3. n. 394. fol. 785. & ſeqq.* ¶ Hæreditas & prælegatum aufertur ab hærede, non implente voluntatem teſtatoris, & transfertur in fideicommiſſarium: hæres tamen antequam priuetur, citandus eſt: *Viuius lib. 1. dec. 118.*

43 Hæreditas appellatione rerum continetur: *l. licet, C. de pact. & ibi Iaſ. in 10. not.* ¶ Hæreditas eſt nomẽ iuris, & recipit augmentũ, & diminutionem: *l. hæreditas, de v. ſig. l. quod dicitur cum materia, C. de imp. rer. Dom.* ¶ Hæreditatis petitione conuentus, qualiter interrogari debeat, *vide gl. pulcram in l. cogi, C. de pet. hæred.* & quomodo reus reſpondere, *vide etiam Paul. in d. l. cogi, vbi pulcrè loquitur.* ¶ Hæreditatis petitio non datur contra titulo poſsidentẽ: *l. hæreditatem, & ibi gl. reddit rationem, C. in quib. cauſ. ceſ. long. tempor. præſcrip. l. cogi, C. de pet. hæred. Br. in l. pro hærede, ff. eod. & in l. hæreditas, l. 2. C. de pet. hæred. vbi DD. de hoc vide fallentias per Soc. in reg. 296. Alex. in conſi. 184. vol. 5. & conſeq. vbi plenè.* ¶ Hæreditatis petitio quomodo detur contra titulo poſsidentem: *vide Alex. conſi. 225. vol. 2.*

44 Hæreditatis bona ſi duo fratres poſsiderunt per decem annos, tanquam diuiſa, præſumitur diuiſio: licèt non probetur ex curſu talis temporis: *l. penult. C. com. diuid. vbi gl.* ¶ Si verò agitur de magno præiudicio: item de præſcribenda proprietate, nõ ſufficit curſus temporis: ſed requiritur legitima præſcriptio: *not. Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua, Abb. in c. peruenit, de conſ. in fi. in add. Br. & Paul. in d. l. pen. vbi Br. dicit, illam gl. perpetuò notandam, adde latiſſimè D. Iaſo, in §. quædam, Inſt. de Act. n. 40.* & latè Ferr. *in ſua pract. in form. libell. pro hæred. rei ſing. vbi tenet contrariam opinionem: adde eundem Iaſ. in l. 1. in 5. col. C. qui admitt. vbi aliqua pro hoc adducit: vide de hoc integrum conſil. Alex. in conſi. 234. vol. 2. viſo & diſcuſſo.* ¶ Si autem patre mortuo, duo fratres vel plures habitarunt ſimul in domo paterna, an intelligantur ad inuicem contraxiſſe ſocietatẽ, *vide de hoc latiſſ. & pulcrè Dom. Iaſ. in l. 1. C. qui teſt. facer. poſſ.*

45 Quamdiu ſunt hæredes ex teſtamento, non admittuntur ab inteſtato: *l. 1. C. de bonor. poſſ. contra tab l. quàm diu, de acq. hæred. & l. quamdiu, de R. I. & l. antequàm C. com. de ſucceſſ.* ¶ Exhæredationis cauſas, *vide ſupr. in verb. filius.* ¶ Hæres legitimus, & legitima ſucceſsio eſt illa, quæ ab inteſtato venit: non autẽ ea, quæ ex teſtamento: *l. 3. §. de illo, ff. pro Socio. Iaſ. vide in l. 1. C. quando non pet. part.* ¶ De hac dictione hæres, vide gl. *in §. fin. Inſt. de hæred. qual. & diff.* quæ dicit, hæredẽ idem eſſe, ac dominũ: & hoc probat per Germanã linguã, qua dicunt dominũ, Herr: *gl. & Br. in l. poſuit, C. de iur. deliber. vbi Br. & d. gl. allegat.* verbũ hæres: de proprietate ſermonis includit quemlibet hæredẽ: *l. ſciendũ, ff. de v. ſig.* ita etiã verbũ ſucceſſor: *vid. Dec. conſ. 12 ſol. 66. col. 2.*

46 Hæredis apppellatione veniũt hæredes in infinitũ, in quacũq; diſpoſitione: & ſic hæredis hæres: *l. hæredis appellat. & l. ſciendum, ff. de v. ſignif. Alex. in conſ. 49. vol. 6. n. 6.* ¶ Hæredũ appellatione quando veniant etiã hæredes extranei, *Dec. conſ. 294. vol. 2. in teſtamentis.* ¶ Hæredi non ſubuenitur, etiamſi ſit minor, eo nihil faciente, ſed ſolũ teſtatore contrahente: ergò ſi hæres emphyteotæ per ignorantiam non ſoluit canonẽ, cadit à iure ſuo. An hoc ſit verũ, *vide gl. Br. & Alex. in l. cum filius, §. in hac, de v. oblig.* ibi pulcerrimè Alex. vbi dicit: Quòd licèt hæredi nõ ſubueniatur, quia minor, vel quia alio priuilegio tutus: Tamẽ ex clauſula generali: Quia ignorabat, ſolet ſubueniri.

47 Hæreditatis aditio eſt ius, & non facultas. Ergò res præſcribitur: quomodo autem præſcribatur, *vide Iaſ. in l. licet, in prin. C. de iur. delib. & in l. ſi mater, C. de inſt. remiſſ.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis habet locum in adoptiuis, & etiã in filijs legitimatis: *dictum Bal. in l. eam quam, la. 2. C. de fideicom.* Quod dictũ, Iaſ. *in l. qui ſe patris, 3. col. C. vnde liberi.* dicit, ſe alibi nõ legiſſe. ¶ Exiſtentia ſui hæredis non præſcribitur. Ergò ſi ſuus hæres vltra 30. an. ſe non immiſcuit hæreditati, tamen per hoc non perdit facultatẽ immiſcendi; quia in continenti ſecuta morte cenſetur eſſe hæres: tamen tanto tẽpore petitio hæreditatis præſcriberetur, quæ ſicut alia perſonalis actio triginta annis tollitur: *vide Alex. in l. vnica, 3. col. C. quando non pet. part. vide Bar. in l. 1. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.* vbi declarat hoc dictũ Apoſtoli: Filius, ergò hæres.

48 An hæres ante aditã hæreditatẽ, & ſic ea tacente, poſsit incipere poſsidere per ſeruũ hæreditariũ, *vide Carol. in l. 1. §. itẽ acquirimus. in vlt. not. lect. 74. de acq. poſſ.* ¶ Poſſeſsio apud hæredẽ non eſt, niſi apprehenſa ea: *l. cum hæres, ff. de acq. poſſ. Zaſ. in paratit. ff. quib. cauſ. maior. col. 133.* ¶ Hæres hæreditate priuatur, propter concubitũ vxoris defuncti: *gl. & Br. in l. ſororem, C. de his, quib. vt indig.* ¶ Sic, ſi Teſtatori medicũ non adhibuit hæres, priuatur hæreditate: *gl. in l. quod ſi nolit, §. ſi mancipium, de Ædil edict.* ¶ Hæres in teſtamento vendere, vel aliũ contractũ facere iuſſus, an is ſit contractus inter viuos cenſendus, vel non, *vide in v. contractus.* ¶ An hæres, qui non fecit inuentariũ, priuetur Trebellianica: *Dec. conſ. 236. volum. 2.*

49 Si ſtatutũ dicit, quòd ſi hæreditas fuit delata, tranſmittatur ad hæredes per vnumquemque: non habet locum, qui ignorauit hæreditatem ſibi delatam: quia propriè hæreditas non dicitur delata ignoranti; & ſtatuta debent propriè intelligi:

vide

vide Alex. in l. si potest, de acq. hær. DD. in l. 1. C. qui admitt. Goz. in l. omnes populi, lect. 25. in 6. q. princ. de iust. & iur. ¶ An fœmina dicatur esse de legitimis hæredibus, *Dec. in consi. 32. volum. 1.* ¶ Hæres grauatus restituere, etiam post restitutionem hæres dicitur: *Decia. consi. 80.* Et quando hæres grauatus non solùm portionem, quam habuit immediatè: sed etiam portiones ex personis cohæredũ acquisitas, teneatur restituere? ¶ Vnus hæres tenetur alteri reddere rationem: *ad hoc adduc text. in l. procula, de probat.*

50 Mentio prolis vel progeniei, solùm descendentes ex masculis cõpræhendit: *Curc. consi. 5. fol. 73. col. 1.* ¶ Licèt contra hæreditatis petitionem non præscribitur minori tẽpore 30. annorum: *l. hæreditatis petitionem, C. de pet. hæredit:* Tamen hoc limitatur, non procedere, quando aliquis iusto errore credidit se hæredẽ, & ex tali credulitate possedit: quia tunc præscribit 10 annis: *gl. est communiter approbata, in l. hæreditatem, C. in quibus caus. cess. longi temp. præscrip. vide Franc. Curc. in consi. 6. fol. 78. col. 2. in princ.* ¶ Viui nulla est hæreditas: *l. 1. ff. de hær. vend. l. neminem, ff. de acq. hær.* ¶ Quando valet renunciatio, vel pactum de hæreditate viuentis, *Dec. consi. 31. vol. 1. DD. in l. fin. C. de pact. & in l. pactum, C. de coll. & in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obl.* ¶ De quadã renunciatione facta hæreditati, quæ plurib. modis impugnatur, *Dec. consi. 86. vol. 1.*

51 Pactum de vniuersali successione licèt sit reprobatũ: *l. stipulatio hoc modo concepta, de v. obl. l. pactum quod dotali, C. de coll. vt per DD. post Br. in l. fin. C. de pact.* Tamen si fiat super certis bonis, & reseruetur certa quantitas super qua testari possit, valet: vt in dictis locis, *vide ad hoc pulcrè Franc. Curc in consi. 1. fol. 60. col. 2. vbi multa de hoc.* ¶ Modus quo valet promissio, vt bona alicuius post mortem ad aliquẽ perueniant: *vide per Curc. consi. 15.* ¶ Vbi habes, quod conuentio reciproca, qua bona morientis superueniunt in aliũ superstitẽ, sit valida. ¶ Itẽ quòd valeat conuentio inter nobiles, de nõ alienandis certis bonis in vita, nec in testamento, *vide Curc. in d. consi. 15. vide etiam in v. Donatio, vide latè Zas. consi. 1. vol. 2. per totum.* ¶ Quale autẽ propriè sit pactũ de futura successione, *declarat in d. consi. 15. Curc. pulcerrimè, quem omninò vide,* quia nunquã meliùs declaratũ habes: vbi pulcrè ponit differentiam inter pactũ validũ, quo tibi promitto bona mea: & pactũ de succedendo, in iure reprobatũ & inualidum: *vide etiã Bar. in consi. 212. incip promitto, & tu mihi: quem etiam allegat ibidem Curc.*

52 Multũ interest, an dicatur in dispositione pro se & liberis, an pro se & hæredib. *vide Franc. Curc. in consi. 1. fol. 50. colum. 3. & 4.*

¶ An valeat statutũ obligans hæredẽ ad legata, etiamsi hæreditatẽ non adierit, *vide D. Ias. post alios in l. 1. in 12. col. in princ. ff. de leg. 1. vbi latè Alex. post Bald. in 12. col.* ¶ Testator nõ potest facere, quòd legata debeantur hæreditate non adita: *Old. consi. 18. Ioh. And. in Add. in tit. de instr. edit. in vlt. col. Alex. in l. nemo potest, de leg. 1. & est communis secundùm Carol. in l. 3. lect. 31. de leg. 1. licèt contrariũ voluerit Rom. in Auth. ciuiliter ad l. Falcid.* ¶ Si duo possiderunt bona cõmunia, etiam per mille annos, non tollitur ius petendi diuisionẽ: *vide pulcrè Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, in 1. q. lect. 52. ch. 112. de v. obl.* ¶ Item si possiderunt pro diuiso, quod tempus requiratur, quòd diuisio inducta intelligatur, *vide eundẽ Dom. Car. fol. 112. fa. 2.*

Hæreditas repræsentat personã defuncti: *l. mortuo, ff. de fideiuss. l. cum hæreditas, C. de poss. Inst. de stip. seruor. in princ.* Quomodo hoc procedat, dicit tibi Bart. *in l. si is qui, pro emp. in 4. part. in fin. col. 10. de vsucap.* ¶ Vbi dicit, hoc esse verũ in illis, quibus factũ personæ non desideratur: secus in ijs, in quib. requiritur factum, *per l. hæreditas, ff. de acq. rer. dom.* ¶ Si hæres non fecerit inuentariũ, vltra vires hæreditarias tenetur, *vide Soc. vbi limitat in reg. 170.* ¶ Quomodo plures hæredes defuncti conueniri debeant, *vide Pet. q. 24.* ¶ Et an si vnus ex pluribus hæredibus egerit, & partẽ suam consecutus est, cõmunicare teneatur alijs, *vide eundem q. 45.* ¶ Hæres an conditionẽ testatori iniunctã implere possit, *vide Pet. q. 56.* ¶ In diuisione hæreditatis quis habeat facere partes, an maior: & quis eligere, *vide Br. in l. 1. C. de his qui se def. & ibi Alex. in Apostill. & Io. de Plat. ibi d. in §. Socius, Inst. pro Soc. & latè Ias. in §. quædam, Inst. de Act. vide supr. latè in v. diuisio.* ¶ Filius infans hæreditatem patris non aditã an ad matrẽ transmittat, *vide Dec. consi. 250 vol. 2.* antiqua, & satis nota est quæstio. ¶ Hæredis & defuncti est vna persona, & factũ vnius censetur factũ alterius: *vide consi. Corn. 122. vol. 1. viso pacto, & copia instrumenti.* 53

Et hæredes complectuntur in stipulatione defuncti, licèt nomen hæredis non exprimatur: *casus est in l. veteris, C. de contr. & com. stipul. tex. est etiam clarus, in l. viam veritatis, C. locati, & in l. si pactum, ff de probat.* ¶ Hinc est quòd contrahendo non tam nobis, quã hæredi nostro contrahere dicimur: *l. si pactũ, ff. de probat.* Et promittens de suo facto tantùm, tenetur nihilominus de facto hæredis, & econtra: *Alex. in l. stipulatio ista, habere licere, in princ. ff. de v. obl. fol. 28. col. 2.* ¶ Et sic dictio tantũ, excludit personas extraneas: non personas hæredis: *vide pulcrè Bertarch. in Rep. in v. promitto, n. 30. fol. 102. & in v. filius, col. 64. supr. & infr. in v. Testator.* ¶ Et quòd hæredis factũ 54

 defuncti

defuncti,& ecōtra eſſe cēſetur: *Dec.conſi.281. vol.2.viſo puncto.*¶ Fortior eſt trāſitus in hæredē extraneū ab inteſtato, quā ex teſtamēto.

55 Succeſsio ab inteſtato fortior & efficacior,quàm ex teſtamento: *vide Fran. Curc. in conſi. 4. fol. 64.* ¶ Quicquid eſt ceſsibile, eſt tranſmiſsibile ad hæredes: an valeat affirmatiuè & negatiuè, *vide eundem in d. conſi. 4. fol. 64. colum. 1.* ¶ Ab inteſtato ſuccedens,venit ex tacito iudicio teſtatoris: *vt concludunt DD. in l. cum filio, de leg. 1. & Curc. in conſ. proximo allegato.* ¶ Attinentes ex parte patris,cum attinentib.ex matris, pariter ſuccedunt,quando ſunt pares in gradu: *Corn. in conſ. 7. vol. 3. in lit. A.* Et hoc puto de aſcendentib. ibi per eum tantùm dici, vide diligentiùs.

56 Hæredis inſtitutio,eſt caput & fundamētum totius teſtamenti,ſine qua eſt nullū: *§. in prim. Inſt. de fideicom. hæred. 1. §. ante hæredū. Inſt. de leg. l. fi. C. de iure Codicill.* ¶ An teſtator diuiſionē inter hæredes perpetuò, an verò ſolū ad tempus,prohibere poſsit, *vide pulcra annot. ſupr. in v. diuiſio. & in v. communio, fol. 88. & fol. 89.* ¶ Frater vterinus tantū,ſimul cum auia materna ſuccedit ab inteſtato: *vide integrum conſ. Hier. Schurff. conſ. 5.* ¶ Succeſsionē ab inteſtato de iure diuino,docuit Domin', *c.25.* ſic dicens ad Moſen: Ad filios autē Iſraël loqueris: Hic homo cū mortuus fuerit abſq; filio,ad filiā eius tranſibit hæreditas: ſi filiā nō habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos: quòd & ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatē fratrib. patris eius: ſin autē nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his,qui ei proximi ſunt: eritq; hoc filijs Iſraëlis ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit Dominus Moſi.

57 Licèt de iure cōmuni renunciatio ſucceſsionis, vel pactū de hæreditate viuentis, de quo ſupra eod. dictum eſt,nō valeat. Tamen hoc quoq; obſeruabis,aliud eſſe de iure Sax. ſecundū quod futuræ ſucceſsioni renunciari poteſt: & valet talis renunciatio. poteſt tamē quis iuratò aſſerere, renunciationē à ſe non eſſe factā: ſi autē renunciatio iudicialiter eſſet facta, tum omnino valet, nec habebit locū iuramentū: *ita eſt tex. in Spe. Sax. lib. 1. art. 13.* ¶ Quē text. nota bene,quia in hoc ius Sax. eſt contra ius cōmune, ſecundū quod renunciatio ſucceſsionis abſq; iuramento non valet: *c. quamuis, de pact. lib. 6.* Sed Sax. iure valet, *per d. art. 13.* vbi eſt clarus tex. quē nota: quē tex. cōmunis obſeruantia in Sileſia approbat, in qua plerumq; patres, cùm in matrimoniū collocant filias,faciunt filiæ renunciationes, vt contentæ dote, cum filijs mortuo patre non velint ſuccedere. Quod cōmuniter inter nobiles fieri ſolet. Vidi ego per dictum textū iuris Sax. tales renunciationes valere, maximè accedente cōmunis patriæ conſuetudine. Cùm conſuetudo ſit optima legū interpres: *l. ſi de interpretatione, ff. de leg.* ¶ Vbi etiā pulcra de legitima filiorū. & quod diſpoſitio & ordinatio patris inter liberos, per ſimplicē ſcripturam vel epiſtolam, valeat & ſit ſeruanda,dixi.

De materia collationis, quomodo inter hæredes & ſucceſſores fieri debeat, quando, quomodo, & per quos ſit ferenda, *vide latiſs. in indice meo ſuper practicum Papienſem, in v. collatio, & ibidem diſtinctè, & per figuras ex ipſo autore ſumptas, depictas col. 505. & per multas columnas ſeq. & fol.* vbi omniū collationis materiam rectiùs, quàm vſpiam alibi ſimul cōgeſtam habes. 58

De Hæreticis.

HÆretici ſunt,qui quod prauè ſapiunt, cōtumaciter defendunt,& ſua audacia nō aliena ſeducuntur in errorē: *c. quid autē, c. dixit Apoſt. & c. hær. 24. q. 3.* ¶ Hæretici vel ſuperſtitionē inducētes relegandi. *l. 30. ff. de pœn. vbi Gothofr.* ¶ Quomodo tanquā offendentes diuinā maieſtatē, excōmunicatione, cōfiſcatione bonorū, vel etiam ad vitā puniantur, eſt tex. *in art. 13. lib. 2. Landr.* quatenus autē reuertentes ad gremiū Eccleſiæ recipiātur, & alia plura bona in crimine hæreſeos, *inuenies apud Aluo. in titu. de ſtatutu & conſuet. contra liberta. Eccleſ. tollen. in vſib. feudo. in §. gazaros, & in §. credentes,* & ibidē tractat de illis,qui hæreticos receptant, defendunt, vel cum illis habent cōmercia: *vide titu. gl. & not. Dd. in c. & ext. de hæred. & inuenies materiā expeditā.* 59

Et maximè hæretici ſunt expellendi de ciuitate,ne inficiant alios: *habetur in l. nullus, C. de ſumma. trin. & notauit Andr. Sicu. Barba. in prohemio Clem. in 2. lectu. col. 19.* vbi plura de infectione dixit. Imò euitentur eorum ſodalitates & conuiuia, cum ijs neq; adorandū, neq; pſallendum: *c. Clericus 24. quæſt. 3.* 60

Et nota: eo ipſo quia libri hæreſis apud aliquē inueniuntur,poteſt de hæreſi condēnari,& eſt comburend': *l. quicunq, in fin. l. Manichæos, l. Mathematicos, C. de hæret.* ſed vide cū limitationib. Lud. *Rom. in ſing. 326. inc. eo ipſo.* Nihilominùs tamen cum ſua defenſione eſt admittendus & exaudiendus, quæ nemini debet auferri: *l. vt vim. ff. de iuſt. & iure.*

Dec. *in conſ. 5. vol. 2. in princ.* deſcribit hæreticum, & hæreſis ſubſtantialia duo refert, nēpe errorē & pertinaciā. Et reuertentē eſſe recipiendū, voluit *ibi n. 3.* Sed ibi in hoc cōſilio, principaliter mouet quæſtionē de abiuratione in cauſa hæreſis: dicit ad quē finē fiat, quærit & reſpondet, an & quando abiuratio ſponte reuertenti & bono viro nobili ſit remittenda vel lenienda. 61

De pœnitentia peragenda,& quæ requirantur ad illam, ibi docet *n. 25.* 62

De hæreticæ prauitatis inquiſitore, an etiam poſsit inquirere de alio delicto extra hæreſin, (*Non poteſt: etſi in conſequentiam hæreſeos veniat, non tamen directè ad hæreſin ſpectet,*) *Dec. in conſi. 95. vol. 2.* De ſectis omnium hæreticorum inuenies, *in tex. c. quidem 23. q. 3.*
63 *Pet. Greg. in part. iur. Can. lib. 2. tit. 6. & ſchiſmaticis, tit. 7. Vide Dauth. in l. qui teſtamento n. 8. fol. 480. 481. 482.* vbi, quis dicatur hæreticus, & quid valeat eius teſtimonium. ¶ Illa, quæ poſt purgationẽ viſitauit Hugonottes fratres ſuos, & illis donauit, an dicatur relapſa: *Hieron. Laurent. in dec. Rotæ Auen. decis. 1.* ¶ Audire conciones hæreticorum, non eſt hæreticum, niſi adſit frequentia: *Hier. à Laurent. dicta dec. 1. n. 10. vide Men. lib. 2. cent. 4. c. 373.*

64 Hæreticus præſumitur, ſi ſcienter cum hæretica muliere contrahat matrimonium, & econtra: *ita DD. not. in 2. not. in c. decreuit per illum tex. de hæred. lib. 6.* Quod nota contra morem quorundam, qui ſcienter, vt fama refert, hæreſi notatam ducunt. ¶ Hæreticus non admittitur ad ferendum teſtimonium in iudicio, vbi ambæ partes, vel altera fuerit orthodoxa: *l. quoniam. C. de hæred.* Sed in contractibus, & vltimis voluntatibus, indifferenter in teſtimoniũ admittitur. ¶ Hæreticus omnis eſt excommunicatus: *gloſſ. in ſumm. 24. q. 1. in verb. qui verò.*

De S. Hieronymo.

65 Hieronymo, Auguſtino: Gregorio, cui magis credendum, *vide gloſſ. in c. vt veterum, 9. diſt.*

De Hypothecaria.

66 Hypothecaria licèt à principio ſine principali eſſe non poſsit, tamẽ durare poteſt ſine ea, ſi ſemel fuit: *l. cogi, §. ſi ſub conditione, ff. de pignor. l. 2. C. de luit. pignor. Br. in l. fideiuſſor obligari, in princ. de fideiuſſ. vide Iaſ. in Rubr. ff. ſolut. matr. vide infr. in verb. pignus.*

De *Homine.*

67 Hominum alij nobiles, alij virtuoſi, alij diuites: vnde virtus non dicitur nobilitas: *ita Iacob. Butr. per illum tex. in l. nobiliores, C. de comer. & mercat. lib. 12.* ¶ Hominis vita poteſt extendi vſq; ad centum annos, de iure ciuili. *l. fin. C. de SS. Eccleſ.* Et in dubio, vnuſquiſq; tam diu viuere præſumitur: *gl. vbi Iaſ. in l. ſi emancipati, in 2. notab. C. de coll.* Nec diutius viuere poteſt: *l. proponebatur, de iudic. C. de colla. in 2. col. in 2. not. & Dec. in 3. colum.* ¶ Sed habito reſpectu ad cõmunem vitam hominis, quæ videtur noſtris temporibus breuior, quàm antiquis temporibus: nec nunc videtur habere locũ iſta præſumptio, quòd quis præſumatur viuere per centũ annos, vt gl. noſtræ dicunt: ſi rationem & curſum viuendi hodiernis temporibus inſpiciamus: *ita dixit Alex. in conſi. 90. vol. 6. col. 4.*

Hominum Chriſtianorum duo genera, 68
Clerici, & Laici, & quale officium vniuſcuiuſq;: *c. duo ſunt 12. q. 1.* ¶ Homines ſecundũ mores & conſuetudines illius regionis, in quam veniunt, viuere debent, ne alijs ſint ſcandalo: *c. illa, 12. diſt. quem tex. vide, de matre Auguſtini loquentem: quæ filium Mediolanum ſecuta, cum videret Eccleſiam Sabbatho non ieiunantẽ, condoluit.* ¶ Hominis intereſt hominem beneficijs afficere: *l. ſeruus, ff. de ſeru. expor. l. vt vim, de iuſt. & iur.* ¶ Homo liber æſtimationem non recipit, *l. 1. §. cum liber. de hu. qui deiec. vel eff.* nec eſt dominus ſuorũ membrorum: *l. liber homo, ad l. Aquil.* ¶ Homo eſt dignisſima creaturarũ. *l. iuſtiſsimè, vbi gl. de Æd. edict. §. fin. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuili.* ¶ Homo liber occiſus ducentis ſolidis æſtimatur, *l. qua vulgo, de Ædil. edict.*

Humanæ ſortes multæ ſunt: & caſus, qui 69
nec dici, nec numerari poſſunt: *l. ſi. C. de præſcrip. 30. annor. l. corruptionem, circa medium, C. de vſufr.* ¶ Vita laudabilis, moribus oſtenditur: *l. vnic. C. de profeſſ. qui in vrb. conſt. lib. 12.* ¶ De iure naturali non erat diſtinctio hominum, ſed omnes legitimi & liberi naſcebantur: *§. licet, in Auth. quib. mod. na. eff. leg. Inſt. de iur. perſon. in fin. Br. in l. 1. in 5. col. Ibi tertio principaliter de acq. poſſ.*

Hominis vitæ mutatio non facilis, ſed fit 70
cum animi labore: *§. ſancimus, in Auth. de Monach. fac. l. præcipiunt, de Ædil. edict.* ¶ Hominis gratia omniũ rerũ fruct⁹ procreati ſunt: *§. in pecudum, Inſt. de rer. diuiſ. ibi gl.* ¶ Homines naturaliter faciles ſunt ad diſſentiendũ: *l. item ſi vnus, §. principaliter, de Arbitr.* Et hominum voluntates ſunt variæ: *l. quia poterat, ad Trebell.* Ambulatoria eſt humana voluntas vſq; ad ſupremum vitæ ſpiritũ. *l. 3. ff de adim. legat.* ¶ Hominis facies ad ſimilitudinẽ Dei facta, non eſt ſignanda: *l. ſi quis in metallum, C. de pœn.* ¶ Homini excellenti in ſua arte, reo mortis, paciendum eſt: *l. ad beſtias, ff. de Pœn.* ¶ Hominis diſpoſitio facit ceſſare legis diſpoſitionẽ: *l. fin. C. de pact. conu.* Limita, procedere in diſpoſitione iuris ſpecialis vel extraordinaria, aliàs non, *ſecundùm Bart. ibi & l. & habet, §. cum quis, de Precar. vide Iaſ. in l. 3. in 3. not. de leg. 1.* ¶ Vnuſquiſq; in fide ſua poteſt ſaluari, ſi non habet lumen de fide noſtra: dummodò ſeruet ius naturale: *ita dicit Bal. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.*

Hominis diſpoſitio difficiliùs extenditur & modificatur, quàm legis: *vide ſupr. in verb. correctorium, & v. forma.* ¶ Propter hominis excellentiã, bonitatẽ, & integritatẽ, quandoq; recedimus à regula iuris cõmunis: *de hoc vide ſupr. in verb. Bonus, & in verb. Doctor. Pro vt nunc occurrebat, adde tex in l non omnis in fin. ff. de re milit.* vbi transfugæ, qui multos Latrones apprehenderit, & demonſtauerit, 71

strauerit, parci potest. ¶ Quamdiu dubitatur de vita hominis, transactio & adiudicatio super facultatib. illius fieri non potest: *l. nec nos, C. de cap. di. vide infr. in v. mortuus.* ¶ Vnusquisq; est arbitrator & administrator in re sua, etiam abutendo: *vide infr. latè in v. res.*

72 Homo mortuus non est homo, & mortua bestia non est bestia: *vide Br. in l. dilanionem, de fund. instruct.* Hinc dicit tex. *in l. si ex legati caussa, ff. de verb. obl.* Quòd debitor speciei eius liberetur: *vide supr. in verb animal. col. 88. in verb. res, & in verb. mors.* Et expressè dicit Br. *in l. promissor, de const. pec.* ¶ Quòd homo mortuus non sit homo: *vide in d. verb. mors latius.* ¶ Et dicit tex. *in l. si Stichus, ff. de verb. obl.* Si Stichus certo die dari promissus, ante diem moriatur, non tenetur promissor.

De Hermaphroditis.

73 HErmaphroditi dicuntur, qui habent membrũ sexus masculini & fœminini: auff Teutsch werdẽ sie Allzuniel oder Zwitter geheissen: *Art. 4. in prin. & in prima additio. latina lib. 1. LandR.* ¶ Sed secundùm sexum istius membri æstimantur, in quo magis præualet: *l. quæritur, ff. de statu hominũ.* ¶ Sed nota, quòd per se neq; in hæreditate, neq; in feudo succedant, sed sint sub cura propinquorũ, qui ipsis necessaria administrent: *d. Art. 4. lib. 1. LandRecht.*

74 An in testes possint adhiberi & admitti, habetur *in l. si testes, §. hermaphrodit', 4. q. 3.* & facit mentionẽ gl. 5. Art. 8. *lib. 1. LandR.* Concluditur cõmuniter, quòd secundũ præualentiã sexus iudicentur, admittantur ad testimonia, contractus, vel non: *notauit Ioan. de Arno. in sing. suo 43. incip. stantib. prædictis, & Bal. in l. omnes populi, 9. col. ff. de iust. & iur.*

75 De monstris ab hominibus editis, & eorum iurib. *vide quædam in Dauthio de testam. n. 307. fol. 349. & seq. & 308.* vbi simul de nanis & homuncionibus, *ibid.* & pygmæis, *n. 309.*

De Honore & Honestate.

76 HOnores nõ sunt continuandi: *l. 18. C. de decurionib'*, ne in tyrannidẽ exeat, aucta firmataq; diuturnitate temporis potestate, & libertas publica minuatur *VVesen. de decur. n. 3.* ¶ Ad obeundos patriæ honores & munera, dignissimi meritis & facultatibus eligendi: *arg. l. 45. C. de decurio. lib. 10.* Imprimis consideranda est persona eius, cui defertur honor, siue muneris administratio. Item origo natalium. *l. 14. §. 3. ff. de muner. & honorb.* ¶ Honor est lucro præferendus: *l. Iulianus, ff. si quis omissa. caus. testa.* Sed nota: non alicui personæ tantus honor exhibeatur, vt alij scrupuloso corde moueantur: *Specula. in tit. de legato, §. 2. num. 4.* Et non debet quis in plus grauari, quàm fuit honoratus: *Barto. in l. ciuitatibus, & in l. fi. ff. de legatis 1. quem non honoro non grauo, l. ab eo, C. de fideicomm. Pet. de Rauen. in suo alph. lit. G. versi. grauatus.*

Et nota: ad honores non admittuntur 77
debitores Reipublicæ: *l. descripto, §. debitores, ff. de mune. & hono.* Et quamuis aliquis soluat data opera, vt consequatur honorem: non tamen consequitur: *Roma. in l. 3. §. subuenitur, ff. ad Sylleia. allegat textum singularem & Bartol. in l. vniuersi. C. de lega. lib. 10. notauit Pet. de Rauen. in suo alph. lit. H. versicu. Honor.*

De honestate vide regulam, quæ est: 78
Semper in contractibus, non solùm, quod liceat, considerandum est, sed & quod honestum est: *l. semper 197. de regulis iuris.* Nam vnum est præceptum iustitiæ, vt quis viuat honestè: *l. iustitia, §. iuris præcepta, ff. de iusti. & iure.* Et ideo ius honestatis ab omni reuerentia semper exemptum esse intelligitur: *vt notat Bal. in l. quod ex libera. C. de operis liberto.* vbi per illum textum infertur, quòd subditi alicuius domini non debent compelli, vt eorum mulieres vadant ad domum domini ad tripudiandum.

Ratione honestatis & respectu eius, ma- 79
ritus potest compelli per consanguineos, vel vxorem, vt concubinam dimittat: *Paul. de Castr. refert, in d. l. iustitia, §. iuris præcepta, ff. de ius. & iu. & dicit gloss. in d. l. semper, ff. de regulis iuris.* ¶ Licet iura permittunt, quòd concessum sit contrahentibus se ad inuicẽ decipere, *l. in caussæ, el. 2. pen. ff. de minoribus:* non tamen honestum est, & non conuenit bono viro: vide Decium *ad d. l. semper,* vbi etiam tenet, quòd propter honestatem concubina ad instantiam vicinorum possit expelli de ciuitate.

Sic etiam scholaris inhonestè viuens de 80
vniuersitate: *argum. l. si conuenerit, ff. pro socio, insti. eo. tit. §. fina, c. ex literis, de const.* Propterea etiam castitatis grassatores sunt expellendi, ne alios inficiant, & honestas violetur: *Ange. in Authen. de honoribus, & tenet Andr. Siculus Barba. in prohemio, Clemen. in 2. lectura, §. salutem, col. 19. & in simili de concubina & meretrice Ioan. de Arno. in sing. suo 67. facit l. minimè, C. de Episco. audien.*

Præmijs & honoribus donatos præsumi 81
libentiùs studijs & laboribus operam dare, *Men. lib. 6. præs. 100.* ¶ Honores non debitos ambientis pœna: *Men. lib. 2. centu. 5. c. 402.* ¶ Honor quanti faciendus, & detractio quã grauis sit, *Viuius dec. 399. lib. 2.* ¶ Emendatus de crimine, an in honoribus & dignitatibus sit alteri, qui nunquã deliquit, præferendus. *Cyannet. theor. 23. n. 20. vsq; ad 28.* ¶ De honore defendendo ad duellum vsq;, *Anto. Tassar. de error. Notar. c. 10. n. 2. 3. 4.*

Honores gradatim deferendi: *l. vt gra-* 82
datim, ff. de mu. & hon. ¶ Honorarium dicitur salariũ aduocatorum: *l. 1. §. si cui tantum, de va. & ext. cog.* ¶ Honor nõ est in honorato, sed in honorante: *l. si in aliquam, ff. de off. procons.*

¶ Non

¶ Non ambitione, sed labore ad honoris augmentum deueniendum: *l. contra publica, C. de re milit. lib. 12.* ¶ Honores mutant mores: *c. prophetauit 1. q. 1. gl. fin.* vbi de scholaribus in patria superbientibus, cùm tamen in studio fuerint benignissimi. ¶ Honor lucro præferri debet: *gl. per illum text. in l. Iulianus, ff. si quis omiss. causa test.* ¶ Verba honoris causa prolata non obligant: *l. si verò non remunerandi, §. cum quidam. Mand. l. fin. de Test.* ¶ Honestè quod quis non potest, non posse videtur: *l. filiusfamilias, de cond. instit. & l. conditiones, eod. tit.*

De Hora.

83 RAtione horæ vnum instrumentum potest dici prius altero: *gloss. in l. in operis, ff. locati, l. si ex pluribus, §. si. ff. de solutio. c. si à sede, de præben in 6.* & debet hora poni in instrumento, ratione tollendæ dubitationis: Bal. *in l. cum proponas, C. de interdi. matrim. & Barto. in l. si vitam, §. si is qui, ff. quòd vi aut clàm*, dicit, quòd si citatur quis vna hora, & actus fiat in alia: non valet actus, tanquam parte non citata factus: *Barto. in l. si finita. §. Iulianus, ff. de dam. infec. Bal. in l. 1. C. quomo. & quan. iudex. Abbas in c. consuluit ext. de offi. delega.* & quòd hora sit maximæ importantiæ in instrumentis, rescriptis, collationibus beneficiorum, & in alijs, notauit Hippo. *de Marsi. in singula. suo 319. incip. hora. & Petrus de Rauen. in suo Alphab. litera H. vers. hora.*

De Homicidio.

84 DE homicidio *notaui quædam suprà, in litera D. versi. de defensionibus & versi. de delictis: & de dolo.* Sed vlterius vide, & nota pulcherrimas quæstiones homicidij: *motas & decisas per Petrum de Rauenna. in suo Alphab. litera H. versic. 1. homicidium.* Wer fürsetzlich einen erschlegt oder tödtet/ der hat das Leben verwircket/ vnd ist in die ordentliche Straffe der Todschläger gefallen/ *nach der Keiserlichen Constitution Caroli V. Arti. 137. Von Straffe der Mörder vnd Todschleger.* Nach gemeinen Keyserlichen Rechten: *l. 1. ff. ad l. Corne. de Sicar.* Nach Sächsischen Rechten: *Arti. 13. lib. 2. Landrecht.* Nach Göttlicher vnd heiliger Schrifft: *c. 9. in Genesi, c. 24. Leuit. c. 35. Numeri, & c. 19. Deuter. Notauerunt Barto. Hippo. de Marsi. in l. 1. ff. & C. ad l. Corn. de Sica. Angelus de malefi. vers. & ex interuallo, nu. 7. Antho. Blancus in repe. l. fin. in prin. ff. de quæstio. & alios Dd. multos in hac materia vide, quia est materia latissima.*

85 Et tandem, quando homicidium ordinaria, vel extraordinaria pœna, pro qualitate animi, personæ delinquentis, & vulnerum, sit puniendum, vel non. docuit Geyl. *in obseru. 110. & seqq. lib. 2. & ibi inueniuntur plura bona in casu homicidij.*

Homicidij suasor eadem pœna afficiendus est, qua principalis, si is alioquin delictum commissurus non erat: sin minus, mitius: *Clar. 5. sent. §. vlt. quæst. 88.* ¶ Homicida non tantùm tenetur ad pœnam, sed etiam ad expensas medicorum, & operarum interfecti: *Marant par. 4. distinct. 1. nu. 7.* ¶ Homicida cum interfecti cognatis transigens, per curiam accusari potest: *l. 5. in fin. de v. part. Bellorus. 1. pract. 3. num. 73. per l. 15. §. 5. ad l. Fel. de adulter.* ¶ Si quis commisit duo homicidia, licèt pro primo soluerit pœnam, tamen debet decapitari: Quia primum, pro quo fuit soluta pecunia, debet computari, vt dicatur, duo homicidia commisisse: *Decius ad l. bona fides, n. 8. de R. Iur. Felinus c. per illum. de testibus, Bald. in authent. qui semel, C. quomod. & quando Iudex.*

86 De homicidio per lasciuiam, vel lata culpa commisso, quòd non pœna ordinaria, sed mitiùs puniatur, *voluit Hipp. de Mars. in repe, l. lege Cornelia, ff. ad l. Corn. de Sica. Iacob. Nouellus in tract. suo defens. in cap. homicidia quibus ex causis à pœna mortis excus. per tot.* ¶ Quomodo sit puniendus is, qui cogitauit, aut destinauit committere homicidium, sed non perfecit, *Vid. Schneid. ad §. sed etsi credat. nu. 4. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Vid. l. express. in c. l. is, qui cum telo 4. C. ad l. Corneliam, de Sicar. Borch. item lex Cornelia de publ. iudic. Rauchd. in pract. crim. tit. von straffe des fürnehmens, fol. 166. b.*

87 In causa homicidij errore commissi in aliam personam, quàm contra quam erat animus destinatus, commissum pronunciatur ordinaria pœna homicidij: im Churfürstenthumb Sachsen: *prout apparet ex constitutione cap. 6. par. 4.* Et tandem in hac materia, vide suprà, quę notaui in locis modò allegatis & citatis. ¶ Waser gestalt die jenigen/ so andern prouociren vnd ausfodern/ zustraffen/ nemlich in ziemliche Geltbusse/ Gefengnus oder nach gelegenheit der Sache vnd Personen/ mit Landesvorweisung: *tenet Constitutio Elect. Saxo. in Arti. 9. par. 4.*

88 Vnd von Straffen dessen/ so auff vorgehende Ehrenvorletzliche ausforderung verbrechen: (*vulnerans nullâ pœnâ tenetur: occidens extra ordinem punitur.*) *ea. const. Arti. 10. par. 4.*

Quæritur: Wann einer für 20. oder mehr Jahren/ einē Todtschlag/ oder sonst einen peinlichen excess begangen/ vnd in der zeit nicht gerechtfertiget ist/ ob auch derselbige hernacher de Iure könne gestraffet werden? Et decidendum, quòd non: *per l. si diutius 25 ff. de pœn. l. querela 12. C. ad l. Cornel. de fals. l. 2. C. de vectigal. com. l. adulter. C. ad l. Iul. de adult. l. Manichæos 4. gl. in verb. subire, C. de hæret. c. fin. ex. de consuetud. VVesemb. in parat. ff. de accusat. n. 16. in fin. Rauchdorn. tit. Todschlag veriebrig, fol. 184. a.* Sed Bart. *ad d. l. diutino*, respōdet sub distinctione, quòd

quædam ſint delicta Momentanea, quæ reiterationem Non recipiunt: & tunc qui tale delictum commiſit antiquo tempore, & nunc de eo punitur, pœna aliqualiter debet ſubleuari: quòd intelligendum, ſi tempore recentis maleficij commiſsi de hoc non fuit cognitum, ſecus ſi recenti tempore fuit cognitum: ſed propter eius abſentiam, & contumaciam, pœna fuit dilata: *l. 2. c. de requir. reis.* Quædam ſunt maleficia, quæ licèt ſint mometanea, ſunt tamen Reiterabilia: Si aliquis tenuiſſet aliquam vxorem ſuā in adulterio longo tempore, deberet propter hoc acrius puniri: *l. mariti, §. ſex menſium, & quod ib. not. ff. ad leg. Iul. de adult. facit l. capitolium, §. ſolent, & §. famoſos, ff. de pœn.* Quædam ſunt delicta, quæ Non ſunt momentanea, ſed habent actum ſucceſsiuum, vt quando aliquis eſt fugitiuus vel emanſor, tunc pœna debet augeri, non diminui: *l. aut facta, §. tempus. ff. de pœn.* Hæc Bart. ſed vide ante omnia Tiraquell. *tom. VII. de pœn. temper. aut remitt. cauſ. 25. nu. 3. & 4. vid. & Mynſing. obſer. 35. centu. 4. Geyl. de pac. publ. lib. 5. obſer. 20. num. 30. & ſeqq. Balb. de præſcript.*

89 Et maximè pro huius materiæ aliquali expeditione animaduertendum eſſe cenſeo, quòd aliud homicidium dicatur neceſſarium, aliud voluntarium, aliud caſuale.

De Neceſſario *vide ea, quæ notaui ſuprà in litera D. verſ. de defenſionibus.* Quia is, qui in iuſta defenſione homicidium commiſit, dicitur neceſſariò commiſiſſe: igitur pertinet ad materiam defenſionis.

90 De homicidio Voluntario & doloſo, *notauerunt Angel. de maleficijs, in verſ. ſcienter doloſè, optimè docuit Bart. Romuleius in tract. ſuo defenſionis, ad l. vt vim, ff. de iuſt. & iu. num. 164. part. 2.* Et ibi de probatione doli, vel mali animi ad occidendum, pulcherrima docet, *à num. 172. vſq. ad num. 181.* in ſeqq. de infante, furioſo, dormiente, ebrio.

Num. 189. tractat de homicidio culpoſo. Sed quia homicidij multæ ſunt ſpecies, ideo *num. 198.* tractat de parricidio, & ponit caſus, in quibus quis pro parricidio non puniatur, *num. 203.* de homicidio veneno commiſſo, *num. 196.* de eo, qui propria manu ſe occidit. *num. 219.* dicit de latronibus: imò legem multis modis ſæuire in latrones. Sed *in num. 236. 237. 244. 245. 246. & 260. vſq. ad num. 271.* enumerat caſus 22. in quibus impunè occidere liceat.

91 De homicidio per Aſſaſinum commiſſo, docet idem Romul. *in 2. par. tract. defenſ. nu. 272.* & iſtius delicti aſſaſinatus recenſentur ab ipſo ſpecialia 8. *à num. 275. vſq. ad nu. 281.* in ſequentibus tractat de mandante & mandatario, item de nuncio.

De Caſuali homicidio, *habetur in l. 1. C. ad leg. Corn. de Sica. & docuit* Romuleius *in d. tract. part. 3. num. 298.* facit principaliorem diſtinctionem, an quis rem licitam fuerit aggreſſus, & ſecundùm illam reſpondet. Exempla caſualis homicidij, referuntur à d. Romuleio 15. *à num. 308. vſq. ad num. 322.* 92

Homicidium qualificatum ſeu geminatum, non venit in ſtatuto loquente de homicidio: *Seb. Med. d. R. I. reg. 3. n. 54. fol. 98.* & impetrans remiſsionem de homicidio, non intelligitur impetrare de homicidio geminato, *ibid.* ¶ Occidens aliquem dicitur homicida, licèt vnicum homicidium commiſerit: *Seb. Med. reg. 4. n. 76. fol. 143.* ¶ Morti ſe tradere non licet, ad euitandum ſtuprum: *Couar. Var. reſol. c. 2. lib. 1. num. 9.* 93

Grauiora delicta, vt puta homicidij adulterij ſtupri raptus & ſimilia, acerbè ſunt punienda: vt paucorum hominum ſupplicio, omnes reliqui continuè caſtigentur. Neq; enim Inhumanitas hoc, ſed potiùs quædam Humanitas eſt, cùm multi paucorum animaduerſione ſaluantur. Et quicunq; talium patrocinijs ſe auſus fuerit immittere: ſimilē cum delinquente pœnā & ipſe ſuſtinebit: idē cum ſit, ipſum aliquem delinquere, & eum, qui talia peccauit & deliquit, velle de manu legis eripere: *§. adulteria, A. de procorſ. Cappadociæ.* ¶ Occidere quinq; modis licet: *Viuius deciſ. 197. lib. 1.* ¶ Homicidium quando à Titio factum præſumatur: *Menoch. lib. 1. præſumt. q. 3. n. 9.*

Pro homicidio de iure ciuili imponitur pœna mortis: *melior tex. de iure ſecundùm Ludou. Rom. in ſuis ſing. in l. 3. C. de Epiſc. aud. ego addo tex. in c. homicidas 23. q. 5. quem gl. ibi ad hoc notat.* ¶ Dolus, vt pœna homicidij locum habeat, requiritur. ¶ Lex & ſtatutum, licèt ſimpliciter puniat homicidium: tamen ſemper debet intelligi, quando tale homicidium dolo eſt commiſſum. Nam ſi eſt caſuale, non ita debet puniri: *textus eſt melior de iure in l. cum autem, §. excipitur, el. 1. in verb. capitale, de Ædil. edict. ita Iaſ. alios allegat in l. non dubium, C. de leg. in 9. col. remittens ſe ad l. 1. ff. de L I. vide Soc. in l. 1. in princ. col. 6. Si cert. pet.* ¶ Quando autem dolo dicatur commiſſum homicidium, ita quòd pœna homicidij locum habeat, & quando per Laſciuiam: *vide Bart. Cepol. conſ. 31. fol. 35. num. 9.* ¶ Nec ſufficit dolus: ſed requiritur, quòd præciſè ſit ordinatus ad homicidium occiſi: ad hoc, vt puniatur pœna ſanguinis: *vide eund. Cepol. conſ. 33. n. 10.* ¶ Nec ſufficit lata culpa: quia in l. Cornel. lata culpa pro dolo non accipitur: *vide Cep. conſ. 34. fol. 40. fa. 2. n. 12. vbi plenè de hoc eundem quoq; in conſ. 30. Cep. conſ. 36. n. 3.* 94

Vide

95 *Vide ad præmissa Dec. in cons. 234. vol. 2. in effectu quæritur*, vbi dicit: Quòd ille, qui ordinauit offendiculum quoddam, ad capiendum eum, qui intraret eius domum: non tenetur de homicidio, licèt intrans mediante tali offendiculo occidatur. ¶ Hinc est, quòd de homicidio nó tenetur, qui percussit cum pugno etiam armatum, & etiam in capite, etiamsi percussus cecidit in terram, & ex collisione facta ad lapidẽ mortuus est. Hæc est mirabilis decisio: *Francis. de Aret. in cons. 147. Quam refert Fel. in tractatu conatus, in penul. col.* Cuius dicit, te nunquam debere esse immemorem, tum quòd sit noua, & felicissima, tum quòd per eam multi liberari possent à morte. ¶ Quis proijciendo lapidem hominem interfecit, an pœna homicidij, & sic mortis puniri debeat? Dic quòd non, sed pecunialiter, vel pro aliquo tempore banniri: *ita dixit Bal. quem refert Cepol. in cons. 31. fol. 35. n. 9. & in cons. 30. n. 7.* ¶ An ille, qui volebat occidere vnum, si alium amicum suũ occidit, debeat puniri pœna mortis, *vide Cepol. cons. 33. per totum.* Vbi concludit, quòd non debet puniri pœna capitis, sed arbitrio iudicis, & debet banniri, & non grauiùs puniri. ¶ Si ludendo ad brachia, vel colluctando, quis habens cultellum in vagina, si is exiendo è vagina Socium occidat, non tenetur pœna homicidij: *l. 1. & ibi not. C. ad l. Corn. de Sicc. vide Cep. cons. 33. n. 7.*

96 Homicidium in certamine, colluctatione, vel in ludo, licito vel illicito commissum, an puniatur ordinariè, vel saltem extra ordinẽ? & de homicidio in ludo puerorũ cõmisso, *vide per Liuinum, vbi habes allegata in §. interdum, Inst. de hæred. quæ ab intest. def. & Dec. cons. 9. vol. 1. vide Cep. cons. 31. n. 6. & cons. 30. per totum, vide suprà in verb. consuet. vbi pulcra habes.* ¶ An homicidium dicatur commissum per lasciuiã, vel iocando, an dolosè? & qua pœna puniri debeat committens homicidium per lasciuiam, *vide Cep. in d. cons. 31.* Vbi enumerantur decem coniecturæ, ex quibus probatur, ioco, an dolo homicidium sit commissum: *vide eundem in cons. 30.* ¶ Si quis in ludo occisus sit, mors illa iudicanda est casualis, & non tenetur percutiens: *vide Cep. in d. cons. 31. fol. 35. n. 6. vbi allegat pulcra, & inter alia consilium Petr. de Ancor. 272.*

97 Aggrediens aliquem in publica pugna, vel in colluctatione, & occidens, non est homicida: *l. qua actione, §. si quis in colluctatione.* ¶ Et ille, qui occidit aliquem ex culpa leui, vel leuissima, puta per lasciuiam, vel iocum, debet per quinquennium relegari, seu mitti in exiliũ: *casus in l. lege Cornelia, §. 1. ff. ad l. Corn. de Sicc. not. Ant. de Butr. per illum text. in c. sicut dignum, in pen. col. in fin. de homicid. & Paul. de Cast. in l. 1. circa princ. C. vbi Senator, vel clariss. vide Bart. Cep. de his præmiss. omnibus pulcrè in cons. 33. n. 15. & praced. & seq.*

Defendendo me, si aliquem occidero, ab 98
homicidio excusor: quia aggrediens seipsum dicitur interficere: *gl. in c. si quis, de furt. Cepol. cons. 29.* ¶ De homicidio defensionis caussa ab aliquo commisso, an, & quo pacto puniri debeat, *vide pulcrè cons. Alex. 75. in 1. vol. visa inquisitione, & pulcrè Cepol. cons. 29.* ¶ Confessus homicidium se fecisse ad sui defensionẽ, etiamsi defensionem non probare possit, tamen non debet decapitari: quia ex probatione præsumptiua condemnatus videtur: *ita D. Abb. in c. auditis, de præscript. refert Dec. in l. 1. in 4. col. Si cert. pet.* ¶ Defensionis caussa commissum homicidiũ, an, & quo pacto punibile existat, *vide Alex. in cons. 76. vol. 1. visa inquisitione*, si etiam defensionẽ postea nõ probat. ¶ Captus si fatetur se cõmisisse ad suã defensionem an per hoc sit probatũ homicidium: & an pœna capitis puniri debeat, & sic pœna ordinaria? Dic, quòd non, sed arbitraria, iudicis arbitrio: *ita Lud. Rom. in sing. 3. An si quis. Vide Soc. in l. 1. in princ. col. 6. Si cert. pet. & ibi Dec. & alios, Carol. in l. 1. §. si quis simpliciter, de v. obl. Soc. in l. non vtiq. de Except.* ¶ Confesso sponte homicidium, non est deneganda facultas ad probandum, de innocentia sua, vel excusatione sua, quòd non fuerit in dolo: *vt l. 1. §. si quis vltrò. ff. de qq.* Nã probationes possunt fieri vsq; ad sententiam: *l. si quis iusiurand. C. de reb. credit. Cepol. cons. 33. in fin.*

Occidere gladio licitum est, ad euadendã 99
alapã, quando aggressus erat debilior: quia tunc præsumitur, quòd aliter se defendere & euadere non potuerit: quoniam cũ vituperio procuteretur: *ita Bal. in repert. l. 1. C. vnde vi, in 6. col. vers. sed pone, quidam insultum fecit. Bl. sequitur Alex. cons. 75. vol. 1. visa inquisitione. Br. in l. furem, de Sicc. Hipp. in l. 1. ff. de Sicc.* ¶ Occidere qui potest: multò magis cõtumelijs & iniurijs afficere potest: *l. nec in ea lege, ff. de adul.* ¶ Si non valens effugere, quin me percutias, ego te interficiam: te interficio licitè: *Br. per illum tex. l. furem de Sicc. latè de hoc Cepol. cons. 29. & 28. n. 77.* ¶ Imò ad euitandam alapam occidere licet: *vide de hoc proximè suprà.* ¶ Committens homicidiũ excedendo in moderamine inculpatæ tutelæ, nõ punitur de vero homicidio, pœna mortis scilicet: *vide Cep. cons. 34. fol. 40. n. 20. vbi pulc. loquitur.* ¶ An homicidium sit factũm ad vindictam, vel ad sui defensionem: & quomodo homicidium dicatur factum ad sui defensionem, & quomodo puniri debeat, *vide Cep. cons. 29. per totum, & eund. cons. 28.*

An furtum pro quo pœna furcarum im- 100
ponitur, dicatur maius delictum homicidio, pro quo quis capite punitur, *vide Dec. cons. 65. vol. 1. vide ad hoc infr. in verb. Pœna.*

Dor-

Dormiens, si in somnijs surgens aliquem occiderit, non debet puniri: quia talis æquiparatur infanti & furioso: *Ias. post Alex. in l. 1. §. 1. in 2. col. ad fin. ff. de acq. possess. vide Br. in l. pœna parricidij, ad l. Pomp. de Parr. vide suprà in verb. Dormiens.* ¶ Idem dicendum est in ebrio furioso, sicut in dormiente: Nam hi, licèt occidant, de homicidio tamen non puniuntur: *vide Hypp. de Mars. in l. 1. ff. de Sicc. & Bonif. de Vitell. eod. tt.* ¶ Est in potestate iudicis non condemnare pœna mortis, sed deportare homicidam, quem impulit iracundia ad homicidium: licèt ira orta etiam aliter sit, quàm ex facto offensi: *per l. lex Iulia, §. fin. ad l. Iul. rep. ita sing. dixit Lud. Rom. in l. cum mulier, in 32. col. Solut. matr. refert Mars. in sing. 270. & idem Lud. l. 1. in 13. lim. col. 3. de Sicc. vbi multa ad hoc allegat.*

101 Seipsum occidens, an & quomodo puniatur, & qua pœna, *vide D d. in §. iuris præcepta, Inst. de iust. & iur. vide l. fin. ff. & C. de his qui sibi mort. vbi D d. vide Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, in 3. col. de Const.*

An bona ipsius, qui seipsum interfecit, sint publicanda, nec ne, *vide plenum & pulcrum cons. per Philipp. Corn. in cons. 195. vol. 2. vbi hoc plenißimè discutit.* vbi habes: Quòd mortes delinquentium, omnes pœnas iuris cómunis & statutorum, perimunt: vbi determinat, Quòd bona eius, qui seipsum occidit, non confiscantur: nisi duntaxat eo crimine nexus fuerit, vt si conuinceretur, bonis careat: *& hoc per expressum text. in l. fin. §. vt autem ea, & §. idem rescripsit, ff. de bon. eor qui ante sent. sibi mort. cons.* ibi ita demum, si fuit de crimine postulatus. Et in illo consil. videtur velle: Quòd bona seipsum occidentis, nisi viuens condemnatus sit, non publicentur: *vide, lege, & cogita.*

102 An bona seipsum occidentis debeant publicari, *vide vltra præmissa bonum text. & auream gl. in l. 2. C. qui test. fac. poss. & ibi Ias. & Dd.*

Occidens seipsum sepultura carere debet: *23. q. c. placuit,* casus alios eorum, qui sepultura carere debent: *vide D d. in c. ex parte 2. de sepult. ita dicit Ludou. Rom. sing. 264.* Videtur tamen, quòd occidi non debeat, seipsum occidere volens. *per tex. in l. cum autem, §. capitalem ff. de Ædil. ed.*

103 Si probatum est homicidium contra Titium: qui postea tortus fuisset constans negando delictum: probatio facta tollitur per illas torturas quasi non vera: *ita vide Cep. cons. 32. fol. 37. fal. 2. n. 6.* ita quòd non possit morte damnari naturali. ¶ Vnde non est bonum nec consultum, quòd probato homicidio, vel alio delicto contra reum, quòd is torqueatur. Nam si in tortura constans negauerit delictum: puniri non potest: ex quo probatio prior facta tollitur, & sic delictum verè probatum maneret impunitum. ¶ An mandans vulnerari, & iniungens, quòd non occidat: si mandatarius vulneret, ex quo vulnere moritur vulneratus: teneatur eadem pœna mortis, vel minori: *vide pulcrè & plenè Br. Cepoll. in cons. 34. fol. 40. fall. 2. no. 9. & eod. cons. fol. 41. cum quatuor consilijs sequentib.* ¶ Volens occidere vnum, si plures occidit, tenetur de morte omnium: *Cepol. cons. 36. n. 9.* ¶ Quidam vulnerauit aliquem mortaliter: postea familiaris illius vulnerantis, vulneratum realiter occidit: Dic quòd primò vulnerans nó debet occidi, vel mori: *per tex. in l. item Mela, §. Celsus ait, ff. ad l. Aq. ita dixit Lud. Rom. 256.*

An qui præbuit venenum, & non occidit, 104 teneatur pœna mortis: *Cepol. cons. 80.* ¶ An occidens existentem in vtero, puniatur, vt homicida: & in muliere abortiuum faciente dedita opera, qua pœna punienda: *vide Hypp. in l. si mulierem, ff. ad l. Corn. de Sicc.* ¶ De homicidio infans & furiosus non tenentur: *l. infans, de Sicc.* ¶ Occidens eum, qui licité capi poterat, & se in captura defenderit, nó venit puniendus: *arg. l. si seruus, vbi Bart. C. de his, qui ad Eccles. confug. vide Hyppo. de Mars. multa allegantem in l. 1. chart. 5. col. 4. in 14. limit. ff. ad l. Cornel. de Sicc. vide de hoc Io. Fabr & Ioh. de Plat. in §. ius autem gentium, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Ioh. Fab. in l. fin. C. de Mal. & Math. gl. in l. vt vim, de iust. & iur. Paul. de Castr. in l. ex hoc iure 1. col. ibi sed tunc quæro, de iust. & iur. adde l. quemadmodum, §. magistratus ad l. Aq.* Et si fieret libellus contra magistratum, vel officiales, qui occidisset, esset ipso iure nullus: Cùm sit ineptus ratione materiæ contentæ, & impeditur processus: *secundùm Bart. in d. l. si seruus vide Liuin. in l. 1. de off. assess. post alios.*

Quot modis homo potest occidi *vide in* 105 *l. 1. C. de emend. seru.* In quocunque casu, siue de iure ciuili, siue Canonico, homicidium permittitur, ita quòd non potest puniri: tamen talis quoad Deum semper peccat mortaliter: *gl. est aurea in c. inter hæc, 33. q. 2.* ¶ Homicidium mandans fieri, non debet puniri, vt homicida, si aliàs erat facturus: & præsumitur, quod aliàs erat facturus quando nulla inimicitia inter interfectú & mandantem erat: vel si ab interficiente præcesserunt minæ: vel si mandans erat inferior mandatario: quia non est verisimile, quòd superior moueatur mandato inferioris: *ita dicit not. Paul. de Cast. in Rubr. C. de seru. fugit.* Quod dicit perpetuò notandum: quia illæ quæstiones, dum agitur de vita hominis, sunt arduę, & per húc modú potest quis euadere hominé à morte. *Prædictis adde Alex. vbi Bal. vt alios refert in l. metum, C. quòd metus caussa.* ¶ An mandans homicidium vel adulterium, æquali pœna debeat puniri, sicut faciens: *vide Ias. in l. si quis id*

quòd

quod in 8.col.de iurisdict. omnium. De hac quæstione, an mandans delictum, vel per alium faciens debeat puniri, ſicut delinquens, *vide Alex. in l. 1. in princ. in 3.col.de verb.obl.vide Cep. conſ.34.fol.41.n.6.*

106 Si pater filiũ occiderit, qui vnam ex quatuordecim cauſis ingratitudinis commiſit: *de quibus in §. cauſis, in Auth. vt cum de Apell. cog.* non tenetur. *l. Pomp.de Parr.* Econtra idẽ in patre. *ita vide Br. pulcrè loquentem in l. Diuus, ad l. Pomp. de Parr.* Sicut etiam pater talem filium alere non tenetur: *gloſſ. eſt not. in l. ſi quis à liberis, §. idem iudex. in verb. detulerit, ff. de lib. agnoſc. vide Iaſ. ad Porc. Inſt. de iur. nat gent. & ciu. & eundem in l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur.* ¶ Occidens aliquem, cui ſuccedere poterat, ius ſuccedendi amittit, & fiſcus ſuccedit: niſi ſit alius in æquali gradu cum interfectore: *Bart. per illum tex. qui hoc dicit expreſſè in l. cum vero, §. fin. de bon. Damn. Alex. in l. ſi ab hoſtibus, in 2. col. Sol. matr.* ¶ Si Titius eſt locutus Seio, & neſcitur, quid ei dixerit: & ſtatim Seius occiderit aliquem: certè ex breuitate temporis præſumitur, quòd Titius dederit conſilium Seio de occidendo: *vide Alex. conſ. 211. vol. 2. n. 3. fol. 59.*

107 An ſtatutum imponens pœnam pro homicidio, adulterio, vel vulnere, intelligatur eandem pœnã imponere ei, qui mandauit, *vide late D. Iaſ. vbi ad partes arguit l. ſi quis id, quod in 8. col. de iurisd. omn. iud.* ¶ Statutũ valet, quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria: *ita dicit Alex. in l. 1. in 2 col. Quòd quisque iur. in fin.* Et tunc poteſt in tali caſu interuenire procurator: *Br. in l. accuſator. §. ad crimen, in 5. col. ff. de accuſ.* ¶ Quomodo autem puniatur ille, qui committit partem delicti: id eſt, qui dat conſilium, ſuadet, vel adiuuat, *vide Fel. in c. 1. de off. deleg. & in tract. conatus, eundem Fel. in c. ſicut dignum de hom.* ¶ Homicidio opem præſtans, homicida non eſt: quomodo autem is puniatur, *vide Bar. in l. is qui opem, ff. de furt. & in l. furti, §. ope & l. qui ſeruo, § fin. ff. de furt. Fel. in d. c. 1. de off. deleg. d. c. ſicut dign. de hom.*

108 Quando plures percuſſerunt vnum, qui deinde mortuus eſt; & per Medicos probatum eſt, quòd niſi vnum vulnus lethale erat: an omnes teneantur pro homicidio capitaliter, vel nullus: & quales debeãt eſſe illi Medici, *vide Alex. in conſ. 15. vol. 1. vide infrà in verb. vulnus.* ¶ Si duo interfecerunt vnũ an quilibet teneatur de homicidio & auxilio inuicem præſtito, *vide Br. in l. qui ſeruo, § ſi duo ff. de furt.* ¶ Si per ſtatutum imponitur pœna noua pecuniaria pro homicidio, per hoc nõ tollitur pœna antiqua *l. Corn. de Sicar. ita dicit Bart. in l. qui ſepulcra C. de ſepul. viol.* ¶ Homicidij crimen ortum habet à paſtoribus: *ita eſt gl. in l. ſi quis homic. in verb. non putau. C. de accuſ.* ¶ Abortum procurans, antequã anima corpori fuerit infuſa, homicidium nõ cõmittit: *c. ſicut, el. 2. de hom. c. quod vero, cum 2. ſeq. 32. q. 2.*

Homicidium quomodo ex coniecturis 109
probetur, *vide Br. in l. fin. de qq. in vlt. col.* ¶ Homicidam vincit, ſciens hominem ad periuriũ compellens: *vide in c. ille qui hominem 22. q. 5.* ¶ Occidens vxorẽ an plus peccet, quã matrẽ, *vide gl. in c. admonere, in verb. exiſtimes 33. q. 2.* ¶ Occidendi poteſtas priuato conceſſa, an delegari poſſit, *vide Fel. in c. quæ in Eccleſiarum, in 3. vol. 4. col. de Conſtit.*

De homicidio tenetur, qui fecit, quòd 110
mulier faciat abortum: & etiã ipſa tenetur, ſi dederit operã, vt abortum faceret & patrem liberis priuaret: *ita habetur in l. mulierẽ, de Sicc. & in l. Diuus, de extraord. crim. & in c. ſicut ex literarũ, de homic. & in c. aliquando, & ſeq 32. q. 5. & in c. conſuluiſti 2. q. 5. vide Soc. in repet. l. cum Auus, de cond. & demonſtr. col. 80. ch. 188.* ¶ A pœna homicidij multi excuſantur. *& vide 25. limit. per Hypp. in l. 1. de Sicc.* ¶ Occiſus qualiter quis dicatur, *vide tex. in l. qua actione, in princ. ad l. Aq. & in l. ita vulner. eod. tt.* ¶ Habens odio fratrẽ, pariter homicida eſt, ac ſi lingua vel gladio occideret: *Cepol. conſ. 38. n. 16.* ¶ Homicidio adulterij delictum maius eſt: *vide l. codicillis, §. matre, ff. de legat. 2. vbi Apoſtilla pulcra, adde tex. in l. iſti quidem, in fin. ff. Quod met. cauſſ. vbi Apoſtilla per me ſcripta:* per quem tex. dicit Bl. *in c. 1. §. ſimiliter ſi Dominum. Quib. mod feud. amitt.* determinari q. Cur vaſallus cucurbitans ſororem Domini feudũ amittat: ſi autem eã occidat, non? ¶ Proditoriè quomodo quis dicatur occidi, *vide eund. Cep. not. conſ. 34. n. 6.*

Filius ſi offeratur à patre iudici, non debet 111
puniri pœna mortis, ſi aliàs debebat decapitari: *vide de hoc ſupr. in verb filius.* ¶ Ab homicidio conſuetudo excuſat: vnde Petr. *de Anc. in conſ. 272.* Quòd ex quo eſt conſuetudo Bononiæ, & diu eſt tolleratum: Quòd pueri ſe inuicem lapidib. proijciant, ſi vnus occidatur, cõſuetudo ab homicidij pœna excuſat: *vide ad hoc Dom. Goz. in l. 1 in princ. ff quod quisque iur. vide ad hoc pulcra ſupr. in verb. cõſuet. Hipp late in l. 1. ch. 6. ibi decimo nono, ff de Sic. vide ad hoc Bart. Cep. conſ. 31. n. 6. vbi alleg. hoc conſiliũ Petr. de Anc. & eund. Cep. conſ. 30. per totũ.* ¶ Si vulneratus fecit pacẽ cum vulnerante, & poſtea moritur: cenſetur etiã fuiſſe pacem de morte: *ita ſing. dixit Bal. in addit. ad Spec. in tt. de accuſ. in 2. col. in verſ. pax facta de vulnere, vide Hipp in ſing. 46.*

Pœnã homicidij de iure diuino habes, *c. 35.* 112
in 4. lib. Moiſis, in ſeq. verbis: Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit, qui percuſſus eſt: reus erit homicidij & ipſe morietur. Si lapidẽ iecerit, & ict⁹ occubuerit, ſimiliter punietur: Si ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur: propinqu⁹ occiſi homicidã interficiet, ſtatim vt apprehẽderit eũ interficiet. Si per odiũ quis hominẽ impulerit,

vel iecerit quippiam in eum per insidias: aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor homicidij reus erit, cognatus occisi statim, vt inuenerit, eum iugulabit. ¶ De pœna homicidij casu fortuito commissi, *vide eod. cap. 35.* ¶ Quòd si fortuitò, & absq; odio, & inimicitijs quicquam horum fecerit: & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percussorem, & propinquum sanguinis quæstio ventilata: liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem, ad quam confugerat, manebitq; ibi: donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. Si interfector extra fines vrbium, quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus, & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis: absq; noxa erit, qui eum occiderit: debuerat enim profugus vsq; ad mortem Pontificis in vrbe residere, postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam.

113 Homicida ad vnius testimonium non
condemnabitur, sed opus est pluribus: *d. c. num. 35.* Sic dicitur *Deuter. in c. 19.* Non stabit contra aliquem testis vnus, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: Sed in ore duorum vel trium testium, stabit omne verbum: idem dicit Deut. *17. c. & Matth. 18. c.* ¶ Si plures vnum vulnerârunt, qui deinde mortuus est, & habuit solum vnum vulnus, vel plura: quorum tamen vnum solùm fuit mortale: an omnes teneantur, vel nullus: *vide infrà in verb. vulnus.* ¶ Quibus adde, quòd dicit Salicetus *in l. quoniam multa, C. ad l. Iul. de vi pub.* vbi sic dicit: Quòd si plures ex proposito iuerunt ad occidendum aliquem, qui & occisus est: sed ignoratur, cuius ictu perierit: *gl. in l. si in rixa, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* dicit, omnes teneri. Sed gl. *in l. item Mela, §. sed si plures, ff. ad l. Aq.* distinguit: Aut habuit vnum tantùm vulnus, aut plura: primo casu omnes absoluuntur, Quia constat aliquos non occidisse: & melius est, nocentem absoluere, quàm innocentem punire: *l. absentem, ff. de pœn.* Secundo casu omnes puniuntur: *d. §. sed si plures.* Ista distinctio est vera, &c.

In præmisso ita Fel. scribit, *in c. significasti, l. 2. de homicid.* dicens: quando in corpore mortuo apparet solùm vnum vulnus mortale, & stat pro certo, quòd fuit illatum à certis personis, sed nescitur à qua earum: Dicit post Sal. Flor. & Petr. de Anc. Neminem ex talibus debere occidi: maximè per l. *absentem. ff. de Pœnis, allegat gl. in c. nolite. 11. q. 3. & gl. fin. in c. quiescamus 42. dist. & Spec. in tit. de homicid. §. 1. vers. pone quatuor.*

114 Addit tamen: si appareret, eos omnes
iuisse coniuratos ad mortem præsumeretur illud vnum vulnus fuisse datum mediante auxilio aliorum, & omnes punirentur: *per c. sicut dignum, de hom.* ¶ Et idem dicit, si appareret, omnes percussisse, quamuis vnum vulnus esset mortale, *vt in gl. in c. cupientes, §. cæterum, in verb. culpabiles, de elect. lib. 6. vide Alex. in cons. 15. vol. 1. per totum. & Petr. de Anc. cons. 216. & Nicol. Euerh. in loc. leg. 55.* ¶ *Vide ad præmissa latiss. Iodocum Dambauderum, in praxi rerum criminalium, cap. 56. cui permissum occidere n. 24. cum multis sequentibus. Vbi omnes fermè D d. qui de hac re scripserunt, allegat: vbi omninò vide.*

De Hospite & hospitio.

QVòd peregrini sint hospitandi, & soli- 115
tus hospitari quòd possit cogi, vt hospites recipiat, (quòd est turpissimè, & contrà omnem iuris & æqui artem. Decius extendit ad meretrices in lupanari stantes, *Gothofr. ad l. 156. de R. I.*) notat Aluoro. *in tit. de statutis & consuetudi. contra liber. Eccle. tollen. in vsibus feudo. §. omnes peregrini:* & ibi declarat, de quibus peregrinis sit accipiendum: *allegat l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupo. & stabula.* & nisi hospes ex iusta causa claudat hospitiū, & deneget vendere panem & vinum, quòd possit compelli ad hoc à iudice *dixit Iacob. de Bellouiso in practica sua criminali, tit. de iniuriis, versi. falsarium, mihi num. 31. & est vna limitatio ad l. inuitum, C. de contrahen. emp. de qua notaui suprà in litera E. versic. de emptio. & vendi.*

Et de defensione hospitis hospiti in ho- 116
spicio, quòd iustè sit facta, *facit tex. Arti. 78. lib. 3. Landrecht.* Et quòd etiam de iure ciuili teneatur defendere hospitem suum, *notatur per glossam ordinar. in c. offerebat 32. q. 7.* & maximè in domo sua: quia ibi debet esse tutissimum refugium: *l. plerique, ff. de in ius vocan. vide, quæ notaui suprà in litera D. versic. de domo.* ¶ Herberget auch ein Mann Leute/ vnd schlegt jhrer einer den andern todt/ ohne seine schuld/ binnen seinen Gewehren oder draussen: oder welch vngericht jhr einer an dem andern thut/ der Wirth soll es ohne schaden bleiben/ doch das ers auff den Heiligen erhalte/ das es ohn seinen geheiß vnd willen geschehen sey: *tex. est & gloss. Arti. 91. lib. 3. Landrecht.* Von den Wirten so da wissentlich beherbergen/ vnd speisen einen geächten Mann: *vide Arti. 23. lib. 3. Land-Recht.* Nota: de bonis hospitantium, & ab intestato decedentium, nihil retineat hospes: sed per manus Episcopi tradantur hæredibus, vel in pias causas erogentur: *tex. est in tit. de statu. & consuet. cont. Eccles. in vsibus feud. §. omnes peregrini, l. penult. C. commun. de succes.*

Nota: Ein Gast mag nach Sächsischen 117
Rechten/ wol wieder ein Bürger ein Gastgericht oder Recht begeren/ vnd soll jme auch nicht geweigert werden/ aber der Gast mus schweren/

ob man

ob man es nit entbehren wil/ das er ein frembd Mann sey/ vnnd also ferne gesessen/ das er das ding in einem tage nicht besuchen möge: *tex. in Art. 46. & in gl. col. 5. Weichbildt.*

118 Computantur autem pro dieta viginti miliaria Italica: *l. 1. & ibi in gl. ff. si quis cautio. iud. non optemp.* Vnd es wird in diesem Gastgericht nicht anderst verfahren/ dann sonsten in einem ordentlichen Gerichte: alleine das die termini deß einbringens von 24. stunden zu 24. stunden gehalten werden.

119 Si viator dedit hospiti sarcinulam obsignatam, eamq; abiens apertam & reuolutam inuenerit, cùm reddatur: vel etiã si hospes in hospitium intrauerit, ibiq; pecuniam, vel alias res sibi subtractas dixerit, & tamen probationem non habuerit, quid iuris? *vide Br. in l. 1. §. serui, ff. furt. aduer. nau.* ¶ Hospes hospitio suscipere potest, quem voluerit: *l. 1. ff. naut. caup. stab. ita dicit gl. in c. offerebat, in verb. apud Barbaros, 32. q. 7.* ¶ Caupo non potest cogi, quemcunque venientem hospitio suscipere, sed qui sibi placuerit: *l. 1. ff. naut. caup. stab.* Contrariũ dicit Br. *in l. licitatio, in princ. de publ.* ¶ Caupo de viatorum facto non tenetur: *l. 1. §. serui. ff. fur. ad nau. caup. stab. Br. ibid.* ¶ An hospes, in cuius hospitio repositus est sacculus, videatur recepisse, saluas fore res absconditas in sacculo, quas non vidit: *Bal. pulcrè in l. rectè noris 2. C. loc.* ¶ Admittitur declaratio & appellatio, non secùs atq; in alijs iudicijs.

De Hoste.

120 QVòd fides & pacta etiam hosti sint seruanda, *c. Noli, §. fides 23. q. 1. l. 2. de cap. & postli. Goz. 2. Eth. 18. reg. 7. Bodin. 5. de Rep. c. 6. Franc. Patric. 8. de reg. c. 10. circa prin. Cass. de gloss. mund. p. 3. consi. 41. Hotom. constit. illust. 7. Fort. Gar. ad l. conuentionum, de pact. Duar. ad l. 1. vid. & c. vlt. de Iureiur. Plac. in Epit. delict. c. 37. num. 6. Peck. in c. mutare consi. n. 5. de R. I.* item etiam bannito à duce belli, tanquam à publica persona: quatenus autem, vide Bart. *in l. non fuit, & ibi Andræam Barba. in Apostilla ad illam. litera C. ff. de dolo. refer ad materiam salui conductus. Et notaui quædam suprà in lit. B. de bannito & de bello. vide.* ¶ Ad hostes transfugis ea pœna infligi solet, vt viui exurantur: *l. 8. §. 2. ff. de pœnis. Cuiac. 4. obs. 9. lib. 15. obs. 4. & lib. 6. obseru. 26.* ¶ Cum hoste contractus initi potest: *l. 5. C. de postlim. reuers. l. 5. in fin. ff. de pactis, l. 21. ff. de negot. gestis.*

Nota, quòd possit quis hostem suum persequi & capere, etiam in alieno territorio: sed sistatur iuri in isto territorio, & non ducatur sine licentia in alienam iurisdictionẽ, & si sic processum fuerit: denegantur processus fractæ pacis contra persequentem & capientem: *Mynsing. in obs. 28. cent. 2 obseruat. Cam. Imper. Nach laut des Reichs Abschiede, Gyl. lib. 1. de pac. pub. c. 26. num. 25. & seq. zu Augspurgk. anno 1559.* 121

Hosti fides an seruanda sit, vide gl. quæ dicit, quòd sic: *in c. noli 23. q. 1. vide supr. in verb. dolus.* ¶ Aduersus hostem mentiri licet, & dolo vti. *l. 1. § labeo,* de Dolo, *vide Bonif. de Vitell. in Tit. de pec. num. sibi no.* ¶ Hostibus licitum est furari & prædari: *l. non solum, vbi Bal. not. C. de comm. & merc.* 122

De Identitate.

1 ALiquis contendit de aliqua possessione, quondam fortè testatoris:& affirmat,quòd sit eadē possessio, de qua in scripturis antiquis apparet: Ista asserta identitas debet probari, quia non præsumitur identitas, nisi probetur: *vt per Ioh. Andr. & alios in c. auditis, de præsumpt. per Rui. consi. 141. nu. 4. vol. 5.* Et qui fundat se in identitate, illam probare debet, *vt respondet Corn. consi. 144. col. 3. & 4. & Crauetta consi. 198. n. 4. secundùm illos, Dec. in consi. 17. vol. 3. in pr.*

2 Sed confinia & eorum identitas leuioribus probationibus probatur: & sufficiunt argumenta, præsumptiones, coniecturæ & semiplenæ probationes: *c. cum causam, vbi omnes scribentes, extra de probat. gl. not. in c. si Papa, de priuil. in 6. Corn. in consi. 299. vol. 1.*

Maximè quando controuertitur in antiquis: *Saly. & alij scribentes in l. cum aliquis, C. de iure delib.*

Et sufficit duo saltem confinia probare, quò ad identitatem: *Bart. in l. demonstratio falsa, in 7. quæst. ff. de condit. & demonst.*

3 Et in hac materia probandæ identitatis confinium antiquorum, per plura consuluit Decian. *in d. consi. 17. vol. 3. per totum, quem ibi vide,* num. 9. dicit, quòd in temporis longinquitate facilè mutentur appellationes, nomina & status, dominiorum: *Bal. in l. ex persona, C. de probat. Corn. consi. 165. in vol. 3.* & ibi quoq; Decianus per alios dicit, communē esse opinionem, quòd identitas probetur per duo confinia: maximè quando non sunt aliæ possessiones, quibus ista confinia ad vnguem conueniunt: *num. 20. allegat Alex. in l. si in nomine, col. 1. in fine, C. de hæred. instit.*

De Ignorantia.

4 IGnorantia Regulariter excusat ignorantem à pœna, conseruátque indemnem: *vt ex pluribus iuribus patet, notauit inter alios Bal. in c. à nobis de exceptio. & facit glossa in l. 1. ff. de recepta.* Sed quæ ignorantia, & in quibus casibus excuset à pœna, vel non: deq; eius probatione eius per iuramentum, cum limitationibus: & de multis vtilibus circa eam, vide Hipp. *de Marsi. in l. qui falsam monetam, ff. ad l. Corn. de fal. mihi à n. 72. vsq; ad n. 103.* Sed pleniùs hanc ignorantiæ materiam inuenies apud eundem *Hipp. de Marsi. in l. qui ignorans, d. tit. ad l. Corn. de falsis.* Et ibi est casus, vbi etiam contra proprium factum, ignorantia potest allegari, & iuramento probari. Et de eiusmodi ignorantia in facto proprio, in facto consanguinei, vel vicini: quibus casibus sit tolerabilis, vel non: deq; ignorantiæ probatione, notauit & docuit eleganter Robertus *Maran. in rep. l. u potest, ff. de acqui. hæred. mihi à num. 283. vsq; ad nu. 320. inueniet ibi lector vtilißima & aliqua, notauit Sylua. in consi. 62. num. 5. parte 2. Decianus pulcherrimè in consi. 57. volum. 3.* in prin. deduxit aliquos modos præsumendæ ignorantiæ, de quibus ibi. ¶ Sed nota Theoricam, quòd in dubio facti alieni ignorantia semper præsumatur: *l. verius, ff. de proba. l. vltima, ff. pro suo c. præsumitur, de reg. iur. in 6. l. 46. si falsum, ff. de acquir. hæred.* & potest esse ratio: quia ignorantia est actus priuatiuus, habens negatiuam annexam, quæ negatiua est de iure improbabilis; *l. actor, C. de probatio.* quare allegans scientiam, illam probare tenetur: *l. ei qui dicit, ff. de proba.*

Sed licet ignorantia præsumatur, debet tamen ab allegante proponi & allegari: 5
aliàs sibi non prodest talis præsumptio: *l. si adulterium cum incestu, §. idem, ff. de adulte.* Sed an cuilibet ignorantiam alleganti credatur, notauit & respondet Iacob. *de Ardizo, in summa sua iuris feuda. cap. 100.* ¶ Sed notandum est principaliter in hac materia, quòd duplex sit ignoratia, facti & iuris: prima non nocet, neque in damnis, neque in compendijs: secunda in cōpendijs, sed non in damnis: *l. error, ff. de iuris & facti igno. & in l. regula, eo. tit. ibi vide:* notauit Hippo. *de Marsi. in practica sua criminali, §. nunc videndum, mihi nu. 17.* volens, quòd in tantum ignorantia iuris non noceat in damnis euitandis, quòd etiamsi causa esset lucratiua, quæ tamen haberet originem à causa onerosa: quia non censetur esse lucrum, sed imò onus, dato quòd lucrum afferat: *per gl. sing. in l. si donaturus, §. fina. & ibi per Bal. ff. de dona. ob causam,* docuit in terminis defensionis, vbi copia indiciorum

diciorum ad torturam non sit petita, puta propter iuris ignorantiam.

6 De ignorantia hæredis, vide Phil. Decium, *in l. qui in alterius, ff. de reg. iuris, Decian. in consi. 57. volu. 3. in prin. & vide Art. 6. lib. 1. LandRecht.*

Quòd hæres non teneatur iurare de veritate, de facto defuncti, & in relatione iuramenti, *habetur Articu. 22. lib. 2. LandRecht.* ¶ Receptatores Bannitorum, propter ignorantiam excusant iura Saxonica: *prout patet ex Art. 23. lib. 3. LandRecht.* Sic etiam arans alterius agrum ignoranter, nullam pœnam pro eo sustinebit: *Art. 20. & ibi in gl. prima lib. 3. LandRecht.*

Et auferens ignoranter rem alterius forte pro sua, non tenetur furti, propter ignorantiam, si non occultauerit istam rem ablatam: *text. & gloss. 1. Art. 89. lib. 3. LandRecht.* Et qualiter in alijs casibus excuset à pœna delicti, *notauit quædam Decianus in consi. 57. volum. 3. in prin.* ¶ Sed tamen cum sale omnia sunt accipienda, ne ignorantia sit supina deperditi & nimium securi hominis: *l. nec supina, l. plurimum, ff. de iuris & facti ignor.*

Et huic materiæ adde de obliuione, quo tempore inducatur, ita quòd posit allegari: & in quo casu eius allegatio prosit vel non, *notat Petrus Gerbar. de Pet. Sanct. in singu. 78. num. 5. & Ludo. Roma. in singu. 376. & ibi in addi. Pigno.* ¶ Et de ignorantia, quando commodo vel incommodo sit, (*Ignorantia regulariter excusat, nisi supina & crassa sit, illius videlicet quod omnes norunt, vel affectata, vel facti proprij: quanquam hæc excuset, cùm agitur de damno vitando, vel si factum proprium antiquum sit, vel maximè intricatum. Item si factum etiam alienum sæpius tractatum sit, vel tale quod quis ratione officij tenebatur indagare. Item ignorantia iuris non excusat, nisi agatur de damno vitando, vel parcatur sexui, ætati, rusticitati. Cæterùm ignorantia cùm præsumatur, præsertim in casibus præpositis, probanda non est, sed scientia, ab allegante eam. Quoties tamen probanda ea est, iuramento probari potest, sicut & alia, quæ in animo consistunt,*) vide elegantissima per Geyli. *in obseru. 48. lib. 2. obser. Camer. Imper.* ibique voluit, quòd ex capite ignorantiæ detur restitutio in integrum cōtra præscriptionem impletam, (*Quod quanquam controuersum, communi tamen Dd. sententia probatum dicit. Sic idem ait, quadriennium non currere minore nec per centum annorum lapsum, si læsionem ignorauerit,*) idem voluit Alex. *de Imo. in consi. 116. volum. 5.* modò sit ignorantia iusta & probabilis: quod locum non habet secundùm constitutionem *Elect. Saxon. Art. 9. part. 2.* (*Ne videlicet subuertantur omnia præscriptionum iura: quam negatiuam etiam comprobat, VVesenb. in parat. ff. tit. ex quibus caus. maior. num. 10.*)

Ignorantia excusat: *Gabriel. lib. 6. concl. de R. I. 6. Pecc. de lo.* ¶ Palàm gesta an excusent ignorantiam, *Menoch. in arbitr. casu 244. lib. 2. cent. 3.* ¶ Licèt personæ quædam speciales ob ignorantiam iuris excusentur: tamen non procedit, quando faciunt actum clandestinum: *Plot. de in lit. iur. §. 4. num. 9.* ¶ Ignorans iura, non dicitur in dolo, sed lata culpa: *Plot. §. 5. num. 41. 4.* tamen in casibus ignorantia iuris non excusat à dolo præsumpto. ¶ Ignorantia & error iuris vel facti quando præsumatur, *Men. lib. 6. præs. 23. Pecc. c. præsumitur ignorantia, & c. ignorantia facti, de R. I. in 6.* ¶ Error & ignorantia quomodo differant, *Men. d. præs. 23. n. 2. & seqq.* ¶ De ignorantiæ probatione, *Men. lib. 2. cen. 2. c. 86. Seraph. pri. iuram. 4.* ¶ Omnis ignorans malus, vt inquit philosoph. quē refert Thess. *in præfat. dec. n. 26.* ¶ Neminem excusat ignorantia iuris, præter mulieres in quibusdā casibus: *Viuius dec. 253. lib. 2.* 7

8 Materiam ignorantiæ, *vide latè per Hippo. in l. qui falsam, C. ad l. Corn. de fals. col. 9.* ¶ Ignorantia probabilis & iusta excusat: *§. rectè Inst. Mandat.* ¶ Ignorans non intelligitur cōsentire: *l. nec ignorans, C. de donat. l. si per errorem, ff. de iur. om. iud.* ¶ Ignorantia quomodo probetur? ¶ Practicam probandi ignorantiam, *vide per Bart. in l. is potest, in 6. colu. de acq. poss. vide multa allegantem, Alex. in l. 2. C. qui admitt.* ibi etiam habes, an scientia præsumatur. ¶ Vide etiam tres alios modos probandi ignorantiam: primò per iuramentum, secundò ex necessario consequenti, tertiò ex verisimili: *per gloss. in c. præsumitur, de Reg. Iur. lib. 6. vide Ias. in repet. l. admonendi, col. 109. de iureiur. Hipp. in l. qui falsam, colum. 3. Car. 36. ff. de fals.* ¶ Quòd ignorantia per iuramentum probatur, *est tex. & ibi gl. not. in c. in lectum, 34. q. 2.* ¶ Ignorantiam allegans probare tenetur: *gl. in §. aliæ, vbi DD. Inst. de Act. Br. in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt. Goz. in l. omnes populi, in 5. q. princ. lect. 18 ff. de iust. & iur.* ¶ Ignorantia eo ipso probatur, quòd contrarium non probatur: *ita dicit tex. in l. super seruis, C. qui mil. poss. vel non, lib. 12.* ¶ Quia quilibet ignorans in dubio præsumitur: *l. seruus, ff. de probat. §. quod autem, Inst. de leg.* Et hæc reg. procedit in his, in quibus præsumitur ignorantia, vt in factis alienis: *l. fin. ff. pro suo. l. qui in alterius, de reg. iur. Bart. in l. quod te, in vlt. colum. ff. si cert. pet. gl. in l. mora, ff. de vsur. in verb. difficilis. vide aliqua in verb. error, vide Soc. in reg. 175. & seq.*

Sed in facto proprio ignorantia non præsumitur, nec toleratur: *l. fin. ff. pro suo. l. quicunque, ff. ad Vell.* ¶ Nisi sit antiquum, vel intricatum. Item hæc regula non habet locum in iuris communis dispositione, cuius ignorantiam nemo allegare potest: nisi 9

sit miles, vel mulier in casibus permissis: *vide de hoc Iohan. de Plat. in d. l. super seruis.* ¶ Ignorantia facti supina, & iuris ignorantia, paria sunt: *l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. Br. in l. qui aliena, §. si is qui, de acq. hæred.* ¶ Si tu dicis, te ignorasse: & ego volo probare, te sciuisse: quomodo hoc probare potero? *vide Bart. in l. si cui crimen, §. in ijsdem, ff. de Accus.* ¶ Licèt de ignorantia stetur iuramento iurantis, secundùm *Br. in d. l. si cui*: contrarium tamen probari potest: *vt per gloss. in c. 2. de temp. ord. in 6.*

10 Et licèt in dubio quis ignorare præsumatur, *supra allegata lege verius, ff. de probat.* Necessarium tamen est, quòd illa ignorantia in iudicio allegetur, aliàs succumberet: *ita dixit Bl. in l. quicunque in 1. colum. C. de seru. fugit.* vnde hic nota pulcerrimam regulam. Quòd semper iuris præsumptio est allegenda, licèt non probanda. *Ita vide Moder. latè post Barto. in l. cum quid, ff. si cert. pet. in l. super seruis, C. qui mil. poss. vel non; lib. 12. vide gloss. in l. si quis sub conditione, ff. de cond. institu.* ¶ Ignorantia regulariter à pœna excusat, & ignoranti non nocet: *de hac reg. vide Hippo. in l. qui falsam, chart. 35. colum. 4. cum seq. ff. ad l. Corn. de Fals.* ¶ Ignorans & absens puniri non debent: *l. generaliter, C. de decur. lib. 10. l. ex maleficijs, §. 1. de act. & oblig. Br. in l. 1. §. nunciatio, in penult. colum. ff. de oper. nou. nunc. l. qui in alterius, ff. de reg. iur. per quem tex. Cornel. in consi. 252. volum. 2. limitat lib. 1. C. de don. quæ sub mod.* Quòd non habeat locum in hærede & successore donatarij, refert Goz. *in l. quod te lect. 45. in princ. ff. si cert. pet.* ¶ Et an ignorantia à pœna excuset, & an alicui ius suum conseruet, *vide Bart. vltra præmissa in l. fin. ff. si quis testamento liber esse iussus fuer.* ¶ Ignorantia excusat à dolo, *vide Ias. in l. si quis id quod in 4. not. ff. de iurid. om. iud.* ¶ Et sicut ignorantia excusat à pœna & dolo, ita etiam ignorans non peccat: *l. 2. C. ne sanctum baptis. reit.* Et ergo si ignorans quisquam vxorem alterius sibi desponsauerit, puniri non debet: *secundùm Bl. in l. quicunque, C. de seru. fug. vide infr. in verb. maritus, & Goz. & Ioh. de Mont. Ferr. in l. omnes populi, in 5. q. principali in princ.* ¶ An statuta possint prohibere allegare ignorantiã, *vide Br. in l. Diuus, ff. de Fals.* ¶ Quòd ignorantia iuris excuset, videtur esse tex. *in arg. in c. fin. 8. dist. vbi glossa.*

11 Ignorantia affectata, & scientia æquiparantur: *c. cum inhibitio, extr. de Clan. despon. c. 2. de const. lib. 6. c. Apostolicè, de Cler. exc. adm. gl. in c. eos qui extra de temp. ordin. lib. 6.* ¶ Statutum valet, quòd quis non potest allegare ignorantiam illius statuti: *Br. in l. Diuus, ff. de fal. ibi voluit Bl.* Quòd hoc solùm intelligitur de crassa & supina, secus iusta: quem tamen repræhendit Goz. *in l. si quis id quod, de iurid. omn. iud. circa finem, vide Apostillam scriptam ad Bart. in d. l. Diuus, de hoc vide Alex. cum mille concord. & Ias. ibi in l. quamdiu, in fin. C. qui admitt. & Ias. in l. pen. eod. tt. vbi dicit, esse text. pro hoc, & Alex. in l. 1. §. nunciatio, de oper. no. nunc.* ¶ Ignorans, & dubitans æquiparantur: *vide Mod. in l. quamuis, C. qui admitt.* ¶ Forensis potest petere restitutionem in integrum, ex clausula generali aduersus statutũ, quod ignorauerit: *Io. And. auth. in Rubr. de consuet. Iaso. in l. quamdiu in fin. C. qui admitt.* ¶ An & quando tempus à lege vel statuto præfixũ, currat ignoranti, *vide latissimè D. Alex. in d. l. quamdiu.* ¶ An & quando quis præsumatur ignorare vires patrimonij proprij, *vide Theor. Br. in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falc. & vide Ias. in §. item si quis in fraudem creditorum, Inst. de Act. n. 48.*

Non potest quis allegare, se ignorasse illud, de quo est publica fama: *vt not. in l. si tutor petierit, de per. tutor. in Auth. Quomodo opor. Episc. in fin. & in c. fin. qui matri accus. pass. no. in l. 1. ff. de recept. plenius per Br. in l. potes, de acq. hær. Alex. in consi. 36. vol. 1. col. 1.* ¶ Ignorantia operatur, quòd præscriptio legitimè perfecta rescinditur *vide Bart. & Alex. in l. cum filius, §. nec hoc de v. obl. Bart. in l. 1. § si quis autem, ff. de itin. actuq; priui.* Vnde licèt restitutio in integrum debeat peti infra quadriennium, à quibuscunq; etiam, tam maioribus, quàm minoribus: quo elapso ea peti amplius non potest: *l. fin. C. de temp. in integr. rest. pet. c. 1. de rest. in lib. 6.* Tamen tale tempus est vtile, & incipit tantùm à tempore scientiæ: *secundùm Bal. in l. falsam, C. si ex fals. instr. per d. l. fin. in vers. quemadmodum. Et ergo infert D. Alex. in consi. 39. vol. 6. n. 7.* ¶ Quod si quis probabiliter ignorans se læsum, steterit per centum annos, quòd restitutionem nõ petierit, semper poterit illã petere, *secundùm Bl. in d. l. falsam. Vide ad hoc supr. in v. restitutio.* ¶ Paria sunt scire ab initio, vel postea scire, & pati: *l. cum ancillis, vbi gl. not. C. de incest. nup. vide Ias. in 4. not. in l. si quis id quod, de iurid. om. iudic.* 12

De Immunitate & Exemptione.

PRiuilegium immunitatis siue exemptionis ab oneribus patrimonij, odiosum est, quia grauat alios, & vergit contra vtilitatem publicam: propterea restringendum: 13
l. 1 ff. de iure immunitat. Ita illud appellat gloss. in l. si ita scriptum sit filiabus, in pr. in verb. vocabulo, ff. de legat. 2. Decius in l. 2. numer. 57. de reg. iur. ¶ Et materia exemptionis quòd sit stricti iuris, & non extendenda, *habetur in c. cum capellanus, De priuileg. c. fanè eod. tit.*

non

& quoquo modo non præsumitur, nisi probetur: *Perus. in c. cum personæ, de priuileg. in 6. Syluanus in consi. 88. num. 21. & seqq. lib. 2. Idem Sylua. consi. 66. num. 12. eod. lib.* in isto consi. vide de hac immunitatis & exemptionis materia multa bona.

14 Sed notandum est, quòd immunitate concessa, comprehenduntur omnia onera, tam præsentia quàm futura, etiam extraordinaria: maximè quando talis concessio facta est, per viam contractus, & sic ex causa onerosa processit: *Sylua. in d. consi. 66. nu. 18. Dec. in isto casu, consuluit in consi. 11. volu. 3.* Et ibi de contractu principis à principe obseruando, *Bar. in l. omnes populi, 30. ff. de iust. & iur.*

Verba vniuersalia & geminata magis, quæ & quatenus ab omnibus oneribus, futuris & non cogitatis, immunitatem præstent, *dixit Dec. in d. consi. 11. vol. 3. n. 9. vsq. ad fin.*

15 Imò casus dissimiles & maiores expressis comprehenduntur: *Sylua. d. consi. 66. nu. 14. lib. 2.* ¶ Sub immunitate reali, quæ equiti militanti & strenuè pugnanti pro fide Christiana contra infideles concessa est: quòd compræhendat & excuset ab omnib. oneribus, eorum bona & colonos. nō tantùm qui numis colunt, sed etiam partiarios: ita quòd etiam pro eorum portione exempti & immunes intelligantur: & hoc propter continua pericula mortis, & onera grauissima: nec non, vt animi eorum magis inflammentur ad strenuè pugnandum pro fide Christiana, eiusmodi concessionem immunitatis & exemptionis pati extensionē, consuluit Dec. *consi. 51. vol. 3. per tot. ibi bona de illa materia immunitatis.* Ibi, *in isto consi. n. 25.* videnda sunt bona, quòd immunitates & exemptiones tractu oneroso concessa, non reuocentur, neque restringantur: & multò minus cooperantibus verbis vniuersalibus, quòd reuocationi & restrictioni non detur locus: *Item Men. in consi. 156. volu. 2. Roland. à Vall. in consi. 5. vol. 1.*

16 De operatione verborum vniuersalium, *Alex. de Imo. consi. 30. volu. 5. col. penul. Men. d. consi. n. 25. & Rol. à Vall. d. consi. 35.*

De impedimentis, & quis dicatur necessitate ineuitabili impeditus, *notaui supr. in litera C. versic. de contumacia.*

17 De iure immunitatis, *Gabr. in conclus.* ¶ De immunitatibus munerum, *vide quædā in Carolo Tapia, in Rubr. de const. princ. c. 4. n. 30. vsq. ad 43.* Immunitate munerum simpliciter concessa quænam censeantur, *ibid. n. 102. & seqq.* ¶ Immunitas quando extendatur ad onera, *ibid. n. 111. Plot. d. §. 1.* ¶ Immunitas concessa ab omnib. muneribus realibus & personalibus, non intelligitur concessa ab his, quæ possint breuiter expediri. *Seb. Med. reg. 5. n. 92. fol. 184.* ¶ Immunitas concessa ab oneribus personalibus non videtur liberare à leuibus: *Seb. Med. reg. 5. n. 93. fol. 184.* ¶ De immunitate ob 12. liberos, *Raud. de analog. c. 22. n. 95. & n. 135. fol. 161. Marsi. de bannit. versib. cessante causa, nu. 2.* ¶ Numerus liberorum an & quando parentes ab oneribus liberet, *Thess. dec. 267.* ¶ Immunitas concessa ab oneribus, collectis, ordinarijs & extraordinarijs, solitis & insolitis: non extenditur ad onera quæ imponuntur ratione belli diuini, puta pestis, vel belli humani: nisi in specie dicatur, quòd extendatur ad onera, etiam ratione pestis, &c. *Plot. de in lit. iur. §. 1. nu. 17. & seqq. ibid. plurib. quando extendatur. Pruckm. de regal. c. 5. nu. 83. & 84.* ¶ Immunitas concessa non potest reuocari per concedentem, præsertim quando transiuit in contractum: *Seb. Med. de nouat. p. 2. q. 1. n 46. fol. 54.* ¶ Pœna quæ fit in perturbantes immunitates Iurisconsultorum & Medicorum, & an concessa immunitas Doctoribus, Licentiatos compræhendat, *Men. lib. 2. cent. 4. c. 379.*

Immunis si describatur in libro debentium soluere, & non appellet, sibi præiudicat: *Gabr. lib. 6. de iure immun. concl. 1.* ¶ Forenses sunt immunes à collectis: *Gabr. d. lo. concl. 2. lim. vt Thess. dec. 149. Geyl. lib. 2. obseruat. 52. numer. 17.* ¶ Eccesia quæ regulariter non tenetur ad collectas, tenetur tamen ratione priuatorū prædiorū quocunq; titulo acquisitorum: *Thess. dec. 234. vbi lim. 5.* ¶ Doctores legum, vxores & liberi eorum, an immunes sint à tributo & reliquis oneribus patrimoniorum, an verò personalium onerum immunitate gaudeant, *Thom. decis. 55. Viuius lib. 1. dec. 162. n. 11. vsq. ad 15.* 18

De Imperatore.

Imperator est dominus mundi: *l. benè à Zenone, C. de quadri. præscrip. & l. deprecatio, ff. ad l. Rob. de iactu.* Et ideo dicit Bartolus, *in l. hostes, ff. de captiuis & postlim. reuersis:* ille videtur hæreticus, qui dicit imperatorem non esse dominum mundi. *Sed vide Bart. Bald. & alios Dd. in l. cunctos populos, C. de summa Trini. & fide Catho.* ¶ Inuenies de potestate Papæ & Imperatoris, *in Art. 1. lib. 1. LandRecht, & ibidem in gl.* Et inuenies, quomodo stent mutuis viribus iura, Wie nemlich der Keyser dem Bapste/vnd hinwiederumb der Bapst dem Keyser die hand zu reichen schuldig/ ad literas requisitoriales, aliàs autem non: *in specie in causa decimæ, quæ debetur Ecclesiæ, notatur in gloss. 3. Art. 48. lib. 2. LandRecht, vide ea quæ notaui infr. in lit. P versi. de principe, & in lite. I. versi. de inconstantia.* 19

Imperator Imperium, hominum adiectione potiùs, quàm pecuniarū copia, augere debet: *l. 7. §. 3. de bon. damnat.* ¶ Imperatore maior 20

maior est Papa: *16. dist. c. duo sunt, c. soluta, de maiorit. & obedientia.* ¶ Imperatores iurisdictione controuersa, extra territorium, vti non possunt, *Roland. à Valla. lib. 1. consil. 88. num. 22. adde l. 5. vbi in Romanum locum, C. de hæreticis.* ¶ Imperiali maiestate nihil maius, nihil sanctius: *l. 12. de leg. & constit. princ.* Bene igitur in isto versu dicitur;

Quid capite Imperij? mundi quid præside maius?
Te tamen ista domus Diue Rudolphe capit.

De Impossibilibus.

21 HAnc materiam impossibilitatis, vide tractatam in *l. impossibilis, ff. de verb. obliga.* ab Vdalri. Zasio, qui ibi fecit quatuor genera impossibilium: Naturæ, Iuris, perplexi, & facti. Et notauit: *quædam Hippol. de Marsi. in pract. sua crimi. §. sequitur, mihi num. 32.* ¶ Impossibilium nulla est obligatio: *l. Impossibilium & ibi Doc. ff. de reg. iur.* pro quo facit, quòd præceptum iudicis impossibile nullius sit momenti: *l. fina. ff. quæ sentent. sine aplati. rescin.* Excusat ab excommunicatione: *gloss. in c. quæstio. de appella.* vitiat & annullat contractum: *d. l. impossibilis, ff. de verb. obliga.* excusat appellantem à prosecutione appellationis, quò minùs dicatur deserta: *Inno. & alij in c. ex ratione, de appellat. plura alia, vide apud Hippol. & Zasium in citatis locis, & habebis bona.*

22 Difficultas excusat à multis, & multos parit effectus: *Seraph. priuil. 15.* ibid. quòd probationis difficultas probetur iuram. & Seb. Med. *de cas. fortuit. p. 1. q. 4. p. 1.* latè: & difficilia probatu, testib⁹ inhabilib⁹ probantur. ¶ Difficultas inueniendi fideiussores probatur. Iuram. *ibid. priuil. 17.* ¶ Singularia quædam recepta, propter difficultatē proband. *Men. de fama, c. 8. num. 1. 6. 17. 18. 19.* ¶ Negatiua particula præposita verbo Potest, importat impossibilitatem & necessitatem præcisam, ac priuatam omni potentia: *Marsi. de bannit. verb. negantur, n. 44. & 45.*

De Incertitudine.

23 INcertitudo Regulariter loquendo vitiat omnem actum, & omnem dispositionē: vitiat probationem: *gloss. in c in præsentia, ext. de proba.* vitiat libellum: *cap. fina. de libell. obla.* inquisitionem, accusationem, positiones, confessionem, sententiam, laudum, condemnationem; vitiat citationem, constitutionem procuratoris, legatum nisi tractetur fauor animæ, hæredis institutionem, exhæredationem, aditionem hæreditatis, tutelam, dationem libertatis: Item vitiat dationem executoris, dispositionem testatoris super distributione bonorum: impedit missionem in possessionem rerum hæreditariarum: vitiat dationem instrumenti, fundi stipulationem, obligationem vsurarum, locationem, contractum emphyteuticum, concessionem, excommunicationem, donationem: Item scriptura redditur nulla: facit nullam electionem, consecrationem hostiæ, venditionem, appellationem. Hos & multos alios vtiles effectus Incertitudinis, cumulauit Hippo. *de Marsi. in repet. Rubr. C. de proba. mihi à num. 350. vsq. ad numer. 429.* & ibidem ab isto numero prosequitur aliquos casus, in quibus tamen incertitudo non vitiat, *vsq ad num. 436. inclusiuè.*

De promissione incerta dic, quòd de æquitate canonica potest compelli promissor, vt arbitrio boni viri adimpleat promissa incerta: *idem Hippo. de Marsi. in singula. 463. in fin. incip. rigor iuris.* Et vide adhuc vnam limitationem, apud eundem Hippo. *in singul. 206. incip. incertitudo.* vbi sic dicit; Attamen tene menti perpetuò, & non obliuiscaris vnum casum, in quo incertitudo non viciat actum; Nam si probatio est verificabilis & conclusiua in omni intellectu, prodest probanti, licèt habeat ambiguos intellectus: *colligit ex verb. Iohan. Andr. Dom. de S. Gemi. in c. 1. in vlt. col. de pactis, in 6.* 24

Exemplum ponit, quòd si accuso Titium quòd occidit Seium: & testes super hoc deponentes deponunt alternatiuè dicentes, quòd eum occidit cum gladio, vel cum claua: licèt deponant incertè & ambiguè: tamen quia vterq; intellectus concludit homicidium, habetur pro probatione certa. 25

In contrarium est Federi. *de Senis in consi. 162. vide Angelum Areti. super instit. in rub. de excep. nu. 15.* ¶ De pœna imponenda in criminali, non obstante incertitudine, *vide Geyl. in obseruat. 109. lib. 2. obseruat. (Constitutio criminal. Carol. V. act. 148. incip. So etliche, vult in dubio omnes pugnatores pœna capitis puniri. Sed tamen verior & magis communis conclusio est, quòd in incertitudine quisnam homicida sit, ex pluribus de nocte rixantibus, pœna extraordinaria tantùm locum habeat; ita Geyl. tradit, eamq. limitat in autore rixæ, vt solus pœna ordinaria puniri possit, & pro omnibus excessibus in rixâ commissis teneatur. Item in homine contentioso, malæ frugis, & qui aliàs simile delictum commisit. Tertiò in eo qui ante inquisitionem aufugit, modò alia indicia concurrant. Quartò si omnes destinata opera ad occidendum conuenissent.)*

Menoch. *lib. 2. centu. 2. cas. 188.* vbi de legato etiam incerto ad viæ refectionem, quod incertitudo non vitiat. ¶ Incertitudo facit licitum, quod alias est illicitum: 26

Geyl.

Geil. lib. 2. obseruat. 8. num. 3. ¶ Ex incertitudine oritur inscientia: *Knich. in priu. Duc. Saxo. fol. 13.*

De Inconstantia.

27 INconstantia reprobatur in qualibet persona & maximè in principibus & Episcopis. *l. inter claras, C. de summa Trinita.* Hippo. de *Marsi. in singul. suo 166. Incip. inconstantia*, qui ibi pulcherrima notauit: & pertinet ad materiam mutandi instituti, propositi, vel consilij. Sed nemo potest mutare consilium suũ in alterius iniuriam: *l. nemo potest. & ibi Decius, ff. de regulis iuris, & Dinus in c. mutare, & in c. quod semel, de regulis iuris in 6.* & multa de variatione inuenies, apud Lucam *de Penna in l. prædia, C. de loca. prædi. Ciui. lib. 11.*

28 De mutatione actionis vel libelli, quòd saltē liceat, & permissa sit vsq; ad litis contestationem, vel præstitam guarandam, in foro Saxonico, *notatur ad Artic. 6. lib. 1. & Arti. 22. lib. 2. Landrecht: notaui suprà in litera C. versic. de clausula, Vnd thut ihm Kleger die wahle fürbehalten. clariùs Artic. 14. lib. 2. Landrecht, & Weichbild, Artic. 115. infr. litera M. vers. de Mutatione instituti.*

29 Sed princeps reuocans, quòd seruatum oportuit, præsumitur deceptus: ideoq; secunda concessio non valet, sed prima. *Alexan. de Imo. in consilio 122. in fine, vol. 4. per istum & alios notauit Mynsin. in obserua. 61. cent. 3. obserua. Cam. Imp.* Et quòd concessio principis prima præualeat posteriori, voluit Geyl. *in obserua. 55. lib. 2.* Et de pœnitentia aliqua vide apud Ardiz. *in summa iuris feudalis, cap. 110.*

De Incendijs & Incendiarijs.

30 DE hac materia incendij, tractauit Angelus, *de malesi. in versi. incendiario*, vbi *in principio* saltem remissiuè docuit, quomodo incendiarius criminaliter puniatur, (*Qui dolo malo inimicitiæ vel prædæ causa ignem in alienas ædes mittunt, ex consuetudine Caroli V. Constit. Art. 125. probata, viui exuruntur: qui culpa delinquunt, ad emendationem damni tenentur, & pro modo culpæ extra ordinem coercentur. Sanè leuis & leuißima culpa nullam pœnam criminalem merentur: quanquam quo ad leuem culpam Mynsing. in obseru. 88. cent. 6. infr. allegata distinguat, in committendo ne consistat, & tunc puniri posse ait, an in omittendo tantum.*) & ad quæ ciuiliter teneatur, num. 4. & vlteriùs, disputat de incendio lata culpa, leui, leuissima, casu fortuito, negligentia, vel ebrietate commisso, ad quæ quis, & qualiter teneatur: *vide ibi per Angelum pulcherrima, & per Bald. in l. data opera, col. 1. 2. & 3. C. de his q. accus. non possunt. Et habes bonum consil. Henningi Goden, inscriptum de incendio.*

Sed nota: incendia præsumuntur fieri culpa (*id vtiq; de leuißimâ culpa intelligitur, ex qua conductor non tenetur & ideo is regulariter non tenetur de incendio nisi certi hominis culpa probetur: qui tamen circa officium suum deliquerit, quo casu ex facto familiarium dominus tenetur.*) inhabitantium: nisi constet, quòd habitantes in domo consueti fuerint esse vigiles & prudentes: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 393. Incip. regula. Vide Geyl. in obserua. 21. lib. 2.* ibi, quatenus conductor domus de incendio conueniatur: & *in obserua. sequenti 22.* docet idem Geyl. vicinus an vicino de incendio sit obligatus. (*Si culpa etiam leuißima vicini probari possit, tenetur ad emendationem damni ex lege Aquiliâ. Secus, si certi hominis culpa probari non poßit: tunc enim incendium annumeratur casui fortuito, quem nemo præstare tenetur, nisi culpâ ad casum ordinatum præceßerit, vt si quis columbam bombardâ petens stramineum tectum incendat.*) Et *in ista obseru. nu. 4.* facit mentionem, quatenus teneantur vicini alicui ad reparationem domus, si diruta fuerit tota domus, ne ignis omnia vrat, & latiùs serpat, & sic saluatæ sunt aliorum ædes. (*tenentur vtique, arg. l. Rhodiæ de iactu: & hoc, si domus illa adhuc illæsa fuit: nam qui vicini domum iam conflagrantem diruit, ne ignis ad se perueniat, legis Aquiliæ actione non tenetur.*) 31

Wie einer seine Offen vnnd Fewerstetten bawen vnd bewaren sol: vnd aber wie einer den Schaden gelten soll / der von seiner verwahrlosung oder Fewerstette entstehet. Wie wieder jhnen zuuorfahren / auff das man den Wirth / do er nicht Fewer gerüffen / müge ins Fewer werffen: *habetur bonus textus cum addi. & glossis Artic. 51. lib. 2. Landrecht, in Weichbild. Artic. 123. & 124. in text. & glossis, & ibi: Von Schmiede Essen, vnd Backoffen zu bawen, Vnd in summa, der Mann soll den Schaden, als von seiner verwahrlosung, es sey von Fewer oder Wasser, geschicht, gelten, Artic. 38. lib. 2. Landrecht.* 32

Imò si culpa inhabitantis incendium exoriatur, tenetur ad emendationem damni: *Corset. in singular. versic. forum conscientiæ.* Si verò in dolo, potest igne comburi: *Petrus à Duenna. in regulis falle. regula 422.* Imò hanc incendij materiam per quinque capita præcipua succinctè explicat Mynsin. *in obseruat. 88. cent. 6.* 33

Von Straffe der Mordtbrenner / Nemlichen / das sie sollen mit dem Rhade: Vnnd die schlechten Brenner / ohne Mordt / mit dem Schwerdte gestraffet werden / *legitur in Artic. 13. lib. 2. Landrecht.* Aber die Schöpffenstüle erkennen / vnd wird auch also gemeinlich exequiret, 34

das sie mit dem Fewer gestraffet werden: *iuxta constitutionem Caroli V. in Artic. 125. In constitutione Do. Electoris Saxoniæ, Artic. 17. in 3. parte:* Ist geordnet von Straffe derer Mordtbrenner/ so die That nit vollenbracht vnd derer/ so sie mit Gelde oder in andere wege bestellen/ vnd annemen lassen: pœna gladij nempe in tali casu vt puniantur, statuta est. Ius Saxonicum opem prȩstantem punit similitudine supplicij: *Artic. 13. lib. 2. Landrecht.*

35 Von Straffe der Absager/ Feinde/ vnd Vheder/ des Schreibers der Vhedebrieue/ derselben vnd der Brandzeichen stecher: *ordinatum est in consti. Elect. Saxo. Art. 14. 15. & 16. par. 4. ibi vide.* Et de ista pœna incendiarij notauit Geilius, *in obserua. 22. lib. 2. in fine.*

36 *Vide omninò Marsil. de bannit. verb. incendio, vbi vtiles quæst. Menoch. in arb. Iud. quæst. lib. 2. cap. 390. num. 4. & 11.*

37 Incendiarij quomodo puniendi, & quomodo fortuita incendia punienda, *vide tex. in l. capitalium, §. quib. ob inimicitias, ff. de pœn.* ¶ In incendio si domus est destructa, ne ignis vlteriùs vagetur, de communi reparari debet: *l. 2. §. æquissimum, ad l. Rhod. de iactu, & ibi Bl. notat,* & ibi dicit Br. quòd damnum ei à vicinis emendari debet. ¶ Incendium regulariter culpa inhabitantium venisse præsumitur: *l. si venditor, ff. de per. & com. rei vend. vide fall. per Soc. in reg. 78.* De incendio, *vide text. in l. qui ædes, & l. fin. de incend.* ¶ Materiam incendij, *vide latissimè per Hipp. de Mars. in l. 1. ch. 7. col. 1. ff. de Sicc.* ¶ Vicini ædes destruens incendij gratia, ne ad se ignis perueniat, non tenetur: *l. si quis, §. fin. ad l. Aq. l. 3. §. quod ait prætor. ff. de men. secundùm naufra. vide Hipp. vbi suprà.* ¶ Incendiarius punitur: *l. Cornelia de Siccar.* & de varijs pœnis, quibus punitur, *vide tex. & ibi gl. in l. data opera, C. de his qui accus. non poss.*

De Indefinitis.

38 INdefinita locutio æquipollet vniuersali, non ex propria significatione, sed ex interptetatione: *Bart. in l. si pluribus, ff. de lega. 2.* in statutis verò in omni materia etiam in correctorijs, similis est vniuersali: *Barto. in l. 1. in 6. quæstione, ff. de iust. & iure. Petrus Gerhar. de Pe. Sancta in sing. suo 7. incip. rubrica, nu. 16.*

39 Sed tamen nota: extenditur quidem ad omnia, sed saltem ad aptiora: non verò ad ea, vbi non est eadem ratio inclusorum: *gloss. in c. vt circa, in verbo, aliorum, de Elect. in 6.* Sed quando omnium particularium eadem est ratio, & conditio, tum indefinita negatiuè vel affirmatiuè prolata æquipollet vniuersali: *d. gloss. in fine per d. l. si pluribus, ff. de lega. 2. Alex. de Imo. in cons. 15. circa medium & in cons. 26. volu. 4.*

40 Indefinita in materia odiosa nõ æquipollet vniuersali: *not. in l. 2. de lib. & posthum. Ias. in l. 1. in princ. Si cert. pet.* ¶ Hoc intellige secundùm Dec. *ibi col. 2. in fin.* de dispositione hominis: secus de dispositione legis: *ita dicit not. per Br. in l. si plurib. de leg. 2.* ¶ De hoc, quid in dispositione hominis, & legis, & in materia odiosa, *vide Curt. cons. 10. fol. 82. col. 2.* ¶ Indefinita an æquipolleat vniuersali, *vide Dyn. in rubr. extr. de reg. iur. lib. 6.* ¶ Quidq; in statutis, *vide Bar. in l. omnes populi, in 6. q. princ. circa interpretationem declaratiuam, & in l. 1. de Reg. iur. & in l. si pluribus, de leg. 2. & in l. 2. de lib. & posthum.* ¶ Indefinita locutio regulariter ad futura extenditur: *l. fin. C. quæ res pig. oblig. poss. & in l. senatus, & in l. seruitus, ff. de seruit. vrb. præd.* Fallit hoc: *vt per Soc. in reg. 248. Spec. in tit. de procur. §. ratione autem formæ, fol. 24. col. 2.* ¶ In dictis testium an æquipolleat vniuersali, *vide infrà in verb. Testis & Soc. in l. 2. §. creditum, in 3. col. Si cert. petat.*

De Indictionibus.

41 DE Indictione, *vide gl. in Auth. vt præp. nom. Imper. in verb. indictionis, gl. in c. inter dilectos, de fid. instrum. gl. in verb. septimæ inductionis. C. de confir. instit. & gl. in Auth. vt præp. nom. Imp. In verbo indictionis.*

Idoneus.

42 IDoneus quisq; præsumitur: *l. cum quidam la. 2. de leg. 2. c. fin. de præsumpt. l. nec codicillos, C. de Codicill.* ¶ Hoc verum est in alijs, non in facultatibus: *ita gl. & Br. limitat. in l. si verò, §. qui pro rei, ff. qui satisd. cog. vide suprà in verb. Bonus, c. fin. ext. de præs. inst. per quas personas.* ¶ Quando Papa mandat conferri beneficium alicui, si idoneus est, non est mandatum conditionale: *Clem. 1. de con. præ. Abb. in c. 1. ad fin. de post. præl. & in c. fin. de præsump. vide Ias. per illum tex. in 1. not. in l. hæc verba, de leg. 1.*

De Incestu.

43 QVæ personæ committant incestum, enumerantur in sacra scriptura, *Leui. cap. 18. & 20.* Si inter ascendentes & descendentes personas committatur, gladio puniantur. Si inter collaterales liberas, non coniugatas, cum deportatione fustigentur.

Sin incestus cum adulterio committatur, in linea descendenti & ascendenti, gladio plectuntur. (*Si affines primæ aut secundæ lineæ inæqualis, matrimonium iure diuino contrahere prohibiti, veluti vitricus & priuigna, nouerca & priuignus, item nurus incestum committant: aut quis cum duabus sororibus, aut matre & filia concumbant, ijq; soluti sint, cum fustigatione*

depor-

deportantur.) habetur sic in constit. Augusti Electoris, Art.22.23. & 24. parte 4.

45 Ibi tamen habetur, quòd considerata minori ætate, vel quòd vna persona sit soluta, seu quòd aliæ causæ se offerant: pœna ordinaria ad proximiorem pœnam posſit mitigari: *vide Schneide. in tit. instit. de nuptijs illicitis, sententias Lipsensium post Speculum Saxonicum:* Von Straff vmb Ehebruch / vnd von Straff vmb incest mit dem Ehebruche: Schneide. *in d. loco.* vult, quòd in casu fœminæ prosit ignorantia iuris, & propterea mitius puniatur: *vide Kilian. Kóning post Proceß. Von allerley leiblichen straffen, cap. Von der Peen der Blutschender, allegatur gloss. l. si adulterium cum incestu, ff. de adult.*

46 Et de incestu, inter quas personas committatur; an committatur cum moniali, an cum præsbytero; & quæ sit eius pœna, nempe pœna mortis, si cum adulterio vel stupro committatur; *Clarus lib. 5. sentent. §. Incestus, num. 1. & 2.*

Imò Angelus, *in tract. suo maleficiorum in vers. Chebai adulterato cum Augustino ibidem in additione, num. 66.* hanc materiam sic declarat, & dicit: quando coniuncti commiscentur, inter ascendentes & descendentes: dicitur Nefarius coitus.

Inter collaterales & affines autem dicitur Incestus: *vt in institut. De nupt. §. ergo.*

Contrahitur autem sine, vel cum colore matrimonij. Primo casu punitur indistinctè, quia rem illicitam sunt aggreſsi, & fuerunt in dolo: *Bart. in l. si adulterium, §. 1. ff. de adult.*

47 Secundò casu, aut isti committentes sciunt ius & factum, & puniuntur de incestu; *d. l. si adulterium §. 1.* Aut ignorauerant vtrunque, & tunc sunt excusati: *vt in l. qui contra C. de incest. nupt.* Aut ignorabant factum & sciebant ius, & tunc idem. Aut econtra sciebant factum & ius ignorabant; et isto casu siquidem est mulier, excusatur, si fuerit ignorantia iuris ciuilis: secus, si iuris naturalis & gentium, quòd ignorare non licet: *C. de in ius vocando, l. venia, d. l. si adulterium vers. quare mulier, & ibi glos.*

48 Si erat masculus, & erat minor, excusatur propter ætatem: *d. l. si adulterium versic. fratres.* aut maior, & tunc aut statim, cùm cognouerit incestum, ipsum pœnituit, & parcitur in aliquo: quæ pœnitentia probatur per diuortium, vel per supplicationem: *d. l. si adulterium, §. nonnunquam, & ibi in gloss.*

49 Sed quatenus ignorantia vel scientia hoc casu præsumatur in dubio: quæ tandem ignorantia excuset contrahentes, vel vnum de illis: & de triplici pœnarum genere, *docuit Angelus de maleficijs, in d. vers. Chebai adulterato, mihi num. 66. 67. & 68. & ibi Augusti.* adde, quòd pœna de incestis nuptijs non habet locum in eo, qui cognouit sororem vxoris suæ illegitimæ: *ita Petrus de Ancho. in cons. 391.*

De Infamia & infamibus.

INfames qui sint, vel fiant, ipso facto vel 50
iure, *declaratur in titulo, ff. de his, qui not. infamia, & in tit. C. ex quibus causis irrogatur infamia. Vide pulcherrimam glossam in Arti. 2. Sechsischen Lehnrecht. Et meliorem glossam in Artic. 4. Weichbild, colum. 4. versic. Ihr solt auch wissen, das man geechten Leuten, & ibi infames optimo ordine enumerantur.* ¶ De triplici pœnarum genere ibidem contra infames notatur. Primò quòd non poſsint testificari. (Sed excipit ibidem glossa. 3. casus, in quibus propter causarum atrocitates in testes admitti poſsint: *de quibus ibi vide. Et quòd non poßint testes esse, notauit Angel. de Malef. in vers. Qui iudex statuit terminum quatuor dierum.*

Et ex eius dicto non potest quis con- 51
demnari: adeò quòd neq; in criminali, neq; in ciuili suppleat numerus infamiam: *Ioan. de Arno. in singula. suo 17.* Imò nec post peractam pœnitentiam potest esse testis: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 273. incip. notißimum.)* Secunda pœna est, quòd in actionibus suis non habeant tutores: *Arti. 48. lib. 1. LandRecht, & declaratur in glossa.* Tertia pœna est, quòd non valeant sese de obiecto aliquo crimine iuramento purgare: *Art 39. lib. 1. LandRecht,* sicut in simili videmus de periuro, qui amplius non admittitur ad iurandum: *prout notat Hippo. de Marsi. in singula. suo 74. incip. tu habes regulam.*

Sed obiecta infamia semper debet pro- 52
bari: quia inhabilitas in nemine præsumitur, sed opus est probatione: *Lehnrecht c. 19. 22. q. 1. c. 1. & 2.* ¶ Sed quomodo eiusmodi infamia probetur, Nemlich wie man einen Rechtloß vberzeugen solle, *docetur Art. 82. lib. 3. Landrecht: & Art. 28. & Art. 25. in tex. & gl. eo lib. Weichbild, Art 32. & ibi habes, Gezeugnis von Ehre.* Imò non solum videtur requiri, vt conuincatur: sed etiam, vt per sententiam declaratoriam fit pro infame declaratus, & pronunciatus, & tunc pro infame habendus: *colligitur ex textib. & gloßis modo deductis & allegatis. Et voluit Hipp. de Marsi. in practica sua criminali, §. aggredior, à nu. 105. vsq; ad nu. 135. Idem Hippo. in repe. rubricæ C. de probatio. nu. 226. vers. attende tamen, quòd etiam in notarijs sententia requiratur declaratoria:* Et quòd nec probatio sine sententia sufficiat, dixit Pet. *de Anch. in consi. 139.* ¶ Sed de Clerico homicida, *vide Antho. Corseti, in singula. suis, verbo sententia 18.*

Mulier

53 Mulier deprehensa in adulterio, est infamis ipso iure, nec requiritur sententia declaratoria; secus in viro: *l. palàm. §. quæ in adulterio, ff. de ri. nupti. glos. in l. & si crimen*, C. *de adult. Ludoui. Roma. in singula. suo 825.* Et ibi Pigno. *in addi.* quòd contrahentes incestas nuptias, defendentes, approbantes, & patrocinia pro ipsis suscipientes, ipso iure sine sententia sint infames: *Ioan. Faber in §. aduersus, institu. de nup.* ¶ Et tandem infamia, à quibus omnibus repellat infamem, notat quædam *Ioan. de Platea, in l. 2. C. de dignita. lib. 12. & vide Artic. 37. lib. 1. Landrecht.*

54 De infamia tutoris, *Arti. 41. lib. 1. Landrecht.* De Papæ dispensatione super infamia & alia bona, *dixit Corsetus in singula. suu, in verbo, testis 14.* & ibi, quòd infamis non possit stare in curia principis, & posito, quòd sit procurator. ¶ Ioculatores quòd sint infames, *habetur cum declarationibus in d. Artic. 37. lib. 1. Landrecht, vide infr. in hac litera I. versic. de ioculatoribus.*

Sed nota quòd in dubio capitur præsumptio, vt infamia euitetur: *l. hæc enim, §. quid ergo, ff. de suspec. tuto. declarat Decius, l. si in duabus, ff. de regulis iuris.*

55 Infamia multis irrogatur modis: *Nepos de monte Albo de except. Artic. 10. fol. 79. num. 10.* & magnus cumulus infamiarum enarratur ibid. *Artic. 19. n. 8. vsq. ad 18. Plot. de in lit. iur. §. 49. n. 6. 7. & 8.*

Infamia non tollitur & reuocatur per emendationem vitæ: *Seb. Med. de nouat. p. 2. q. 1. nu. 47. fol. 54.* ¶ Infamis non est nobilis: *Marsil. tract. de bannit. in verb. nobilissima, num. 2.* ¶ Infamiæ pœna grauis, & corporali æquiparatur: *Knich. in comm. priu. Ducum Saxo. cap. 5. fol. 145.*

56 Ad infamiam alicuius quæ fieri possunt, *vide per ICtum in l. item apud labeonem, §. ait prætor ff. de iniur.* ¶ Infames per sententiam, vt ab honoribus excusentur, possunt allegari, se esse infames: & audiuntur, licèt suam allegent turpitudinem: *Br. not. in l. iusiurandum, quod ex conuentione, §. procurator, penult. col. ff. de iureiur. vide inf. in verb. turpitudinem.* ¶ Infames quæ personæ sint, *vide rotundum text. in c. infames 6. q. 1.* vbi omnes enumerantur: *gl. in c. si non sunt, de cons. dis. 2.* ¶ Infamis potest esse procurator: *§. fin. Inst. de Excep.* ¶ Infamiam propriam quis non debet patefacere: *c. 1. de Excep.* ¶ Infamia æquiparatur morti, & fama vitæ: *l. iusta, ff. de mag. vind. l. isti quidem in fin. Quod met. causa.* ¶ Et cùm agitur de fama, dicitur agi de eo, quod afficit personam. *l. cognitionem, ff. de var. & extra cog.* Et ergo sicut in criminalibus nó potest deferri iuramentum necessarium, ita nec in causa famosa: *vt per gl. & Dd. in l. 3. ff. de iureiur. vbi Alex. & Ias.*

Infamibus portæ dignitatum sunt clausæ: *l. 2. C. de dignit. lib. 12.* ¶ Infamia facti à dignitate repellit: *gl. in d. l. 2.* ¶ Infamis efficitur, qui super crimine paciscitur: *l. quoniam, de infamibus, l. transigere, C. de transact.* ¶ Infamis an possit esse tabellio, *vide Ioh. de Plat. in l. infamia, C. de Decur. lib. 10.* ¶ Infamiæ timor maior est mortis: *l. isti quidem in fin. ff. Quod met. caus.* per hunc text. Bl. *in c. 1. §. similiter, Si dom. quib. mod. feud. amitt.* determinat q. Cur vasallus cucurbitans sororem Domini, feudum amittat: non autem, si eam occidat. ¶ Quomodo in actionibus famosis quis infamiam fugere possit, *vide aliquot cautelas infr. in verb. iniuria.* ¶ Infamia ossibus infigitur, E. si lex imponit pœnam temporalem pro publico crimine, etiā transacto illo tempore, etsi pœna finita, nihilominus condemnatus remanet infamis: quia licèt pœna sit temporalis, infamia tamen, quæ ossibus infigitur, remanet perpetua: *vide Paul. de Cast. in l. & si seuerior, C. de infam.* ¶ Sic etiam infamia apud infamem remanet, etiam extincta caussa infamiæ: *vide multa pulcra ad hoc per Hypp. in sing. 273. col. 2.* 57

Infamis infamia facti, nec in ciuili, nec criminali caussa admittitur: *canon in c testium, de Testib. Soc. in reg. 415. & reg. seq. vide Alex. in cons. 10. 1. vol.* ¶ Videtur tamen dici posse, quòd infamis facti in criminalibus tantùm à testimonio repellat, non in ciuilibus: *c. fin. de Test. vbi Abb. not. in 2. not. & l. diffamari, C. de ing. man. c. testimonium, de Testibus.* ¶ Infamis quando possit esse testis, *vide Bar. in l. Cassius, de Senat.* Qui propriè dicantur infames infamia iuris, seu facti, *vide apud Ias. in l. 1. C. de summ. Trinit.* ¶ Infamis an testari possit, *Br. in l. is cui, § si quis ob carmen, ff. de Test.* ¶ Infamis potest esse testis in testamento, nisi de sua infamia apud omnes constat: *gl. in l. cum lege, de Test. Bar. ibidem.* ¶ Opponens testi infamiam, sibi non tenetur iniuriarum actione. Bonum est, quòd protestetur, quòd non faciat animo iniuriandi, sed caussæ seu iuris confirmandi: *ita dicit Bl in l. fin. in 2. not. n. 1 ff. quod quisq. iuris. vide in tract. meo de testibus.* 58

De Infirmitate.

INfirmitas quomodo probetur, *vide per Bart. in l. contumacia, §. pœnam, & est fin. ff. de re iudic.* ¶ Infirmitas absentiæ comparatur: *l. 1. de off. consul. l. quæsitum, de re iudic. l. si longius, de iudic. vide Dd. in l. 1. de off. eius.* ¶ Si sententia lata est contra grauiter infirmum, ipso iure est nulla: *vide infrà in verb. Iudex.* 59

De

De Infante.

60 Infantem occidens non natum, punitur lege: (*Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæst. 78. verb. abortũ proc.*) Cornelia de Sicarijs, sicut occidẽs infantẽ natum: ex quo inferunt Dd. quòd si quis dolosè percutit mulierem prægnantẽ, quæ ex illa percussione fecit abortum: debet puniri lege Cornelia de sicarijs: *refert Hipp. de Marsi. in l. Si quis necandi, mihi nu. 6. C. ad l. Corne. de sica.* Sed dicit dubitatum fuisse, cùm ille, qui sit in ventre, non dicatur homo in re, sed in spe: *vt ff. de mortuo inf. l. negat, & in l. pen. C. de posthu. hæredi. Cuiac. lib. 6. obseru. 21. VVesenb. in par. ad l. Cornel. de sicar. n. 5.* sed minus dicitur esse illud, quod est in spe, quàm in re: *l. minus, ff. de regul. iuris*, allegat Philosophos, qui putant infantẽ, in vtero qui fuit 40. dies, esse animatum, (*Hanc distinctionem (inter partum animatũ, & necdum animatũ, qualis informis est, vel poculum abortionis non sortiatur effectum) sequitur VVesenb. in parat. ff. ad l. Corn. de Sicar. num. 7. Constit. Elector. Saxon. art. 4. part. 4. capite puniri vult, si abigatur partus viuus: Sin id fiat, noch vnter der helffte nach der empfengnuß, fustigationis pœnã imponit, aliasuè extraordinẽ pœnas.*) *sed vide Hippo. ibidẽ vlterius. & quæ notantur in l. qui in vtero, el. 2. ff. de sta. homi.* in l. *qui in vtero, el. 1. ff. eo. tit.* habetur, quòd infans in vtero pro iam nato habeatur, quò ad sui cõmodum: *ampliat istud axioma 3. modu Petrus à Duenna. in regul. fallen. regula 420.*

61 An vndecimestris partus sit legitimus, & quoto mense post conceptionem infantes gigni soleant, quantoq; tempore iustus partus nascatur, *vide Gell. lib. 3. noct. Attic. c. 16. Menoch. 2. de art. Iud. quæst. cent. 1. cas. 89. n. 34. Coras. 2. miscell. c. 21. Beust. in 2. pœ. tr. matr. c. 36. Mynsing. cent. 6. obser. 40. Eberhard. Speck. cent. 1. quæst. 77.* Quæ partum non formatum & animatum abigit, pœna capitali plectitur: *l. 38. §. 5. ff. de pœnis, & ibi Gothofred. Gregor. 35. Syntag. 15. §. 18. VVesenb. in par. de Sicar. n. 7.*

62 Infans committens homicidium, nõ punitur, l. Cornelia de sicarijs: *l. 1. §. Infans, ff. ad l. Cornel. de sicarijs, & ibi in text. aßignatur ratio. Item in c. 1. de delic. puerorum:* nisi sit delicti capax, & proximus pubertati, qui non excusatur à delicto: *ita Dd. in d. c. 1. de delic. puerorum:* vel nisi fuerit nimia sceleris immanitas: *1. q. 4. c. Ecclesia, §. item paruulos, latè Lucas de Penna, in l. fi. col. 5. C. de exact. tribut. lib. 12. Pet. à Duen. in reg. falle. regul. 421.*

63 Sed de ista materia infantiæ, quæ sit infantia, & quid differat ab alijs ætatibus, *vide Hippo. de Marsi. ad d. l. 1. §. infans, ff. ad l. Cornel. de sica. & inuenies vtilißima, & vide tex. glos. & Dd. in rubro & nigro, extra de delictis puerorum.*

¶ Et de infante occidente, de infante occiso, vel percusso, notatur & habetur *Arti. 65. lib. 2. Landr. Et ibi vide notatum, quis sit infans oder ein Kind, das noch nicht zu seinen Iahren oder tagen kommen.*

De infantis hæreditatis transmissione: 64 *vide in l. si infanti, C. de iure deliberan. & multa notatu dignißima docuit isto casu Rober. Maranta, in l. is potest. ff. de acqui. hæredi.*

Vide Vant. de nullit. ex defectu inhabilitatis compar. num. 6. vsq; ad 15. fol. 353. ¶ De 65 Infantia, *Franc. Far. tract. de essentia infantis.* ¶ De infantis intellectu & sensu: *Valent. Franc. tr. de fideiuss. cap. 2. num. 3. 4. 5.* ¶ Infans repertus in loco, in quo vni superior, alteri inferior iurisdictio competit, si nesciatur, à quo sit expositus: educatio incumbit superiorem iurisdictionem habenti: *Moller. lib. 4. semestr. cap. 45.* ¶ Infantem exponens, pro more harum regionum fustigatione & perpetua relegatione puniri solet: *Moller. d. cap. 45. num. 7.* ¶ Infanti exposito succedit, qui illum alit, in defectu liberorum: *Moller. d. cap 45. num. 10.* sicut etiam succedit furioso hunc alens, *ibid.*

Verb. (in perpetuum) quid importet, *Anton. de Butr. cons. 48. num. 3. Seraph. priuil. iuram. 58. num. 14. & sequentibus.* ¶ Et secundùm Philosophos natura infinitatem euitare etiam solet: *Raudens. de analog. & vniu. æquiu. lib. 1. cap. 14. num. 3.*

De Infectione.

Timore infectionis, scholaris inhonestè 66 viuens, potest de vniuersitate expelli: *argumen. l. si conuenerit, ff. pro socio, Insti. eo. §. fina. c. ex literis, extr. de constitu. ibi, illi de collegio vel vniuersitate possunt ex causa expellere aliquem de vniuersitate: facit quod habetur in l. nullus, C. de summa Trini. vbi, Hæretici sunt expellendi de ciuitate, ne inficiant alios: & ibi multum eleganter Baldus, dicens, quòd generaliter vbicunq; est timor infectionis, potest quis reijci de ciuitate: allegat tex. Authen. Iusiuran. quod præstatur ab his, §. fina.* Et potest induci, quòd sit valida constitutio, quòd patiens morbum pestiferum expellatur ab vrbe: prout in aliquibus locis tempore pestis fieri videmus. 67

Castitatis grassatores, quoq; in ciuitate non sunt tolerandi, ne alios inficiant: *Angel. in Authen. de lenonibus.* Inferendum, quòd regulariter omnis inhonestè viuens & partialis, posit expelli, propter infectionis periculum: *Andreas Sicul. Barba. in proemio Clementi. in 2. lectura, §. salutem, colum. 19.* ¶ Sic etiam iudex secularis potest compellere concubinarios, qui tenent concubinas, vt illas dimittant, & honestè viuant *per l. iustitia, ibi, honestè viuere, ff. de iustitia & iure.* dicit etiam Paul. *de Castris in l. nullus, C. de summa Trini.*

quòd

quòd meretrix, quæ venit ad habitandum in vicinia, à vicinis poſsit repelli, ne alios inficiat *facit l. minimè. C. de Epiſc. audien. hæc Ioan. de Arno. in ſingula. ſuo 67. incip. In patria mea.* Poteſt induci ad hæc, quòd præſidis ſit officium, vt purget prouinciam à malis hominibus: *l. præſes, ff. de offi. præſidis.*

De Infinitis.

68 INfinitas eſt euitanda: *l. qui bona, §. fina. ff. de damno infecto*: ibi textus vult, quòd cautio de damno infecto fiat ad diem: neque enim, inquit, in infinitum obligatus debet eſſe ſtipulatione. Et quòd infinitas ſit coarctanda, vt aliqua prolixitas ceſſet: habetur *in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo, quòd inter. proferun. in prin. & fine.*

De Incluſione vnius.

69 INcluſio vnius eſt excluſio alterius: *vide intellectum iſtius Regulæ apud Petrum Gerhard. de Pe. Sancta, in ſingula. ſuo. 7. incip. Quando rubrica*, nu. 8. dicit, quòd non procedat, quando in omiſſo eadem vel maior ſit ratio: *facit id, quod notatur: (exceptio firmat Regulam in non exceptis,) c. Dominus 32. q. 7. notauit Antho. Corſeti in ſingula. ſuis in verbo ſtatutum 4. conſuluit Guid. Papa in conſi. 186. num. 2. in caſu tacitæ ademptionis legati, Decia. in conſi. 35. vol. 2. nu. 56. in conſi. 76. nu. 13. & 14. vol. 3.* Item Menoch. *in conſi. 14. vol. 1. nu. 14.* quatuor iſtius Theoricæ dedit declarationes. Et eſt alia Theorica: Non expreſſum habetur pro omiſſo: *l. vnica, §. ſin autē ad deficientis, C. de cadu. tollen. dixit & declarauit Menoch. d. conſi. 14. vol. 1. num. 5. & num. 15.*

De Ingratitudine.

70 QVòd ſit vicium enorme, multùm deteſtabile, & exſiccans fontem pietatis, dicit Hippo. *de Marſi. in ſingula. ſuo 413. incip. ingratitudo.* Et quos ingratitudo producat effectus, inuenies ibidem *ab Hippo. aliquos notatos.* Item: *in l. fina. C. de reuocan. donatio.* notatur, quòd propter ingratitudinem reuocetur donatio: quòd impediat gratiam, tenet Bal. *in cap. 1. §. inſuper de probi. feu. aliena. per Fede. in vſib. feu.* ¶ Eſt iuſta cauſa exhæredationis deſcendentium, aſcendentium, & collateralium: *§. aliud quoque capitulum Authen. Vt cum de appell. cognoſ. Authen. non licēt, C. de lib. præteri. text. & gloſ.* clarior in *Authen. de nuptijs, §. ingratitudinem.* Item eſt iuſta cauſa filium degradandi à militia: *ſecundùm gl. in l. 1. §. fina. ff. de obſequijs* Et alios mirabiles ingratitudinis effectus, vide *in d. loco per d. Hippo. notat.*

71 Et quòd etiam propter ingratitudinem Vaſalli, Vaſallus priuetur feudo: ſed quòd propter magnam ſaltem, notauit Aluarot. *in §. porrò, quæ fuit prima cauſa beneſi. amitten. in vſib. feudo.* Et debet ingratitudo ad priuationem feudi probari, non minùs, quàm per quinque teſtes, ſummæ & integræ opinionis: *textus eſt, & notauit Aluoro. & alij Doctores in cap. vnico. tit. quot teſtes ſunt neceſſa. ad proban. ingratit. in vſib. feud.* ¶ Et inde eſt etiā, quòd infamis infamia facti nō admittatur in teſtem, quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij, donatarij, vel filij exhæredati, *tenuit per textus Ludouic. Roman. in ſingula. ſuo 469.*

Et an ad probandam ingratitudinem deferatur iuramentum in ſupplementum, *notauit Fran. Ripa. in l. fina. in quæſt. 57. C. de reuocan. dona.* Quòdque fideicommiſſario aſſerenti, contra ſubſtitutum in ſuo teſtamento, de ingratitudine vel inobedientia, ad infringendum ſubſtitutionem, non credatur, *conſuluit Decia. in conſi. 75, vol. 2.* 72

Sed quòd ingratitudo tollatur per ſuperuenientem gratitudinem, *tenet Bal. in l. fratres. & in l. liberi, C. de inoffi. teſtamen.* & infertur ex illis per Dd. de filia meretrice emendata, quòd amplius non poſsit exhæredari: *Specu. in ti. qui filij ſint legiti. §. pe. verſ. quid ſi pœnitentiam egerit. Bal. in l ſi filia, C. de inoff. teſta.* Item quòd tollat eam religionis ingreſſus, *eſt text. in c. fina. 19. q. vlti. & ſecundùm prædictos tenuit Hippo. in d. ſingula. 413.* 73

Sed an ingratitudo quē excludat à ſucceſſione ab inteſtato *vide quæ notabil. deduxit Corſ. in ſing. ſuis, in verbo ingratitudo.* ¶ Quòd ingratitudo tollat debitum naturę ſeu legitimam, & quem reddat beneficio indignum, *notauit VVeſenb. in conſi. 24. num. 11. part. 1.* 74

De Inhibitione.

IVdex inferior alicuius territorij, quòd debeat parere inhibitioni ſuperioris, quem recognoſcit, *notatur in l. iudicium ſoluitur. ff. de iudicijs*: ſecus ſi fiat ab alio iudice, vel ſuperiore etiam Eccleſiaſtico, ſi non recognoſcat eum, vel ſit alterius territorij: *Bal. in l. 1. in fi. C. quomodo & quan. iudex*: ſecus a. quando iudex laicus vult procedere contra Cleric. poteſt ipſi inhibere Iudex Eccleſiaſticus, licèt non recognoſcat ipſum: *allegantur ea quæ habentur in c. 2. de foro com. in 6. vide Abba. in c. tuam, de ordi. cognitio. Notauit Hipp. de Marſi. in ſing. ſuo 490. incip. Mos iudicum.* 75

Et quòd iudex ſuperior, in inſtantia appellationis, poſsit inhibere iudici inferiori, ne vlterius procedat, *habetur in c. Romana, §. Si verò vocatis, & in c. non ſolum, de appella. in 6.* Imò ſemper iudex inferior debet honorare ſuperiorem: *c. vt debitus honor, in text. & gloſſa, de appella. vide Kilianum Koning in ſua pract. c. 113. Von dem Richter der appellation, & in c. ſequenti, Von dem Richter dauon appelliert.* 76

Item

77 Item an & quando in appellationis instantia inhibitio permissa sit, & quid obseruet Camera Imperia. *nota. Mynsing. in obseru. 87. cent. 3.* (*Dictum supr. lit. A. cap. de appellatione à sententia interlocutoria, §. Sed quæ interlocutoriæ sint.*) ¶ Inhibitio extraiudicialis quãdo partibus ex officio sit decernenda, (*In casu videlicet litigiosæ possessionis, cum vtraq; pars se possidere contendit, & res ad arma spectare videtur,*) ne partes ad arma deueniant, & de præcipiendo illis vt probent, (*Processu summarissimo, de quo Geyl. 1. obseruat. pract. 6.*) de iure ipsorum, *notauit idem Mynsing. in obseruat. 98. centu. 2.*

De Inimico & Inimicitia.

78 Inimicitia capitalis est illa, vbicunq; offensus directè, vel per obliquum se vendicaret, si posset: *Lucas de Pen. in l. 1. colum. 2. de his qui se defe. lib. 10. Hipp. de Marsi. in l. 1. §. præterea, num. 58. ff. de quæstio.* Ex quibus autem causis oriatur inimicitia, & ex quibus signis appareat, vel probetur, *pulcherrimè docuit & prosecutus est Antho. Blancus in repe. l. fina. ff. de quæstio. mihi à n. 91. vsq; ad n. 174.*

79 Et dicitur, inimicitiam durare vsque ad quartum gradum agnationis: *Bal. in c. Vasallus, el. 1. si de feudo fuer. contro. quem sequitur Fel. in c. cum oporteat de accusat.* ¶ Inimicitia sola an sit indicium sufficiens ad torturam, disputat & concludit, *idem Blan. in d. rep. l. fi. ff. de q. num. 175. & in seq.*

80 Sed quòd neq; possit contra aliquem esse testis, *notat Ang. de Mal. in ver. Qui iudex statuit terminum 4. dierum,* & quòd neque reconciliatus, *habetur in tex. & gl. c. accusatores, el. 1. 3. q. 5.* neq; potest esse iudex. Inimicus enim semper mala cogitat de inimico: *l. inimicitia, ff. de his quibus vt indig. c. repellantur, & c. cum oporteat, de accusa. cum simil.*

81 Et repellitur inimicus ab accusatione: oportet autem quòd sit inimicitia capitalis, & talis probetur. Ex quibus autem talis inimicitia contrahatur, & quæ contracta repellat, declarat Decian. *in consi. 63. vol. 3. num. 20. & in sequentib.* ¶ An autem sublata vel finita causa inimicitiæ, inimicitiam tamẽ adhuc durare præsumatur: ita quòd quis propter illam possit à testificatione vel ab alio actu tanquam inimicus repelli, quærit & respondet, idem Blan. *in d. repe. n. 133.*

82 Sed quid de inimico reconciliato, idẽ Blan. *num. 161. quem vide in hac materia inimicitiæ omnino.*

83 Inimicitia & odium quando inter aliquos præsumatur, *Menoch. lib. 5. præsum. 43.* ¶ De inimico omne malum præsumitur: *Seraph. priuil. 33. numer. 108. Hippo. Bona de præsum. lit. I.*

84 Inimicus noster præsumitur, qui bona nostra rapuit: *tex. & ibi Bald. in fin. princ. colu. in c. item cum quis, de rest. spol.* Nam bona & diuitiæ sunt secundus sanguis: *Bald. post gl. in l. Aduocati, C. de aduoc. diuers. iud. vide in v. Pauper.* ¶ Inimicus non solùm est, qui iniuriam facit: sed & ille, qui conatur facere, & libenter faceret, si posset: & ergo talis etiam non potest esse testis: *Curc. in tract. de testib. consi. 58.* ¶ Si alicui mittantur literæ de saluo conductu, non tamen quis tenetur stare illi cautioni, vt vadat ad domum inimici: quia pro nihilo habet inimicus tales literas: *Cepol. consi. 17. fol. 19. col. 2. in princ. nu. 5.* ¶ Si quis habet inimicum, & timeat se ab illo offendi: potest adire iudicem, & implorare officium eius: vt illum ad securitatem sibi præstandam compellat de non offendendo: *tex. est in l. denunciatus, vbi Paul. de Castr. & Bolog. in Apos. C. de his qui ad Eccles. confug. vide de hoc latè Ias. in l. si super possessione, C. de Transact. vbi pulcerrime habes materiam.* ¶ Inimicus capitalis est, qui aliquem de crimine capitali accusat: *Bar. in l. filio, §. Seia, de adit. leg.*

Inimicus quis dicatur, & quòd dicto inimici non credatur contra inimicum, *vide Hipp. de Marsi. in l. 1. §. præterea, vbi pulcra cumulauit, ff. de quæst.* ¶ Inimicus familiaris, est peior omni peste: *gl. in l. data, C. de don. Bal. in l. idemq;, de vsufruct.* ¶ De materia inimicitiæ, *vide latè Hippo. de Marsi. in l. 1. §. præterea, ff. de Quæst. per multas col.* vti multos & mirabiles ponit effectus inimicitiæ, ad quem recurras: *Quia cumulauit post Fel. vide etiam plenè, & pulcrè cumulatam materiam inimicitiæ, & breuiter quidem, & forsan meliùs, quàm alibi, per Ioh. de Plat. in l. 1. C. si propter inimicitias creatio facta sit, lib. 10.* 85

Inimicitiam tollit reconciliatio: *gl. in l. Tutor, ff. de susp. Tut.* ¶ Inimicitia culpæ annumeratur: *l. si merces, §. culpa, ff. loc.* ¶ Et quod quis damnum ab inimicis proprijs patitur, sua culpa pati intelligitur: *Bart. ibid.* ¶ Si esset statutum: Quòd quis inimicum suum impunè possit occidere: debet extendi, vt cum amicis suis & complicibus hoc possit: *vide Bal. in c. fi. de Dol. & cont. Mod. in l. 2. Bal. referentes de iur. omn. iudic. vide ibi Gozadin.* ¶ Iustitiam administrando quis inimicitiam incurrit: *c. qualiter & quando, el. 2. §. licet autem, de accus. facit text. in l. cum & filij, C. qui bon. ced. poss. Dec. consi. 256. vol. 2. n. 5. in fin.* 86

De inimicitia capitali, & quomodo probetur? ¶ Non quælibet iniuria est sufficiens, sed debet esse capitalis: *Abb. in c. accedens, el. 2. vt lite non contest. num. 3.* ¶ Inimicitia capitalis oritur quandoq; ex spoliatione, seu retentione particularis rei: *ibidem.* ¶ Ad probandam inimicitiam capitalem, sufficit probare: quòd talis inimicus minatus fuit sibi mortem, seu accusauit eum de crimine capitali, 87

pitali, vel occidit aliquem consanguineum suum, *vide Abb. vbi supr. in d. c. accedens, cl. 2. vt lit. non contest.* Vbi referuntur etiam alij modi, quibus inimicitia contrahitur. ¶ Familiaris inimicus est omni peste peior: *l. data, vbi Alex. in verb. domesticus,* C. *de donat.*

De Iniurijs.

88 De hac materia sunt tituli, *inscripti de iniurijs, in C. ff. Instit. & extra, vbi videndi sunt textus, glossæ & Dd.* Sed quæ requirantur, actio iniuriarum quòd possit intentari: colligit 15. Requisita, (tractans interim bona de iniurijs,) Iacobus *de Bellouiso in practica sua criminali, in tit. de iniurijs, à num. 8. vsq; ad num. 77. Menoch. quædam in consi. 107. in prim. volu. 2.* Et de libello iniuriarum, deq; eius requisitis (*Vt videlicet exprimatur qualitas iniuriæ illatæ, locus & mensis. Horam autem & diem, inuitus exprimere non cogitur: Et hoc verum est, siue actio iniuriarum criminaliter, siuè ciuiliter instituatur. Quod si tamen hæc omittantur, parte non opponente procedere libellum, magis communis opinio est, quo ad ciuilem actionem: secus si criminaliter instituatur. Sed & si reus diem sibi edi petat, cogetur vtiq; accusator,*) tradidit Geyl. *in obseruat. 64. lib. 1. & in sequentibus.* ¶ In querela iniuriarum requiritur appositio loci, & temporis cum solennitate libellorum: *Marant. par. 4. dist. 1. num. 14. & 15.*

89 Vide *Iacobum de Bellouiso*, quæ iniuriam faciant maiorem, atrocem, minorem, vel minùs atrocem, *versicul. in præsentia, & versicul. Et pro tribunali sedente.* Nam iniuria pro tribunali facta, censetur atrox, & demonstrat iniuriantem temerarium: nam præsumitur, quòd aliud deterius alibi attentasset: *argu. l. fi. §. illud, ff. de bonis eo. qui sibi mortem consciuc.* Et potest iudex statim & in continenti ex suo officio, ipsum iniuriantē in tali loco, punire vel multare: *pro vt notatur in l. 3. §. præterea, ff. de suspec. tuto.* Imò etiam eum punit, qui in eundo ad tribunal iniuriatur: sed ad legitimum processum: *sic intellige l. qui dolo, §. 1. ad l. Iu. de vi pub.*

90 Sed de protestatione, quam faciunt aduocati (*Excusantur vtiq;, nisi esset notorium, quòd talia dicerent animo iniuriandi: vel si proposita non sunt vera, nec talia, vel talia, quæ nec partem protestantem, & proponentem non iniuriantur,*) quòd non velint animo iniuriandi proponere: & de eo, qui prosequitur ius suum, vide d. Iacob. *de Bell. in d. tit. de iniurijs, cap. 6. versi. Et pro tribunali, num. 5. vsq; ad finem.*

91 Quando & de quibus iniurijs, vno libello, vel diuersis possit agi, (*Si diuersæ iniuriæ vnico contextu dictæ sunt, vno libello proponi debent: secus si tempore diuerso, aut etiam actio diuerso iure ex his alicui nascatur: puta quia & suo & patris vel etiam hæreditario iure actionem habeat,*) idem *Iacob. in versi. falsarium, numer. 3. & in sequentibus: Angel. in tractat. Malefi. versi. verba iniuriosa & contumeliosa, dicendo multa bona in hac materia: tractat inter alia de Blasphemante in deum.* Bonifa. *de Vitellanis in tracta. de Malefi. in tit. de iniurijs,* benè hanc materiam prosequitur, quot scilicet modis irrogetur iniuria: facto nempe, verbis, & literis: declarat, per quæ verba, & per quas literas: docet, cui detur actio iniuriarum: ad quid competat: quæ dicatur iniuria atrox: quando dicatur remissa, & quandiu detur. ¶ Sed remissionem iniuriæ in foro conscientiæ, non operari in foro contentioso: nisi plenè sit facta, dixit Hippo. *de Marsi. in singula suo 246. Incip. remissio iniuriarum.*

Item per remissionem iniuriarum, non censentur remissa esse damna, & interesse, nisi de illis sit cautum: *Mynsing. in obseruat. 10. centu. 4.* 92

Is qui debitorem aliquem appellat, cùm non sit, iniuriarum tenetur: *l. item apud, 15. §. si quis non debitorem, ff. de iniur. Hartm. in obserua. tit. 28. obseruat. 2.* ¶ Inferentem iniuriam protestatione honoris, tam antecedente quàm subsequente non excusari, communi Dd. calculo receptum est. Protestatio enim contraria facto effectu caret: *l. si quis, 21. de acquir hær. Mascard. de probat. lib. 2. conclu. 902. vide Geyl. 2. obseruat. 101.* ¶ Et is, qui dicit: Mentiris, saluo honore tuo, iniuriarum conueniri potest: *Coras. lib. 6. miscell. 24. num. 2.* ¶ Si accusatus præmissa protestatione, testibus opponat crimina, & in probando succumbat, tenetur ne actione iniuriarum? *Bald. Angel. & alij negant in l. fin. ff. quod quisq; iuris,* alijs contrà visum est. *Geyl. 2. obseruatio. 101. num. 7. VVesenbec. consi. 22. num. 30.* 93

De omni autem iniuria potest agi criminaliter, aut ciuiliter: *Marant. par. 4. dist. 1. num. 9 & 10. 16. & seqq.* Quando agitur ciuiliter, iniuria ab actore æstimatur, & petitur, vt Iudex vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit: vel minoris, prout ei visum fuerit, ex facto, ex loco, vel ex persona: *§. pœna autem, & §. atrox autem, institut. de iniur. l. constitutionibus §. 1. ff. eo.* ¶ Si autem criminaliter agatur, officio iudicis extraordinaria pœna in corpus, aut pecuniaria fisco inferenda petitur: & pro qualitate delicti sententia fertur: *§. in summa, insti. de iniur. & l. vlt ff. eo. tit.* 94

Sed in iure Saxonico aliter est dispositum, Denn die Busse nach dem Sächsischen Rechte in solchen fällen höher nicht kommen kan/ denn auff dreissig Schillinge Pfenninge/ *Articu. 45. ibi. den Schoppenbb. ren freyen. l.b. 3. LandR. vnd dem Richter drey Schillinge Pfenninge zur wett, gl. est pulcher. in Art. 68. lib. 1. LandR.* 95

Daselbst

daselbst in der Glossen wird gezeichnet, das dennoch der iniuriante, zuuorwetten vnd zu vorbüssen schuldig sey, ein iegliche iniuria oder mißhandlung, so er auff verwantem fusse gethan: *allegat. tex. in c. 1. de pœnis, & Bar. in l. nunquam, ff. de priua. delic.*

Zu Breßlaw kan sich Iniuriant nicht ablegung der Sächsischen Buß nicht schützen/ sondern er wird neben gebührlichem Abtrag/ nach gelegenheit der Personen vnd deß verbrechens vom Rath andern zur abschew ernstlichen gestrafft. Et nota, quòd iure communi etiam possit agi, ad reuocandum per reum diffamationem, siue iniuriam sibi illatam: *habetur in additio. d. gloss. Art. 68. lib. 1. num. 4. circa finem, Mynsing. in commen. institu. tit. de iniur. §. in summa. Franc. de Platea in suo tractat. restitutio, in §. de restitutione. ibi habes practicam reuocationis. Dyasius in c. 111. in sua practica causa, spiritu. col. 1. ad finem sub Rubrica, sese de suis criminibus gloriantes,* & istam formulam agendi ad reuocationem verborum iniuriosorum, comprobauit *Carol. V. in Augustana Imperialis Cameræ ordinatio. refert Mynsi. in d. obs. 98. cent. 2.*

96 Sed quando sic ad reuocationem fit institutu, an sit ciuilis vel criminalis, *docuit Mynsing. in d. obseruat. 98. cent. 2.* & concludit per rationes: quòd potius ciuilis quàm criminalis æstimetur, (*Consentit Geyl. 1. obseru. pract. 65. vbi etiam concludunt, hanc cum actione ciuili ad æstimationem cumulari posse,*) *vide sententiam post Speculum Saxonicum, von klage vmb iniurien, fol. 557. Omnino in foro nostro Saxonico consulendus est Chilian. Koning. in practica sua c. 58. von der klage der iniurien, & ibi in additione.* Sed nota, infamans conuictus: quando dolosè & iniustè infamauerit: quòd fiat infamis: *gloss. 5. Art. 60. lib. 3. LandRecht. & gloss. Art. 68. lib. 1. Geyl. lib. 2. obser. 102.*

97 Sed quibus cautelis infamiam euitare possit: nempe quòd agat per procuratorē. Imò in actione iniuriarum non potest interuenire procurator: *Marant. par. 4. dist. 1. num. 51. habetur in l. honori parentum, ff. de obs. in l. ea quæ pater, C. ex quibus caus. irrogat. infa.* Et quomodo infamia in actione iniuriarum euitari possit, *eleganter docuit Geyl. in obserua. 102. lib. 2. obseruat.* (*Negant Dd. ob modicam iniuriam condemnatum, infamiā notari. Sed verior & magis communis opinio in contrarium est, licèt facilior sit restitutio. Cautela de procuratore non satis tuta est in Camera: quia etiam in dominum, qui nunquam in iudicio Cameræ comparuit, sententia ferri potest, idq; arbitrio iudicis permittitur: quanquam plerumq; ad euitandam infamiam in procuratorem ferri soleat. D. obseruat. 102. Sed & famam conseruari condemnato, stylus Cameræ permittit. Geyl. 1. obseruat. 65. n. 6. 7. 8. sed & is cui gratis iniuria remittitur, aut qui autore iudice transigit, infamiam euitat. Geyl. d. obser. 102.*)

Oder das der beklagte mit erlegung der Wette vnd Busse der klagen furkompt/ *d. gloss. arti. 68. lib. 1. LandRecht. Geyl. in obseruat. 103. d. lib. 2.* (*Etsi soluatur æstimatio post præstitum iuramentum æstimationis iniuriæ.*) ¶ Et præterea hæc actio iniuriarum verbalium expirat anno: nisi lis fuerit contestata: *Instit. de perpe. & tempo. actio, §. non omnes, & §. pœnales, tex. & gl. 8. Art. 31. lib. 3. LandRecht.* (*In Camera Imperiali sola citatione eiusdemq; reproductione, absq; contestatione iniuriarum, actio perpetua fit. Geyl. 1. obs. pract. 64. num. 8.*)

Sed actio iniuriarum ciuilis, descendens ex lege Cornelia, quòd sit perpetua & non annalis, *habetur in §. Sed & si lex, institu. de iniur. & quòd sic iudicatum sit in Camera, refert Mynsing. in obseruat. 84. centu. 1. & ibi simul de iniuriarum taxatione.* 98

Aliqui in contrarium volunt, quòd omnes iniuriæ, tam ex lege Cornelia, quàm prætoria descendētes, anno præscribantur, de iure Saxoni. *Schurff. consi. 12. cent. 1. num. 5. in fi. Chil. König. in suo processu. c. 59. VVesenb. in par. ff. de iniur. nu. 15. Schneid. in comment. inst. de iniur. §. sed & lex Corn. num. 3.*

Sed *in constit. Elect. Saxon. Art. 46. par. 4. constitutum est*, quòd verbales præscribantur anno: similiter reales minùs atroces, also in die Erbgerichte gehören: Secus in magis atrocioribus: quia præscribuntur saltem 30. annis, vno anno & die. Simile procedat in famosis libellis. in alijs autem scripturis iniuriosis præscribatur, sicut in verbalibus. ¶ Item an iniuria verbalis, honoris præfatione vel protestatione tollatur, *vide Geyl. in obseru. 101. lib. 2.* (*Non tolli tradidit.*) 99

Quando agitur criminaliter, tunc pœna arbitrio iudicis æstimanda relinquitur, & vsq; ad mortem extendere potest: *Men. de arbitr. iudic. quæst. cas. 763.* ¶ Cùm ratione personæ, dignitatis, loci &c. iniuriæ æstimentur. ideoq; grauior est iniuria ratione personæ, & dignitatis, & hinc atrociùs punienda: *arg. l. Prætor. §. vlt. ff. de iniur. Petr. à Plere in epit. delictor. lib. 1. c. 6. n. 3. & seqq.* Atqui iudex tali casu pœnam, secundùm qualitatem loci, personæ & dignitatis iniuriati, non modò de iure ciuili. *l. fin. ff. de iniur.* sed etiam de iure Saxon. moderatur: Chil. König. *in suo proceß. cap. 58. num. 2.* ¶ Si iudex, coram quo actum fuit actione iniuriarum, nimis coarctauit æstimationem iniuriæ: vltra modum taxando, secundùm eius qualitatem vel pœnam alterando, & leniùs puniendo: posset iterum agi contra iniuriantem, vt teneatur ad satisfactionem: *Marant. par. 4. dist. 1. n. 20.* 100

Si officialis non comoratur in curia Regis, & fit ei iniuria ex odio particulari, non quando exercetur officiū, cessat pœna duplicata: quia iniuria videtur facta vt priuatæ personæ: *Marant. par. 4. dist. 1. n. 71.* 101

231 De arbitro & arbitratore: *idem Specul. in toto titu. de arbitro & arbitratore*, quid sit arbiter: quis possit esse arbiter: super quibus, & à quibus possit eligi: in quibus differat à iudicibus: qualiter arbitrium finiatur: de exceptionibus contra arbitrum & arbitriũ: de forma compromissi arbitrij: tradidit, & alias quæstiones vtiles inseruit: *de quibus omnibus est videndus Specul. in hoc tit.* tandem prosequitur Rubricas de iurisdictione omniũ iudicum: & de officio omnium iudicum: & ibi quatenus iudex ad implorationem officium suũ possit interponere, vide: sed quia dixit de iudicibus, eorũq; iurisdictionibus & officijs, subnectit de recusatione iudicis, & docet, quid sit recusatio, quis possit recusari: Ex quibus causis, quando recusatio fieri possit, qualiter fiat, & quis sit recusationis effectus, *Spec. titulo de recusatione.* Et sic saltem præcipuam materiam iudicum remissiuè habes notatam. ¶ Von Richtern / Vrtheilern vnd Gerichts Personen / als Gerichtsschreibern vnd andern: wie dieselben qualificirt sollen sein / vnd das auch Edle vnd Gelehrte dazu gebraucht werden mögen: *præscribitur in constitu. crimina. Caroli V. Arti. 1.*

Camera Imperialis, in quibus casibus in prima instantia sit iudex competens: *vide, quæ notauit eleganter Geyl. in obseru. 1. lib. 1. in 2. obseruat. sequenti docet, quando turbans religionis pacem in Cam. conueniri possit.* Item ex constitutione Imperij, super pace publica immediatè fundari iurisdictionem Cam. *notauit in obseruat. 3. d. lib. 1. in prin.* 232

Sed si de feudo Imperij controuersia fuerit, an Cam. sit iudex competens: *notauit idem Geyl. in obs. 29. (vbi respondet, quòd sic præuentionemq́; locum habere, nisi Ducatu aut Comitatu contentio sit, &c.) & in seqq. lib. 1. docet de capitulo cathedralis Ecclesiæ, an in Came. conueniri possint. (Negatur, sed coram episcopo conueniendi sunt: nisi sede vacante episcopum repræsentent, vel sint collegia libera & immediatè Imperio subiecta, vel denique habeant bona immediatè Imperio subiecta.)* ¶ Quòd autem iurisdictio fundetur ex narratis supplicationum, item ex continentia causarum, *docuit Geyl. in obserua. 31. & 32. lib. 1.* ¶ Iudex semper æquitatem ante oculos habere debet: *F. Schenck. in §. vlt. tit. de success. fratr. vel gradib. succed. in feud. in usib. feud. lib. 2. num. 5.* 233

Sed nota vlteriùs, iudex dicitur bonus vir, & nominatur dominus, debet timere Deum: de iuramento & incompetentia eius, *vide Chil. König. in suo processu c. 3. Von dem ordentlichen Richter.* Et de iuramento iudicis maleficiorum, *habetur in constitu. Car. V. Art. 3.* ¶ Et regulariter præsumitur pro decreto iudicis: quod tamen intelligendum de iudicibus maioribus, non autem de Baiulis, minimis & pedaneis: *Rober. Maranta in 6. parte sui ordi. iudicia. cap. de iuramen. eius differentia & vsu, num. 21.* ¶ Sed an iudici volenti executionem facere sententiæ iniustæ, seu per appellationem suspensę, possit quis resistere, etiam manu militari: *docuit Maranta in prima sua disputatione incip. plerumq; contingit. (Distinctionibus atq; subdistinctionibus respondet, quæ eò redeunt, vt si manifestè iniusta sit, & contra iuris formam, resisti ei possit.)* 234

Sed neque extra territorium iudex sententiam suam exequi potest: sed iudex istius territorij, ad eius literas requisitoriales sententiam tenetur exequi in ciuilibus, licet sciat eã iniustã: *Maran. in dicta disputatio. sua 1. num. 8. & vide Artic. lib. 1. Landrecht. Wie eine Obrigkeit der andern die Hand zu reichen schuldig. Et Schurffius pulcherrimè consil. 33. centur. 1.* 235

Gene-

Generaliter enim iudex extra territoriū suæ iurisdictionis, nullum habet imperium. *l. fina. ff. de iurisdict. omn. iudi.*

236 Nota, quòd prohibitus excipere, iudicis officium posit implorare: *notat Hippo. de Marsi. in pract. sua crimi. §. oportunè in num. 55. & insequen. & in singula. suo 88. incip. stante statuto, Rolandus à Valle in cons. 1. num. 55. & in sequentib.* ¶ Et officium iudicis, quòd deseruiat in possessorijs, *vide commentaria Menochij de retinen. recup. & adipis. possessi. vbi semper loco vltimi remedij in quolibet commentario diligenter explicauit iudicis officium, & potest implorari sine magno apparatu, strepitu vel figura iudicij: vide ibi, quia sunt valdè bona.*

237 De iudice, qui malè iudicauit, quæ sit pœna eius: etiam ad interesse læsæ partis, posito, quòd fecerit per imprudentiam, errorem, vel dolum, *vide Barto. in disputatione sua 9. incipien. iudex per imperitiam. Notauerunt textus, glossæ, Angel. & alij Dd. Insti. de obligatio. quæ ex delicto nascuntur, in prin. l. fina. cum glossa, §. de varijs & extraordinarijs cognt. l. ex maleficijs, ff. si iudex, ff. de actio. & obliga. & l. fi. C. de pœ. iudi. malè iudican.* & maximè iudex maleficiorum abstineat à festinatione, cuncta rimetur, & defensiones rei audiat benignè, etiam post conclusum in causa: à muneribus abstineat: & potius peccet in misericordia, quàm in seueritate: *de quibus monet iudices maleficiorum, Hippo. de Marsi. in pract. crim. §. occurrit per totum. Et monentur in Artic. 1. in constitut. Caroli V. Decianus pulcherrimè in cons. 24. volum. 3.*

238 Et quòd debeant iudices & officiales puris esse manibus, & se abstinere ab omni acceptatione: cùm auaritia reputetur mater omnium malorum, *dixit Hippo. de Marsi. in singula. suo 190. incip. iudices seu alij.* ¶ Sed quibus casibus & quando iudex posit aliquid recipere, (*Cùm videlicet Salarium non habet, loco remunerationis ei aliquid præstari potest: esculenta item & poculenta oblata recipere: non verò, vt iustitiam administret, vel non administret quicquam accipere potest.*) *notauit eleganter Mynsinge. in obserua. 75. centu. 2.*

239 Et tandem, iudex debet iudicare non secundùm suam conscientiam, sed secundū allegata & probata: *l. illicitas, §. veritus, ff. de offi. præsidis. habetur in c. pastoralis, §. quia verò de offi. delegati. sed notauit Hippo. de Marsi. in singul. suo 266.* ¶ Quòd tamen iudex aliquando posit moueri ad sic iudicandū, ex aliquo coram se acto, licèt non sit in actis scriptum, & deductum, credo quòd posset defendi: saltem in absoluendo, reperta fortè accusati vel inquisiti innocentia, non autem in condemnando: *vide Mynsinge. in obserua. 30. centu. 2. volens, quòd saltem ex actis de causa mutationis (pœnæ) constet.*

Et in quibus iudex posit supplere, *notatur in titu. C. vt quæ desunt aduocatis. Nota & cogita.* ¶ *Tenet Petrus à Duen. in regulis fallen. regula 446.* quòd iudex debeat iudicare secundum allegata & probata: sed limitat quinque modis. Et ferat sententiam iudex legi, statuto & consuetudini conformem: *Alexan. de Imo. in Authen. iubemus, C. de iudicijs, & Geyl. in obseru. 36. lib. 1.* ¶ Non dicat sententiam ex propria ceruice, sed cum consensu, consilio & deliberatione omnium suorum assessorum: *Ange. de maleficijs in vers. de consensu & deliberatione omnium suorum iudicum, Specula. in tit. de requisi. consili. Bruno à Sole in suo consilio criminali, num. 117. Et iubet constitutio criminalis Caroli V. & sic iudex procedit & iudicat sine periculo.* 240

Sed quòd iudex propter denegatam iustitiam, vel negligentiam in administranda iustitia, priuetur officio: qualiter autem hoc fiat: itē quòd posit ab ipso appellari, *docuit Geyl. in obseru. 28. lib. 1. obseru. Cam. Imp.* 241

De Iudicijs.

Secundùm Dn. Robertum Marantam, in suo tractatu de ordine iudiciorum, in 1. parte: videre licet, quot & quib. modis iudicium accipiatur: vbi quoq; dicit, quòd vltimum Iudicium futurum sit prope montem Oliueti in Valle Iosaphat. ¶ Quæ posint contra communem Iudicij definitionem opponi, & quomodo illa posit saluari, *vide Marant. par. 2. n. 2. 3. 4. Alciat. in præsum. aur. in princ.* ¶ Dirigere autem vult principaliter hanc materiam auctor ad primum modum: qui est, quòd accipiatur pro ipso actu trium personarum, videlicet iudicis, actoris, & rei: *& ita accipitur, ff. & C. & ext. de iudicijs, & in c. forus, de verbo. sign. Et huic definitioni inhæret Ioan. Andr. in addi. prima, in prin. ad Specula. in tit. de actore, sed Rober. Maran. in parte 2. ordi. sui iudicia. deducit & declarat quinque iudicij definitiones.* Et de septem causis, scilicet de causa materiali, de causa efficiente, de causa formali, de substantiali, naturali, accidentali, & finali, quæ constituunt iudicium, *pulcherrimè docet, & ibidem, num. 16. & in sequentibus, subiungens istarum causarum renunciationes.* Et tandem examinandæ erunt, secundùm prædictum Dominum Marantam, interdum etiam aliqua addendo, iudiciorum distinctiones sequenti modo. 242

Quomodo autem quodlibet iudicium in sua materia & specie practicetur, in iudiciū deducatur & proponatur, *vide Oldendorpium in suis classibus actionum. Ferrariensem in sua practica. Speculato. in tit. de actione remittendo ad cuiuslibet actionis sedem per totum opus suum, processum iudicialem Panormitani.* 243

Ange-

Angelum, Schneidewinum, & alios Dd. præsertim ad titulum Institutio. de actionibus. ¶ Et modum in iudicijs procedendi, etiam in foro Saxonico, *præscribit Chil. Kön. in sua pract. Georg von Rotschitz, Petrus Termineus, & alij.*

I. *Distinctio iudiciorum est.*

244 IVdicium aliud est Ciuile, aliud Criminale, & aliud Mixtum.

Ciuile dicitur illud, quando principaliter agitur ad commodum priuatum, siue talis causa descendat ex delicto, vel ex contractu. Criminale verò dicitur, quando principaliter agitur ad commodum publicum, ex delicto tamen, seu ad vindictam publicam. Hinc est, quòd si quis ex delicto venit puniendus corporaliter, ad publicam vindictam, dicitur causa criminalis: quia ex tali pœna corporali nullum commodum sentit priuatus.

245 Item si aliquis pro delicto venit puniendus, pœna pecuniaria fisco applicanda, dicitur causa criminalis: si verò parti, dicitur causa ciuilis: *Barto. & tex. in l. licitatio, in prin. §. quod illicitè, ff. de pub. Declarat quædam: Angel. de maleficijs in verbo dandis & soluendis generali Camerario.* ¶ Sed de differentijs earum, *vide Dn. Rober. Maran. in suo ordi. iudi par. 4. in 1. dist. iudicio. num. 2.* ¶ Enumerantur istius cognitionis vtilitates, *ibidem num. 33.*

246 Sed *notatur per tex. l. absentem, ff. de pœnis,* quòd in criminalibus procedatur ad similitudinem causarum ciuilium: in materia autem torturæ differre causam ciuilem à criminali: *iuxta traditiones Hippo. de Marsi. in practi. sua criminali, §. expedita, & ibidem num. 63. versi. differt enim, colligit 14. differentias causarum ciuilium & criminalium: quas si quis examinauerit, non sine vtilitate fiet: & dicit hic Hippolitus, quòd alibi non ita sint collectæ.*

247 Nota, Wie ein Peinlich gerichte/mit Richtern/ Vrtheilern vnd Gerichtspersonen solle vnd müsse bestalt werden: vnd wie die sollen qualificiret sein/ das auch Edle vnd gelahrte Leute dazu gebraucht werden mügen: Ja das die Junckern/ oder ander/ so die Peinliche Gerichte innehaben/auch dieselbige in eigener Person/ihrem Ehrenstande vnschedlich/die Gerichte sollen besitzen vnd bestellen/ *habetur in constit. crim. Carol. V. Art. 1.*

248 Jm nothfall sollen sie mit andern Personen bestellet werden/mit zulassung des Oberrichters: *Art. 3. in const. crim.* Wie aber ein Richter sein Peinliches nothhalsgericht recht hegen/vnd der Kleger furkommen/ das Zettergeschrey vollenführt/ das Leibzeichen furgebracht / vnd die Peinliche Klage angestalt werden: vnd wie der Kläger wiederumb vom Gerichte kommen soll/ alles nach dem gebrauch Sechsischer Rechte vnd Landart: Wie man das Peinliche Nothhalsgerichte wiederumb auffgeben soll / vnnd wie die Mißhendler in die verfestung oder Acht bestendiger weise mögen erklaget werden: mit erklärung der vnterschied / in vbernächtiger vnd vnvbernächtiger That: vnd endlichen wie der verfeste Mann sich wiederumb aussiehen / vnd zu seinen Rechten kommen soll: *tractirt, notirt Chilianus Köning hinter seim Gerichtlichen Proceß, ibi vide von proceß in Peinlichen Gerichten.*

Causa mixta est, quando agitur simul ad vindictam publicam, & ad prosecutionem rei familiaris: *declarat Maranta per exempla, & dicit num. 5. quatenus vna actio tollatur per aliam: de cumulatione ciuilis & criminalis actionis dicit sic, nu. 20. Hic non intentetur iudicium ciuile & criminale æquè principaliter: sed debet accusator principaliter agere criminaliter, petendo reum puniri criminaliter, & deinde incidenter per officium iudicis petere rei restitutionem: aliàs, si æquè principaliter ageret, non procederet libellus: quia esset contra l. interdum, cum ibi nota. per Bart. & Dd. ff. de pub. iudi.* 249

Quomodo autem iste libellus saluetur, *notat hic Maranta. num. 22. potes hic per d. Marantam videre multum vtilia, & colligere per alios Dd. &c.* quomodo quælibet actio ciuilis à criminali, & econtrà criminalis à ciuili cognoscatur, vnaque ab alia discernatur: & in criminali quid requiratur in delinquente, vt deueniatur ad pœnam ordinariam. 250

Certi & indubitati iuris est, capi & incarcerari aliquem posse, cùm indicia firma adsunt: vt in casu, quando confessio criminis socij adest: quæ confessio socij tamen, licèt indicium contra Reum delatum faciat, ita vt hic incarcerari queat: non sufficit tamen per se sola, nullis alijs adminiculis seu coniecturis concurrentibus, ad instituendam torturam: *l. fin. C. de accusat. l. 4. C. de quæst. Menoch. arbitr. iud. quæst. lib. 2. c. 474. num. 42. Iber Decian. tractat. crim. lib. 9. c. 34. n. 30.* & sic multò minus, omnino ad pœnam imponendam, per se satis est: cùm iure constitutum sit, quòd nemo ex præsumptionibus etiam vrgentibus ac violentis condemnari debeat: *l. si quis adulterium, C. ad l. Iul. de adult. l. consiliarios, C. de assess. l. excipiantur, ad SC. syllan. l. 16. C. de pœn. Peinliche Halsgerichtsordnung, Arti. 22. Nicol. Eberhard. in præamb. top. legal. num. 8. VVesenbec. in parat. de adulterio, nu. 17. & in parat. de probat. num. 14.* Posito hoc, & probato: Reum ob confessionem alicuius morituri vel torti captum, non posse pœna plecti, alijs probationibus deficientibus: sed tantùm ex tali confessione oriri malam præsumptionem, non excludere contrariam probationem, sed magis per hanc tolli: admittit enim in contrarium præsumptio probationem, & ideò non probatio, 251

sed

sed præsumptio dicitur, quæ probatione ex rei veritate falsa demonstrari potest: *Pet. Gre. in syntag. iur. lib. 48. c. 11. num. 7.* vnde etiam hoc: Reum præsentem (qui si ius nostrum inspiciendum sit, magis in totum liberandus, ac dimittendus esset, cum enim delictum, quod luce meridiana clariorem demonstrationem & deductionem per se requirit, præsenti casu non sit probatum, nec sufficientia indicia ad torturam adsint, non video, qua ratione alterius carcere detineri queat,) videlicet cum sua contraria probatione omnino admittendum, & audiendũ esse: cùm defensio nec diabolo quidem deneganda sit, & omni iure concedatur, tam humano, quàm diuino, ideoq; & peccare dicatur, qui se non defendit: *Hip. Marsi pract. crim. §. cogniturum, num. 37. c. 56.* imò quomodocunq; licitum, vitam suam defendere & redimere: *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. mort. sib. consciu.* & aliàs etiam concessum Reo, in quacunq; causa onus probandi in se recipere: *l. circa, vbi gloss. & Br. ff. de probat. gl. in l. fin. C. fals. Conrad. Cancell. de offi. præto. in causs. ciuil. C. de probat. num. 34.*

II. Distinctio est.

252 Aliud Iudicium est capitale, aliud non capitale. ¶ Iudicium capitale est illud, quando pœna capitalis venit imponenda: quibus casibus autem pœna capitis veniat, *notat hic Maran. vsq; ad nu. 4.* ¶ Iudicium non capitale dicitur omne iudicium, in quo nõ irrogatur aliqua ex pœnis capitalib. Et nota: omne iudicium capitale est criminale, Sed non omne criminale est capitale: vnde iudicium criminale se habet vt genus, capitale verò vt species: *l. si quid earum, §. interemptum, ff. de leg. 3.* pœna relegationis, vel quæ est minor relegatione.

253 Item pœna banni sine bonorum publicatione, quælibet sola per se, non censetur capitalis: secus si pœna duplicetur, & sic propter duplicationem fiat maior relegatione: *in hac secunda distinctione habes textus & glossas passim in iure ciuili sparsos.* ¶ Was zu Leib vnd zu Leben/auch was zu Haut vnd zu Har gehet: *vide textus, & ibidem notata Dd. in titu. de pace iuramen. firma. & eius violato. & in iure Saxonico, Art. 13. lib. 2. LandRecht.*

III. Distinctio.

254 Iudicium aliud personale, & aliud reale, aliud mixtum. Actio personalis dicitur illa, quæ dirigitur contra personam, & non potest ab ossibus eius separari: *l. Quia ergo, ff. de pecul.* Non sequitur rem, neque transit contra singularem successorem: *l. 1. §. si hæres percepto, ff. ad Trebel. l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. Dec. in consi. 48. num. 17. vol. 1.*

Iudicium reale illud, in quo agitur actione reali, puta: rei vendicatione, vel hypothecaria: & hoc iudicium sequitur rem penes quemcunque vadat, & datur etiam cõtra singularem successorem: *l. 1. C. de alie. iudi. mu. cau. facta.* ¶ Iudicium mixtum dicitur illud, in quo agitur actione mixta, quæ sapit naturam actionis personalis & realis: *declarat sic Marant. per exempla, quæ actiones tanquam mixtæ possint intentari.* 255

In iudicio personali debemus assignare causam obligationis, ex qua appareat, reum esse obligatum, & quæ præsupponit obligationem rei: *l. 2. §. circa, & ibi gl. ff. de except. doli.* 256

In iudicio reali duo extrema sunt deducenda & probanda, dominium ex parte agentis, & possessio ex parte rei conuenti: his duobus probatis obtinet agens: *l. in rem & l. officium, ff. de rei vendi. l. 1. C. de alie. Iu. mu. cau. fac.*

Et nota, quòd in rei vendicatione directò debet probari de dominio: ita quòd non sufficit de titulo, sed etiam de dominio sui auctoris: *Alex. in consi. 98. volum. 2.* secus autem in petitione hæreditatis, vbi sufficit probare, rem fuisse in bonis defuncti: *Bart. & Dd. in l. hæreditatis, C. de peti. hæred. & Art. 5. in fine, lib. 1. LandRecht.* 257

Quomodo autem de dominio & possessione possit probari, potest colligi, *per textus, glossas & Dd. ex tit. de causa possess. & proprieta. in tit. ff. de acqui. possess. & de acqui. re. domi. Institut. de rerum diuisio. & in similibus.* ¶ Et qualiter de dominio, præsertim in antiquis in rei vendicat. & publiciana, & de identitate bonorum sufficienter dicatur probatum, *consuluit Decianus consil. 87. volum. 3. per totum*, ita quòd nõn solum de suo, sed etiam de authoris sui titulo probet. Item quòd directò fiat probatio, *Maranta in 4. par. 3. distinct. iudic. princ. num. 4. gloss. magna in l. cum res, C. de probat. l. & quæ nondum, §. quòd dicitur, ff. de pign. l. cum publiciana, ff. de publ. in rem act. l. ad probationem, et l. 1. C. de probat.* 258

Sed actione reali, vel mixta, colonus, superficiarius, vsufructuarius, vel Vasallus, vel emphyteuta conuictus, quatenus liberetur per nominationem domini, *vide ea, quæ optimè notauit distinguendo Mynsing. in obseruat. 58. cent. 2. obser. (Detentor, vel ius in re habens, vt vasallus, si super iure quoq; domini conueniatur, habet nominationem: secus, si tantùm super iure suo seu vtili dominio.)* ¶ Et de auctoris nominatione in actione reali, *vide eundem Mynsing. in obseruatio. 24. cent. 3.* De iuris personalis & realis distinctione, *VVesenb. in cons. 39. part. 1.* 259

IIII. Distinctio.

260 IVdicium aliud est vniuersale, aliud generale, & aliud particulare. ¶ Vniuersale dicitur illud, in quo agitur actione vniuersali: prout est iudicium petitionis hæreditatis. Nam hæreditas continet vniuersum ius: *l. nihil, ff. de verb. significat. notaui supra in lit. H. paragrapho de hæreditate.* Item iudicium dotis: *Bart. in rub. col. fin. ff. sol. matr. in §. de dote.*

261 Generale est illud, in quo deducitur actio generalis: prout est actio tutelæ, pro socio: *de quibus in literis T. & S. de tutoribus & de societate.* & similis: quia sub vna actione comprehenduntur plura capitula: puta administratio olei, vini, frumenti. *Ita declarat Spec. in tit. de actio. & peti. §. sequitur, colu. 12. vers. & nota, & vers. differt.*

262 Particulare est, quod comprehendit tantùm vnam rem: prout est rei vendicatio, actio ex empto, ex deposito, vel similis: *ita Spec. in loco supr. allegato.*

V. Distinctio.

263 IVdicium aliud ordinarium, aliud delegatum. ¶ Ordinarium dicitur, quod ventilatur coram ordinario: *de quo totus titulus extr. de offi. ordina.*

264 Delegatum est, quod ventilatur coram iudice delegato: *de quo loquitur titulus de offi. delega. & ff. de offi. eius cui manda. est iuris.*

265 Quis autem dicatur iudex ordinarius, & quis delegatus, & quomodo cognoscatur vnus ab alio, & in quibus differant: & de iurisdict. ordinaria, vel delegata, *vide hîc plenissimè Robert. Marant. quia ibi istius materiæ sedem quasi posuit, & poteris colligere ex alijs Dd. & ex Canonistis, vide quæ notaui supr. de iudice.*

VI. Distinctio.

266 IVdicium aliud conuentionale, aliud reconuentionale. ¶ Conuentionale est illud, in quo prima conuentio deducitur. Reconuentionale est, in quo deducitur secunda conuentio, quæ fit ex aduerso per reum contra actorem: *de quo loquitur l. Papinianus, cum Authen. & consequenter, C. de sent. & tot. tit. ext. de mu. peti.*

267 Et nota hîc per Do. Marant. materiam compensationis & reconuentionis benè tractatam: *& Art. 12. cum add. & gloss. lib. 3. LandRecht, vbi habetur, quòd de iure Saxonico reconuentio non habeat locum: nisi conuentione penitus finita. Pulcherrimè, quomodo & de quibus causis sit intelligendum, declaratur in constitutio. Electo. Sax. Art. 7. par. 1.*

268 Conuentionem non semper simultaneè expediri, *notauit Mynsinge. in obseruat. 10. cent. 1. (Si videlicet non liqueat pariter de vtraq; causâ, vel reconuentor non pergat in reconuentione.) Decianus in consi. 99. volum. 2. ibi consuluit, reconuentionem non esse admittendam, post confessionem primo loco conuenti, saltem ad retardandam expeditionem primæ conuentionis: & ibi vide bona de non admittendo cauillantem, calumniantem & iudicium protrahentem.*

VII. Distinctio.

IVdicium aliud est petitorium, aliud possessorium. ¶ Petitorium dicitur illud, in quo principaliter agitur de proprietate seu dominio alicuius rei, puta: vbi agitur rei vendicat. *c. pastoralis, ext. de cau. & poss. pro.* 269

Possessorium iudicium est, vbi agitur de mera possessione. ¶ De remedijs possessorijs, & de tota materia possessorij, *vide hîc Marantam, & commentaria Menochij de adipiscenda, recuperanda & retinenda possessione: & ibi in tractatu de recuperanda possessione, inuenies de cumulatione possessorij & petitorij iudicij: & notant Dd. in l. ordinarij, C. de rei vendi. & Bart. in l. nihil commune, §. naturaliter, ff. de acquir. poss.* Tanta etiam petitorij & possessorij est connexio, quòd commisso possessorio in genere, etiam intelligatur commissum petitorium: *Geyl. in obser. 35. num. 11. lib. 2.* 270

De modo libellandi & probandi in solo possessorio vel petitorio, seu cumulando petitorium cum possessorio recuperandæ. Et quomodo ex conclusione & probationibus quodlibet coniunctim vel diuisim intentatum intelligatur & cognoscatur, *docuit consulendo VVesenb. in consi. 21. par. 1.* 271

Quando cumulatum est possessorium & petitorium, probans in petitorio de tit. & possess. iuniori, præfertur probanti de possess. antiquiori sine tit. secus in merè possessorio: *Alex. de Imola. in consil. 130. volum. 5.* 272

Item venit notandum, quòd victori in possessorio fructus percepti debeantur, etiamsi in petitorio succumbat: *Geyl. in obseru. 63. num. 11. lib. 1. allegat. gloss. c. cum super, in verbo restituendum, de caus. possess. proprie. Felin. in c. significauerunt, de test. num. 6. Alex. consi. 45. num. 1. volum. 3. & consi. 159. volum. 5. incip. in cau. & lit. vbi omninò vide. Et ex d. commentarijs & notatis potest plenè videri de huiusmodi interdict. poss.* 273

VIII. Distinctio.

ALiud iudicium competens, aliud incompetens. ¶ Competens dicitur illud, quod ventilatur coram iudice competenti. Incompetens dicitur, quod tractatur coram iudice incompetenti: *de quo habetur toto titu. C. si à non compe. iudi.* 274

Dicit

275 Dicit autem hîc remissiuè Maran. quòd ex quàm plurimis causis iudex dicatur incompetens. Et econtra, quòd in casibus iudex incompetens efficiatur competens, *vide Maran. & vide ad hæc repeti. Hippo. de Marsi. ad l. fi. ff. de iuris. omni. iud. & referri huc possunt ea, quæ notaui in lit. F. versic. de foro.*

IX. Distinctio.

276 Aliud dicitur ordinarium, aliud summarium. ¶ Ordinarium dicitur illud, quod ordinariè tractatur, iuris ordine seruato: scilicet, præcedente libello, interueniente litis contestatione, & conclusione, & cum alijs solennitatibus Iuris positiui in iudicio requisitis: *de quibus habetur in l. 1. & Authen. offeratur, C. de litis contest. per Barto. & Dd. in l. prolatam, C. de sentent. c. quoniam contra. extr. probat.*

277 Summarium est illud, quod summariè tractatur sine solennitatibus prædictis: *de quo habetur in cle. sæpe, de verb. signi. & per Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo & summariè, & in verbo & figura, & per Bald. in l. iudices, C. de iudi. Et materiam iudicij summarij, vide hic optimè à D. Maranta tractatam, & quæ dicantur causæ summariæ, per ordinem incipit enumerare, num. 42. vsq. ad finem.*

X. Distinctio.

278 Aliud iudicium est ordinarium, aliud extraordinarium. ¶ Ordinarium dicitur illud, in quo agitur aliqua causa ciuilis vel criminalis, intentata per viam competentis actionis, vel accusationis: & in qua venit irroganda pœna ordinaria à lege, vel statuto expressè inducta. Omnia ista verba ponuntur ad differentiam iudicij extraordinarij.

Iudicium extraordinarium potest multipliciter intelligi.

279 1. Potest dici iudicium extraordinarium, omne iudicium summarium vel executiuum, in quo non seruatur ordo iuris: vt ideò dicatur extraordinarium: quia fit extra iuris ordinem: *Specu. in tit. de offi. omn. iud. §. postremò, versic. quarto loco.*

280 2. Dicitur extraordinarium iudicium, vbicunque non est prodita aliqua actio ad aliquid exequendum: sed prætor ex sua potestate & officio illud exequitur, siue manu militari, siue captis pignoribus, siue mulcta indicta, vel alijs remedijs prætorijs: *l. qui restituere, ff. de rei vendi. l. si quis sepulcrum, ff. de religio. Spec. in tit. de officio om. in §. postremo, col. 3. in fin. vers. secundum genus.*

281 3. Vbicunque generaliter super aliqua causa imploratur officium, in locum deficientis actionis. *Exemplum est in l. Quintus, ff. de annuis legat.*

4. Quando pro crimine venit pœna extraordinaria, puta arbitraria, imponenda: quia pœna legis vel statuti non est ordinata: *vt habetur toto tit. ff. de extra. crimi.* 282

5. Quando agitur per viam inquisitionis sine accusatore: *Bal. in l. etiam. C. de furtis.* 283

6. Generaliter potest dici Iudicium extraordinarium omne iudicium criminale, *vt probatur in l. 1. §. fin. ff. de pœnis Maranta.* 284

XI. Distinctio.

Aliud seculare, aliud ecclesiasticum iudicium. Seculare est illud, quod ventilatur coram iudice seculari. Ecclesiasticum, quod ventilatur coram ecclesiastico. 285 *Et vide hic secundùm Marantam de quibus cognoscat iudex ecclesiasticus, & circa quæ possit se intromittere. Et num. 34. incipit tractare, quibus casibus Iudex laicus possit iurisdictionem suam exercere contra clericos, num. 3. vide ibi. Et Petrum à Duen. in regulis fallentiarum, regula 428. dicentem: Iudex laicus non potest clericum iudicare: c. cùm non ab homine de iudi. ratio est, quia Sacerdotes dij appellantur, 11. q. 1. c. Sacerdos: ampliat ibi tribus, & limitat decem modis: tres posuit fallentias glossa in c. tua, el. de decimis in verbo de spiritualibus, plures glossa, in c. principes seculi, 23. q. 5. in verbo intra ecclesiam.*

Sed clericus inquisitus de delicto, quatenus possit declinare forum seculare, vel non, 286 *notauit Ioan. de Arno. in singula. suo 29. incip. volo tibi, quibus casibus possit trahi ad iudicem laicum, docuit aliqua Mynsing. in obseru. 22. cent. 1. obseruat. Cameræ Imper. & Geyl. in lib. 1. obseruat. obseruat. 37. (Vide supr. verb. clericus.)*

Wie aber eine Obrigkeit der andern/ vnnd 287 in was fällen die Geistliche der Weltlichen/ vnd die Weltliche der Geistlichen die Hand zu reichen/ vnd hülffe zu thun schuldig sey/ *habetur & notatur Art. 1. lib. 1. LandRecht. ibidem in add. & glossis.* ¶ Item iure Cameræ Imperialis, quomodo iudex ecclesiasticus pro executione facienda, brachium seculare inuocare possit & compellere: *vide Geyl. in obseruatio. 115. lib. 1. obseruat. (Modò prius ecclesiasticus pro executione suæ sententiæ omnia fecerit, quæ facere potuit.)* De iudicio ecclesiastico tractando, processu habendo, & cognitione in illa: & quòd declaratio neque admittatur, sed pro executione sententiæ debeat iudex secularis facere executionem, statutum est in regione Anhaldina, *referente Articu. 2. in constitutio.*

XII. Distinctio.

Iudicium aliud est ordinariũ, aliud prorogatum. 288 Iudicium ordinarium est illud, quod agitatur coram iudice ordinario cõpetenti, vel delegato à superiore, inter certas personas, vel limitato in certo territo-

rio, quando agitur per subditos suæ iurisdictionis. Iudicium prorogatum est illud, quod ventilatur inter partes coram iudice, non suo principaliter, tamen adito de consensu partium: *de qua materia tractatur plenè in l. 1. & 2. ff. de iudi. & in l. si conuenerit, ff. de iuris. omn. iu. & in c. significasti, de fo. compe. & in c. P. & G. de offi. delega.* ¶ Et vide hîc optimã materiam de iurisdictionis prorogatione, per Marantam, *Hippo. de Marsil. in singula. suo 227. incip. per dationem.*

XIII. Distinctio.

289 ALiud temporale, & aliud Spirituale. Temporale dicitur, vbi agitur de re temporali, puta, de fundo, equo, pecunia, & simili, cuius rei capax est laicus.

Iudicium Spirituale est, vbicunque agitur de aliqua re spirituali vel annexa spiritualitati: & istud non potest fieri, nisi in curia ecclesiastica: *Br. in l. Titia, ff. solut. ma. & in l. quoties, C. de iu. Et ibi vlterius de causis spiritualib. est videndum secundùm Marantam.*

XIIII. Distinctio iudiciorum est:

290 IVdicium aliud est iurisdictionale, aliud arbitrarium, id est, coram arbitro. Iurisdictionale est illud, quod agitur coram iudice iurisdictionem habente, siue sit iudex ordinarius, siue sit delegatus.

Arbitrarium dicitur, quod ventilatur coram arbitro: *& ibi iuxta Marantam de tribus arbitrorum speciebus vide. Referenda huc sunt, quæ notaui in litera A. versic. de arbitris & arbitrato.*

XV. Distinctio.

291 ALiud est delegatum, aliud subdelegatum: *remittit Maranta ad ea, quæ notauit in 5. Distinctione. Tamen sic diffinit: delegatum est, quod ventilatur coram Iudice delegato. Subdelegatum, quod agitur coram iudice qui fuit delegatus à delegato: de quo in l. à iudice, C. de iudicijs, & in tit. extra de officio delega.*

XVI. Distinctio.

292 ALiud iudicium est validum, aliud inualidum seu nullum. Validum est illud, in quo sunt seruata omnia solennia & substantialia iudiciorum.

Inualidum est, vbi aliquid defecit ex dictis solennitatibus: *Bart. in l. prolatam, C. de senten. Et enumerat pulcherrimè hîc Maranta 30. modos: per quos iudicium dicatur vel reddatur nullum: de quibus ibi lector per ordinem videre potest, & sunt doctrinæ vtilissimæ.*

XVII. Distinctio.

ALiud dicitur simplex, aliud duplex. 293
¶ Simplex dicitur, in quo vnus partem rei, & alter patem actoris sustinet: prout est in iudicio rei vendicationis, mutui, empti, vel in similibus.

Duplex est, in quo quilibet litigantium est Actor & reus: *text. est in §. duplicia, Institu. de interdic.* exempla sumantur in iudicio familiæ herciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum: *l. in tribus, ff. de iudi.* Item in interdicto, vti possidetis: *l. si duo, §. 1. ff. vti poßid.* verùm in huiusmodi iudicijs iste fungitur vice actoris, qui primò ad iudicium prouocat: *d. l. in tribus, ff. de iudi.*

XVIII. Distinctio.

IVdicium aliud contentiosum seu necessarium, aliud voluntarium. ¶ Contentiosum dicitur illud, quod habet contradictorem, & redditur in inuitum: *l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. obl.* 294

Voluntarium est illud, quod expeditur à voluntate: prout est emancipatio, adoptio, & similes actus, qui expediuntur coram iudicibus, & dicuntur voluntariæ Iurisdictionis, quia non fiunt contra inuitos, sed tantùm à volentibus: *Maran. num. 2. hic ponit exemplum de contrahente coram notario.*

XIX. Distinctio.

ALiud iudicium dicitur principale, aliud Appellationis. ¶ Iudicium principale est illud, quod agitur coram iudice primæ causæ seu instantiæ, qui dicitur iudex à quo. 295

Iudicium appellationis dicitur, quod post appellationem agitur coram iudice, ad quem: *l. apud Sempronium, ff. iudi. sol. notaui sup. in litera A versi. de appella.*

XX. Et vltima Distinctio.

ALiud iudicium dicitur præiudiciale, aliud non præiudiciale. ¶ Quot modis iudicium dicatur præiudiciale, *notat hîc Robertus Maranta.* Non præiudiciale est id, quod non commemoratur in iudicio præiudiciali: quia contrariorum est eadem disciplina, *dicit Maranta per l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.* 296

De Iudicijs iustis & deprauatis, *Pet. Gregor. de Rep. lib 2. c. 6.* ¶ Von heimlichen Gericht/ *vide Keyser Friederichs des dritten Reformation, anno 1442. zu Franckf. am Meyen, fol. mihi 10.* ¶ Iudicij vis, quam calorem vocant, multum potest ad inducendum præsumptionem: *Menoch. lib. 2. præs. 62.* ¶ Præses duarum prouinciarum, vel duorum territoriorum, potest in altero horum vbi velit ius dicere. 297

cere: *Ias. l. fi. num. 9. de iurisd. omn. iudic. gl. & Dd. in tit. de offi. legat.* etiam quo ad alterum, in quo non residet, & inter subditos illius. ¶ Vocabulum Gericht/ est generale, comprehendens die hohen Gericht/ merum imperium & iurisdictionem: *ex VVesenb. Deriar. in disp. de iure meri Imperij, fol. 40. in fi.*

298 Iudicium sumitur quindecim modis: *gloss. in §. praeterea, Inst. de milit. test. in verb. iudicium.* ¶ Iudicij substantialia sunt, libellus in scriptis, litis contestatio: & quòd sententia feratur in scriptis: & vno omisso, iudicium corruit: *gloss. in l. probatam, C. de sent. gloss. in c. 1. de lib. obl. vbi DD.* ¶ Iudicium inchoatur non per citationem, sed per litis contestationem: *l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. Bart. in l. ibi cœptum, de iudic. Ego allego bonum text. in l. hoc edicto, de publ. vi, duob. loc. vide Bar. in l. si insulam, in 4. opp. 2. part. de verb. oblig. ad idem tex. est in l. cum veniunt, §. idem rectè, de pet. hær.* ¶ In iudicio quasi contrahimus: *l. 3. §. idem scribit, de pec.* ¶ Iudicium redditur in inuitum: *l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.*

299 Iustum iudicium iudex vendere non debet: etsi liceat aduocato iustum patrocinium, & Iureconsulto rectum consilium vendere: *c. non licet 11. q. 3.* Sed debet puras manus, Deo, Imperatori, & legi, custodire: *§. ne autem, in Auth. de Iud.* ¶ In iudicijs semper primò de legitimatione personarum est disputandum: *l. si quæramus, ff. de Test. vide Ias. in Rubr. C. qui adm. gl. in l. 2. & Br. C. de Edict. Diu. Adr. toll. Bart. in ext. ad reprimendum, in v. figura, in 2. col.* Et hoc est verum in omni iudicio, etiam summario. ¶ An actus, & contractus in iudicio factus sit validior, quàm extra, *vide Iaso. post alios in l. siue apud acta, C. de Transact. in 1. not. & supr. eod. in v. iudex.* ¶ In iudicijs inter litigatores æqualitas seruanda est: idem est in multis alijs dispositionibus: *vide de hac reg. latè Ioan. de Plat. in l. in sacris, §. fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.*

De Iuramentis, & primò de iudicialibus.

300 IVramentum suppletorium est, quod semiplenè probanti, ad istius semiplenæ probationis suppletionem, ad eius petitionem, & iudicis delationem, defertur, & vocatur etiam necessarium: *l. in bonæfidei, in versi. oportet, C. de reb. credi. Iaso. in rep. l. admonendi, ff. de iureiu. & ibidem Bar. & alij Dd. Canonistæ in c. fina. ext. eo. tit. sed secundùm Marantam ad hoc, vt possit deferri, requiruntur copulatiuè sex, (Videlicet vt sit semiplenè probatum: nec ista semiplena probatio sit elisa per probationes contrarias, vel præsumptiones: vt is cui defertur, sciat verisimiliter veritatem per sensum corporeum: item sit persona honesta & bonæ vitæ: item vt causa sit vilis: deniq; vt iuramentum sit petitum ante conclusionem in causa.) quorum si aliquid deficit, non defertur. Et ista requisita eleganter examinat in ordine suo iudiciario, in cap. de iuramen. eius differen. & vsu, à num. 4. vsq; ad num. 10. docet vnam cautelam. Chilian. Köning. in suo processu, cap. 81. von den eintzlichen gezeugen. & secundùm d. Marantam, tenuit Mynsing. in obser. 68. cent. 1.*

Et in quibus casibus hoc iuramentum habeat locum, vel non, *vide Bar. Socin. in regulis fallentiarum, regula 252. declarat per quadraginta octo fallentias: & habes ibi istam materiam benè tractatam.* 301

In criminali quatenus deferatur, *notauit Antho. Blan. in l. fin. ff. de quæst. num. 64. Et de hoc iuramento est elegans singulare, Hipp. de Marsil. 273. & singula. 27. Et Mynsing. in obserua. 87. cent. 2. (Ibi, iuramentum purgationis in causa fractæ pacis reo sine noua citatione decerni: Iuramentum item suppletorium in criminalibus reo deferri, non actori.) & in obseruat. 12. cent. 4. (Iuramentum ex l. si quando, C. vnde vi, de valore rerum ablatarum, non transit in hæredem rei: quanquam imperfectæ probationes hic sufficiant, & si semiplenè, licèt non necessariò, sed probabiliter probatum sit, iuramentum suppletorium deferri possit.) circa finem dixit aliqua.*

Sed quòd iudex possit deferre iuramentum hoc suppletorium, si ipsi ex actis visum fuerit, etiamsi à parte non sit petitum, *conclusum est in constitutio. Electo. Saxon. Articu. 23. parte 1.* 302

De iuramento litis decisorio, quod defertur à parte parti, *habetur in l. manifestæ, ff. de iureiur. & in iure Saxonico, Artic. 6. lib. 1. LandRecht.* Et tenetur iurare is, cui delatum est, vel referre: aliàs habetur & condemnatur pro confesso, & conuicto: *Dd. in d. l. manifestæ, faciunt tex. addi. & glossæ d. Art. 6. lib. 1. & art. 22. lib. 2. LandRecht.*

Et ibi inuenies, quòd ante præstitam guarandam, & litis contestationem, omnino sit deferendum: referri autem quòd possit etiam pòst, obseruat practica: & tale iuramentum præstitum imponit finem liti, sicut sententia diffinitiua: *Bart. in l. nam & postea, §. si is qui, & ibi etiam glossa, l. Sed & si possessori, §. fi. de iureiur.* Imò reipublicæ interest, vt sic lites celeriter expediantur, & ad retinendam concordiam: *l. 1. ff. de iureiur.* 303

Et tale iuramentum delatum, vel relatum, de iure ciuili debet præstari in termino probatorio: *Bald. in l. 3. ff. de iureiur.* De iure Saxonico præstari debet, In den nechsten zukommenden vngebundenen tagen/ Das ist/ in dem nechsten Gerichte: *Articu. 10. lib. 1. LandRecht.* Thut er den Eydt nicht zu rechter zeit/ er ist der Sachen vberwunden/ Es beneme es jm 304

 denn

denn ehehaffte Noth. Käme der auch nicht vor/ der so den Eydt von jhm nemen soll/ Er ist deß Eydes vnd der Schuld/dauor er den Eydt thun soll/ ledig: *Art. 11. lib. 2. LandRecht.*

305 Wie er im Churfürstenthumb Sachsen geleistet soll werden/ vnd was darauff geordnet/ *habetur in art. 12. par. 1. constitutionis, & ibidem,* Das ein Beklagter sein gewissen mit Beweiß möge vortreten.

306 Et præstatur Regulariter in loco iudicij pro tribunali. ¶ Sed mulier propter honestatē in loco secreto extra iudicium: *Bar. in l. ad personas, ff. de iureiur.* nisi obstet consuetudo. Potest etiam iurare parte absente propter iudicium: *idem Bartol. in d. l. ad personas.* ¶ Sed fœmina non præstet per curatorem, sed in propria persona iurare debet: *art. 46. lib. 1. LandRecht: & ibidem in additio. latina litera d.* extenditur iste textus, propter rationis identitatem, etiam ad viros, vel masculos: ita quòd etiam ab illis iuramenta præstantur, non nisi in propria persona, propter maiorem terrorem: *per text. Authen. principales, C. de iuramen. calumniæ, & c. fina. eo. tit.*

307 Contrariæ opinionis est, quòd iuramentum præstari posit per procuratorem, habentem speciale mandatum, etiam de iure Saxonico: nisi contraria sit consuetudo vel statutum, *Schneid. in tit. Institut. de actionibus, §. item si quis postulante, num. 165.* ¶ Defertur autem iuramentum litis decisorium, saltem super facto proprio: non etiam hæredi super facto defuncti, propter anceps periurium. (*Mynsing. cent. 1. obser. 13.*)

308 Weren es aber verbürgete vnd zuerkante Eyde/ vnd die Erben hetten der Sachen wissenschafft/ so weren die Erben oder Bürgen denselben Eyd zu leisten schüldig: *Art. 11. lib. 3. & ibidem faciunt add. & glossæ. Bal. in l. generaliter in prin. C. de reb. cred. & iureiur.*

309 Et nota: iurandi facultas *in casu l. si quando, C. vnde vi, & in casu c. fin. de his quæ vi. me caus.* transit ad hæredes damnum passi, si sit mortuus damnum passus, antequam iuret: *notant Castren. Roman. & Alexan. in l. si per aliam, §. fina. ff. ne quis eum qui in ius vo. vi exi. ponit Iason & ratione confirmat, in d. c. fina.* Limitatur & intelligitur, quando hæredes sunt in tali conditione, quòd possunt iurare, quia sunt benè informati, aliâs non: ideo oportet quòd sint tales hæredes, qui morati essent cum defuncto, & gessissent negotia eius: *ita Bal. in c. 1. colu. 1. si de inuestitu. inter domi. & vasal. lis oriatur, in vsibus feudo. notat glossa iuncto tex. in l. Maritus, ff. de quæstio. & concordat cum iure Saxonico suprà allegato: in constitutione Electoris Saxo. ponitur id, quòd hæredes iurent de credulitate, art. 24. part. 1.* Et hoc iuramentum litis decisorium, non admittit contrariam probationem; neque punitur quis de periurio, sed solum Deum habet vltorem: *l. 2. C. de reb. cred. addi. & glossæ, art. 22. lib. 2. LandRecht.*

Imò iuramentum huic deferendum est, 310
cui meliùs cognita est rei veritas: *Dd. in l. admonendi, ff. de iureiur.* Item iuramentum ad quòd præstandum defunctus se obtulit, posse hæredibus concedi vt præstent, imò haberi pro præstito, & adiudicationem hæredibus fieri, *dixit Mynsing. in obser. 13. cent. 1. Geyl. in obserua. 43. lib. 2.* ¶ An à delati iuramenti præstatione posit appellari? *dicit, quòd sic decisum fuerit in Camera, idem Mynsinge. in obseruat. 39. cent. 1.* ¶ De iuramento veritatis, quod fit per verba, credo verum, docuit *Robert. Maran. in ord. suo iudicia. part. 6. de iuramen. num. 13.*

Estò; iuramentum voluntarium ex parte 311
deferentis, & patitur contrariam probationem. *Maran. in d. loco.* ¶ Isté autem modus, mediante iuramento, per verbum credo, vel non credo, respondendi positionibus, in nostro foro Saxonico non obseruatur. Sed in Camera Imperiali, in diœcesi Halberstadensi, & in ducatu Brunsuicensi, sic procedi comperi & vidi.

De iuramento testis. Testis debet iura- 312
re, & non iurato non creditur: *l. iurisiurand. C. de testibus* & debet iurare de veritate dicenda: *Maranta in d. c. de iura. eius diffe. & vsu, num. 14* An posit, (*Posse contra Bald. domini de Rota statuerunt.*) iurare testis per procuratorem, *vide Roma. in singula. suo 8. & ibi Pigno. in addi. item in versi. de periuro & periurio. Nota quædam in f. litera P. vers. de proba. per testes, §. est autem reus, & ibi vid.*

Iuramentum calumniæ de iure ciuili 313
tam ab actore quàm à reo præstatur: *c. cum causam, in fin. de iuram. calum.* quando, & an post litis contestationem; *d. cap.* quòd petitum vel exactum ab altera partium, sit de substantia iudicij, adeo quòd expressè non posit remitti: tacitè autem quando omittitur, nihilominus valet processus: *tex. est in c. 1. de iura. cal. in 6.*

Actor nolens iurare cadit à causa, & re- 314
us iurare recusans habetur pro confesso: *l. 2. §. quod si actor, & ibi Bartolus, C. de iura. cal.* ¶ Iuretur hoc iuramentum in propria persona, vel per procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem, in animam sui domini: *Bart. & communiter Dd. in l. 2. §. fina. C. de iura. calum. Specul. plenè in eo. titulo, in §. restat, vbi ponit omnes personas, quæ alieno nomine iurant: docuit Robertus Marant. in ordi. suo iudi. parte 6. c. de iuramento calum. Et ead. parte, c. de iuramen. eius differen. & vsu, num. 15. Hippol. de Marsil. in singula. suo 252. Incip. iuramentum. Et de omnibus prædictis, Geyl. in obseruatio. 83. lib. 1.*

Et da

Et de speciali mandato ad illud in obserua. 84. eod. lib. 1. ibi, an exactum & non præstitum, vitiet processum. (negatiuè respondet ex stylo Cameræ.) ¶ *Et de pœna non iurantis de calumnia, an committatur (requiritur sententia declaratoria, quod & Camera obseruat, & ideò, antequam ea feratur, mora purgari potest.) ipso iure: Item an transeat ad hæredes, (non transit.) idem Geyl. in obserua. 86. lib. 1. Et de pœna non iurantis de malitia; idem in obser. 87. eo. lib. 1. (vt nimirum saltem in illo articulo contumax pro confesso habeatur, aut ei audientia denegetur.)*

315 Sed quid de procuratore ex officio dato, an teneatur de calumnia iurare, (*Non cogitur iurare quoad merita causæ: secus, quo ad alia huius iuramenti capita, ad processum pertinentia.*) & procurator, quando non vult iurare, an domino noceat, (*Opinio Saliceti negatiua æquior est, ideoq; eo in casu in Camerá procuratori mulcta pecuniaria imposita est: licet contraria de rigore iuris verior videatur.*) *dixit idem Geyl. in obserua. 88. & 89. lib. 1.* ¶ Sed quid de procuratore fiscali, an teneatur de calumnia iurare, (*Affirm. iure verior esse videtur: sed aliter Camera obseruat, ob maiestatem mandantis.*) *idem in obseruat. 90. lib. 1.*

316 Sed in iure Saxonico de hoc iuramento nō reperitur cautū: ideo etiam in pronunciando, in aliquibus iudicijs fori Saxonici, super illo non pronunciatur: sed in casu, quando reo delatum est iuramentum, decisorium litis, potest ab actore exigere iuramentum calumniæ, quòd non animo calumniandi sibi detulerit actionem ad conscientiam: isto casu etiam in foro Saxonico super illo pronunciatur, & cogitur reus etiam cum iuramento relato istud præstare: *sic Chil. Kön. in suo processu. c. 67. referens se ad obseruantiam.* ¶ Sed iuramentum calumniæ, statutum vel consuetudo an tollere illud possit, (*non potest: nisi subsit ratio, vt euitentur periuria, quæ frequentari alias videntur.*) *Geyl. in obseru. 85. lib. 1.*

317 De iuramento in litem, *loquitur tit. ff. de in litem iurando.* defertur à iudice pro interesse affectionis singularis & communis, ob solum dolum aduersarij: *Robertus Maran. in d. c. de iuramen. num. 16.* ¶ Sed hoc iuramentum in litem à defuncto, dum viueret, oblatum, an ab eius hæredibus præstari possit? Respondet *Geylius, quòd non sit necesse, vt hæres præstet, sed (dicit) mortem haberi pro iuramento, etiam in omnibus, vbi requiritur iuramentum, per exempla in obserua. 43. lib. 2. obseruati. & est dignißimè notandum.*

318 De iuramento purgationis: Est iuramentum, quod defertur reo de crimine diffamato, vel etiam in ciuili, quando contra ipsum extant indicia: per quod iurabit, se non teneri ad debitum, vel non commisisse tale delictum: *de isto iuramento loquitur propriè textus l. admonendi, ff. de iureiur. & totus titulus, extra, de purgatio. cano. Et de hoc iuramento, vide Antho. Blan. in repe. l. fina. ff. de quæstio. num. 64. & 65. Maran. in d. c. num. 17. aliqua in gl. l. 1. C. ad l. Corne. de sica. Item Mynsinger. in obseruatio. 87. centu. 2.* an in actione iniuriarum reo deferri possit. (*Non posse, communis opinio est: quæ tamen quandoq; limitatur, si ex circumstantijs personarum alijsue animus iniuriandi abfuisse præsumatur: quo casu in Camerâ, inter propinquos huiusmodi iuramentū delatum esse, Geyl. affirmat.*) *Geyl. in obseruatio. 106. lib. 2.* De hoc iuramento in iure Saxonico, *habetur Art. 39. lib. 1. & Artic. 36. lib. 2. LandRecht.*

Potest se quis iuramento purgare, nisi sit 319
infamis, vel periurus, vel nisi possit conuinci, seu repertus sit in flagranti crimine: *d. Arti. 39. lib. 1. & 36. lib. 2. & nota. Artic. 15. lib. 1. LandRecht, Artic. 7. eod. lib.*

Sed an post purgationem obtentam, denuò de eodem crimine, ab eodem accusatore, quis accusari possit, & quo casu, (*Crebriùs obtinuit, accusatorem admittendū esse denuò, si de periurio probare velit.*) *declarat Mynsinge. in obserua. 82. cent. 2.* ¶ Et de isto iuramento, quòd iudex ex causis etiam in ciuili ex officio possit imponere, sicut in criminalibus & matrimonialibus, *habetur in constitut. Elect. Saxo. in Artic. 22. part. 1.*

De specie iuramenti, quod datur spo- 320
lium passo, de rebus ablatis, & super æstimatione earum, de quibus probare non poterit, & de damno sibi dato in odium spoliatoris, *est tex. in l. Si quando, C. vnde vi, & in c. fina. extr. de his, quæ vi, metusuè causa fiunt: notauit Mynsing. in obserua. 12. centu 4. & ibidem docuit*: an etiam hæres spoliati, sic atq; spoliatus, iuramento possit probare rerum amissarum æstimationem? (*regulariter non potest.*) Quòd taxatione iudicis præmissa Artic. iuret, das er nicht minder verlohren oder schaden gelitten/ vnd es auch nicht weniger werth gewesen/ & reus condemnetur, *habetur in d. l. si quando. & in d. c. fin.* Et vocatur iuramentum in litem.

Non autem dari contra vniuersitatem 321
in damno clandestino pro amissione rerū, *notauit cum alijs Maran. in d. c. de iuramen. nu. 19.* ¶ Alia ponitur species de probatione damni per iuramentum, in iure Saxo. *gloss. Artic. 47. lib 3. LandRecht.*

Das der Kläger seinen schaden æstimirt, 322
vnd ist beklagter den schaden mit seinem Eyde zu mindern schuldig/ wenn er das nicht thut/ soll er bezahlen/ practicaui in aliqua causa ardua, & VVitebergenses secundum deducta pronunciauerunt.

323 De damno ab animalibus dato iuramento probando, notauit Maran. in d. c. de iuramen. nu. 20. notaui sup. in litera D. versi. de damno. ¶ De iuramento circa taxationem expensarum: expensæ iudiciales taxantur à iudice, & datur iuramentum, Das er nicht minder ausgelegt: Authen. nouo iure, & ibi Bal. C. de iudi. Chil. Kon. in process. c. 132. von den expensen des Gerichts.

324 De iuramento iudicis maleficiorum, assessorum, & notarij ad iudicium criminale requisiti, habetur in constit. criminali Carol. V. Arti. 3. 4. & 5. Et de iuramento aduocati, qui debet iurare: Das er wolle die Gerechtigkeit vnd Warheit / der Keyserlichen satzung nach / fordern / vnd durch keinerley gefehrligkeit mit wissen vnd willen vorhindern oder verkeren: Ist er aus der bancke genommen / so soll jhm der Richter solches bey seinen pflichten aufferlegen / in d. constitu. Art. 88.

325 Seraph. de priuil. 33. n. 5. & seqq. ¶ Requisita iuramenti necessarij: Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 190. & seq. & quo ordine deferendum, in causis capitalibus: Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 464. ¶ Semiplenè probanti quando Iudex iuramentum suppletorium deferre debeat, Gabriel. de testib. concl. 1. num. 45. vsque ad 62. vbi lim. 12. Coler. de process. p. 1. c. 10. num. 113. & seqq. fol. 306. vide Hercul. de prob. neg. n. 279. & seq. fol. 216. Seraph. priuil. 33. latè. ¶ De vi iuramenti additi contractui, vide Coler. p. 1. cap. 10. num. 239. & seqq. ¶ Et loco iuramenti vel sub fide nostra facta promissio quòd æquiparetur iuramento, ibid. num. 242. Thes. decis. 47. num. 2. & 9. 11.

326 Iudex ex officio non potest deferre iuram. suppletorium, nisi petatur: Capyc. decis. 35. num. 1. & quidem ante causæ conclusionem: num. 2. ¶ Et quando masculo potius, quàm fœminæ deferendum: Pruckm. l. in multis memb. 1. Artic. 12. de Statu hominum. Et hoc iuramentum non potest deferri ex depositione vnius fœminæ. ¶ Iuramentum an requirat tactum scripturarum, & expressionem verborum, Ioseph. Ludou. concl. 21. Gabriel. lib. 2. de minorib. concl. 5. n. 34. Asin. de execut. §. 8. cap. 1. & seqq. & cap. 21. & 22. ¶ Iuramentum, vbi interuenit, res decidenda est secundùm ius Canonic. quatenus à Iure Ciuile dissideat, Seraph. priuil. 63. nu. 6. & priu. 66. ¶ Iuramentum habet vim statuti: Dauth. de testam. fol. 130. vers. tum (3.) propter Iuramentum. ¶ Iuramentum habetur pro impleto, vbi non stat per eum, qui iurauit, quò minùs impleatur, sed fecit, quantum potuit: Moller. lib. 4. semestr. c. 1. n. 5.

327 Iuramentum vix sine labecula infamiæ præstatur: Ayerer. in processu c. 2. obs. 3. n. 5. præs. illud 25. §. 1. C. de constit. pec. præsertim quando in propria persona iurare tenemur: Giden cons. 85. Hinc est, quòd Iure cons. conditionem iurisiurandi, turpem esse dixerit: l. non dubitamus, 20. ff. de condit. & demonstrat. l. qua sub conditione 8. in princ. de constituta pecunia. ¶ Iuramentum quando non seruandum, Viuius decis. 400. lib. 2. ¶ Iuramentum parte remittente Deus remittere censetur: Viuius decis. 400. num. 40. lib. 2. ¶ Præsumtio quæ & quando efficiat, vt iuramentum litis decisiuum possit deferri, Menoch. de præsumt. lib. 1. quæst. 81.

Iuramentum in litem regulariter datur 328
contra quemcunque: Ioseph. Ludou. concl. 18. vbi ampl. 19. & lim. 9. Et iurare in litem vnusquisque potest: concl. 22. vbi ampl. 4. & lim. 5. ¶ Iuramentum suppletorium in litem, & & aliud quoduis, quod defunctus præstare poterat, & eius hæres potest: Ioseph. Ludou. concl. 16. illat. 52. ¶ De iuramento affectionis, quando locum habeat, Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 207.

Donatio vltra trecentos aureos non insi- 329
nuata non valet: tamen iurata valet: vide supra in verb. Donatio, vbi plenè de hoc. ¶ Sic etiam Donatio inter virum & vxorem, patrem & filium, non valet: iurata tamen valet: vide in verb. Donatio, & in verb. Filius. ¶ Licèt princeps abroget & tollat omne statutum, vel constitutionem, non intelligitur tollere constitutionem iuratam: Lud. Rom. sing. 7. Quòd dispositio. ¶ Lex ciuilis an possit tollere contractum iuratũ, vide Alex. in cons. 18. vol. 6. in pr. & fin. ¶ An valeat statutũ Laicorũ dispónẽs super iuramento: in eod. cons. vide Alex. ¶ Iuramentum est magnę importantię, quia tollit beneficium: Auth. præsente, C. de Fideiuss. ita Bart. in Auth. hoc ita, C. de duob. reis. ¶ Aufert beneficium, l. 2. C. de rescind. vend. & beneficium, Auth. hoc nisi, C. de Sol. vide Alex. in cons. 37. vol. 2. Goz. in l. 2. §. 1. lect. 2. in gl. fin. Si cert. pet. ¶ Item pactum, quod inuitat ad delinquendũ, non valet: l. conuenire, ff. de pact. dot. tamen tale pactum iuramento firmatur: tex. est not. in c. quemadmodum, ad fin. de iuretur. Ita Ias. in l. fin. C. de pact. col. 5. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig.

An per iuramentum rusticus excluditur
à remedio, l. 2. C. de resc. vend. & an & quando 330
possit tale remediũ cõpetere, vel nõ competere, vide Alex. in cons. 269. vol. 2. viso processu caussæ principalis. ¶ Per enormissimam læsionem licitum est recedere à iuramento: & ita limitatur c. quamuis, De pact. lib. 6. vide Dec. in cons. 216. vol. 2. in 3. col. ¶ Iuramentum habet vim clausulæ derogatorię: Bart. in l. si quis, in princ. ff. de leg. 3. Mod. in l. si mihi & tibi, §. in legat. ff. de legat. ¶ Iuramentũ die feriato ad honorem Dei fieri non potest: casus est in c. 1. extr. de Ferijs. ¶ Vnde licèt testis qualibet die examinari possit, iurare tamen non

non poterit: *gloss. est in singul. in Clem. 1. de off. del.* vide Lamfr. *in c. quoniam contra, in 9. col. ibi ex hac doctrina de prob.* vbi infert: Si Rector ciuitatis ingreditur officium suum in die feriato: & iurat seruare statuta, vt moris est, tale iuramentum non valet, & ille tanquam non iurauerit, poterit contrauenire. Quòd nota.

831 Iuramentum habet in se clausulam, rato manente pacto: *l. si quis maior, vbi Bart. & Alex. not. C. de transact. vide Ias. post alios in l. vbi pactũ, in antep. col. C. de transact.* ¶ Iuramentũ habet in se tacitè clausulam: Quòd illud, super quo interponitur, valeat omni meliori modo, quo valere potest: *Bart. in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. Bart. in l. cum quis decedens, §. Codicillis, ff. de leg. 2. vide Alex. in l. si quis maior, num. 8. C. de Transact. vbi hoc limitat, & latè Alex. in l. 1. §. si quis ita, n. 12. ff. de v. obl.* ¶ Iuramentum habet in se tacitè clausulam: Rebus sic stantibus: *tex. est in c. cum inter, de Renunc.* vbi probatur: Quòd renunciatio iurata non trahitur ad ius superueniens, quia iuramentum habet caussam præsentem: *ita vide Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obl. in 7. col. in pr. vide suprà ad hoc, in verb. clausula.*

832 Hinc dicimus: Quòd qui iurauit tanquam canonicus, si non est amplius canonicus, non tenetur seruare iuramentũ: *arg. c. venerabilem, de Elect. & c. cum inter pec. cum. ibi notatis, de renunc. Abb. in c. veritatis, circa fin. de iureiurand. tex. iuncta gl. in c. alius 15. q. 6.* Nam iuramentũ intelligitur, rebus sic stantibus: sic qui iurauit, vt ciuis, vel Syndicus, si desinit esse talis, nec amplius obligatur iuramento per præmissa. ¶ Sic & multa alia tacitè iuramento inesse dicuntur: *quæ vide per Bonifa. de Vitell. in opere suo maleficiorum, in fin. procem.* vide Ias. *in l. quod Seruius, ff. de cond. caus. dat. caus. nõ sec.* vbi pulcrè infert, de scholare Licenciato, qui iurauit, vt crebrò fit: Aliunde nolle assumere insignia: *vide etiam Dec. in Rubr. C. qui admitti, in fin. 1. col. de potest. qui iurauit seruare statuta.* ¶ Materia iuramenti est fauorabilis: *secundùm Bart. & omnes in Auth. sacramenta, C. si aduers. vend. Ias. in l. 1. §. si quis ita, n. 22. de v. obl.*

833 Materia iuramenti tractatur 22. q. 5. per totam quæstionem, *vbi semper vide.* ¶ Iuramentum licèt faciat actũ valere omni meliori modo, quo potest valere: *l. cum pater. §. filius matrem, de leg. 2. vt suprà.* Tamen hoc fallit, Vbicunq; actus deficit ratione consensus: quia tunc iuramentum interpositum nihil operatur: *l. fin. C. de non num. pec. vide Ias. vbi supra, de his omnibus pulcrè vide Carol. vbi latè in l. stipulationes non diuiduntur, lect. 61. & lect. 62. fol. 228. & seqq. de verb. obl.* ¶ Idem quod operatur iuramentum, operatur dispositio patris inter liberos; quòd scilicet valeat omni meliori modo, quo potest: *per gl. in l. cohæredi, §. cum filiæ, in verb. non valuit, de vulg. & ibi Ias. vbi suprà.*

Hoc tamen dictum: (Quòd scilicet in testamento inter liberos inest clausula: Quòd valeat omni meliori modo, quo potest.) Limita: Nisi contrarium appareret expressè de voluntate Testatoris, quia tunc illa clausula non inest: *ita dixit Carol. in l. si mihi, & tibi, §. in legat. de leg. 1. Lect. 53. in fin. lect.* ¶ Qui iurat seruare statuta, intelligitur iurasse de statutis rationalibus & licitis: *c. 1. de iureiur. lib 6.* vbi Io. Andr. not. hoc ad iuramentum Scholaris vel Canonici, qui iurauit seruare statuta. ¶ Non valet consuetudo: Quòd quando quis plenè & legitimè intentionem suam probauit, iurare teneatur: *c. 2. de prob.* vbi illa consuetudo damnatur. Hanc peruersam, & iure sic damnatam consuetudinem dicunt esse in quadam ciuitate Borussiæ, sub ditione Regis Poloniæ. ¶ Iuramentum præcisè obligat quẽ, nec liberatur præstando interesse: *gl. in l. si pecuniã, in princ. in gl. paruula, in verb. necesse, de cond. ob caus. Vbi latè Ias. ind. stipulationes non diuiduntur, in pen. col. de verb. obl. vbi latiss. vide Carol. lect. 61. fol. 127.*

Iuramentum ad incogitata nunquam extenditur: *c. veniens de iureiur. vbi Abb. pulcrè.* ¶ Sic etiam non extenditur ad incognita: *l. fin. ff. qui satisd. cog. l. fin. C. de non num. pec.* Quomodo hoc intelligatur, vide Alex. *in cons. 14. vol. 6. col 6. in princ.* ¶ Iuramentum tamen fidelitatis ad futura extenditur: *Abb. in c. Clericus, de iureiur. l. si cuius, ff. de vsur. in gl. ord.* ¶ Iuramentum benignè, non amarè est interpretandum: *c. ex parte, el. 2. de Clem. non resid.* ¶ Iuramentum non extenditur ad ea, quæ de nouo accidunt: *c. cum inter, de renunc. per Abb. in c. petitio, de iureiur.* ¶ Dispositio simpliciter loquens, in casu iurato non habet locum: *Alex. in cons. 37. vol. 2. De quibus omnibus vide Goz. in d. l. 2. Si cert. pet. & in rep. l. omnes populi, de Iust. & iur. in 2. q. 3. q. princ.* ¶ Iuratoria cautio sufficit, quando quis plenè satisdare, vel fideiubere nequit: *vide plenè Mars. in l. 1. §. præterea, n. 119. ff. de Quest.*

Iuramentum non obligat per vim extortum: Item an Papa possit dispensare in illicito iuramento, *vide gl. magnam, in c. authoritate 15. q. 6.* ¶ Iuramentum à minore præstitum quid operetur? *vide Alex. in cons. 14. vol. 6. col. 6. in princ.* ¶ Iurare de alieno facto est iniquum: *l. Marcellus, §. qui rerum annotarũ, ff. de reb. amot. vbi gl. bona.* ¶ Iuramentũ generaliter pręstitũ extẽditur solũ ad licita, iusta, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ non obuiantia: *c. 1. de iureiur in 6. c. nemo potest, & c. nõ est obligato. de reg. iur in 6.* Ratione iuramenti cõtractus efficitur Spiritualis: *c. si. de for. cõp. lib. 6.*

Item

Item quando tractatur de absolutione à iuramento: *vide D d. in Rubr. C. de Edend.* Et ergo laici se circa hoc intromittere non possunt: *Alex. cons. 38. vol. 3. col. 3. & in cons. 18. vol. 6. c. fin. de For. comp. Ias. in Auth. Sacramenta, C. si aduersus vend.*

337 De iuramento triplici, iudiciali, voluntario, & necessario, *vide Bart. in Rubr. de iureiur. gl. in c. fin. de iureiur. latè Abb. in c. fin. vbi varias & multas pulcras examinat quæstiones.* ¶ Iuramentum rei illicitæ non est seruandum: *l. non solùm, C. de L l. §. in Auth. seu mulier non solùm, & Auth. quòd eis, C. de nupt. Dd. in l. 2. de iureiur.* ¶ Iuramentum transactio videtur: *l. quòd si ff. de Don.* ¶ Iuramentum, quod est in commodum propriũ alicuius, ab eo potest remitti, ita quòd non est opus absolutione à Iuramento: *Bart. in l. 1. §. & pòst operis, ff. de oper. no. nunc. idem in l. labeo, ff. de iureiur. not. in c. 1. ext. de iureiur. & ibi Abb. vide suprà in verb. creditur. Alex. in cons. 18. vol. 6. in princ.*

338 Per iuramentum quasi contrahitur: *l. depositi, §. si filiusfamilias, ff. Depositi.* Et hoc melius alibi in iure nõ probatur: *secundùm Bald. vbi hunc text. allegat Ias. in §. item si quis postulante, Inst. de Act. n. 6.* ¶ Propter enormissimam læsionem recedere licet à iuramento, & limitatur: *c. quamuis, de Pact. lib. 6. ita vide Dec. in cons. 216. vol. 2. in 3. col.* ¶ Iuramentum habet tacitam conditionẽ, si is, cui iuratur, culpam non committat: *arg. l. quidam cùm filium, de verb. obl. vide Dec. in cons. 206. vol. 2. n. 2. quæritur, an diuisio.*

339 Licèt homines de vniuersitate, vel ciuitate iurarunt, tamen vniuersitas ipsa non censetur iurasse: quia vniuersitas non habet animam: adeo quòd ea, quæ concernunt animam, non trahuntur ad vniuersitatem: *c. Romana. §. in vniuersitatem de s. 3. lib. 9.* Et sic c. 2. de Pact. *lib. 6. & c. licèt mulieres de iure, lib. 6.* Habent locum in vniuersitate, & c. cum contingat de iureiur. *vide Corn. in cons. 48. vol. 3. lit. B.* Contrarium huius vult Ias. *in l. si quis maior, in 3. col.* vbi dicit, se consuluisse, quòd pœna periurij: *d. l. si quis maior habeat locum in vniuersitate, C. de Transact.* ¶ Si statutum fuerit iuratũ, tunc etiam si princeps derogat omnibus statutis, & consuetudinibus, non censetur derogasse illis statutis iuratis: *gl. in c. cum non deceat, in verb. effectus, de Elect. lib. 6. Abb. in c. constitutus, de Rescript. vbi tex. vide Goz. in l. omnes populi, in 2. q. 3. q. prin. in 10. lect. in 5. col. de Iust. & iur.* ¶ Sic etsi Episcopus potest contra propria sua statuta dispensare: tamen si iurauerit sua statuta seruare, dispensare non potest: *Lud. Rom. cons. 326. vide Goz. vbi suprà Alex. in cons. 38. vol. 3. in 3. col.*

340 Iuramentum per vim extortum an obliget: & an Papa possit dispensare in illicito iuramento: *vide gl. magn. in c. Authoritate 15. q. 6.* ¶ Qui violenter est compulsus iurare, si contrauenit, non est periurus: *glos. in Clem. Pastoralis, in verb. per violentiam, de re iud.* ¶ Iuramentum super re licita metu extortũ ipso iure obligat. Sed datur exceptio, vel actio, Quod metus causa, ad rescindendum: *tot. tt. Quòd met. causa.* Nisi in tribus casibus, quos refert gl. *in c. necessitatem 15. q. 6.* Tamen ab illo iuramento metu extortum est opus absolutione: *ita dicit Dec. in Rubr. C. qui admitt. in 2. col. allegat gl. in c. verum, in verb. absoluerint, de iureiur.* ¶ Iuramentum super re illicita præstitum, vel contra bonos mores, non obligat iurantem: *c. non est obligatorium, de Reg. iur. lib. 6. Auth. Quòd eis, C. de Nupt. Dd. in l. pactum, & in l. fin. C. de Pact.* ¶ Iuraui dare decem, compulsus timore periurij dedi, an habeat locum actio, quòd metus caussa ad repetendum: *vide gloss. in l. isti quidem, ff. Quòd met. caussa.*

341 Iuramentum præstitum de aliquo faciendo, non producit actionem: *l. si quis pro eo, de fideiussor. vide Io. de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 10. in princ. de verb. obl.* ¶ Iuramentum debet impleri in forma specifica, nec per æquipollens potest adimpleri, vel ficte. *tex. est, quem omnes ibi not. in c. ad nostram de iureiur.* Et est communis opinio, *secundùm Goz. in l. 2. §. 1. in gl. fin. Si cert. pet.* ¶ Ex quo dicto ibi infert ad multos effectus: *vide Dom. Goz. in l. 2. fol. 5. col. 4. C. de pact. conuen.* ¶ Hinc est, quòd iuramentum obligat quem præcisè, nec interesse soluendo liberatur: *secundùm gl. in verb. necesse, in l. si pecuniam, de cond. ob caus. Vbi latè Ias. & idem in l. stipulationes non diuiduntur, in pen. col. De verb. obl. De hoc pulcrè vide Carol. & latè in d. l. stipulationes non diuiduntur, q. 8. fol. 127. & seq. de v. obl.* ¶ Iuramentum vel per se, vel per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum, potest præstari: *gl. in c. 2. in verb. proprio de iureiur. lib. 6. Ludou. Rom. sing. 8. An iuramentum testis.* Sic etiam potest præstari per nuncium, vel Epistolam: *gl. est not. in c. vt circa, de Elect. lib. 6.* ¶ Iuramentum habet tres comites, veritatem, iustitiam, & iudicium: *c. cum inter cæteros 23. q. 4. c. etsi Christus, de iureiur. gl. in Auth. quod eis, De nupt. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, in 3. col. de verb. oblig.* ¶ Iurare pueri ante decimum quartum annum non cogendi: *c. pueri 22. q. 5. & in c. paruuli.*

Iuramentum non est legitima probatio: 342 *vide Ias. in l. 3. §. iurari, ff. de iureiur. vbi exam. hunc articulũ, vide etiam Bart. & Ias. in l. scimus, §. licentia, C. de iure delib. Ias. in l. 1. C. vnde vi, in 12. col.* ¶ Et hinc est: Quòd vbi legitima probatio requiritur, non sufficit iuratoria: *vide infrà in verb. probare.* Hinc est, Quòd vbi legitima probatio requiritur, iuratoria non sufficit: *gloss.*

gloss. in l. cum de indebito.ff.de probat. & ibi Apost. allegans duo cons. Alex.

343 An fidei præstatio, & iuramentum à pari procedant, *vide latè, & pulcrè Fel. in c. 2. de Sponsal. in 5. col. & latiùs Iaf. in §. item.si quis postulante. Inst. de Act. vide Abb. in c. ad aures. Quòd met. causa.* Et ergò fidei violator periurus est, sicut iuramenti,& non refert,an dicatur ad sancta Dei Euangelia, vel promitto, sub fide mea per præmissa. ¶ Hinc dicitur: Quòd inter simplicem loquelam & iuramentum,Deus non facit differentiam: *22.q.5. Iuramenti, per totam illam quæst.* Vbi materia iuramenti tractatur: *vide Petr. in feud. in tit. Quib. mod., const. feud.*

344 Quomodo autem hoc intelligatur, & an habeat solùm locum, quò ad Ecclesiam, *vide Carol.Ruin. in l.stipulationes non diuiduntur, q.8. Lect. 61. fol. 129. fa.1. in princ.ff. de verb. obl.* ¶ Iuramentum datur in supplementū probationis: Hoc fallit 80. modis, *quos vide per Soc.in reg.204.* ¶ An stetur iuramento illius, qui dolo est damnum passus,ex violentia,vel furto,vel quouis alio modo, *vide latiß.D.Iaf. in l.1.C.vnde vi,vbi plenè scribit.* ¶ Primum iuramentum præfertur secundo: *gl. in c. licèt mulieres, de iureiur. lib.6.quam gl. declarat Alex. in cons. 27. vol. 3. & Imol. in c. cum contingat, de iureiur. vide tamen tex.in contrar.in c.tua nos, de iureiur.* ¶ Secus est in statutis & testamentis, vbi vltimum præfertur: *vide Goz.in l.om. populi, in 4.q.3.q.pr.fol.27.in fin.* ¶ Iuramentū habet vim clausulæ derogatoriæ *Bart.in l.si quis,in pr. de leg.3.Mod.in l.si mihi & tibi.§.in legat.de leg.1.*

345 Iuramentum an de sui validitate requirat verba, ita quòd sint de forma iuramenti, *vide pulcrè Io.de Mont.Ferr.vbi infert ad q.in l. 1.in princ.in 4. col.ff.de verb.obl.vbi Alex.quid in muto, & multa alia.* ¶ Iuramentum seruandum est: *vt per Canon in c.fin. de iureiur.* Hoc tamen fallit in certis casibus, quibus non seruatur: *quos vide per Soc.in reg. 206.* ¶ Faciens iurare aliquem, quem scit falsò iuraturum, peccat, & est homicida: *c.illo,qui hominem 22.q.5. vide Soc.in reg.210.* ¶ Licèt statutum dicat, simpliciter stare debere alieno iuramento, nihilominus admittitur hoc casu probatio in contrarium: *vide Soc.in reg.380. De hoc post Abb.vide latè Mod.cum limitationibus,in c.proposuisti.de probat. vbi Fel. adde, & vide Goz.in l.si quis nec caussam, in princ. Si cert pet.* ¶ Quando actus est factus contra legem, etiamsi sit iuratus, licitum est venire contra factum proprium, etiam iuratum, si factum est lege impediente: *Dec. cons.172. Alex. & Iaf. in l.si donatio,in fin. C. de Coll.*

346 In omni iuramento est excepta authoritas legis, vel superioris: *l. fin. qui satisd.cog.vbi Iaf.l.fin.in princ.ad munic. c. venientes: vbi Canon. de iureiur.* Sed contra hoc ego pondero tex. *in c.imperialē.§.fin.de probib.feud.alien.per Fride.* vbi dicit tex. Quòd in omni iuramento fidelitatis, Imperator debet excipi. Ergò datur intelligi: Quòd in iuramento non tacitè superior sit except': quia expressio illius, quod tacitè inest, nihil operatur: *l.non rectè, C. de fideiuss.l.3.de leg.1. cogita & hoc.* ¶ An ratione iuramenti, pacta reprobata & contractus valeant,& contractus simulati: *vide Bart.in l.Seius,ad l.Falc.& Mod. in Auth.sacra puberum, C.si ad vend. pleniùs per Bart.in l.si quis pro eo,de Fideiuss.Goz.in l.omnes populi,in 2.q.3.q.prin.de iust.& iur. vide omninò Bar.in d.l.si quis pro eo,vbi meliùs quàm alibi inuenies, loquitur & pleniß.* Et an lex, vel statutum laicorū possit dispensare super iuramento,& multa alia pulcra: Quomodo superioris authoritas in iuramēto censeatur excepta, *vide pulcrè Iaf.in l.fin.ff.qui satisd.cog.* Vbi, quando lex ciuilis vel statutum, potest dispensare super iuramento.

An rescisso contractu principali, etiam iuramentū rescissum videatur, Bald. dicit: Sic, 347 *in l.1.C.de inoff.donat.in 5.col. vers. Quæro,vtrum iuramentum.per gl.in l.si patronus, §. patronum,in verb.Fauiana. Si quid in fraud.patr.* Iaf. tamen de hoc dubitat: *in l.certi condictio,§.si nummos,in 6. col. Si cert. pet.per c.debitores,de iureiur.* Alex. tamen secundùm eum hoc egregiè disputat, *in cons.38.in 3.col.visa petitione,in 4.col. vide suprà in verb. accessorium.*

Iuramentum in se habet omnes qualitates quæ veniunt ex natura contractus, super 348 quo interponitur, & quæ veniunt ex natura obligationis. *l.fin.C.de non.num.pec.* Itē omnes recipit cōditiones, subauditiones, limitationes, quas habet ille contractus: *ita est tex.quē ad hoc not.D. Abb.in c.quemadm.de iureiur.idē Abb. in c.fin.in vlt.not.per illum text.de Eccles.ædif.* vide ad hoc Dn.Iaf. *in l.si insulam,in 5. q. ff. de v. obl.* in q. An iuramentum impediat moræ purgationem?, vbi pulcrè hoc declarat, quomodo hoc intelligi debeat: *& l.fin.ff. qui satisdar. cog.& Iaf.in l.2.C.de iur.Emphyt.* ¶ Quando autem iuramentum naturam actus & contractus, super quo interponitur, alterat,& quādo non, *vide pulcerrimè Io.de Mont.Ferr. in rub. ff.de verb.oblig.col.12.in princ.& Bald. in l.si quis pro eo ff.de fideiuss. vide Goz.in l.2. C. de pact.conuen.fol. 5. col.4. vide in verb.filius,& in verb. mulier, & vltra præmissa.* ¶ Quòd iuramentum sortiatur naturam actus, super quo interponitur, *vide Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, Lect.61.262.fol. 128.& seq.de v.obl.* ¶ Hinc est, Quòd qui iurauit, aliquam se ducturum in vxorem, iuramentum intelligitur, si dotē dederit: *vide Dec.in Auth.præt.C.vnde vir & vxor.*

Et ille, qui iurauit aliquā ducere vxorem, 349 intelligitur, si non peccauerit in legem coniugij: *c.quemadmodum, de iureiur.* ¶ Iuramentum in actu nihil operatur, quando actus

non

non valet: ex præsumptione defectus consensus: *ita Bal. in l. 1. in 2. q. C. commod. vide Ias. vbi suprà, vide etiam ad præmissa* D. *Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, in 8. q. ff. de verb. oblig. vide D. Goz. in l. 2. C. de pact. conu. in repet. sua fol. 5. col. 4.* ¶ Si iuro me nolle vendere, donare, vel alium contractum facere: Si non obstante iuramento dono, & vendo, valet nihilominus contractus, licèt periurium incurratur: *vide Paul. de Castr. in cons. 339. vol. 1. dico non obstante, ita etiam voluit Innoc. & Io. Andr. in Nouell. in c. dilecto de præb.* Sic si Dominus iurauit, se non reuocare procuratorem, potest nihilominus reuocare, licèt sit periurus: *gl. in c. fin. super verb. reuocatus, lib. 6, vide ad hoc Bald. in Margarita, in verb. Iuramentũ.*

De Iuramento Calumniæ.

350 CAlumniæ iuramentum debet præstari post litem contestatam: *l. 2. C. de iuram. calum.* ¶ Iuramentum Calumniæ an excuset ab expensis, *vide Bar. l. properandum, §. sin autem, C. de iudic.* ¶ Calumniæ iuramentum tacitè remitti potest, licèt non expresse: *c. 1. de iuram. cal. lib. 6. Bart. in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iuram. calum.* ¶ Nec valet consuetudo, quòd nõ præstetur: *vide infr. in verb. tacitè.* ¶ Calumniæ iuramentum, si sit petitum, & non præstitum, processus redditur retrò nullus. Ergò aduocati sint cauti, quãdo respondent libello, & negant narrata prout narrantur, postea petunt in fin. iurare de calumnia, nec vlterius insistunt, & si postea omittatur, redditur totus processus nullus: *vide Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias, §. qui iusiurandum, in princ. de iureiur.*

351 Calumniæ iuramentum an præstare debeat vasallus domino, vel è contrà in caussa feudali: *vide tex. & Dd. in c. 1. §. in quib. caussis, ibi Alphar. de consuet. rect. feud.* ¶ Calumniæ iuramentum de iure Saxo. locum non habet, nisi in Spiritualibus caussis: *gl. lib. 3. Art. 63. & gloss. LehnRecht, c. 68. vide in processu Königs.* ¶ Contrarium huius, quòd habeat locum, vide in nouis sententijs Lipsensium, additis ad Speculum Saxonicum, *in tit. Von dem Eyd des geferdes.*

Periurus Periurium.

PEriurus quomodo puniatur, & omnes pœnas, *vide per Ias. in l. si duo, §. fin. ff. de iureiurand. & Sal. in l. 2. C. de reb. cred. & per Ang. in §. item si quis postulante, Inst. de Act. vide Doct. in l. si quis maior, C. de Transact. Ias. in §. item si quis postulante, latè Inst. de Act. Abb. in c. ex parte el. 1. de Rescrip. & c. querelam, de iureiur. gl. in l. Lucius Titius, vbi Bart. de Infam. Bar. in l. 2. C. de crim. stell. vide Petr. in 1. q.* ¶ Periurus diuinam vltionem patietur: *l. 2. C. de iureiur.* quanquam etiam corporaliter punitur: *l. si duo in fin. ff. eod.* ¶ Periurium est crimen vtriusq; fori: *ita Bald. in ext. de pac. const. in verb. Vasalli.* Et ergo iudex secularis potest super eo cognoscere. 352

Periurus non est, qui ex caussa iuramentum non seruat: *ita tex. & ibi Alex. in l. fin. ff. Qui satisdar. cog.* Vbi Ias. dicit, hoc contigisse Guilhelmo de Cunio: & Alex. refert de scholari, qui creditori iurauit, nõ exire Bononiam, & iussu patris exiuit, quòd non est periurus. Quia pater etiam venit nomine Superioris, cui parere oportet: *l. 2. ff. de iust. & iur.* ¶ Et sic nota: Quòd à periurio iussus superioris excusat, *vide de hoc latè Ias. post alios in l. fin. ff. qui satisd. cog. & in l. si quis maior, C. de Transact.* 353

Compulsus violenter ad iurandum, si contra venerit non est periurus: *gl. in Clem. Pastoralis, in verb. per violentiam, de re iud.* ¶ Periurus est infamis: *l. quotiens, C. de dignit. lib. 12. vide gl. & Dd. in l. si quis maior. C. de Transact. gl. & Bart. in l. Lucius de infam. & Car. in c. testimonium, de Testib. gl. in c. quicunq; 6. q. 3. Bart. in l. 1. C. de crimin. stell. vide Landsr. in c. quoniam contra, in verb. Testium, extr. de Probat.* ¶ Periurium nunquam est sine dolo: *12. q. 2. §. item opponitur, vide Alex. in l. videamus, in princ. de iur. lit. iur.* ¶ Iuramentum si est præstitum, nihil vltra quæritur, an bene, vel male iuratum sit: quia periurium solum Deum habet vltorem: *l. 2. C. de reb. cred. l. non erit, ff. de iureiur. §. item si quis postulante. Inst. de Act.* ¶ Hanc regulam intellige limitando, vt procedat, Quando erat contentio inter partes de aliqua re, & delatum fuit iuramentum decisorium litis à parte parti: nam tunc verum est, quòd non amplius quæri potest: secus quando non fuisset contentio, & sic iuramentum non fuisset litis decisorium: quia tunc quæri potest post iuramentum: *gl. est in l. si cum patruo, C. com. vtriusq; iud. vbi Paul. not. & Ias. in l. 3. ff. de iureiur. in 5. fall.* 354

Iuramentum est reale ex parte illius, cui iuratur: sed est personale, ex parte iurantis: *Innoc. in c. veritatis, de iureiur.* Iuramentum enim transit ad hæredem recipientis, non lucrantis. ¶ Nec sortitur hæres forum vniuersale ex iuramento defuncti, nec censura Ecclesiæ compelli potest: *ita not. in c. fin. de for. comp. lib. 6. in nouell. per Ioh. And.* Abbas tamen dixit contrarium: *in c. Parrochiam, de sepult.* Veritas est secundùm Bald. *in Margarita super Innoc. in verb. Iuramentum.* ¶ Quòd Iuramen. quantum ad Spirituale, quod ibi inest, non transit ad successorem. Sed quo ad robur contractus, transit ad successorem iurantis: item transit etiam, quantũ ad probationem: *in Authen. de iureiur. à mod. præst. in princ.* ¶ Iuraui stare mandatis tuis, propter hoc nõ potes mihi iniungere aliquod graue & insolitum: *Abb. in c. venientes, de iureiur. l. si stu-*

l. fistulas, §. pen. de contrah. empt. ¶ Iniquum est de alieno facto alium iurare, & ergo nec hæres de facto defuncti iurare cogitur: *tex. est in l. Marcellus, §. fin. ff. re amot.* ¶ Quando res de iure est clara, iustitia omnino est administranda: *ita dicit D. Phil. Dec. consi. 221. viso puncto, in finalibus verb.* Quia res est clara de iure, ideo fiat iustitia, aut pereat mundus, ad laudem omnipotentis Dei.

De Iuramentis extraiudicialibus.

355 DE iuramento promissorio nudo, sine causa, seu nudo pacto adiecto, *vide Marant. in d. c. de iuramen. num. 23.* & dicitur iuramentum confirmatorium, quando apponitur pacto, vel contractui: *Marant. in d. c. num. 27.*

Et de isto iuramento quantum sit periculum in non obseruante illud, *notauit Matthe. de Mathesi. in singula. suo 50.* quòd sit seruandum, etiam non obstante statuto laicorum, *dixit Alex. de Imo. in consi. 39. vol. 4.* Est etiam seruandum metu extortum: nisi fuerit metus, qui cadere potuit in constantem virũ: & nisi vergat in æternæ salutis dispendium: *glo. in c. Si vero, in verbo, propriam, de iureiur. dicit ista glossa, quod sit communis opini. vide Hip. de Marsi. in sing. su. 359. incip. iuramentum.*

356. Et vnum casum, quando iurans se non velle reuelare secreta, & producitur in testem, quòd possit reuelare sine periurio: & sic in quo iuramentum non venit seruandum, *in sing. 424.*

Sed iuramentum quòd habeat mirabilem virtutem, quòd faciat actũ valere, prout valere potest, *notat Matth. de Math. in sing. 56. & vide ibi de iuramento mulieris. Alex. de Im. in consi. 32. in fi. vol. 4. Rolan. à valle in consi. 2. n. 76. & in seq.* Sed an faciat valere contractũ, vigore statuti inualidum, *notat Corse. in singu. suis, in v. statutum 24. vult, quòd non valeat.*

357 De iuramento assertorio, sic aliquid esse de præsenti, vel factum de præterito, *Maran. in d. c. nu. 25. de hoc loquitur c. omne, & c. vt noueritis, 22. q. 1. & per totum, & habetur in l. si alterius, in fi. C. si minor se maio. dixe.*

De iuramento confirmatorio, quod est, quando apponitur in aliquo actu de se inualido, per illud firmatur: *exemplum est in Auth. sacramenta, C. si aduersus vendi. Marant. in d. loco 1. n. 26.*

358 De iuramento fidelitatis, quod præstatur à Vasallo domino feudi, *Marant. in d. c. n. 27. & notat ibi Marant.* quòd sex contineat, nempe quòd iuret Vasallus dominum seruare incolumem, tutum, honestum, vtilem, facilem, & præstare ei auxilium: sed quòd possit excipere, iurans imperatorem, vel regem; & quòd possit præstari tale iuramentum per tutores, curatores, & per procuratorẽ habentem ad hoc speciale mandatum, in animam domini, *dixit Alex. de Imo. in consi. 10. vol. 2. Roma. in sing. suo 807. incip. habuisti.* Et tandem, quatenus possit præstari iuramentum per procuratorem, *notat. Bart. & Alex. in l. qui bona, §. si alieno, ff. de dam. infecto, Lud. Rom. in sing. suo 8. & ibi tenuit in addi. Pigno.*

De Iuramento temerario non obligatorio, *vide Marantam in d. cap. n. 34.* 359

De iuramento illicito, *est tex. in c. innocens, & per totum 22. q. 4. Maran. in d. c. n. 36. & pulcherrimè declarat, in quibus casibus iuramenta sint illicita & non obseruanda.*

Sed iuramenta quòd non possint deferri in causis criminalibus, *vide Hip. de Marsi. in pract. sua crim. §. postquam, n. 1. 2. & vlterius, Bar. in l. maritus, ff. de quæst. Blancum in l. fi. ff. eo. tit. n. 61. quid in causis iniuriarum, dixit (Quòd non,) Guido Papa in consi. 142.* 360

Quomodo vel quando à iuramento petatur absolutio, & an expiret morte iurantis, *vide Hippo. de Marsi. in l. de vnoquoq. ff. de re iudica. n. 163. vsq. ad n. 170.* ¶ Et an à iuramento vi metùue extorto, vel aliàs illicito, absolutio sit necessaria, *docuit Geyl. in obs. 42. lib. 2. (Distinguit, si iuramentum accedat pacto ipso iure prohibito, omninò non valet: at si accedat pacto non prohibito ipso iure, valet quidem, sed absolutio impetrari potest: & ita in Camera obseruatum est.) Petrus à Duen. in regulis fallentia. regul. 447. voluit,* quòd possit episcopus iuramentum remittere, vel super eo dispensare: declarauit per vnam ampliationem & per sex fallentias. *Idem Geyl. in obs. 27. lib. 1. (Iuramentum quoad spiritualitatem, non transit ad hæredem: sed bene quo ad robur contractus, item, quo ad probationem,) & ibi docuit, de iuramenti vel periurij transitione ad hæredes.* ¶ Et quando vni de facto alieno possit deferri, *(Distinguitur inter iuramentum iudiciale, quod hæredi deferri non potest: & necessarium, quod potest.)* & filio viuenti cum patre, *(Affirmatur,)* de facto patris, *consuluit Dec. in consi. 20. vol. 2. n. 31. & 32.* 361

Sed scias, & perpetuò tene menti, quòd iuramentum non operatur aliquem effectum, quando non habuit formalẽ expressionem, quam debet habere: & ideo si tibi aliquid promitto, & demum dico (per iuramentũ, quod alias feci, promitto tibi dare decem,) per hoc non obligor ad iuramentum, nec ad periurium: non enim valet tale iuramentum: *ita dixit per c. pe. de iureiu. Hipp. de Marsi. in singula. suo 415. Sed adde, quæ dicit gl. in c. Clericus, de iureiur.* quòd teneatur quis etiam simpliciter promissa præstare, quia dicit: inter simplicem loquelam, & iuramentum Deus non facit differentiam: *22. q. 5. c. iuramenti, vide & cogita.* VVesenb. *in consi. 15.* 362

par. 1. n. 25. vult, quòd iuramentum, an Eydes ſtadt/ non ſit iuramentum: *allegat Didac. Couar. in c. quamuis de pac. in 6. dicens: nec enim est idem, quod ponitur pro eodem, per gl. in l. Merces, ff. de verb. sign. & ibi dixit alia n. seq. 26. declarat præcedentia, nu. 63. de iurata promißione, quòd de Germaniæ consuetudine pro iuramento habeatur, n. 88.* ¶ Promiſsio facta, bey Fürſtlichen oder Adelichen Ehren vnd Trawen/ Iuramento æquipollet, *Mynsing. cent. 1. obser. 17. Geyl. lib. 2. obser. 59. Speck. cent. 1. quæst. 4. dissent. VVesenb. in par. de iureiurand. n. 6.* De effectu vi & operatione iuramenti, de formali præſtatione eius, tranſitione ad hæredes, quatenus & quale valeat vel non: Item quos liget, *eleganter consulendo, docuit VVes. in cons. 23. par. 1.* ibi in terminis de renunciatione iurata? an contra eam filiæ venire poſſint? (*Tutius est dici, non posse*)

363 Pupillus non obligatur ex iuramento: *inuenies apud Pet. de Rauenna. in suo alph. lit. P. vers. Pupillus.* ¶ Quid de minore, an poſsit venire contra contractum iuramento firmatum, *docuit Geyl. in obs. 41. lib. 2.* (*Verior & in Camera approbata opinio est, non posse, nec habere beneficium restitutionis in integrum, etsi de eo præmonitus non sit.*)

Item nota: iurans non reuelare ſecreta turpia & illicita, poteſt reuelare ſine periurio: *dixit Romanus in sing. suo 512. incipi. iurat, & ibi declarat Nicol. Pign. in addi. tenuit per Romanum Mynsing. in obser. 78. cent. 2. obs. Cam. Imp.*

364 De iuramenti relaxatione, Von erlaſſung oder erledigung der Eyde vnnd Pflichte/ quòd iuramenti relaxatio tam ab imperatore, quàm ab imperiali Camera fieri poſſit, *notauit Mynsing. in obser. 99. cent. 3. Et Geyl. in obseruat. 25. lib. 1.* ¶ Sed quæ requirantur ad relaxationem iuramenti ſecuritatis: (*Informatio magistratus, qui iuramentum exegit, requiritur, antequam citatio decernatur,*) Von vrpheden/ ad agendi effectum, quatenus eſt neceſſaria pro tenore, der vrpheden: & an is, qui recepit die vrpheden/ ſit ad relaxationẽ citandus: (*Vtiq; citandus est,*) *docuit idem Geyl. in obser. 22. lib. 1. & in obser. seq. 23.* (*Vbi dicitur, summarium hunc processum esse*) ¶ Et obtenta relaxatione à Iuramento, an victus in expenſis ſit condemnandus, *idem Geyl. in obs. 24. lib. 1.* (*Si comparens relaxationi contradicat, victus in expensas condemnatur: secus, si iudicis arbitrio permittat, vel prorsus remittat iuramentum,*) & quid ſuper iuramenti relaxatione ſit pronunciandũ, *dicit const. Elect. Sax. in art. 36. par. 2.*

365 Wann ein aufferlegter Eydt ſolle im Land deß Churfürſten von Sachſen geleiſtet werdẽ/ & de præſtando iuramento calumniæ, *habetur in const. Electo. art. 12. parte 1.* ¶ Von wegen einer commun oder collegij, ſollen drey oder vier der Elteſten/vnd welche vmb die Sache am beſten wiſſenſchafft haben möchten/ die deferirten Eyde leiſten/ vnnd ſonſten dazu kein Syndicus zugelaſſen werden: vnnd das/ wann dem gantzen collegio der Eydt deferirt, ſecus, quando defertur aliquibus perſonis particularibus: iſta autem particularis delatio non admittitur, niſi particulares perſonæ eſſent ſimul in iſta actione, conuentæ: *in art. 13. part. 1. const.*

Vnd in welchem Fall der Kläger/ nach deferirtem vnd referirtem HauptEyde/ zu Beweiß nicht zuzulaſſen/ *notatur in constitut. Elect. Saxo. Art. 14. parte 1.* Nach geleiſtem deferirtem Eyde/ ſol nach den acten erkandt werden/ was recht: & actor non admittitur cum probatione periurij: *const. Art. 15. part. 1. notaui aliqua sup. in hoc versic. de Iuramento litis decisorio.* 366

Iuramentum ſecundum tollit primum: *Medic. de nouat. p. 2. q. 1. n. 58. fol. 96.* ¶ Iuramenti forma ſecundùm arbitrium iudicis regulanda: *Hier. Laurent. dec. 7. n. 5.* ¶ Iuramentum vnum duo operari non poteſt: *Dauth. d. c. quamuis, n. 83. vide huc Dauth. in c. quamuis, n. 20 de pact. in 6.* Magna eſt differẽtia inter hæc, quòd iuramentũ firmet contractũ, & quòd ſolum iuramentũ ſit ſeruandũ: *ibid. fol. 50. & n. 63. fol. 99.* ¶ De iuramento aduocatorum abolito, & quidem cum pernecie reipub. & ſeminario multarum litiũ, *Dauth. de testa. fol. mihi 139. in add. marg.* ¶ Iuramentum eſt fori Canonici: *Dauth. de testa. fol. 141. num. 93.* ¶ Iudæus obligatur ex iuramento: *Seraph. priuil. 67. n. 40.* & iurans per falſos Deos tenetur iuramentum ſeruare: *ibid. n. 41.* 367

De Iure.

IVs nominis appellatio tribuit: *11. q. 1. Sacerdotib. & ibi not. in gl. in v. repellat.* ¶ Iuris humani conditio in infinitum decurrit: *l. 2. §. sed quia diuine, C. de veter. iur. enucl.* ¶ Iuribus pro ſe introductis quiſq; renunciare poteſt: *l. pen. C. de pact. l. si quis in conscribendo, C. de Transact.* Hoc eſt verum in ciuilibus: in criminalibus autem non poteſt; *l. si non defendantur, ff. de pœn. l. si iudex de iud. not. in l. pen. C. de pact. l. si conuenerit, ff. de iurud. om. iud.* ¶ An autem omnibus iuribus quis renunciare poteſt, *vide gl. pulcram, in Authen. vt sine prohib. ma. deb. vel cred. vide DD. in l. pactum inter hæredem, vbi est locus ordinarius, ff. de pact. vide Ias. in Auth. iubemus, C. de iud. vide infr. in verb. Renunciatio.* 368

Renunciatio iuris de futuro, ſi ſit in iudicio facta, valet, extra verò non valet: *gl. fin. in l. in plurium, ff. de acq. hæred. & gl. in l. 1. ff. de cur. bon. dat. l. ita scriptum. §. si sub conditione, de leg. 2. vide o. de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 9. in fi. ff. de verb. obl.* 369

Vbi

370 Vbi est eadem ratio, ibi est eadem iuris dispositio: *c. inter corporalia, de Transla. l. à Titio, ff. de v. obl. l. illud, ff. ad l. Aq. Angel. in §. sed hu, Inst. de eo im. liber.* ¶ Iura iuribus concordanda sunt, & eorum correctio vitanda est: *l. præcipimus, C. de Apell. l. sancimus, C. de Testa. l. milites agrum, ff. de re milit.* ¶ Ius ciuile fundatur super iure naturali, quod gentium appellatur: *§. singulorum, Inst. de rer. diuis.* ¶ Et neminē locupletari cum aliena iactura decet: *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. l. iure nat. ff. de reg. iur.* ¶ Iustitia mea est Christus: *c. quicunq; 11. q. 3.* & quatuor iniustitiam invertunt: *c. quatuor 11. q. 3.*

371 Ius naturale princeps sine causa mutare non potest: *tex. est in l. 2. de iud. facit l. 2. de const. & l. vlt. C. si contra ius vel vtil. pub. Imol. in c. quæ in Ecclesiarum, de const.* ¶ In iure nihil contrarij habetur, & superfluum: *§. quibus in 1. const. C.* ¶ Iuris executio non habet iniuriam: *l. iniuriarum actio, §. is qui. ff de iniur.* ¶ Iura interdum C. quæ sunt posteriora, determinantur per iura ff. & quod est mirabile, & contra: *l. non est nouum, ff. de LL. arg. Auth. offerantur, C. de lit. cont. quæ loquitur de satisdatione, intelligitur per tex. in l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cog. vide gl. in d. l. sciendum.*

372 Stante statuto, sicut est Pisis, estque Florentinis subdita: Quòd vbi casus in statutis non reperitur decisus, seruetur ius commune: modò accidit casus à statutis Pisanis nō decisus: quæritur, an debeat decidi, secundùm ius commune Romanorum, an secundùm statuta Florentinorum, quibus Pisa est subiecta? *consuluit Lud. Roman. 218. incip. præsens casus:* Quòd secundùm statuta Florentinorū, quæ sunt ius cōmune subditorū.

373 *In simili consuluit Senensis, consi. 81. in 1. vol.* Statutum est in castro S. Geminiani: Extantibus masculis fœminæ non succedunt. Postea est aliud statutum: Quòd in non dispositis obseruetur ius commune, & hoc castrum est subiectum Florentinis, vbi est statutum: Quòd etiam filiæ excludantur à successione materna. Quæritur si casus acciderit, an ius commune Romanorum obseruetur, vel Florentinorum? & consuluit, quòd ius cōmune subditorum, & non Romanorum: *vide de illis Goz. in l. omnes populi, in 2. lect. de iust. & iur.*

374 Quando vni plura iura competunt, vnō sublato, vel si vnum remiserit, aliud illæsum remanet: *l. si domus, de seru. vrb. præd.* ¶ Pro iure iurisdictionis confirmandæ, cōpetit cōfessoria vtilis: *Bal. de Cast. in l. vt pomū, de seruit.*

375 Idem in iure eligendi: *vide supr. in verbo electio.* ¶ Per iuris scientiam illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & ministris vita subiectorum informatur: *vide Cors. in verb. Doctor, & in verb. persona literata.*

¶ A iuris dispositione, propter hominis excellentiam & bonitatem recedimus: *Fel. in c. super his, de Accus. vide de hoc Iaso. in Authen. iubemus, C. de iudic. De hoc vide supr. in verb. Bonus.* ¶ Iure suo sine sua culpa nemo priuari debet: *c. discretionem, de eo qui cog. sang. vxor. su.* ¶ Idem iuris in toto quo ad totum, & in parte, quo ad partem: *l. iurigentium, §. adeo, ff. de pactis, l. quæ de tota, ff. de rei vend.*

Ius nouum quale sit, *vide infr. in verb. no-* 376
uum. ¶ Ius ciuile vigilantibus scriptum est, non dormientibus: *l. pupillus, in fin. quæ in fraud. credit.* Debet enim esse differentia inter vigilantem, & desidem: *l. non persecimus, C. de ann. excep. l. non enim, ff. ex quib. caus. mai.* ¶ Et iura errantibus, non fallentibus subueniunt: *l. 2. ff. si maior se minor. dix.*

Propter scandalum incidens euitan- 377
dum, recedimus ab expressa iuris & tt. dispositione: *probatur in l. qui decem, ff. ad l. Cor. de Sicar. & in l. si quis filio exhæredato, circa medium, de iniusto rupto, latè Soc. in consi. 166. fol. 23. in fin. 3. colum.* ¶ Lex faciliùs permittit 378
conseruationem iuris proprij & antiqui, quàm acquisitionem de nouo: *l. videamus, §. si actionem, ff. de vsur.* ¶ Hinc furiosus acquisitam possessionem retinet, licèt de nouo acquirere nequeat: *l. iusto, §. eum qui, de vsucap. de hac reg. quam pulcrè similibus corroborat, vide Io. de Mont. Ferr. in l. 1, in princ. col. 12. circa fin. de verb. obl.*

Quando ius videatur esse quæsitum, *Dec.* 379
consi. 212. volum. 2. & pro tenui. Et quando iuri quæsito possit per superiorem derogari, *ibidem.* ¶ Ius Canonicum in concernentibus peccatum, præualet etiam in foro seculari, & in terris Imperij: *gloss. in §. hactenus, Institut. de grad. gloss. est ib. Angel. in §. item liberi, de grad.*

Sed in non concernentibus animam, 380
ius ciuile præfertur, in foro seculari, etiam in terris Ecclesiæ: *facit quod habetur in l. priuilegia, C. de S. S. Eccles. & in c. 1. & 2. de oper. nou. nunc. de hoc vide Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, de acq. hær.* ¶ Totum ius, Canonicum & ciuile, fundatum est exemplis, tam hodie quàm olim occurrentium casuum: *Ferr. in sua pract. fol. 2. fall. 2.*

Iuris ciuilis & canonici diuersitas non 381
præsumitur: *not. in c. 1. de op. nou. nunc. facit textus in c. dilectissimis fratribus, 12. q. 1. & tex. in c. ex literis, de spons. & matr. vide l. aniculus, la. 1. & la. 2. ff. de verb. sig.* ¶ Iuri declarandi nunquam præscribitur: *gloss. in l. petens, in princ. quam ad hoc not. Iaso. post alios in 4. colum. C. de pact. & adducit ad quæst.*

Iura hoc negotijs exhibent, quod me- 382
dicamenta morbis: *Authe. hæc constit. inno. in princ. coll. 8. gloss. in §. sed istæ, Inst. de Act.* Et nouis morbis noua conueniunt antidota: *c.*

cæterùm, de iuram. calu. ¶ Iudex ecclesiasticus ad mortem damnare non potest: *ita dicit Barto. in l. magistratibus, in fin. de iurisd. om. iud.* ¶ Ius piscandi & venandi, competit iure naturali, & non potest prohiberi. *Dec. consi. 271. vol. 2. & tale est de regalibus.* ¶ Et tale ius in aliquo loco alicui soli cõpetere potest. ¶ Ius ignorare, turpe est nobili & patricio viro: *l. 2. §. Seruius Sulpitius, de orig. iur.*

883 Ignorantia iuris hominem stultum efficit: *gl. in l. regula, de iur. & fact. ignor.* ¶ Ignorantia iuris neminem excusat: *c. ignorantia, de R. I. lib. 6.* Imò vnusquisq; tenetur iura scire per se, vel per alios: *l. in bonorum, ff. de bon. poss.* ¶ Mulieribus tamen est permissum, ius ignorare: *l. si adulterium cum incestu, de adult.* vide infra casus, in quibus de mulieribus & rusticis ponitur, propter iuris ignorantiam, in verbo Mulier.

884 Rustico plùs fauetur in iuris ignorantia, quàm mulieri: *vide Ias. in l. iuris ignorantia, C. qui admitt.* ¶ Iura personalia personã non egrediuntur: *l. 1. §. si hæres, ad Trebell. l. vt pomum, de seru.* ¶ Quòd aliquid ipso iure competat, vel disponatur, vt quia pœna imponatur ipso iure. vel quòd requiratur sententia: multos notabiles effectus habes in corpore iuris sparsos: quos vide congestos, per Io. *de Mont. Ferr. in l. 1. §. 1. in 2. & 3. col. ff. de verb. oblig.*

885 Iuris Apices curandi non sunt, sed bona fides, & veritas inspicienda: *tex. & gl. in l. si fideiussor, §. quædam tamen, ff. mandati.* ¶ Iureconsultorũ subtilitates, inter Laicos seruari non debent: *vide in verb. subtilitates, vide ad hoc infr. in verb. Mercator, ibi in curia mercatorum.*

886 ICti propriè & latissimè semper sunt locuti: *Bar. in l. decem, de v. obl. Ias. in l. possessio appellata, §. per seruum, in 12. col. de acq. poss.* Idẽ mihi videtur dicendum in ll. Imperatorum: *per gl. in l. cum te proponas, C. de Transact.* ¶ In ll. ICtorum semper est æquum, inquirere rationẽ, quare sic statuerunt: Quia ipsi moti sunt aliqua ratione. Non sic Imperator, qui absq; ratione leges statuit interdum: *ita dicit Bar. in l. 1. §. iussu, de acq. hæred.* Quod nota pro his, qui in inquirendis rationibus legũ & decidendi, sunt frigidi & oscitantes, dicentes, sic placuit ICto. Nam ipsi iurisconsulti non nisi ratione moti statuerunt, quam rationem inquirere, studiosi & vigilantis est hominis: *ita dicit Bart. in d. §. iussum.*

887 Iurisperiti, & ll. latores improprijs vocabulis quandoq; vtuntur: *l. 2. cum gl. in v. commodauerit, & ibi Bar. C. de his qui ex pub. rat. lib. 10. & l. solent, in prin. vers. custodias, ff. de off. proconsul.* ¶ Itẽ Iurisperiti quandóq; errant: *facit l. 3. §. veratius, ff. de acq. poss. & in l. Mucius, & ibi not. ff. pro Soc. de quibus, vide Alex. in l. 1. in 4. col. fin. ff. si cert. pet.*

Libri Iuris ciuilis non per signa, sed literarum congeriem debent scribi: malè ergo scribitur digestum per ff. geminatum, licet hodie non seruetur, ita dicit Barto. *in l. quod sinè, C. de Test.* vbi quærit: An instrumentum probet, in quo Notarius posuit X. pro decem, C pro centum. 888

Quando maritus ei, quem de vxore suspectum habebat, ter testato denunciauit, ne de cætero cum ea colloquatur: si eum postea cum vxore colloquentẽ inuenerit, impunè interficere potest. *§. his, in Auth. vt liceat matri & auiæ, Barto. in l. Generali, C. de Decur.* Vbi enumerat alios casus 9. quibus licet vnicuiq; ex propria authoritate sibi ius dicere. ¶ Quando quis propria authoritate possit sibi ius dicere, *vide Bar. & plenè per Alex. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nun. vide Io. de Plat. in l. deuotum, C. de met. & Episc. lib. 12. Bar. in l. generali, C. de Decur. lib. 10. vide infr. in verb. Maritus, & Soc. in reg. 34. vide de hoc latè in indice meo Papiensi in verb. ius, col. 59.* 889

Præmissa omnia & sequentia sunt contra regulam, *l. nullus, C. de Iud.* quæ habet: Quòd nemo sibi ius dicere debet. ¶ Quãdo quis possit ædificatũ in suo, propria authoritate destruere, *Dec. consi. 221. vol. 2. non patitur.* ¶ Quando domus vicini ardet, & est media domus inter talem ardentem, & meam, possum propria authoritate mediam destruere: *Ang. de Aret. in tract. maleficiorum, in verb. incendiario, vide Hipp. in l. 1. Char. 7. col. 1. ff. de Siccar. Ego addo ad hunc tex. in l. si quis fumo, §. 1. ad l. aq.* 890

Nota hic, Quòd quando quis potest aliquid propria authoritate facere, si tamen vltra hoc petit licentiam à iudice pro hoc faciendo, & iudex sibi illud denegauerit, non potest sine pœna facere: quia imputatur sibi, quod hanc viam elegerit: vt si vendo tibi domum hoc pacto: Quòd si infra annum non solueris pecuniã, possum propria authoritate ingredi fundum tuum: si lapso anno pecuniam non solueris, iudicem, vt fundum ingrediar, accessero, isque mihi ingrediendi licentiam denegauerit: sine pœna ingredi iam non possum: *ita dicit Bart. in l. creditores, C. de pignor. in rep. & Bald. in l. 1. C. de seruit. & aq. vide Hipp. in Rubr. ff. de Fideiuss. Chart. 6. col. 1.* 891

Hinc etiam dicit tex. *in l. vnica, C. de Thes. lib. 10.* Quòd superfluum sit precibus postulare, quod à lege iam est permissum. Ex supra dictis dicas: Quòd non solum est superfluum, imò interdum damnosum: *vt sup.* ¶ Item si Colonus finito tempore Locationis, domino inuito manet in possessione, Dominus propria authoritate ingredi potest: *secundùm Bald. in c. 1. de contr. feud. inter Dom. & Vasall.* 892

¶ Item

¶ Item quis propria authoritate absq; iudicis licentia expellere conductorem potest: *secundùm Moder. latè in l. 2. C. de Iur. Emphyt. & Alex. in consi. 132. vol. 4.* ¶ Et ista expulsio potest etiam fieri in ferijs introductis in vtilitatem hominum: *idem Alex. in consi. 730. vol. 4. vide de hoc D. Goz. in l. si quis nec causam, §. fi. si cert. pet.*

393 Hinc debitorem fugitiuum propria authoritate capere possumus: *l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credit. & in Authen. vt iud. sine quoq; suffrag. §. necessitatem, & in l. extat, ff. quod met. cauß. & in l. quæsitum, de pignor. & Institu. de act. in princ.* ¶ Et hoc amplia procedere, etiamsi non sit in fuga, sed sunt saltem euidentia signa, quòd velit fugere: quia tunc etiam potest capi, *ita dixit Ang. per gloss. ibi in l. pignoris causa, C. de pignor. act. De quo vide Hipp. in sing. 43. eund. in sing. 284.* vbi hoc limitat singulariter, quod scilicet debitorem fugitiuum creditor propria authoritate capere non potest: *eundem vide in singu. 282.* ¶ Sic & iudex die feriato potest talem creditorem de fuga suspectum facere capire, *& de hoc latè, vide D. Ias. in l. 2. ff. de iurud. om. iud.*

394 Et an potestas occidendi priuato concessa posit delegari, *vide pulcrè Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, in 4. volu. 4. col. de constit.* ¶ Ius contra aliquem sibi propria authoritate dicere licitum non est: *l. nullus, C. de iudic. l. extat, quod met. causa, l. 1. C. ne quis in sua cauß. l. 1. C. de pr. car.* ¶ Sed debet recurrere ad superiorem, & quando talis recursus haberi non potest, quia iustitiam facere neglexerit, vel superioris copia haberi nequit, possunt repræsaliæ indici: *vide Alex. in consi. 11. vol. 1. circa finem.*

395 Quando quis copiam iudicis habere non potest, tunc sibi propria authoritate potest ius dicere: *l. si alius, §. bellißimè, secundum verum intellectum, ff. quod vi, aut clam. Alex. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunc. Carol. in Rubr. col. 2 ff. de verb. obl.* ¶ Tamen Imperator, & alij iudices, & ciuitates superiorem non recognoscentes, sunt iudices, in proprijs causis: *vide Bart. per illum tex. in l. proximè, de his quæ in Test. del.* ¶ Licentia ingrediendi rem propria authoritate, potest transferri in alium per eum, qui habet: *melior tex. de iure in l. 1. §. fin. de oper. nou. nunc. & ibi Bolog. in pulcra Apostilla.* ¶ Si rem meam vendo eo pacto, ne alienes, si alienata sit, possum apprehendere, *gl. in Authen. vt de cætero comm. Eccles. in verb. licentiam, Ias. in l. pen. ff. de pact. vide in verb. emere, & in verb. alienatio, Ias. in §. Diui, de leg. 1.*

De rebus extra territorium vel alibi sitis, iudex etiam sententiam ferre potest, *Bartol. in l. propter, §. qui se. num. 3. ff. De excusat. tutor, & curat.* ¶ Euangelia debet iudex habere ante tribunal: sed consuetudo hoc non obseruat. *Bartol. in l. cum & iudices. num. 1. C. de iurei. prop. calum.*

Ius speciale faciliùs tollitur, quàm ius commune: *l. eius militis, §. militia missus, ff. de testam. milit.* Et quando in aliqua lege ICtus decidendo casum, vtitur his verbis, propter vtilitatem, vel vtilitate suadente, datur intelligi, quòd illud fiat de iure speciali, & in contrarium sit ius commune: *l. iusto, §. eum qui, ff. de vsuc. l. seruum, ff. rem. pupill. saluam fore. Hoc voluit Ioan. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colum. 13. de verb. obl. ibi, tertiò & vltimò considero.* ¶ Qui dicit, illud esse speciale ius, & contra regulas iuris sunt ita tenaces, quòd ab eis non est recedendum, nisi expreßè habeatur in iure: *l. ab ea parte, ff. de probat. c. ad decimas, de restit. spol. vide Ioan. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colum. 8. de verb. obl. ibi quinto.* 396

Nec sequitur: Dos habet multa priuilegia, & specialia, vel pia causa. Ergo etiam in isto casu est speciale. Quia specialia non debent multiplicari: *l. 1. C. de inoffi.* ¶ Nec vnquam præsumitur specialitas in casu proposito, licet in alijs sit specialitas: *l. in fraudem, §. fin. ff. de Test. milit. gloss. fin. in l. 1. de pactis, vide Soc. in l. singularia, lect. 65. & 64. si cert. pet.* ¶ Nec sequitur: Multa sunt specialia in iudicijs. Ergò hoc est speciale: *ita dicit Bart. referendo Petr. in l. si insulam, in princ. 2. colum. in 4. opp. 1. part. de verb. obl.* ¶ Dicere hoc est de iure speciali, & rationem specialitatis non assignare, est refugium miserorum: *secundùm gloss. in l. filium quem habentem, C. famil. hercis. Iaso. in Authen. quas actiones, in 2. colum. C. de sacro. Eccles. Socin. in l. singularia, in princ. si cert. pet.* dicit, quòd illa gl. debet limitari in contractibus priuilegiatis, scilicet mutui, dotis, vt supra, in quibus benè possum dicere. Hoc est speciale, tamen Dec. ibi repræhendit eum, quos vide, *Ias. in Auth. quas actiones, in 2. colum. C. de S. S. Eccles.* ¶ Speciale ius vel singulare licet facilius tollatur, quam ius commune: *l. eius militis, §. militia missus, de Test. milit. Iaso. in Auth. quas actiones, 2. colum. C. de S. S. Eccles.* ¶ Limita tamen hanc reg. in speciali derogatione: secus in generali, quia tunc faciliùs tollitur ius commune: *c. 1. de const. lib. 6. ibi limitat D. Ias. in l. postquam lit. in fin. ibi quinto nota, C. de pact.* 397

Inspicere debemus, quod fit regulariter, & non quod fit specialiter: *l. 4. §. illud, de fideicom. libert.* ¶ In his, quæ fiunt iure speciali, vel ex priuilegio principis, non debet considerari, quod euenire potest: *l. 4. § 1, ff de fideicom. liber. Bar. in l. fin. C. de sent paß.* ¶ Bene sequitur: illud est speciale. Ergo in contrarium est ius commune: *vide de hoc sup. in verb. argumentum.* ¶ In his, quæ compe- 398

tunt iure speciali, non excluditur beneficium iuris communis: *l. in bello, §. fin. quis seruum, de capt. ita Barto. in l. 1. in fin. de leg. 1. idem in l. fin. in 3. colum. in princ. C. de S. S. Eccles.*

399 Specialia duo concurrere non possunt: *l. 1. C. de dot. promiss. & l. cum post, §. gener & quod, ibi not. de iur. dot. Br. in l. iuris gentium, §. quinimo, de pact. Ioan. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colum. 9. in princ. ibi praeterea secundum Aret. de verb. obl. vide Bar. in l. 2. de pollic.* ¶ Hoc tamen limita, notabiliter verum esse, quòd duo specialia, vel fictiones concurrere non possunt, quando ex eodem fonte illa procedunt, vel ad eundem effectum, & ita procedunt iura praemissa: sed quando procedunt ex diuerso fonte, vel ad diuersos effectus, tunc plures fictiones concurrere possunt. *Hoc pulcre declarat Ias. in l. singularia, per hunc tex. in 2. not. in 3. colu. si cert. pet.* vbi vide D. Goz. qui pulcre loquitur *in hoc puncto, vbi habes nouum intellectum ad d. l. 1. de dot. promiss. qui est Soc. & Bal.* ¶ Specialitas in dubio non praesumitur: *not. in c. consultationi, de temp. ord.* Hinc est: Quòd ille, qui dicit, hoc esse speciale ius, & contra iuris regulas, debet hoc probare expressè: *l. ab ea parte, de probat. vide supr. eod.*

400 Etiam fauore Reipub. duo specialia concurrere non possunt: *l. 3. in prin. vbi Bar. not. de pollicit. vide Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, q. 4. lect. 60. fol. 126. fall. 2. in princ. de verb. obl.* ¶ Item limita hoc: Quando vnum speciale veniret in consequentiam alterius, tunc bene concurrere possunt: *ita Bart. in l. si is qui pro emptore, de vsucap. in pen. & vlt. colu.* Quando autem vna fictio vel specialitas, dicatur venire in consequentiam alterius, declarat Aret. *in Repet. l. si constante in 11. col. solut. matr. quae non est impressa, & Ias. in d. l. si is qui pro emptore, in vlt. col. de quibus omnibus, vide Goz. in l. singularia, in 5. notab. lect. 64. si cert. petat.* ¶ Iurisdictionem priuatorum consensus non dat, nec iudicem: *l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iud.* ¶ Quando iurisdictio alicui specialiter tribuitur, an videatur in illo casu adempta ab ordinario, *Dec. consil. 3. volum. 4.*

De Iure patronatus.

401 DE iure patronatus, quale ius sit, an spirituale, an temporale, & quomodo aliquis efficiatur patronus & quae consequatur patronus, *vide pulcram gloss. in c. piae mentis 16. q. 17.* ¶ Ius patronatus Ecclesiae, & ius patronatus patroni non sunt idem, *vide Ioan. Fabr. & alios in §. cum filius, Institut. de haered. qual. & diff.* ¶ Ius patronatus liberti an sit transmissibile ad haeredes? & quid in iure patronatus Ecclesiae, *vide post Bart. Iaso. in l. 1. in 7. & 8. col. de leg. 1.* ¶ Ius patronatus coram iudice seculari tractari non potest: *c. quanto de iud. fallit, vt per Soc. in reg. 217.* ¶ Pro iure repraesentandi competit confessoria, & negatoria; *Iason. in §. aeque, Institut. de Act. num. 35. & in l. si prius, in princ. de op. nou. nunc.*

Patronus Clericus sex menses habet ad praesentandum, Laicus quatuor tantum; *c. 1. de iure Patron. lib. 6. Abb. in c. ex literis, de iure patronat. num. 4.* ibi ponuntur aliae differentiae, inter Clericum & Laicum patronum. ¶ Ex duobus praesentatis & institutis, quis praeferatur, *vide Dec. consi. 224. volum. 2. in casu proposito occurrente.* ¶ Praesentatus ab ordinario confirmari debet, alias punitur: *vide in verb. Beneficium.* ¶ Patronus an seipsum & filium suum, ad beneficium praesentare possit, *vide Abb. in consi. 96. volum. 2.* 402

De Iurisdictione.

DE acquirenda, retinenda, & amittenda iurisdictione, *notaui quaedam supr. in litera D. versi. de Dominio, §. sic etiam iurisdictio, mixtum & merum imperium. Sed adde illis, quae dixit Bart. in consi. 189. incip. primò quaeritur, & consi. 186. incip. ciuitati Camerensi, ibi inuenies;* inhabitantes castra quatenus intelligantur habere merum, mixtum Imperium & iurisdictionem in illis castris: & sic an intelligatur adhaerere vniuersitati, castro, vel villae. ¶ Quando aliquis vult exercere iurisdictionem in suos subditos in alieno territorio, debet habere licentiã Domini illius territorij, alias processus non valet. *Marant. par. 6. de citat. nu. 41.* ¶ Ius gladij an habeat Ecclesia, eleganter tractat & explicat Frid. Duar. *lib. 7. de sacr. Eccles. minist. ac benefic. c. 4. & in seq. agit de iuris à ciuili, &c.* 403

Quòd per verbũ, (iurisdictio,) & per clausulas generales additas: (Omnimodam iurisdictionem, cum gladij potestate. cum vniuerso eius territorio, omnes ac vniuersos illius castri vel ciuitatis, eiusque districtus, reditus, intradas, & emolumenta, dacia & prouentus, etiam extraordinarios, puta, concedimus:) quòd comprahendatur mixtum & merum imperium, *consuluit Dec. consi. 35. vol. 2. num. 45. & in seqq.* 404

Iurisdictionem propter nimiam saeuitiam Domini amittunt: *Bart. & Bald. in l. 2. de his, qui sunt sui vel alien. Eberh. in procem. top. leg. num. 26. arg. §. dominor. Inst. de his qui sunt sui vel alien. l. 1. C. de emend. seru. & l. fin. C. quomod. ciu. mun. iudic. lib. 10. Geyl. 1. obseruat. 17. num. 2. Iohan. Frid. Husanus in tr. de hom. propr. c. 8. quaest. 5. num. 25. Quint. Mand. de inhibit. q. 104. numer. 5. Muscat. de iurisdict. num. 124.* 405

¶ Num

¶ Num membri alicuius abscissio meri sit imperij, & quorum membrorum mutilatio permissa sit, vel non sit, docet Speckh. *cent. 1. quæst. 86.* ¶ Mixtum Imperium & Iurisdictionem vnum & idem esse: nihilq; vindicari mixto Imperio, quod non possit ac debeat etiam vindicari Iurisdictioni: & contrà, nihil vindicari iurisdictioni, quod etiam non possit ac debeat vindicari mixto Imperio, asserit Cuiac. *lib. 21. obseru. 30. l. vlt. de offi. eius, cui mandat. est iurisd. Dissent. Henric. à Suerin lib. 1. rep. test. c. 6. Ant. Fab. 4. quæst. 4.*

406 Quot modis quis possit habere iurisdictionem in suo territorio, (*Cumulatiuè vel priuatiuè: semper tamen iurisdictio, quæ venditur aut donatur, priuatiuè concessa intelligitur: decis. d. consil. 35. num. 59. & 60.*) quomodo perdatur per non vsum: item priuilegium concessum ab imperatore an censeatur reale vel personale, (*Concessum per viam contractus, reale censetur: secus, si per modum gratiæ, priuilegium immunitatis concessum sit. Geyl. 2. obser. pr. 2. n. 13. & seqq.*) multi filij an habeant exercitiū iurisdictionis in solidum: Et quomodo iurisdictio, mixtum & merum imperium, per non vsum amittatur: nempe si casus acciderint, & à valentibus non sint puniti, & quòd potuerint puniri: Valentes enim non exercentes amittunt: secus si exercere non valeant, & si casus punibilis non acciderit: *Geyl. in obseru. 60. lib. 2. tex. allegatur à Bart. in d. cons. 189. in c. irrefragabilis, §. excessus. de offic. ordin.* Quatenus saltem per non vsum, & actus contrarios (*Oportet actum directè contrarium esse, & celebrari ab eo, ad quem ius illud, de cuius amissione agitur, pertinet: secus si ab alio, ignorante aut non consentiente iuris illius Domino.*) amittantur, *consuluit Decia in cons. 43. vol. 3. à n. 26. vsque ad num. 38.* Ciuitas quomodo possit præscribere iurisdictionem alterius comitatus, *& de alijs bonis ibi vide.*

407 Et quòd omnis iurisdictio spectet ad Imperatorem, *dicit Alex. de Imo. in consi. 16. col. 3. vers. Insuper in fine & insequen. volum. 5 per Bal. in c. 1. §. ad hæc in 1. colum. de pace iuramen. firman. qui Baldus ibi vtilissima de iurisdictionis materia tractauit, & vide ibidem Aluarottum,* qui ex hoc infert, quòd nemini liceat iurisdictionem vendere, sine Imperatoris vel superioris concessione: *l. 1. §. qui mandatum, de offic. eius, cui mand. l. 6. de offic. procons. Vulteius c. 1. p. 7. Notaui infrà in litera R. versi. de regal.* & iurisdictio imperij an præscribatur, *disputat pulcherrimè pro & contra Baldus, & tandem concludit, quòd præscribatur, dicit autem tempus, enumerat, & specificat actus, per quos, imò alia scitu dignissima notat, in repe. l. si lex, C. de iure libero. quam l. ego tamen, in C. meo non inuenio.*

Sed an consuetudo det ordinariam iurisdictionem, *notauit (quòd sic.) Anto. Corseti in singula. suis. in verbo statutum 11. vide tractatum Barto. de iurisdictione.* ¶ Sed quid debeat pro obtinenda iurisdictione probari, consuluit *Alex. de Imo. in d. consi. 16. per totum, quod in ista materia elegans & vtilissimum consilium, volum. 6. Idem Alexan. in consi. 23. versi. Item respondeo, & versic. & quàm plurimi testes, eo. volum. 5. vide etiam Baldum in l. data opera, inter alia deeuictione furcæ, colum. 7. C. qui accus. non possunt.* 408

Sed quasi possessio iurisdictionis probatur multis modis: *quos modos eleganter notauit & cumulauit Menochius in commen. suo, de retinenda possessio. numero* octo. 1. instrumento iuratæ fidelitatis. 2. instrumento liberationis à fidelitate. 3. ex præstatione onerum: *Bal. in l. 3. C. de natura. libe.* 4. per exactionem gabellarum: *c. licèt causam in vbi omnes de proba.* 5. per famam antiquam: *Socinus cons. 187.* 6. quasi possessio iurium Ecclesiæ, per traditionem clauium ad Ecclesiam pertinentium: An Episcopus, vnius castri possessione appræhensa, cæterorum Ecclesiæ bonorum omnium possessionem, & prætertim iurisdictionis quasi possessionem adipiscatur, vide Zas. *lib. 2. sing. respons. c. 31. Butri. in c. si. de caus. posses. & proprie.* 7. ex actibus iurisdictionalibus: *Roma. consil. 70. num. 13. & de istis actibus notaui aliqua infrà, in litera R. vers. de regalibus.* & refer huc in specie capturam delinquentium, & erectionem furcarum: *per Bal. in l. data opera, C. de his, qui accus. non pos.* 409

His adde ea, quæ docuit VVesenbecius in cons. 95. num. 25. parte 2. dicit: probari iurisdictionem omnimodam erectione furcarum, quæ ab antiquo illic steterint, & vsurpatæ fuerint: & personalibus capturis, quas nemo facere potest, nisi is, qui habet imperium Incarcerationis, ex causâ criminis perpetrati: Concessa citatis veniendi securitate, sicher Geleite zu Rechte vor vnrechter Gewalt: Ordinatione iudicij criminalis, & electione der Richter vnd Scheppen: Ex decretis torturæ quæstionibus. Pronunciatis in causa criminali sententijs, & executionibus factis: & hisce similibus. Dicit 8. probatur quasi possessio iurisdictionis ex nominatione: *Socinus senior in d. cons. 187. lib. 2. & ibidem ait:* probari etiam quasi possessionem, ex instrumentis locationum & venditionum. 410

Sed an sufficiat allegare qualitatem tribuentem iurisdictionem ad obtinendos processus à iudice, vel an ea sit probanda, *docuit Mynsinger. in obseruat. 9. centur. 2.* (*regulariter sufficit: fallit in processu legis diffamari, relaxatione iuramenti ad effectum agendi, &c.*) 411

obseruat. Came. Impe. limitatio iurisdictionis an trahatur ad incrementum,(*non trahi, communiter Dominos Camerales conclusisse ait, nisi incrementum etiam in principio à petitione comprehenderetur.*) docuit *Mynsinger. in obs. 110. cent. 3.*

412 Et tandem de hac iurisdictionis materia, *notaui quædam suprà in litera D. versi. de dominio, ibi, sic etiam iurisdictio, in litera C. versi. de collectarum exactionibus, & infrà in litera P. in vers. de probatione per solutionem census, & versi. de probatione per scripturas.* Et tandem de iurisdictionis concessione, quæ comprehendantur in illa, & quasi iurisdictionis possessione, & de eius exercitio, *deq; plurimis bonis consuluit VVesenbe. in consi. 95. par. 7.* ¶ De turbatione iurisdictionis alienæ, quam vniuersitas fecit, quatenus possit mulctari, vel contra turbari: *VVesenbec. in consi. 33. par. 1.* (*vbi docet, mulctari non posse, si sui iuris luendi causa fecerunt, adeoq; sine dolo.*)

413 Concesso castro cum iurisdictione, simpliciter merum Imperium translatum non censetur, nec omnimoda iurisdictione tributa, regalia concessa putandum est: *Longonal. de Iurisd. p. 177. & par. 237. n. 2. & seqq. Vasq. illust. contr. 1. c. 3. n. 9. 10. Muscard. de Iurisd. n. 17. Dissentit Ferrar. Præst. in form. libell. act. confess. pro seruit. verb. plenum & omnimodum, n. 2. Geyl. 2. obser. 61. n. 15. obseru. 62. & Decian. §. quòd per verbū citatus.* ¶ Princeps, reum criminis in alieno territorio commissi captiuum qui detinet, cogi potest, vt hunc remittat ad locum, vbi delictum est commissum: *Nouell. 134. c. 5. Nouel. 69. c. 1. l. si cui 7. §. pen. l. fin. ff. de accus. c. si illic 23. quæst. 4. Hyppol. de Marsil. in pr. crim. num. 32. §. opportune. Gomez. tom. 3. var. solut. c. 1. n. 82.*

414 Duces, Marchiones, Comites, & alij, qui merum Imperium habent, ex generali consuetudine, alijs id demandare solent: *Alb. de Rosa. Dec. Curt. Iun. & Ant. Vacc. in l. 1. de offic. eius, &c. Cagnol. nil. nemo potest. de R. I. Goden. cons. 39. n. 31.* ¶ Hodie alia Iurisdictio Ecclesiastica est, alia secularis. ¶ Ecclesiasticæ iurisdictionis est Pontifex: at secularis, Imperator. Iam Ecclesiastica iterum in ordinariam, & in delegatam scinditur. Ordinariam appellamus, quam quis, iure collatæ dignitatis & officij, habet & exercet. Sic etiam secularis iurisdictio in ordinariam & delegatam diuiditur. Ordinaria rursus subdiuidi potest in principalem, & beneficiariam. Principalem nominamus, quam quis per se habet, vt Reges, Principes, Comites, & alij, qui ex successione regna, principatus, Comitatus, quibus Iurisdictiones cohærent consequuntur. Beneficiariam dicimus, quam Vasalli ex beneficio Dominorum adipiscuntur, vt videre licet in Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, alijsq; Imperij nobilibus, qui cum inuestituris iurisdictionem acquirunt. Vtraq; enim, tam principalis, quàm beneficiaria iurisdictio, in superiorem, mediam, & inferiorem distinguitur.

De speciebus iurisdictionis, siue gradibus eius, tàm de iure Ciuili, quàm Saxonico, vide *Coler. de processu exec. p. 2. c. 1. n. 105. vsq; ad fi.* ¶ De actibus iuris dictionalibus, eorumq; tam affirmatiuorum, quàm negatiuorum acquisitione, *Knich. in comm. priu. Duc. Sax. c. 9. fol. 221.* ¶ Concessa Iurisdictione quando merum imperium videatur concessum, *Raud. de anal. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 15. n. 136.* ¶ Fructus Iurisdictionis sunt, condemnationes & bona confiscata: *Capyc. decis. 27. n. 15.* ideò vbi duo sunt domini, habentes Iurisdictionem, pariter diuidendum: *n. 16.* pœnæ pecuniariæ etiam pro delictis impositæ spectant ad simplicem Iurisdictionem, excepta pœna confiscationis bonorū, quę est meri imperij: *n. 16.* Pœnæ & mulctæ, sunt fructus iurisdictionis: *Husan. de homin. propr. fol. 143. n. 68.* 415

Iurisdictio quando censeatur cōcessa cumulatiuè vel priuatiuè: *Ioseph. Ludou. cond. 20. Mynſ. cent. 6. obseru. 99. Schrad. fol. 1349. & 1353.* 416 ¶ Iurisdictio alicuius castri à Principe concessa, an in nouos incolas & in eiusd. oppidi augmento exerceri possit, *Couar. pract. quæst. c. 2.* ¶ De seculari & laica Iurisdictione in eos clericos, qui prima tantùm tonsura sunt insigniti: *Couar. pract. quæst. c. 31. & ibid. c. seqq. plura de Iudicijs cleric.* ¶ De vsu iurisdictionis, quę plurib. in eand. vrbem aut oppidū competit, *Couar. pract. præst. c. 40.* ¶ Iurisdictionis effectus sunt exactionum iura & seruitia: *Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. n. 51.* ¶ Iurisdictio potest esse sine territorio & castro: *Molin. d. lo. tit. 1. §. 1. glos. 5. n. 45.* ¶ Iurisdictionem alter, alter castrum habere potest: *Hier. de monte c. 11. n. 14.*

Iurisdictio quàm diu est castro annexa, nō est ius separatum, sed de pertinentijs castri: *Molin. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 44.* ¶ Iurisdictionem & limitatum ius habens in territorio, censetur habere in qualibet eius parte: *Mol. d. tit. 1. §. 46. n. 6. per l. æde sacra, §. fin. de contr. emp.* ¶ Iurisdictionem in limitata parte quando quis non habeat, licèt in toto habeat territorio: *Isern. tit. qual. Vasall. deb. in fid. Paris. conc. 16. col. pen. in f. vol. 4.* ¶ An ille, cui committitur nudum ministerium habeat coërcendi vel excommunicandi potestatē in impedientes: *Capra conc. 28.* ¶ De meri & misti imperij ac iurisdictionis delegatione: *Couar. V. R. lib. 3. c. 20.* ¶ Iurisdictionem ordinariā non præsumi, & quibus illa probationibus probari possit: *Men. lib. 2. præs. 14.* ¶ Iurisdictio delegata non præsumitur, etiam in viro excelso: & quomodo probetur, *Menoch. præsumt. 15.* 417

Iuris-

418 Iurisdictio concessa an ordinaria, an verò delegata præsumatur: *Menoch. d. l. 2. præs. 16.* ¶ Qua iurisdictione vsus præsumatur, qui secundùm ordinariam, & secundùm delegatam cognoscere & causam definire potest: *Menoch. præs. 17.* ¶ Iurisdictionem vni vel duobus concessam, aliquando cumulatiuè, aliquando priuatiuè concessam præsumi, *Menoch. lib. 2. præsumt. 18.* ¶ Iurisdictionem Iudicis quando prorogasse actorem, vel reum conuentum præsumatur, *Menoch. d. lib. 2. præsumt. 19.*

419 Iurisdictionem quando princeps præsumatur contulisse: & inhabilem, quem ad magistratū promouit, reddidisse habilē, *præs. 20.* Iurisdictione vel imperio alicui delegato, quando eius industria electa præsumatur, ita vt alteri subdelegare nō possit: *præs. 21.* ¶ Iurisdictio secularis nō prorogatur cōtra clericos, quamuis clerici consentiant: Sed benè Ecclesiastica contra laicos: *Viu. lib. 1. decis. 125.* De prorogatione iurisdictionis triplici, *decis. 126.* ¶ Iurisdictio vendi, alienari, ac in perpetuum locari, præsertim in prælatum non potest: fructus autē eius sic: *Viu. lib. 1. dec. 126.* ¶ Immobilia bona subiacent legib. ciuitatis, vbi sita sūt, quia cohærēt territorio atq; ideò ex eo quoq; ratione iurisdictionis æstimantur: *Schultz in add. ad quæst. 85. Modest. Pist. p. 2. n. 5.*

420 Iurisdictio an ius sit indiuiduū: *Modest. Pist. d. lo. quæst. 86.* ¶ Prorogatio iurisdictionis ante litem contestatam reuocari potest. *Dauth. de testam. fol. 136. n. 90. & ibid. add. margin.* ¶ De prorogatione iurisdictionis remissiuè, *Dauth. in l. 2. C. de testam. n. 3. fol. 538.* & prorogari non potest, quòd non præexistit: item in actibus voluntariæ iurisdictionis locum non habet prorogatio de vno iudice ad aliū, *ibid.* ¶ Ciues ciuitatum, quę habent iurisdictionē, possunt in præiudicium vniuersitatis, nec tacitè, nec expressè, iurisdictionē alterius iudicis prorogare: *Marcell. Cassa. de modo prob. gl. 1. §. 1.*

421 Iudice mutato an pereat instantia, *Modest. Pist. p. 2. q. 96.* ¶ Propter merū & mixtū imperium dicitur quis dominus Castri vel terræ: *Capyc. dec. 27. n. 31. Ibid.* per quos actus quis dicatur dominus alicuius Castri. Iurisdictio & territoriū sunt separabilia, ita vt vendito territorio non veniat iurisdictio: *n. 36. & seqq.* ¶ Carcer est argumentū meri Imperij: *l. 2. de in ius vocand. Platea ibid.* ¶ Iurisdictio nō præsumitur: ideo venit probanda, & quomodo, *Vant. rubr. de null. ex def. iurud. fol. 188. n. 9. vsq; ad 16. & seqq. Menoch. d. lo.* ¶ Statutū loquens de iurisdictione, quando intelligatur de ordinaria, quando de delegata: *Raud. de anal. lib. 1. c. 15. n. 147. vsq; ad 157.*

De Iure protemiseos vel congrui.

IVs congrui vel protemiseos est, quando quis ratione consanguinitatis vel vicinitatis, vult præferri alijs in venditione: oblato precio, de quo cum extraneo fortè est conuentum, vel quod est solutum. ¶ Et de isto iure, cui competat, quo iure, in quibus bonis, & quando, & de eius materia, *vide Dn. Rober. Maran. in disputatione sua 8. incip. assiduè in palatijs, Ioannem de Arno. in singu. suo 34. incipiente non incongruè, & in singula. 56. incip. per legem. Alexan. de Imo. in cons. 24. vol. 4. Rolandum à Valle, in cons. 21. & 63. par. 1.* 422

Quòd statuto vel consuetudine induci possit, & quanto tempore duret: *notauit (Communis opinio & in Camera approbata est, anno tantùm durare. M. & G. quam & Germaniæ consuetudo probat. Idem Geyl.) Mynsinge. in obser. 51. cent. 3. & ibi inducit*: quòd ex iure diuino originem traxerit: *tex. allegatur Leuit. cap. 25. ibi: si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & propinquus eius voluerit, potest redimere, quod ille vendiderat. Et Ieremiæ cap. 32. ibi: dann du hast das nechste Freundrecht dazu, das du ihn keuffen solt. Et ibi: dann du hast Erbrecht dazu, vnd du bist der nechste, lieber keuff. Item, Ruth. cap. 4.* 423

De eius requisitis: & volens vti iure retract° vel protemiseos, quòd refundat precium solutū, sumptus & expensas tempore contractus factas, auch den Weinkauff, & vsq; ad quod tempus competat, cum alijs multis vtilibus, *vide per Geyl. in obs. 19. lib. 2.* Schneide. *pulcherrimè in Instit. de empt. & vend. n. 12.* tres casus ponit, in quibus proximiores de genere vel familia, habeant prærogatiuā præ extraneis. Primò, in casu factæ prohibitionis per testatorem, ne alienentur bona ex familia. Secundò in casu vbi extat statutū. Tertiò vbi inter consanguineos sic sit pactum: *facit Const. Electo. Saxo. in Arti. 32. parte 2.* Vnd was er vor ein Kauffgelt gebē soll: nemblich was der Verkeuffer ohne collusion von eim andern das rumbekriegen mögen: *nota. in Arti. seq. 33. d. par. 2. consti.* Das die nehergeltung aber nach Sachsenrechte der Stammgüter den Blutsfreunden nicht gebühre/ sondern allein den Kindern: vnd von welchen Stammgütern es zuuorstehen/ nemblichen/ die nicht von den Eltern/ sondern von den Großeltern herkommen: *declaratur in constitu. Electo. Saxo. Arti 31. parte 2.* 424

An etiam in casu permutationis, sit locus iuri congrui vel protemiseos? quòd non, nisi simulatio & fraus interueniat, *consuluit Decian. in cons. 59. vol. 1.* ¶ Et an competat in casu, res quando in emphyteusin est concessa cum pacto francandi illam? quòd sic, *respondet iste Decia. in cons. 76. vol. 2. & ibi in n. 9. facit mentionem de ratione talis statuti, quæ sola sit ne de familia extrahantur bona, sed in illa remaneant, l. pater fundum Titianum ff. de lega. 2.* 425

Sed

426 Sed consanguineus qui non solùm interfuit alienationi, sed etiam pro euictione fideiussor est factus, an posit vti iure prothomiseos ex forma statuti sibi cõpetente post factam alienationem ? Respondet, quòd sic. *Decian. in cons. 105. volum. 3. & in hoc consilio vide; quatenus etiam præsentia cum taciturnitate alicui non præiudicet.*

427 Prolixè & luculenter hanc materiam iuris congrui explicauit Matth. *de Afflict. cum quibusdam alijs.*

Quæritur: An vicinus posit vendere alteri, quàm vicino? Resp. quòd cæteris paribus, tenetur potiùs vendere conuicino, quàm alij: aliàs posset appellare: *l. quicunq. 11. C. de omnium agr. desert. lib. 11. ita vot. dicit Guil. de Cic. in l. 1. de priuil. cred. & referunt ista Moderni. in l. si mihi, ff. de v. obl.* Rat. Quia interest nostra, non habere malos vicinos: *vt in l. fin. C. de pact. interempt. Fabia. de Mont. in tr. de empt. 3. quæst. princ. num. 14. Capyc. dec. 42. Nicol. Moz. de naturalib. empt. c. vendit. num. 35. fol. 402.* Et quòd huic doctrinæ nihil obstet l. dudum, *C. de contrar. empt.* docet M. Mantua Beneuol.

428 *Cic. pro Cecinna*: Qui ius ciuile contemnendum putat, is vinculum reuellit, non modò iudiciorũ, sed etiam vtilitatis, vitæq; communis. Qui autem interpretes iuris vituperat: si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit: si imperitis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges & iura labefactat. Leges itaque sacratiss. quæ constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto earum manifestiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur: *l. leges, C. d. tt.*

Iuris congrui fraus præsumitur, si venditor sibi reseruauit fructum terræ, trium passuum latitudinis circumcirca terram à se venditam, & non poterat intrari ad terram reseruatam, nisi terram venditam: *Capyc. decis. 38.* ¶ Statutum de venditione fienda in agnatos, confines & participes & superficiarios quomodo intelligatur, *Caual. latè, decis. 65. aliàs p. 2. decis. 19. & 20.* ¶ Ius retractus testamento constitui potest: *l. Lucius 88. §. instituto, ff. de leg. 2.* ¶ Quando incipiat currere tempus retrahendi, *Couar. V. R. lib. 3. c. 11. pass.* ¶ Donatio facta per patrem filio, facit cessare ius prothomiseos: *Viuius decis. 256. lib. 2.* his congrui in permutatione locum non habet: *Viuius decis. 325. lib. 2.* 429

Habens ius prothemiseos ex pacto in bonis vendendis, post mortem alicuius, an illud habeat, si vino illo vendantur, *Modest. Pist. p. 2. quæst. 83.* ¶ Ius refractus an habeat locum in datione in solutum: *Asin. de execut. §. 4. c. 3.*

De Le-

L

De Labore.

1 LAbor improbus omnia vincit: *l. 1. C. de pet. bon. subl. lib. 10. c. oportuna, de pœn. dist. 1. c. cum in iuuentute sua, §. cæterũ, de purg. can. c. tuæ fraternitatis, de præbend.* ¶ Labor & præmium recipiunt diuisionem: *l. Seio, ff. de Ann. leg. vide pulcrè de intellectu illius, l. Goz. post alios in l. diem functo, de off. assess.*

De Laicis.

2 LAicus qui vnâ cũ clerico, debeat ratione communionis coram Ecclesiastico iudice conueniri: *Bart. in l. præcipimus, §. eodẽ obseruando, C. de Apell. Bart. in l. solent, de Alim. leg.* ¶ Laicus, vnà cum clerico, potest esse arbiter super spiritualibus: solus autem non: *c. per tuas, de Arb. Ias. in l. si emancipati, C. de Coll. in 5. col.* ¶ Laicus potest tractare spiritualia, dummodò non per sua iudicia, vel statuta: potest esse procurator in reb. Spiritualibus: *c. 1. de procur. lib. 6.* ¶ Item potest acceptare præbendam pro Clerico absente: *Io. And. in c. accedens, de præb.* ¶ An statutum Laicorum comprætendat Clericos, *Dec. vide in cons. 272. vol. 2. in causa, quæ luce.* ¶ Laici possessionem iuris sepulturæ cum consensu Episcopi habere possunt, sed non dominium: & idem in sedibus: *vide Abb. in c. abolendæ, de sepult.* ¶ Laici circa iuramentum, quod est spirituale, nihil disponere possunt: *Ias. in Auth. Sacramenta, in pen. col. C. si ad vend.* ¶ In mortis articulo Laicus absoluere potest: *gl. in c. pastoralis. de offi. ord. Goz. in l. 1. de off eius. in gl. in verb. non aliter. Vbi multis similibus hanc regulam exornat, vide in verb. necessitas.* ¶ Laici, Papæ in spiritualibus obedire debent, sicut contra Clerici Imperatori in temporalibus: *l. in c. 2. in verb. principi de maior, & obed.* ¶ Laicus contra Clericum testis non admittitur: fallit: *vt per Soc. in reg. 490.*

De Lapide.

3 LApis nascitur & crescit: *l. pro regione, vbi gl. ff. de acq. rer. dom.*

De Laude.

LAus in proprio ore sordescit: *11. q. 3. c. si* 4
quis non obediat. Triplex commẽdatio: necessaria, vtilis, & voluntaria: *vide in verb. Commendare.*

De Legatis.

QVid sit legatum? videlicet donatio 5
quædam à defuncto relicta, & ab hærede præstanda: *§. 1. Instit. de legatis, de hac definitione legati videatur etiã Iacob. Cuiac.* ¶ Quis possit legare? qui habet testamenti factionem: *l. 2. ff. de lega. 1.* ¶ Cui possit legari? nempe, qui potest hæres institui; *Institu. de legatis, §. legari autem.* ¶ Et quòd certæ personæ debeat legari, *habetur in l. Paulus, el. 2. ff. de reb. dubijs.*

Quæ res legari possint? scilicet res te- 6
statoris, vel hæredis: & ad quem finem res aliena: *notatur in §. non solùm, Institu. de lega.* item res quæ nondum est in rerum natura, si modò est futura: *§. ea quoq; res Instit. eo. tit.* incorporalia: *l. cætera in prin. ff. de lega. 1.* liberatio debiti: *l. 1. in prin. ff. de libera. lega.* debitum creditori: *§. econtrà, Instit. de lega.* Item Dos: *§. sed si vxori, Institu. eo. tit.* factum, vt hæres aliquid faciat: *vt l. si fideiussor, §. vlt. ff. de lega. 1.* ¶ Sed in qua vltima voluntate possit vel debeat legari? in testamento perfecto, & codicillis perfectis, & in donatione causa mortis.

Item legatum potest fieri quibuscunq; 7
verbis, tamen aptis & idoneis: *l. 2. C. commu. de legatis, l. etiam hoc modo, & l. & eo modo, ff. de lega. 1.* ¶ Sed quòd istæ res legari non possunt, quarum non habemus commercia, adeò quòd neq; æstimatio debeatur, *habetur in l. apud Iulianum, aliàs incip. idem Iulianus, ff. de lega. 1. §. & si talis res sit, & §. fina. Instit. eo. tit.*

Sed quo loco & ordine testamenti, 8
quælibet legata sint scribenda? primò disponet & ordinabit testator, de restitutione ablatorum, & de ære alieno: quia nulla legata debentur, nisi ære alieno deducto: *l. scimus, §. sin vero creditores, C. de iure delibe. l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. sign.*

Secun-

Secundò ponenda illa legata, quæ pro funeris impensis, & Eleemosynis, & alijs animæ suffragijs fiunt: *14. q. 5. c. fortè aliquis, 32. q. 4. c. sic non sunt.* Tertiò legata vxori, propinquis, alijs amicis facta: *hæc omnia notata, optimo ordine & eleganter, tradidit & declarauit Dominus Rolandinus Bononiensis, in tractatu suo de institutio. hæredum, in 1. parte ƒ storum, Rubrica 8. & 9. Vide bona per Speculato. in tit. de instrumen. æditio. §. compendiosè.*

9 De formis legatorum, quæ pro restitutione illicitè acquisitorum relinquuntur, & de formis legati pro suffragio animæ circa opera pietatis, & alia de legatis ad pias causas, *ibi vide per d. Roland. Bononien. in d. tractatu. de hære. institu. in prima parte ƒ storum, Rubri. 38. & 39.* ¶ In legatis semper nouissima spectatur scriptura: *Borcholt. in tit. Inst. de adempt. & translat. legat.*

10 De formis ordinandorum executorum circa legata, & ibi de eiusmodi executorum officijs, & alijs: *in Rubr. 40.* de formis relictorum consideratione consanguinitatis, vel affinitatis, vel amicitiæ temporalis, & de legato concubinæ: *Rubri. 41.* de formis legatorum relictorum vxori: *Rubri. 42.* ¶ Sed nota: legatarius regulariter non debet propria auctoritate, sed de manu hæredis legatum capere: *l. non est dubium, C. de lega.*

11 Sed an possit testator in suo testamento cōcedere, vt propria auctoritate capiat possessionem legati? *respondet distinguendo (quòd sic, dummodò vacua sit possessio: nam si hæres possidens ei resistat, per vim eripere ipsi legatum non potest.) Iulius Clarus Alexan. in tract. suo de testam. in quæstione, num. 68.* ¶ Et notandum venit, quòd bona testatoris sunt pro legatis per eum relictis, tacitè obligata legatarijs: *§. nostra autem, institu. de lega.*

12 Sed quæritur, an testator potuit in suo testamento iubere, ne eius bona legatarijs sint hypothecata? *& respondet, quòd sic. d. Iulius Clarus Alexan. in d. tracta. de testamen. num. & quæstio 7.*

13 Quibus actionibus legata per legatarium, ab hærede vel executore petantur, *vide tex. & D d. in §. nostra autem, institu. de legatis.* ¶ Et nota, quòd legatario acquiratur dominium rei legatæ etiam ignoranti, repudiabiliter tamen: *Vt in l. legatarius, §. si legatum, ff. de lega. 1. l. si tibi homo, §. cum seruus, ff. eo. tit. l. fina. §. planè, ff. de curato. furio. Socinus in regulis fallen. regula 274. tenuit, quòd legatæ rei dominium à testatoris morte rectà via transeat in legatarium, per l. à Titio, ff. de furtis. sed limitat ibi quatuor modis.*

14 Sed legatum quantitatis siue summæ, super certis bonis, quæ legatarius possideat, donec sibi fuerit satisfactū de legata quantitate, continet hypothecariam: non autem transfert dominium bonorū, super quibus legatum est factum: & possunt hæredes illa bona hypothecata à legatario, per solutionem legatæ quantitatis & summæ, quandocunque liberare: nec obstat ipsis aliqua præscriptio, ex quo meræ facultati offerēdi precium & redimendi pignus nullo tempore præscribatur: *consuluit Decianus in cons. 108. vol. 3. per totum.*

Et tandem vtilissima in materia legatorū, pro & contra legatarios, in consequendo, sustinendo & soluendo legato, *docuit eleganter cautelas Ioan. dilecti, in tractatu suo de arte testandi, titulo 6. de legatis, num. 67.* ¶ De legato legando vel non legando, inter coniuges, maritus vxori: & econtra, & quid de statuto circa illa: *vide Petrum Peckium in tracta. suo de testamentis coniugum, lib. 4. per totum.* 15

De alimentis à coniuge coniugi legatis, *notat idem Peckius in d. tractatu de testam. lib. 5. cap. 10.* Et ibi pulcherrima de alimentis, vxori vel viduę ab hæredibus præstandis, & consequendis apud hęredes vel seorsim. Et quatenus hæredibus operari debeat, alias quòd careat alimentis, *Peck. ibi. num. 5. & Menoch. cons. 62. vol. 1. in pr.* 16

De legato alimentorum, vide ista, an debeatur eiusmodi legatū, quando legatarius est diues: *respondetur, quòd sic, per Decia. in cons. 42. volum. 2.* 17

Sed legatum pauperi factū pro alimentis, quòd sit piæ causæ legatum & debeatur sine falcidiæ detractione. nō obstante quòd legatarius sua culpa sit pauper factus: & nō impediente quòd legatarius sit spurius: quodq; legatum pro alimentis factū, sit fauorabile, nedū respectu filij tantùm, sed etiam ratione extranei diuitis. & alia bona in isto legato, *consuluit Decia. in d. 18. cons. 42. vol. 2.*

De legato domus & habitationis coniugi facto. *Peck. d. lib. 5. cap. 11. & notantur ibi scitu dignissima. Men. in d. cons. 62. vol. 1. Ibi, quòd in legato alimentorum, veniat etiam habitatio. Et potest habitatione in domo legatâ ipsi assignare hæres aliqua in parte domus: non enim tenetur illi totam domum relinquere, num. 11.* 18

De legato domus, & eorū, quæ in ea sunt, quæ veniant & censeantur, coniugi nomine legati relicta, *cap. 12.* ¶ Sed domui vel ædibus affixa quòd legari non possint, *habetur in l. circa, ff. de leg. 1. Sed fallentias posuit 5. Socinus in regul. fallen. reg. 273.* 19

De frumento coniugi legato, *cap. 13.* De vestibus & ornamentis vxori à marito legatis, quæ vestes veniant, *cap. 14.*

De legato rerum mobilium, & ibi quæ veniant nomine mobilium vel immobilium, *cap. 15. Et sic saltem remissiuè notata sunt dignissima & minimè negligenda.* 20

Lega-

21 Legatarius quando habeatur loco hæredis, *Zuchard. de miß. in poß. num. 189. fol. 81.* ¶ Legata an sint partes integrales testamenti, *Castell. in rub. instit. de testam. ordinan. nu. 8.* ¶ Quotiescunque legatur aliqua res, quam legatarius ex aliqua causa capere non potest absque tamen suo delicto, æstimatio ei debetur: *Schrad. in l. vnic. de cond. ex l. nu. 49. fol. 401.* ¶ Legata ex testamento nullo an sint valida, *Ant. de Butr. consi. 14. nu. 1.* ¶ Voluntas testatoris an circa legata possit mutari, vt illa ad alium vsum transferantur, *Pruck. §. soluta potestas, eff. 8. n. 1. 2. & 3. fol. 773.* ¶ Legatarius pro consequendo legato aduersus testatoris hæredes via executiua recte agere potest: *Viuius dec. 464. lib. 3.* ¶ Iuri petendi legatum, non minori quàm 30. annorū spacio præscribitur: *Viuius dec. 405. lib. 3.*

22 In legatis præstandis mens testatoris, quæ verbis inhæret, potissimū cōsideranda: *Viuius dec. 366. lib. 3.* ¶ Legatū cōditionale, ante conditionis euentū, eiusque implementū subsecutū ad hæredes nō transmittitur: *Viui⁹ dec. 484. lib. 3.* ¶ Legatū sub modo, debetur legatario, licet morte præuentus modū nō potuerit implere: *Ant. de Butr. consi. 48.* ¶ Legatū annuū, an anni initio vel fine debeatur, *Ant. de Butr. d. consi. 48. n. 2.* ¶ Legatum annuum ciuitati vel Ecclesiæ relictum, an finiatur centum annis, & quid in legato annuo priuato relicto, *Cou. V. R. lib. 3. c. 9. num. 10.* ¶ Legatū si fiat certæ quantitatis, ita vt hæres non cogi possit vsque ad 10. annos soluere interim tamen si non soluit, legatur certum quid pro centenario quolibet, donec soluat: an hoc vltimum etiam valeat, ne vsurariam prauitatem redolere videatur: in vtramuis latè & tandē affirm. *Raud. de anal. vniu. & æqui. lib. 1. c. 12. n. 21. & seqq. vsq. ad 26. & n. 26. principaliter vsq. ad 29.*

23 De legato vsufructus earum rerū, quæ vsu consumuntur, quomodo in restitutione consulatur hæredib. *Thes. dec. 86.* ¶ Legata domo & post testamentum emta alia domo per testatorē, cōtigua domui legatæ: cedit legato, quando habet exitū & introitum per domum legatā: secus verò, quando non habet exitum seu introitum: *Viuius dec. 176.* ¶ Legatum vxori factum omnium mobilium & domus vtensilium, comprahendit etiam fructus ibi existentes: *Laurent. dec. 14.* ¶ Legatum domus, & eorum quæ ibi sunt, non extenditur ad res, ibid. nō duraturas. *vide Thoming. dec. 22. in arg. Couarr. d. c. 5. lib. 2. V. R. Fæn. de mom. temp. c. 20. nu. 53. Coler. de proceß. execut. p. 2. c. 3. n. 24.* nisi sit dictum, quæ ibi sunt quoquo modo: *Raud. de anal. lib. 1. c. 23. n. 77. & seqq. Seb. Med. de R. I. reg. 3. n. 110. fol. 112.*

24 Legatum habitationis domus, in casu viduitatis & cuiuscunque alterius necessitatis, an finiatur prima viduitate, & casus cessante viduitate includat, *Ant. de Butr. consil. 30.* ¶ In legato supellectilium domus testatoris quæ comprahendantur, & an etiam pignora nomine supellectilium contineatur, *Ant. de Butr. consi. 55.* ¶ Viduæ habitatio indefinitè relicta, non intelligitur modò de prima viduitate, sed & secunda: Et quid, si viduæ vestimentum præstandum, *Seb. Med. de reg. iur. reg. 2. illat. 121. fol. 77.*

Legatum mulieri relictum, si vidua erit, vel castè vixerit, intelligitur de prima viduitate, *Seb. Med. reg. 4. n. 58. Fæn. de mom. c. 29. n. 7. vbi lim. vt nu. 12.* Vide ibid. plures casus circa legata, quæ intelliguntur de prima vice. *& nu. 117. 118. 119. Fæn. c. 32. num. 3.* vbi lim. vbi si vidua remanserit. Vxorem vsufructuarium si maritus reliquerit, intelligitur de prima: *Seb. Med. reg. 4. nu. 120.* ¶ De legato vel institutione in casum viduitatis, *vide Ioseph. Lud. concl. 47.* & quando qualitas viduitatis censeatur repetita. *Et Emam. Cost. l. cum tale, §. si arbitratu, de condit. & demonstr. Moller. diff. 16. lib. 5. num. 3.* ¶ Legatum in certum tempus ætatis conceptum, an sit purum vel conditionale, *Graß. §. fideicommissum, quæst. 20. num. 2. & seqq. Dd. in l. ex his quando dies reg. cedat. C.* 25

Relictum aliquid, cùm nupserit, quando possit peti, *Seb. Med. de consi. poß. glo. 2. p. 3. num. 95. fol. 655.* Relictum si Seius nupserit, debetur si Seius etiam noluerit: *num. 99.* Legatum dotis vt matrim. contrahat, an cōsequatur, quæ nondum est nupta, nec velit nubere, vel moriatur ante nuptias, *Capyc. decis. 204. vide l. in testamento & l. Titio, de condit. & dem. & in contr. l. Titio, §. 1. de concl. & dom. l. donationis, §. species de donat. & l. 1. in fi. & l. 2. de donat. & Capyc. dec. 185. num. 6.* ¶ Legatum relictum alicui, si cum licentia & consensu Modesti matrimonium legatarius contrahat: debetur etiam, si sine consensu Modesti matrimonium contractum fuerit: *Viuius dec. 480. lib. 3.* 26

Dominium rei legatæ, ipso iure transit ad legatarium, à tempore mortis testatoris: *l. à Titio ff. de furt. & ibi inuenies duas limitationes.* Et hoc verum, si res legata fuit ipsius testatoris: secus, si fuerit legata res aliena, quia ipso iure tunc non transit *Bart. & DD. in l. 1. habetur & not. in l. si tibi, §. 1. de leg. 1.* ¶ Et licèt res aliena, vel alij obligata, legari non possit: *l. verius, ff. de probat.* Hoc tamen fallit in tribus casibus. 1. Si erat talis persona, cui testator tantum de suo legaturus fuisset si sciuisset alienam. 2. Si forte res erat hæredis instituti. 3. Si sciebat testator, rem alienam vel alij obligatā. tunc hæres debet eam luere, vel redimere, vel ipsius æstimationē præstare, 27

stare; *ista probantur in l. cum rem alienam, C. de leg. & in l. prædia, C. de fideicommiß. & l. si res, & si domus, §. qui confitetur, de leg. 1. vide Iaso. in l. cum rem alienam.* ¶ Si autē legetur res aliena cum consensu domini, an tunc transferatur dominiū, *vide pulchrè Iaß. in l. 1. in 14. col. de leg. 1.* ¶ Legatū mulieri sub conditione, si non nupserit, factū, purum remanet, & conditio reijcitur: & mulier legatū habere debet, siue nubat, siue non: de qua muliere hoc intelligitur? de virgine scilicet, secus in vidua. *vide per Iaß. in Authen. cui relictū, C. de iud. vid. toll. l. non dubium de leg. 3. & eundem in l. 1. eod. tit. de iud. vid. toll.* vbi plenè de hac conditione: Si non nupserit, vel si nupserit.

28 Legatū conditionale, non transmittitur ad liberos & descendentes: *Bar. contra dis. in l. 1. de leg. 1. vbi Iaß. insert. not. cas. in 10. col.* Testator reliquit domū vel fundū nepoti, adiecta cōditione, si ipse moreretur sine filijs quandocunq;, talis fundus ad testatoris hæredē reuerteretur: Accidit, quòd pendente illa cōditione hæres primū moritur, postea nepos sine filijs: cessat omnino fideicomissum, nec filij hæredis possunt illud petere. *ita Bal. per illum tex. in l. in causa 2. §. Pomponius, cum gl. de minor. alia loco, Alex. all. & Iaß. in d. l. 1. in 1. col. de leg. 1.* ¶ Res ita legari potest, vt vendatur: *l. vxorem. §. agri plagam, de leg. 3. Bar. in d. l. 1. in vlt. col. de leg. 1.* ¶ An statutū vel testator, disponere posit, quòd legata debeantur hæreditate non adita, *vide Alex. post Bald. & Iaß. ibi in 12. col. de leg. 1.* ¶ Possessor bonorum legatario sadisdatione de legato præstando offerre nō tenetur: sed satis est, quòd nō est in mora, si legatarius satisdationē petat: *vide Soc. in reg. 299.* ¶ De legati interpretatione, an & quando fiat stricta, vel lata interpretatio, *Dec. consi. 289 vol. 2. non est parui.* ¶ Legati translatio in pœnā, debet strictè interpretari: *Dec. consi. 290. volu. 2. Dom. Blasia* ¶ An & quando locus, vbi legati solutio fieri debet, videatur legatum limitare & restringere, *Dec. consi. 324. vol. 2. cōsuluit accuratè.*

De Legato generali.

29 Legatū generale subsequens, an comprehendat speciale præcedens, *consuluit (Et conclusit, comprehendere, in casu quo comprehendi potest.) Dec. consi. 51. vol. 1. & ibi multa docentur de effectu verb. generalium & vniuersaliū. Item declaratur intellectus regulæ, qua generi per speciem derogetur. Idem Dec. consi. 122. vol. 3.* ¶ De legato rei alienæ, regulariter non valere, *duit l. proprius, C. de leg. Fallentias duas docuit Soc. in reg. fallen. reg. 279.* ¶ Itē legatum à debitore creditori factū, non valet: *l si creditori, §. Marcellus, cum l. seq. ff. de leg. 1. Inst. de leg. §. ex contr. Soc. in reg. fallen. reg. 278. limitat septem modis.*

30 Legatum factū pauperibus, singulis dieb. Veneris distribuendū, non vna distributione finitur, sed omnib. diebus Veneris debetur, atq; annuum legatū. *De quo consuluit Dec. consi. 114. vol. 3. ibi vide, ex quib. considerationibus concludatur, quòd legatū censeatur annuum, sing. annis deberi, & non extingui vna solutione.*

Sed an prælegatū bonis hæreditarijs cōnumerari debeat, vt de illo prius satisfiat creditoribus defuncti: Et an filia prælegatum petere posit, priusquam æs alienū per patrē contractum soluatur? *vide quæ notauit consulendo & affirmando quòd priùs soluatur, Hen. Gōd. in consi. 3. & 4. vol. 6. de prælegato. Et in seq. consi 5.* quando dies legati cedat, & quòd legatum non perceptum transmittatur ad hæredes, quando dies legati cessit, *vide.* 31

An legatū ab extraneo, factū filiabus alicuius, soluendū tēpore quo maritabuntur, debeatur, si filiæ legatariæ religionē ingrediantur? Respondet quòd sic, *Dec. in consi. 5. vol. 3. Et hoc fauore religionis. Et de isto & in alijs casibus de religionis fauorib. vide ibi in isto consi. per D. Dec. in n. 2. vult Dec. quòd legatum puellæ factum, tempore nuptiarum demùm soluendum, dicatur purum, & transmittatur ad hæredes.* 32

Sed legata & fideicomissa an ex testamēto nullo debeantur, (*Debentur, nisi filius ignoranter præteritus fit,) docuit Geyl. in obs 113. lib. 2. Et ibi in fine,* qua actione petantur legata ex testamento nullo. (*Directam ex testamento competere cōmunis opinio est*) ¶ De legato vsusfructus omnium bonorū vxori relicto, alio hærede post mortē vxoris instituto, an valeat, *disputat pro & contra, sed residet in parte affirmatiua, Geyl. in obser. 143. lib. 2.* 33

Et de vsufructu omnium bonorū vxori legato, an valeat? *quòd sic, consuluit VVes. in cons. 28. par. 1. n. 19.* ¶ De legato vniuersitati facto, quatenus soluendū ad cautionē, nempe vt cōuertatur ad certos vsus: Et an in pecunia numerata, vel pensionib. sint soluenda, *docuit VVes. in d. consi. n. 25. & n. 26.* ¶ De fructibus legati, an cedant hæredibus testatoris vel legatario, *in Consi. Elect. Sax. decisum est, quòd cedant legatario, art. 13. par. 3.* 34

Legatum omnium debitorū, an comprehendat creditū cōditionale, vel in diē, *Thess. dec. 235.* ¶ Vsu alicuius rei relicto, intelligitur merus tantū: Sed res relicta ad vsum, seu pro vsu, intelligitur cum proprietate: *Capyc. dec. 188. n. 1. & n. 4.* Idē iuris est in contractibus, *n. 8.* Hinc mater dans præsente filia, viro extra dotē rem ad vsum filiæ, dicitur cū proprietate dedisse: *ibid. nu. 2.* Et relicto fundo plurib. vt inde percipiant alimenta, dicitur proprietas relicta: *n. 5.* & domus legata ad habitandū, vel fundus ad vsumfructū, intelligitur legatus cum plena proprietate, & transit ad hæredes: *n. 6.* & ratio, nam causa seu modus, qui ponitur in fauorē legatarij, 35

nunquam

nunquam legatū coarctat, *n. 7.* Videl. donationis, *§. species de donat. 1. Titio, §. 1. de condit. & dem. l. 1. in fi. & l. 2. de donat.*

36 Legatum alimentorum, si cum hæredib. legatarius manserit, ei non debetur, nisi maneat; *vide in arg. Ioseph. Lud. concl. 1. vers. fallit quando culpa hæredum.* lim. nisi comode cum ijs esse nō possit, quod potest probare iuramento: *Seraph. priuil. 41.* Et quid si hæredes sint mortui, an adhuc consequatur legatū, *ibid. Seraph. in fi. ibi.* lim. vt non etiam debeatur, quando sua culpa non possit cum hærede morari: *Seraph. priuil. 74. num. 209. in fi.* ¶ Si testator legat centum pro Berta maritanda, debetur legatū, licet Berta fuerit maritata tempore testamenti: *Marsi. de bannit. v. tempus, n. 77. Marsi. de fideiuss. n. 85.*

37 Si pater facit legatū filiæ, quæ remanebit vidua, comprænhendit etiam viduā, quæ ante testamentum erat vidua: *Marsi. d. v. tempus, n. 78.* ¶ Legatum factū per testatorem cuilibet filiæ, quæ vidua erit, debet intelligi de his, quæ in futurū erunt viduæ, & nō de his, quæ tempore testamenti erunt viduæ: *Marsil. de bannit. v. expectatur, n. 8.* ¶ Legatum Spurio factum, non extenditur vltra alimenta: *Ioseph. Lud. concl. 1.* ¶ Legatum factum filiæ maritatæ, debetur per hæredes, nec maritus potest sine expresso consensu vxoris quietare hæredes: *Viuius dec. 17. lib. 1.*

De Legato rei communis.

38 Legans rem communem cum alio, scribendo meam partē, suam legare intelligitur: *l. seru. §. cum fundus, ff. de leg. 1. l. si colonus, §. fi. ff. eod. titu. sed limitat quatuor modis, Bart. Soc. in reg. fallen. reg. 272. & ibi in fin. remittit ad alias Dd. declarationes.*

Legatū an per donationem inter viuos videatur extinctū, vel an vtrunq; debeatur, (*Vtiq; extinctum est hoc casu legatum, quia quantitas relicta est, respectu certæ speciei seu generis per speciem declarandi.*) *vide VVes. in consi. 26. par. 1.* & ibi, an id, quod donatū plus quàm legatū fuerit, teneatur vxor hæredib. cōferre. (*Quod 500. aureorum summam excedit, nisi insinuatio interuenerit, conferendum est.*) Et an dotalitium comprænhendat ea, quæ post dotalitiū constitutum, vxori obueniunt, nu. 29. *Respondet ibi, quòd non.* Et quòd legatū pro dote sit extinctum, quando fuit soluta dos ab ipso testatore viuente, *consuluit per rationes, Dec. in consi. 7. vol. 2. Idem in consi. 70. vol. 3.*

39 Item legatum alimentorum filij, an censeatur ademptū, si viuens pater eum emancipauit, & dedit ei mille? *vide eundem Dec. in consi. 15. volu. 2. in pr. respondet, pro soluto esse ademptum, pro residuo deberi.* ¶ Legatum per mortem legatarij ante testatorem, quòd fiat caducum & non debeatur, *voluit Dec. in consi. 44. vol. 3. n. 93.* ¶ Legatum factum illi, qui simul datus est in illo testamento filijs tutor: si non acceptare velit tutelam, perdit legatum: *Mynsi. per optimas rationes in obser. 87. cent. 6.* ¶ Legatum autem per rei legatæ alienationem extingui, *habetur in l. fideicommissi, ff. de leg. 2. sed Bart. Soc. in reg. fallen. reg. 276. posuit istius Theoricæ limitationes vndecim.* ¶ Legato dotis facto filiæ, modò si nubat cum consensu fratris, vel exequutoris, sub pœna priuationis: an priuetur contrauenniens, *consuluit Dec. in consi. 13. vol. 1.*

Et legatum est piæ & fauorabilis causæ, & ideo de illo legato dotis non deducitur Falcidia: *Dec. in consi. 42. n. 36. 38. & 37. vol. 2. & consi. 5. vol. 3. n. 12.* ¶ De legato ad pontium & viarum refectiones, quatenus dicatur instar piæ causæ legatum, nempe quando aliter non possent reperiri pecuniæ, *Dec. in d. consi. 42. vol. 2. n. 18.* 40

Debetur legatum alimentorum etiam à substitutis, non obstante, quòd nulla fuerit facta mentio de tali legato in substitutione, *Viuius dec. 21. lib. 2.* 41

De Legato.

Qvis sit legatus, & qualiter sit tractandus; qualiter constituatrur: quot sint species seu genera legatorum; quid ad legati pertineat officiū; & quæ sit eius iurisdictio siue potestas: vtrum possit beneficium conferre: quæ sint ei interdicta, & apostolicæ sedi reseruata: quando, & vbi valeat suam iurisdictionē exercere: qualiter eius potestas & iurisdictio finiatur, *Spec. in tit. de legato, per totum. Vide quæ notaui suprà in liter. A. vers. de ambasiatore, sunt aliqua notata in titu. C. & ff. de officio proconf. & legati.* 42

An legatus proconsulis habeat propriam iurisdictionem, *vide Cuiac. lib. 7. obs. c. 21.* ¶ Legati sancti habentur, ideoq; si quis legationem hostium propulset, contra ius fecisse existimatur: *l. fi. ff. de legatis.* Item si quid ijs sit donatum, non legantibus sed ipsis quæritur, quamuis legantis contemplatione donatum videri possit: *VVese. eod. tit. n. 7. Cuiac. lib. 11. obs. 5.* ¶ Munera legatis, etiam contemplatione Principis data, pleno iure ad eos pertinent: *l. cum multa, C. de bon. quæ liber. Bart. l. si vero, §. 1. solut. matr. Ioan. Corac. de arte Iu. p. 3. c. 8.* 43

Legati & nuncij Principis mandatum scriptū exhibeant: *l prohibitum, in fi. vbi Plate. de iu. fisci, & in l. quicunq;, n. 1. & 2. C. de execu. & exact.* ¶ Donata legatis, an & quando præsumantur eorū cōtemplatione & causa, vel cōtemplatione principis donata, vt vel eis vel principi censeantur acquisita, *Men. de præsumt. lib. 3. præs. 27.* 44

Legati dicuntur sancti: *l. pen. & vlt. ff. de* 45

rer. diuis. ¶ Legati donati à principe, munera accepta à quibus missi sunt, restituere nō coguntur: *l. Diuus, ff. de bon. damn. Bart. in l. si verò, §. item quidquid, sol. matr. & Bald. in terminis, in consi. 58. in 1. vol.* ¶ Legatis vel Ambasiatoribus, captis vel mortuis, an commune, quod eos misit, teneatur ad emendam? *vide de hac quæst. Bart. in l. si seruus communis, §. quod verò ad mand. ff. de furt.* ¶ Legatis nunquam creditur sine scriptura: *l. 1. C. de man. princ. l. prohibitum est, C. de iure fisci, lib. 10.* Nisi essent in magna dignitate constituti, vt puta, Cardinalis à latere, quia tunc crederetur: *tex. est in c. nobilissimus, 97. dist.* ¶ Si tamen ageretur de præiudicio tertij, nunquam crederetur: *& ita loquitur d. l. 1.* Si verò non esset præiudicium tertij, tunc creditur: *ita intelligitur d. c. ita distinguit gl. in c. sicut nobis de sent. exec. & ibi Abb. pulcrè not. in fi. vide Io. de Plat. in d. l. prohibitum, in 2. not. lib. 10. vide de hoc infr. in v. Testis, ibi vni testi non creditur.* Licèt legatus à latere non possit committere causam summariè, & de plano: *secundùm gloss. in c. fi. in gl. magna de hæret. lib. 6.* Tamen ex euidenti & magna necessitate, hoc potest: *vide Ias. in l. omnes populi, in 3. col. de iust. & iur.* ¶ Inter legatos missos loquens, suos collegas primò nominare consueuit, se vltimò: contrarium fecit labeo, *in l. quibus diebus, §. termilius, ff. de condit. & demonst.* vbi dicit: Idem & ego & Proculus probamus. *Ad idem pondero tex. in l. eum qui certarum, ff. de verb. obl. ibi.* sed ego cum Proculo sentio.

De Lege.

46 QVid quælibet lex sit; earum distinctiones, quæ sit eius origo, quomodo quælibet in foro alleganda, quatenus vna alteri deroget, & sit præferenda, *& tandem alia notatu digna tradidit Rober. Mar. in suo ordine iudici. par. 3. per totum.* ¶ Quæ sint eius partes, & quæ sit legis virtus; Et quod decet omnes obedire legibus, *notatur in tit. C. de legibus & const. & edictu princ. ff. eodem de ll. senatus consul. & longa consuetu. C. de manda. princ. de senatusconsul. de veteri iure enucle. ff. de const. princip.*

47 Et quòd leges ab omnibus sciri debent, *habetur in titulis, C. & ff. de iuris & facti ignora. notaui suprà in lit. I. vers. de ignorantia, de omnibus prædictis titulis, vide Sebast. Brand. in explicatione titulorum.* ¶ Quatenus autem lex tollat prouisionem hominis, vel non, *habetur in l. fina, C. de pactis conuen. & nota. Socin. in regulis fallen regula 286.* ¶ Nota: contra legem facit, qui facit, quod lex prohibet: in fraudē verò legis facit, qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit: *l. contra, ff. de legibus, de fraudante statutum, optimum habes exemplum apud Ant. Cors. in sing. suis, in verb. statutum.*

Sed non iuuatur beneficio legis, qui spernit legem: & frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: *c. quia frustra, ext. de vsuris c. an sit de appella. l. sancimus, §. si verò postquam, C. de iure delibe.* 48

Aliud nota; lex indistinctè loquens, indistinctè est intelligenda: nam vbi lex non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus: vel vbi aliquid statuit, nos vlterius non procedamus: *gl. l. de precio, ff. de pub. in rem actio. gl. art. 7. lib. 2. LandR. dicit Soc. in regulis fallen. regu. 284. quòd lex generaliter loquens generaliter intelligi debeat, d. l. de precio, ff. de publ. in rem actio. Sed fallentias posuit ad d. regulam. nu. quinquaginta quinq.* 49

Adaptatur autem lex ad frequentiora: *l. nam ad ea, ff. de statu. hom.* sed quòd in casibus etiam adaptetur ad ea, quæ rarò accidunt, *declarat per exempla Hip. de Marsi. in l. vnica, C. de raptu virginum, n. 232.* 50

Sed & hoc notare volui; leges, decreta, constitutiones Principum, Marchionum, Comitum, & aliorum dominorū: habentiū territoria annexis dignitatib. vel transmissibilia ad hæredes: quòd sint perpetuæ, non annales, ciuiles, & non prætoriæ in territorijs eorum, *notauit eleganter Roland. à Valle in consil. suo 86. mihi numer. 12. & in sequentibus lib. 1.* 51

Sed tamen legem nouam simpliciter loquentem, non tollere priuilegia in corpore iuris inclusa, *dixit Matthe. de Mathesila. in sing. suo 59. n. 2.* 52

Nota: legibus, non exemplis est iudicandum: *l. nemo, C. de sent. & interlo. om. iud. sed Soc. posuit 3. fallen. in reg. fallen. regula 280.* ¶ Itē abrogata regulariter nō debet allegari, nec ex ea argui potest: *tex. Bar. & Dd. in l. fina. ff. de furt. CC. in c. notauit, ext. de iud. Barto. Soc. in regu. fallen. regula 285. posuit limitationes septem quòd leges per magistratum sunt tuendæ & saltem, exequendæ, docuit Fran. Zoanetti. in tracta. suo defen. par. 3. nu. 71.* ¶ Et lex licèt sit dura, tamen seruanda, si non sit contra ius diuinū: *Dec. in consi. 58. vol. 3. num.* 53

Lex ciuilis quando non seruetur iure Canonico, *Roger. de protest. rubr. 3. §. 1. nu. 7. fol. 84. & nu. 8.* ¶ Statutum vel lex habens plures intellectus, potest allegari in quolibet intellectu, quando quilibet intellectus probatur per bonas ll. vel rationes aliarum legum: *Plot. de in lit. iur. §. 6. nu 46. fol. 229.* ¶ Lex ciuilis, sicut Canonica, etiam est seruanda in foro pœnitentiali: *Capra. tr. reg. 1.* ¶ Legi contraueniens an mortaliter peccet, *Capr. ibid. reg. 3.* ¶ Legibus & canonib. qui ligentur, *Capr. reg. 4.* ¶ Lex positiua & præceptiua vsu non recepta, an obliget ad peccatum, *Capr. concl. 14.* 54

De le-

¶ De legibus, statutis, decretis, vel extra vagantibus non insertis in corpore iuris, an quis ad prædicta obseruanda teneatur, *Ioseph. Lud. concl. 54.*

55 Leges generales præsumuntur iustè conditæ. Itē municipiales & cōsuetudines. *Men. lib. 2. præs. 1.* ¶ Leges & statuta, an vsu recepta, & obseruari præsumantur? legesq; non receptas minimè obligare, *Men. ibid. præs. 2.* ¶ Lex in dubio præsumitur esse de præcepto non consilio: *Men. præs. 4.* ¶ Iuris vel Iuris communis mentione facta, in rescripto statuto vel aliqua dispositione, de quo Iure sensisse præsumatur & intelligatur, *præsu. 6.* ¶ Dicta & disposita, in vna parte legis comunis vel municipalis, an & quando præsumantur repetita in alia parte, *Men. lib. 2. præs. 7.* ¶ Leges aliæ simplices, aliæ relatiuæ: *vide Daut. de test. n. 155. fol. 201.* ¶ Lex vniuersalis vel particularis, vt puta constitutio statutum, quando liget, *Men. lib. 2. cent. 2. c. 185.*

56 Vtrum lex derogans præteritæ consuetudini, deroget etiam futuræ, *Dauth. l. fi. n. 5. C. de test. fol. 678* ¶ Legi contradicens, peccat mortaliter: *Viuius lib. 1. dec. 106.* ¶ Lex per non vsum tollitur: *Castell. in prin. tit. instit. de test. ord. n. 61. vsq; ad 80. pro & contra, & eand. conciliatio. fol. 36. Suarez. in legib. fori egregia, vbi ib. declaratur, Men. lib. 2. dicta præs. 2. Dauth. de test. n. 311. in add. fol. 354. Paul. Mont. de iure tutel. & cur. c. 18. n. 29. Viuius dec. 338. lib. 2. c. 3. fol. 253. vbi 1. Greg.* Semper autē præsumitur lex in viridi obseruantia: *Knich. in comm. priuil. Duc. Sax. verb. ius.*

57 Legis ratio, anima legis: *l. cum mulier. la. 1. sol. matr. vide Curt. consi. 5. fol. 70. col. 1. consi. 12. fol. 86. col. 2.* ¶ Ratio legis quandoq; est probabilis, quandoq; necessaria. scilicet quando illa ratio deficit, deficiat & lex: & tunc quando ipsa locum habet, & lex: *ita est gl. in l. si cum exceptione, §. post annum, in v. & rei, quod met. caus.* ¶ Et in omni lege positiua, quæ satisfacit rationi legis, dicitur legi satisfacere: *vide pulcrè Curt. consi. 12. fol. 86. col. 2.* ¶ Et nota, quòd in continuationib. Rubricarum, & cur ita sint situatæ, cū hoc iuris sit positiui, non potest dari ratio necessaria & concludens. ergò sufficit qualis qualis. ¶ Ratio legis, & dispositionis cuiuscunq; semper inspicienda. & ergo si lex est specialis, & ratio generalis, generaliter est intelligenda: *l. regula, vbi Barto. per illum tex. §. si quis de iuris & fact. ignor.* & econtra, si lex est generalis, & ratio specialis, per eam debet restringi & limitari: *l. cum pater, §. dulcissimus, de leg. 2.* Hoc tamen intellige bene, secundùm declarationē Bart. *in l. pater, §. fundum, de leg. 3. quem sequitur D. Car. in l. 1. §. si stipulanti, fol. 69. fal. 2. de v. obl.* & hinc dicimus, quòd ratio legis est anima legis; *l. cum mulier, la. 1. sol. matr. l. cum pater, §. dulcissimus, de leg. 2. l. non dubium, C. de leg.* ¶ Vbi est eadē ratio, ibi lex extendi debet ad vlteriores casus. cùm lex quandoq; vtatur vocabulis exempli causa, Dandi: *l. 1. §. quod vulgo, de vi & vi arm.* Exempla autem non restriugunt, sed declarant regulam: *l. damni infecti, la. 2. de damno infecto.*

Ratio legis, *in l. nonnunquā, ff. de cond. & demonst.* habet minus rationis, quàm alia ratio, quæ sit in toto iure: *ita dicit Cyn. in l. inementitæ, C. de contrah. empt. refert Ias. in l. captatorias, in fi. 3. col. C. de test. milit.* ¶ Leges ratione naturali sunt scriptæ: *l. scire, §. oportet, de excus. tut.* ¶ Quando lex loquitur in casu speciali, & ratio illius legis est generalis: tunc debet extendi ad alios casus: *l. regula, vbi Bar. not. ff. de iur. & fact. ignor.* ¶ Legis ratio debet esse generalis: *Bart. in l. fi. pacto quo pœnam, C. de pact.* ¶ Ratio legis & mens inspicitur: *§. 1. Inst. de leg. patro. tut. quem tex. ego ad hoc pondero, vide bonum tex. in l. sed Celsus, §. si Funcius, de contrah. empt.* ¶ Correcta ratione legis, lex censetur correcta: *gl. in l. 1. in tit. prudentia, vbi Bart. ff. de leg. & Alex. in l. 1. in 6. col. in fi. C. qui admitt.* ¶ Quando rationē habemus, non debemus quærere legē vel textū: quia quærere legē vel textum, vbi habemus rationē, non est nisi infirmitas mentis & intellectus: secundùm Arist. quem sic pulcre allegat Angel. ita formaliter dicens, *in consi. 317. in quæst. vertente inter illos principes, in 3. colum.* 58

Item rationabile dictū ita debet mouere iudicē ad iudicandum, sicut si allegaretur textus *l. ita dixit, And. de Iser. in proœm. feudor. in vlt. col. Hoc formaliter ita refert Ias. in l. quotiens, in 6. col. C. de rei vend.* ¶ Vbi est eadē ratio, est eadem iuris dispositio: *l. à Titio, de v. obl. l. penul. C. de pact. gloss. in l. fi. in gl. 1. C. de pact.* ¶ Lex plures lecturas habens, an vtræque possent esse bonæ, *vide Br. in l. ambiguo, de Ædil. edict.* ¶ Lex deber semper esse de casu dubio: *l. quod labeo, de carb. ed. vide Bar. in Rub. ff. de reb. dub.* ¶ Lex habens varios intellectus, nō potest allegari: *secundùm Bar. in l. ambiguo, ff. de reb. dub. Cano. in c. Capellanus, de ferijs, per illum tex. refert Ias. in l. posthumo, in 6. colu. prope fi. C. de bonor. poss. contra tab. Imol. & Mod. in l. cum prolatis, per illum tex. de re iud.* Quia quod multipliciter dicitur, eius veritas non habetur, secundùm Boëtium: *vt refert Bald. in l. precibus, in 7. col. C. de impub. vide Ias. in l. si is qui pro emptore, coll. 12. de vsucap.* 59

Quando lex habet multas lecturas, tunc illa plerumq; præfertur, quæ cæteris est dubitabilior: *l. quod labeo, de carb. edict.* & gl. narrans opiniones, nec apertè vnam eligens, vltimam dicitur approbare in dubio: *vide sup. in verb. glossa, & infr. in v. opiniones.* ¶ Lex enim debet semper esse de dubio: *Bart. in Rubr. ff. de reb. dub.* ¶ An liceat allegare leges correctas, 60

ctas, & qua pœna allegans puniatur, *vide Bart. in l. fin. ff. de Falſ. vide Alex. in l. 1. in 4. col. C. qui admitt. in princ.*

61 Ex legibus etiam correctis, inſertis in corpore iuris, licitum eſt ſumere argumentum in eo, in quo non corriguntur: *gloſſ. not. in l. 1. in princ. & ibi Barto. in fin. not. de coniung. cum eman. Barto. in l. fin. de Fal. vbi allegat. tex. in c. Authoritate de conceſſ. præb. in 6. vbi Papa arguit ex ll. correctis, vide Iaſo. in l. ſi is qui pro emptore, eod. col. 12. in fin. de vſucap. vide infr. fol.* ¶ An lex abrogata allegari poſsit, & ex ea argui, *vide Socin. in reg. 230. vbi ſeptem fallentias ponit. adde Iaſo. in l. ſi is qui pro emptore, colu. 12. de vſucap.* ¶ Legum correctio vitanda: *l. præcipuum, C. de Appell. l. ſancimus, C. de Teſt. c. cum expediat, de Elect. lib. 6. l. vnic. C. de inoff. donat. Barto. in l. 1. ff. de pec.* ¶ Leges veteres in quantũ poſſumus debemus tollerare, *gl. in Authe. de fideiuſſ. in verb. firmat, tex. in Authen. quibus nat. eff. ſui colum. 3.*

62 Lex dura licèt ſit, tamen ligat: *l. proſpexit, ff. qui & à quibus man. lib. non fiunt. gloſſ. in §. furtiuæ, Inſtitut. de vſucap.* Bart. & Mod. de intellectu illius l. proſpexit, *in l. omnes populi, de iuſt. & iure.* ¶ Lex rigoroſa iniuſta videtur: *c. filius, de Teſt.* & l. iniuſta non obligat in foro conſcientiæ: *vide Decian. in l. precibus, in 4. colu. C. de impub.* ¶ Legum patria Roma: *text. in Authen. vt Eccleſ. Rom. in princ.* ¶ A verbis legum non eſt recedendum: *l. non aliter, de leg. 3.*

Quod de mente legis continetur, illud expreſſum dicitur: *l. prætor, vbi glo. eſt, & Bar. de op. nou. nunc.* ¶ In dubio, verbis legum eſt ſtandum: *l. 1. §. ſi is qui nauem, de exer. Iaſo. in l. omnes populi, in lect. de iuſt. & iur.* ¶ Contra legem, vel ſine lege fieri, paria ſunt: *Bald. in c. in geneſi, in vlt. colum. de Elect. vide Iaſo. in l. vinum, in 4. colum. ſi certum pet.*

63 Leges, ſecundùm titulum, ſub quo ponuntur, intelligendæ: *ff. de in diem adiect. Quam ad hoc allegat Bar. in l. fin. in princ. de cond. ind. & Iaſo. in l. licet, C. de iudic.* ¶ Et ſecundùm materiam, in qua loquitur, lex intelligenda eſt: *Bart. in l. ſingularia, in princ. in 2. lect. ſi cert. pet.* ¶ Lex debet ſeruari in foro conſcientiæ: *Abb. in proœ. decretat, & in c. 1. in 3. colum. de conſt. Iaſo. in l. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. & fact. ignor. vide Iaſo. in l. nemo poteſt, in 2. lect. in 7. colum. ibi quartò moueor, ff. de legat. 1.* Et qui facit contra præceptum legis, peccat mortaliter *ita Barto. probat, in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. numer. 12. ibi 3. dixi.* ¶ Imo etiam ſtatuta in foro animæ ſunt ſeruanda: *glo. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſt. vide Iaſ. vbi ſupr.*

64 Omnis lex ad clementiam operatur: *§. fin. in Auth. de exh. reis,* nec ergo mirum, quòd ſit ſancta, *l. leges, C. de LL.* ¶ Leges non verbis, ſed rebus imponi debent: *l. 2. C. communia de leg.* ¶ Et magis mens legis, quàm verba attendenda: *l. 1. C. de interdict. l. ſcire leges, ff. de ll. vide infr. in verb. verbum.* ¶ Erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur: *l. illam, C. de coll.* ¶ Sed ille textus, licèt communiter ad hoc allegetur, non tamen benè probat. *Ergo adde clarum tex. hoc dicentem, in §. conſideremus, in Authen. de trien. & ſemiſſ. facit l. labeo, ff. de ſup. leg. l. fin. C. de conſu. lib. 12. & ib. Ioan. de Plat.* Et paria ſunt, contra l. & ſine l. *Bald. in c. in geneſi, de Elect. Iaſo. in l. vinum, in 4. colum. ff. ſi cert. pet.* ¶ Erubeſcimus, cùm ſine lege loquimur, vel ſine ratione naturali, quæ æquiualet legi: *l. cum ratio, ff. de bon. damn. vide Iohan. de Plat. in l. fin. C. de conſt. lib. 12. ita dicit Barto. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 6. q. dum refert opin. Guil. de verb. obligat.*

Ex legis præfatione, ratio & mens condentis colligitur: *Bartol. in l. 1. ff. ad Maced.* 65
¶ Legi fraus fieri non debet: *l. ſi quando, C. de inoff. teſt.* ¶ Lex debet eſſe dubitabilis: *l. Ancillæ, C. de furt.* ¶ Leges à Græcis habuerunt originem, ſicut & quælibet ſcientia: *l. 2. §. exactis, & ibi gloſſ. de orig. iur.* ¶ Quicquid fit contra leges, neceſſe eſt, quòd non habeat vigorem. *c. 2. de teſtib.* & tale etiam iuratum non valet: *l. non dubium, C. de LL.* ¶ Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda: *l. §. generaliter, ff. de leg. præſc. vide Socin. in reg. 129. vbi habes limitat. 55. l. 1. §. quod autem, de alea. l. in fraudem, §. fin. ff. de teſt. mil.*

Quæcunque lex non vetat, intelliguntur eſſe conceſſa: *l. nec non, §. quod eis, ff. ex quibus cauſ. mai.* ¶ Vbi lex non diſtinguit, nec tu diſtinguas: *l. labeo, ff. de ſupp. leg. l. de pretio, ff. de pub. arg. contra in l. adigere, §. quamuis, & ibi gloſſ. de iur. Patro. & l. quæſitum, ff. de teſt.* ¶ Omnis lex, eſt inuentio & donum Dei: *l. 2. ff. de LL.* ¶ Per ora principum diuinitùs ſunt promulgatæ: *c. nemo 16. q. 3. c. quo iure. 8. diſt.* ¶ Vnam legem allegare ad vnum propoſitum, ſufficit: *§. item ſi in iudi. Inſtit. de Excep. l. ſi quis obrepſerit, ff. ad l. Iul. Repet. l. ita vulneratus, ad l. Aq.* 66

Leges auxilio exceptionum, quæ multis vigilijs & ſubtilitate inuentæ ſunt, efficiuntur firmæ & immotæ: *§. autem, in Authen. de iur. alien. vide ſupr. in verb. exceptionem.* 67
¶ Lex tota inſpicienda, non vna portio, *l. inciuile, de LL.* ¶ Leges non dedignantur ſequi ſacros canones: *c. de op. no. nunc.* ¶ Legis transgreſſor, & conſuetudinis, æqualiter puniendi: *c. in his 11. diſt. vide Iaſo. in Authen. iubemus, C. de iudic.*

¶ Legis

¶ Legis latores, quæ semel aut bis accidunt, contemnunt: *l. nam ad ea, de LL. l. ea, quæ, de Reg. iur. Ego addo tex. in §. insula, Inst. de rer. diuis. §. quia, in Auth. sine prohib. col. 6. & ibi gl. iura adducit.* Interdum tamen, quæ raro fiunt, considerantur: *vide pulcrè Ias. in l. 1. in 8. col. C. de SS. Eccles. l. fin. C. de cons. lib. 12. pro gloss. in verb. Sponsa, C. de rapt. virg. & in l. 2. 4. col. de vulg. & pup.* ¶ Lex vel statutum generaliter loquens, restrictionem patitur de habilitate: *gl. in §. in personam, in verb. cum omnibus, Inst. de Act. & ibi Ang. l. vt gradatim, §. 1. de muner. & honoribus, vide suprà, in verb. generalitas.*

68 An lex possit ad similem casum extendi, quando & quomodo, *vide Abb. in c. translato, de Const. & Bart. in l. omnes populi, in 6. q. princ. de Iust. & iur.* ¶ Quando lex prohibet, quem plus accipere pro aliqua executione vel scriptura, non licet ei plus accipere etiam à sponte offerente, vel donante: *l. tam collatores, §. vt autem, & ibi Io. de Plat. not. in 1. not. C. de re milit. lib. 12.* ¶ Quod à lege iam est permissum, superfluum est precibus impetrare: *l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. l. si creditori, de leg. 1. l. 1. in fin. ad Munic. vide Bart. in Rep. l. omnes populi in 2. q. 3. q. princ. de Iust. & iur.* ¶ Vbi est casus legis clarus, disputandum non est: *l. Ancillæ, vbi Bald. C. de furt. ita dicit Bart. in l. admonendi, in 8. col. ibi venio ad tertium, ff. de iureiur.* ¶ Legis prouisionem tollit prouisio hominis: *l. & habet, §. cum quis, ff. de prec. Carol. vide in l. 1. §. si quis ita, fol. 56. fall. 2. de verb. oblig. Bart. in l. si insulam in 6. oper. primæ partis, de verb. oblig. vide ad hoc decisionem, supra in verb. ius propria authoritate dicere.* ¶ Si quis non vult vti prouisione legis nouæ, sed ea, quæ à lege antiqua est inducta, hoc facere potest: *l. quoties, de act. & oblig.* vnde sibi illa via, quam eligit, placere debet: *l. si mulier, § fin. Quòd met. causs. vide D. Alex. in l. 1. in 4. col. de iurud. omn. iudic.*

69 Ex necessitate casuum emergentium licet transgredi statuta & Ll. *Innoc. in c. 1. de Const. Mod. in Rub. C. qui admitt. Bulg. & Dec.* ¶ Iura noua recipiunt limitationem per iura antiqua, & distinctionem: *per gloss. in l. sciendum, in 1. gloss. & ibi Bart. qui satisdar. cog. dum gloss. allegat Auth. offeratur, C. de lit. contest. vide Alex. in l. 1. in 4. col. C. qui admitt.* ¶ Et fit extensio passiua de iure antiquo ad nouum: *vt per Bart. in l. 2. de leg. 1. & in l. omnes populi, in 6. q. princ. de iust. & iur. & per Alex. in l. 1. in 6. colum. in fin. qui admitt.* ¶ Benè valet argumentum: Hæc lex est posterior in ordine, Ergo est iunior, &: Illa lex est prior, Ergo antiquior, si sint collocatæ sub vno titulo: sed illa prioritas, & posterioritas in tit. C. non attenditur.

Nec sequitur: Ille titulus præcedit hunc, Ergo antiquior, & primò factus: Quia potest esse, quòd vltimus titulus C. sit factus ante primum: *vide de hoc pulcrè Dom. Ias. hoc probantem in l. fin. C. qui admitt. in pen. col. ad fin.* ¶ Leges ciuiles per trecentos annos ante aduentum Christi fuerunt factæ: *secundùm Bart. in l. multum interest, ff. de verb. oblig. circa medium.*

An & quando lex ciuilis, vel statutum laicorum possit dispensare super iuramento, *vide latè suprà in verbo iuramentum, & D. Ias. in l. fin. in 3. col. qui satisd. cog.* ¶ Lex semper loquitur: *Bar. in l. omnes populi, in 5. q. princ. de Iust. & iur.* De hoc dicto quomodo intelligatur, vide Aret. *in c. fin. de Const. Canonistas nouissimos, in c. sicut, in 9. col. de Prob. Soc. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, de leg. 1. Goz. in l. omnes populi, in 3. q. princ. de Iust. & iur.* vbi inferunt prædicti hoc dictum ad quæstiones. 70

¶ Lex ciuilis habet vim Apostolicam, quia à iuramento absoluit: *gl. in l. adigere, §. quamuis, de iure patron. vide de hoc puncto Ias. in Auth. sacramenta puberum, in 19. col. C. si aduers. vend. & in l. fin. ff. qui satisdar. cog.*

Leges in decreto insertæ, non sunt approbatæ, etiamsi ille liber esset approbatus: *vide Fel. in c. ex parte, de Rescrip. 19. col.* vbi etiam *in 23. col.* ponit de diuersorum librorum authoritate. ¶ Lex inter canones posita, canonizata non ex hoc dicitur: *Fel. in d. c.* secùs, si est inserta in canone. ¶ Lex semper est certa de omni eo, quod est certū in natura, licèt apud nos interdum dubitetur: *vide Bart. in l. ventre, in 3. col. in 5. opp. ff. de acq. hær.* Sic omnia præterita & præsentia, certa sunt: *l. cum ad præsens, Si cert. petat.* ¶ Lex dispositionem suam faciliùs extendit & modificat, quàm homo: *vide in verb. forma, & in verb. correctorium.* ¶ Mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine: *l. celsus, de Arb. vide Bart. in l. si insulam, in 6. & 8. opp. de verb. oblig.* 71

Contra legum dispositionem faciens, in his, quæ sunt consilia, & non præcepta, quis non punitur: sicut in sacra pagina quædam sunt præcepta, in quibus contrafaciens peccat mortaliter, vt in non dilectione proximi: & sic quædam sunt consilia, vt: vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, in illis contra faciens non tenetur: *ita dixit Barr. in l. creditores, in Repet. in princ. num. 5. C. de pignor.*

Non vsus legem tollit, quando homines non sunt vsi, quando casus accidit: *vide infr. in verb. statutum.* ¶ Vna pars legis declarat aliam: *vide de hoc suprà in verb. clausula.* 72

¶ Quando aliquid à lege profertur cum aliqua qualitate, tunc vtrumque debet probari, scilicet illud & qualitas: *Bart. per illum tex. in l. 1. ne quid in flum. pub. vide de hoc infr. in verb. qualitas*, vbi infertur hæc regula ad quæstionem: Legis verba secundùm communem vsum loquendi sunt interpretanda: *l. liberorum, §. quòd tamen Cassius, de leg. 3. l. labeo, §. idem Tubero, de Supell. leg. vide Cors. in verb. legis.* Imò non modò legis verba, sed etiam statutorum, licèt sint strictè interpretanda: *l. 3. §. hæc verba, de negot. gest.*

73 Prætererea etiam verba contrahentium, siue contractus: *l. semper in stipulationibus, de R. iur. l. sciendum, §. illud sciendum, de Ædil. Ed. l. si prius, §. rectè placuit, de Aq. pl. ar.* ¶ Imò quæcunque dispositio, etiam pœnalis, secundùm hanc regulam est intelligenda: *Abb. in c. nonnulli, de Rescrip. & ibi Apost. pulcra. Bart. in l. 1. de leg. & suis hæred. Bart. in d. l. labeo, vbi examinat.*

74 Quomodo communis vsus loquendi probetur, quomodo sint formandi articuli, *vide etiam Bart. in d. §. quòd tamen Cassius, vide Mod. in §. quarto gradu, Inst. de gradibus. De hoc vide Ang. in §. 1. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. Bart. in l. 1. ff. de suis, & leg. hæred. Et plus, meliùs & clariùs, quàm alibi, vide de hoc communi vsu loquendi per Fel. in proœ. decret. 3. 4. 5. 6. col.* ¶ Leges ciuiles per trecentos annos ante aduentum Christi fuerunt factæ: *secundùm Bart. in l. multum interest, ff. de verb. obl.* ¶ De intellectu l. dudum, C. de contrah. emp. & vend. *vide suprà in verb. emere, & in verb. cognatus.* ¶ Ratio naturalis est clypeus legis: *gl. in c. ex eo, in verb. rationis, de Elect. lib. 6.* ¶ Et hoc est obseruandum pro consilijs scribendis. Quia plures sunt aliquando casus, qui iure non continentur: & tunc sufficit rationis vniuersalis allegatio: *vt dicit Andr. de Isern. in prob. feud.* Quòd rationabile dictum debet ita mouere iudicem, sicut lex scripta. *Et ita Raph. Fulg. plus semel scripsit consilia, ex sola ratione naturali.*

75 De præmissis, vide Zas. *in l. quamuis col. 242. ff. de in ius voc.* Vbi per præmissa limitat hanc regulam, (inter alias limitationes) quæ habet: Verba statuti vsque adeò procedunt, quòd regulariter non recipiunt interpretationem: Quòd scilicet hæc regula fallit: Si ratio naturalis exigat moderationem statuti: per text. secundùm eum singularem, & vnicum, *in d. l. quamuis*, vbi labeo ex sola æquitate moderatur dictum prætoris: *vide omnino Zas. vbi alia pulcra adducit.*

De Legitima.

76 AN legitima sit cognata hæreditatis, an bonorum, *vide Alciat. in l. bonorum, de V. S. Geyl. lib. 2. obseru. 120. num. 3.* ¶ Legitima, quæ debetur liberis, est, quando sunt quatuor vel pauciores liberi, triens omnium bonorum: quando quinque vel plures, semis: & iste triens, vel semis, debet inter istos æqualiter diuidi: *probatur in Authen. de trien. & semiss. post prin. in Authen. de nuptijs, colla. 4. & in Nouella Constitu. 22. de his, qui nup. iterant. Decianus in cons. 46. vol. 3. consuluit super isto, quòd pro numero liberorum maior vel minor debeatur legitima.* Sed quærit, an filiæ exclusæ à successione augeant numerum liberorum, ita quòd semis debeatur, vbi aliàs tantùm triens deberetur: *Respondet, quòd sic, si loco legitimæ saltem dos sit reseruata. (Idem tradit Geyl. de filiâ dotatâ, & cum iuramento renunciando successioni, partem eam facere: cuius contrarium obseruetur in exhæredato, & monacho Franciscano: 2. obseru. pract. 122. num. 16.)*

Et debetur ista legitima liberis ex multiplici iure, diuino videlicet, *prout colligitur ex dicto Apostoli Pauli, in 2. ad Corinthios 12. c. fina. 17. q. 4. c. Apostolus de censibus.* Iure naturæ, *l. scripto, ff. vnde liberi.* Iure Canonico, *c. Raynucius de testamen.* Iure ciuili, *C. & ff. de inofficio testamen.* vltimò debetur ipsis de æquitate naturali: quia nihil est tam æquum & consonum rationi, quàm proprium filium ad successionem admittere: *§. est ergo sciendum, in prin. Authen. quibus mod. natu. effi. sui, l. rem non nouam, C. de iudi. & concordat ius Saxonicum cum alijs iuribus in relinquenda legitima liberis: prout apparet ex gloss. 1. & ibi in addi. Zobelij, Arti. 30. lib. 2. Landrecht, & ex glos. in c. 27. Lehnrecht.* 77

Zu Breßlaw wird es bey abforderung der legitima, so den Kindern gebühret / so gehalten: daß das Heyrathgut oder Dos / so wol das gegenvermächtnis oder donatio propter nuptias, in die legitimam nicht sol gezogen: oder mit eingerechnet werden: sondern dem Manne/ nach absterben des Weibes das Heyrathgut / vnd also auch hinwiederumb dem Weibe / nach absterben des Mannes/ das gegenvermächtnis neben dem Sechsten/ oder Kindstheil / als ein Debitum oder Schuld/ aus des verstorbenen gut vngehindert folgen: vnd als dann erst nach bezahlung dieser/ so wol der andern gelassenen Schulden / aus dem vberbleibenden andern Gut/ die legitima gemacht werde/ etc.

Sed licet hæc legitima dicatur debita fi- 78
lio, tamen regulariter non competit actio in vita patris: *l. 1. §. si impuberi, ff. de colla. bono.* ¶ *Imo plus dicit Barto. in Authen. si qua mulier, C. de SS. Eccl.* quòd etiam patre ingrediente religionem, nō potest filius petere legitimam à monasterio, in vita ipsius patris.

Sed tamen nota, quæ docuerunt Bart. 79
& Cynus in d. Authen. si qua mulier. ¶ Alius

lius est casus, quando pater dissipat bona sua, etiam non subiecta restitutioni, potest ad instantiam filij iudicis officio cogi, ad assignandum sibi legitimam, vel saltem tot bona, quæ ascendant perceptioné alimentorum: *dictum est singulare Bald. in l. 2. ad finem C. si in frau. patro. Alex. in l. Imperator, ff. ad Trebellia.*

80 Rationem assignat Bald. quia dicit, cogitur alere filios: & interest ipsius patris, & Reipublicæ, ne malè substantia sua vtatur. Imò non conceditur patri, vt etiam legando ad pias causas vel confitendo, se esse alicuius debitorem, possit filio præiudicare in legitima: *tenet Alex. de Imo. in cons. 18. vol. 4. per totum: idem Alexan. in cons. 29. eo. volu. Baldus in Authen. nouissima, C. de in offi. testa. & Rolan. à Valle. in cons. 65. à num. 18. vsq; ad finem, lib. 1. Petrus de Rauenna. in suo alphabe. litera L. versi. legitima. Schursi. in cons. 20. & cons. 73. cent. 1.*

81 Sed salua legitima pater de reliquis bonis suis benè potest testari: *Alex. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad trebellia.* limitat nisi pater legasset omnes res meliores: & ibi dicit, quòd sit conclusio, quòd stet in arbitrio iudicis, in qua re debeat filio assignare legitimam. ¶ Et quòd per statutum possit minui, penitus autem non tolli legitima, *notauit d. Petr. de Rauenna. in suo Alphabe. litera L. versi. legitima. Geylius in obseruat. 122. lib. 2. & dicit ibi num. 11. Istam opinionem in Camera esse approbatam, habet Constitutio Electo. Saxo. in Arti. 12. par. 3. latè Panor. in c. Raynutius de test. Vbi concludit: in casu, quando filius non haberet, vnde viueret, in totum non posset tolli, secus quando haberet: Dy. in regula, indultum, de regul. iuris, in 6. Barto. in Authen. de hære. & falci. in prin. colum. 1.*

82 Et filius, cui penitus nihil est relictum, potest totum impugnare testamentum, quia non valet: *§. aliud quoque, cum ibi notatis per glossam 1. & Dd. in Authen. vt de appella. cognosca. & Barto. in Authen. nouissima, C. de inoffi. testamen.* quando autem minùs quàm legitima sit relictum, nihilominus tenet testamentum: sed aget filius ad eius supplementum: *l. omnimodò, C. de inoffi. testa.*

83 Sed nota: de hæreditate defuncti ante legitimam debent detrahi & imputari, primò omne æs alienum, & funeris impensæ: *l. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoffi. testa.* ¶ Vnde etiam mercedes pro operibus vsq; in tempus mortis testatoris deducantur: *l. creditorem, ff. de lega. 2. concordat ius Saxoni. Arti. 22. lib. 1. Landrecht.* ¶ Imputari autem in legitimam debet omne id, quod ad legitimam petentem peruenit, ex bonis defuncti titulo aliquo non oneroso, vel iure legati: *l. etiam, §. pe. ff. de bonis liber. l. quoniam nouella, & l. scimus, §. repletionem, C. de inoffi. testa. Barto. in l. filium quem habentem, C. famil. hercisc.*

Et ibi habetur, quòd illud, quod concessum fuisset filio existenti in patria potestate constituto, Item Dos, computatur in legitimam: *Cyn. in l. scimus, in 5. quæstio. C. de inoffi. testa. per l. quoniam, C. eo. tit.* ¶ Dos autem ab auo profecta in bonis patris non imputatur nepti in legitimam: si appareat, quòd auus contemplatione sui & non filij dederit: aliàs secus si contemplatione filij, quòd in dubio præsumendum: *d. l. scimus, §. repletionem, C. de inoffi. testa. l. dedit dotem, & ibi Barto. ff. de colla. bono. Barto. in consi. 190. incip. Gisibertus dedit dotem.* 84

Computantur etiam in legitimam ea, quæ supersunt vltra expensas alimentorum ex reditibus prædiorum, fortè filio à patre assignatorum pro alimentis: onus enim alendi filium spectat ad patrem: *l. creditor, §. si inter, ff. mandati, & de alijs vide Alexan. de Imo. in consi. 31. volu. 4.* ¶ An computetur in legitimam, quòd pater expendit pro filio in studijs, *vide per Barto. in l. 1. §. nec Castrense, ff. de colla. bon. (vbi concludit, nisi filius viuo patre compleuerit studium, non posse eos prædio quasi Castrensi annumerari, ideoq; eo in casu opus esse, vt morte confirmetur ea donatio, quam tamen dicit non esse conferendam, quia sit simplex donatio.)* ¶ Item an pater possit computare in legitimam, quod soluit pro redemptione filij, *notauit Barto. (quòd non.) in l. Stichus, ff. de pecul. lega. notat Rolandinus in tracta. suo de testamentis, in 1. parte ffrorum, in Rubr. 17. in num. 25. & in sequentibus.* 85

Sed bona feudalia, vel emphyteutica, quæ transeunt in filium, vt filium: quòd non computentur filio in legitimam, trebellianicam, vel falcidiam, *notauit Hippo. de Marsi. in singula. suo 32. incip. bona feudalia: & vide, quæ notaui suprà in litera C. vers. de collatione bonorũ.* So wird aber auch Gerade den Töchtern in ihre legitimam gerechnet: *secundùm Constitu. Electo. Saxo. in Arti. 11. parte 3.* ¶ Sed an hoc ius petendi legitimam, vel legitimæ supplementum, finiatur quinquennio, sicut ius agendi ad querelam: *docuit dictus Rolandinus in d. suo tractatu, de testa. 1. parte Rubr. 17. in fine, num. 35. & consuluit Barto. (quòd sic.) in cons. 14. incip. an ius agendi.* 86

Sed quicquid dicant de quinquennio, communior est sententia, quòd requiratur spacium triginta annorum, ad talem præscriptionem, sicut in alijs personalibus actionibus: *Notauit Mynsinger. in obseruatione 72. centur. 2. & refert dixisse dominos, cùm illa quæstio in Camera incidisset, prædictam opinionem non solùm veram esse in supplemento legitimæ, sed etiam in ipsa legitima iure* 87

natura

naturæ debita filio, declarat Petrus à Duen. in regul.uf.allen. regula. 448.

88 Qua actione supplementum legitimæ petatur, (*Condictione ex l. omnimodè, C. de inoffi. test. peti communis est opinio.*) & de eius præscriptione, *similiter docuit Geyl. in obserua. 120. lib. 2. Decianus consuluit in cons. 32. volum. 2.* ¶ De legitima parentum, quæ debetur parẽtibus, nõ existentib⁹ liberis, quod æque sit triens, *dixit Roland. Bononiensis d. tract. de testa. 1. parte, Rubri. 20. de Institu. parentum seu ascendentium.* sed quòd illa legitima, etiam per statutum, parentibus in totum non possit tolli, sed quidem minui.

89 Legitima, quæ iure naturæ debetur, consuetudine non tolli sed minui potest: *Dec. in l. iura sanguinis 8. De R. I. Dynus in c. indultum 17. de R. I. in 6. Myns. cent. 6. obseru. 44. & cent. 5. obseru. 43. Geyl. lib. 2. obseru. 122. Alciat. in l. nihil aliud de V. S. Raquell. Cons. lib. 1. indag. Iur. ciuil. c. 28.* habetur in Constit. Elector. *Saxo. Arti. 12. par. 3. VVesenbecius consuluit cons. 24. per totum, par. 1. Menochius in cons. 4. par. 1.* ¶ Sed non hinc efficitur, quò minùs consuetudo introduci possit excludens parentes à successione filij, fratribus vel nepotibus existentibus: *Mynsing. cent. 6. obser. 41. n. 4. 5. 6.* ¶ Et quòd matri debeatur legitima in bonis filiorum, consuluit *Decia. cons 79. vol. 2.*

Sed an testator possit prohibere legitimam (*Non potest.*) & an perdat illam, qui non confecit inuentarium, (*communis opinio est, non perdi. Geyl. obseru. 138. num. 14. lib. 2. obser. pract.*) *idem Rolan. in d. tract. prima parte, Rub. 29. nu. 14. & 17. & in hac materia legitimæ pulcherrimas quæstiones mouet & declarat Anto. de Rosellis in tracta. suo de successio. ab intesta. mihi num. 230. vsq. ad finem.* Et de hac legitimæ materia, an filio possit præiudicium fieri in illa, grauando per fideicommissum, legando etiam ad pias causas, vel alias, *docuit* (*non posse*) *Geyl. in obserua. 119. lib. 2. obseru. & ibi docet cum alijs, quid sit legitima. VVesenbec. de illa, in cons. 92. part. 2. Decian. in cons. 35. à num. 24. vsq. ad finem, ibi de legitima in bonis matris.*

90 De legitima, fratribus an debeatur, (*non debetur, nisi turpi personâ institutâ.*) à quo tempore, & qui fructus: Et quòd legitima debeatur filię indotatę cũ fructibus à tempore mortis patris, *vult idem Decia. in cons. 106. vol. 2.*

91 De legitima, *Vide Pet. Greg. in Syntag.* ¶ Legitima, an non nisi institutionis relinquatur titulo, *Vaud. lib. 1. quæst. 5.* & parentum legitima institutionis titulo relinquenda: *Ant. de Butrio. cons. 15. Bassag. de testam. rubr. 17. & rub. 20. n. 6.* ¶ Legitimâ an excludatur filius, per accusationem testamenti falsi, *Vaud. lib. 1. quæst. 28.* ¶ Legitima vel Trebelliana an detrahatur per substitutum pupillarem, *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 3.* ¶ An detractio fiat inspecto tempore mortis testatoris vel petitionis, *Max. Raud. de analog. venu. & æquiu. lib. 1. c. 19. nu. 48. vsq. ad n. 75.* vbi distinguit, & refert casus 7. *adhib. & Pet. Greg. Thol. in Syntag. lib. 44. c. 5. n. 39. & 40. Graff. §. legitima, quæst. 11. fol. 426.* ¶ Mater exclusa à statuto à successione, secundùm magis cõmunẽ, censetur etiam exclusa à legitima: *Anton. de Butrio. consil. 16. n. 2. & ibi add. verb. legitima, ibi late, Gaballinus plurima allegare.*

Dos succedit loco legitimæ, omnesq; eius habet qualitates, nisi expressè à statuto aliud disponatur. ¶ Legitima ex qua re detrahatur, *Menoch. in arbitr. lib. 2. centu. 2. cas. 163.* ¶ Filiæ maritatæ debetur legitima per patrem in bonis maternis: *Viuius decis. 187. lib. 1.* 92

Ius agendi ad supplementum legitimæ filij, quanto tempore præscribatur, *Guido Papæ quæst 82.* & quanto tempore ius filijs, dicendi Patris testamentum nullum, *ibid.* 93
¶ Pro legitima competunt tres actiones: petitio hæreditatis, condictio ex lege, & actio hypothecaria: pro paragio verò solùm condictio ex lege: *Viuius decis. 212. lib. 2.* ¶ Filius an possit legitima & Trebellianica priuari ex pacto, *Guid. Pap. dec. 96.* ¶ Spuria legitimata per comitem Palatinũ, an succedat in præiudicium Agnatorum, *Thes. dec. 69.*

De legitimatione illegitimè natorum, &c.

DE legitimatione Imperatoris, quòd sit de reseruatis eius: in quibus terris possit legitimare, (*Non potest, nisi in suo territorio, aut extra territorium suos saltem subditos, aut respectu bonorum in suo territorio sitorum. Ista communis est.*) quòd illam allegans quis probare teneatur: & ex quibus causis possit impugnari: hæc & alia pulcherrima in hac materia legitimationis per Imperatorem fienda, vel facta, *consuluit eleganter Rolan. à Valle in cons. 88. & in sequen. 89. volu. 1. & ibi de creatione & potestate comitis Palatini. Idem Rolan. eleganter de Comitis Palatini creatione & potestate, in legitimatione, in cons. 61.* 94

De legitimatione per rescriptum principis, deq; eius effectibus: & quòd æquiparentur legitimati legitimis & naturalibus, & plura bona, *vide apud Geyl. in obs. 140. lib. 2.* 95

Et de viribus legitimationis, *latißimè consuluit Decia. in cons. 40. vol 3. per totum.*

Sed an princeps possit legitimare ad successionem feudalium, in præiudicium agnatorum, *notauit* (*quòd non, in feudis antiquis, nisi ex causa & de plenitudine potestatis.*) *Geyl. ibid. in fi. Latiùs Decia. in cons. 5. vol. 1. ibi de legitimatione per rescriptum & subsequens matrimonium, (Iul. Clar. in §. feud. quæst. 82. num. 4. Geyl. lib. 1. obseru. 141. n. 2. Myns. cent. 5. obs. 42. Borch. de feud.* 96

feud.c.7.par.2.num.48. Schneidew.de pac.publ. n.22. Dissentit Franc. Hotom.cauf.29.) & de successione eorum, etiam in feudis, multa vtilia docuit idem Decia. d. conf. 40. volu. 3. Et legitimationem ex pluribus nullam pronunciandam. Ex quibus autem, & qualiter sententiandum, docuit consulendo idem Decia.conf.19.vol.1. per tot. & conf. 88. vol. 2. num. 11. & seqq. Idem conf. 90. eod. vol. 2. ibi docet multa, quibus legitimatio impugnatur. Et consuluit, quòd legitimatus generaliter ad feuda, Ecclesiastica tamen nō admittatur, nisi de consensu Ecclesiæ.

97 Legitimatio autem quæ dicatur subreptitia, & quòd propter obreptionem non valeat, consuluit idem Decia. conf. 38. vol. 3. per tot. & ibi de materia obreptionis. Menoch. latè, in conf. 109. volum. 2.

98 Item an in præiudicium legitimorum & naturalium, (non potest, nisi ex causa & plenitudine potestatis.) item agnatorum, (Vtiq; potest, vice patris, in allodialibus.) filius naturalis legitimari possit: & an succedat in feudis, (regulariter non succedit.) an per superuenientiam legitimorum legitimatio vitietur, (negatur.) notat. Geyl. in obs. 142. lib. 2.

99 De legitimatione per subsequens matrimonium, est tex. in Authen. de naturalibus lib. §. reliquum est. Et ibi inuenies, quomodo per istas legitimationes fiant successibiles actiuè & passiuè, vide Roland. in d. conf. & tex. alleg. cum alijs. Item Decian. in conf. 3. volu. 1. num. 75. & ibi in multis seqq.

Item de ista legitimatione per subsequens matrimonium, vide Geyl. in obser. 141. lib. 2. & VVesenb. in conf. 44. par. 1. per tot.

100 Et spurij legitimationem non valere, voluit Decia. in conf. 91. vol. 2.

Sed incestuosus quòd regulariter non legitimetur, est tex. in §. fin. Inst. de nupt. & l. cùm quis, C. de natural. lib. & in c. tanta qui fil. sint legit. declar. ampliando tribus modis, Petr. à Duen. in reg. fall. regu. 419. incip. incestuosus.

101 Sed legitimatus an comprehendatur sub nomine filiorum legitimorum & naturalium, docuit, distinguendo etiam in diuersis respectibus, Decia. in conf. 42. volu. 1.

102 Tria autem, vt habeant omnes effectus legitimi, requiruntur: 1. auctoritas legitimantis. 2. voluntas legitimatis. 3. solennitas legitimationis requisita: Decia. ibid nu. 37. Menoch. conf. 108. vol. 2. Et de legitimatione, quantum ad successionem in feudo præsertim hæreditario, idem Menoch. consil. 157. d. vol. 2.

103 De legitimatione ad iudicium, notant Barto. & alij in l. 2. C. de edicto diui Adr. tollen. quòd in iudicio, quantumcunq; summario & executiuo, requiratur plena legitimatio personæ, si hoc opponatur. Inquirendum n. est ante omnia de persona l. 3. ff. de testa. l. licet C. de procura. ¶ Et casu, quo persona non est legitima, repellitur à iudicio, vel redditur iudicium retrò nullum: d. l. licet, & ibi Dd. l. si res, C. de ordi. cogni. Menochius conf. 100. volu. 1. num. 37. de his & alijs notauit Pet. Gerardi de Pet. Sancta, in singu. 23. incip. notant. Pertinet ad locum de procuratoribus.

De tutorio & procuratorio, vide illa, quæ 104
consuluit VVesenbe. in conf. 35. par. 1. ibi quatenus tutor in testamento minùs solenni datus matri præferatur, & possit procuratorem constituere.

Thess. decis. 196. De legitimatione, vide omninò 105
Raud. de analog. lib. 1. c. 36. & quando legitimatus comprehendatur sub dispositione loquente de legitimè natis, ibid. ferè p. tot. ¶ Legitimatum posse ad spurietatem reduci, Raud. c. 37. ¶ Mater non potest impetrare legitimationem filij naturalis: Pruck. l. in multis, de statu hom. p. 1. mem. b. 3. Arti. 21. ¶ De legitimatione, Gabriel in Concl. de legitim. per subsequens matrimonium. Ioseph. Ludouic. concl. 26. ¶ Legitimatio facta de filio spurio à patre, cum conditione hic inserta valet, dum modò filijs non relinquatur minus legitima. Ioseph. concl. 27. ¶ An filius natus ex moniali in monasterio degenti, efficiatur legitimus per subsequens matrimonium, mediante dispensatione contractum in præiudicium substituti, Hier. Laur. decis. 6.

Concessa potestate legitimandi omnes 106
legitimos, videtur & concessa legitimandi etiam ad bona feudalia: Raud. de analog. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 13. n. 25. per reg. 3. analogorum, vide etiam passim c. 35. ¶ Clausula adiecta legitimationi, absq; præiudicio venientium ab intestato, cuius effectus, Capyc. decis. 22.

De supplicatione pro legitimationis 107
confirmatione in Camera Imperiali obtinenda, Pet. Frid. Mind. de process. in Cam. extrah. lib. c. 12. ¶ Legitimatio per subsequens matrimonium requirit instrumenta dotalia, & quid de iure canon. Thessaur. decis. 83. ¶ Testamentum à patre factum rumpitur per subsecutam filij legitimationem: Thes. decis. 84. ¶ Non possunt sine causa legitimare inferiores à Papa, & à Principe, & quomodo sunt exprimendæ caussæ, & multa alia circa legitimationem, Viuius decis. 339. lib. 2. ¶ In impetratione legitimationis quæ qualitates exprimendæ, Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 203.

De legitimatione, quando valeat, vide 108
Dec. conf. 85. vol. 1. ¶ De legitimationis validitate, & an statutum loquens de agnatis habeat locum in legitimatis, Dec. in conf. 316. vol. 2. in casu proposito. ¶ Legitimatus an sit propriè legitimus, & an beneficium statuti legitimatis competat: Dec. conf. 275. vol. 2. in caussa quæ luce.

Spurius vel naturalis legitimatus, est verè legitimus, non per fictionem. Et legitimatio est ve-

est veritas, non fictio: *Bart. in l. si is, qui pro emptore in 3. q princ. de vsucap.* vbi Ias. hoc latissimè examinat pro vtraque parte arguens: & hoc est vtile pro statutis, in quibus fictio locum non habet: *vide Ias. in l. cum acutissimi, C. de Fideicom. Alex. in cons. 2. vol. 1. Ias. in l. cum filiusfamilias, de leg. 1.* ¶ Et quid in bonis feudalibus & Emphyteuticis; an sit verè legitimus, & veniat: *vide eum in d. l. si is, qui pro emptore.* ¶ An legitimatus iterum possit legitimari: &, si primò minus plenè fuit legitimatus, possit secundò pleniùs legitimari, *vide Paul. de Castr. in cons. 227. viso themate. Bal. in cons. 131. vol. 3. Dec. cons. 55. vol. 1. & cons. 152. vol. 2. Curt. cons. 74. & 16. col. 9. & cons. 18. Soc. cons. 246. vol. 2.*

109 Et quomodo differat Legitimatio, quià illa est fauorabilis: & Habilitatio ad succedendum, quæ dicitur dispensatio, & sic odiosa: *vide Goz. in l. singularia, lect. 68. Si cert. pet. vbi hoc per 5. conclusiones examinat: & vide Mod. in l. Gallus, §. & quid si tantum, de liber. & posthum.* ¶ Et de hac differentia, inter legitimationem & dispensationem, *vide Dec. in cons. 264. vol. 2. reuocatur in dubium, & cons. 288. eod. vol.* ¶ An habens priuilegium legitimandi Spurios, possit legitimare fœminas Spurias, *vide Ias. in l. si quis id, quod de iurisd. om. iud.* ¶ Legitimatio infantis an fieri possit, & quando fit viuente patre, an citatio agnatorum requiratur? & de pluribus, quæ in legitimatione requiruntur? & filiæ legitimatæ succedunt ab intestato: *Dec. cons. 55. vol. 1.* ¶ Auctoritatem legitimandi ab Imperatore habens, an possit Sacerdotis filium legitimare? & deciditur per Paul. Cald. Ant. & Moder. Quòd sic, contra Rom. *in l. Gallus. § forsitan, de lib. & posthum. in fin. fol 36. n. 7.*

110 Legitimatus detrahit legitimam & Trebellianam, de fideicommisso: *vide Dec. cons. 257. vol. 2. quæritur.* ¶ Appellatione legitimæ sobolis, etiam legitimati veniunt. & alia plura in materia, *vide per Dec cons 258. vol 2. in casu Domini Francisci.* ¶ An valeat priuilegium, Quòd Spurij in defectum legitimorum admittantur, *vide Dec. in cons. 271. vol. 2. in casu transmisso.* ¶ Legitimatus an & quando substitutum excludat, *Dec. cons. 288. vol. 2. viso puncto.* ¶ De legato relicto spurio legitimato, *Dec. cons. 288. volum. 2. quæritur in effectu.*

111 De legitimatione per rescriptum, & quòd comes possit legitimare etiam extantibus legitimis: & quando requiritur caussa in legitimatione, & de materia, *Dec. cons. 307. vol. 2. viso puncto.* ¶ An filius legitimatus excludat filias, stante statuto, Quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, & de materia legitimationis, *vide Dec. cons. 53. volum. 1.* ¶ An filij nati ex concubina per subsequens matrimonium verè fiant legitimi etiam ad feuda, *vide Hieron. Schurff. cons. 1. col. 9. in fine. Vbi plenè discutitur.* Differentias inter legitimatos per rescriptum, & per subsequens matrimonium, *vide in d. cons. 1. num. 122.* ¶ De legitimatis per rescriptum, & quòd talis legitimatus verè & non per fictionem sit legitimus, & quòd in nullo differat à legitimis filijs, *vide integrum consilium Hier. Schurff. in cons. 2.*

De Leprosis.

Leprosi ex ciuitatibus expelli debent: 112
Paul. de Cast. in l. nullus, per illum tex. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. Et hæc est consuetudo in Germania. Hæc consuetudo de iure Canonico est approbata: *in c. 1. de coniug. Lepr.* Et etiam iure veteris testamenti hæc consuetudo est approbata: *c. hoc ipsum 33. q. 2. vide Paul. in l. nemine, C. de Episc. aud. vide lecturam meam, in §. iuris præcepta, Inst. de iur. nat. gent. & ciuili.*

De Lenocinio.

Lenocinium, quis propriè dicatur facere 113
in vxore, ad hoc, vt ipse vt leno possit puniri, *dicit tex. in l. mariti, per totum, ff. de adult.* ¶ Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet: *l. Athletas, §. ait prætor, de infam. l. palam, de ritu nupt.* ¶ Lenones, seu patres seu, domini, ancillis vel filiabus peccandi necessitatem imponentes: hoc est, prostituentes eas inuitas, vel tenentes inuitas in lupanari: perdunt dominium, & potestatem, quam habent in eas: & exilij pœna puniuntur, & publicis metallis addicuntur: *l. Lenones, vbi Bart. notat, C. de Spect. & scen. & len. lib. 11.*

De Læsione enormissima.

Dicitur enormissima læsio, quæ multùm 114
partem dimidiam excedit: *Dd. post Anchora, in c. 1. de Constitu. Iason in Authen. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.* Corneus *in cons. 133. num. 8. in fi. lib. 3.* respondet, enormissimam læsionem esse, quando tantum non datur, quantum valet quarta pars rei: vt quia quadraginta danda erant, & solùm sunt data decem: *idem Corn. cons. 288. lib. 3. & cons. 27. lib. 4.*

De vi enormissimæ læsionis, & cui renunciari non possit, *consuluit Menochius saltem remissiuè, in casu fiendæ rescissionis renunciationis, successionis filiæ, cons. 1. lib. 1. num. 494. vide explicationem secundum Didac. Couarru. l. 2. C. de rescind. vend. cap. 4.* vtrùm renunciatione contrahentium ista constitutio tollatur: *num. 5.* ibi respondetur, quòd læsio vltra dimi- 115

dimidium, in grauissimo excessu, non comprehendatur sub speciali renunciatione nec iuramento. *Et in illa explicatione de læsionis materia vide bona, & Arium Pinel. in repet. l. 2. C. de rescind. vendit. primæ partis, cap. 2. vide quæ notaui suprà in lit. A. vers. de æstimatione.*

116 Minores & mulieres contrahentes præsumuntur facilè lædi: & ob id facile eis subueniendum esse, *Menoch. lib. 3. præsumt. 82.* ¶ Minoris læsionem, ex præsumpta affectione erga rem distractam vel emtam, considerari, *Menoch. lib. 3 præsumt. 83.* ¶ Excessus vel læsio quomodo detegatur in sententia iudicis arbitrarij, *Menoch. lib. 1. q. 71.* ¶ Quæ læsio enormis censeatur in laudo arbitri, *Menoch. lib. 2. centu. 1. c. 73.* ¶ Quæ item dicatur læsio enormis, vt Ecclesia restituatur, *ibid. 74.* Item quæ vt minor, 25. an. in integ. restituatur, *q. 75.*

De Libertate.

117 NOta: libertas inæstimabilis res est: *l. libertas, ff. de reg. iur.* nihil gratius seruis præstari potest, quàm libertas: *l. Paulus in pri. ff. de fideicommiss. liber. & non priuata sed publica est causa, l. si quis rogatur, ff. eo. tit.* Et quod dicitur de libertate, idem dicitur de homine libero, cuius corpus non recipit æstimationem: *l. 1. §. sed cum liber homo, & in l. fi. ff. de his qui deie. vel effude. refert Decius in d. l. libertas.* & causæ piæ æquiparatur, ita quòd fauores libertati attributi, habeant locum in omnibus pijs relictis: & qualiter econtrà, *notauit Mathesila. in singula. suo 113. & ibi Gabr. Sarai.*

118 Wie ein Mann aber seine Freyheit soll behalten mit gezeugen/ zu Weichbildt Recht/ ob man einen ansprechе/ der noch frey wehre: *habetur de ista materia, Articul. 4. in textu & gloss. Weichbildt.*

119 De libertate Germanorum, Franco. etc. *Dauth. de testam. fol. 215.*

120 In liberti electione est, quem habeat patronum. *Bart. in l. Titius, num. 6. ff. de actio. emti.* Hinc dicit Comicus: Quod habui summum pretium, persolui tibi de libertate loquens. ¶ Quælibet res libera præsumitur: sicut & prædium vrbanum, & rusticum liberum ab omni grauamine, seu seruitute præsumitur: *l. sicuti, §. sed si quæratur, ff. si seru. vindicetur, vide Hieron. consi. 69. colum. 306. nu. 2. & vid. supr. in verb. feudum.* ¶ Libertus non potest prohiberi à patrono suo, ne eodem negotiationis genere vtatur in colonia, in qua ipse negociatur: *l. quæro, de iur. patron. à fortiori nec extraneum extraneus.*

De Libello.

121 LIbellus regulariter requiritur, vt fundetur iudicium: *Authen. offeratur, C. de litis contest.* & sic requiritur, quòd actio in scriptis proponatur, olim secus. *ff. de eden. l. 1. §. 1.* ¶ Sed in quibus casibus possit sine scriptura procedi *notant Dd. post glossam, in d. Authen. offeratur, & in Authen. nisi breuiores, C. de sent. ex periculo. recitan.*

Crebrius obseruatur in iudicijs, quòd in causis non magni valoris, & parui præiudicij, actio proponitur oretenus, & sententia datur verbis, sic consuetudo fundatur ex legibus. ¶ Sed libellus debet continere quinque, vt valeat. 1. Nomen eius, qui petit. 2. Quid petat. 3. Coram quo. 4. Quo iure petatur. 5. Et à quo. 122

Sed in libello criminali requiruntur etiam aliæ solennitates, locus commissi criminis, tempus, mensis, dies: *l. libellorum, ff. de accusa. Mynsingerus in obseru. 32. centu. 2.* ibi cum alijs tradit, quid iuris, si ponatur locus indeterminatus: (*Valere libellum conclusum est,*) & remissiuè, si nomen accusati vel occisi ignoretur, & non ponatur de die, quòd non debeat apponi de necessitate, etiam ad requisitionem accusati, *voluit secundùm aliquos, Robertus Marant. in suo Speculo, cap. de libelli oblatio. numer. 8. Et illum iuuat, D. Mynsing. in obseruat. 40. centu. 2. & dicit ibi, quòd illam opinionem contra alios sequuti sint domini assessores Cameræ.* 123

Et de quatuor clausulis, quæ sunt valde vtiles in libellis, & quæ debent apponi, *vide Robertum Marant. in 6. parte ordi. iudi. in c. de libelli oblatione 3. membro iudicij, per totum, deq. libelli requisitis, (Causa remota in personalibus exprimenda est, non in realibus, nam in his proximam exprimi satis est,) vide Gcyl. in obseruatio. 61. lib. 1.* 124

Non quidem peccat, qui proprium nomen iudicis in libello non exprimit, id tamen non est receptum vsu: sed sufficit, vt officium dignitatis, vel iurisdictionis designet. Quia ex hoc ferè magis persona iudicis cognoscitur, quàm ex nomine proprio. Agitur enim coram eo, non vt priuato, sed vt Magistratu, & qui publicum officium gerit. Olim quidem in dando Iudice proprium nomen exprimi debuit: at non in compellando prætore: *l. antep. de iudic.* quia prætor semper fuit certus, vt qui iurisdictionis causa fuit constitutus. At iudex fuit incertus, quia nullam habuit iurisdictionem, nullum certum officium. Nam tum demum officium habere cœpit, cum à litigantibus nominatus, & à prætore confirmatus fuit Itaque vt intelligeret, se & non alium iudicem datum & confirmatum esse, necessariò nomen illius in formula exprimi debuit. Quòd si tamen in nomine vel prænomine erratum fuerit: tunc eatenus valet iudicium, si de eius persona inter litigantes 125

conuenisset; *l. si in iudiciis 80. vide Geyl. lib. 1. obseruatio. 2. Mynsing. cent. 2. obseruat. 9.*

126 De conclusione libelli, nempe quòd debeat continere conclusionem, cùm sententia secundùm illam formari debeat: *vt in l. vt fundus, ff. com. diui. docuit Socin. in regulis fallen. regul. 288. sed posuit sex fallentias*: imò quòd plùs sit conclusio attendenda, quàm narratio, *consuluit Decian. consi. 130. volum. 3. Vide de hac materia Specula. in tit. de libelli conceptio. qui copiosè tractat isto ordine.*

127 Quid sit libellus, & vnde dicatur: quot sint species libellorum, quot modis libellus accipiatur: Quid continere debeat: an libellus sit de substantia iudicij: an actor possit à libelli prosecutione desistere: an libellus possit mutari vel emendari: quis sit effectus libelli: in quibus causis offeratur libellus, vel non: a quo & cui offeratur: quando detur & vbi: qualiter concipiatur libellus: qualiter porrigatur & accipiatur, & quibus modis impugnetur? *de his omnibus vide Speculatorem in d. titu. & habebis materiam expeditam.*

128 De libelli mutatione, emendatione, vel variatione, in quibus casibus, & quando sit permissa, vel non, *notat Baldus in l. edita actio, colum. 2. versi. nota quòd pars, C. de edendo, & ibi notat,* de libelli augmentatione & detractione, *Barto. & gloss. fina. in l. in edictis, §. si detracta, ff. de noxalibus. Socin. in regulis fallen. regula 291. dicit:* libellus quòd ante litis contestationem emendari & corrigi possit: *per gloss. in c. fi. ext. de libell. obla. sed limitat tribus modis. Et in regul. sequenti 292. vult,* quòd post litis contestationem emendari non possit: *l. edita, C. de edendo. limitat septem modis.*

129 De Iure Saxonico, mag die Klage nach bestalter Gewehr nicht geendert werden: zuuor aber mag er sie mindern/ bessern vnnd endern: *lib. 1. Articul. 63. in textu & Articul. 14. lib. 3. in textu & gloss. fina. vide Chilian. König. in suo processu, c. 53. von der enderung der Klagen, & in c. 48. von der Gewehr der Klagen. Et de hac materia libellorum, notauit idem Chilian. in c. 49. von dem libell oder Klage an ihm selbst.* ¶ In libellis non vtendum verbosis adsertionibus: *l. 39. §. 1. C. de appellat.*

130 De libello generali, obscuro vel inepto, *dixit Petrus Gerardi de Petra Sancta, in singul. suo 4. incip. notant Doctores.* Libellus enim ita debet esse, quòd ex eo reus possit deliberare. sed generalitas parit obscuritatem, ita quòd impedit deliberationem: igitur generalis libellus non procedit: *Alex. de Imol. in consi. 32. colum. 3. volum. 4. Socinus in regulis fallen. regula 290. tenet, quòd libellus specificè contineatur per c. fina. & Dd. ibi de libelli obla. sed limitat tribus modis.* quódque sententia super inepto libello lata non valeat, *notauit Geyl. in obseruat. 66. lib. 1.*

Sed quomodo iudex super libello inepto pronunciare debeat, (*Reum ab instantia iudicij absoluit, actoremq; in expensis condemnat, reseruato ei agendi iure ex causa apta. Quandoq; etiam reiecto libello simpliciter, vt aptũ producat, actori iniungitur: quod tamen in prima tantùm instantia procedit. Nam in secunda instantia necessariò iudex, ad quem super nullitate pronunciat, nec priorem sententiam reformare potest,) præscribit idem Geyl. in obseruat. 67. lib. 1.* ¶ Libellus autem generalis, an & quatenus in petitione hæreditatis valeat, *tradit idem Geyl. in obseruatio. 68. d. lib. 1. (Vtiq; valet, adeò, vt liquidatio rerum hæreditariarum, demum in puncto executionis fieri posit, summaria cognitione instituta: quamuis vtilius sit, in ipsa causa principali, simultaneo processu, in termino probatorio designationem illam facere & probare. In generalibus verò iudicijs, etsi libellus generalis admittatur, tamen post litem contestatam res exprimi debent.)* 131

De sustentatione libelli, quòd sustentetur etiam cum impropriatione verborũ, vt intentioni agentis deseruiat, *scripsit bonum consilium Henning. Göden, de libello, quod est primum quinti volum. consiliorum Bartol. & Dd. in l. sed si possessori, §. item si iurauero, ff. de iureiur. & notauit Mynsinge. in obseruatio. 5. centur. 4. Item Geyl. in obseruatio. 61. lib. 1.*

Imò verba ambigua in libellantis fauorem interpretari possunt: *l. si quis, ff. de iud. Socinus in regulis fallen. regula 293. declarat ibi in fallen. tribus.* Itẽ potest libellus etiam ineptus sustentari, per confessionem accusati: quia purgat omne vitium libelli: *Mynsinge. in responso suo 59. deca. 6. mihi numer. 11.* item quomodo sustentetur per clausulam, peto mihi ius & iusticiam administrari, *docuit idem Mynsinge. in d. responso 59. deca. 6. num. 15. Abbas in c. cum dilectus, de ordi. cognit.* 132

De cumulatione actionum in vno eodemque libello, *notaui quædam supr. in litera C. versi. de cumulatione actionum. Et vltra notata, vide notabilia, apud Petrum de Rauenna. in suo alphabeto, in litera L. vers. libellus.* ¶ De libello alternatiuo, quòd procedat, in casu l. 2. C. de rescinden. venditio. & quòd sic sit iudicatum in Camera, etiam ad vnam petitionem saltem, *testatur Mynsinge. in obseruat. 42. centu. 2.* 133

Item

134 Item quòd de iure, & de consuetudine, in casu quando res, vel æstimatio rei petitur, libellus sic alternatiuus valeat, (*Cùm nimirum incertum est, res extet, necnè, Geyl. obser. 62. num. 5. & 6. lib. 1.*) & quæ tum sint partes iudicis in pronunciando, (*Vt videlicet non aliter condemnet ad æstimationem, quàm si res non ampliùs extet, aut sine magna rei difficultate præstari non poßit,*) *docuit idem Mynsing. in obseruat. 11. cent. 4.*

135 Sed libellus alternatiuus quando subsistat, & in quibus casibus, *docuit Geyl. in obseruatio. 62. lib. 1. (Ratione incertitudinis, si ea ex facto tertij proueniat. Itemq; in hypothecária, & remedio, l. 2. C. de resc. vendit. quanquam in hoc libellus simplex, quo restitutio rei petitur, in Camera admittatur, condemnatione nihilominus alternatiuè concepta.) Et ibi simul tradit de libello obscuro, (In ciuilibus valet, si non opponatur: secus in criminalibus, quia in his ipso iure nullus est,) & eius obscuritate, vide ibi.* De libello iniuriarum, deque eius requisitis, (*Qualitas delicti, itemq; locus & tempus exprimenda sunt,*) *tradidit Geyl. in obseruat. 64. lib. 1.* ¶ Et sic de libellis mercatorum vel aliorum, *dicetur inf. in litera P. versi. de probatione per Rationem, & de probatione per priuatam scripturam.*

136 Libellus est duplex: Conuentionalis, qui datur in causa ciuili. & accusationis, qui datur in causa criminali: *gloss. in c. 1. de libell. oblig. vbi latè docto.* ¶ Actoris libellus dicitur accusatorius, rei verò contradictorius: *Bart. in l. 1. ff. de confeß.* ¶ Libelli omnis vis in conclusione consistit: *vide de hoc pulcrè Ias. in l. si prius, in 10. colum. de op. no. nunc. vide supr. in verbo conclusio, vide Socin. in Reg. 231.* vbi limitat, quibus casibus libellus sine conclusione procedit. ¶ Qui facit libellum, confitetur omnia tacitè in eo posita: *l. cum pretium, C. de lib. causa. c. cum venerabile, de except. vide Mod. in l. edita, C. de edend.* ¶ Libellus citationi non debet inseri: *communis est opinio in Rubr. C. de Edend.*

137 De libelli ineptitudine, *vide Mod. in l. 1. de off. asseß. & Canon. in c. cum dilecti, de empt. & vend. vide Socin. in Reg. 368.* ¶ De libello accusationis inepto, & quòd maior aptitudo in eo requiratur, quàm in libello conuentionali, *vide Dec. consi. 83. volum. 1.* ¶ Libelli formam in criminalibus, habes *per glo. in l. in causis, C. de accus. & tex. in l. libellorum, ff. eod.* ¶ Libelli formam in ciuilibus, habes per gloss. *in 1. ff. de edend. & gloss. in c. 2. de lib. oblig. vbi latè DD.* ¶ Libelli obscuri interpretatio non transit ad hæredes: *l. item Pomponius si frumentum, §. fin. & ibi gloss. de rei vend.* ¶ Libellus incertus admittitur, quando declaratio incertitudinis non est in potestate actoris: *l. 1. §. quia autem, quorum legat. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in vlt. q. de verb. obl.* ¶ Si in libello fiat mentio de aliquo instrumento, an illud debeat edi ante litem contestatam, vel post? & est summa vtilitas hoc scire. Nam si est edendus ante litem contestatam, tunc actor reo omnes suas probationes cogitur ostendere. *De hoc vide Barto. in l. edita, in vlt. colum. C. de edend. & in l. postquam, §. dies, ff. vt leg. nou. cau. & pulcrè Abb. in c. 1. de probat.* ¶ Libellus sumitur interdum pro pane alto: *vide Petr. Ferr. in pract. sua, in forma libelli, in act. reali.*

Libelli verba debent impropriissimè interpretari, vt sustineatur libellus: *Barto. in l. sed & si possessori, §. quod si iurauero, ff. de iureiur. Barto. in l. si olei, C. loc. Adde, quod voluit Barto. in l. si prius, in 6. opp. 2. part. princ. ff. de op. no. nunc. adde Iaso. in l. 1. in 3. colum. de leg. 1. vbi duas pulcras decisiones habes, vide Dom. meum Carolum, in l. stipulationes non diuiduntur, lect. 64. fol. 136. ff. de verb. olig.* ¶ Et iudex ex officio suo tenetur declarare verba dubia libelli in fauorem actoris, etiam actore non declarante, *vide per Carol. vbi supr.* ¶ Verba libelli, vel articuli debent intelligi secundùm intentionem proferentis: sed verba testis contra proferentem in dubio: *Barto. in l. 2. ff. de duob. reis, vide in verb. Testis infr.* 138

Sicut iudex potest cogere actorem, vt declaret suum libellum: *l. 1. de off. asseß.* Ita reum, vt declaret exceptionem: illud procedit, *secundùm Bald. in l. fin. in princ. C. de fideicommiß.* in facto, non autem in exceptione, quæ in iure consistit: vt si quis opponeret de nullitate libelli in genere, quæ est exceptio iuris, non potest eum iudex cogere, vt declaret exceptionem. Ideo exceptiones iuris sunt ponendæ à doctis aduocatis in genere, quas poterit quis in processu declarare. Hoc nota. ¶ Libellus semper sustentari debet: & de clausula, peto mihi ius & iustitiam administrari, *vide Nicol. Euerb. in top. loc. 95.* ¶ De hac clausula, petens sibi ius & iustitiam administrari, *vide Decia. consi. 221. colum. 1. volum. 2. Non patitur angustia temporis, vide supr. verb. clausula.* 139

De licentia vel auctoritate præstanda.

Nota: vbi necesse est, quòd licentia præstetur, non sufficit apparere de petitione: sed etiam requiritur, quòd constet de impetratione, ita quòd petitum sit obtentum: alias nihil actum esse censetur. *ita probat textus in l. qui eodem, in versi. & consulto prius principe & iubente, ff. ad l. Corn. de sica.* Sed talis licentia debet dari verbis expreßis, & in ipsa licentia concedenda requiritur expressio 140

sio verborum, *d. l. qui cædem, in versi.* Et *consulto prius principe & iubente, ff. ad l. Corn. de sica. & facit textus in l. 1. §. fin. versi præsentia corporis, ff. de Author. tutorum, l. non multum, eo. tit.* vbi dicitur, quòd in præstanda auctoritate non sufficit præsentia eius qui eam præstare debet, sed postulatur expresio verborū ipsius: *Bart. in l. 1. §. fina. & voluit etiam Bald. in l. fine C. ad S. C. Velleia.*

141 Sed quando tamen expresio verborū non requiratur, sed sola præsentia sufficiat, *declarauit Hipp. de Marsi. in Rep. d. l. qui cædem, ff. ad l. Corn. de sica. mihi num. 17. Et ibi pulcherrimè in sequentib. prosequitur, quòd auctoritas præstatur cum causæ cognitione, aliàs actus sit nullus, l. magis puto, in §. ne paßim, ff. de reb. eorum, & l. qui neq., ff. eo. tit. & ibidem per Hipp. vide multa bona de causæ cognitione, de qua etiam, notaui supr. in lit. C. vers. de cognitione, & de authoritate interponenda, quædam supr. in ead. liter. versi. de curatore.*

142 Et de licentia præstanda, *vide quæ notauit Ant. Corset. in singul. suis, in verbo licentia, Ioan. Andr. & Dominicum, in c. Abbatem, de Electio. in 6. notauit Bald. in l. fina. §. licentia, C. de bonis quæ liberis, & vide Dd. in c. cum nuncius, de testib. & in c. 1. de iura. calum. facit gloss. iuncta doctrina Dd. in clemen. vnica, in versi. ante omnia, de foro competen.*

143 Licentia habita à superiore potestatem non habente, quid operetur, *Constant. Rogg. de protest. rubr. 1. §. 3. num. 43, fol. 43.* ¶ Licentiatus si post longum tempus ad gradū sit promotus, an præferatur alijs, qui medio tempore ad gradum sunt assumti, *Gab. lib. 6. conclus. com. de maior. & obed. concl. vn. fol. 363.*

De Liberorum appellatione.

144 QVòd etiam nepotes veniant appellatione liberorum, *notatur & habetur in l. liberorum, ff. de verb. sig.* ¶ Sed appellatione liberorum masculorum, quòd non contineantur neq; veniant nepotes masculi ex filia, *notauit Matth. de Matthe. in singula. suo 129. & Gabr. Sarai. in additio.*

145 Liberi patris sequuntur originem: *l. 1. §. qui ex, ff. ad Municipalem*: non etiam matris, nisi sint spurij: *l. 1. §. fin. & l. 9. ibi. VVesenbe. in par. eod. tit. num. 5.* ¶ Liberi in conditione positi non sunt in dispositione: *l. si quis sub conditione 8. de legat. 1. Cuiac. consul. 35. Iul. Clar. de testam. quæst. 77. Duar. c. 5. de condit. institu. Daniel Moller. lib. 5. Semest. c. 44. Coras. lib. 2. miscell. c. 19. Euerhard. in loco à contrario sensu.*

De Libris.

146 AN expediat multos habere libros? *concludit, quòd sic, contrarijs præmißis postpositis, Oldradus in consi. 84. incip. an expediat.*

Liber decreti an sit approbatus, *vide Fel. in c. ex parte, 21. col. de rescrip. vbi refert multas gl. quæ reprobant dicta Gratiani, vbi vide de omni ferè librorum authoritate.* ¶ Libri antiqui & scripturæ antiquissimæ, plenam fidem non faciunt, sed præsumptionem inducunt, quæ arbitrio iudicis relinquitur: *l. monumentorum, C. de relig. & sumpt. fun. fallit duob. modis, vt per Soc. in Reg. 278.* 147

De Libra.

Libram faciunt LXXXII. Aurei, *l. quoties, C. de suscep. & Arch. glo. in l. fin. de in ius vocando, gl. in §. fin. Inst. de pœn. tem. litig.* 148

De Literis & Epistolis.

LIteris officialis creditur: *l. Diuus, vers. cum autem ex literis, de off. præs. l. si publ. §. 1. de publ. §. si quis vero compræhensorum, in authen. vt nulli. iud.* ¶ Quòd est primum in ordine literæ, præsumitur præcessisse, & posterius secutum esse: *gloss. & Bart. in proœ. C.* ¶ Fallit hoc, quando aliàs actus non valeret: Quia tunc posterius primum præsumitur, vt si diceretur in instrumento, quòd pater donauit filio, & illum emancipauit: Hoc casu vt donatio valeat, præsumitur primùm emancipasse: *ita Bald. in l. cum ex testamento, §. hæc verba, de hæred. inst. Alex. in l. 2. §. prius, de vulg. & pupill. & in consi. 112. volum. 2. vide Goz. in l. fin. lect. 22. C. qui admitt.* ¶ Sine literis non creditur personæ, etiam excellenti, habenti aliquam commisionem, quando tractatur de præiudicio tertij, *vide supr. in v. legatus.* 149 150

Literas alicuius aperiens, etiamsi sint literæ Imperatoris, vel Papæ, non incidit in pœnam falsi, sed debet puniri extra ordinem iudicis officio: *per reg. l. 1. §. expilatores, de effract.* ¶ Nisi aperiret literas, & ostenderet parti aduersæ, tunc etiam in falsi pœnam incideret; *ita decidit Barto. in l. 2. de Fals.* vide Iaso. qui dicit, hanc esse veritatem, *in l. non dubium, in 13. colum. C. de LL. Felin. & Abb. in c. cum olim Magister, de off. deleg.*

Literas priuatas aperiens, & publicas, & quid si eas falsificat, qua pœna sit puniendus, *vide latè Ias. in l. admonendi de iureiur. colum. 60.* ¶ Litera est, quæ oculis corporeis perspici potest, non quæ intellectu percipitur: *ita Bald. in l. 2. post medium, C. de patr. qui filios dist. per tex. in l. 1. in princ. ff. de his, quæ in test. delent. vide Franc. Curc. 60. fol. 74. colum. 4.* 151

Litera dicitur, quæ potest videri, & legi: *Dec. consi. 64. volum. 1. in fin. 2. colum.* vbi etiam declaratur hæc clausula, sicut iacet ad literam. ¶ Epistola alicui missa si surrepta fuerit, quis furti habeat actionem, *casus est in l. eum qui, §. fin. de Furt.* 152

Per

¶ Per epistolam loqui quis dicitur: *l. solent, circa fin. de offi. procon. Bart. in l. nuda, ff. de donat.* Hoc tamen non est verè, sed fictè: *vide Socin. in l. 1. in princ. de verb. obl. & ibi Alex. & alij inferunt ad quæst.* ¶ Et non minus valet, quod scribitur, quàm quod verbis exprimitur: *l. non figura, ff. de act.* Hoc verum, nisi verba sint de forma: *Socin. vbi supr.* ¶ Epistolam recipiens ratione conuentionis, videtur approbare, quod in Epistola continetur: *l. si filiusfamilias, ff. ad Maced. Bart. pulcrè in l. quo enim, rem rat. hab. Car. in l. 1. in pr. lect. 10. fol. 25. de v. obl.* ¶ Literis sigillatis duo testes derogant: *Abb. in c. à nobis, de Test. vide de hoc infr. pulcre in verb. probatio, art. probatio per sigillum, & in verb. sigillum, Art. duo testes derogant.*

De Licito & Illicito.

153 AGgrediens licitũ, bona fide vel misericordia, principaliter, quod secundariò fit illicitum, vel non sortitur effectum, an teneatur is ex illo, *vide Do. Petr. Gerardi. de Petra Sancta, in singula. suo 9. incip. tene menti:* ponit exemplum per Angelum, de aliquo, qui vidit equum alicuius in stabulo, valde sudantem, & illum equum extraxit de stabulo, & ligauit ad aliquem palum, iste equus se incapistrauit & mortuus est, quòd iste extrahens equum, tenebatur emendare damnum, quamuis principium eius fuerit licitum. Alia adducit exempla, de eo qui sese interposuit inter duos rixantes, an impunè occidatur: Item de soluente compeditum misericordia ductus, qui aufugit solutus, an teneatur iste qui soluit ipsum: *Et alia ad hanc materiam facienda inuenies, apud D. Gerbard. in d. singul. 9.* adde theoricam. In rebus alienis culpa est punienda, in proprijs verò culpanda: *tex. in l. si constante, §. si maritus, ff. sol. matr.*

154 Nota: regulariter attenditur id, quod principaliter agitur: *l. si quis nec causam, ff. Si certum peta. sed declarat & limitat Hipp. de Marsil. in pract. sua crim. §. sequitur, num. 20. versic. est præterea. cogita de similibus.*

155 Quatenus licitum aggrediens, teneatur de illicito superueniente præter intentionem, *consuluit quædam Decian. in consi. 4. volu. 3. num. 58. & ibi declarat, l. quoniam multa, C. ad legat. Iul. de vi publ.* quòd non procedit, quando quis se contulit ad locum, non animo violentiam inferendi: *allegat Salic. & alios.*

De Lite.

156 QVi in litibus versantur, omnia mala norunt: *Iohan. Bodin. in Meth. Hist. c. 4. fol. 50.* nec mala duntaxat, sed etiam bona, sine quibus illa consistere & percipi nullo modo possunt. Bonorum autem & malorum finibus, omnis humana prudentia cõtinetur: *ibid.* ¶ De litibus execandis & abscindendis, *vide Marcell. Calam. tr. de modo articulandi & probandi, in princ. gloss. 1. §. 1. nu. 1. vsq. ad 7.* ¶ Lis quid, vnde dicta, *Calad. lo. nu. 13. & 14.* Lis, causa, controuersia, quæst. quid differant, *n. 16. 17. 18. 19. 22. & seqq. vbi illat.* ¶ Lis vbi cœpta, ibi finem debet sumere: *Cala. d. lo. n. 27. vbi illat. 4. num. 28. & seqq. & ampl. 5. ibid. plures limit. recus. ex Fel. Gabr. & affl.* ¶ Lis cœpta quando dicatur, *ibid. nu. 40. & n. 21.* nempe per citationem. declarant *n. 41. 42. 43. & seqq.* vbi ampliat. & limit. *Vide Ayer. in processu c. 2. obser. 3. n. 18. fol. 40. vbi remissiones, & n. 8. vsq. ad 9.*

Lites in Curia Romana sunt immortales: *Paul. de Cast. in l. ordinarij, in 2. colum. C. de rei vend. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obl. vbi dicit, quòd expectant Regem Saxonum.* ¶ Litium finiendarum triplex est remedium, sententia, Transactio, & iusiurandum: *gloss. in l. 1. de iureiur.* ¶ Lites minui debent: *l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. pet. l. properandum, C. de iud. l. magnam, C. de contra. & committ. stipul. l. fin. pro suo, c. finem, de dol. & cont. c. 1. de Appell. lib. 6. l. 2. in 1. resp. de aq. pluu. arc. §. fin. vt Cler. pro Episco. colum. 6.* ¶ Litigare tenetur quis per se, maximè in criminalibus: *vide Socin. in reg. 245. vbi limitat.* ¶ Quando lis inter alios agitur, potest tertius comparere, & petere, quòd de iure suo cognoscatur: *Bartol. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, de re iud. Ferr. in form. lib. in act. neg. fol. 99. colum. 1.* 157

Lis & discordia interdum sorte dirimitur: *§. optionis. Institut. de leg. & l. fin. C. communia de leg. vide pulcrè de hoc Ang. in d. §. optionis, de legat.* ¶ In lite & causa, perplexa & dubia valdè, amicabilis compositio amplectenda est: quæ si locum habere non poßit, reus absoluendus, & Agenti ius agendi per aliam viam sibi competentem reseruandũ est, & pars succumbens ab expensis absoluenda: *ita Corn. consil. 163. volum. 3. incip. in consi. decisiuis, vide supr. in verb. causa.* ¶ Lis quando dicatur pendere in eum effectum, vt priuilegia impetrata non valeant, *vide Felin. in c. causam, quæ de testib. colum. fin.* ¶ Litis nomen actionem significat, siue in rem, siue in personam: *l. litis, ff. de verb. sig.* & dicit ibid. gl. siue intentatam, siue intentandam, hoc est, ante litem contestatam, & post. 158

Litium expensæ officio iudicis petuntur, & non iure actionis: *l. terminati, C. de fruct. & lit. expens. ex Barto. in l. edita, in vlt. colum. C. de edend.* Hoc limita: Nisi esset statutum in loco, Quòd victus victori in expensis condemnaretur: quia tunc iure actionis venirent: *vide Matth. num. 81.* 159

Liti quis cedere potest ante litem contestatam, postea non: *l. si seruus communis, vbi Bald. ff. de noxal.* ¶ Litis euentus, dubius: & incertus est: *l. quod debetur, ff. de pecul.* Et propter talem dubium euentum, & incertitudinem, aliquid iudicatur iustum quod alioquin iniustum censeretur: *l. si ea lege, C. de vsur. vide Alex. in consi. 42. volu. 1. super praemisso themate, num. 10. vers. benefacit.*

De Litigioso vel re Litigiosa.

160 RES litigiosa regulariter alienari prohibetur: *l. 2. & l. fin. C. de litigios. gloss. in c. saepe, de restit. spoliat.* ¶ Sed casus in quibus rem alienare liceat: (*Ex necessaria causa, vt dotis, donationis propter nuptias, item transactionis, diuisionis legati alienari potest.*) & de poena alienantis & accipientis rem litigiosam, *vide Mynsi. in obseruat. 55. cent. 1. per tot. inuenies ibi bona, Decian. in consil. 109. volu. 3. numer. 4. & 5. ibi videbis de poenis alienantis & accipientis.*

161 De processu litigiosae possessionis, *docuit Geyl. in obseruat. 6. lib. 1.* Et quòd contra possessorem rei litigiosae executio posit fieri sine nouo processu, *tenuit idem Geyl. in obseruat. 118. lib. 1. num. 2.*

Res autem quando litigiosa efficiatur? In actione reali, statim post emissam & insinuatam citationem: *omnes Dd. conueniunt, testante Couar. per Authen. litigiosa, C. de litigios.* in personali verò, post litis contestationem: *per tex. l. 2. C. d. tit.*

162 Facit autem rem litigiosam, quando super dominio est orta iudiciaria conuentio: secus, quando saltē super possessione. Imò priuilegium super rebus litigiosis impetratum non valet: *Geyl. in d. obseru. 118. nu. 4. vsq. ad fin.*

163 In beneficialibus contrahi vitium litigiosi etiam per solam citationem, sed cuius respectu, & per quam citationem, *consuluit Dec. consi. 34. vol. 2.* ¶ Sed tandem, quae querelatum ob emptionem rei litigiosae absoluendum faciant, *pulcherrimè, consuluit Dec. in consil. 109. volu. 3. ibi, de rebus litigiosis, docuit bona.*

164 Res litigiosa si alienetur à reo, contra eum potest ab actore iurari in litem: *Plot. de in lit. iur. § 4. num. 74. & seqq.* ¶ Ex ordinat. *Cam. p. 1. tit. 41. §. vlt.* pauperes temerè litigantes multandi carcere & alijs poenis. ¶ Litigiosi vitium durat peremptione instantiae non obstante. Et sententia contra principalem reum an executioni mandari posit, contra rei litigiosae emtorem, *Viuius decis. 385.*

Litis pendentia coram Ecclesiastico super absolutione à iuramento, an impediat processum & executionem iudicis laici in causa principali, *Afflict. dec. 30. & 31.*

De Litis contestatione.

QVid sit litis contestatio? scilicet principalis negocij apud competentem iudicē narratio, & ad eum sequuta responsio: *c. vnico, extr. de litis contest. c. dudum, el. 2. de Elec.* ¶ Qualiter fiat litis contestatio? verbis videlicet aptis, animo contestandi litē prolatis: animum enim requiri in illa, *notatur in l. vnica, C. de litis contesta. eleganter Geyl. in obseruatio. 73 lib. 1.* (*Vbi dicit, petitionem actoris, & subsecutam rei negationem litis contestationem inducere, etsi actor non repetat libellum loco affirmatiuae contestationis.*) *VVesenbe. in consi. suo 6. in prin. part. 1.* 165

Imò quòd iudicium à litis contestatione incipiat, *voluit idem Geyl. in d. obseruat. 73. lib. 1.* 166

Sed oportet, quòd animus declaretur protestatione: *Specula. in hoc titu. §. nunc dicamus, mihi numer. 14.* Et de operatione protestationis, (dixisse non animo contestandi litem) quid & quando aliquid operetur, *vide Mynsinge. in obseruatio. 31. centur. 3.* (*Si iudex prius iusserit litem contestari, talis protestatio nihil operatur.*) *Idem Mynsinge. docuit in obseruatio. 74. cent. 3.* (*Contestatio in euentum, cum protestatione admittitur, & reiectis exceptionibus pro pura habetur.*) *& VVesenbec. in d. consil. 8. numer. 7.* de litis contestationis omissione. & de contestatione euentuali. *Et idem Mynsinge. in obseruatio. 49. centur. 4. explicat.* litis contestationis formulam in ordinatione Camerae praescriptam, Ich bin der Klagen nicht gestendig/ bitt mich von derselben zu erledigen/ quatenus per istam negationem, (*si petitionem respicit illa: secus, si iurisdictionem,*) videatur litem esse contestatā. ¶ De responsione nego nisi probetur, cuius sit effectus, (*Condemnatus appellare non potest, quia in iudicio confessus videtur.*) *docuit Mynsinge. in obseruatio. 50. centur. 4.*

Per quos fiat litis contestatio, vbi fiat, quando facienda & qui sint litis contestationis effectus, *ista omnia declarat Specula. in d. titulo de litis contestatione, per totum: vide Robert. Marant. in suo ordin. iud. parte 6. cap. de litis contestatione.* 167

Quomodo

168 Quomodo & quibus remedijs reus ad illam faciendam compellatur, & quos producat effectus, tam in foro ciuili, quàm Saxonico, *dixit Chilian. Köning. in suo processu, cap. Von der antwort oder Kriegsbefestigung, & cap. 61. Von der Wirckung der befestigung des Kriegs.* Et secundùm illum producit istos effectus: Non habet recusationem iudicis: *Specula. in titulo, de recusatione, §. si autem per totum, perpetuantur per illam actiones temporales, & facit illas transire ad hæredes, §. 1. & §. non autem omnes, Instit. de perpet. & tempor. Actio.*

169 Interrumpit præscriptionem: *Bd. & Bald. in l. contractibus, §. 1. & §. fina. C. de non num. pecu.* Impedit oppositionem dilatoriarum: *c. inter monasterium de re iudica.* facit, quòd possit tutor constituere procuratorem: *l. neque, C. procurat.* post eam regulariter fiunt probationes, & pronunciatur diffinitiuè: *in rubro & nigro extr. vt lite non contestat. declarat Socinus, in regul. fallen. l. regula 296. per octo fallentias, quibus casibus, lite non contestata, posit procedi ad diffinitiuam sententiam.* Impedit emendationem & mutationem libelli: *prout notaui suprà, in hac litera, versi. de libello.*

170 Imò si lis fuerit purè contestata sine reseruatione Guarandæ, non licet actori mutare libellum, in iudicijs Saxonicis: *ordinatum est in Constit. Electoris Saxon. cap. 11. part. 1.*

Item tollit facultatem soluendi, circa rem adiectam ad solutionem, & circa personam: *Bartol. in l. si quis stipulatus fuerit decem, ff. de solutio. Et de alijs effectibus, vide Specula. in d. tit. §. fina. Geylius in obseruat. 74. lib. 1.*

Item facit, quòd procurator substitutus alium substituere possit, quia per contestationem dominus est factus litis: *Mynsingerus in obseruatio. 42. centur. 1. obserua.*

171 Sed lite non contestata, an processus vitietur, & corruat? *respondetur regulariter, quòd sic, de iure ciuil. l. 1. cum Authen. offeratur, C. de litis contestat. Et voluit Mynsinger. in respons. 2. decad. 1. suorum responsorum, numero 5.* fallit in iudicio Cameræ: (*Cameræ iudicium non habet rationem litis contestationis, si ea in prioribus instantijs omissa sit, sed simpliciter super meritis causæ pronunciat: In causis tamen coram iudicio Cameræ ventilatis lis omninò contestanda est.*) *notauit Geylius in obseruatio. 75. libro. 1.*

Sed an requiratur in mandatis de relaxandis captiuis, quærit & respondet, quòd non, (*Secus in alijs mandatis cum clausulà, in quibus litis contestatione opus est.*) *Geyl. in obseru. 78. lib. 1. Et multa bona de litis contestatione inueniuntur, per VVesenbe. in cons. suo 6. part. 1.*

Sed litis contestatio quatenus & quando in instantia appellationis sit necessaria, *vide in nouis decisionibus Rotæ, decisione 467. Rubri. de litis contestatio. Mynsinge. in 2. Respons. 1. decad. num. 11. Et notat gloss. in verbo iuramentum, de iura. cal. lib. 6.* Sed quomodo in istis casibus in Camera Imperiali sit iudicatum, *vide Mynsinger. in obseruatio. 1. centur. 1. suarum obseruat. Camer.* & litis contestatio, parte præsente, quòd non sit necessaria, in instantia appellationis, *notauit idem Mynsinger. in obseruat. 88. centur. 1.* (*Hodie ex nouissima ordinatione, indistinctè lis contestanda est, in causa appellationis: adeò, vt eà omissà, conclusio in causà ex officio rescindatur. Mynf. & Geyl.*) Idem vult obtinere in causa nullitatis: (*Super notoriâ nullitate, indistinctè etiam ante litis contestationem pronunciari potest. At si altiorem indaginem requirat, lis contestanda erit, G. nisi incidenter de nullitate agatur, M.*) *vide quoque Geyl. in obseruat. 76. & 77. lib. 1.* 172

Nota autem: Im Churfürstenthumb zu Sachsen Landen/ ist man nicht zu frieden/ mit einer general vnd vngewissen litis contestation, sondern wird erfordert/ das dieselbe ausdrücklich in specie vnd insonderheit geschehe: aliàs pronunciandum contra reum, tanquam contra contumacem: *vult Constitut. Elect. Arti. 10. part. 1.* 173

Vide de litis pendentia, & quando lis dicatur pendere, *Marsil. de bannit. verb. lis pendet, n. 115. & seqq. Et Lacell. de admit. p. 2. c. 4. fol. mihi 42. & Gabriel, de iudicijs, lib. 2. conclus. Concl. 1. 2. 3. 4. 5. Vide omnino Marcell. Calam. de modo articul. & prob. gloss. 1. §. 1. num. 20. 21. & seqq.* ¶ Instantia incipit à litis contestatione, processus à Citatione: *Cala. d. l. num. 20.* 174

Per responsionem factam per reum ad libellum actoris, etiam in eius absentia, inducitur litis contestatio: *vide Doct. in l. 1. C. de lit. contestat. & in c. 1. eod. tit. Carol. in l. §. 1. Lect. 15. de verbor. obligat.* ¶ Reus respondendo libello actoris dicens: Tu mentiris, videtur litem contestari: *Alex. in l. turpia, in 2. colum. de leg. 1.* vbi limitatur hoc, nisi calore iracundiæ hæc verba dixerit. ¶ Vt quis litem præcisè contestetur, an iudex cogere possit? quidam dicunt, quòd non: sed debet iudex contra eum procedere ad missionem ex primo decreto: *vt not. gloss. & Br. post eam in Auth. qui semel, C. quomodo & quand. iudex, & in l. 1. C. de lit. contest.* 175

¶ Tamen, si iudex dixit, aliàs est habere litem pro contestata, talis interlocutoria fecit ius, & transiuit in rem iudicatam, postquam non fuit appellatum, & habetur perinde, ac si esset contestata: verius tamen est, quòd iudex præcisè posśit quem cogere ad respondendum. *De hoc est tex. in l. 1. §. quid ergo, ff. de ventr. insp. vbi hoc expreßè dicitur, ita dixit Paul. de Castr. in cons. 215. in caussa, quæ vertitur.*

176 Per appellationem litis contestatio facta, in caussa principali non extinguitur, sed ipsa appellatio reducit nos ad tale tempus litis contestatæ: *l. ita demum, C. de procur. c. per tuas, de Appell. vbi casus, vide Ias. in l. si insulam, post alios, in verb. finalibus, ff. de verb. oblig.* ¶ Per litis contestationem inducitur quasi quidam contractus: *gl. in l. 2. §. fin. in gl. mag. ff. de præt. stip.*

177 Per litis contestationem fit initium litis & iudicij, & non per citationem: *tex. & ibi gl. in §. omni. verś. si verò, in Auth. de litigiosis, colum. 5. l. amplius non peti, ff. rem ratam hab. ego allego tex. qui benè probat in l. hoc edicto, de public. in duob. locis, & in l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de pet. hæred. vide ad hoc Bart. in l. si insulam, in 4. opp. 2. part. de verb. oblig.*

178 Per litis contestationem res desinit esse integra: *l. ita demum, C. de procur.* ¶ Litis contestationis vim habet solutio: *l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. Br. in d. l. si insulam, in 3. q. de verb. oblig.* ¶ Litis contestatio si non sit facta, vitiatur processus etiam possessorius: *vide Dec. cons. 302. vol. 2. Et pro tenui facultate.* Præsens si quis est, nolens litem testari contra eum, tanquam contra contumacem, procedi potest & absentem: *l. non videtur, ff. de iud. vbi Br. not. & gl. in Auth. qui semel, C. quom. & quand. iudex l. quotiens, §. prætor, de nox. Bart. in l. si finita, §. Iulianus, de damn. infect.* ¶ Lite non contestata, ad sententiam definitiuam perueniri non potest: *vt not. in l. fin. §. illud, C. de temp. Appell. & Bald. in Auth. qui semel, C. quom. & quand. iud. D d. in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest. vide fall. per Soc. in Reg. 239. & seqq.* ¶ Si autem omissa litis contestatione, in caussa procederetur ad definitiuam sententiã, sententia & processus redderentur nulli: quia de substantia iudicij regulariter est litis contestatio, adeò quòd eius omisśio vitiat: *not. gl. & D d. in l. prolatam, C. de sent. & in c. de caussis, de off. deleg. & c. mos quicunq. 2. q. 1. pulcrè per Alex. de Imol. in cons. 2. consideratu his, n. 10. vol. 3.*

De locatione & conductione.

179 Locationis merces constitui potest, vel nummis, vel pecunia, vel partibus: *VVesenb. locat. in par. nu. 7. vide Schneidew. §. Actionum, Instit. de act. n. 11.* ¶ In istis, qui exhibent operas suas, quæ consistunt in arte & scientia liberali, non dicitur locatio & conductio, sed magis præberi opera beneficij caussa dicitur. Vnde inter aduocatum, & Clientem, medicum & infirmũ, Doctores & Scholares non datur actio ex locato vel conducto, sed actio in factum, propter exercitium nobile artis liberalis; *secund. Bart. & gl. ibi in l. 1. in pr. super verb. Honorarium, ff. si mens. fal. mod. dix. Schneide. in §. actionum, Instit. de act. n. 4.* ¶ Faber, qui conduxit opus faciendum, si frangat malleũ, incudem, aut alia instrumenta, dum faciat opus, non habet actionem contra locatorem ex conducto: *Schneid. in §. actionũ, Inst. de act. n. 9.* ¶ Si quis dicat ad inquilinũ, vade, & habita in ędibus meis, de pensione benè cõcordabimus. Si posteà conductor tergiuersetur, & nolit soluere pensionem, dicens, eam nõ esse expressam, poterit locator cum eo agere, vt soluat pensionem talem, qualis anteà consueuit dari pro huiusmodi domo locata: *l. excepto, C. locati.*

Contractus locationis & conductionis, 180 habet similitudinem cum emptione & venditione: adeò quòd ijsdem regulis iuris consistit; *Institu. hoc tit. in prin. Menoch. consi. 13. vol. 1. num. 6.* ¶ Contrahitur consensu tacito & expresso: *l. consensu, in prin. ff. de actio. & obliga. l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.* & necesse est, quòd de certa mercede sit conuentum: & tunc competit locatori locati, conductori conducti actio; *Institu. hoc titu. in §. 1.* Et de natura locationis, quæ propriè est, vt res locata, pro qua soluitur pensio, maneat in eodem statu, aliàs emptio est, si inutanda est: *textus est in l. conuenit mihi, ff. de contrahen. emptio. Decia. in consil. 8. volum. 3. num. 3.*

Venit autem in hoc contractu omne 181 id, quod quilibet secundùm legem conductionis facere debet. ¶ Sed si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo præstetur: *§. conductor. Instit. hoc tit.* & ad quid locator & conduct. ad inuicem tenentur ex conuentione, vel natura contractus, *vide in text. l. contractus, ff. de regulis iuris, & ibidem per Decium, num. 33. verś. quintò dicitur, & Inst. de locatio. §. qui pro vsu.* ¶ Sed nota, quòd locator secundùm naturam contractus locationis agit ad quatuor. Primò ad mercedem: *l. dominus, §. fina. ff. loca. & in l. si in lege, §. si domus, ff. eo. tit.*

Sed quo tempore pensio vel merces peti posśit, an in initio contractus vel temporis *Respondet Schneidew. Inst. de actio, §. Actionum, numero 15.* Et an conductor propter 182

non

non solutam pensionem expelli possit: *num. 18.* Et quatenus conductor recedens, teneatur ad totam pensionem, *num. 20.* ¶ 2. Competit actio locatori, ad æstimationem deteriorationis, vel damni dati: *l. non solum, ff. in quibus caus. pignus tacitè contra. Schneid. §. actionum, Instit. de actio. num. 23. & ibi, num. 24. quærit, & respondet, in quantum conductor locatori teneatur de incendio, sua vel suorum*
183 *culpa extorto.* ¶ 3. Ad aliquid implendum, quod lex vel natura conductionis desiderat: *l. si merces, §. conductor, ff. locati. Schneid. de actio. §. actionum, num. 27.* ¶ 4. Ad rem restituendam: *l. videamus, §. qui vinum, ff. eo. tit. Menoch. consi. 13. vol. in prin.* Imò non deterioratam reddat: *l. 3. §. si reddita, ff. commodati.*
184 ¶ 5. Nonnunquam etiam agit locator, vt conductor, etiam ante tempus consuetum, vel in locatione comprehensum, aliò migret: scilicet inopinata locatori causa necessitatis incidente: veluti cum ipse domo eget aut structuram instaurare vult, aut si conductor in prædio conducto malè versetur: *l. ædem, quam, C. locati. Schneid. de actio. §. actionum, n. 28.* addit, si ad alium quoque vsum vsus fuerit, vel ad vsum inhonestum, vel quia non soluit pensionem conductor.

185 Sed expulso conductore, quatenus sibi sit facienda remissio pensionis pro rata temporis, vel non, *idem Schneidew. n. 31.*

186 De iure Saxonico adde vnum casum, in quo hæredes locatoris possunt agere locati, ante finitum tempus locationi destinatum: (*Nec tenentur stare contractui à defuncto celebrato: qua in re ius Saxon. à ciuili differt.*) *Arti. 77. lib. 3. Landrecht.* Sic etiam emptor, (*expellere potest conductorem.*) ex regula, quæ vult emptionis contractum locatione esse potiorem: *l. emptorem, C. locati. est addit. 1. lat. ad d. arti. 77. lib. 3.*

Sed quibus cautelis conductor sibi prouideat, quòd non possit ab emptore expelli, *docuit Schneide. de actione, §. actionum, vers. de actione ex conducto, num 6.*

187 Sed econtrà conductor agit ad plura. 1. Vt sibi liceat re aut opera, quam conduxit, vti: vel vt soluat locator id, quod eius interest: *l. si in leg. §. colonus. ff. locati, l. si fundus, §. fin. cum 2. ll. seqq. ff. eod. tit. Schneid. de act. §. actionum, vers. de actione ex conducto, nu. 9.* ¶ Et quatenus impedito conductori vel vsufructuario à tertio, quò minùs vti potuit, competat contra locatorem actio ad interesse, ad mercedis remissionē, vel ad redintegrationem temporis prorogatione faciendam, *consuluit Decianus in cons. 108. volu. 2. optimus est tex. d. l. si fundus ff. locati.* ¶ 2. Ad exonerationem mercedis *d. l. si fundus, cum 2. ll. sequentibus, l. si ex conducto, §. si vis tempestatis, vsque ad fin. & l. seqq. vsque ad §. item & in §. vbicunque, ff. eod. tit.*

188 3. Ad refectionem: *d. l. ex conducto, in pr. ff. eod.* 4. ¶ 4. Vt detur vsus instrumentorum: *l. Si ædes, §. illud, ff. eo. Schneid. d. §. num. 10. ponit exemplum de fune ad puteum præstando.* ¶ 5. Ad damnum, quod dedit res conducta: *Sed vide Docto. in l. Si tibi domum, ff. eo.* ¶ 6. Ad exhibendum custodes horreorum: *l. ex diui, C. loca.* ¶ 7. Propter custodiam: *l. qui mercedem, ff. eo.* ¶ 8. Ad recuperandum expensas, quas fecit in re conducta: *l. Dominus horreorum, §. vlti. ff. eo. & l. pe. Schneid. d. §. & versic. numero 11. ibi de expensis, & quibus repetendis bona disponit ius Saxonicum, vbi agit conductor ad femina, Artic. 77. lib. 3. Landrecht.*

189 9. Vt liceat tollere adiecta: *l. Sed addes, §. inquilinus. ff. eod. Schneid. d. §. & versic. num. 22. conuenit cum iure Saxonico, Artic. 53. lib. 3. Landrecht.* ¶ 10. Agit contra locatorem, vt agat condictione furtiua rei furatæ: *l. cum in plures, §. messem, ff. eo. Hæc Bal. in addi. prima ad Specula. in tit. de locato.* Et ibidem prosequitur dicendo, quòd locator, qui recepit mercedem, teneatur de dolo, culpa lata, leui & leuissima: ponit exemplum de milite, cui commissum est castrum ad custodiendum, sed ab hostibus sit captum, an teneatur: vide, quia sunt bona.

190 Agit etiam conductor colonus, ad remissionem mercedis seu pensionis, propter sterilitatem & casum, sine culpa coloni contingentem seu superuenientem: *Schneid. in d. §. & versi. nu. 16.* Et tandem de quibus omnibus locator conductori teneatur, *vide Schnei. ibi in d. versi. de actione ex locato.*

191 Quomodo & qualiter instrumenta conficiantur, & libelli formentur super qualibet specie locationis, vt teneat locatio, & valeat actio: *vide Specu. in d. tit. de locato per totum.*

Quid de hæredibus? dic quòd de iure ciuili hæres obligatur ex locatione, & conductione defuncti, tam perpetua quàm temporali: *l. viam veritatis. C loc. Sali. in l. contractus, & in l. cum conductorem, C. eo.*

192 Sed de iure Saxonico hæres locatoris non tenetur stare locationi factæ colono per defunctum, *Artic. 77. lib. 3. Landr.* & est casus, in quo Ius ciuile & Saxonicum discordant. Sed *in Constitut. Elector. Saxoniæ* declaratur iste textus iuris Saxonici: Als/er solle gemeiniglichen nicht von des locatoris eigenen/ sondern von andern als des Weibes Gütern/ vorstanden werden/ vnd darumb ist geschlossen/ das im Churfürstenthumb Sachsen/ disfals nach Keyserrecht solle gesprochen/ vnd also die Erben die Miethe actiuè & passiuè zu halten schuldig:

schüldig: *Art. 37. par. 2. constitu. Rationes iuris Saxo. aßignantur in textu, & glossa.*

193 Et prædictis addi potest, quòd glossa *iuris Saxonici, Artic. 59. lib. 2. Landrecht*, enumerat septem, circa hunc contractum locationis & conductionis, esse consideranda, quæ ibi declarantur: inter alia dicit de denunciatione sic: Wie lange jhr einer dem andern die Mietung binnen rechter zeit nicht aufffagen/also lange bleibet vnd stehet der vermietung bescheid: allegat glossam, textum ibi: Das soll er jhm verkündigen zu Liechtmessen / Dasselbige soll auch der Mann thun / ob er das Gut verlassen wolle.

Et sic nota, quòd denunciatio sit facienda tam à conductore, quàm à locatore. Et hoc etiam habetur in iure ciuili: nam facta locatione & conductione cum pacto denunciandi, & ante finem locationis non facta denunciatione, sed manente conductore in conductione: intelligitur tacitè reconduxisse: & in isto anno sequenti contractum renouasse, cum pacto & modis, quibus fuit facta prima locatio & conductio, non autem in sequentib. annis: *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, & ibi Bart. l. legem, C. eo.*

194 Imò videtur tacitè reconduxisse pro eodem precio, & cum ijsdem pignoribus, non autē cum ijsdem fideiussoribus, nisi de nouo promittant: *d. l. item quæritur, §. qui impleto, l. si cum hermes, C. locati Schneid. in tit. de actio. §. actio. vers. de actione ex locat. num. 21. Et cum Bart. Bal. consuluit Alexan. de Imo. in consi. 28. volu. 4. incip. ponderatis verbis.*

195 Nota, per instrumenta locationis non probari dominium: *l. ad probationem, C. locati.*

De locatione in perpetuum, vel ad modicum tempus facta, à prælato Ecclesiæ, an teneat, vel non, & quale sit modicum tempus, *vide Bal. in l. iubemus circa finem, C. de Sacro Sanct. Eccles. Alex. de Imo. in consi. 1. volu. 4. & ibi notatur de locatione ad longum tempus.*

196 Sed locatione finita, si alius conducere velit, an primus secundo præferri debeat, (*Dominus, cui vult, locare potest: excipiuntur prædia fiscalia, aut nisi aliud pacto aut consuetudine inductum sit.*) ¶ Vbi vltra decennium, vel, vt quidam volunt, quinquennium fit locatio, transire solet in aliud contractus nomen: *Cuiac. Inst. de donat. per Nouell. 120.* quæ tamen tantùm de Ecclesiasticis reb. nec de locatione, sed de Emphyteusi agit: *VVesenb. in par. locati. n. 8. declarauit Mynsing. in obseru. 23. cent. 4.*

Nota: locatio sine temporis præfinitione facta: præsumitur ad velle & arbitrium locatoris facta: & potest locator rem locatam quouis tempore auferre: *l. 4. ff. locati.* Et sunt locatori pro pensione tacitè obligata inuecta & illata: *l. 2. & 3. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. taci. contra. Mynsing. in Respons. suo 38. num. 7. & 13.*

De locatione animalium, qualiter consistere possit, Et quando in venditionem & vsuræ prauitatem incidat, & mortuis animalibus quomodo finita nec reconducta censeatur, *Decian. in cons. 8. vol. 3. per tot.* 197

De locatione syluarum & nemorum, quatenus cædi, vel etiam penitùs exstirpari possint: & sic prædia potiùs meliorata, quàm deteriorata dicantur, *consuluit Menoch. cons. 13. volum. 1.*

Declara, vt Bl. *c. 1. iunctis notatis ibi, per Bl. de pace constantiæ, in 3. notabili, & glos. c. licèt canon. verb. de cætero, de elect. in 6. Myns. centu. 4. obseru. 82. Ioseph. Ludou. decis. per 27. num. 27.* 198 ¶ Locus iudicij, in ordinatorijs: *ex n. 215. Knich. in comm. priuil. Duc. Saxo. verb. ius, cap. 3. fol. 255. Raudens. de analog. lib. 1. c. 34. nu. 18. vbi præter cæteros allegat. Vant. de null. ex defectu process. n. 56. fol. 562. Capra, conclus. 24.* locus contractus, in decisorijs attendendus: *Coler. de process. exec. p. 1. c. 3. n. 170. & seq. 182. & seqq. & n. 198. & 203. & pass. egregijs exemplis ibid. declaratur, & 215.* & passim quædam, quænam sint ordinaria, quæ decisoria? *Caualcan. decis. 27. p. 2. König c. 113. n. 3. in processu, & Asin. de execut. §. 1. c. 78. c. 79.* ¶ Locus Contractus in decisorijs attendendus est, intellige de loco, vbi verba obligatoria proferuntur, & contractus perficitur: *Coler. p. 2. c. 1. n. 69.* non de loco, in quem destinata est solutio, quamuis hic verius contraxisse dicatur, ibi tantùm præsumtiuè, ibid. *n. 69. & seqq. & n. 77.*

Licèt quoad ea, quę concernunt solennitatem actus, seu eius perfectionem, inspiciatur consuetudo loci celebrati cōtractus: 199 tamen in his, quæ superueniunt post absolutum contractum, & eo iam perfecto, tendunt ad eius executionem, cuiusmodi est arestatio, locus destinatæ solutionis inspicitur: *Seb. Med. de Conseru. poss. gl. 2. p. 1. n. 405. fol. 543.*

Iudex delegatus tenetur obseruare statuta loci, vbi iudicium agitatur, quoad ordinem iudicij: *Caualc. decis. 21. in iudic.* Statutum loci contractus, respiciens decisionem causæ, attenditur vbiq; locorum: aliàs secus: *ibid.* ¶ Quem Stylum iudex obseruet in iudicati executione, *Guid. Papæ decis. 23.* & locus quando inspiciendus in iure scripto seruando, *ibid.* ¶ Iudex in his, quæ tendunt ad ordinationem iudicij aut decisionem, si partes discordant, illa ex officio supplere debet & potest: *Asin. de execut. §. 3. cap. 138.*

Locatio & conductio non est in his, qui 200 operas exhibent in aliqua arte liberali, vt est aduocatus, medicus, Doctor: *Bart. in l. 1. ff. Si mensor fals. mod. dix.* ¶ Locatio

non

non est, nisi interueniat pecunia: *Bart. in l. si olei, C. loc.* ¶ Qui operas suas ad certum tempus locauit, totius tēporis mercedem percipere debet: si per eum non steterit, quò minùs publicam operam præstaret: *l. qui operis, locat.* ¶ Locatio vno nummo, quando valeat, *vide Bart. in l. si quis ante, de acq. poss. Alex. in Apost. ad Br. in l. vsusfructus in fin. ff. Solut. matr.* ¶ Contractus locationis rescinditur, si fuerit facta deceptio vltra dimidium iusti pretij, sicut fit in contractu emptionis: *l. 2. C. de rescind. vend. c. cum dilecti, de Empt. ita ampliat Porc. Inst. de iust. & iur. in princ. & Dd. in l. item si pretio, §. quemadmodum, ff. locat. vide Dd. Moder. in d. l. 2.* ¶ Conducta domus, nostra dicitur: *§. sed & l. Cornelia, Inst. de iniur.* ¶ Inuecta & illata in domum conductam, tacitè sunt pignori obligata: *l. item quia, de Pact. l. certi iuris, C. loc. vide Soc. in Reg. 192.* ¶ Quando quis fuit in locatione domus per 30. vel 40. annos, nō potest postea expelli, dummodò pensionem soluat: *vide in verb. præscriptio.*

Loqui.

201 LOqui de nobis quod nolumus, de alijs non loquamur: *c. ponderet. 50. dist.* ¶ Loqui, per epistolam dicimur: *vide suprà in verb. litera.* ¶ Vbicunque dispositio facit mentionem de loquente, intelligitur de loquente cum intelligentia: *l. 1. in princ. vbi Alex. in 3. not. de verb. oblig. arg. l. coram, de V. S. & l. diem proferre, §. coram, de Arbitris.*

De loco non tuto.

202 CItatus ad locum non tutum, excusatur à comparendo: *habetur in c. venerabilibus, §. secus, de sentent. excom. & in Clem. pastoralis, §. Pisanam, de re iudic.* Item non potest quis ex sua obligatione conueniri, in loco sibi non tuto: *Ang. & post eum Alex. in l. cum res, in pr. ff. de leg. 1. Hipp. de Marsi. in sing. 261. incip. exceptio loci non tuti.* Menoch. *cons. 100. vol. 1. num. 183. & in seqq.* consuluit de loco non tuto tripliciter considerando: ratione pestis, delicti, & causæ.

203 Et quando citatus ad locum sic non tutum, teneatur protestari, vel mittere excusatorem, seu procuratorem, vel non: Et quatenus per saluum conductum locum sibi debeat facere tutum, & comparere, *vide ibid. per eund.*

De Lucro.

204 NOtaui *suprà, in litera C. versi. de causis lucratiuis. In litera I. versi. de interesse, & infra in litera M. vers. de mora.*

205 Lucrum honestum non est prohibitum, licet vsuræ sint prohibitæ: *tex. est in c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. Bart. in l. Diuus Seuerus, ff. ad l. Falc.* ¶ Lucra non capere, & debita amittere, non idem: *l. fin. C. de Codicib. l. proculus, de damn. infect.* ¶ Verb. lucrum, & damnum quid importent, *vide Alex. in cons. 336. vol. 2. visa scriptura, n. 4.*

De Ludo.

GErmani olim adeò aleæ studiosi, vt, cæteris amissis, nouissimo iactu de libertate contenderent: Victus voluntariam seruitutem adibat, & quanquam iuuenis, ligari se & vendi patiebatur: *Ioh. Anton. lib. 3. c. 13.* ¶ Generalis est conclusio, quòd ludus sit prohibitus: *tex. in l. alearum vsus, C. de relig. & sumpt fune. ibid. in tex. & per Dd.* assignantur rationes prohibitionis: *Et est communis opinio, vt dicit Maluet. de ludo taxillo. num. 4.* 206

Et hæc conclusio est vera, non saltem in ludo, vbi fortuna sola regit, sed etiam vbi ingenium cū fortuna versatur: nam omnes pariter sunt prohibiti. 207

Vbi tamen solummodò versatur ingenium vel fortitudo, ibi talis ludus est permissus: *gloss. in l. 1. ff. de alea lusu & alea, Ang. de malefic. in vers. Metidore, de maledadi. num. 2. Communem attestatur Iul. Clar. in lib. 5. sent. §. ludus, num. 2.*

In ludo permisso non tamen ludatur vltra vnum aureum: *tex. in d. l. alearum vsus, C. De relig.* ¶ Sed huic derogatum esse per consuetudinem, dicit August. *in addit. ad d. versi. Ang. n. 4. item Clar. in d. loco n. 2.* 208

Qui ludi ergo sint prohibiti, qui non, cogita, *secundùm iura illa per tex. gloss. & Dd. in d. l. alearum vsus, C. De relig. Angel. & August. in d. versic. numero 27.* ¶ De ludis Studiosis iuris interdictis à Iustiniano Imper. *n. 6. con. de Pandect. vide Cuiac. lib. 6. obser. 13.*

De Schachiorum ludo, quòd sit permissus etiam clericis, si non ludant ex cupiditate & auaritia, *Clar. d. §. ludus, nu. 3. & August. in d. addit. ad Angel. de malefi. d. vers. Metidori, num. 3. & num. 27.* 209

Et ibi vide, quatenus res in ludo permisso perdita restituatur, vel pauperibus distribuatur: seu in quantum obstet huic consuetudo.

Item, quòd liceat ludere, etiam causa vescendi aliquid, *dixit Angel. & ibi August. in d. vers. num. 17.*

Sed pœna ludentis ad ludos prohibitos, quæ sit, quæritur? Et respondetur, quòd de iure ciuili certa pœna non sit statuta: ideò videtur, illos puniri extra ordinem, arbitrio iudicis, secundùm facti & personarum qualitatem: *Clar. d. §. ludus, num. 6. l. 2. ff. De crim. stell.* Et vincens, lucrum restituat victo: *Clar. num. 7. Ang. in d. versi. in prin. num. 1. & num. 18. ibid. August. in addi. n. 23.* Sin fuerit negligens in 210

repe-

repetendo repetat fiscus, & expendat in piam causam: *Ang. d. vers. num. 19.*

211 Sed ludens cum falsis taxillis, punitur pœna falsi: *arg. l. arbitrio, §. de eo autem, & ibi not. ff. de dolo.* tenetur etiam de furto: *d. Ang. in d. vers. princ.* Imò *secundùm gloss. 4. circa fin. Arti. 6. lib. 3. Landrecht.* Sage/bey welchem Spieler man falsche Würffel findet/ vber den soll man richten als vber einen Dieb: Vnd sind alle dieselben Recht vnd ehrloß/ vnd mögen in keinem rechten Biedersmans statt halten oder vertretten. Mehr sagt die glossa, Es sey sein Gut ein verwirckes Gut. Item: Wer des vberwunden wird/das er mit falschen Würffeln gespielet/ verleuret die Hand.

212 Imò ludens iste non solùm punitur, sed etiam particeps: & ideò si statuto imponatur pœna ludenti, comprehenditur etiam particeps seu socius: *Ang. d. vers. num. 7. August. declarat, num. 11.*

213 Domus etiam illa, in qua luditur, debet publicari. De qua domo intelligendum: & in qua sit restringendum, nempe in domo pupilli, viduæ, vel cuiuslibet miserabilis personæ, *Angel. d. versic. num. 5. Cynus in l. 1. C. quando imp. inter pupil. & vid.* vel quia dominus domus nesciuit ludum: & non publicatur: *argu. eorum, quæ notantur à Salyc. in l. 1. C. de fal. mon. in fin.*

214 Et retinens ludum quando percutitur vel verberatur, non agit iniuriarum: puta si percutiatur occasione ludi, est percussio impunita, vbicunque fuerit facta: *Angel. d. vers. num. 6.*

Item, si tempore, quo luditur, ex domo, in qua luditur, furto aliquid fuerit subtractum: non habet retinens ludum actionem, non tantùm pœnalem furti, sed nec ad rei persecutionem: *l. 1. §. 1. ibi impunè sit, & in §. ait prætor, ff. de alea.*

215 Potest etiam tenens ludum mulctari arbitrio iudicis: quoniam retinens ludum causa est multorum malorum, scilicet blasphemiæ, furtorum, depauperationum, & homicidij: *l. alearum vsus, C. de relig. & docet quotidiana experientia.* Potest quoq; poni in carcere & compedibus: *tex. in l. 1. §. fin. ff. de alea.* Intellige ista omnia de illo, qui causa emolumenti & lucri tenet ludum in domo: non de eo, qui causa recreationis: *August. in addit. ad Ang. num. 9. glossa est in l. 1. in prin. ff. de alea.*

216 Quis dicatur ad ludum compellere, *Angelus & August. numero 6. & num. 9.*

De domibus pupillorum & viduarum, declarat August. *ibid. num. 10.*

Alia cadit quæstio, An mutuans in ludo reprobato, possit repetere? Quòd non, *tex. est in l. alearum vsus, C. de relig.* Sed Clar. *in d. §. ludus, num. 8.* tenet, quòd de consuetudine repetatur, & istam consuetudinem valere ibi affirmat, *allegando Didacum August. in addit ad Angel. in d. vers. num. 15.*

Quòd mutuans non ludens repetat, nisi in quatuor casib. de quibus vide ibi. Quòd autem colludens non repetat, est glossa ordin. *in l. 1. in prin. & in l. fin. ff. de alea.* 217

Ja/ was einer auff spiel ist schüldig geworden/ ist er zu bezahlen nicht verbunden: *text. est in Art. 6. lib. 1. Landrecht, Weichbild, Artic. 101.* Sed si postea ex interuallo in ludo mutuo receptum, promittat soluere, tenetur ad eius solutionem: quia sublata est prima causa turpitudinis, vnde valet promissio: *l. penult. ff. de condict. ob turp. caus. l. 2. C. quòd met. caus. August. in addit. d. vers. num. 16.* 218

Sed si mutuatum causa ludi, expendatur postea ad causas vtiles & necessarias, an repetatur? Et respondetur, quòd non, si causa ludi fuerit expressa: *addit. lat. ad verb. ludo, Art. 6. lib. 1. Landrecht* quia expressa nocent: *ff. de pact. l. si vnus, §. illud.* 219

Transactio aliqua occasione ludi quòd non sit licita, tenuit Clarus, *in d. §. ludus, numero 9.* Sed ibi dicit, quòd de consuetudine aliter dicendum sit: *Angel. d. versic. num. 12. l. 1. ff. de aleat. vide addit. lat. E. d. Artic. 6. lib. 1. Landrecht.* 220

Wenn ein Knecht sein Gut verspielet in seines Herrn geschefften/ das ist jhm der Herr zu gelten nicht schüldig: Verspielet er des Herrn Gut/ das fordert der Herr wol wieder/ von deme der es hat gewonnen: *l. plus cautionis, ff. de regul. iur. d. l. alearum, C. de relig. glossa est in Weichbild, Artic. 101.*

Damnati ad ludum gladiatorium vel venatorium, post quinquennium pileari, & rudē accipere solebant, & præferri cæteris gladiatoribus. Cuiac existimat eiusmodi ludos non tolli. per l. 1. *C. de gladiatorib. vide Gothof. ad l. 8. §. 10. ff. de pœnis*, Et mentio fit Pyrrichæ, quæ est simulachrum pugnæ equestris, quæ Troia dicitur πύῤῥιχος ἱππική. Dioni. ad pedestrem pugnam etiā trahitur. Marius Plotius Grammaticus *in lib. de metr.* ex Aristotele, huius lusus auctorem facit Achillem, *vide Cuiac. 13. obs. 10.* Iulius Cæsar Scaliger scribit, se coram Maximiliano Imperatore Pyrricham repræsentasse, *1. Poeti. c. 18.* 221

Vide Clar. in § ludus, item Petr. Greg. Thol. Medices tract. de acquir. poss. gloss. 1. p. 1. n. 168. remiss fol. 263. ¶ Alearum & taxillorū ludus quibus & quando censeatur permissus, *Capr. Reg. 86.* ¶ De Alea & vsu, & eius abusu, *vide Ioan. Sarisberiensem, tr. de nug. Curial. & vestig. Philosoph. lib. 1. c. 5.* 222

Ludus scholaribus interdictus est: *§. penult. in proœ. ff vbi Br.* ¶ An & quis ludus sit licitus, & an mutuanti pecuniam in ludo fiat restitutio, & an transactio in ludo facta valeat, 223

valeat,& an lucrata in ludo retineri possint, *vide pulcrè D. Abb. in c. penult. de vit. & honest. Cler. vbi hanc materiam latissimè examinat, vide Corset. in v. ludus.*

224 A collusore emens, emptio non valet, nec contractus: *Br. in l. si quis cum sciret pro empt. in fin. & in l. fin. qua. rer. act. non det.* ¶ An ludo perditum repeti possit, *vide gl. in c. Episcopus 35. dist. & pulcram additionem, ad auth. interdicimus, C. de Episc. & Cler. vide de hoc in Spe. Sax. lib. 3. art. 6. in gl.* ¶ Lusore & meretricario, peior est potator: *secundùm Bart. in authe. quod locum, C. de coll.* ¶ Ludus noxius, est in culpa: *l. nam ludus, ff. ad l. Aq.* ¶ Clericus lusor, excluditur & repellitur à beneficio obtinendo: & si à ludo non desistat, etiam ab obtento, *Abb. in c. inter dilectos de excess. prælat.* ¶ Lusor est is, qui frequenter ludit, non qui aliquando: *Bal. in Rub. C. de const. pec.* ¶ Statutum si disponit: quòd si aliquis fuerit inuentus ludere ad taxillos, vel tenere ludum taxillorũ puniatur tanta pœna, & medietas sit accusatoris: Aliquis accusauit Titium, quòd lusit, & optimè probauit per testes, quòd luserit: an debeat obtinere dimidiũ, Alb. *post Iac. de Are.* dicunt: quòd nõ. Quia, ex quo statutum dicit, inuenerit: requiritur, quòd fuerit personaliter inuent' & deprehensus: *vide Ias. in l. 1. in 1. lect. col. 16. de acq. poss.* ¶ Si statutum dicit: Si quis luserit ad Azardum, puniatur in tantum: modò quis luserit vno vesperi cum pluribus, & sæpius vicit, & amisit: an sit vnus ludus, vel plura delicta, vide *Bart. in l. inficiando, §. infans, de furt.* eund. Bart. *in l. Pomponius, la. 2. de neg. gest. num. 12.* vbi dicit: Quòd si lusisti & in eodem ludo pluries vicisti, & perdidisti, totus ille dicitur vnus ludus: Quia eodem animo accessisti. Sed si post perditam pecuniam nouam pecuniã extraxisti, essent plures ludi.

225 Pro conuiuio licitum est ludere: *l. fin. de lus. Alex.* ¶ Lusor si à collusore aliquam pecuniam vicerit, non tenetur, vt dicitur, ludum complere: sed liberè potest desistere à ludo cum pecunia lucrata, quando sibi placuerit: nec is, qui amisit, conqueri potest de iniuria. Nam à fortiori, si pacto conuentum esset, se à ludo non discessurum, quin totam pecuniam alter eorum amisisset: Hoc pactum perinde vt inualidum non ligat, multo minus si simpliciter luserunt: *ita Bart. post gl. in l. iuris gentium, §. prætor, de pact. vbi Ias. latè de materia Lud. Ang. & Paul.* ¶ De ludo Schacorum, *vide Bart. in l. legatis seruis, §. si ex officio, de leg. 3.* ¶ Quidam cum lusisset, apposuit pecuniam alienam, quam ego lucratus sum, an Dominus pecuniæ etiam à me vindicare possit, *vide Ias. qui decidit illam q. in l. singularia, in 5. colu. in fin. ff. si cert. pet.* ¶ Homicidium in ludo commissum censetur casuale, & non tenetur percutiens. *De hoc vide supr. in verb. homicidium.* ¶ Ludens cum falsis taxillis perdit manum, iure Saxonico: *in Spec. Sax. lib. 3. art. 6. in gloss.* De iure communi tenetur pœna falsi: *not. in l. arbitrio, §. de eo, ff. de dolo, vbi annotatur l. annonam, in fin. de extraord. crim. vide Bertarch. in verb. ludus.*

Imò talis cum falsis taxillis ludens, tenetur etiam de furto: Cùm non efficiatur Dominus pecuniæ, quam vincit: *arg. l. falsus, in princ. ff. de furt. vide Bertarch. vbi supr. & in Spec. Sax. in d. art. 6. lib. 3. in gl.* ¶ An frater ludens, pecuniam, quam ludo consecutus est, patre viuente, conferre teneatur? Et videtur, quòd sic, *per gl. in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. in verb. ex eius substantia:* contrarium est verum, *in l. quod seruus, de acq. possess. ita tenuit Alex. in consi. 77. in 1. volu. circa primum, de quo quæritur.* Nam illud quod quis ex turpi quæstu acquirit, conferre non tenetur, nec communicare cum socijs, cum quib. contraxit societatem omnium bonorum, etiam expressè: *l. quod autem ex furto, §. pen. & fin. ff. pro Soc.* ¶ Est tamen Cautela: Quòd frater cogatur eam pecuniam conferre, quod dicamus petendo ab eo, quidquid cum bonis paternis acquisiuit, non exprimendo quo titulo: Nam tunc conferre teneretur, nec audiretur ipse propriam turpitudinem allegando: *ita Ang. in §. item vobis, circa fin. lect. per quas personas, & Ang. in §. igitur, in 2. colum. eod. tit.* 226

De Magistratu.

1 MAgistratus imago & minister DEI est. Plutarchus inquit, Magistratus siue princeps est minister cuncta administrantis: ciuitatis decus custoditur & conseruatur, cùm magistratui reuerentia & honor debitus integri manent: *fac. l. 2. §. post originē, ff. de iust. & iur l. semper, ff de iure immun.*

2 Et quòd magistratus sit à Deo missus ad vindictam malorum, laudem verò bonorũ: Dei enim minister est, inquit Apostolus, *in c. 13. ad Rom.* Et habetur in *c. magnum, 11. q. 1.* Et ibi monetur, vt subditi soluant censum & tributum: Reddite ergo, (dicit Apostol.) omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem: & tandem Deo, quæ Dei sunt, *Marci 21.* Imò dicit Apostolus, *in d. c. 13. ad Rom.* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

3 Et vetat, ne illi tanquam Dei ordinationi quis resistat: resistens autem damnificationem sibi acquirit: *fac. c. qui resistit, 11. q. 3.* Ibi, magis Deo quàm hominibus obediendum, & cui hominum potiùs.

4 Quando autem, & in quibus casibus subditi non possint, vel non debeant obedire magistratui: Imò quibus casibus illi resistendum sit, docet Franciscus Zoanet. *in tracta. suo defens. parte 3. numer. 46. vsque ad fin.* Et ibi pulcherrima docet, quòd etiam Tyranno magistratui propria autoritate resistere non liceat. Et ascribit peccatis subditorum, quando magistratus tyrannisari incipit: *num. 104.*

5 Legislator tradit, subditos necessariò magistratui obedire oportere: *l. non videntur, §. qui iussu, ff de regu. iur.* Puniuntur etenim, qui magistratui non obediunt: *l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. contumacia, in princip. ff. de re iudic.*

6 E conuerso magistratus subditis prosint, non obsint: iusticiæ sint sacerdotes, non iniuriarum authores: bonum æquumque ament, & illicita reprobent: *l. 1. ff. de iust. & iure. l. 2. post originem, ff. de orig. iur. l. meminerint, C. vnde vi. Zoanet. in dicto tracta. part. 3. num. 19.*

Et notandum est, quòd assistit magistratui bona opinio, iuris præsumptio, & publica authoritas: *l. seruo inuito, §. cum prætor, ff. ad Trebell. l. si prætor iusserit, in pr. ff. de iudic. c. in præsenti. extra de renunc.* Imò Dij estis, dicit Iohan. *c. 10. & Psalmista psal. 81.* 7

Nota, durante officio: maior magistratus conueniri non potest: secus minor: *l. nec magistratibus, ff. de iniur. l. 2. & ibi gloss. ff. de in ius vocand. textus est in l. quemadmodum, §. magistratus, ff. ad leg. Aquil. Franciscus Zoan. in d. tractat. suo defens. parte 3. numer. 3.* Imò illo anno in quo magistratus sunt, non ingrediuntur iudicium, neque persequendo, neque fugiendo: *l. pars literarum, ff. de iudic. gl. dicta l. 2. ff. De in ius voc.* 8

Deus secundùm delicta populorum, vel opera pia, disponit vitam Rectorum: *Pe. Greg. lib. 1. de Repub. c. 1. fol. 1.* ¶ Magistratuum mutatio quàm periculosa, *Petr. Greg. de Repub. lib. 4. c. 5. num. 35. & 3.* ¶ In creandis magistratibus, seu personis publicis officijs fungentibus, semper idoneus eligi debet: *Viuius decis. 455. lib. 3.* ¶ Sæuitia magistratus erga subditos quomodo coërceatur, *Geyl. lib. 1. de pace pub. c. 2. num. 22.* ¶ Sæuitia viri in vxorem quæ dicatur, *Thess. decis. 130.* 9

Magistratus negligens, de suo tenetur ad emendationem damni: *vide Curt. consil. 19. fol. 95. colum. 1.* ¶ Magistratus vel officialis, pecuniam in destinatum vsum non erogans, qua pœna puniatur, *vide eod. consi. fol. 95. colum. 3.* 10

De Maiore parte capituli, collegij, ciuitatis, vel vniuersitatis.

QVod fit à maiore parte capituli, seu collegij, seu vniuersitatis, regulariter valet: *l. quod maior, ff. ad municip. cap. 1. extra De his quæ fiunt à mai. par. cap. gloss. & Bart. in l. quicunque, C. de omni ag. deser. lib. 11.* 11

Sed limitat istam theoricam 5. modis Ant. Corset. *in singu. suo in verb. vniuersitas 1.* 12

Felin.

Felin. in c. cum omnes, colu. 8. ad medium, cum duabus sequentibus, de const. ampliat vno, & limitat 14. modis: & declarat remissiuè gl. in d. l. quod maior, ff. ad municip. Hippo. de Marsi. in singula. suo 376. incip. quod maior. Andr. Sic. Barb. in prog. Clem. in 2. lect. §. quoniam, col. 38.

13 Pro transactione facta ab interuenientibus pro maiore parte communitatis, vel vniuersitatis, quòd valeat & legitima dicatur, consuluit Decian. in consi. 103. volum. 3. ¶ Quando maior pars capituli dicatur actui interuenisse, idem Decian. consi. 130. volum. 3. num. 4. ¶ Maior summa continet in se minorem: l. stipulatio, la. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. oblig. fallit, vt per Alexand. ad l. diem proferre, §. si plures, num. 9. & seq. ff. de arbit. Curt. Iuni. ad l. edita, numer. 121. C. de edendo, lim. vt per Ias. ad l. ex facto, §. igitur quæro, num. 2. ff. de vulg. & pupill. Zuccard. ad Rubr. C. de pact. num. 34. & 43. Bereng. Sera. ad l. pacta, c. 2. num. 37. ff. de contrah. empt.

Afflict. decis. Neap. 1. Ant. Cap. decis. 152.

14 ¶ Reg. In rebus & negotijs vniuersitatis, quæ sunt communia pluribus vt vniuersis, valet id quod facit maior pars: Capyc. d. dec. 152. num. 2. ¶ Habentes rem communẽ vt singuli, non possunt super illa disponere, nisi omnes consentiant: Capyc. d. lo. nu. 3. ibid. insi. remiss. lim. ¶ De re communi, quos actus in re communi quis exercere possit, Dauth. de test. num. 261. fol. 314. ¶ De Maiori parte creditorum an dilationem concedere possit, remiss. Dauth. de test. d. num. 261. insi.

De Malitijs hominum.

15 Malitijs hominum obuiandum est: c. sedes Apostolica, de rescript. l. in fundo, ff. de rei vendicatione, cum similibus: quod intellige nedum recta via, sed etiam cum malitia, secundùm Dd. in d. c. sedes. Et ideo dixit gloss. notab. in cap. cupientes, in verb. malignantium, de elect. Quòd aduersus calumniam potest se quis defendere per calumniam. Et est gl. valdè notab. in c. dominus noster, 23. q. 2.

16 Quòd si aduocatus fouet iustam causam, potest conuenire aduersarium suum cum malitia. Et Dominus post Archidia. in c. nos in quenquam, ad fin. 2. q. 1. dicit, quòd iudex promittens delinquenti, remittere sibi delictum: si illud confiteatur, quòd nihilominus ex tali confessione possit illum condemnare, & excusatur iudex ex tali simulatione. Et fac. pro hoc gloss. in c. vtilem 22. q. 2. quæ dicit, quòd dolus contra hostem sit bonus. Hæc omnia & plura alia, cumulauit Hippo. de Marsi. in singula. 177. incip. malitijs hominum, & notauit aliqua Andr. Sicul. Barba. in proœmio Clem. colum. 37. §. quoniam nulla.

De malitia hominum, & ad eam inclinatione, multa dicta habet, Consi. Rogger. in pr. tr. protestat. num. 2. fol. 2. & an natura simus mali, ibid. in 4. & seqq. 17

Malus semel, semper malus præsumitur: c. semel, de reg. iur. lib. 6. in auth. vt hi qui perh. se hab. obl. re. minor. Et contrarium dicenti incumbit onus probandi: vide de hoc post Bart. Mod. & Iaso. in l. si prius, in 3. opp. 3. part. princ. in 11. colum. Iaso. de oper. no. nunc. ¶ Vbi habes, quanto tempore illi mali mores purgati dicuntur, vt quis desinit esse in q. possessione malitiæ. Malitiam non oportet laudando augere: l. 1. §. persuadere, de seru. corrup. ¶ Malitijs hominum est obuiandum, & non parcendum: l. in fundum, cum concord. ibi allegatis, ff. de rei vend. vide Io. de Platea, & ibi Apost. in l. 1. C. de na. non ex. lib. 11. ¶ Mala aduersus se qui audet, in alium etiam est ausurus: l. cum autem, §. malus seruus, ff. de Ædil. Edict. vide in verb. Bonus. ¶ Malum in primo angelo vnde peruenit, vide glo. in c. cuius in verb. suo, vnio, de pœnis, dist. 2. ¶ A malo abstinere non sufficit; nisi fiat bonum: l. in illa stipulatione, vbi ita summat Barto. de verb. obl. ¶ Ex malitia & improbitate sua, nemo consequi debet actionem, & commodum: l. itaq. fullo. ff. de furt. Barto. in l. vbi pactum, in 4. colum. lect. C. de Transact. 18

De minùs Malo eligendo.

Inter duo mala minùs malum est eligendum: l. qui cædem, ff. ad l. Corne. de sica. tenet & in repetitione istius l. Hipp. de Marsil. num. 38. Et ibi circa finem induxit text. in l. si procurator rei, ff. de doli except. & l. quoties nihil, ff. de regul. iuris, cum alijs, & docuit pro exemplo, aliquid fieri ad sedandum tumultũ populi, quod aliàs non fieret: ita tamen ne procedat iudex statim ad condemnationem, sed quòd possit accelerare ad executionem, etiam pendente dilatione: si aliter tumultus sedari non possit: allegat Bar. Capol. & Iaso. vide per Hippo. 19

Quomodo intelligatur hæc regula, Viuius lib. 1. des. 196. 20

De Mandato.

Nota: Mandatum ad contrahendum Matrimonium, non sufficit generale: ita vt cum quacunque mandatarius cõtrahat: sed requiritur, quòd exprimatur certa persona: per id, quod habetur in l. generali, ff. de ritu nuptia. gloss. & Dd. in cap. fina. de procurat. in 6. Barto. in l. filiusfamilias, ff. de donatio. ¶ Sed posito: pater habuit à filio mandatum generale, ad contrahendum: & cõtraxit cum aliqua, de qua postea filius, etiam ignorans, fecit speciale mandatum il- 21

iam nominando, quæritur an valeat? Et sic an mandatū posterius ad contrahendum, operetur ratificationem actus iam gesti?

22 Et per multa exempla, itē per rationes inducit Alex. de Imol. *in consi. 146. incipien. in causa & lite vertenti, volum. 5.* quòd imò tale mandatum operetur ratificationem actus iam gesti, contraria quæ possunt obstare eruditè soluit; potes ibi videre. ¶ Mandatum principis scriptura probandum: *l. 5. in fin. de iure fisci.* Fides non habetur mandatis, quæ secreta quis se habere adfirmat, ex ore Principis, non scripto: *l. 1. C. de mandat. princip. vide eandem ferè quæstionem hanc explicantem Marant par. 4. dist. 5. nu. 60.* ¶ An mandato rectè paruisse dicatur, qui vberiùs, & meliùs, quàm iussus fuerat, negotium gessit, *vide Gellium lib. 1. noct. Attic. c. 13. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 2.*

23 Nota, mandati fines diligenter sunt custodiendi; *l. diligenter, ff. mandati,* & ideo, si mandem debitori meo, vt tibi soluat, ipse autem non soluit, sed saltem promittit se soluturum, non est liberatus à me. Casus est secundùm *Paul. de Castren. in l. delegare, ff. de noua.* secus autem, si mandassem vt promitteret & promisit. hæc & alia bona, vide apud Hippo. de Marsi. *in singula. suo 265. Incip. mandati fines,* & de reuocatione istius mandati, notauit aliqua idem Hippo. *in singu. suo 58. incip. Si dedi vbi mandatum, & in dicto singula. 265.* ¶ Deque mandati cancellatione, & quibus modis mandatum argui possit de falsitate & suspecto, ita quòd non valeat, consuluit *Decian. in consi. 91. vol. 3.*

24 Sed quando commissario, vel alicui alio mandatum est factum, videntur ipsi etiam esse mandata illa, per quæ deuenitur ad mandata: vel connexa: seu etiam quæ per consequentiam trahuntur ad illud: *Barba. Siculus in repet. rubricæ, extra de fide instrument. col. 31. versi. quomodo autem appellatur, vsq; ad col. 37.* ¶ Sed nota, quòd ex mandato oriuntur actiones mandati directæ, & contrariæ.

25 Sed quo authore constent: ex qua causa nascantur: cui & aduersus quem competant: quid de hæredibus sit: quid persequamur: quando & quandiu competant: de adfinibus remedijs, intentionibus actorum, & defensionibus reorum. *Vide apud Oldendor. in classibus suis actio. classe 4. actio. 24. de actione mandati directa & contraria.*

26 Requiritur autem, vt mandati actio competat, quòd sit mandatum gratuitum: aliàs in aliam negotij formam cadit, puta in locationem & conductionem, quòd & in deposito contingit: *§. vlt. Institut. de manda.* honorarium tamen remunerandi gratia interuenire potest: *l. salarium, ff. mandati.* habes hanc materiam in titulis, *ff. C. & Institut. mandati.*

Et vt pleniùs habeas istam mandati materiam, præsertim in criminalibus, notabo quæstiones viginti tres, de quibus quærit & respondet Angelus, *de malefic. in versi. Et Sempr. Rudol. per totum, & ibidem in additionib.* 27

1. Quærit, quis dicatur mandare, & per quæ verba? (*Per quæcunq; verba ad id idonea, etsi imperatiua non sint: dummodò vtilitatem vel vindictam mandantis respiciant: secus, si illius, cui mandatur.*) Et ibi dicit de Assasinis, qui sunt corrupti pecunia: *vt per Barto. in l. Cicero, ff. de pœnis.* ¶ 2. Mandans maleficium, quod non est secutum, an teneatur ex mandato, & qualiter puniatur? scilicet extra ordinem, *l. 1. ff. de extraord. crim.* quòd mandans non sequuto effectu non puniatur, nisi in atrocissimis, dicit communem opinionem esse Decian. *in consi. 65. volum. 3. num. 10.* 28

3. Si mandatarius non possit teneri, an mandans ipse teneatur. ¶ 4. Posito, quòd mandans teneatur, an simul mandatarius, an verò aliquo casu excusetur virtute mandati? (*In leuioribus vtiq; excusatur, vel saltem mitiùs punitur.*) *Dec. in consi. 65. volum. 3. num. 20.* quòd famulus committens delictum de mandato domini, licèt in totum non excusetur, tamen delicti pœna mitigetur, *secundùm Bald. & Salyc. in l. seruus, C. ad l. Iul. de vi publ. & Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iuramen. firman. in vsibus.* 29

5. Si semel mandauerim delictum, diu verò steterit, & delictum postea commiseris, an tenear ego mandans ex mandato? (*Vtiq; nisi mandatum expressè vel tacitè reuocatum sit, vel mandatum ab initio tempore limitatum fuerit.*) ¶ 6. Mando tibi, vt tu mandes alij, an tu mandans secundò, tenearis? (*Nuncius in atrocioribus tenetur, in leuioribus, excusatur.*) ¶ 7. Mandans an teneatur ex mandato vel ex delicto postea sequuto? (*Ex mandato tenetur.*) ¶ 8. Quæro aliquis instigat, & sollicitat, quòd clericus percutiatur, an percussione sequuta teneatur, etiam ex Canone: si quis suadente diabolo? (*Respondetur, quòd sic.*) ¶ 9. Quid si econtra clericus instigauerit vel sollicitauerit ad maleficium committendum, & mors sequatur, an ipse sit irregularis? (*Respondetur, quòd sic.*) ¶ 10. Si mandatur committi maleficium seu homicidium, & eo sequuto, quid mandans dicatur agere in passo seu patiente. (*Per causam extrinsecam agit, non intrinsecā, etsi quandoq; iuris fictione verè dicatur agere*) ¶ 11. An delictum mandantis & mandatarij, sit vnum & idem numero. (*Affirmatur, nisi cum ipsum mandatum per se delictum est, etsi effectus non sequatur, vt in assasino*) ¶ 12. An qualitas quæ est in mandante, sit in mandatario. (*Qualitas in ipso delicto interueniens, loci videlicet & temporis, in vtroq; eadem est: secus, si post consummatum delictum.*) 30 31

¶ 13. An

¶ 13. An mandans & mandatarius puniatur eadem lege, quòd mandans sequuto effectu teneatur eadem pœna, *est tex. in l. 1. §. deiecisse, ff. de vi & vi arma. tex. est clar. in c. mulieres, ext. de sent. excom.* vbi habetur, quòd verè committunt, quorũ auctoritate & mandato committitur: nimirum ergo eâdem pœna erunt puniendi; *Decian. consi. 115. vol. 3. num. 7.*

32 14. An mandans, sequuto facto, dicatur verè facere vel interpretatiuè? Et distinguitur, an necessariò fiendum & licitum, vel non necessario fiendum mandetur: *vide tex. in c. mulieres, de sent. excomm.* ibi videbis, quòd mandans verè dicatur fecisse, si effectus sequutus fuerit. ¶ 15. An in delictis ratihabitio æquiparetur, mandato? (*Æquiparatur, si delictum perpetratum sit nomine ratum habentis, & is eo nomine ratum habeat.*)

33 16. An mandans teneatur, vt principalis, vel saltem accessoriè, vt opem præstans? (*Tenetur, vt principalis.*) ¶ 17. An si mandatarius tantummodò tentauit, sed non perfecit delictum, an ex sola attentatione mandatarij, mandans teneatur? (*Affirmatur.*) ¶ 18. An mandans teneatur, si mandatarius excesserit fines mandati. (*Si fines mandati seruare, non erat in potestate mandatarij, de toto delicto mandans tenetur: secus, si erat in potestate eius, tunc enim non tenetur de excessu.*) ¶ 19. Sententia lata pro mandatario an prosit mandanti? (*Si omnino pronuncietur, nullum delictum commissum esse, prodest: secus, si mandat. solus excusetur.*)

34 20. An mandans & mandatarius coram diuersis iudicibus conuenti, possint petere, se remitti ad eundem iudicem, & coram eodem iudice an possint conueniri? (*Negatur.*) ¶ 21. Pone, quòd non fuit mandatum expressè, sed forte conquestus est quis de iniuria, & dixit filio vel famulo, amplius non redeas domũ, si ego non sentio aliquid de isto negotio: an si filius vel famulus postea interficiat iniuriantem, an domus vel pater teneatur ex mandato? (*Ex circumstantijs iudex peritus arbitrabitur.*)

35 23. Quærit de persuadente & præstante consilium, (*Tenetur, etsi aliàs delinquens non erat facturus,*) vel opem, ad quid teneantur? ¶ 22. An possit reuocari consilium, persuasio, vel mandatum, (*Potest,*) qualiter, (*Nisi certus sim te non facturum, denunciare debeo illi, cui imminet periculum,*) & quando autem hoc fiat, mandans, persuadens, vel consiliũ dans ne teneatur? vide ibi, & habes præcipuam materiam mandati in criminalibus.

36 Et tandem, quæ requirantur, qualiter, quomodo & quid probet, vt mandans homicidium, non teneatur de homicidio sequuto per eius officialem, consuluit Decia. *in consi. 4. volum. 3. in pr.* & mandatum quomodo non dicatur probatum, idem Decia. *consi. 65. volum. 3. per tot. & consi. 88. eo. volum. 3.* & ibi testes in personis & dictis impugnantur. ¶ Item quæ excusent mandatum vt non possit sequi pœna ordinaria, *idem Decian. consi. 115. volum. 3.*

Sed an dictum mandatarij solum faciat 37 indicium ad torturam, contra mandantem, notauit Hippo. de Marsi. *in pract. sua crim. §. diligenter, mihi à num. 37. vsq. ad num. 41. Decia. consi. 65. volum. 3. num. 19. vult, quòd non.* ¶ De indirectè vel enunciatiuè mandãte de quo, *Ang. in 21. quæst. vide singul. Ant. Corset. in verb. præceptum 1.* ¶ De mandante & mandatario, dixit quædam Petr. de Rauen. *in suo alph. lit. M. vers. mandans.*

Mandatum tacitum occidendi, probatur ex qualitate armorum, & alijs coniecturis: 38 *Bald. in l. 1. C. de seruis fugi.* ex illo autem tacito mandato non sequi pœnam ordinariam, sed extraordinariam, voluit Decian. *in consi. 114. volum. 3. num. 9.* Et excusatur ex alia præsumtione mandatum: nam homicidium commissum à mandatario, præcedente alia particulari inimicitia cum occiso, præsumitur commissum ex præcedenti inimicitia, & particulari odio potius, quàm ex mandato: iuxta nota, per Dd. *in c. ad audientiam, de hom. Bald. in c. 1. §. iniur. de pace iura. firman. in vsib. feud. Dec. consi. 115. vol. 3. n. 15. Hip. de Marsi. in sing. 181. inc. mandans fieri, & in sing. 15. inc. stat.* ibi notatur de præstante opẽ consilium & auxilium, non de mandante.

Et de opem præstantibus ad furtum 39 committendum, quando & qualiter puniantur, docuit Schneide. *in tit. Institut. de oblig. quæ ex delic. nascun. §. interdum quoque, §. 5. & ibi de auxiliatore.* ¶ In Iure Saxonico habemus tex. *Art. 13. lib. 2. LandRecht.* Notaui quædam *suprà, in lit. A. versi. de auxiliatore.*

De mandato de non offendendo, ad 40 quæ spectet, (*Ad pacem publicam spectat,*) quibus & contra quos, (*Iis qui iustam offensionem metuunt,*) quatenus & quando subditis contra magistratum, (*Non facilis debet esse iudex in ijs decernendis subditis contra magistratum,*) decernendum, docuit Geyl. *in obseruati. 4. lib. 1. Idem Geyl. in lib. 1. de pace pub. cap. 2. num. 9. vsq. ad finem.* ¶ De mandato sine clausula, quid, quale & quando dandum, (*Cùm casus omni iure prohibitus est, vel factum tale, quod nullo iure iustificari potest, & in Camera decernitur, cum reus immediatè imperio subiectus est, vel qualitas causæ ad Cameram principaliter pertinet,*) & an admittat exceptionem sub & obreptionis, tradit Geyl. *in obseruatio. 13. & 14. lib. 1.* intellige mandatum cum clausula citatoria, vel si preces veritate nituntur.

41 Mandatum cum clausula iustificatoria quando in Camera decernendū, (*Si iurisdictio Cameræ quoad reum immediatè fundata sit, vel accessoriè cum alijs processibus, qui iurisdictionem Cameræ fundarent, petantur,*) quando, qualiter & an per comparitionem partis, in simplicem citationem resoluatur, (*Resoluitur quaod partem, non quo ad iudicem,*) docuit idē Geyl. *in obseruat. 19. lib. 1. obseruat.*

42 Mandatum nunquid probetur per productionem instrumentorum ad causam facientium vel per sigilli principalis ostensionem, pulcherrimè declarat Roman. *in singula. suo 643.* & ibi in additio. Pigno. facit distinctionem: an persona ostendens sit extranea vel principalis domestica: primo casu vult, vt admittatur cum cautione de rato: secundo casu quòd non admittatur: respiciunt tamen ad probationem traditionis, quam ostendens simul probare posśit, vel non.

43 Pœna non obtemperantium mandato princ. *Meno. c. 365.* ¶ Procurator ad exigendum, confitendo de receptis, quando dominum obliget, *Granut. theor. 6. per tot. vide Schrad. in l. admonendi, n. 30. ff. de iure iur.*

44 Mandati fines diligenter custodiendi: *c. cum dilecta, de Rescript. Iaso. in l. sancimus, C. de iud. l. diligenter. ff. Manda.* ¶ Sine mandato agere coniunctæ personæ possunt: *l. sed & huc, de Procur.* adde bonum & singularem casum, in amico summa amicitia iuncto, *vide sup. in verb. amicus.* ¶ An mandatum, quod erat necessariū ad actum, diuturnitate temporis præsumatur præcessisse, *vide Iaso. in l. 1. in 5. colum. Limita secundò, C. qui admitt. & ibi Dec. qui dicit:* Quòd in mandato illud sit præcipuum & speciale, quòd nunquam præsumitur mandatum, nisi probetur etiam cursu centum annorum. ¶ Rei turpis non est mandatum: vt templi spoliandi, hominis vulnerandi, aut occidendi: *l. si mandauero, §. qui ædem. Mand. §. illud, Inst. eod.*

45 An lex puniens facientem delictū comprehendat etiam mandantem? *vide latè istam q. discussam per D. Iaso. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. omn. iud.* ¶ Et mandatarius etiamsi non sit in dolo, tamē mandans tenetur: *vide Bart. & Dd. in d. l. si quis.* ¶ Et an mandans dicatur verè facere, *vide supr. in verb. facere & in verb. homicidium.* ¶ In mandato generali venit id, quod Dominus consueuit facere: *l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, l. tres fratres, ff. de pact. Bart. in l. solutum, §. sed etsi procurator, de pig. act.* hinc est, quòd in tali generali mandato non venit potestas donandi: *vt dicit Dec. in consi. 298. vol. 2. viso instrumento.* ¶ Habere mandatum in specie, & generale, cum libera, paria sunt: *Iaso. in l. præses, C. de Transact.* vide ibi casus, in quibus non solùm requiritur mandatum speciale sed etiam duo interdum requiruntur. ¶ Promittens sub pœna, Quòd alter ratificabit contractum: si promissor facit, quantum in se est, euitat pœnam: *Abb. in c. gemina, in 3. colu. ibi, & nota hoc, ext. de spons.*

Mandatum morte finitur mandantis: *§ rectè quoque, Inst. Mand. l. 4. Loc. vide limitationes per Socin. in Reg. 254.* Et hoc non est verum in mandato vniuersali, vt habet seruus in peculio: *l. 1. §. item acquirimus, vbi pulcrè Carol. lect. 74. de acquir. poss. tex. est in l. si quis mancipijs, § impubes, de Institu. vbi casu Dd. in l. eius qui in prouincia, per illum text. si cert. pet. vide D. Carol. in l. si quis arbitratu, fol. 143. fa. 2 de v. obl.* ¶ Ad hoc quòd mandatum morte finiatur, *vide Hippo. in sing. 44. & Petr. de Bellapert. in q. 46 & 50.* 46

Et quid si fuerit dictum in Mandato, Quòd habeat mandatum ad tale tempus, quid faciendum, donec reuocatum fuerit: & quid si fuit simplex mandatum: & quid de beneplacito? Et dic: Quando dictum fuerit: Donec reuocatū fuerit. quòd morte non reuocatur: Quia mors contrariam voluntatem non inducit, licèt primam tollat: *ita Barto. in l. & quia, de iurisdict omn. iud.* ¶ Simplex verò morte reuocatur & beneplacitum etiam morte reuocatur: *l. 4 ff loc. Ang in consi. 213. in causa accusationis & Corneus consi. 232. volum. 2. Socin. consi. 78. volu. 3. Canon. in c. relatum, de off. deleg. & in c. si delegatus, de off. deleg. in 6. & c. si gratiosè, de rescript. in 6. Goz. in l. singularia, lect. 70. si cert. pet.* ¶ Mandatum potest impleri per æquipollens, non solùm in forma specifica: *l fin. § fin. ff. man.* Et ergo dicit gloss. *not. in l. licet ergo, in gloss. 1. 8. q. 1.*

Quòd sufficit fieri id, quod est vicinum mandato, licèt ipsum mandatum non sit, *alleg at bonum tex. inter cætera, in l. iam tamen, §. in hac, el. 2. ibi iuxta mandatum, & si mandatum non fuerit, ff. Iud. sol.* ¶ Hinc est, Quòd faciens id, quod nō multum differt à mandato, non dicitur excedere fines mandati: *vide Curt. consi. 19. fol. 95. colum. 4.*

De Manifesto & Notorio.

47 Manifestum à notorio differt. Quia notorium est id, quod omnibus est notum: Manifestum, quod multis, sed non omnibus: *vide Bart. in l. si verò, §. qui re, ff. qui satisd. cog. vide Io. Fab. in proœ. Inst. §. 1.* ¶ Notorium, & occultum, quid sit, *in c. vestra de cohabiter.*

cler. & mul. in gl. in verb. notorium, vbi differentiam habes inter famam, manifestum, & notorium. ¶ In notorijs iudex non debet parti causam deducere in iudicium: c. quoniam, de filijs presbyt. vbi expressus casus. ¶ Notorium dicitur tribus modis, per sententiam, confessionem, rei euidentiam, quæ tergiuersatione celari non potest: c. quæsitum, de coh. cler. & mul. ¶ Notoria, testium depositionem, ordinem iudiciorum, & probationem non requirunt: c. super eo, de Testib. cog. vbi Abb. ¶ Notorium, euidens, manifestum, Sinonyma: & quòd triplex sit notoriũ, præsumptum, iuris, facti: & rursus facti notorium triplex, & quomodo probetur, vide latiß. Ias. in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, Qui satisd. cogun. ¶ Super negatiuo facto, manifestum & notorium esse non potest: secus de fama: vide Alex. in l. cùm quidam, §. quod dicitur, de acquir. hæred. & quomodo notorium & fama differunt, vide ibidem. ¶ De notorio, & quòd in eo iudex potius dicitur procedere exequendo, quàm sententiando: & quòd in eo non exigitur caussæ cognitio, aut sententiæ solennitas, sed sufficiat præceptum iudicis ad exequendum, & alia pulcra, vide per Socin. in cons. 22. vol. 1. fol. 30. col. 3. in fin. ¶ De notorio item latißimè, vide Spec. in tit. de Notor. crim. ¶ De notorio, fama & manifesto, vide pulcram gl. in c. vestra, in verb. notorium, extrà de cohib. cler. & mul.

48 Notorium est illud, quod constat ex tenore literarum: c. 2. ibi, aut si certum sit, & ibi Inno. & Abb. in 2. col. in fin. vers. ¶ Et nota hoc dictum, de confir. vtili, & inutili. ¶ De notorio facti permanentis, facti transeuntis, veritatis: & quòd, sublata qualibet probatione, in contrarium nunquam censetur illa prohibita, quæ fit per euidentiam rei. Et an illud debeat probari, & quomodo, & multa alia, vide per Alciat. in tr. de præsump. in ea parte, vbi agit de præsumptione iuris, & de iure, in limit. 4. col. 23. in princ. ¶ Hinc est, quòd omnis Exceptio, quæ est notoria, ex narratis per actorem impedit iuris ingressum, quia ipse se per suam confeßionem excludit: l. cùm primum, C. de liber. causs. Bart. in l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig. Nam in notorijs non requiritur neq; processus, neq; ordo iuris, neq; probatio: c. ad nostram, de iureiur. c. vestra, c. tua, de coh. cler. & mul. Et neq; pro actore, neq; pro reo manifestum iuris ordinem requirunt: c. manifesta 2. q. 6. gloss. in Clem. Appellanti de Appell. l. ea quidem, C. de Accusat. cum similibus, ita dicit VVendeSchill, in lib. actionum & exceptionum forensium in vtroq; iure. fol. 189. vers. generales notiones & regulas.

De Materia.

Materia à materiato differt, & illud præcedere debet: l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. ¶ Materia peccandi & delinquendi debet adimi: l. conuenire, ff. de pact. l. 1. ad Maced. l. Si quis seruo, C. de furt. 49

De Marito.

Maritus quam habeat dispositionem in bonis vxoris suæ: & quid lucretur in illis, vxore mortua, notatur in tex. addi. & glos. Arti. 31. lib. 1. Landrecht. in l. maritus, C. de procura. l. hac lege, C. de pac. conuen. l. pro oneribus, C. de iure dotium. ¶ An marito, cui intra annum & diem post contractum matrimonium dos promissa fuit, matrimonio intra annum postea dissoluto, competat nihilominus petitio vel exactio dotis, Thoming. decis. 29. latè, & eleganter hanc quæstionem tract. Matth. Coler. de process. exec. p. 1. c. 3. num. 249. & seqq. ¶ Sed maritus propter quas causas amittat dotem, & an habeat in vxorem inuitam manus iniectionem: qualiter autem, de qua vxore sit intelligendum, dixit quædam Petrus de Rauenna. in suo Alphabe. litera M. versi. Maritus. 50

Si expellat illam sine causa, vel si occidat, priuabitur lucro dotis: Bal. in l. 1. §. sed scimus, C. de lati. liber. tol. per tex. in l. si ab hostibus. §. 2. ff. solu. matrim. si non subueniat vxori in alimentis & medicinis, & in alijs necessarijs: Bal. in Authen. an data, C. de dona. an. nupt. & ibi vide Dd. vel nisi illã postea, re integra, ceperit bene tractare: probatur in l. si cùm dotem, §. fin autem, ff. soluto matri. & Imo. in d. l. si ab hostibus, Adde l. indignum, ff. de his quibus vt indig. vbi legatus vxoris se indignum fecit. ¶ Marito adulterum vxoris retinere horis diurnis non plus quàm viginti, testandæ eius rei gratia, sine fraude licet: l. 25. de adulterijs. 51

Nota, maritus & mulier quando vendunt fundum dotalem, qualiter censeatur mulier interuenisse contractui: Et quòd præsumatur maritum totum precium pro re vendita recepisse, Rolan. à Valle. in cons. 64. per totum lib. 1. Et an poßit maritus vxorem suam corrigere, vel verberare: & quando dicatur leuiter correcta seu verberata, dixit quædam Alex. de Imo. in cons. 115. in prin. volum. 4. 52

Sed maritus agens pro vxore an & quando ad hoc speciali mandato opus habeat, tractant Dd. in l. maritus, C. de procura. & quid in Camera Imperiali obseruatum, quidq; iuris sit, tradidit Mynsing. in obseru. 53. centu. 3. (In dotalibus & paraphernalibus, admittitur sine cautione: in receptitijs, cum cautione de rato, tanquam coniuncta persona.) 53

54 Æquiparantur non habere maritum, & habere inutilem, sic etiam de vxore, & quando maritus tenetur alere, medicinas præstare, funeraliaq; impendere, *Viuius decis. 197. lib. 1.* ¶ Solutio facta marito de his, quæ vxori ipsi debentur, non nocet mulieri: *Viuius lib. 1. decis. 17. num. 15.*

55 Mulier abortum data opera faciens, & ita patrem liberis priuans, sicut & ille, qui promouit abortum, de homicidio tenetur: *vide text. & ibi Hypp. latius in l. si mulierem, ff. ad l. Corn. de Sica. & ibi pulcrè quæst. de hac materia, vide suprà in verb. Homicidium.* ¶ An constante matrimonio, inter virum & vxorem, habeat locum actio iniuriarum, *vide Alex. in l. Diuortio, §. si vir, ff. solut. matrim. num. 3.* ¶ Maritus si propria authoritate à se repulit vxorem adulteram, ipsa est restituenda ad quasi possessionem matrimonij, tanquam de facto spoliata: nec auditur maritus ante restitutionem: quia spoliatus ante omnia est restituendus: *c. ex conquestione, de Restit. Spol. Paul. de Castr. in l. Lucius, ff. solut. matrim.*

56 Maritus vxorem expellens, quomodo, & ad quid teneatur, *vide Alex. conf. 26. vol. 5. in princ.* ¶ An, si maritus expulit vxorem, teneatur sibi restituere dotem, seu teneatur ad alimenta præterita seu futura, & an maritus teneatur cauere vxori de non offendendo, si mulier simpliciter alleget suspicionem viri, & aliter non probat, *vide Alex. conf. 26. vol. 6.* ¶ Marito castigare vxorem licet: *in Auth. vt licet matr. & aui. §. si quis autem propriam vxorem, vide Ang. in §. in potestate, n. 7. Inst. de hu. qui sunt sui vel alieni.* ¶ Sic filium pater, & eum incarcerare: *vide infrà in verb. Pater, & in verb. Filius.* ¶ Maritus simul cum vxore filium alicuius in Baptismate leuare non debent: *c. fin. 30 q. 3. vide Dn. Abb. in c. maritus, de cogn. Spir.* ¶ Mariti & vxoris dura est separatio: *l. possessionum, C. communia vtriusq. iud. ego addo pulcrũ tex. in l. pater filiæ, de seru. leg.* Vbi, quicquid denegatur vxori, dicitur & viro denegari: *l. si stipulatus fuero, per se non fieri, de verb. oblig. l. iterum, de vsu. & hab. l. pen. de precat. l. veteres, de itiner. actuq. priu.* ¶ Maritus vxori stipulari non potest: quia, quòd possit, nusquam in iure reperiri cautum: *vide Alex. in l. pactum, quod dotali, in fin. C. de Pact.*

57 Paria sunt, non habere maritum, & maritũ inutilem: *gl. in l. Plagiarij, C. ad l. Fab. de Plag. l. quotiens, Qui satisd. cog.* ¶ Vxor tanquã domestica repellitur à testimonio pro marito: *gloss. in l. sed & si quis, ff. si quis caut. vide de hoc latissimè infrà in verb. Testis, vbi pulcras decisiones habes.* ¶ Vxores à maritis ab iniurijs defendi debent: *l. 2. ff. de iniur.* ¶ Et vxor maritum defendere non potest: *l. 2. §. fin. ad Vell. l. 2. de R. I. §. patitur. Inst. de iniur.* Vbi dicitur, defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est. ¶ Vxores, pij parentes, animo & voto liberorum procreandorum ducuntur: *l. liberorum, §. fin. de V. S.* ¶ Vxor suscipitur diuinæ & humanæ domus socia: *l. aduersus, C. de crim. expil. hæred. l. 1. ff. de rit. nupt. & l. 1. ff. rer. amot.*

Dominus Iason olim interrogatus, cur vxorem non duceret, respondit, (*vt retulit Liuinus, in lect. gl. 1. ff. de Edend.*) quia solùm esset vnus text. in iure, mulierem bonam appellans, nec tamen mulierem, sed ad sua hoc adiectiuum referri: *tex. in l. mulier bona, de iur. Dot.* Sed hoc, salua pace sua, non est verum, cùm tex. *in l. aduersus, C. de crim. exp. hæred.* appellet vxorem diuinæ atq; humanæ domus sociam: *Bart. in l. pater, §. socrus, ff. de cond. & dem.* dicit omnes mulieres esse malas. ¶ Vxor tempore matrimonij est in potestate patris: *l. si vxor, C. de cond. insert. cum gloss.* Tamen, quoad debitum carnis & ad cooperandum, viri: *vt ibi gloss. dicit.* Et an Marito quicquam acquirat, *vide suprà eod.* 75

Mulier de bonis mariti an eleemosynam facere possit, *vide Bart. in l. 1. ff. de re. am. & Abb. in c. 3. de furt. & Io. de Plat. in §. furtiuæ, Instit. de vsucap. & ibidem in lect. mea in gloss. in verb. vnde in rebus.* ¶ Mater prolem alere debet vsq; ad triennium: *gloss. in Auth. vt licèt matr. & auiæ, §. illud verò, in verb. filius, in fin.* ¶ Mulier fragilis est: *Inst. quib. alien. licet, in fin. princ. §. hu consequens, in Auth. de æqual. dot.* Et eius consilium est fragile: *gloss. in l. 1. C. de confir. tut.* ¶ Mulier exceptionem Velleiani post sententiam, si eam omiserit, opponere potest: *l. tamen si non, ff. ad Maced.* ¶ Et is est vnus casus ex septem, (*quos habes in gl. §. appellantur, Instit. de Except.*) quibus exceptio peremptoria post sententiam opponi potest, licet regulariter ante sententiam opponi debeat: *l. peremptorias, C. senten. Rescin. non poss. vide suprà in verb. Filius.* 59

Mulier prægnans an debeat ad mortem damnari, & torqueri, *vide l. prægnantis, & ibi Bart. de Pœn.* ¶ Mulieres natura progenitæ, vt partum edant, & concipiant: *l. 2. de ind. vid. toll. l. l. quæritur, de Ædil. edict.* ¶ Mulieribus ciuilia officia adimenda: *l. 1. ff. ad Vell. l. cum prætor, ff. de iud. l. 1. §. secundo loco, ff. de postul. l. 2. de R. I. vbi latiss. Dec.* vbi habes pulcrè etiam, quibus casibus sint melioris conditionis mulieres, quàm viri. ¶ Mulierum genus in dando auarissimum: *l. sed si ego, ff. ad Vell. & ibi gl. Idem in viru, & ibi gl. per l. cum de indebito, de probat.* 60

Mulier

Mulier si nubat, dicitur castè viuere & honestè: *l. mulier, §. cùm proponebatur, ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. C. de iud. vid. toll.* Ergo infert ibi Bart. *in d. l. mulier.* ad q. Si quis legaret mulieri tale quid donec castè vixerit: illa hoc legatum habebit, etiamsi ad secunda vota transierit. Contrarium voluit Petr. de Anc. *& Imol. vide in Apost. & Fel. in procem. decr. in 4. col. & Bart. in d. l. Si mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebell.*

61 Maritorum radijs vxores coruscant: *l. fœminæ, ff. de Senat. tex. rotundus, in §. hoc itaq; in Auth. de consul. col. 4.* ¶ Consilium & authoritas est virorum, non mulierum: *l. quidam decedens, §. Papi, ff. de administ. tut. Quod Ias. in l. si quis id, quod de iurisd. om. iud. infert ad statutum, in 3. col. in 1. limit.*

Quidam maritus instituit filios, & vxori vsumfructum certi fundi pro toto tempore vitæ reliquit, si castè & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & post mortem vxoris talem fundum reliquit Titio: talis vxor contrahit secundum matrimonium: numquid ille Titius statim habere debet legatũ, an expectare mortis tempus: ita quòd filij instituti, cùm fundũ interim ab intestato possideant? *vide de hoc Ias. latè in l. si mater, C. de instit.* ¶ An autem mulier dicatur castè viuere, si ad secunda vota transierit, *vide Bart. in l. si mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.*

62 Ducens mulierem aliunde venientem monialem, quam putauit laicam, filij sunt legitimi: sicut si mulier in alia terra habuerit virum, & tamen nupserit propter errorem viri, illi filij sunt legitimi: & si mulier nupserit Clerico, quem putauit laicum, filij nati sunt legitimi: nec mulier debet vllo modo puniri: *ita dixit sing. Bal. in l. qui contra, C. de incest. nupt. quem refert Goz. in l. si quis id quòd, de iurisdict. omn. iudic.* Et desponsans sibi vxorem alterius ignorans, non debet puniri *in: l. quicunq;, C. de seru. fugit.* Quia ignorans non peccat: *vide Goz. in l. omnes populi, in 5. q. princ. in princ. Lect. 17. de Iust. & iur.*

63 Sic etiam mulier, si inuenerit aliquem in lecto suo, cùm virum credens, fuerit ab illo cognita, ab adulterio excusatur, ratione ignorantiæ: *34. q. 2. cum per Bellicam, & c. in lectum, vide Bonifac. de Vitell. in tit. de Insulis, in fin.* Sic, si Vasallus ignoranter cucurbitauerit Dominam, non amittit feudum: *vide Bald. in c. 1. in 5. col. quib. mod. feud.* ¶ An mulier post didicita testificata in integrum restitui possit, vt de nouo testes producere possit, *vide Bart. in l. 1. §. nunciatio, in vltima colum. de oper. nou. nunc. & ibi, quid in minore, & rustico.*

Mulieribus non est plus concessum, quàm alijs: nec eis plus quàm alijs propter iuris ignorantiam subuenitur, nisi in casibus à iure expressis: *l. fin. C. de iuris & fact. ignor.* vbi gl. enumerat omnes casus, in quib. mulieres sunt priuilegiatæ. ¶ Et idem in rustico: *vide Ias. in l. si quis id quod, post alios, de iurisd. omn. iud. & in l. iuris ignorantia, C. qui admitt. & in l. 3. C. de iur. & fact. ignor.* ¶ Idem in Ecclesia: *c. 1. de alien. feud. gl. in c. peruenit, de censib. Ias. in l. fin. in 2. col. ibi sexto extendo, C. de Pact. vide suprà in verb. ius ignorare, vide etiam Philipp. Dec. in l. fœminæ, in 12. colu. de R. I.* ¶ Rustico magis fauetur, quàm mulieri, licèt alioquin regulariter æquiparentur: *Ias. in l. iuris ignorantia, C. qui admitt. 1. col.* 64

Mulier meretrix habens maritum, si pariat, præsumitur partus ex matrimonio natus. Quia pater est, quem nuptię demonstrant: *l. quia semper, ff. de in ius voc. casus est in l. miles, §. sexaginta, ff. de adult.* ¶ Mulier quinq; pueros simul parere potest: *l. si pater, ff. de solut. l. antiqui, Si pars hæred. pet.* ¶ Mulier decem mensibus, & duos dies puerum potest gestare in vtero, & non diutius: tamen est necesse, quòd diutius, quàm sex mensibus gestet: *gloss. est ord. in Auth. de rest. & ea quæ part. in 11. mense, col. 4. l. septimo mense, de statu hominum, vide de hoc Alex. in l. Gallus, in princ. in gl. fin. in 6. col. de liber. & posth.* ¶ Mulieribus, *secundùm consilium Rotredi, in tit. de bonor. poss. vnde vir & vxor.* in testamento nihil est relinquendum à maritis, etiam cum conclusione, si thorum honestè seruauerint: quia illa conditio secundùm eum est impossibilis: vide ibi per eum alia pulcra de mulierum fraudibus & astutia. 65

Episcopus statuere potest sub pœna excommunicationis, quòd mulieres non vtantur fucatis coloribus: etiam vt complaceant maritis, & eos ab adulterio retineant: *vide Dom. Goz. vbi alleg. Io. And. in reg. ea quæ, de R. I. in 6. in memorialibus, in l. omnes populi, in 4. q. 1. q. princ. de Iust. & iur.* ¶ Mulier efficitur ciuis illius ciuitatis, cuius est vir: in alijs tamen, per quæ non remouetur à seruitio viri, retinet originem propriæ ciuitatis, & gaudet priuilegijs aliorum ciuium suæ ciuitatis: & eam occidens punitur, sicut si aliam ciuem occidisset. Et statutum prohibens emere forensem, non comprehendit eam, quin emere possit. *Adde ad hoc pulcram limitationem, Fel. in c. 1. in fin. de Sponsf. ita vide Br. in l. si, ff. ad Munic. & Io. de Plat. in l. origine, C. de mun. & orig. lib. 10.* 66

Quid

¶ Quid autem de vidua, de Sponsa, concubina & comitatensi, *vide per Io. de Plat. ibi, & Bart. in l. 1. per illum text. C. de nau. non ex lib. 11. Ias. in l. 1. C. ne lic. poten.*

67 Et talem mulierem occidens puniatur, tanquam ciuem occidens: *Bart. in l. Imperatores, §. item rescripserunt, ad Mun. vide Liuinum, in §. interdum, Inst. de hæred. quæ ab intest defer. de his omnibus vide Io. de Plat. in l. 1. C. de mulieribus, in quo loco munera, & honores agnoscant, lib. 10.* ¶ Stante statuto: Quòd Bannitus impunè occidi possit & offendi, an huius vigore quis mulierem bannitam adulterari possit, *vide Ias. in l. omnes populi, in 2. q. 3. q. princ. de iust. & iur.* ¶ Si statutum dicat: Quòd mulier luxuriosè viuens, ducatur ad locum publicum: istud statutum generaliter restringitur, quòd non procedat in nupta luxuriosè viuente: *ita dixit Bal. in l. consentaneum, C. quom. & quand. iudex. Fel. in c. pastoralis, in col. 3. de iud. vide Goz. in l. omnes populi, in 6. q. princ. ibi secundo quæro, lect. 24. de iust. & iur. in princ.*

68 Mulieres aliquando ex forma statuti, & minores, sine consensu consanguineorum, & iudicis authoritate, contrahere non possunt. An stante præmissa prohibitione, per procuratorem contrahere possint: de hoc subtili puncto, *vide Bart. in l. apud Iulianum, §. si pupillus, ff. ex quib. causs. in poss. vbi arguit, sed non decidit, vide Soc. & ibi Car. in l. 1. §. item acquirimus, de acq. poss. eund. Soc. in l. si quis nec causam, Si cert. pet.* ¶ An autem præsentia, & consensus consanguineorum, & iudicis præsentia præsumatur interuenisse ex diuturnitate temporis, *vide Ias. in l. 1. in 4. col. C. qui admitt.* vbi post Bl. concludit, quòd non, *vide suprà in verb. iudex.*

69 Item, stante dicto statuto: Quòd mulier non possit contrahere absque consensu consanguineorũ, Pone, mulier consensum eorum requirit: ipsi verò sine caussa consentire nolunt, ipsa sola contrahere potest: *ita dicit Br. quem omnes sequuntur, in l. si cùm dotem, §. eo autem tempore, cum multis concord. traditis ibi per Alex. ff. Sol. matr. vide Ias. præterea, in l. 1. 7. col. circa medium, C. qui admitt. De hoc vide Hypp. de Mars. in l. 1. §. præterea, n. 132. de qq.* ¶ Item, stante dicto statuto, an etiam non possit donare caussa mortis, quæ donatio æquiparatur contractui, *vide de hoc latè Ias. post alios, in l. 2. ff. de leg. 1.* ¶ Item, an stante dicto statuto, filia possit contrahere, vel renunciare patri absque consensu consanguineorum: dic, quòd sic: *de quo vide Moder. post Bald. in l. pact. dot. in fin. C. de collat.*

Stante prædicto statuto: Si consanguinei non possunt haberi, quia sunt in longinquis partibus, potest mulier sine hac solennitate contrahere, *vide Mars. in l. 1. §. præterea, num. 132. cum multis similibus, ff. de qq.* 70
¶ Stante dicto statuto: Quòd mulier sine certa solennitate non possit alienare, hoc non habet locum, si in Ecclesiam alienet: *Bal. in l. fin. per illum text. C. de S S. Eccles.* Contrarium voluit Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum, col. 30. de const. vide in verb. priuilegium.* ¶ Vxor breui reuersa non dicitur diuertisse: *l. quicquid, de R. I.* ¶ Legatum mulieri factum sub conditione, si non nupserit: Hodiè conditio reijcitur, & mulier, siue nubat, siue non, habebit legatum: *vide suprà in verb. legatum.*

Si statutum dicit, quòd vxores artificum fuerint inuentæ portare Perlas, puniantur in centum: si sunt visæ, per officiales tantùm portare Perlas, & non actualiter repræhensæ, non tenentur pœna statuti: *Bal. in l. item Lapilli, ad fin. ff. de rer. diu. vide Ias. in l. 1. in 16. col. in 1. lect. ibi de acq. poss. Ad hoc ego adduco tex. in l. si Barsatorum, C. de fideiuss.*

Si statutum punit mulieres portantes vestes certi coloris, & aliqua fecit vestem fieri, non tamen vsa fuerat, non incidit in pœnam statuti: *ita dixit dom. in c. auaritiæ, vlt. col. de Cler. lib. 6. per gl. ibi vide Fel. in tr. conatus, in pen. col.* ¶ Sic statutum prohibens mulierem portare Perlas, non comprahendit mulierem portantem fictas: *ita Bartol. per illum textum, in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de Sent.* 71

Quando maritus ei, quem de vxore suspectum habebat, denunciauit ter testato, ne de cætero cum ea colloquatur: si eum postea cum ea colloqui comprahenderit, impunè occidere potest: *tex. est in Auth. vt liceat matr. & au. §. his, Bart. in l. generali, C. de Decur. lib. 10.* ¶ Vbi enumerat alios casus nouem, quibus licet vnicuiq; sibi ius dicere, *quem vide, & nota contra reg. l. nullus, C. de Iudæis. Vide D d. de hoc in l. 1. §. renunciatio, de oper. no. nunc. vide Soc. in Reg. 34. vide suprà in verb. ius.*

Ex mulieris cogitatione tempore conceptionis, contingit partum alteri assimulari, quàm marito: *l. contraheret aliquis, & ibi not. de V. S. & l. non sunt liberi, de stat. hom. Bart. in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posthum.* ¶ Mulierem semel reprobatam quis reducere potest: *l. vxor, § penult. de adulter. gloss. in l. Pomponius, in verb. semel, de negot. gest.*

Stante statuto, quòd qui cognouerit mulierem inuitam, puniatur pœna mortis: 72

Qui-

Quidam iuuenis quandam mulierem, quæ primò noluit, postea pecunia motã cognouit, is pœna mortis puniri debet: *ita dixit Ang. in §. fin. in Auth. de Len. sequitur & refert Decius, in cons. 170.* Quia aurum facit nolentem velle: *secundùm Ias. in l. non dubium, C. de Test. facit l. 1. §. persuadere, de seru. corrup. & c. pauper 10. q. 3.* ¶ Sed tamen dura est hæc decisio Angeli: Nam si aurum facit nolentem velle, quomodo possibile est dicere inuitam cognitam, cùm etiam coacta voluntas sit voluntas: *l. si mulier, §. pen. quòd met. causs. Tamen pro hac decisione optimè facit tex. in l. 3. §. si quis volentem, ff. de lib. homicid. exhib. & l. 1. in fin. C. de rapt. virg. & l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, de iniurijs, & d. l. §. persuadere, de seru. corrupt.*

Pœna imposita vxori transeunti ad secunda vota habet locum in viro: & lucrum, quod debetur illo casu filijs prioris matrimonij, non debetur iure successionis: *Dec. cons. 87. volum. 1.* Et an in tali lucro concurrant filij fratris cum patruo? ¶ Mulier vidua, propter commissum stuprum, perdit dotem applicandam agnatis defuncti, sicut si viuente marito committat adulterium: *vide Paul. de Castr., in cons. 147. vol. 2. iuri reuocatur in dubium.* ¶ Maritus potest petere vsuras dotis sibi promissæ & à die termini non traditæ: *Alex. cons. 31. volum. 6.* ¶ Mulier habens amplum patrimonium, si dat omnia bona sua marito in dotem, si ipsa est minor 25. annis, & maritus non est dignus tanta dote, sibi datur beneficium restitutionis, vel etiam hæredibus ipsius: *Franc. Curt. cons. 6. folio 77. colum. 2.*

73 Mulieres & minores sæpe laborant contra propria commoda: *tex. est in l. si pater, in fin. C. de Sponsf. quem tex. allegat D. Abb. Panorm. in cons. 91. incip. quo ad primum dubium, numquid stante statuto, mihi colu. 3. in fin. volum. 1.* Stante statuto: quòd mulier non possit se obligare in præiudicium dotis, an possit non obstante statuto donare caussa mortis: *Dec. cons. 279. volum. 2. placet mihi.* ¶ Stante statuto: quòd rapiens mulierem puniatur pœna capitis & mortis, vt est cautum de iure communi: *l. 1. C. de rapt. virg. l. raptores, C. de Episc. & Cler.* ¶ Pone, quis per vim rapit quandam virginem, & eam prostrauit in terram, & ibi eam carnaliter cognouit, an iste sit puniendus pœna mortis, & sic pœna raptus: dic, quòd non, quia iste non rapuit. Raptus enim est, quando mulier rapitur per vim, & deducitur de loco ad locum: *vt d. l. vnic.* Sed ille commisit stuprum: *de hoc vide Hyppo. in sing. 65.*

Post sponsalia contracta etiam iurata propter superuenientem fornicationem, vir non tenetur sponsam ducere vxorem: sed & si mulier fieret leprosa, paralitica, vel nasum amitteret, vel oculos, vel quicquid turpius ei euenerit, eam ducere vxorem non tenetur, sed iam ductam repellere non potest, *ita est casus in c. quemadmodum, de iureiur.* ¶ Mulierem vt coniugem tunc maritus tractare dicitur, si eam tenet in mensa, & in lecto: *vide Dd. & maximè D. Anth. & Abb. in c. illud, de præsumpt.* & dicit ibi Hostiens. Quando vir & mulier haberent loca separata habitandi, & vir, quando sibi placet, ad locum mulieris declinat, ipsa verò non ad locum viri tunc non censetur vir & vxor, sed censetur inter eos committi stuprum: *allegat id, quod habetur 30. q. 5. in c. aliter, vide Alex. in cons. 151. vol. 5. n. 12.*

Vxor & maritus præcisè possunt compelli, vt in vnum redeant, & simul cohabitent: nec præstando interesse liberantur: *vide Abb. in c. 1. in vlt. not. de Sponsf.* Quia obligantur ad cohabitationem ex l. diuina, & humana: *allegat notata per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 8. q. vide Ias. in antepen. colum. ff. de verb. obl.* ¶ Mulieris nuptias accelerare oportet, ne quid turpe cõmittat, *gl. in l. oratione, ff. de rit. nupt.* ¶ Maritus corpore, substantia, & omni vita mulieris fungitur: & propter partus pericula, ipsam liberorum procreationem, & obsequia, quæ maritis præstant, quis eis non miserebitur? *l. assiduis, C. qui pot. in pig. hab. Vbi habes multa priuilegia mulierum, & aureum tex.* ¶ An mulier aliquo modo possit se obligare: *vide Petr. q. 34. vbi pulcra de SCto Vell.* ¶ Quando mulier mortuo marito dicatur possidere bona mariti pro iuribus dotis suæ: & an donatio valeat facta marito cum iuramento, vel saltem confirmata sit propter ratificationem, *Decius cons. 232. vol. 2. dura admodum, & rigorosa.* 74

Licèt donatio inter virum & vxorem, iurãmento confirmetur, habet tamen tacitam conditionem, si vxor superuiuat, *Dec. cons. 240. volum. 2. Et diligenter pro tenui.* Et defectus insinuationis purgatur etiam iuramento: per eundem, *in cons. 239. eod. vol.* ¶ Si ignobilis maritus nobilem, & senex iuuenculam vxorem ducat, & eidem donet: valet donatio, tanquam si sit facta in recompensationem nobilitatis, vel adolescentiæ, & per consequens sit donatio remuneratoria, *vide Fr. Curt. cons. 6. fol. 77. col. 3.* ¶ Donatio inter virum & vxorem, constante matrimonio, est prohibita: *tot. tt. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* Hæc tamen morte confirmatur: *l. si eum seruum, in fin.* 75

in fin. cum l. seqq. ff. eod. Vbi vide Apostillam scriptam, vbi pulcrè de hoc Alex. in cons. 7. vol. 6. ¶ Sic est prohibitũ donare alijs personis, quę maritum contingunt iure patriæ potestatis, & per omnes alias interpositas personas: *l. 3. §. 1. ff. de Donat. inter vir. & vxor. l. cùm hic status, §. si nurus socero, eod. tt. & d. l. 3. §. non tantùm, vide Francis. Curt. in cons. 6. fol. 74. col. 3. in princ.* ¶ Hæc tamen donatio inter virum & vxorem iuramento cõfirmatur: *vide Bart. in l. Seius, ff. ad l. Falc. & in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Dec. cons. 232. volu. 2. dura admodum.* ¶ *Limitationes aliàs vide per Soc. in reg. 140.* Et idem in donatione inter patrem & filium, quæ pariter iuramento confirmatur, *vide Apostill. in l. donationes, quas parentes, C. de Donat. inter vir. & vxor. & suprà in verb. filius, & in verb. Donatio.*

76 Hinc tu nota: Quòd si coniuges faciant reciprocam donationem, si contingat alterum præmori, non dicitur Donatio prohibita, sed valebit, & non indigebit confirmatione per mortem, &, etiam non interueniente traditione, post mortem poterunt bona peti: *ita dixit Cyn. & post eum Paulus in l. si pater puellæ, in fin. C. de inoff. test.* quod multùm ibi commendat Paul. *vide Hypp. in sing. 150.* Mulieres, vt herba mala, citiùs crescunt: *gl. in l. 2. C. de his, qui ven. æt. impetr.* ¶ Mulieres multæ gaudent de morte maritorum, maximè si ipsæ sunt iuuenes, & mariti senes: *gl. est, & ibi Bart. in l. pater, §. socrus, de cond. & dem.* Mulier omnis mala: vbi *Bart. ex sent. Ray. dicit*, omnes mulieres esse malas. ¶ An Velleiano mulier renunciare pòssit, *vide de hoc Velleiano, Petr. q. 34. vbi pulcra de hoc.* ¶ Si notarius in instrumento dicat, se certiorasse mulierem de Velleiano, si interrogetur, quid sit Velleianum, & si nesciat, renunciatio non præiudicat: *vt not. Alb. in l. fin. §. pen. ad Vell. & Dec. in l. 1. in gl. in verb. varios, ff. Si cert. pet.* Alex. hoc reprobat, *in l. sciendum, ff. de verb. oblig.*

77 Et si primò mulier fideiussit pro alio, quàm marito, & postea soluit, ignorans se munitam beneficio Velleiani, solutum repetit condictione indebiti: *l. quamuis, C. ad Velleia.* ¶ Sed se obligare pro marito fideiubendo, nullo modo potest: etiamsi sciens renunciauit beneficio Velleiani: rationem assignat Abb. *in d. c. si deligenti, de for. comp. col. 4. num. 9.* ¶ Et mulier quandoq; pro marito suo se & sua obligauit: *l. Senatus, & l. si fine, C. ad Vell.* quandoq; consentit, quòd maritus obliget bona sua, scilicet mariti sibi mulieri obligata. Quia & hæc intercessio dicitur: *l. vir vxori, §. 1. ff. eod.* & quo ad illa, mulier sibi etiam non præiudicat. Nam omnia sunt ipso iure nulla, tanquam facta contra legis prohibitionem; quæ est, quòd pro marito non possit intercedere, se vel rem suã obligando pro ipso, vel patiendo obligari: *Auth. si qua mulier, C. eod. vide Bal. in l. sine voluntate mea, in princ. C. ad Vell.* vbi dicit. Quòd si vxor consentit marito alienanti rem ipsius vxoris, & suum consensum præstat vxor: quia non audet contradicere nimia reuerentia, vel metu mariti, an per hoc sibi præiudicet vxor, & concludit, quòd non, & idem vult Bart. *in l. quæ dotis, ff. solut. matr. vide de hoc Ias. in §. quadrupli, n. 64. Inst. de Action.*

Quandoq; si mulier renunciaret d. Auth. 78
Quia hoc etiam facere non potest, *secundùm D d. ibi.* Quia est ius prohibitorium. Quia eadem facilitate censetur fuisse inducta ad renunciandum, qua fuit ad se obligandum: *l. doli, §. diuersum, de noua. & ibi Bart. vide Alex. in cons. 1. vol. 3. n. 19.*

Quandoq; intercederet mulier, si confiteretur, pecuniam perceptam per virum fuisse conuersam vel conuertendam in sui vtilitatem; & hoc casu, etiam confessio non præiudicat, nec valet: quia præsumitur esse facta in fraudem: *d. Auth. in fin. per l. qui testamentum, ff. de probat. & hoc modo Nic. Ma. & Bald. in d. Auth. suprà verb. manifestè probatur.* ¶ Quandoq; mulier renunciat iuri hypothecæ, quod habebat in bonis viri pro dotibus suis; & hoc videtur posse facere, quia non censetur alienatio, nec ex hoc censetur depauperari: *l. etiam, l. iubemus, C. ad Vell.* Si tamen mulier allegaret, & diceret: Quòd tempore, quo renunciauit, non extabant alia bona, ex quibus posset sibi satisfieri de suis dotibus: adhuc illa renunciatio non valeret: *vt not. per Bart. in d. l. iubemus, & in l. Meuia, §. si fundum, ff. solut. matr. & probatur in Auth. siue Auiæ, C. eod. & in c. peruenerit, de empt. & vend.*

Et hoc videtur probari hoc ipso, quòd 79
non probatur contrarium: per id, quod habetur per tex. *& gloss. in l. cum de lege, de prob. & l. fin. §. licentia, C. de iur. delib. & per Bart. in l. si constante, solut. matr. in 1. q. princ. vide c. ex rescripto, vbi Doct. de iureiur. Alex. in cons. 42. n. 7. vol. 1.* In omnibus tamen præmissis casibus mulier per iuramẽtũ sibi præiudicaret spõte præstitũ. Nam ex quo illud potest per eã seruari sine peccato, & interitu salutis æternæ: nec tendat in præiudicium alterius, quàm iurantis; & non fuerit præstitum vi, dolo vel metu, debet seruari: quandocunq; contractus fuerit de sui natura ipso iure nullus: *vt patet in alienatione rei dotalis, C. de rei vxor. act. §. cùm lex, & dot. tt. de fund. dot. iuncto c. cùm contingat, de iureiur.*

Et

Et per ipsum iuramentum videtur confirmare contractum, quasi cum iuramento liceat contrahere, & cessat prohibitio legis: *vt not. in Authen. Sacramenta puberum, in vlt. gloss. & per Bartol. in l. si quis pro eo, de fideiuss.* vel si non confirmaret, saltem teneretur seruare officio iudicis Ecclesiastici: *c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. de for. comp. c. cum c. Laicus. Hæc Paul. consil. 220. vide Alex. consi. 14. volum. 6. colum. 6. visis, & consideratis, & consi. 367. volum. 2. visa facti narratione. Vide de hac materia Velleiani, multa per Felin. in c. si diligenti, de for. comp.*

80 Mulier Velleiano regulariter renunciare non potest: *gloss. vbi Dd. & Abb. in c. si diligenti, de for. comp. fallit, vide Socin. reg. 274. Paul. in consi. 220. & Alex. in consi. 14. volum. 6. colum. 6.* ¶ Mulier in testamento, chirographo, & causa criminali testis esse non potest: *l. qui testamento, §. mulier, ff. te Testam. vide lim. per Socin. in reg. 419.* Quòd in testamento & codicillis, *Decia. in l. fœminæ, de reg. iur.* Quòd in causa capitali, *vide Alex. in consi. 11. volum. 1. in 2. colum. ibi circa quartum dubium*, & an meretrix? *ibi in princ. consi. vide infr. in verb. Testis.*

Mortuo primo viro, in continenti, vel infra paucos dies, mulier transeat ad secundas nuptias: & infra 10. menses proximos à morte viri nascatur ex ea filius, an præsumatur primi viri, vel secundi, *vide Alex. in l. Gallus, in princ. in fin. de lib. & posth. & ibi Bart. pulcrè loquitur.* ¶ Qui iurauit aliquam accipere in vxorem, tacitè intelligitur, si dotem dederit: *vide Dec. in Authen. præterea, in 1. not. C. vnde vir & vxor.* ¶ Mulieres olim in Grammatica & liberalibus artibus instruebantur: *l. qui sitiunt, & ibi glo. ff. vbi pub. edict. vel mor. debeat.*

81 Mulieris appellatione quando veniat puella siue virgo: & quando appellatione viri veniat puer, *vide Barto. in l. seruus, de rebus dub. l. quæritur, de Ædil. edict.* ¶ Et mulieris appellatione quando veniat puella, siue virgo viripotens: *l. mulieris, de verb. sign.* vbi gl. pulcra, quæ ponit triplicem significationem illius termini, Mulier: *vide Bartol. in l. seruus legatus, de leg. 3. adde gloss. in c. mulier 32. q. 2. vide Barto. in l. seruus, ff. de reb. dubijs.* Vbi etiā, an appellatione viri veniat puer. ¶ Maritus vxorem alere non tenetur, si dos sibi promissa non detur, & potest eam expellere. Hoc tamen fallit: *vide Soc. reg. 258.* ¶ Materfamilias personaliter capi non potest, etiam vt ducatur ad iudicium: *de hoc, & fall. pulcru, vide Socin. in reg. 259.*

82 Vxor à viro fugiens, propria authoritate potest capi: *Bald. per illum tex. in l. 1, C. vbi quis, de cur. vel quart. vide Iaso. in §. 1. Institu. de Act.*

¶ Mulier quicquid in matrimonio acquirit, non acquirit viro, sed sibi, vel ei, in cuius est potestate: itē non tenetur operari viro: *vide Alex. pulcrè, in consi. 131. vol. 4.* verè crudelis potestas patria, & maritalis, quid sit, *vide ibi n. 14. Item ibi vide num. 17.* ad quas operas teneatur, scilicet ad officiales, hoc est, obsequiales tantùm.

Mulier triplicia bona habet, dotalia, 83 paraphernalia, nec dotalia nec paraphernalia: *Alex. consi. 25. volum. 2. super primo dubio, vide D. Carol. in l. 1. fol. 45. fa. 2. ff. sol. mat.* ¶ Quod debetur vxori, non potest solui marito, sine voluntate vxoris: etiamsi vxor sit minor viginti quinque annis: *l. cum maritum, C. de solut.* ¶ Causa separationis thori spectat ad Ecclesiam: & procedit libellus, in quo mulier agit ad dotis restitutionem propter adulterium, & propter inopiam mariti: *Dec. consi. 212. vol. 2. Magnifico.* ¶ Maritus an teneatur in vxorem ægram expendere de necessitate, & an repetet: & quid in expensis funeris ipsius, *vide Bart. in l. quod in vxorem, C. de negot. gest.*

Maritus vxorem interficiens, dotem perdit, & omne commodum: & econtra: *l. si ab hostibus, §. si vir, solut. matr.* ¶ Et idem, si maritus sine causa expulerit vxorem, vel alimenta & medicinas denegauerit, semper amittit dotis lucrum: *vide pulcrè ibi Alex. referentem Bal. & Paul. de Cast.*

Maritus si expulit vxorem, tenetur sibi 84 reddere dotem: & maritus tenetur cauere vxori de nō offendendo: *Alex. vide latè in consi. 26. volum. 6.* ¶ Maritus si lucratur dotem propter adulterium vxoris, *vt dicit tex. in c. plerumq;, de Don. inter vir. & vxor.* non dicitur eam habere ex causa lucratiua: *ita dicit Br. in l. 1. in fin. C. de empt. lucr. descrip. lib. 10.* ¶ Maritus an plus & grauius delinquat, vxorem interficiendo, quàm matrem, *vide pulcrum tex. in c. admonere, iuncta gloss. 33. q. 2.* vbi dicit text. Quòd mulier est pars corporis ipsius viri.

Licèt bona, quæ habet vxor, præsumuntur 85 acquisita de bonis viri, vt cesset præsumptio turpis quæstus: *l. Quintus Mutius, ff. de don. inter vir. & vxor. l. etiam, C. eod. tt. & not. in c. significauit, ex eod. tt.* Tamen illud est verum in his bonis, quæ apparent peruenisse ad eam ante contractum matrimonium: secus est, vt declarat Bald. *per illum tex. in l. super hypothecis, C. de pignor. & in l. si vxorem, de inser. vide Alex. consi. 42. volum. 5. in causa & lite.* ¶ Mulier, cui propter inopiam quarta debetur, tempore mortis mariti diuitis, *Authe. præterea, C. vnde vir & vxor.* an illam petere possit, si post mortem mariti diues efficiatur, *vide Dec. consi. 24. volum. 1.* ¶ Mulier consentiendo marito contrahenti, an videatur

atur hoc facere per metum, *vide Hipp. in practica causs. crim. §. expedita, numer. 20. fol. 27. fa. 2.*

86 Masculinum concipit fœmininum: *l. qui duos, de leg. 3. l. si ita scriptum, de leg. 2. l. tres fratres, de pact. vide Barto. in l. 1. in vlt. colum. de pecul.* sed non è contra. Quia turpissimum est, fœminino vocabulo viros contineri. Hoc est verum in fauorabilibus; secus in odiosis, *secundùm Bart. in l. liberorum, in 3. colum. de verb. sign. vide de hoc pulcrè Dn. Iaso. cum multis ampliationibus & limitat. in l. si quis id quod, de iurisdictio. omn. iud.* & adhuc pleniùs, Philipp. Dec. *in l. fœminæ, in 13. colum. de reg. iur.* vbi dicitur, quòd in vltimis voluntatibus, contractibus, l. dispositione, statutis, gratia vel priuilegio, rescriptis, sententia, officijs, &c. *item vide de hac Reg. latè Soc. in Reg. 255. & Pet. in q. 69.*

87 Maritus, vel hæredes eius, soluto matrimonio, ne dum tenetur vxori ad restitutionem paraphernalium, & aliorum bonorum vxoris non dotalium; sed etiam ad fructus, & reditus ex eisdem bonis per maritum perceptos: *l. si ego, §. dotis, ff. de iur. dot. l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuent. & ibi expressè gl. vide de hoc Dn. Alex. in consi. 42. volum. 1. super præmisso themate, in princ.* ¶ Stante statuto: Quòd si mulier decesserit sine liberis, maritus lucretur dimidium dotis: pone, aliquis duxit vxorem in domum suam, quam tamen non cognouit carnaliter, & moritur, numquid lucrabitur dimidium dotis? Certè sic: *ita dixit not. Sal. in l. cum te, C. de Dona. ante nupt. Abb. in c. tertio loco, de Prob. Goz. in l. si quis id quod in fi. ff. de iurisd. om. iud.* ¶ Numquid annuli, vestes, catenæ aureæ, & alia, quæ in quotidiano vsu veniunt, & maximè virorum diuitum, soluto matrimonio repeti possint, *vide D. Alex. in consi. 42. volum. 5. in caussa & lite.*

88 Habens vxorem, si de facto secundam duxit, de stupro accusari potest: licèt illa ab hoc crimine sit remota propter ignorantiam: *text. est in l. eum qui, C. de adult.* ¶ Præterea infamis est, *vt ibi dicitur.* ¶ Si maritus vxorem in adulterio deprehensam occiderit, an sit damnandus pœna vltimi supplicij, Alex. *in consi. 56. visa impulsione, volum. 1. num. 9.* vbi concludit, quòd non, sed pœnâ relegationis.

De Masculino, an concipiat fœmininum, &c.

89 MAsculinum concipit fœmininum: *Bal. in l. in multis, ff. de statu. hom. l. ait prætor, ff. de negot. gestis l. si quis, ff. de verb. signifi.* ex mente legislatoris & non quantum ad verba, secundùm opinionem glossæ: hanc theoricam docuit Petrus Duennas *in regulis fallentiarum, regula 485. cum septem ampliationibus, & octo fallentijs, notauit Decius in l. fœminæ, ff. de regu. iur. mihi numer. 90. cum 5. limitationibus.*

Sed pro maiori declaratione format & declarat 10. quæstiones. 1. Quid in vltimis voluntatibus. 2. Quid in contractibus. 3. Quid in dispositione legis. 4. Quid in statutis. 5. Quid in gratia, vel priuilegio. 6. Quid in rescriptis. 7. Quid in sententia. 8. Quid in officijs. 9. An appellatione fratris veniat soror. 10. De appellatione coniunctorum, propinquorum, proximiorum, descendentium & posterorum, quòd vterque sexus comprehendatur, *affirmat ibidem Decius per iura.* 90

Sed appellatione auunculæ, quòd non veniat matertera. Quòd autem neque econtrà fœmineum concipiat masculinum, vult idem Decius, *num. 127.* appellatione tamen personæ vniuersitatis & aquilæ masculum contineri, notauit *ibidem num. 129. in fine repetitionis.* ¶ Filij appellatione an veniat filia, *Menoch. consi. 111. volum. 2. num. 33. & ibi num. 55.* de appellatione generationis quòd etiam comprehendat fœminas, in receptione emphyteusis, *num. 56.* quòd appellatione pro se & filijs & hæredibus, etiam veniaut fœminæ. 91

Hirci appellatione, an capra, notauit Bald. *in apostill. ad Decium, d. l. fœminæ, in fine,* quando examinationes istarum quæstionū legeris, facilè te in hac materia expedies. ¶ Sed in pœnis, masculinum an concipiat fœmininum, *vide Hip. de Marsi. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virg. à num. 223. vsq. ad num. 232.* Et quædam in delictis & statutis, notauit idem Hippo. *in l. si quis necandi, C. ad l. Cor. de Sica.* & ibidem an constitutio pœnalis loquens de fratrib. se extendat ad moniales. ¶ An fratrum appellatione comprætenduntur patrueles, consuluit Decian. *in consi. 43. num. 9. (Vbi dicit, quòd non.) vol. 2.* de coniecturis pro masculinitate, *vide bona per d. Decian. in consi. 103. volum. 2. num. 13.* 92

De Matre & Nouerca.

MAtremfamilias neque nuptiæ, neque natales faciunt, sed boni mores: *l. 46. §. 1. de verb. sig. Cuiac. 3. obseruat. 18. Petr. Faber, 1. semest. 15. Cuiac. lib. 2. obseruat. 38. & Gothofred. ad d. l. 46.* ¶ Nouerca, noua patris vxor, *l. 14. §. 4. de ritu nupt.* locum parentis tenet, *V. Cuiac. lib. 9. obseruation. 18.* & obsequium ei debetur à priuigno: *l. 7. C. de obsequijs. V. Gothofred. ad l. 4. §. 6. de gradibus.* ¶ Mater quòd gerat tutelam liberorum suorum primi matrimonij; sed quòd obtransitum 93

tum ad secunda vota amittat tutelam dictorum liberorum primi matrimonij, notaui *infrà in litera T. in verb. de tutoribus, in versi. de anomalis tutoribus.*

94 Mater transiens ad secunda vota, non petito tutore filijs, neque reddita administrationis ratione, priuatur legato primi mariti: etiamsi testator consenserit, eam transire ad secunda vota. Neque potest mater præiudicare filijs primi matrimonij, in eorū legitima debita in bonis suis: *consuluit Decian. in consi. 35. volum. 1.* In hoc consilio habemus optimam materiam transitionis matris ad secunda vota: & de iure legitimæ liberorum. De vituperatione & laude nouercæ, & quatenus pupill⁹ priuignus apud illam sit educandus, vel non, *consuluit Decia. in consi. 49. volu. 1. in prin. & num. 32. idem in consi. 95. vol. 2. consi. 110. vol. 3. 12.*

95 Mater transiens ad secunda vel tertia vota, vel inhonestè viuens, quatenus priuetur hæreditate, legitima siue supplemento eius, in bonis filij & filiæ ex primo matrimonio, *consuluit d. Decianus, in consil. 19. volum. 2.* ¶ Sed ob transitum ad secunda vota, quòd non perdat mater substitutionem filij, *idem Decian. consi. 81. volum. 3.* ibi multa bona de matris substitutione filio facta. Mater quòd soluto matrimonio, & amplius non viuente illo cui debetur vsusfructus dotis, possit disponere in illa pro libitu, salua filijs legitima manente, *consuluit d. Decian. in consil. 94. vol. 3. in prin.*

96 Et quòd liberi primi & secundi matrimonij, matri æqualiter in capita succedant in dote, nisi concurrant nepotes: illi enim succedunt saltem in stirpes, *d. Deci. in d. consil. 94. volum. 3. nu. 13.* & ibi, quòd simul succedat monialis, nisi successioni renunciauerit, & nisi sit de ordine mendicantium. De tutela patris gerenda in bonis liberorum, ita vt conficiat inuentarium, & reddat rationem atque alius tutor, consuluit Decian. *in d. consi. 94. vol. 3. num. 15.*

97 Stante statuto, quòd filiæ mater non succedat, an matri filia succedere possit, *vide Iaso. in Rubr. de acq. poss.* ¶ An statutum, quod excludit matrem, videatur etiam excludere sororem, & de materia, *Dec. consi. 71. volu. 1.* ¶ Mater prolem alere debet vsque ad triennium: *gloss. in Auth. vt liceat matr. & Aui. in §. illud, in verb. filios.* ¶ Mater filium vitæ suæ insidiantem accusare potest: *vide in verb. frater.* ¶ Pœna quæ imponitur matri transeunti ad secunda vota, non habet locum, quando transit de voluntate filiorum, etiam tacita: *Dec. consi. 205. volum. 2.* Et quid in patre, *vide Dec. consi. 230. volum. 2. proponitur.* ¶ Matri iura fauent, ne excludatur ab hæreditate filij: *Dec. consi. 211. volu. 2. subtilis est casus.* ¶ Et quando mater transit ad secunda vota, lucra æqualiter debent filijs primi matrimonij seruari: *Deci. in consil. 236. volum. 2. de parua.*

Mater in filij successione auum paternum excludit: *Dec. consi. 245. volum. 2. in casu.* 98 ¶ Mater ad secunda vota transiens, tutrix filiorum, debet prius petere dari alium tutorem filijs: aliàs priuaretur successione filiorum: *l. omnem, C. ad Tertyll. vide Dec. consi. 246. volum. 2. Requisitus, & ibi de intellectu l. hac edictali, C. de secund. nupt.* ¶ Mater curatrix, filio non potest præiudicare: *Dec. consi. 255. volum. 2. casus, de quo quæritur.* ¶ Mater semper est certa: pater autem est, quem nuptiæ demonstrant: *l. quia semper, de in ius voc.* ¶ Materfamilias personaliter capi non potest, etiam vt ducatur ad iudicium: *de hoc, & fall. pulcru, vide Socin. in Reg. 259.*

De Matricula.

DEscriptus in matricula alicuius artis, artem verò non intrans, vel non exercens, non gaudet priuilegijs artis: *Barto. & Ioan. de Platea, in l. 1. C. de collegia. lib. 11.* Et qui non est descriptus, non gaudet priuilegio: *gloss. in l. eos, C. de offi. magis. mili.* ¶ Imò notarius non matriculatus, non potest conficere instrumentum: *Bald. in c. 1. de controuersia feudi in vsibus feudo.* nisi aliud habeat consuetudo regionis. 99

Scholaris autem matriculatus, qui decedit ex studio, & contulit se ad mercaturam, vel ad alia exercitia, & infra vel post quinquennium reuertitur: an & quando habeatur tamen pro matriculato, ita, vt habeat beneficia & priuilegia scholarium, *vide in l. 3. C. de domest. & proc. lib. 11. Schneidew. in titu. Institutio. de rerum diuisi. §. pauonum, allegat Bart. in l. aut facta, ff. de pœnis.* 100

Sed quid, & quantum probet matricula, & qui sint eius effectus, notauit Bald. *in l. 2. C. de sentent. Abbas in c. penul. de priuilegijs, Dd. in l. scriniarios, C. de testa. militis.* ¶ Et per cancellationem matriculæ probatur, quem non esse de vniuersitate: *l. fina. C. de asses. Petrus de Rauenna. in suo alphabeto, litera M. versi. matricula.* 101

Et quòd quis non sit de matricula, probatur ex eo, quòd in matricula non inuenitur descriptus: *Bart. in l. fin. per illum textum, C. de rebus credi. dicit Bald. in d. l. fina. in 4. oppositio.* quòd si quis non reperitur in libro gabellæ descriptus, dicitur satis probatum, quòd non soluerit gabellam: *Decian. consil. 119. volum. 3. num 7. & 8.* ¶ Et de matricula imperij, pulcherrima vide apud Geyl. *in obseruatio. 21. liu. 1.* & ibi de causis exemptionum. 102

De Maiestate.

103 DE crimine læsæ maiestatis, quid sit: cōtra quos, per quos: & quibus actibus, seu contractibus committatur, vel non, *vide text. gloss. & Dd. in toto titulo, ff. ad l. Iul. maiestat. Angel. de malefi. in vers. & hai tradito la tua patria, num. 2. versi. quæro aliquis.* ¶ Sed hoc crimen maiestatis an committatur per illum, qui in simplicem scientiam incidit, & non reuelauit, (*Committi vult Bartol. quod tamen limitat Bald. si talis scientia sit probabilis: opinionem tamen Bart. & Salic. in practica obseruari post Bald. Angel. ait.*) reuelans autem quatenus habeat præmium, vel euadat pœnas, (*Statim reuelans, præmium habet. Ex interuallo, sed ante delictum consumatum, illud perdit, sed pœnam euadit,*) notauit idem Angelus *in dicto vers. numer. 10.*

104 Omnes in hoc crimine possunt accusare, qui aliàs non admitterentur: *Angel. num. 9. l. famosi, & l. sequen. ff. eo. tit.* atrocitatem delicti, & pœnæ grauitatem, inuenies in tex. *l. quisquis, C. ad l. Iul. maiesta.* & ibi plenissimè, notant Dd. Aliquas huius vide extensiones, quas cum alijs Dd. notauit Angelus, *in d. vers. & hai. nu. 12. & in sequentibus, vide omnino Dd. in d. l. quisquis, & habebis omnem materiam.* Vide aliqua *suprà, in litera D. vers. de doctoribus.*

105 In hoc crimine reus diffamatus, tenetur ad purgationem, licèt diffamans nihil probauerit: & multa specialia in istius delicti enormitate: quis committat: contra quem & in quem committatur: & de eius pœna, & feudi priuatione, docuit consulendo eleganter Decianus, *in consi. suo 18. à num. 292. vsque ad finem.*

106 Vide quæ de maiestate habet Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 8.* ¶ Et an maiestatis iura, habeant principes alterius fiduciarij, ærarij, vel intutarij, *c. 9.*

De Matrimonio.

107 DEductio vxoris in mariti domum, est de substantia matrimonij: *l. quæsitum, ff. de sponsalibus, l. 6. C. de donat. ant. nupt. l. 5. 6. 7. de ritu nupt. l. si vxor, §. si minor 6. de adult. coercend. l. cum hoc status, §. si quis sponsam. ff. de don. inter vir. & vxor. l. si ut certò, §. interdum, commodat. l. dotis promissio. l. cum post, §. in dotem, de iur. dot. l. 2. de his quibus vt indign.* Dissent. Borch. *intr. de grad. pag. 82. Vide Hotom. illust. quæst. 25. v. l. 22. C. de nupt. Paul. lib. 2. sent. 19. vbi Cuiac.* sine forma enim illa essentiali, coniugium non habebatur: vt & hodie, nisi benedictio sacerdotis, cum sancta oblatione & precationibus, accedat.

108 Matrimonij materia, quia est valdè latissima & diffusa, igitur remitto me ad commentatores super illa: *præsertim ad tractatum D. Melchioris Klingij, causarum matrimonialium.* ¶ Et docet primò de matrimonio initiato & consummato. ¶ Sed quoniam consensu contrahuntur potiùs matrimonia: *l. nuptiæ, ff. de reg. iur.* nihil autem tam contrarium cùm sit consensui, quàm error: *l. 2. ff. de iudi.* notatur, quòd error sit impedimento. Sed errorem tamen omnem, nō excludere consensum matrimonialem: & de quadruplici errore docent, personæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis: de quolibet in specie qualiter consensum impediant, matrimonium dirimant, vel non. Et est optimus textus, *in c. 1. 29. q. 1. in fine*: dicit textus, similiter qui duxit in vxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere & aliam ducere.

Quæ matrimonia contrahenda impediunt, & contracta non dirimunt, secundū illum sunt 3. Vxoricidium, raptus, & incestus: examinauit aliqua, quæ contrahenda impediunt, & contracta dirimunt, crimen, ligamen, disparitatem religionis, impotentiam coëundi, cognationem, affinitatem, honestatem, de quolibet in specie docet & declarat. ¶ Ad materiam impotentiæ coëundi adde, quæ quæruntur, an spado ex accidenti possit matrimonium contrahere, vel si contrahat, nulliter contrahat: de quo spadone, *in l. spadonum, ff. de verbo. signifi.* responde secundùm Romanum, *in singul. suo 640.* pulcherrimè distinguentem, & causas matrimonij designantem: ibi Nicol. Pigno, *in additione*, facit mentionem de illis, qui puberes execti sunt, & epate sunt feruentiore, vasaque genitalia capaciora possident: licèt coëant, quòd tamen non generent: & matrimonium in illis tenere: de eo qui habet virgam erectam, & sperma non emittit: addit de eo qui habet testiculos, sed ei totus coles est amputatus, quòd succedat cum fratribus in feudo paterno: *Pig. in d. additione.* 109

In cap. de nuptijs licitis, tractat Klingius de clandestinis & publicis: in sequentibus, de conditionibus nuptijs appositis. Causas matrimonij enumerat 5. Causam efficientem, Deum consensum contrahentium, & parentū. Causam formalē, ipsa verba vel signa quib. cōsensus probatur: Causā materialē: Causam finalē: & Effectus; subiūgit materiā legitimationis ex matrimonio. 110

Et tandem tradit de illis, quæ dissoluant matrimonia, de morte naturali & de diuortio. ¶ Diuortium autem fieri dicit propter adulterium, propter infidelitatem, impotentiam coëundi, propter continuas insidias cōiugis: secundùm Theologos addit desertio- 111

desertionem. Et concludit suum tractatum cum materia redintegrationis, vel reconciliationis. Vide & examina istum tractatum, & habebis præcipuam materiam. Schei. pulcherrimè prosecutus est, *in titulo instit. de nuptijs, per totum*, pœnas desertionis, & processus super illa habendos in Principatu Anhaldino. ¶ Vnd das kein Weib in abwesen jhres Mannes/ sich mit einem andern Ehelich verlobe/ viel weniger beschlaffen sol lassen: sie sey dann jhres Mannes Todt gewisse berichtet/ vnd habe es mit genugsamer Vrkundt zubestetigen: bey Straffe/ daß sie neben dem/ so sich mit jhr eingelassen/ in den Landen nicht zu gedulden/ *habetur in Constitutio. Anhaldina, Art. 3. vers. dieweil auch der Ehestandt ein vnaufflößlich Bandt, &c.* ¶ Quando contrahendum est matrimonium, debent citari omnes, qui nouerint, aliquod impedimentum subesse, per publicū proclama, Ecclesiæ, cum certo termino, quo elapso, non auditur contradicens, nisi iustam causam alleget: & si illa solennitas omittitur, dicitur matrimoniū clandestinum: ¶ Man sol Braut vnd Breutgam zuuor von der Cantzel durch den Prædicanten auffbieten lassen: damit wer etwas darein zureden/ es in zeiten thue/ vnd hernachmals schweige: *Marant. de citation. part. 6. nu. 102. per c. cum inhibitio. de clandestin. & c. cum tria qui matr. accus. poss.* ¶ Matrimonium iustum, vnius maris & vnius fœminæ cohabitatione constat: *l. 1. de ritu nupt.* ¶ Poligamia itaque matrimonij nomen non meretur. Ex edicto enim prætoris duas vxores habens infamia notatur: *l. 2. C. de incest. nup.* Imò ei, qui bina sponsalia eodem tempore constituta habuerit, infamia irrogatur: *l. 1. de his, qui not. infam. l. eum, qui duas, C. ad l. Iul. de adult.* ¶ Et *ex constitutione Caroli V. Imp.* bigamus vltimo supplicio afficitur, *vt videre licet, in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung, c. 121. Borch. de gradib. pag. 27.* ¶ An matrimonio contracto, societas aliqua inter coniuges certa esse intelligatur, *Duaren. de nupt. c. 1.* ¶ An matrimonij sine parentum auctoritate contracti, pœna vlla constituta sit, *vide Hotom. illust. quæst. 9.* ¶ An matrimonium, seu iustum coniugium, solo partium consensu, sine publica testatione contrahatur, *vide Hotom. illust. quæst. 25.* ¶ Ad quem pertineant Xenia, tempore nuptiarum sponsis data, *vide Barto. Alex. Iaso. & Dd. in l. si plures, §. in arrogat. de vulg. & pupill.*

112 De probationibus fiendis, vel factis, in causis matrimonialibus, secundum testium despositiones qualificationes: & de multis alijs vtilibus: vide Geyl. *in obseruatio. 94. lib. 2. Alex. de Imol. in consi. 146. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. & 156. volum. 5.* Inuenies valde bona, præsertim quomodo & per quæ verba intelligantur contracta sponsalia, de præsenti, vel de futuro. ¶ Imò quòd sola annuli impositio, si non iocosè facta fuerit, præsertim alijs concurrentibus coniecturis, probet matrimonium.

Sed quod potiùs seriò esse factam impositionem præsumatur, tanquam pro matrimonio, *consuluit Decianus in consi. 80. volum. 2.* ¶ Sed scias. matrimonium, cùm sit vnum de septem Sacramentis Ecclesiæ, debet regi seu regulari non iure fori, sed iure poli: & non secundùm leges ciuiles, sed secundùm Canones, *vt habetur 2. q. 3. §. hinc colligitur.* 113

Et in hoc casu spirituali potest rectè intelligi illud, quòd dicitur: leges ciuiles non dedignantur imitari sacros Canones, *Vt habetur in c. 1. de noui ope. nunc. in c. pe. & fina. de secund. nup. Hippo. de Marsi. in repe. l. vnicæ, C. de raptu. virgi. nibi num. 191. & in sequentibus*: quòd etiam eius cognitio spectet ad Episcopum, vel ad eius vicarium. ¶ Sed an ex cōsuetudine possit spectare ad iudicem inferiorem, *vide Corset. in singul. suis, in verbo matrimonium, 3. dicit ibi rationes, quare ad Episcopum eius cognitio pertineat.* 114

Appellantur etiam causæ matrimoniales, causæ arduæ & graues: adeò quòd in illis non defertur iuramentum in supplementum probationis, & æquiparantur causis criminalibus: *Refert Anton. Blancus, in l. fina. ff. de quæstio. num. 120.* sed tamen, quando iuramentum suppletorium, vel aliud iuramentum possit deferri in causa matrimoniali, (*Pro matrimonio admittuntur, non contra matrimonium,*) docuit Geyl. *in obseruatio. 94. lib. 2. obseruatio. Camer. Imper. & ibi de testibus & probationibus, in istis causis fiendis. Vide quia sunt valde bona.* 115

Quatenus autem in illis causis matrimonialibus, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij sit procedendum, & vt teneat processus, *vide text. gloss. & Dd. in Clemen. dispendiosam, de iudicijs.* ¶ Et qualiter pendente processu sequestranda sit puella, *vide Geyl. in obseruat. 112. num. 15. lib. 1. & in obseruat. 45. in fine. lib. 2.* 116

De matrimonijs, metu, (*Metus in constantissimum virum vel puellam cadens, impedit matrimonium: quod tamen fallit in metu reuerentiali,*) dolo, (*Dolo inductus ad contrahendum matrimonium, si ille non fuerit de substantialibus matrimonij, non potest resilire,*) vel vi contractis, vide elegantissima, apud eundem Geyl. *in obserua. 93. eodem lib. 2.* Sed matrimonia debent esse liberrima: ideò neque statuto, neque pacto, neque pœna, vel iactura successionis possunt prohiberi: *VVesenbec. in consi. 87. par. 2.* ¶ Cum vitiata etiam rectè coniugium iniri, 117

iniri, voluit VVesenbe. *in d. consi. num. 5.* Dissent. Luther. *in libell. von Ehesachen, p. 1. quaest. 4. fol. 267. num. 6. tom. VVitenb.* Beza. *de diuort. fol. 100.* Beust. *de matr. c. 34.* Reus. *consi. 5. lib. 1. vide VVesenbec. in par. de rit. nupt. nu. 8.* ¶ Imò reijcitur omnis conditio impediens matrimonium.

118 Et tandem an nubens, contra voluntatem patris, vel testatoris praeceptum, propterea exhaeredari vel dote priuari possit, vide & nota, quae consuluit Decianus. *in consil. 13. volum. 1.* ibi bona dixit de consensu paterno, in matrimonijs contrahendis: *& nu 9.* an statutum valeat, ne contrahatur matrimonium sine patris consensu. De probationibus per coniecturas saltem, matrimonium esse contractum, consuluit aliqua Menoch. *in consil. 15. volum. 1. numer. 11.*

Scire oportet, causas matrimoniales ad Cameram non pertinere: refert Geyl. *in obseruat. 112. lib. 1. in fine*, ipsum habere in memoria, in causa quadam matrimoniali ad Cameram esse appellatum, sed appellationem non admissam fuisse.

119 Matrimonium quomodo probetur, *Caualc. de testibus, in indice, v. matrimonium.* ¶ Annulus delatus, est signum matrimonij contrahendi. *Viuius decis. 353. lib. 2.* ¶ Matrimonia libera, nec alienae voluntati & arbitrio supposita esse debent: & ideo legatum relictum alicui, si cum licentia Modesti matrimonium contraxerit, debetur; etiamsi sine consensu Modesti legatarius matrimoniū cōtraxerit: *Viuius dec. 480. lib. 3.* ¶ Sedes huius materiae, vide in P. Greg. *lib. 1. part. Iur. Can. tit. 12. fol. 81.* ¶ An amatoriae pollicitationes adolescentis, nondum viginti annos nati, nobilis & opulenti, factae pauperculae puellae natu grandiori, per fraudē & insidias matris puellae, valere pro iusto matrimonio debeant, *Hoto. consi. 108.* ¶ Parentibus & affinibus quando fides adhibeatur, super impedimento matrimonij, *Menoch. lib. 2. cent. 5. cap. 455.*

120 De Clandestinis matrimonijs, & cur illa sint statutis, etiam sub poena, prohibita: & quando eorum poenam quis non incurrat, *Plot. §. 7. latiss. tr. de in lit. iur. Soarez. in l. fori. fol. mihi 529.* & quando fiscus agit ad poenam dicti statuti, quòd non adhibitus fuerit consensus expressorū in statuto, fisco hanc negatiuam probare incumbit: *Plot. d. lo. §. 8.* ¶ Matrimonium non probatur per instrumentum dotale: *Viuius lib. 1. dec. 111.* neque per testes de auditu, nisi sint omni exceptione maiores: *Viuius dec. 288. lib. 2.* ¶ Contractus matrimonij probatur libro parochi. Et si hic sit perditus, probatur testibus *Virg. de Bocat. de liter. remiss. c. 4. nu. 5. & 6.*

De denunciationibus obseruandis in contractu matrimonij: *Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 453.* ¶ Matrimonium quando contractū praesumatur: *Men. lib. 3. praes. 1. latiss.* ¶ Matrimonium an praesumatur contractum annuli traditione, vel immissione, vel gestatione: *Menoch. lib. 3. praescrip. 2.* ¶ Matrimonium vel sponsalia quibus verbis contractum praesumatur, *praescript. 3.* ¶ Matrimonium metu contractum quando praesumatur: & quando metus praesumatur confirmatus & quando purgatus, *praesump. 4.* ¶ Quae qualitates in impetratione dispensationis matrimonij debeant exprimi: *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 203.* ¶ Possessorij causa matrimonialis, an coram Laico iudice tractari possit, *Thess. decis. 117.* 121

Matrimonium licèt causa fauorabilis sit; *l. fi. de re iud.* ¶ Ei tamen sicut & alijs causis fauorabilibus debitores sumus, ne alijs iniustitia fiat: *c. ex tenore, de for. com. c. nup. de donat. inter vir. & vxor.* ¶ Matrimonium quadruplici iure, naturali scilicet, gentium, diuino, & ciuili introductum est; *lo. de Plat. in §. ius naturale, Inst. de iur. nat. gent. & ciu. vide pulcram gl. in Auth. de Nupt. in verb. amplioribus, C. 1. de vot. lib. 6.* ¶ Immortalitas humano generi per matrimonium comparatur: *Tex. est in Auth. de Nup. in princ.* ¶ An matrimonium, per quendam virum inuentum de nocte in domo cuiusdā mulieris, in lecto cum eo contractum, teneat, *vide Alex. consi. 132. quod est vltimum, in 3. vol.* ¶ Matrimoniū perfectum, sed copula carnali nondum consummatum, (sine qua firmari nequit,) per ingressum religionis etiam altero coniuge inuito dissoluitur: secus, si copula carnalis secuta fuerit: *c. ex publico, de conuers. coniug.* 122

In causa matrimoniali transactio valet: *gl. in l. fin. C. de Transact. vide c. fin. de Transact. c. causa, in fin. de rest. in integr.* ¶ In causa matrimoniali, deficiente omni probatione, à reo iuramentum non est exigendum; imò si mulier probaret intentionem suam per vnum testem idoneum, adhuc non est deferendum iuramentum in defectum probationis, quantumcunq; persona honesta sit: Quia agitur quasi de statu hominis, cùm per hoc quasi seruitus in ipso constituatur: *ita voluit gloss. in c. mulieri, de iuretur. vide Dec. in consi. 133. volu. 1. Alex. consi. 152. colum. 2. vol. 5. Pro hoc ego allego tex. in c. fin. de procur. lib. 6.* & debet praemisso casu reus purè absolui: *ita dixit Abb. in c. quod nobis, de cland. despons.* Quod videtur esse contra Dd. *in c. continebatur, & in c. attestationes, de spons. Sed Abb. in c. quod nobis, respondet, quem vide omnino.* 123

In causa

124 In caussa matrimoniali quomodo diuersimode iudex Ecclesiasticus & secularis de vsuris cognoscat, *vide Bart. in l. 2. in 3. col. de iurisdict. omnium iud. & clarius in l. omni nouatione, C. de Sacrosanct. Eccles. vide suprà, in verb. iudex.* ¶ Specialia in matrimonio sunt multa, septem hic habes, præter reliqua. ¶ Primum, quòd in caussa matrimoniali vnius Doctoris opinio pro matrimonio, præualet communi contra matrimonium: *Hostiens. in c. si vir, de cog. spir. Fel. in Rubr. de Sponsal. vide suprà in verb. Doctor, & in verb. opinio.* ¶ Secundum, sententia lata in caussa matrimoniali per errorem non transit in rem iudicatam, quò minùs, quandocunque apparuerit, Ecclesiam fuisse deceptam, reuocari possit: *c. fraternitatis, vbi gl. de frig. & malef. in verb. per errorem.* ¶ Tertium, contra matrimonium nō currit præscriptio: *c. in præsentia, de sponsal. not. in c. lator, de re iud. in verb. per errorem.* ¶ Quartum, quòd contra contumacem ad sententiam lite non contestata liceat procedere. ¶ Quintum, quòd confessio contra matrimonium non præiudicat. ¶ Sextum quòd pater & mater testificari possunt, tā in coniungendo, quàm separando. ¶ Septimum, quòd testibus non potest remitti iuramentum, licèt in alijs caussis: *De hoc est gl. in c. 1. vt lite non contest. in verb. seruetur.* ¶ Hic tamen nota, quòd specialia, & priuilegia matrimonij, tantùm locum habent in casibus in iure expressis: in alijs non expressis seruatur regula iuris communis: *Bl. in l. in fraudem, de test. milit. Dec. cons. 225. volum. 2. num. 8.*

125 Parentes & consanguinei in caussa matrimoniali testes sunt idonei: *c. videtur, ext. qui matr. accus. poss.* ¶ Tam pro matrimonio, quàm contra: *vt ibi, & in gl. in verb. seruetur, in c. 1. ext. vt lite non contest. vide Innoc. in c. constitutus, de Testib. & Abb. in c. super eo, de eo qui cog. consang. vxor. suæ.* Vbi habes, quòd testis in caussa matrimoniali probare debet: *vide de hoc latè infrà in verb. Testis.*

126 Matrimonium per absentes, per nuncios & epistolam contrahi potest: *l. sufficit, & l. fin. ff. de Sponsal. c. nec illud, 21. q. 5. tex. est in c. ex parte, extra, de conuers. coniug.* vbi est casus ad literā: *text. est etiam in l. mulierem ff. de rit. nupt. nota text. in d. c. ex parte,* quia est iuris Canonici, qui in matrimonijs plus attenditur. ¶ Sed quid dices, si aliquis consensum suum de contrahendo exprimat alicui fœminæ per literas, & ante receptas literas ab ipsa fœmina ipse pœniteat, licèt illa consentiat postea, quia requiritur, vt duret voluntas prioris. Nam ibi requiritur mutuus consensus, licèt secus in alijs contractibus: Nam licèt reuocetur mandatum altero ignorante, tamen contractus tenet: *l. si mandassem, ff. Mandat. ita decidit gloss. notabilis, in d. c. nec illud 30. q. 5. in verb. vxor, in fin. Quòd nota.* ¶ Et sic nota ex præmissis, quòd in matrimonio simultaneus & mutuus eodem tempore consensus requiritur: secus est in alijs contractibus. ¶ Sic etiam matrimonium per procuratorem contrahi potest: *c. fin. extr. de procur. lib. 6. gl. in l. nuptias, ff. de R. I.* ¶ Matrimonium in mortis articulo potest contrahi: *vide Alex. latè in l. Gallus, in princ. suprà gloss. fin. in 6. col. de lib. & posthum.* ¶ Matrimonij bona tria, proles, fides & Sacramentum: *c. omnem, 27. q. 2. & sunt verb. Augustini.*

Qualiter solus consensus matrimonium constituat, *vide gloss. in c. sufficiat, 27. q. 2.* Et consensus parentum, de honestate tantùm requiritur: *d. gloss. & c. cum apud, de Spons.* Hoc est falsum, impium, & contra iura diuina & Cæsarea. ¶ In veteri testamento licitum fuit contrahere inter consanguineos: *c. 1. 35. q. 1. vbi pulcra ex Biblijs.* ¶ Stante statuto, quòd ad nuptias non possunt vltra duodecim inuitari, accidit patrem & filium simul nuptias celebrare, an possint viginti quatuor, an tantùm duodecim inuitari, vide Bart. *in l. inficiando, §. infans, in fin. ff. de furt.* vbi concludit, quòd tantùm duodecim ratione vnionis: vbi dicit, hoc statutum esse Pisis: *Multa pulcra in caussa matrimoniali, vide per Alex. in cons. 150. in 5. volum. & seqq.* 127

Dicens mulieri, tenebo te in vxorem, quousque mihi ponatur terra super oculos: causa decipiendi eam non intelligitur contractum matrimonium, si de dissensu & dolo appareat: *ita dixit Alex. post Hostiens. in cons. 152. vol. 5. col. 5. & seqq.* ¶ Per illa verba: Promitto, quòd tenebo te pro legitima vxore, contrahitur matrimonium de præsenti: *c. quemadmodum, vbi Abb. not. in 2. not. de iure iur. alleg. bonum tex. cùm ibi not. in c. ex parte, extr. de Spons.* ¶ Verba contractus matrimonij, habes in *c. licet, extr. de Spons. duc. & in c. pen. de Spons. & matr.* ¶ Et de his verbis, per quæ matrimonium, tam per verba de præsenti, quàm per verba de futuro contrahitur, *vide pulcram gl. in Auth. de nupt. impub. in §. disponat, in verb. affectus.* ¶ Matrimonium in ebrietate contractum an valeat, *vide Dec. cons. 112.* ¶ In valentibus loqui matrimonium tacitè sine expressione verborum non contrahitur: *not. in l. cum notissimi, C. de præscrip. 30. annorum, c. tuæ, de Spons. Decisio est Baldi, in c. 1. §. filia, de success. feud.* 128

¶ An autem verba, in valentibus loqui, pro validitate actus requirantur, vide *Abb. in c. cùm locum, de Sponſ.* & Io. de Mont. Ferr. *in l. 1. in princ. in 3. col. de verb. obl.* vbi determinat, Quòd, cùm aliquid eſt de forma, per æquipollens fieri nequit: *vide ad hoc Iaſ. in l. qui iuraſſe, in ſinal. verb. ff. de iureiur.*

129 Pro matrimonio, quàm diu contrarium non probatur, ſubarrhationi per annulum ſtatur: *gl. in c. tenor, de re iud. gl. in c. fratrem 3. q. 1.* ¶ Hæc verba: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: debent exponi, id eſt, thorum patris & matris: quia nec cum patre, nec cum matre debet filius contrahere. Nec debent intelligi ad literam: quia non tenetur quis relinquere cohabitationem patris & matris, propter vxorem ſuam: *vt not. Innoc. in c. debitum, de leg. & Abb. in c. literas, nu. 16. de reſt. ſpol. in 3. col. ſuprà gl. in verb. lege diuina.* Sed hoc eſt fatuum & temerarium, & dici ei poteſt: Væ vobis, qui adeò miſere laceratis ſcripturas, circa probationes in cauſſa matrimoniali: *vide multa per Alex. in conſ. 150. cum quinq. conſ. ſeq. in 5. vol. inc. in cauſſa & lite.*

130 Cum muliere, quæ prohibita erat matrimoniũ contrahere, matrimoniũ contractũ tenet *Bart. in §. vnum ſiquidẽ, n. 2. in Aut. de reſtit. & ea quæ parit.* ¶ Matrimonia debent eſſe libera, nec poſſunt vinculo pœnæ conſtringi: *l. Titia, in princ. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de Sponſ. gl. in l. 2. ff. eod. & l. Titio, §. Titio, ff. de cond. & dem.* ¶ Et matrimonium metu pœnæ contractum, eſt ipſo iure nullum: *l. Titia, in pr. ff. de v. obl. l. ſi mulier, §. ſi dos metu, quòd met. cauſſ. c. cum locum, de Sponſ. Iaſ. in l. interpoſitas, C. de Tranſact. in 1. not.* Et in hoc caſu plus creditur duobus teſtibus de metu deponentibus, quàm mille de libera voluntate: *ſecundùm Innoc. in c. ſuper, de Renunc. vide Iaſ. qui allegat deciſionem Bal. vbi ſuprà, in d. l. interpoſitas, in 2. col.* ¶ Hic nota, quòd quando mulier prohibetur in teſtamento vni nubere, non dicitur reſtringi libera facultas matrimonij, ex quo poteſt omnibus alijs nubere: *ita probat. tex. not. in d. l. Titio centum, §. 1. de cond. & demonſt.* ſic etiam dictum eſt: Si ſtatutum prohibeat matrimonium relinquere vxori, per hoc non reſtringitur libera facultas teſtandi. Ex quo poteſt quemcunque alium, quem vult inſtituere, & cui vult relinquere: *vt probat text. in d. l. Titio, vide Franciſ. Curt. conſ. 6. fol. 74. col. 2.*

131 Quibus conſequens eſt, Quòd abſque conſenſu patris filius matrimonium contrahere poteſt. Nec valet ſtatutum in contrarium, vel quod imponit pœnam filiæ contrahenti, ſine conſenſu patris: nec propter hoc exhæredari, vel alimentis priuari poteſt: *vide Dec. conſ. 231. vol. 2. viſo caſu, & Alex. in conſ. 18. vol. 6. col. 3. n. 4.*

Et ille patris conſenſus in contrahendo non requiritur de neceſſitate, ſed ſolùm de honeſtate: vnde ſi filia ſine patris voluntate nupſerit, pater eam dotare cogitur: *vide Bart. in l. obligamur, ff. de act. & oblig. & ibi Apoſt. Paul. de Caſtr. in l. ſi ſocer, ff. ſolut. matr. Abb. in conſ. 12. volum. 1. vbi plenè de hoc.* Vide etiam pulcrè & latè Dn. Philipp. Dec. *in d. conſ. 231. vol. 2. per totum.* Vbi etiam tractat, quid iuris, ſi filia contra voluntatem patris nubat? Sed tu dic: quòd imò conſenſus patris de neceſſitate ad matrimonium contrahendum requiritur, tam de iure diuino, iuxta illud, Honora patrem & matrem: quàm de iure Cæſareo, *Inſt. de Nupt. in prin. l. vnic. C. de rapt. virg.* Ergò homines hoc tollere nequeunt: quia iura naturalia, quale eſt diuinum, immutabilia ſunt: *§. fin. Inſt. de iur. nat. gent. & ciu.* ¶ An, ſi ego promitto tibi pecuniam, ſi Bertam non duxero: valeat promiſſio ita, quòd ſi alteram duxero, habeas contra me actionem? dic, quòd non: *d. l. Titia, & l. Titio, §. 1. de cond. & dem. vide plenè hanc materiam per Bart. & Paul. in d. l. Titia, & per Abb. in c. gemma, vbi plenè examinat de Sponſalibus, in 3. col.* vbi diſtinguit: quòd aut pœna eſt appoſita per contrahentes, aut per parentes contrahentium, aut per extraneos. 132

Vnde ſi extraneus promitteret mihi 133
pecuniam, ſi Bertam non duxero, valet promiſſio pecuniæ: *l. cum tale, de condit. & demonſt. & l. cum ita, eod. tit. Ita videtur eſſe deciſio Paul. in d. l. Titia, & Abb. in d. l. gemma, quos vide, & pondera.* Quia hoc caſu ego inuitor ad nuptias quaſcunq; alias, quàm cum Berta, ſpe præmij: quod licet: l. Titio, *§. 1. de cond. & dem. Bart. in d. l. Titia, in 3. opp.* ¶ Item non metu pœnæ ego inuitor ad matrimonium, quia mihi eſt liberum contrahere cum Berta, vel cum alia, nec vllam pœnam timere habeo: ſecus eſſet, ſi ego promitterem tibi pecuniam, ſi Bertam duxero, vbi non duxero, quia non valet: *vt per Dd. vbi ſuprà.* ¶ Et ergo præmiſſo caſu, quia libertas matrimonij non tollitur, valet illa promiſſio.

Nec obſtat, quòd ſpe pecuniæ conſequendæ abs te, non contraherem cum Berta, quia per hoc non tollitur libertas matrimonij: *quæ conſideratur in d. l. Titia & c. gemma.* Quia adhuc liberum eſt mihi cum ea contrahere, ſi volo, abſq; metu alicuius pœnæ. Imò licet ſpe præmij inuitari ad 134

ad nuptias: *d. l. Titio, §. 1. de cond. & demonst. ita etiam dixit Hostiens. & Abb. in d. c. gemma, in 2. col.* ¶ Quòd propter lucrum potest induci quis ad matrimonium contrahendum, *vide etiam Bart. in l. cùm donationis, in fin. C. de Transact.* ¶ Hinc est, quòd legatum mulieri factum sub conditione, si non nupserit, purum est, & conditio reijcitur: ita, quòd siue nupserit, siue non, legatum habebit: *vide supra, in verb. legatum.* ¶ In valentibus loqui, in matrimonio contrahendo verba necessariò requiruntur: *vt suprà, eod. per c. tuæ, vbi gl. & Can. de Spons. gl. in l. cùm notissimi, C. de præscrip. 30. ann.*

135 Hoc limita notabiliter, quòd verba requiruntur de necessitate, solùm ex parte vnius. Nam ex parte vnius sufficiunt verba, ex parte alterius signum. vnde si masculus expressè consentiret, dicens: Accipio te in meam vxorem: si mulier annuat capite, est contractum matrimonium: vel si porrigat manum, & patiatur se subarrhari per impositionem annuli: gl. est *not. in c. si inter virum, in gl. 1. in fin. de Spons.* quam ibi not. multùm Abb. & dicit, per eam fuisse bis iudicatum in contingentia facti. Quòd si mulier non proferat illa verba, prout facit maritus, dummodò alteri consentiat ex solis signis, valet matrimonium: *ita refert Dn. Ias. in l. si stipuler, §. fin. ff. de verb. oblig.* vbi etiam hoc optimè probatur. ¶ Matrimoniũ sic honestum est, vt humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere: *in Auth. de nupt. in princ. coll. 4.* ¶ De clandestino matrimonio an valeat, & an filij ex eo nati sint verè filij: an filij nati ante matrimonium ex concubina, per consequens matrimonium efficiantur verè legitimi, ita quòd sint capaces hæreditatis, & feudi paterni, *vide Hier. Schurff. cons. 1. latè.*

De Memoria hominis.

136 Memoria hominis vsq; ad centũ annos, vel parum minùs potest durare, & extendi, sicut eius vita: *Alexan. de Imo. in cons. 16. col. 4. vers. nec ad hoc volu. 5.* Et ibidem vide, qualiter probetur memoria tanti temporis, cuius in contrarium non extat memoria: *notaui quædam infrà, in lit. P. vers. de probatione per scripturas.* ¶ Memoria hominis est labilis: & omnium habere memoriam, & in nullo errare, potiùs est diuinitatis, quàm humanitatis: *l. 2. §. si quid autem, C. de veteri iure enucl. l. peregr. de acquir. possess. Crauet. cons. 28. & cons. 65. n. 10.*

Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt recordationis superioris vitæ: custos ingenij, thesaurus rerum inuentarum: *Cic. Quint. lib. 11.* Omnis disciplina cõstat memoria, frustraq; docemur, si quicquid audimus, præterfluat: neq; immeritò hic thesaurus eloquentiæ dicitur. Memoria excolendo, sicut alia omnia augetur. Memoria ex animi doloribus non parùm obliteratur: *l. hac consultissima, & §. at cum humana, c. qui test. fac. poss.* Ideò illi subueniendum est adminiculo. & nil potentius in memoriã penetret, quàm quod visum subit: facilè audita præteruolant, conspectarum imagines rerum hærent etiam inuitis: *Franc. Petrarcha de remed. vtriusq; for. dial. 30. fol. 126.* Quanquã ne quidem omnium earum, quæ quis viderit, semper recordari possit: *Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. n. 53.* Vnde inordinata, & fatua dicitur memoria, à Neuisano, *in sylu. nupt. lib. 5. n. 18.* Imò sæpè in obliuionem degenerat, vel ob Venerem memoriæ pestem nocentissimã: *Tiraq. de tt. connu. lib. 15. n. 66.* vel ob infirmitatem: *Corn. cons. 254. n. 4. vol. 4.* vel ob senium, vt de Philip. Decio, scribit, Corras. *in arrest. Tholosano, annotat. 35.* vel ob animi anxietatem, & negotiorum multitudinem: *d. §. cùm humana,* vel ob lapsum longi temporis: *l. si id quod 25. l. 40. de. acquir. poss.* Hinc dici solet, eos, qui confidunt in memoria, facilè decipi in hac maledicta legali scientia: quam eapropter martyriũ & tormentũ nominat Boët. *dec. 155. n. 23. Cagn. in l. nemo potest, de R. I.*

De Memoria & obliuione hominis, vide notatu digna apud Viuium, *lib. decis. 65.* ¶ Vinum inducit obliuionem: vnde Iustinianus quondã nõ meminerat de quibusdã ll. quia nimium biberat: *ita Accurs. l. f. verb. quærere, ff. in quib. caus. rest. in integr. non sit necess. vide infrà, fol. 363.* ¶ Tempus quod sit, quo causatur obliuio, & quid iudici hac in re obseruandum, *Menoch. in arbitr. lib. 2. cent. 1. c. 26. Vide suprà verb. ignorantia, fol. 260. vers. & huic materiæ.* 137

Memoria hominum multùm labilis & caduca est: *l. peregre. ff. de acq. poss. l. hac consultissima, §. at cum humana, C. qui test. facer. poss.* ¶ Et omnium habere memoriam, plus est diuinitatis quàm humanitatis *l. 2. § si quid autem, C. de vet. iure enucl.* Bart. *in l. edita, C. de Eden.* dicit, se de quadam q. dicturum, *in l. 1. ff. eod.* cùm tamẽ ibi nihil dicat, & promissi sui sit factus immemor: & idem Bart. *in l. imperium, ff. de iurud. omn.* dicit se dicturũ: *in l. mori, eod. tit.* quomodo præscribatur merum imperium, & tamen ibi nihil dicit. ¶ De labilitate memoriæ, vide aliqua in verb. Bartolus. Bart. *in l. is potest, in 3. col. in princ. de acq. hæred.* dicit ibi, in decretis probari, sed non recordari, vbi dicatur. ¶ Ad obliuionem causandam interdũ requiritur spaciũ decem annorũ: *gl. in §. pen. Inst. de vsucap. & gl. in l. 1. C. de seru. fug. Ioh. de Mon. Ferr. in l. 1. § 1. col. 4. ff. de v. obl.* ¶ Quando dicatur, memoriã nõ extare: & quale sit tempus, de cuius initio non constat de cõtrario per memoriã hominum, *vide supr. in verb. fama, & infr. in verb. probatio, & in verb. antiquum.* 138

De Me-

De Medico & Chirurgo.

139 MEdici Iureconsultis non sunt præferendi: *Cassan. de glor. mund. par. 10. n. 25. vbi hanc quæstionem in vtramq; partem prolixè disputat.* ¶ Medici ab honoribus excusati sunt: *VVesenb. de Vacat. & Excusat. muner. n. 4. Schurff. cons. 44. cent. 1.* ¶ Inter Medici officia olim erat, & secandi & castrandi peritia: *l. 4. in fin. ad l. Cornel. de sica. l. 9. in fin. ad l. Aquil. Paul. 5. sent. 22. §. 3. in fin.* vt & venas incidendi, Quòd & Galenus se fecisse scribit.

140 Quando homo vulneratus est mortuus, tum iudex debet adhibere medicos & chirurgos, pro contemplatione & inspectione vulnerum, & illos consulere: qui considerata qualitate vulnerum, secundùm artem suam exponant, & referant: an, & quæ vulnera sint mortalia, nec ne, & an ex istis vulneribus mortalibus sit mortuus. Et omnia scribantur & notentur: *l. fina. & l. si semel, §. causa, C. re mili. lib. 12. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de ven. inspic. l. cum ita, ff. de verbor. obligat. Geyl. in obserua. 111. lib. 2. Blancus, in repe. l. fin. ff. de quæstio. mihi num. 20. versi. & ideo.* & iste Blancus istam practicam circa inspectionem vulnerum, existimat meliorem: cùm medicus magis cognoscat mortalia, à non mortalibus, & peritis in arte sua cùm sit credendum: *l. 1, ff. de ventre inspicien. & ibi Barto. c. proposuisti, De probatio. & ibi alij Dd.* & ista relatio medici multùm facit ad cognitionem causæ in iudicando, an quis teneatur de occiso, & quis, maximè quo genere armorum: *l. fina. ff. ad l. Cor. de Sica.*

141 Statur etiam iudicio medicorum in casu, quando vulneratus ex interuallo est mortuus, an vulnera à principio fuerint lethalia, & an ex illis sit mortuus: *Barto. in tractatu suo, de percussionibus, Angelus in tract. malefi. vers. & ex interuallo dictus Titius, & de hac practica habe. in addi. latina, lit. c. ad Artic. 68. lib. 1. Landrecht.* ¶ Consuetudo obseruat, das man sie auch sonderlichen darzu vereydet: vnd seind gemeiniglichen die Gerichte/als Richter vnd Schöppen mit eim Notario oder mehren darbey: Notarius notat & recipit relationes.

142 Sic etiam per medicos de cicatrice mensura potest iudicari: *Angel. in d. tracta. malefi. in vers. cicatrix & signum.* ¶ Sed an medicus ad iudicis arbitrium, vel ad electionem consanguineorum mortui, adhibeatur, (*Si consanguinei defuncti & occisoris inter se dissideant, iudex medicum eliget.*) docet *Angel. in d. tracta. versi. & ex interuallo, num. 4.* tamen requiritur diligens apud iudicem inquisitio: alias enim eius relatio nō valet: *notat Ant. Cors. in sing. suis, in verb. medic°.* ¶ In Medico morum probitas, & artis peritia requiritur: *l. 1. de decr. ab ord. fac.*

Medicus circa curationem vulnerum multa debet considerare. Et qualiter ex sua negligentia teneatur, (*Ob dolum lege Cornelia tenetur, ob culpam, cui & imperitia annumeratur, extra ordinem.*) notauit Ange. *in d. vers. & ex interuallo, num. 5. 6. 12. 13. & 14.*

Sed debet circa curationem vel inspectionem vulnerum, iudex adhibere & credere saltem medicis, qui sunt periti totius artis & scientiæ medicinæ: & non sufficit, quòd sint saltem Chirurgici: *Angel. Areti. in proœmio Institu. §. cumq; hoc, nu. 1.* ¶ Et quando plures medici & periti in arte medica non possunt haberi, statur iudicio & dicto vnius: *Hippo. de Marsi. in repe. l. si in rixa, num. 67. ff. ad l. Cor. de Sica.* 143

Et quòd medicis deponentibus, vulnus non fuisse mortale, magis credatur, quàm alijs testibus contrarium asserentibus, dixit Anto. Corse. *in singul. suis, in verbo testis 9. nu. 3.* & pulcherrima in istis, vbi cadit materia vulnerum & medicorum, docuit Geyl. *in obserua. 111. lib. 2. obseru. Cam. Impe.* & ibi in fine dicit, quomodo medicus se tutum faciat, etiam in foro conscientiæ, quòd sua culpa infirmus vel vulneratus non sit mortuus. (*Si limites suæ professionis non excedat: si in arte sua peritus sit. si diligens circa curam infirmi: & deniq; si ægrotum de his, quæ contraria valetudini sunt, edoceat.*)

Sed medico debetur suum salarium, etiam ab illo, quem inuitum curauit: *Ludoui. Roma. in singula. suo 124. incip. tu habes, per gloss. singularem, in c. prouidendum, distinctio. 83.* Plura de medicis inuenies, *in tracta. de peste, in fine, Francis. Ripæ.* 144

Medici non resuscitant mortuos, sed ægris adsunt, quàm diu res est dubia: vbi res patientis omninò abiectas vident, sese subducunt. Sic ius non resuscitat lites mortuas, sed causis tantisper adest, donec dubiæ sunt: vbi autem causa est desperata, aduocatum causam deserere iubet *l. rem nouam, C. de iudic. Dauth. de testam. fol. mihi 139. in addit. marginali. Hier. Laurent. decis. 21. sub n. 2. gloss. l. 1. §. Diuus, de var. & extraord. cognit.* ¶ Medici industrij qui, *Hier. Laur. d. lo. n. 4. & 5.* ¶ Venditio ab infirmo facta medico, si læsio interuenerit, rescinditur: imò in totum non valet; *Fachin. lib. 2. controu. iur. c. 25. plura in hanc sententiam, vide in Vincent. Carrarij in tr. de Medico.* 145

Ad Medicos interdum in iure confugimus: *vide Bart. in l. contumacia, §. fin. ff. de re iudic.* ¶ Medicorum appellatione veniunt obstetrices, & qui certam tantùm partem corporis curare solent, vt dolores dentium, auricularum: *l. 1. post princip. & ibi Bart. ff. de var. & extraord. cog. pulcrè Alex. in cons.* 146

conf. 15. prope fin. vol. 1. nec. nec requiritur, quòd *sit doctoratus, vt Alex. ibi probat.* ¶ Medici dicuntur circuitores, q. circumeuntes, sanantes ægros: *l. qui duas, §. gratia, de execut. tut.* Dicuntur etiam parabolani: *vt in dict. gloss. l. qui duas*, item dicuntur Archiatri: *l. fin. §. qui militibus, C. de inoff. testam.* ¶ Medicus adhibitus ægro, inprimis ægrotum ad confessionem debet inducere, & prouisionem Spiritualium: *c. cum infirmitas, de pœn. & remiss.* ¶ Medici inscientia non imputatur percussori: *l. si ex plagis, ad l. Aquil.* ¶ Medicus imperitè sanans, tenetur, vel ex locato, vel l. Aquilia: *l. qua actione, §. fin. ad l. Aq. & l. seqq.*

147 Inter medicum & infirmum non potest dici Locatio, nec inter clientulum & aduocatum, nec Doctorem & Scholarem: *Bart. in l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.* Sed contra hoc mihi videtur tex. *in l. qua actione, in fin. ad l. Aq.* ¶ Medico euentus mortalitatis imputari non debet: *l. illicitas, §. sicut medico, de off. præsid. Sed imperitia.* ¶ Medicus non debet esse illiteratus: *gl. in Auth. de iud. in verb. qui ex se.* ¶ Medicus habere debet pecuniam ex publico: *l. archiatri, C. de profess. lib. 10.* ¶ Quod medicamenta morbis, hoc iura exhibent negotijs: *in Auth. hæc constitutio, 1mo. Const.* ¶ Morbis nouis noua antidota conuenit præparari: *c. cæterum, de iuram. calum.* ¶ Medici serui esse possunt: *vide Iason. in l. 2. ff. quòd quisq. iuris.* ¶ Medicus, qui podagram curauit, quæ demum reuersa est, an debeat habere salarium: *vide Bart. in l. maritus, de locat. & cond.* ¶ Medicus mortale vulnus sanare non potest: patronus verò pessimam caussam potest facere videri bonam: *gloss. in l. quod si nolit, §. si mancipium, in verb. medicum, de Æd. Edict.*

De Medio.

148 MEdium tenendum: *l. nec supina, vbi gl. not. de iur. & fact. ign pro hoc adduco tex. in l. qui lancem, ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Media sententia & via eligenda est: *ita facit ICtus in l. adeò, §. cùm quis, de acq. rer. dom. & Imperator, in §. cùm ex aliena materia. Inst. de rer. diuis. & Inst. per quas pers. nob. acq. ibi, & hoc ita, & §. ideóque sancimus, eo. tit. & in l. fin. C. de contrah. empt. l. sciendum, de æd. edict. Instit. de ingen. §. 1. in fin. vide optimè Caual. in tract. de Transact. q. 12. col. 3. vbi pulcrè loquitur* Et quando media via est eligenda, & quando non, *vide gloss. in §. fina. Institut. quibus ex causs. ma. non licet.*

Et quòd media via & modus sit eligendus, *textus est in l. continuus, §. item qui insulam, ff. de verb. oblig. l. si quid venditor, & l. seqq. ff. de Ædil. Edict. vide in verb. Doctor, vbi pulcra, & Curt. cons. 10. fol. 81. col. 4.* Hinc dicit gl. Distingue tempora, & concordabis scripturas: *gl. in l. apud antiquos, C. de furt.*

Hinc dicimus, quòd meliùs est, caussas per medium dirimere: *l. filio, ff. vt legat. nom. cau.* Et hoc solent facere rustici, partes concordando. Quòd repræhenditur per glos. *in l. nescimus, de negot. gest.* ¶ Tamen si controuersia est dura & rigorosa, idem nos facere debemus, & hoc suadet Imperator in l. congruentius, C. de patr. potest: *vide Dec. cons. 232. vol. 2. de quo vide suprà, in verb. Doctor, nec non & in verbo caussa, & in verb. rustici.* ¶ Media præsumuntur, probatis extremis: *pulcrè Fel. in c. sunt in 12. col. num. 26.* ¶ Ad præmissa, quòd media via sit amplectenda, *est optimus text. in l. solet, ff. de off. procons. quem ad hoc ibidem, Zas. in paratit. ff. not.* vbi dicit: Mediocritatis optimum esse temperamentum; proconsul enim Xenia, id est, munera hospitalia, nec ab omnibus, nec à nemine recipiet: Quòd hoc inhumanum, illud vilissimum sit: sed intra modum se continebit. Vbi addit hoc esse, quòd apud Aulum Gellium dicitur: dimidium plus esse toto. 149

De Meliorationibus.

DAs Sachsenrecht sagt/ *in Art. 53 lib. 2. LandRecht*: Was ein Mann bawet auff frembdem Gute / do er Zinse von gibt: das mag er wol wieder abbrechen/ ob er von dannen zeucht vnd seine Erben nach seim tode mögen es auch thun: ohne das Thor/ vnd ohne den Zaun fornen vnd hinden / vnd das Haus ob er das gebawet hette / vnd den Mist / dann dis soll der Herre lösen nach der gebaweten Köhr: thut er das nicht/ dieser mag wol eines mit dem andern wegführen. 150

Loquitur autem textus de bonæ fidei possessore, & de melioratione necessaria, non voluptuosa: & sic concordat ius ciuile: *in l. domum, C. de rei vendi. & §. certè illud, Institut. de rerum diuis. l. pro voluntarijs, ff. de impen. in rebus dotal. fact. facit ad hæc text. in l. si seruos, ff de pigno. actio. Menochius cons. 64. volum. 1. num. 31.* 151

Sed nota, ex textu iuris Saxonici, quòd interdum meliorans teneatur accipere æstimationem rei, quam sine magno incommodo & deformatione non potest tollere. ¶ Et attenditur tempus restitutionis fiendæ, quatenus tunc temporis meliorationes eæ valere reperiuntur: *l. domos. ff. de lega. 1. Rolan. à Valle, in cons. 30. num. 6. lib. 1.* 152

Nota, meliorans rem emptam, sed alij obligatam, si euincatur, liberatur præstando primam æstimationẽ: *Corse. in singul. suu, in verbo. melioratio.* Sed an indistinctè procedat 153

cedat, remittit ad Bart. *in l. inhis, quæ, C. de præd. & om. rebus naui. lib. 11.* ¶ Ob die nützliche Besserung vnd Gebewe/ so in Lehngütern geschehen/ mit dem Grunde/ dem Lehns Volger zukommen vnd bleiben/ *Vide VVesenb. §. Actionum, de action. ex conducto, in fin. Instit. de Actio.* decisum est, quòd sic, secundùm ius Saxonicum, *in Constit. Electo. Saxo. Arti. 31. par. 3.*

154 Melioramenta in rem obligatam facta, quatenus creditoribus æquè atque principali sint obligata, (*Si nimirum ab ipso debitore facta sunt: secus, si à tertio ad quem res obligata peruenit.*) docuit distinguendo Geyl. *in obserua. 25. num. 17. lib. 2.* ¶ Et quomodo meliorationum impensæ debeantur, & retentionis remedio possint peti, consuluit Decia. *in consi. 18. volu. 2. num. 34.* plura in quibus rebus habeat locum, & de multis alijs bonis in ista materia, consuluit d. Decia. *in cons. 29. volu. 2.*

155 De impensis & meliorationibus, quas fecit conductor vel vsufructuarius, quis illas præstare teneatur: an iste conductor, locator vel dominus, consuluit benè Menochius, *in cons. 64. vol. 1. per totum. Schneide. in tit. de actio. §. actionum, de actione ex conducto, num. 11.* ibi, expensas quas conductor à locatore repetat? De adiectis seu melioramentis tollendis, *ibidem nu. 22.* & ibi de melioramentis in feudis, quando reuertitur feudum ad dominum, quòd hæredibus soluere teneatur: *per c. si Vasallus, tit. hic finitur tex.* Respondet, non solùm de meliorationibus, sed etiam de alijs adiectionibus & augmentis feudi, Iulius Clarus, *in lib. 4. senten. §. feudum, quæst. 88.*

156 De melioratione emphyteusis quatenus, ad Vasallum, vel eius hæredes, vel ad dominum directum pertineat, respondet Iul. Clar. *in lib. 4. senten. §. emphyteusis, quæst. 45.*

157 De meliorationibus in rebus factis æstimandis, *Menoch. lib. 3. præsumt. 32. Vide Moll. lib. 1. semestr. c. 30.* ¶ De meliorationibus rei hypothecæ & pignori subiectæ, *Couar. pract. quæst. c. 8. lib. 1.* ¶ De melioramentis reficiendis, *Menoch. lib. 2. centu. 3. cap. 258.* ¶ Melioramenta soluta à Rectore Ecclesiæ, acquiruntur Ecclesiæ & successori in beneficio, si simpliciter emta & soluta sunt: secus, si de bonis proprijs Rectoris, aut nomine proprio soluta sint; *Caualc. decis. 32. p. 2. in contract.*

Melioramenta liquidata & approbata, an debeant solui ante finem locationis: & an solui debeant secundùm æstimationem iam factam vel fiendam, si essent deteriorata, *ibid.* Melioramenta quæ sint: & an possint abradi & tolli, si non soluuntur à directo domino: *ibid.* debent potius vendi domino, quàm alij.

De Mendace seu Mendacio.

Mendacij pœna quæ sit, *vide in l. de ætate, §. 3. ff. de interlo. in iur. fac.* ¶ Conuentus rei vendicatione, negans se possidere, & conuictus de mendacio: quia probatur, quòd possideat: debet in continenti ab eo auferri possessio, & in actorem transferri, etiamsi de iure suo nihil probauerit: *textus est in l. fina. ff. de rei vendica.* 158

Aduerte tamen, ne decipiaris: non enim intelliges, quòd proprietas istius rei detur actori: sed quòd transferatur tantùm possessio in eum, & reus efficiatur petitor, vnde nõ auditur amplius, nisi super proprietate: hoc & quæ requirantur, *vt d. l. fina.* habeat locum, notat & colligit Abbas, *in c. penul. cùm causam, colu. 6. vers. secundò dicit gloss. ext. de iuramen. calum. & ibi notatur per d. Do. Abbatẽ,* quòd eiusmodi interrogationes debeant fieri officio iudicis: an autem sint in obseruantia, in qua parte iudicij debeant fieri, & reus an teneatur ad illas respondere, vide ibidem Abbatem *col. 6. vers. tertio dicit, & notatur in glossa, in verbo responsionibus.* Similiter nominando Titium, quòd pro eo possideret, & conuictus de mendacio, priuandus est possessione, & ad petitorem est transferenda: *Specul. in tit. de primo & secundo decreto, §. restat, num. 20. vers. quid si nominans:* & hæc sunt vera: nisi pœniteat ante litis contestationem secundum Aretinum *in §. omnium, nu. 11. Insti. de actionib.* 159

Aliud: emphyteuta negans rem esse emphyteuticam, & cõuictus de mendacio priuatur suo iure emphyteutico. ¶ Idem esse dicitur in Vasallo negante feudum, si conuincatur de mendacio. Idem de creditore inficiante rem sibi esse pignoratã, quia videtur repudiare ius pignoris: & de plurib. alijs negantibus, vide Iasonem, *in l. 1. in penul. & vltima colum. C. de Transactio.* Teneas tamen menti, quòd ista iura habent locum, saltem quando specialiter & simpliciter negatur: secus, quando diceret: Nego narrata, prout narrantur, & dico, petita non esse vera, quia per talem negationem videtur negare illud, quod est de substantia libelli, non autem eius circumstantias: *declarat cum alijs Hippo. de Mars. in singula. suo, 242. incip. textum habes, & poteris ibi videre, qualiter iura odio habẽt mendacia.* 160

Et quòd sic euitet pœnam negationis, notat Maran. *in ordi. suo iudicia. in cap. de litis contesta. num. 4.* Et de negante positionem, vel falsam asseuerante, quòd nõ possit se iuuare ex illis, dicit Specula. *in tit. de positio. §. octauo loco, num. 1. 2. & 3.* 161

Nota, quòd quis nominando aliquem mendacem, vel arguendo quem de mendacio, committat iniuriam, & teneatur ad emendationem triginta solidorum de Iure Saxo-

Saxonico, *textus est in Art. 16. lib. 2. LandRecht. Et facit additio ibidem in lit. M.*

162 Et quòd nominans mendacem, ad instar reputandus sit, vide *c. nemo peritorum 11. q. 3.* sed per verbum, tu mentiris, quòd inducatur litis contestatio, tenuit Robert. Marant. *in ordine suo iudicia. c. de litis contest. num. 4.* ¶ Nota: mendax impetrator carere debet impetratis, & de similibus, vide & cogita. ¶ Et qualiter ex mendacio formetur indicium ad torturam, notatur infrà, *in lit. T. vers. de tortura.*

163 Quis mentiatur, & quot sint genera mendacij, habetur in tex. *c. is autem, c. beatus Paulus, & in c. primum est 22. q. 2.* in quib. casib. vel causis liceat mentiri, vel non, habetur *in d. c. primum est, & in sequentibus capitulis, vsq. ad finem d. 22. q. 2.*

164 Mentiri & celare veritatem ob suam salutem licet: *Gram. theor 3. num. 4.* & hoc quidem non de iure poli, sed fori. Mendacium ad euitandam mortem dicere non licet: *Seraph. priu. 132. nu. 4. c. ne quis, & c. seq. 22. q. 2.* quia mendacium semper est peccatum, *ibid. d. nu. 4.* ¶ Tutor si de mendacio fuerit conuictus, ex hoc solo probatur, quòd semper fuerit in dolo, & contra talem potest iurari in litem: *Plot. de in lit. iur. 8. §. 5. n. 13.* ¶ Depositarius vel custos negans depositum, si conuincatur mendacij, contra eum potest iurari in litem: *Plot. §. 10. num. 2. vbi declara.* ¶ Contra mendacem iurari potest in litem: *Plot. §. 36.* ¶ De mendacio vide. *verb. veritas, & verb. fides: Afflict. decis. 18. limit. vt Marsi. d. verb. negante, n. 15. 16.* ¶ De mentiente & negante: *Marsi. de bannit. v. negantur.*

165 De pœnis mendaciorum, *vide remißiuè Prateium de R. I. lib. 7. tit. 2. c. 1. fol. 833.* ¶ Propter mendacium, perdit quis priuilegia & beneficia iuris: *Seraph. priu. tur. 31. num. 41. & seqq. vsq. ad 49. vbi infer. & priu. 63. num. 22. Marsi. verb. negantur, n. 12. 14. & seqq.* ¶ Mendax perdit ius quod in re habet, in pœnam mendacij, nisi illud specialiter lege exprimatur: *Thess. dec. 50. num. 4. Ias. l. 1. num. 11. & 12. de trans. C. Dec. l. nemo ex his, de reg. iur. Curtius tr. de mend. circa poss. num. 16. Thess. dec. 50. num. 1. & 2.* ¶ Mendacium proferre, etiam officium negando vel occultando, vt à morte quis liberetur, an liceat, *Viuius decis. 196. num. 11. lib. 1.* ¶ Mentiri, & mendacium dicere, non esse diuersa, *Basius in suis paradox.*

166 Multos casus notabiles, *vide per Iaso. in l. quod te, in 11. colum.* in quibus quis propter mendacium vel negationem, perdit beneficium, quod aliàs à lege habebat. ¶ Mendacium, & furtum æquiparantur: *tex. in l. hæreditatum, §. fin. ff ad l. Falcid. quem ego ad hoc pondero.* ¶ Mendacium an dicere liceat, vbi non est perniciosum alteri, & suæ salutis præseruatiuum, & multa pulcra, vide per Alex. *in l. qui totam, ad Trebell.* ¶ Mendacium duplat pœnam: *l. contra negantem, C. ad l. Aq. l. fin. ff. de rei vend. l. 3. ff. quod cum eo. Iaso. in §. omnium, num. 87. & in §. item si quis in fraudem, num. 79. Inst. de Act.* ¶ Ex simplici mendacio non præsumitur dolosè dictum, nec actionem de dolo inducit: *l. & eleganter, §. fin. de Dolo.* ¶ Mendaciorum omnia genera, *vide 22. q. 2. per totum, & maximè c. 1. vbi enumerantur octo genera.*

An si dixero, Saluo honore tuo mentiris, possim conueniri iniuriarum, & quid, si prouocatus dixi, Mentiris? *Bartol. in l. si quis extraneus, per illum tex. de acq. hæred. Alex. in l. turpia, de leg. 1. vide Goz. post Moder. in l. fin. ff. quod quisq. iur.* ¶ Ei qui dicit, te commisisse crimē aliquod, licitè potes dicere, Tu mentiris: *l. quæ omnia, §. 1. de procur. vbi Bart.* licitum est enim in alium retorqueri: *l. si quis in graui, §. vtrum, ad Sill.* ¶ Pro salute alterius non licet mendacium dicere: *gloss. in c. quod ait, 14. dist. c. 2. 22. q. 2. & c. ne quis, & c. super eo, de vsur.* Ex quo dicto Goz. *in l. omnes populi, in 4. q. 1. q. princ.* infert, ad pulcram q. An liceat mulieribus vti fucatis coloribus, vt placeant maritis, stante statuto Episcopi, quòd tales sint excommunicandæ. ¶ Versùs hostes & latrones mentiri licet: *l. 1. §. labeo, de dolo. vide Bonif. de Vitell. in tract. crim. tit. de pæn. mu. sibi no.* ¶ Contra mendacem datur actio de Dolo: *vide tex. in l. & eleganter, §. fin. de Dolo.* ¶ Propter mendacium quis non punitur, nisi dolo dixerit: an autē in dubio quis præsumatur dixisse mendacium dolo? Dic, quòd si sibi affert commodū, dolo dixisse præsumitur: *l. & eleganter, §. idem Pomponius, vbi declarat Bart. ff. de Dolo, vide Goz in l. quod te, lect. 44. in fin. si certum pet.* ¶ Vna pœna mendacij est, quòd sibi postea non credatur, etiam dicenti veritatem: *Auth. contra qui propriam, C. de non num. pec. quem tex. ibi ad hoc ponderat Sal. vide Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 79. Inst. de Act.* 167

Martinus Lutherus, *super Gen. cap. 26. fol. 36.* facit post Augustinum triplex mendacium. Primò perniciosum, quod fit, quando studio decipiendi dicitur falsum, in detrimentum proximi, siue rerum, siue famæ, siue animæ ipsius, & hoc pessimum est. ¶ Alterū genus est officiosū, hoc est charitatis, & misericordiæ: vt si magistratus quæreret furem, vt raperet eum ad supplicium, & ego scirem, tamen negarem, me scire vbi esset: ibi mentior, non in perniciem, sed salutem proximi: aut si viderem aliquem insidiari pudicitiæ virginis, aut matronæ, & fingerē me nescire eam: ibi mentirer in salutem & honorem puellæ. Sic Michol mentitur patri, Dauidem abijsse, sed in salutem ipsius. 168

Licet igitur, vbi sine damno magistratus, aut parentum fieri potest, tegere & defendere eos, quos petunt, aut quærunt. ¶ Tertium genus est iocosum, quando quis cum aliquo iocatur salua tamen grauitate, pietate, & fide: qualis est ludus Rebeccæ, & Isaac: aut cùm maritus fallit, aut ludit vxorem, aut filiolum, quæ fallacia detecta mouet eis risum & hilaritatem: ibi definit mendacium, & nihil est præter risum & ludum. Hoc etiam vtile mendacium est, præsertim inter coniunctos familiaritate & beneuolentia. *Hæc Luther. vbi supr.*

De Membro hominis.

169 QVid sit membrum, (*Quod est corporis pars, quæ in corpore nostro propriam & distinctam operationem habet*) & quæ partes hominis, veniant membrorũ appellatione? Barba, (*Barba pro pilis accepta, non est membrum, sin pro mento, similiter non est membrum instrumentale,*) dens, (*Negatur esse membrum,*) digitus, (*Idem in digito, quia ista, quæ contineant membra, vt digitus, dens, mentum, propriè non appellantur membra, sed officia membrorum, & ideò in statutis appellatione membri non veniunt: nisi alia apparet mens statuentis, vel nisi ex digiti debilitatione tota manus inutilis redderetur,*) an sint mẽbra? Statutum dicens, amputetur sibi membrũ, nõ verificari in digito, sed in manu, Angelus *de malefi. in versi. membrum prædictum remanet debilitatum*, quid de mammillis mulierum, (*Hæ veniunt appellatione membri, non autem mamillæ viri, quia in corpore virili separatam operationem non habent, vt in muliebri.*) & de genitalibus, (*Affirmatur.*) & de alijs: vide Bal. *in l. data opera, colum. 10. circa finem, C. qui accusa. non poss. & ibi dicit*, vbi lex facit mentionem de membro, & aliud non exprimitur, quòd intelligatur de manu.

170 Wie zu Sachsen Recht/ (*Si criminaliter agatur, ob mutilationes, lemnüß, vel etiam vulnera atrociora, kampffbare Wunden, pœna est manus amputatio, dum tamen actor prius, reo de mortis periculo caueat. Sin ciuiliter eo nomine agatur, dimidiũ VVerigeldum præstatur. Ob alias iniurias reales aut verbales, emenda præstatur: Sicut & ob vulnera quæ vulgò Fleischwunden, itẽ Beinschrörige wunden vocantur. Quilibet tamen digitus, aut pedica, hoc est, digitus pedis emendatur, secundùm quod eius decima pars in VVerigeldo est constituta,*) eine Lähmnüß eines jeglichen Glieds verbüst werde/ *habetur in tex. glossis & addi. Art. 16. lib. 2. LandR.* Ibidem, von verbüssung eines Fingers/ Zehen/ Zahns/ Mundt/ Nasen/ Ohren/ vnd Augen. Et *in gl. 5.* specialiter nota: Wer einen aus freuel vnnd vorsatze lähmet/ vnd es peinlich wird geklaget/ man soll dem Thäter die Handt abschlagen: vide informationem seu consilium, auff Ober vnd Erbgerichte/ vnd von Brüchen/ Straffen vnd Bussen dareyn gehörende/ versi. ohne Fleisch Wunden/ *post Specul. Saxo. fol. 565.* vnd daselbst auch von Haarauß reissen. (*Von haarrauffen das schlecht ist, verbüsset man 30. Schilling Pfenning.*)

De iure communi expilans alicui capillos, vel Barbam, vel crines, (non tamen sanguis exijt,) tenetur pœna 10. librarum parti, & 20. librarum fisco: *tex. est in c. 1. §. si quis aliquem de pace tenen. in vsib. feudo. notauit Lud. Roman. in singula. suo 569. incip. expilans, & ibi declarat per alios Pignolius in addi.* 171

De membri mutilatione, quòd in casibus membrum mutiletur, habetur *in l. 3. & in glossa Authen. sed nouo iure, C. de seruis fugitiuis, & ibi notant Dd.* sed semper, quòd mutiletur manus, & illa in qua minus potest, docent Dd. *ad d. Authen. sed nouo iure.* Et Ange. de malefi. *in versi. quas non soluerit*, amputetur sibi manus dextra. Wie vnd wann einer (*Cum videlicet reus homicidium fassus, defensionem allegatam & quodammodo præsumptam docere non potest,*) in casu homicidij, mit Handtabhawẽ zustraffen/ *vide in Constit. Electo. Saxon. cap. 8. parte 4.* 172

Membrum propriè est, quod habet diuisum officium: vt manus, pes, lingua, &c. *Barto. in l. 2. de pub. iud.* ¶ Membrorum suorum nemo est Dominus: *l. liber homo, ad l. Aq. l. 1. §. sed cum liber homo, de his qui deiec. vel effud. l. fin. eod. tit.* Ergo in corpus suum sæuire nemo potest, quia hoc est capitale: *l. omne delictum, §. qui se vulnerauit, de re militari, l. si quis aliquid, §. fin. de pœn. l. fin. §. si quis autem, de his, qui sibi mortem consciuer. vide Dd. in §. iuris præcepta, Inst. de Iust. & iur.* ¶ Membri abscisio an sit pœna capitalis, *vide Barto. in l. 2. de pub. iud. & not. per me, in l. imperium in glo. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* 173

De Mendicantibus.

QVid circa mendicantium personas, & eleemosynarum dationes sit considerandum, docuerunt *Barto. & Ioan. de Platea, in rubr. & nigro, l. vnicæ, & ibidem in additionib. C. de mendicant. validis, lib. 11.* dicit, *hic*, Barto. quod conferat hæc doctrina de mendicantibus, inter alia: quando in testamentis legantur bona, pauperibus vel mendicantibus distribuenda. Fratribus mendicãtibus, quatenus possint legari bona immobilia prohibita alienari, notat Anton. Corset. *in singula. suis in verbo mendicantes.* de Clericis mendicantibus & successionibus eorum, docuit Nicola. ab Vbaldis, *in suo tractatu de success. ab intesta. clerico. regula. & secula. in prin.* 174

Nota: mendicantes validi & robusti mendicare nõ debent, ne miseris vel verè debilibus 175

bus panē auferant. Imo iustius feceris si iniuste petentē correxeris, quàm si ei dederis: *dicit Rubr. in d. tit. C. de mendi. vali. lib. 11.*

176 Mendicus quis dicatur, *D. auth. de test. tit. de mutandi testamenti potestate, num. 73. fol. 105.* ¶ Mendicus non est, qui petit & obtinet beneficium Ecclesiasticum: nam neque est donum, neq; eleemosina, cùm concedatur propter officium: *D. auth. ibid.* ¶ Mendicus non est, qui petit officium aut feudum: nam gratis non datur: *ibid.* ¶ Ita Carol. 5. & Rex Galliarum, post mortem Maximiliani 1. petierunt dignitatem Imperial. ab Electorib. *ibid.* ¶ Mendicitas non est, si quis donet ob causam vel remunerationem, *ibid.*

De Mensuris & ponderibus.

177 IN ciuitatibus & alijs territorijs debent esse mensuræ, & pondera publica, ad quæ publicus recursus habeatur: quorum normam si quis excesserit, puniatur: *vide Ioan. de Platea, in l. modios, C. de suscepto. præpo. & arca. lib. 10.* Pœna falsificantis mensuras, est de iure ciuili relegatio: *l. pe. §. fina. ff. de falsis*: de Iure Saxonico, Staupschläge mit Landtsuerweisung. Quando autem ipse non falsificauit, sed saltem falsa mensura vtitur, tunc puniatur arbitrariè, secundùm maius & minus: *l. si falsas, C. ad l. Cor. de falsis, est tex. Art. 13. lib. 2. Land Recht, & ibi habetur in addi. latina, lit. G.* ¶ Hodie, *§. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis,* ostendit, soli principi licere mensuris quantitatem tribuere. Defendi tamen potest, subditis altam, vt vocant, iurisdictionē habentibus ex longa præscriptione in suo territorio, suarum mensurarum quantitatem diuersam à principali tueri licere, vt augeant, vel minuant sine autoritate principis. Hinc legimus, modios æneos vel lapideos, cum sextarijs per mansiones singularū ciuitatū collocari: *l. 9. C. de susceptorib.* & quidem in Ecclesia: cuius rei multa hodie extant vestigia in templis, Abbatū præsertim: *Nouell. 128. c. 15.* Et ex ipso vsu publica nota signari: *V. Guid. Pap. quæst. 49.*

178 Digitus, palmus, pes, miliarium, quid sint, & quomodo mensurentur, *Viuius decis. 488. num. 16. lib. 3.*

De Mensuratione miliaris.

179 BArto. *in l. 1. in fin. ff. si quis cautio. iudi. sisti non optemp.* dicit, quòd debet fieri mensuratio miliaris per viā, quæ magis frequentatur: & hoc, quando fit propter terminum eundi & redeundi: sed si fieret ob aliam causam, puta propter vicinitatem, vel propter causam forte braxandi vel coquendi cereuisiam: tùm debet fieri per rectitudinē loci: & si non potest fieri per terram, fiat per aerem, de quo per Bart. *in l. 3. ff. de verb. sign. l. continuus, §. cùm ita, ff. de verb. oblig. pulcherrimum in ista materia habemus consilium Henning. Göden, consi. 12. De mensura miliari. Et facit consi. Alex. de Imol. 22. incip. consideratis verbis, vol. 4.*

Wie nach Sächsischer Art vnnd Gewonheit, habetur *in addit. lit. B. Art. 66. lib. 3. Land-Recht.* Welches will, das solch Messen soll geschehen nach der gemeinen Strassen vnd Fahrwege do man pflege auff zugehen vnnd fahren, mit einem Rhade welchs achthalb Ehlen solle im Circkel halten, vnd nach Rhuten zahl: vide hæc & alia bona, *in d. additione*: De mensura, & mensore agrorum vel finiū, vide *titulum, ff. si mensor fal. mod. dixerit.* ¶ Eine Meile soll haben 60 Gewende, ein Gewende soll haben 60. Ruten, eine Rute soll haben achthalb Ellen. 180

Milliarium, mille passus faciunt: *gl. in l. 1. ff. si quis cautio. l. mille passus de verb. sign. §. cuiuscunq; Inst. de excus. tut.* ¶ Et quomodo debet fieri mensuratio, & per quam viam, & si diætæ non sunt integræ, *vide per Bart. in l. 1. si quis cautio.* Et semper pro vno die debent computari 20. miliaria: *vide tex. in l. scire, §. aliud, & §. præcedens, ff. de excus. tut. vide Petr. in Tit. Qual. feud. negl. deper. in fin.* Hoc intellige de milliaribus Italicis, quorum quatuor vel quinq; faciunt vnum milliare Germanicum: non de Germanicis. 181

De Mense.

INdubio vt mensis repletus dicatur, requiruntur triginta dies naturales: *Alex. de Imol. in consi. 1. volum. 5. versi. nunc videndum.* Et si statutum non faciat mentionem de nomine mensis, intelligitur de triginta diebus: *idem Alexand. consi. 114. circa finem eo. volum. 5.* (*Et hæc dinumeratio communi quoq; Germaniæ consuetudine recepta est, teste Mynsing. cent. 6. obseruat. 40. nu. 19.*) Et requiritur, mensis quòd ponatur in instrumento: notaui infrà, *in litera P. versi. de probatione per instrumentum.* Expedit scire numerum dierum mensiū propter practicam: *l. septimo mense, ff. de statu hom.* & propter alia. 182

Mensis mentio quando fit, in dubio intelligitur de mense 30. dierum: *vide Soci. in reg. 260.* ¶ Punitus vt certam rem infra mensem restituat, quot dies pro ipso mense cōputentur: *gl. in extrau. suscepti regiminis, prope finem in verb. eo ipso, ne sede vac. in extr. com. Bar. in l. cum bisextus, de verb. sig. Soc. in reg. 260.* 183

De Messe.

IN messem alienam, falcem immittere nō debes: *l. nullus, de parroch. c. 1. 6. q. 3. c. venerabilem, de Elect. in princ. 11. q. 3. scriptum. ff. si seru. vind. l. sicut, §. Aristo. Bart. ita dicit in l. si prius, in 11. q. & ibi Ias. de oper. no. nunc.* 184

De Mercatoribus.

185 DE mercatoribus & eorum libris, vide quæ notaui infrà, *in litera S. versicu. de societate, & in litera P. versi. de probatione per priuatam scripturam.* ¶ In foro mercatorum, vel inter mercatores, æquitatem potius, circumscripto omni rigore iuris, esse spectandam: & quòd non debeant ibi esse fallaciæ & fraudes, consuluit Decian. *in consi. 109. volum. 2. num. 54.* Libri mercatorum quatenus (*Si mercator bonæ famæ sit, & veritatem scribere consueuerit, si sua manu rationes conscripserit, si causa debiti expressa sit, si liber contineat data & accepta.*) probent plenè, vel saltem semiplenè, (*Semiplenè probant, vt iuramentum suppletorium proferenti deferri posit. Sanè in foro mercatorũ, communib. requisitis impositis plenè probarent. Idem, si consuetudine hoc inductum esset,*) & quòd in foro mercatorum iudicetur ex æquo & bono, quodq; operetur in illis consuetudo, docuit Ceyl. *in obseruat. 20. lib. 2.* ibi autem, vbi ex æquo & bona fide agitur, ibi apices iuris non curantur: *l. si fideiussor, §. quædam, ff. manda. l. & si cognitio, C. si contra ius vel vtil. pub.*

186 De mercatorum vtilitate, laude & nobilitate, dixit Menoch. *in consi. 9. lib. 1. per totum.* Respondens ad quæstionem, an pro mercibus & negociationibus sint immunes à collectis & oneribus. ¶ An Mercatura sit ars sordida, & deroget nobilitati, *vid. Mynsing. centur. 6. obseruat. 54. Maranth. p. 4. dist. 9. num. 56.*

187 Mercator non dicitur, qui suos fructus superfluos vendit: *Laur. dec. 14. n. 7.* ¶ Mercator quis non dicitur vnico actu: *Seb. Med. de reg. iur. reg. 4. num. 76.* ¶ An liceat mercatori cariùs merces vendere pecunia credita, quàm statim numerata vendidisset: *Couar. var. resol. lib. 2. c. 3. num. 6.* & an vsurarius censendus, qui rem vendiderit cariùs iusto precio, ob dilatam solutionem, *nu. 7.* ¶ Mercator an præsumatur soluendo, vel non: *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 59.* ¶ De mercatorum libris, *ibid. præsumpt. 62. & 63.* ¶ Item signis & nominibus, *præs. 64.*

188 Socius mercator & debitor, qui nulla contradictione facta literas ad se datas accipiunt, an in eis scriptam obligationem, contractum & debitum approbasse præsumantur, *Menoch. d. lo. præsumt. 65.* ¶ Mercator ex causa potest prohiberi mercaturam exercere: vt puta propter fugæ suspicionem: *l. de pollicitationibus, ff. de pollicit.* vel si in negociationibus, ad mercaturam spectantibus malè versatus sit: vel dolum quærit: *l. moris, v. interdici, de pœn. l. annonam, ff. de extraord. crim. Beneu. Straccha. in tr. de mercatura, in 3. p. n. 33. & 34.* ¶ Mercator sine periurio vix esse potest & sine mendacio: *Coler. p. 1. c. 10. num. 120. vide quædam in mercatores, in Pet. Gre. Tholos. de Repub. lib. 3. c. 6. n. 48. & 49.*

In curijs mercatorum sola æquitate inspecta proceditur, vnde non potest opponi ista exceptio: Non interuenit stipulatio, sed pactum nudum: *Barto. not. in l. quintus, Mand. Bald. in l. si pro ea, col. fin. C. Mand. Dec. in consi. 7. in fin. 2. colum. Goz. in l. omnes populi, in 2. q. 1. q. princ. de Iust. & iur. vide supr. in verb. ius. ibi ICtorum subtilitates, vide Soc. in Rubr. de verb. obl. num. 7. & ibi Carol. Lect. 2. & Alex. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, de verb. obl.* ¶ Et ergo quo ad eos, nõ differt pactum nudum à stipulatione: *ita dicit Bald. in c. si pro debilitate, de off. deleg. De quo vide Alex. in l. iurisgentium, §. sed cum nuda, in fin. de pact. vide Carol. in Rubr. ff. de verb. obl. lect. 2. De quo vltra prædictos vide Soc. in l. singularia, in 5. colum. ibi tertia conclusio, si certum pet. & eundem in Rubr. de verbo, n. 7.* ¶ Mercatorũ verba debent exponi impropriè, vt eorum scripturæ saluentur. *Bart. in l. 2. C. de his qui ex publ. rat. lib. 10.* ¶ An liber rationum faciat semiplenam probationem etiam pro mercatore, *vide Bart. in l. admonendi, in 5. col. de iureiur.* ¶ Licèt libris mercatorũ adhibeatur fides: tamẽ hoc tantum procedit: Quando sunt bonæ conditionis, & famæ: secus si viles, Quia tunc eis nõ creditur: *vt per Bal. in l. cunctos populos, 38. col. versi. quintum exemplum, C. de sum. Trin. vide Goz. in l. si quis nec causam, in princ. si cert. pet.* ¶ Vnus mercator non potest alium prohibere eodem negociationis genere vti: *l. quæro, de iur. patron.* 189

Mercatori quis pecuniam dare potest, vt inde honesti lucri partem percipiat: *c. per vestras, de Donat. inter vir. & vxor. Bar. in l. Diuus Seuerus, ff. ad l. Falcid.* ¶ Difficile est, inter ementes & vendentes nõ interuenire peccatũ. *c. qualitas, de pœn. dis. 5.* & ibi gloss. dicit, Quòd contrahentib. licitum est, se inuicẽ decipere: *l. item si pretio, §. fi. loc.* vbi Bar. limitando hoc, dicit: Nisi aliquis vltra dimidium pretij sit deceptus, quia tunc agitur secundũm famam: *l. 2. C. de rescind. vend. & c. cum dilecti, de emp. 88. dist.* ¶ Mercatorum statuta, contra statuta generalia ciuitatis, vel ius comune, non nocent alijs, quàm ipsis, & hæredib. eorum. & an talia statuta egeant alia confirmatione principis, & alias quæstiones pulcras, vide per Ias. *in l. omnes populi, in 10. col. in princ. ff. de iust. & iur.* 190

Statutum mercatorum si disponit: Quòd filius teneatur pro patre, debet intelligi, quando filius etiam erat mercator, & de illa professione patris: alias secus, Quia illud statutum non ligaret filium. Item debet intelligi, quando pater contraxit in loco originis, vbi statutũ viget: si verò pater 191

pater contraxit extra, filius conueniri non potest, licet pater: *ita not. voluit Goz. in dict. l. omnes populi, in 2. q. 1. q. princ. Bl. in l. 1. C. ne filius pro patre, & per ea, quæ voluit præceptor suus Senensis, in l. Modest. ff. de except. facit, quæ voluit Bart. in l. fin. C. ad Maced. & in l. 3. §. hoc edict. ff. naut. caup. stab.* ¶ Potentiores & nobiliores debent se à negociationibus abstinere, vt plebei faciliùs possint negotiari: *l. nobiliores, C. de comm. & merc.*

192 Idem negociationis genus in eadem Colonia exercere, vnus alium prohibere non potest: *l. quæro, de iur. patr. qui in fortioribus terminis loquitur.* ¶ Exceptiones de Apicibus iuris non possunt opponi in curia mercatorum, vbi de æquitate debet procedi: *Bald. in l. si pro ea, in vlt. colum. C. Mandat.* ¶ Exceptio procuratoria, & aliæ non concernentes factum, dicuntur de apicibus iuris: *Bald. vt supr.* ¶ De mercatoribus, quòd ipsi nunquam possint Deo placere, & alia pulcra de negociationibus, vide tex. *in c. eÿciens, 88. dist.* ¶ Si mercator conuenit cum Titio, quòd scribat Gaio, vt sibi credat aliquas pecunias pro emendis mercibus necessarijs: si Titius non scripsit, tenetur mercatori ad damna, & interesse, quæ passus est ex eo, quòd dictus Titius non scripsit: *vide Alex. in consi. 52. vol. 6. viso primo puncto.*

De Meretrice.

193 Accessus ad meretricem publicam non nuptam, est impunibilis, nisi sit carcerata: ratio est, ne fiat iniuria castitati carcerum, & loco qui est publicus: *l. 1. C. de offi. iudicis.* Sic etiam bannitus, vel alius incarceratus, impunè non potest occidi: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 150. incip. accessus.* ¶ Simile potest dici de alio loco publico, pio, sacrosancto, vel religioso: quia eadem vel maior potest esse ratio.

194 Sed nota, quòd regulariter puniatur talis accessus arbitrio iudicis, propter publicam honestatem, quæ violatur per illum scilicet accessum. Notaui aliqua supra, *in litera H. versi. de honesta.* videlicet, quòd possit expelli de ciuitate: *& suprà in liter. D. versi. de infectione.*

195 Meretricem rapere an sit capitale, vide Hippo. de Marsi. *in repet. l. vnica, C. de raptu virgi. num. 19. & Matth. de Matthesila. in singulari suo 101. incip. nota vnum, & Paul. Castrens. in consi. 106.* ¶ Meretrici ad explendam libidinem quod datur, repeti non potest: *l. idem 4. §. sed quid, ff. de cond. ob turp. ca. vbi Duare. c. 4.* quod verò illi per stipulationem permissum est, exigere non potest: *l. generales 26. de v. o. Duaren. d. loco.*

196 Meretrix intelligitur, quæ non est nupta, & talem vitam agit: *Capyc. decis. 44. num. 1. & 2.* ¶ Meretrix dici nequit, quæ propter amorem, non propter pecuniam, sui copiam fecit: *Menoch. lib. 2. centu. 4. c. 328.* ¶ Meretrix, quæ publico lupanari se exhibet & prostituit, cogi potest ob iustam mercedē quemcunque admittere: *Couarr. V. R. lib. 3. c. 14. sub. num. 1. versi. addit tamen idem Contr. ibid. num. 2.* ¶ Meretrix licèt remoueatur à muneribus & honoribus, tamen potest obtinere ius patronatus: *Viuius lib. 1. decis. 134.* ¶ Meretrix publica de bonis turpiter acquisitis testari potest: secus in meretrice occulta, cuius bona fisco applicantur: *Viuius decis. 482.*

Meretrices possunt cogi ad portandum habitum distinctum, vel signum, vt ab alijs honestis mulieribus possint dignosci: *Paul. de Castr. in l. minimè, C. de Episcop. aud. idem in Iudæis, vide supr. in verb. Iudæus.* ¶ Meretrix si venerit ad inhabitandum viciniam, possunt vicini eam expellere implorando officium iudicis, ne alias inficiat: *Paul. de Castrens. in l. nullus, C. de summ. Trin. & fid. Cath.* ¶ Meretrix est, quæ multorum libidini paret: *c. vidua, 34. dist. & repetit gloss. in c. inter opera, de spons.* ¶ Meretrix etsi sit turpis persona: *l. Pomponius, si autem pa. quis ma. fuer.* non tamen est infamis: *secundùm gloss. ibi,* nisi in adulterio deprehensa fuerit. ¶ Meretrix publica infamis est: *Alex. in consi. 11. volum. 1. in princ.* ¶ Meretrices non sunt dignæ legum laqueis: *l. quæ adulterium, C. de adult. gloss. in c. 1. de loc. & cond.* ¶ Meretrices, histriones, gloss. *in c. si cupis, in fin. 16. q. 1.* Canes appellat: Quòd bona filiorum, id est, pauperum, à canibus absumi non debent. 197

Mater meretrix filiam propter meretriciam vitam exhæredare non potest: *l. in arenam, vbi Barto. Fulg. Iaso. C. de inoff. test.* Secus tamen est in patre: quia licet sit meretricarius, filiam meretricem potest exhæredare: *ita limitat Fulg. & post eum Iaso.* ¶ Mulier meretrix maritum habens, si filium pariat, præsumitur natus ex matrimonio: quia pater est, quem nuptiæ demonstrant: *l. quia semper, de in ius vocand. casus est in l. miles, §. sexaginta, vers. defuncto, de adult.* ¶ An cum meretrice nupta committatur adulterium, *vide gloss. & Barto. in l. quæ adulterium, C. de adult.* ¶ Aliud est esse meretricem, & aliud pro meretrice haberi: *vide Barto. in l. si maritus, §. legis Iuliæ, de adult.* ¶ Meretrici quod datur, non repetitur: *l. idem & si ob stuprum, de cond. ob turp. caus.* & meretrix quæstum non turpiter accipit.

Coitus cum meretrice iure ciuili est impunitus: *l. 1. de concub. Barto. in l. verum, in pri. ff. de furt.* ¶ Meretrix principi de tribu Iuda copulata est coniugio, de qua postea Christus 198

Christus nasci dignatus est: *Andr. in c. integritas, 3. q. 1.* ¶ Non solum concubina, sed & meretrix publica, suis coniunctis succedere potest ab intestato: *vt not. Ange. per illum tex. in §. sed & aliud, in Authen. quibus mod. nat. eff legitimi, vide Dec. in l. 1. in 2. colum. C. vnde vir & vxor.* ¶ Meretrix promissum sibi ab aliquo petere non potest: *Barto. in l. idem, de cond. ob turp. causs. per l. generaliter, de verb. obl. & c. fin. de pact. Barto. tamen in d. l. idem declinat in contrariam partem.* ¶ Meretrix in causa criminali testis an esse possit: vel saltem in crimine Læsæ Maiestatis: vel saltem ad torturam inferendam, *vide infr. in v. Testis.*

De Metu.

199 DE metu, & probatione eius, & quando matrimonium metu contractum censeatur, notat Alexand. de Imol. *consi. 47. & 48. volum. 4. & pulcherrimè Geyl. in obseruatio. 93. lib. 2. obseruat. Camer. Imper.* ¶ De probatione metus, quòd durante metu actus sit factus: & de probatione actus spontanei, docuit Hippo. de Marsi. *in practica sua crimi. §. expedita, numer. 17.* & vlterius inuenies ibi metus materiam eleganter tractatam, & apud eundē Hip. *in sing. suo 325. incip. dixit tibi.*

200 De actione & exceptione, quòd metus causa, Angelum Aretinum, *in titu. Institut. de actionibus, §. quadrupli, in princ. & de exceptio. §. sequitur, num. 37.* & ibi habebis pulcherrimam materiam: adde ea, quæ eleganter dixit Rolandus à Valle, *in consi. suo 2. lib. 1. num. 71. versi. non obstat,* & ibidem in sequentibus de iuramento per metum extorto, an sit seruandum, (*Vide supr. lit. I. rubr. de iuramentis extraiudicialibus. §. Et an à iuramento vi metuuè, &c.*) & Do. Rolandus à Valle, *in d. consi. 2. à nu. 47. vsque ad num. 94.* multos cumulauit actus qui propter metum gesti sunt nulli & inualidi: & quis metus sit iustus metus, vel qui actus in habitu, vel potentia, inferant metum. Hippo. de Marsi. *in d. §. expedita. in prin. vsque ad num. 10.* dicit, de potentia vel suspicione fiendi actus, illam potentiam idem operari, quod actum in habitu.

201 De metu mulieris respectu mariti, idem Hippo. *in d. singula. 325.* Si mulier quæ consensit Instrumento facto per virum, probet, se acerrimè fuisse percussam antea à viro, quòd nolebat consentire, fecisse metu videtur: *Bartol. l. si ob turp. 7. ff. de cond. ob turp. caus.* ¶ Et tandem an præsentia alicuius, cui debetur reuerentia, inducat iustum metum ad rescindendum actum. vide Barto *in l. ad inuidiam, ff. quod me. causa. benè notauit Socin. in regu. fallentiarum, regu. 379. incip. præsentia, fal. 671. vide titulos, ff. C. & ext. quod metus causa.*

202 De confessione metu tormentorum extorta, quatenus valeat, vt possit quis ex illa condemnari, notauit pulcherrima Bru. à Sole, *in consi. suo vnico criminali, quæ ibi vid.* ¶ De metu ad effectum præstandæ cautionis denō offendendo, & impetrandi mandati de non offendendo, *Vide Geyl. in lib. 1. de pace pub. in q. 2. in prin.*

De metu, vide *Plot. de in lit. Iur. d. §. 3. n. 11. &* 203
seq. vsq. ad 20. & Seraph. pri. 110. ¶ Potentiā aduersarij, & eius metum potest quis probare iuram. *Seraph. priu. 7. num. 28. & 29.* ¶ Metus iustus: *Geyl. lib. 1. c. 2. de pace publica. VVinold. Molrad. tr. de matri. tit. de sponsal. fol. mihi 17. Viuius dec. 394. lib. 2.* ¶ De metu quædam dicta Philosoph. & de timore, quòd sit duplex, non inconciuna, vide in Constant. Rogg. *de protest. rubr. 1. §. 3. nu. 10. & 11. fol. 24.* ¶ De metu iusto cadente in constantem virum, *vide omn. Moz. in contr. matrim. colu. de substant. essential. & form. matr. nu. 4. 5. & seqq. fol. 92.* ¶ De metu iusto, quo gesta fiunt irrita, *vide Men. lib. 2. cent. 2. c. 135.* ¶ Metum iustum causat perditio omnium bonorum: *Myns. cent. 3. obs. 23.* ¶ Metus quomodo probetur: *Bennic. de priu. paupertatis, speciali. 7. n. 7. & seqq.* ¶ Metus reuerentialis, *Cach. dec. 179. n. 2. & seqq.*

Metus minor excusat fœminas: *Pruckm.* 204
l. in multis, de statu hom. p. 2. art. 17. ¶ Causa metus & violentiæ durante, metus quoque ipse & violentia iuris præs. cōstabit: *Pruckm. §. venatio, c. 4. nu. 50. vbi multa ad hoc.* ¶ Actus præsumitur metu factus vbi iuramentū interuenit. *Seraph priuil. 29.* & metus iacturæ honoris, grauior est morte: *c. ibid. n. 2.* & metus periurij est maximus: *n. 3.* ¶ Actus metu factus quando valeat: *Seraph. priu. 110.* ¶ De metu reuerentiali liberorū, vxoris & similium, item de eius probatione & effectu, remissiue Dan. Moll. *lib. 2. Semest. c. 6. n. 5.*

Metus quando dicatur iustus, & quòd 205
nō purgatur metus durante causa, quæ metum intulit, *Dec. consi. 219. volu. 2. viso puncto.* ¶ Plus creditur duobus testib. de metu deponentibus, quā mille de libera voluntate, *vide Ias. in l. interpositas, in 1. col. C. de Transact.* ¶ Metus perditionis omniū bonorū, æquiparatur metui mortis: *Bar. in l. penult. in pen. col. de cond. ob turpem caus. vide supr. in v. pauper. vide Abb. in c. gemma, in 1. not. vbi pulcra Apostill. ext. de sponsalib. Bal. in l. isti quidem. Quod met. causs. Inst. de excus. tut. §. item si propter litem l. fi. C. de reuo. don. & Im. in c. cum dilectus, quod met. caus. dicit,* quòd iustus metus est perditio omnium bonorum: *Oldr. in consi. 88.*

De metu reuerentiali, & eius aliquot ef- 206
fectibus notabilibus, & de cautela per quā tollitur, *vide per Ias. in §. quadrupli, n. 63. Inst. de act.* Et quòd talem metum reuerentialem tollit

tollit præsentia amicorum, vide Alex. in l. Transactionem, C de Transact. & in l. interpositas, C. eod. tit. ¶ De probatione metus, vide Alex. in d. l. interpositus, C. de Transact. ¶ In eo, qui iusto metu timet ostendi, cautio nuda non sufficit: c. transmissa, vbi gl. & in c. literas, vbi etiam gl. de restit. spol. Dec. cons. 100. vol. 1. col. 3. in fin. col. ¶ Quod quis metu carceris, & in carcere promisit, seruare non tenetur: in Specul. Saxo. lib. 3. Arti. 41. ¶ Actio quòd metus caussa non competit pro minore summa duorum aureorum, sicut actio de dolo, vide suprà in verb. Dolo, & Ias. in l. cum mota, in pen. col. C. de Transact.

De Meo & Tuo.

207 QVicquid fit in re mea, possum propria authoritate tollere, si etiam res sit à me possessa: l. quemadmodum, §. 1. ad l. Aq. l. si vitem, §. qui ad ianuam, quòd vi aut clam. ¶ Secus esset, si ego non possiderem: vide de hoc latè Dec. in cons. 221. vol. 2. num. 5. non patitur. ¶ Secus etiam est, si quid supra meum pendet: quia tunc debeo agere negatoria ad illud remouendum: d. l. quemadmodum, vbi gloss. bonus tex. in l. vnica, C. vt nemini liceat sine iudicis authoritate, vide Bart. & Moder. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. no. nunc. & Ias. in d. l. vnica, adde Bart. in l. generali, C. de Decur. lib. 10.

208 Et destructio illius rei in meo solo factæ, est possessionem defendere: l. si seruus, C. quòd cum eo, vbi Bart. in d. l. vnica. ¶ Meum quod est, ex alia causa meum fieri non potest: c. inter dilectos, de fid. instrum. §. sic itaq; Inst. de Act. l. possideri, §. ex pluribus, de acq. poss. l. suæ rei, de contrah. emp. Inst. de leg. §. sed etsi legatarij. ¶ Quod meum est, me inuito à me auferri nequit: l. id quod nostrum, ff. de R. Iur. l. fin. ff. de pact.

Firmius illud habeo, quod est meum, & quod acquisitum habeo ex mea prouisione, quàm alterius, vel legis: l. filius, §. erit, de fideiuss. libert. l. 2. de off. procons. l. quòd principi, & l. si Augustæ, de leg. 2. ita illa iura ad hoc allegat Bart. in l. si insulam, in 6. opp. 1. part. de verb. oblig. ¶ Sic & magis & firmiùs meum est, quod probitate mea consequor, quàm quod per meos antecessores acquisitum est mihi: gl. in l. si quid in bello, de capt & postlim. reuers. ¶ Quod nota pro nouis nobilibus: Quia sua virtute nobilitatem à Cæsare acquisiuerunt, qui meliores sunt his, qui à parentibus successione nobilitatem habent: de qua re ego disputationem habui, & per præmissa ita sensi, addendo præmissis: Cùm omnis nobilitas hodie ex Imperatore fluit: l. 1. ff. ad l. Iul. de Amb. ergo ille, qui immediatè ab Imperatore nobilitatem habet, melior est, vel saltem æquè nobilis, sicut is, qui à patre nobilis nascitur. Et melius est, ex fonte, quàm ex riuulo bibere. ¶ Meum & tuum verba, si de medio sublata essent, quietissimè homines viuerent: c. dilectissimis 72. q. 1.

Quod commune est, meum est: l. illud, 209
vbi gloss. de rit. nupt. l. si quis in fundi, §. Labeo, vbi Bart. de leg. 1. ¶ Hoc tamen non est verum propriè loquendo: vt per Br. in d. l. illud. Commune tamen meum est, quantum ad meæ partis dispositionem; ita Bart. not. ex l. 1. C. qui test. fac. poss. vbi pulcrè Ias. & infert hoc ad multas qq. vide in verb. communis. ¶ Sibi ipsi quis nec prohibere, nec imperare potest: l. penult. de Arb. ¶ Possum in tuo facere te inuito, quòd mihi prodest, & tibi non obest: l. 1. §. fin. de aq. pluu. arc. ¶ Quis non potest in suo facere, quod alteri nocet, & sibi non prodest: imò tenetur de Dolo, si animo nocendi faciat: l. 1. §. deniq; Marcellus, vbi iura in gl. de aq. pluu. arc. l. in fundo, ff. de rei vend. ¶ Quis non potest in suo facere, quod alteri nocet, & sibi non prodest, etiam ad vtilitatem tertij: l. vtilis, §. sed si adierit, ff. de leg. præst. ¶ Quis compellitur facere, quod alteri prodest, & sibi non nocet: dummodò contractus præcesserit, ex quo possit agi ad hoc: l. in creditore, de euict. l. 2. §. idē varijs, ff. de aq. plu. arc. de illis 4. reg. vide Ioh. Fab. & Ang. Inst. de l. Fus. Cannin. toll. vide de hoc Soc. in reg. 141. vbi limitat.

An quis in suo facere possit, quod sibi 210
libeat, vide Petr. in q. 403. & in q. 210. ¶ De iure communi in meo possum ædificare, quicquid volo: fallit, Wo mein Nachbar solches bawen gegen mir verjahret hett / vnnd in ein gewohnheit bracht / so kan / vnd mag ichs nicht thun: Idem dicendum est, von eigenen Fleischbäncken / Backöffen / Brewheusern vnd dergleichen / die einer wieder die gemein / vor sich sonderlich auffrichten wil Sed pro se & suis vnusquisque hoc liberè facere potest: vide LehnRecht c. 11. in gloss. in noua additione. ¶ De molendino nouo, quod quis vult in præiudicium prioris molendini ædificare, ego ita puto dicendum, vt suprà. Et hoc clarè deciditur, in gloss. d. c. 11. LehnRecht, fol. 22. colum. 1. in fin. illius folij.

Rei suæ vnusquisq; est moderator & administrator, prout sibi videtur etiã abutendo: vide multa de hoc infrà, in verb. res, vbi etiam habes, quæ res mea dicatur. ¶ Meum propriè non est, quod mihi debitum est: vt per gloss. Inst. de Act. in princ. in verb. debitor, vide Dec. cons. 300. visa petitione, vol 2. nu. 5.

De Milite.

211 MIles dicitur, qui armatæ militiæ deditus est, pro suorum, principis, vel Reipublicæ tuitione, & defensione: *toto titulo de militari testamen. C. & in ff.* ¶ Quot sint genera militum, & qui gaudeant priuilegijs eorum. ¶ Miles procedens ad bellum, si occidat aliquem, non est reus homicidij: quia legitima superioris authoritate occidit: *c. miles 23. q. 1.* ¶ An miles præferatur doctori & econtra, in incedendo, loquendo & sedendo, quæritur: & respondetur, quòd in actibus bellicis miles, in ciuilibus doctor: sed in actibus promiscuis doctorem militi præferendum, tenet *Cassan. de glor. mund. part. 9. consid. 1.* Antonius Caius, *in Apostilla ad Angelum Aretinum, in procemio Instit. §. Imperatoriam, num. 2. versi. quæro, quæ sit differentia.* Et *ibi* Angelus in ista residet sententia, quòd doctor militi sit præferendus: Sed vult intelligi de doctore, actu legente in studio publico, vel in scientia præcellente, vide.

212 Et miles quæ acquisiuit in militia, regulariter non tenetur conferre, neq; in legitimam imputare: *Bald. in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffi. testamen.* qui ibi facit quintuplicem militiam. ¶ Miles etiam in dignitate positus non potest torqueri, etiamsi vrgeant contra ipsum indicia: nisi à militia ignominiosè sit dimissus. Nec in cæteris ad torturam proceditur, nisi præcedentibus legitimis indicijs: *l. milites, & ibi Salice. C. de quæstionibus*: neq; pœnis plebeiorum miles in dignitate constitutus subijciatur, nisi sit in crimine læsæ maiestatis: *tex. & glos. in d. l. miles.* Vide ea, quæ notaui infrà, *in litera T. in verbo de tortura, versi. quæ personæ possint torqueri.*

213 De militari testamento, (*Condi tantum potest ab eo, qui in expeditione versatur: nam militibus stationarijs solennitates testamentorum non remittuntur, licèt cætera priuilegia militaria habeant.*) & multa bona de milite, docuit Geyl. *in obseruat. 118. lib. 2. obseruat. VVesenbecius in consi. 17. parte 1. de testamento militari, vide.*

214 Militibus iura in multis succurrunt: *Seb. Med. de conf. poss. gloss. 2. p. 3. n. 202. & seqq.* ¶ Vxor militis an gaudeat priuilegijs mariti militis, *Capyc. decis. 172.* ¶ Miles non conuenitur nisi coram magistro militum, & sic gaudent etiam priuilegio militari vigiles: *Viuius decis. 254. lib. 2.* ¶ De militibus Hierosolymitanis, quædam habet *Dauth. tr. de testam. num. 178. fol. 224. Viuius decis. 446. lib. 3.*

215 Miles, qui pro pace excubat, alienas caussas deferre non potest: *l. mulierem, de Accus.* ¶ Sex requiruntur ad hoc, vt quis sit miles: quæ enumerat gloss. *in l. pen. ex quib. caus. maior.* ¶ Militia non est dignitas: *Ioh. de Plat. in l. 1. in 3. col. C. de dignit. lib. 12.* ¶ De militibus, *vide pulcra, in tract. de debit. suspect. fugit. in 5. q. princ.* Vbi etiam habes: An milites nostri temporis gaudeant priuilegijs militum? ¶ Militia triplex: Equestris, cœlestis, & legalis: *l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iud. vide gl. in l. miles, de re iud. & in l. pen. de test. milit.* ¶ Et quòd Doctores sint milites, dixit Bald. *in l. huic scripturæ, vbi Apost. ad l. Aquil.* Et quòd Clerici sint milites, *vide suprà in verb. Clerici.* ¶ Remiges & vigiles milites sunt: *gl. in l. pen. de test. milit.*

Miles damnari debet, in quantum facere potest, & ei arma sint relinquenda: 216 *l. miles, de re iud.* ¶ Milites potius arma, quàm leges scire debent: *l. fin. in pr. C. de iur. delib. l. milites, C. loc. l. si militem, C. de cond. ob causs. l. milites, C. de re mil. & 21. q. 1. per totum.* ¶ Hinc est, quòd etiam procurator esse non potest: *§. præterea, Inst. de Except.* Tamen si datus fuerit, & non repulsus ante litem contestatam, postea repelli non potest: *l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procur. l. ita demum, C. de procur.*

Miles si aliquam exceptionem omisit vel obligationem, quæ sibi competebat, condemnatusque hanc ob rem fuerit, potest restitui in integrum: *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Et hunc text. in iure vnicum nota. ¶ Hoc tamen priuilegium cessat in militibus legalis & cælestis militiæ, ex quo ratio cessat: quia Clerici & aduocati debent scire leges: *l. 2. §. Seruius, de orig. iur. gl. in l. repetita, C. de Episc. & Cler. gl. in c. Episcopus, 37. dist. similes casus habes, in gl. in §. appellantur, Inst. de Except.*

De Minis.

QVi minatus est testibus, ne dicant veritatem, debet perdere causam: quia præsumitur fouere iniustitiam: 217 *Ange. in l. satis apertè, C. de falsis. Bald. in l. sub prætextu, el. 1. C. de transactio.* neque requiruntur minæ, quæ possunt in virum constantem cadere sicut in metu, vt annullet contractum: sed sufficiunt minæ quales quales: *sic voluit Hippo. de Marsi. in repe. Rubricæ, C. de probatio. num. 189. & in sequenti.*

Minæ an & quando contra aliquem, 218 considerata qualitate minarum, qualitate personæ minantis: quia forte solitus fuit minari, & nihil exequi: inspecta conditione eius, cui minæ sunt factæ, faciunt indicium mali animi & doli, notauit Anto. Blancus, *in repe. l. fina. ff. de quæstio. mihi nu. 179.*

Et qua-

Et quatenus faciant indicium ad torturam, notauit idem Blanc. *in numero 183.* faciens distinctionem personæ minantis, & cui minæ sunt factæ: *Specula. in tit. de præsump. §. species, versi. sed pone.* Imò minæ contra minatum faciunt indicium, quòd ex proposito interfecerit, vt se liberaret à timore incusso: *Ita Blancus secundùm Ange. in l. quemadmodum, ff. de inofficioso testa.*

219 Sed potest talis cui minæ sunt illatæ, minantem percutere, si sentiat periculum esse in mora: & si excesserit modum mitius, saltem de excessu, & non de toto, erit puniendus: difficilimum enim est iustum temperare dolorem. *Angelus in tracta. malefi. versi. & dictus T. se defendendo, num. 27.* ibi quæritur, an ex tota, & tenet Augustinus, *ibidem in addi. num. 28. & 29. Hippo. de Marsi. in pract. sua criminali, §. diligenter, mihi num. 85. & in sequen.* Et *ibidem num. 89.* refert secundùm Baldum, quòd agi posit actione iniuriarum contra minantem.

220 Et minæ, quia faciunt minato iustum timorem, inspecta qualitate personarum, prout docuit *Blanc. Ange. & Hippo. in prædictis locis,* potest minatus adire iudicem, eum implorare & mediante iudice minantē compellere, vt præstet securitatem, de non offendendo: *l. denunciamus, & ibi Barto. C. de his qui ad Eccles. confu.* etiamsi is fuerit primò minatus: *Barto. in l. qui bona, §. si quis iuxta, ff. de damno infecto.*

221 Item, qui timet offendi, potest petere à iudice sibi associari familiam: *gloss. singula. in l. si 14. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. per illa Ioan. de Arno. in singula. suo 30. incip. vulgata conclusio.* Et potest impetrare mandata de non offendendo, sed non sint minæ elusoriæ, quæ non sunt timendæ: *Geyl. in lib. 1. de pace pub. cap. 2. num. 10.*

De Minimis.

222 NOta, minima non sunt in consideratione, neq; sub statuto comprehenduntur: per varia exempla pulcherrimè declarat Hippo. de Marsil. *in repe. l. furem, à nume. 8. vsque ad num. 36. ff. ad l. Corne. de Sica. Ludoui. Roma. in singul. suo 334. incip. hodiè quidam.* ¶ Et quòd ex causa leui non præsumatur inimicitia: cùm modicum damnum sit æquo animo ferendum, notat Blancus *in repe. l. fina. ff. de quæstio. num. 130.*

223 Nota tamen, quòd pro re modica actio ordinaria possit intentari: *l. si proprietarius, in fine prin. ff. de damno infec.* ¶ Quæ autem res dicatur modica vel exigui precij, consistit in arbitrio iudicantis: *secundùm Barto. in l. ominino, ff. de impen. in reb. dota. factis, Hippo. de Marsi. in d. l. furem, numero 8. tenet secundùm Alexan. quòd dici possit res vilis à duobus aureis infrà.*

In iudicio Cameræ Imperialis causæ, quæ non excedunt summam 50. florenorum, propter earum vilitatem non recipiuntur. ¶ Notabiles huius materiæ inuenies declarationes & restrictiones, apud Andræam Sicul. Barba. *in proœ. Clemen. colum. 4. & in sequenti prima lecturæ*; latiùs autem *in 2. lectura, colum. 10. cum sequentibus. Vide tractatum Andr. Tyraquelli de iudi. in paruis causis feren. & aliqua apud Petrum de Rauenna. in suo Alphab. litera R. versi. res minima.* 224

Quòd actio furti detur etiam pro re minima. item quòd etiam pro minimo grauamine sic possit appellari, atq; pro magno, notauit Petr. Gerar. de Pet. Sancta. *in singul. suo 19.* quod nota cum alijs pro limitatione. Adde Theoricam: parum & nihil æquiparantur, secundùm Hippo. de Marsi. *in singula. suo 276. incip. parum, & ibi quoque benè declarauit.* 225

Minimum non curat lex: *latè Sebast. Med. de reg. Iur. reg. 5.* vbi egregiè distinguit hoc. ¶ Tenue quid dicatur, relinquitur iudicis arbitrio: *Seb. Med. reg. 5. n. 200. fol. 212.* ¶ Modica causa, *vide verb. causa magna.* ¶ In rebus modicis quæ probationes admittantur, *Seb. Med. reg. 5. n. 159. fol. 199.* ¶ Minimum vel modicum, vel minima vel modica causa, quot modis dicatur, *Sebast. Med. p. reg. 5. præcipuè lim. 59. fol. 237. vers. tamen pœnam.* 226

De minimis non est curandum: *l. scio, de in integr. rest. l. quamuis, de condit. & demonst.* Sed contra hoc faciunt multa, quæ adducit latè D. Ias. *post. Bart. in Auth. qui rem, C. de S. S. Eccles.* vbi facit regulam: Quòd propter omissam solutionem vnius nummi succedit pœna legalis. Hanc reg. probat 12. fundamentis. De hac regula: An de minimis sit curandum, vide Bart. distinguentem, *in l. si proprietarius, in princ. de damn. infect. & Bart. in l. si prius, & ibi Carol. in 6. opp. ff. de oper. no. nunc. vide Ias. in l. sancimus, in 3. col. C. de iud. adde aliqua per Soc. in reg. 81. & Ias. in l. si quis id, in 7. col. ff. de iurisd. om. iudic.* ¶ Sub Minus, Nihil continetur: *l. minus, ff. de V. S. l. illud, §. minus. ff. de trib.* 227

Per quem tex. Guilh. & Alb. decidunt, *q. Inter duos est conuentum*: quòd qui minus cucurrerit ex eis, solueret Societati cœnam: & dum in loco essent currendi, altero currente alter firmius stetit, an is, qui non cucurrit, dicatur minus cucurrisse, ita quòd ad cœnā damnari debeat: Et dicunt, quòd sic: quia qui non currit dicitur minus currere: *vide Ias. de hoc in l. vinum, in 14. col. in 6. fall.* 228

fall. Si cert. pet. gloſſ. fin. in §. introduxit, Inſt. quòd cum eo. ¶ In maiori ineſt minus: *l. 1. §. ſi ſtipulanti, vbi latè Bart. & Mod. de verb. oblig.* Vbi deciditur q. Si petas à me centum, cùm deberem 90. tantùm, an poſſum negare totum: & quid ſi debeo centum ſub conditione, tu petas purè, vel è contra: *vbi habes multas fallentias, relatas per Alex. & ibi Moder.*

229 De nihilo aliquid poteſt fieri: *gloſſ. fin. in c. in aqua, de conſecr. Eccleſ. vel alt.* Quod eſt contra regulam: quòd ab initio. Et princeps rei naturam mutare poteſt: *d. c. & l. vnica, C. de rei vxor. act.* ¶ Parùm & nihil, æquiparantur: *l. quamuis, de condit. & demonſt. Moder. in Auth. præterea, C. vnde vir & vxor. Iaſ. in l. ſi quis ante, in 5. col. de acq. poſſ. allegat l. 1. de tribut. & l. minus, de verb. ſignif.* ¶ Qui poteſt maius, poteſt & minus: *l. nec in ea. de adult. c. non licet, de R. I.* Hoc eſt verum in legis diſpoſitione, non ſic in facto hominis. *l. ſi pupillorum, §. ſi prætor, de reb. eor.* Vbi, qui poteſt vendere, non poteſt impignorare, quod eſt minus: *vide Carol. in l. 2. Lect. 16. de leg. 2.* vbi examinat: An, qui poſsit teſtari, poſsit & mortis cauſſa donare. Cùm conceditur, quod plus eſt, intelligitur etiam conceſſum, quod minùs eſt: *l. cui pacto, ff. de ſeru. expor. quem allegat Franc. Curt. in conſ. 4. fol. 64. in 1. col. in princ.* ¶ Cùm interdicitur minus, à fortiori maius eſt interdictum: *l. relegatorum, §. ſoluit, de Interd. vide Iaſ. in l. 2. in princ. de leg. 1.*

De Minoribus.

230 PLatea, *in l. 1. num. 1. C. de his qui veniam ætat. lib. 10.* tradit: minores eſſe dociliores: difficile autem eſſe, veteranos reformare: *l. præcipiunt, ff. de ædilit. edict. l. nu. C. de athlet. l. vn. C. de feud. lib.* ¶ De iure ciuili is dicitur minor vel minorennis, qui eſt infrà annum ætatis ſuæ 25. De Iure Saxonico, qui nondum compleuit annum viceſimum primú: *§. 1. Inſtit. de curato. Arti. 42. lib. 1. LandRecht.* ¶ Et minorennis vſque ad annos maiorennitatis poteſt ſub cura curatorum eſſe, ſi voluerit: *d. §. 1. Inſtit. de curator. & d. Arti. 42. in prin. lib. 1.* ſed ad lites curatorem habere cogitur: *vt Lehnrecht, c. 26.*

231 Sed tempus petendæ reſtitutionis in integrum incipit currere minori de Iure communi, ab anno decimo quarto, vſque ad annum viceſimum quintum: de Iure Saxonico ab anno duodecimo, vſque ad annum decimum octauum completum: quia tuncquis adultus dicitur, & pro maiore habetur: *l. Aurelio, §. Gaius, ff. de libera. lega.* ¶ Sed iſte minor adultus hoc ius petendæ reſtitutionis in integrum non tranſmittit ad hæredes ſuos: *l. Æmilius, ff. de minor.* (*Contrarium tenet Mynſing. obſer. 18. & 19. cent. 4*)

232 In practica verò licèt aliquis non compleuit poſtremum annum perfectè: tamen ſi compleuit 18. hebdomadas, iudicatur pro maiore, & bonorum ſuorum capace, & hoc zu Landrechte: zu Lehnrechte / incipit hoc tempus currere ab anno decimo tertio ætatis: hæc habentur *in addi. latina, litera c. d. Artic. 42. lib. 1. Landrecht.* ¶ Minori vt concedatur reſtitutio in integrum, duo requiruntur, quòd ſit minor & quòd ſit læſus, (*læſionem tùm probat, cùm ex ipſius actus facere ea non reſultat, aliàs ſecus, vt in præſcriptione, confeſſione delicti.*) *l. minorib. el. 2. & l. fin. C. de in integ. reſtitu. mino.*

233 Item, quòd ſit læſus dolo aduerſarij, vel ſui facilitate: *l. verum, §. ſciendum, cum §. ſequen. ff. de mino.* Et de iſtis tribus requiſitis, addito quarto, (*hoc tamen per Dd. communiter reprobatur, quia aduerſus, qui excipit de lapſu temporis, probare debet.*) quòd probet minor, ſe eſſe intra tempora petendæ reſtitutionis, & de alijs, docuit Mynſinger. *in obſeruat. 16. cent. 4. Menoch. in conſi. 100. vol 1. num. 280. & in ſequentibus.* ibi minori hoc beneficium quando competat, vel non, intra quæ tempora & qualiter petendum. ¶ Sed fallit in mutuo ibi enim non cogitur probare læſionem, ſed præſumitur læſio: niſi probatum fuerit, verſum eſſe in eius vtilitatem: tum enim obligaretur, in quantum eſſet locupletior factus: *l. 1. l. 2. C. ſi aduerſus credito. & per Dd. in l. ciuitas, ff. Si cert. peta. l. 1. §. 1. in fin. ff. de aucto. tuto.* quomodo autem probetur, eſſe verſum in eius vtilitatem, tradit Bal. *in l. 1. C. ſi aduerſ. credito.*

234 Sed iſta præſumptio læſionis pro, minore tollitur, ſi minor erat induſtrioſus & diligens: quia præſumitur pecuniam in proprias vtilitates conuertiſſe: *argument. l. fina. C. de pignor. Barto. in l. 1. col. 1. C. qui, & aduerſus quos.* ¶ Et notandum eſt pro defendendo minore in cauſa criminali, quòd ſi minor 25. annis confiteatur in iudicio delictum, de quo aliter non erat probatum: debet reſtitui in integrum aduerſus talem confeſſionem, abſq; alia probatione erroris, quia ex hoc ſolo apparet eū eſſe læſum: *ita ſingula. tenet Ange. in l. certum, §. pupillo, ff. de confeſſis, allegat textum cum gloſſa 2 in c. 2. de in integ. reſtitu. in 6.* Et ſic (dicit) eſt intelligenda *l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de mino.* & ſecundùm illa hæc notauit Matthæus de Matheſil: *in ſingula. ſuo 58. incip. nota vnum caſum, &c.* & concludit iſtud ſingulare dicendo, ſecundùm Paridem de puteo, quòd mutuum factum minori 25. annis ludenti, &, ſi perdiderit, non poſsit repeti: *per l. quòd ſi*

minor

minor, §. pe. ff. de mino. l. 2. ff. quarum rerum actio non detur.

235 Nota ad hanc materiam regulam, quæ est: Minor si ex forma statuti contrahere non potest sine consensu consanguineorũ: si contrahat, talis contractus ipso iure est nullus: *ita Bald. in l. si quis mihi bona, §. quid si mandata, ff. de acqui. hæredi.* Et istam regulam posuit Socinus, *inter regulas fallentiarum 319.* cum nouem limitationibus. Item eiusdem Socini Regula facit *sequens 320.* Quòd minor, publicatis attestationibus, regulariter restitui debeat, vt testes producere possit: *per Bar. in l. 1. §. Nunciatio, ff. de operis no. nun.* sed docuit tres fallentias, de quibus ibi vide.

236 Et minor petens se restitui contra appellationem omissam, quid probare teneatur ad restitutionem impetrandã: sed quòd saltem minorem ætatem probet, conclusiuè docuit Mynsinge. *in obseruat. 17. centu. 4.* ¶ Item, quòd minor contra quascunq; sententias restituatur: modò cognitio læsionis præcedat, deq; ea appareat. Sed an plenaria cognitio requiratur, vel saltem summaria sufficiat, (*si principaliter aduersus sententiam impleretur restitutio, plenaria cognitio requiritur: si incidenter summaria sufficit.*) notauit idem Mynsinge. *in obseruat. 21. cent. 4.*

237 Sed minor maiorem se asserens an restituatur, quatuor conclusionibus expediuit D Mynsinger, *in obserua. 20. centu. 4.* (*Summa est: si solus minoris dolus in assertione illâ interuenerit, restitutio non habeat locum; Cæteris casibus omnibus habeat.*) ¶ An minor contra contractum iuratum, restitutionem in integrum petere possit? concludit, quòd non, Geyl. *in obseru. 41. lib. 2. obseru. Cam. Imp.* ¶ Sed minor, cessante restitutione in integrum, quòd possit agere super nullitate contractus, notauit Geyl. *in obseru. 65. lib. 2.*

238 Aduersus solutionem in quantum restitui possit minor, vide eundem Socinum, *in regula 321. cum vna fallentia.* ¶ An & quatenus frater minor contra contractus & rationes fratris maioris restituatur, vide VVesen. *in consi. 3. part. 1.*

Minor etiam viginti quinq; annis, per se regulariter non potest adire hæreditatem: *l. more, & l. pupillus, ff. de acqui. hæredi. & l. cùm quædam, C de admi. tuto.*

239 Sed quomodo & qualiter possit adire, pleniùs notat & examinat Rober. Maranta, *in repe. l. Is potest, ff. de acqui. hæredi. num. 144.* faciendo distinctionem ætatum, infantiæ videlicet, impubertatis, vel adultæ ætatis: inuenies ibi bona.

240 Ætas minoris non excusat minorem delinquentem, licèt pœna minuatur: *l. 1. & l. auxilium, & l. Si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minoribus, l. impunitas, C. de pœnis.* ¶ Et an statutum vel consuetudo comprehendat minorem, quæritur? respondetur, quòd sic: *c. constitutus. De in integ. restitu. l. si sine, §. Lucius, ff. de admi. tuto.* vno modo limita. *per Ludoui. Roma. in singula. suo 816. incip. tu audiuisti, & ibi Nicolaus Pigno. in additione ad d. singul. adduxit fallentias sex, in quibus statutum non comprehendat minores, quem vide.*

De minorum læsione, *vide verb. læsio.* 241
¶ Precium rei venditæ à minore an in eius vtilitatem versum præsumatur, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 84.* ¶ Quando potest in criminalibus procedi contra minorem sine curatore, & si confessio facta sit per minorem, faciat indicium, & si potest puniri, & si minor potest donare, & quando petit restit. in integrum, quid habeat allegare, & cui incumbat onus probandi, *Viuius lib. 1. decis. 86.*

Minor quis potest esse altero, & etiam 242
maior, diuerso respectu: *glos. in c. quæritur 2. q. 7.* ¶ Minori consumpturo pecuniam qui mutuauit, non repetit: *l. quòd si minor, §. restitutio, ff. de minor.* ¶ Contra minorem non currit præscriptio: *sicut, C. de præscrip. 30. ann. gl. in l. auxilium, de minor.* ¶ Minor & Ecclesia æquiparantur: *gl. in l. si res publica, C. ex quib. causs. mai. gl. in c. 1. de restit. in integr.* ¶ An contra minorem maiori succedentem, si nihil est actum cum minore, sed cum maiore, currit præscriptio, & minor ignoret factum: & si currat, an restitui possit in integrum, *vide optimè Bart. & Alex. in l. cùm filius, §. in hac, de verb. oblig. & Bart. in l. 1. §. si quis autem, ff. de act. iur. priu.* vbi dicunt, Quòd sibi succurritur, non quia minor, sed quia ignorabat: vt si minor hæres Emphyteutæ per ignorantiam non soluit canonem, cadat à iure suo: *vide ibi suprà Bart. & Alex.*

Si minori maior succedat, an vtatur 243
priuilegijs minoris, *vide Bart. in l. cùm filius, §. in hac stipulatione, de verb. oblig. vide in verb. priuilegiu,* ibi an, & quando. ¶ Omnis contractus cũ minore etiã legitimè celebratus, scilicet authoritate tutorum & iudicis, potest rescindi per restitutionem: *l. in caussa, §. interdum, de Minor. vide Ferr. in pract. in form. libell. in actione reali, in verb. veru.* ¶ Et si iudicis authoritas interuenerit, si est læsus, quòd restituatur. *tex. est in l. si quidem, C. de præd. minor. Cyn. Alb. Fulg. Ias. in l. bonorum, in 3. col. C. qui admitt.*

Minor an restituatur, si est in dolo: an & 244
restitui possit post testium publicationem, vt testes de nouo producat, *vide Socin. in reg. 262. vide Bart. in l. 1. §. nunciatio, de oper. no. nunc. in princ. colum. eundem in l. si ex causa, §. nunc*

nunc videndum, de minor. ¶ Vbi quærit, quomodo minoribus in delictis subuenitur? Impubes furti tenetur: *l. sed & si quemcunq., §. sed & si, ad l. Aq.* Si doli capax est, *vt ibi dicitur, in glo. pulcer tex. in §. pen. Inst. de oblig. quæ ex delict. De omni delicto, l. impuberem, ff. de furt. vbi gl. l. fin. ex caussa, §. nunc videndum, de minor.* ¶ Minor aduersus solutionem sibi factam restituitur: *vide Soc. in reg. 263.* ¶ Talis tamen ætas impubertatis excusationem meretur: & an solùm in supplicio, an etiam in quæstione: *vide pulcrum tex. in l. 1. §. impubes, ad Sill. vide Dn. Philipp. Dec. in l. pupillum, de R. I.* vbi pulcrè declarat. ¶ Quibus casibus pupillus ex delicto teneatur: & per eundem, *in l. ferè in omnibus, de R. Iur.* quomodo eidem succurratur, & pœna mitigatur, *vide eum omninò.* ¶ Minor si aliquam allegationem, vel exceptionem, vel LL. omiserit: & si contra eum lata sententia, contra sententiam restituitur, vt omissam allegationem, seu probationem iterum inducat: *l. minor 20. annis, omissam, de minor.* & idem in militibus: *vide suprà in verb. Miles.* Secus in maioribus, quia non restituuntur: *l. peremptorias, C. sent. rescind. non poss.* Et idem in muliere: *vide suprà in verb. mulier, & in verb. filius.*

245 Si in contractibus minorum & mulierum, debet interuenire consensus consanguineorum, vel lege communi, vel statuto: & authoritas iudicis, an valeant contractus initi per eos per procuratores, *vide suprà in verb. mulier.* ¶ Item stante prædicto statuto, si contrahat minor sine consensu consanguineorum, an talis contractus ipso iure sit nullus? *De hoc, & 19 fall. vide per Soc. in reg. 261.* ¶ Cùm in aliquo actu gerendo obijcitur alicui, quòd sit minor, & ideò non debet admitti: an iste debet se probare maiorem, an aduersarius eum esse minorem, *vide Petr. q. 22.* ¶ Minores & mulieres, plerunq; & sæpè laborant contra propria commoda: *l. si pater in fin. C. de Sponsf. quem tex. allegat Panorm. in cons. 91. incip. quo ad primum dubium, numquid stante statuto, col. 3. in fin. vol. 1.* ¶ Ætas ista iuuenilis multis captionibus, & multorum insidijs exposita est: *l. 1. ff. de minor.*

Interuentus consanguineorum tollit suspicionem fraudis in actionibus minorum: *arg. in l. transactionem, C. de Transact.* ¶ Item, præsumptio est contra minorem, qui non vult acquiescere consilijs consanguineorum: *arg. c. ex studijs suis, ext. de præs. vide pulcrè Abb. in d. cons. 91. vol. 1.* ¶ Minoris priuilegia competunt ei, qui non omninò plenum habet intellectum: vt consuluit Socin. de eo, qui propter morbum Apoplexiæ linguam ferè amiserat & in intellectu læsus fuerat: *per gloss. in l. 2. C. de cur. fur. ita dicit Soc. in l. 1. in princ. in 3. colu. de verb. oblig.*

Pueritia durat vsq; ad 17. annos: *Bart. in l. 1. §. initium de postuland. vide in verb. ætas.* 246
¶ Puer quis dicitur, à septimo vsq; ad 14. annum: *gloss. in c. 2. de ætat. & qual.* ¶ Impubes furti tenetur, si est dolo capax: *l. sed si quæcunq., §. sed & si, ad l. Aq. §. pen. Instit. de oblig. ex delicto, vide suprà eod.*

Pubertas in mulieribus dicitur in 12. in viris 14. anno: rationem assignat gloss. *in l. 2. de his, qui ven. ætat. impetr.* quia mala herba citò crescit. ¶ Quando quis dicatur pubertati proximus, vel infamiæ, *vide Bart. in l. 1. ff. de nouat.*

Infantiæ ætas, quicquid videt, ignorat: *l. 1. in fin. C. de fals. mon.* ¶ Infans dicitur infra 7. annos: *l. si infanti, C. de iur. delib.* vbi Imp. hunc terminum exponit. ¶ Minor septem annis, quicquid agit, iuris præsumptione non intelligit: *l. in sponsalibus la. 2. ff. de Sponsf. l. 1. C. de fals. mon.* & de d. l. *in sponsalibus* D. Goza. sæpius in lectionibus publicis gloriari solitus est, dicens: Se istum textum ad hoc primò allegasse, dum Scholaris erat. Et hoc dixit, multis audientib. dũ Bononiæ legeret l. infantis, *C. qui admitti ad bonor. poss. possint, & intra quod temp. De hoc vide Dd. in l. 1. in princ. de verb. oblig. & in l. 1. §. adipiscimur, de acq. poss.* ¶ Infanti proximus quis dicatur, vel pubertati, tam in viro, quàm in fœmina, *vide Bart. in l. 1. ff. de Noua.* ¶ Infans contrahere, & se obligare nequit: *Ferr. in pract. in forma lib. in act. reali, in verb. veris.*

Pupilli sunt miserabiles personæ: *l. 1. C. quando imp. inter pupill. & vid. glos. in c. ex tenore, de for. comp. & plenè in c. significantibus, de off. deleg. Alex. in l. 1. de iurisd. omn. iud.* Ergo iudex officium suum non petitus impartiri potest. ¶ Pupillus ad diuisionem regulariter alium prouocare nequit: *vide Soc. in reg. 329.* ¶ An & quando tutor cum pupillo suo contrahere potest, *vide in verb. tutor.* ¶ Pupillus obligatur in eo, in quo est factus locupletior, & rem communem alienare non potest: *Dec. cons. 282. volu. 2* ¶ An & quando pupillus obligetur sine tutoris auctoritate, *vide gl. in l. C. de inut. stipul. Bart. in l. 1. de Noua.* ¶ Pupillus sine tutoris auctoritate se obligare nequit, etiamsi lucraretur: nam in eo, quòd est obligatus, eius conditio dicitur facta deterior: *De hoc vide pulcrè Dominum Gozad. in l. certi condictio, §. quoniam, in vlt. no. lect. 54. ff. Si cert. pet.* ¶ Pupillus vtitur iure Communi nisi in casibus à iure expressis, sicut dicimus in fisco: *l. 1. C.*

l. 1. C. de petit. hæred. gloss. in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de petit. hæred. Iohan. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colu. 9. in princ. de verb. obl. ¶ Nec pupilli fauor est publicus: vide vbi sup. ¶ Pupillus est vir & senex: l. seruus, de legat. 3. ita dicit glo. 3. in §. distrahimur, in verb. ostendat, in Auth. de Nupt.

248 Senex dicitur, modò aliquis LX. modò LXX. modò LV. annorum: secundùm gloss. in l. si paterfamilias, §. in arrogationibus, de adopt. gloss. in l. non aliter, de leg. 3. gloss. in l. hæreditatum, ad l. Falcid. vide supr. in verb. fama, in verb. antiquum: in verb. probatio, in verb. Testis, infrà. ¶ Seniores in testimonio, in dignitate iunioribus anteponendi: gloss. in verb. nouum, vbi Moder. post Barto. si cert. in l. cum quid. ¶ Senectus in ciuitate semper venerabilis fuit: l. semper, de iur. immun. gloss. & ibi tex. in Auth. de quæst. in §. si verò aliqui.

De Mixto & Vnione.

249 MIxtum attribuitur nobiliori extremo: l. imperium, & ibi not. Alex. de iurisd. omn. iud. c. quod in dub. de consi. Eccles. vel alt. l. cum in diuers. de rel. & sumpt. funer. & Dn. Iaso. in d. l. imperium, 8. similibus hoc confirmat, vide ibidem Gozadum, l. quicquid, de acq. rer. dom. l. quæritur, ff. de stat. hom. ¶ Ratione mixtionis, & difficilis separationis, aliquid admittitur, quod aliàs non admitteretur: vide sup. in verb. dubium. ¶ An dispositio loquens in casibus simplicibus, trahatur ad casum mixtum, vide per Dec. in l. posthumo, in princ. C. de bonor. poss. contr. tabul. ¶ Item an in odiosis, sub simplicibus mixtum comprehendatur? Dic, quòd non: l. si ita facta, ff. de iniust. rupt. l. vim passam, §. præscriptionem, de Adult. vide ad hoc pulcrè, Franc. Curt. in consi. 5. fol. 67. colum. 3. vide Carol. in l. 3. lect. 25. de legat. 1. vide latè Alex. in l. 2. in princ. ff. de verb. obl. & Barto. in l. si fideiussor, §. meminisse, de leg. 1. & in l. Aurelius, §. Gaio, de lib. leg. & D. Carol. in l. si quis arbitratu, fol. 141. de verb. obl.

250 Tamen dispositio loquens in casu simplici, comprehendit casum mixtum: quoniam magis participat de illo simplici, de quo est facta dispositio, quàm de alio: l. lega. seruis, §. si vnus, de leg. 3. declarando, & ibi per Barto. l. quæritur, de stat. hom. Hæc Ioh. de Mont. Ferr. in d. Rubr. de verb. obl. colum. 13. in princ. vide ad hoc Barto. in l. pediculus, in §. argento, de aur. & argu. leg. vbi quærit, Si statutum puniat portantem arma, quæ offendibilia esse possunt, an veniat puniendus. ¶ Si concurrant odium & fauor, debet potius considerari fauor, quàm odium. l. 2. C. de in ius vocand. vide ad q. per Abb. in c. in literis, in fin. de restit. spoliat.

251 Ratione vnionis & mixtionis, res alioquin diuersæ iudicantur eiusdem naturæ, & priuilegium tributum vni, tribuitur & reliquo: l. qui patri, de acq. hæred. l. si ex pluribus, de suis & legit. l. si communem, ff. quem. seruit. amitt. c. per tuas, de Arbit. c. Sacris, de sepult. l. si ita fuerit, et, 1. §. 1. de manu. test. Io. de Mont. Ferr. in Rubr. de verb. obl. in 7. colum. in fin. vide Barto. in l. stipulationes non diuiduntur, in 4. q. in vltimis verb. ibid. Sed contra prædicta posses de verb. obl. vide Carol. in l. 1. §. sed si mihi, chart. 77. fa. 2. de verb. obl. eundem in dict. l. stipulationes, chart. 107. in princ. eod. tit. ¶ Et ipsa vnio facit, quòd res alioquin diuersæ naturæ, iudicantur eiusdem naturæ. ita Paul. de Castr. in consi. 226. Carol. in l. 1. lect. 14. de leg. 1. in fin. illius lectionis: probatur per id quod voluit Goz. in l. iuris ignorantia, C. qui admitt.

Licet error iuris semper noceat in lucris faciendis, per illum tex. fallit tamen, quando esset error iuris & facti simul: tunc ille error sic mixtus simul non nocet, quo ad lucra facienda: Barto. in l. quo iur. de vsu. ¶ Item si furiosus in furore moritur, bonorum possessionem per Curatorem agnitam non transmittit: l. fin. §. sin autem, C. de curat. furios. Si autem is fuerit furiosus & infans simul, tunc ratione vnionis transmittit ex parte infamiæ: ita dixit Goz. in l. si infantis, in 4. col. C. qui admitt.

Item facit in contractibus innominatis, quando Datio est in obligatione, non succedit obligatio ad interesse: l. naturalis, §. 1. de præscript. verb. Quando modo huic apponitur stipulatio, idem est dicendum, ratione vnionis. ¶ Cùm aliàs per simplicem stipulationem, si quis dare tenetur, non succedat obligatio ad interesse: l. vbi autem, §. fin. ff. de verb. obl. vide Carol. in d. l. stipulationes, chart. 107. in pr. de verb. obl.

Probatur præterea, quia ratione vnionis immunitas vni ex socijs concessa, prodest alteri socio, cum quo habet communitatem. ¶ Item si vnus fratrum, qui habent bona comunia, fuit Clericus, alter Laicus, Laic' respectu partis suæ, gaudet priuilegio Clerici. ita quòd onus nō possit imponi. ¶ Item si delictum est commissum à pluribus, inter quos vnus fuit clericus, iudex ecclesiasticus erit iudex omnium; de illis pulcrè. & de hac regula: Quòd ex persona alterius quis consequitur ius, quod ex propria persona non habet, vide Iohan. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colum. 1. & 6. ff. de verb. obl. vide Socin. in consi. 12. volum. 1. col. 4. vide in verb. facere. 252

Pro præmissa etiam regula: Quòd ratione vnionis, priuilegium vni tributum alteri competat, vide latissimè Iaso. qui eam 8. fundamentis comprobat, in l. imperium, in 3. colu. ff. de iurisd. omn. iudic. 253

An si officia capitanei, & potestatis sint vnita, & data vni: an ille debeat salaria habere vtriusque: & an castrum vnitum ciuitati debeat regi statutis ciuitatis? *Et de multis alijs, vide D. Alex. in l. 1. in 5. colu. De leg. 1.* ¶ Item, si esset statutum, quòd ad nuptias non possent inuitari nisi solum 12. Dominæ. Accidit, patrem & filium simul celebrare nuptias, an possint inuitari 24. vel tantùm 12. Dominæ? *De hac quæstione, vide Barto. in l. inficiando, §. infans, in fin. ff. de furt. vide suprà in verb. matrimonium.*

De Molendinis.

254 Molendinum nouum an facere liceat in præiudicium antiqui, *vide Ioha. Fabr. in Breuiario suo, in l. si manifesti, vbi glo. C. de seru. Barto. & Moder. in l. quo minus, ff. de flum.* vide hunc casum clarè decisum, Lehnrecht/ *c. 11. in gloss. fol. 22. in fin. 1. colum. vide suprà in verb. meum.* ¶ An & quando quis possit aquam Molendini diuertere, & plura de materia illa, vide per Dec. *consi. 244. volum. 2.* in quæstione proposita, *vide multa, & pulcra in hac materia molendinorum, in secunda parte indicis practici Papiensis, in v. seruitus, col. 169.*

De Miserabilibus personis.

255 Miserabiles personæ recensentur pupilli, viduæ, ægroti: & de similibus potest arbitrari iudex: *l. 1. & ibi Barto. C. quando impera. inter pupil. & vidu. c. ex tenore, de foro competen.* ¶ Sed quæ habeant beneficia in iure, nempe quòd non possint trahi ad aliud iudicium, quòd possint adire superiorem iudicem, (*Hoc in Camera non attendi, Geyl. notauit, cùm causæ viduarum & pupillorum à suis principibus cognoscantur,*) per nudam supplicationẽ, quòd defendantur ab Ecclesia, notauit Oldendorp. *in suis operibus de iure singula. versi. de priuilegijs misera. perso.* & ibi, *in fi.* dicit, quòd etiam hisce priuilegijs non possit renunciari. *Et vide Geyl. in obseruat. 1. num. 40. lib. 1. obseruat. Cam. Imp.*

256 *Caball. milleloquio, 697. p. 2.* vbi recenset, quæ personæ sint miserabiles: *Menoch. lib. 2. centu. 1. casu 76. Thessaur. decis. 177. numer. 1.* ¶ Personæ miserabiles quæ dicantur, & quando earum causæ spectent ad iudicem ecclesiasticum: *Capra conclusione 30. Asin. d. c. 107. num. 2. & cap. 108.* ¶ Vidua est persona miserabilis: ideò etiam aduersam partem immediatè coram tribunali principis sistere possunt: *Pruck. l. in multis, de statu hom. p. 2. arti. 1. fol. 233. vbi ampl. & lim. Couarr. in pract. quæstio. c. 6. & 7.* ¶ Limita, modò sit pauper: *Asin. de execu. §. 3. c. 108. vide Thessau. decis. 177. vbi ampl. & lim. Cala. d. lo.* ¶ Carcerati sunt miserabiles personæ: *Marsil. de bannit. verb. carcerati, num. 13.* & ipsorum causa dicitur pia: *ibid. num. 14. Cala. de modo probandi, gloss. 1. §. 2. num. 96 fol. 34.* ¶ Pupilli, *Asin. de execu. §. 3. c. 107. numer. 3.* lim. si sint pauperes: *Asin. dict. c. 108. & c. 144. numer. 1.* ¶ In miserabilium causis iudex non petitus ex officio procedit: *Asin. d. c. 144.*

De Misericordia.

Nota: Misericordia non valet sine iusticia, nec iusticia sine misericordia: sed commiscenda sunt, & conficiendum est optimum temperamentum, notauit Abbas *in c. vt Clericorum, de vita & honestate Clerico. per textum c. disciplina, 45. distinctio.* 257

De misericordia exercenda circa malefactorem, qui de maleficio conuictus est, in pœnæ impositione per iudicem, vide gl. *2. Articul. 13. lib. 1. LandRecht.* Et ibi misericordiam exercere iudicem, (dicit) eo ipso, quòd pœna delicto condigna punitur, & ibi incidit quæstio. 258

An etiam iudex possit augere, vel minuere pœnam ordinariam, vel etiam omnino remittere? concluditur quòd non, nisi ex probabili & sufficienti aliqua causa: *glossa d. Articul. 13. vide glossam & Dd. in l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de infami.* Sed in casibus dubijs, quòd sanctius sit nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare, *est textus in l. absentem, ff. de pœnis.* Et quòd in istis casibus iudex sit misericors, & potius peccet in misericordia, quàm in seueritate, pulcherrimè iudices maleficiorum adhortatus est Hippo. de Marsil. *in practica sua crimi. §. occurrunt, per totum, vide supr. in litera I.* 259

De Monacho & Moniali.

Qualiter quis probetur Monachus, habetur *in Articul. 22. lib. 2. LandRecht, & ibidem in latina additio. litera E.* Vnnd das ein Münch vor der Welt für Todt geachtet werde/ dixit glossa *6. in dict. Articul. 22. habetur in Authen. de Sanctis Episc. & Deo amabi. Clem. §. Si qua mulier, colla. 6. & in c. 1. 20. q. 3.* Et *in Artic. 25. lib. 1. LandRecht.* Sagt der Text/ daß er vor der Welt Todt sey/ zu Landt/ vnd Lehnrechte/ vnd sein Lehn falle dem Herrn heim. 260

Idem dicendum est de iure ciuili, prout habetur *in l. Deo nobis, C. de Episco. & Cleri. & in tit. De Vasall. milite qui arma belli deposuit. Et in §. qui clericus, in tit. si de feudo contro. fuerit.* ¶ Sed tamen Monasterium est loco hæredis, & illi in hæreditate succedit: *per Authen. Cassa, C. de S. S. Eccl. vide additionem latinam primam* 261

mam ad dict. Articul. 25. lib. 1. LandRecht,& ibidem glossa 3. facit Monachorum distinctionem, & secundùm illam vult iura intelligi. De Monacha, moniali, vel Abbatissa, disponit Art. *26. lib. 1. LandRecht*.

262 Et pro intellectu istius textus, vide glo: *c. 20. LehnRecht, in fine*: aliàs enim vix intelliges istum articulum, dicit additio *1*. ¶ De Monacho & Moniali sese transferente ex vno monasterio in aliud, & multa bona in ista materia, *vide per Decianum, in consi. 20. volum. 1. per totum*. ¶ De successione monialis in dote matris, quòd admittatur ad illā: nisi successioni renunciauerit, vel nisi sit de ordine mendicantiū, consuluit idem Decian. *in consi. 94. volum. 3. num. 13*. ¶ Monanachus si decedat ante aditam hæreditatem, non transmittit ad abbatem, vel monasterium: *Barto. in l. si condicat. de cond. furtiua*.

263 Professio facit Monachum, & non habitus: & quomodo sit facienda professio, & quibus vestibus vti debeant religiosi, *Viuius decis. 345. lib. 2*. ¶ De Monachis, *vide quædam in Capra, reg. 83. 84. 85*. ¶ Religiosa bona quando monasterio acquirantur, *Menoch. lib. 2. centur. 5. c. 436*. ¶ Pœna Monachi seditiosi & tranquillitatis perturbatoris, *c. 437*. ¶ Quæ dolo fiunt, nulla lege tenent: secus, quando aliquis verbis blandis inducitur ad seruiendum DEO: dumodò non fiat ea intentione, vt religiosi succedant in bonis intrantis religionem: nam tunc priuatur successione: *Viuius decis. 160. lib. 1*. ¶ Legatum monasterio relictum, an potius monialibus, quàm monachis relictum censeatur: *Prucкm. l. in multis, de stat. hom. pag. 2. art. 36*.

264 Monachus an æquipararetur filio, vel seruo, quoad aditionem, vel repudiationem hæreditatis? & an monacho repudiante monasterium adire possit? & an hæreditas dicatur principaliter monasterio delata monacho instituto? & multas alias q. vide per Barto. *& Modern. & optimè ibi Carol. in l. 1. de vulg. & pupill. & Barto. in l. 1. §. si fructuarius, de stipul. seruor. Barto. in l. hos accusare, §. omnium autem, de accus*. ¶ Item quo ad acquisitionem, an æquipararetur seruo, vel filiofamilias, *vide Iaso. in l. 1. §. item acquirimus, de acquir. possess. & in l. quicquid filius, eod. tit. vbi videtur sibi contrariari*. ¶ Monachus habetur pro mortuo, sicut & seruus: *§. seruus, Inst. de cap. dimin. l. nobis, C. de episcop. & cler. in Authen. vt nulli iudici. §. si verò prædictum tempus, gloss. in §. si qua mulier, in Authen. de Sanctiss. Episco. c. placuit, el. 2. 16. q. 1*. Impregnant tamen interdū mulieres, *c. sicut ex literarum, de hom. gl. in Authen. idem est in his, C. de bon. quæ lib*. ¶ Et sicut viuens moritur; *l. qui duos, de ma. test*. ita Laicus ingreditur monasterium: *Barto. in l. fin. in 3. colum. in princ. C. de pact*.

Hinc est, quòd monachus sine monasterio, sicut piscis sine aqua vita carere nō potest: *c. placuit 16. q. 1*. ¶ Qualiter autē monachus possit esse sine monasterio, docet Bar. *in l. quod seruus, de stip. seruor*. ¶ Hinc est, quòd religionem ingressus Dominus suarum rerum esse desijt: *gloss. in c. miles, de vasall. mil. qui arma bell. depon. in vsibus feudor*. ¶ Et ergo nec habent velle, neque nolle. *c. fin. de Test. lib. 6. c. fin. de sepul. lib. 6*. ¶ Imò neq; in sua cappa proprietatem habent: *gloss. in c. non dicatis, 12. q. 1*. ¶ Vnde videmus, quòd si quis ingreditur monasterium, suorum bonorum dominium ipso iure monasterio acquiritur: *Barto. in Authen. ingressi, C. de S. S. Eccles. & DD. in l. fin. eod. tit*. Et is est vnus casus, quo dominium ipso iure sine traditione transfertur: *contra l. traditionibus, C. de pact. alios, vide per Goz. in l. certi conditio, §. fin. lect. 62. post Moder. si cert. pet*. 265

Quomodo autem monasterium ingressuri de bonis suis disponere debent, *text. est in c. quia ingredientibus, cum seq. 19. q. 3*. ¶ Monachi officium quale? ¶ Monachi officium est peccata aliorum, & sua deflere, non docere, & populum pascere: *c. hinc est, 16. q. 1*. ¶ Monachus fugiens ex monasterio, propria authoritate potest capi, sicut vxor à viro: *per reg. tex. in l. 1. C. vbi quis de Curia &c. vide Iaso. in §. 1. Inst. de Act*. 266

Monachi quandoque sunt Lupi rapaces: *gloss. in l. nos reddentes, in verb. Archinia, C. de summ. Trin. & fid. cathol*. ¶ Monachum non habitus, sed professio facit: *c. directum, de Regul*. ¶ Vouens, & professionem faciens, in monasterio semper manere cogitur, nec exire potest: *vide limit. per Soc. in reg. 445. quæ est vltima*. 267

Monachi per crede mihi iurare debent: *gloss. in l. quæ sub conditione, in verb. ad superstitionem. de condit. instit*. ¶ Monachi litigantes præsumuntur habere iustam causam: *gloss. in c. expedit, in fin. 12. q. 1*. & præsumitur, quòd bono Zelo hoc faciant: *gloss. in c. præsentium, 16. q. 1*. ¶ Bona monialis delinquentis in vno monasterio, translatæ deinde ad aliud monasterium, debent manere primo monasterio, non secundo: *gloss. in c. si quis rapuerit, 27. q. 1*.

Si monachus fuit hæres institutus, & transiuit ad aliud monasterium, cui monasterio acquirat, *vide Bartol. in l. si sub conditione, §. si seruus, de bonor. poss. secund. tab. vide Iaso. in l. 1. §. item acquirimus, de acq. poss. & in l. quicquid filius, eod. tit*. ¶ An monacho possit ita relinqui, vel hæres institui, vt monasterio & Abbati nihil acquiratur, *vide Bart. not. in l. si alienum*, 268

alienum, de hæred. instit. & in Authen. excipitur, C. de bon. quæ liber. Domin. Carol. in l. 1. §. si quis ita, chart. 48. de verb. obl. ¶ An sicut solus Abbas potest adire hæreditatem, delatam monacho, absque eius consensu, sic etiam solus Abbas repudiare possit, *per l. is potest, de acq. hæred.* An requiratur consensus Capituli, vel conuentus. De hoc arduo dubio, apud Cano. & Legistas, vide *pulcrè Dom. Iaso. in l. Stichum qui meus, ff. de leg. 1.*

269 Si pater filium instituat: & si sine liberis ex suo corpore natis decedat, Gaium substituat: modò filius est ingressus monasterium, antequam habeat filios: an ad monasterium spectent bona? Dic, quòd sic: *vide Bartol. vbi refert integr. consil. suum, in l. si quis ita, §. is cui, de leg. 2. Carol. in l. 3. in princ. de leg. 1. vide supr. in verb. filius.* ¶ Monasterium est loco filij: *Authen. nisi rogati, vbi Bartol. C. ad Trebell.* qui text. alibi non habetur secundùm Bartol. nec in iure ciuili, nec in iure Canonico. ¶ An vitiato ingressu, vitietur etiam bonorum dedicatio, facta monasterio, vide pulcram responsionem cum distinctione, per D. Carol. *in l. 3. lect. 27. in fin. de leg. 1.*

Si monachus extra monasterium in habitu Laicali vagans, instituatur à testatore, qui eum Laicum credens, tamen in veritate est monachus: valet institutio, nec iste error eam impedit, sed acquiritur monasterio: *Paul. de Castro, in l. cum proponas, vbi Iaso. refert C. de hæred. instit.* ¶ Quando colligatur ex verbis testatoris, quòd voluit excludere monasterium, & an attenditur talis voluntas testatoris, de qua constat, quòd voluerit substitutum monasterium excludere, *Dec. consi. 259. vol. 2. visis his.*

270 Donatio facta inter monachum & Abbatem, licèt non valeat, tamen si fuerit iurata, valet & tenet: *Socin. consi. 19. volum. 1. Goz. in l. omnes populi,* vbi similia habes, *in 2. q. 3. q princ. in ti. lect. de Iust. & Iur.* ¶ Monachus si facit testamentum, monasterium ingrediens: donec viuit, potest illud reuocare: quod procedit in omnibus religiosis, exceptis Minoribus: *ita Bart. in l. sed si nunc, vbi casus de donat. inter vir. & vxor.* ¶ Legatum monacho factum Abbas repudiare potest: *Socin. in l. legatum, de leg. 1.* ¶ Monachus potius debet obedire Abbati, quàm Episcopo: & vxor marito potius, quàm Deo: *c. qui resistit 11. q. 3.* Hoc ita est restringendum: videlicet quòd ante omnia Deo obediendum est.

271 Monachatus nobilitatem non extinguit: *vide in verb. nobilitas.* ¶ Si vasallus ingrediatur monasterium, an feudum maneat apud monasterium, donec viuat ingressus, *vide Felin. in c. quem Ecclesiarum, colum. 31. de constit.* ¶ Monasterium ingressus, si aliqua bona sibi reseruauit, an vitietur ingressus, vel sola reseruatio bonorum, vide *Alex. in l. 1. §. sed & si mihi, de verb. obl. numer. 6.* vbi dicitur, Quòd ista reseruatio vitietur, *vide Bar. in Authen. ingressi, C. de S. S. Eccles. & Goz. in l. certi conditio, §. quoniam, in 10. notab. si cert. petat.*

Monachus factus, est liberatus per ingressum ab omnibus debitis: si postea exit monasterium, incidit rursus in pristinam obligationem, ac debita: *ita Barto. in l. adulter, §. nupta, de adulter.* ¶ Abbati vel monacho filios de Sacro fonte suscipere non licet, nec commatres habere, nec fœminas osculari: *c. non licet, cum sequent. de consi. dist. 4.* ¶ Abbas sine culpa sua depositus, primum locum in choro & conuentu obtinet post Abbatem, & memoriam pristinæ qualitatis & dignitatis: *Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, colum. 38. de constit. vide in verb. qualitas.* ¶ Vtens veste monachali ad illusionem, vel iniuriam, punitur corporaliter, & mittitur in exilium: *§. fin. cum gloss. in Authen. de sanctiss. Episcop. vide Bonifac. de Vitell. in tit. quibus de caus. quis poss. ad mortem condemn.* 272

Qui se fingit mulierem monacham, vt monacham corrumpat, grauiter est puniendus: *gloss. in c. tuarum, de priuileg. vide Specu. in tit. de stat. monach. vers. 39.* Barto. Brixien. *in q. domi. q. 81.* vbi pulcrè arguit in vtramque partem, An talis debeat manere, in monasterio? *& Iohan. de Platea, in l. quidam ignauiæ, C. de Donat. lib. 10.* ¶ Dispositum in Monachis & Abbatib⁹, extenditur ad abbatissas & moniales: *text. est in c. fin. ad fin. & ibi Abb. not. de stat. regul.* Quia masculinum continet fœmininum: *l. si quis id quod, de iurisd. om. iudic. ibi latè Iaso. & Gozad.* 273

Minores fratres omnem rem præter pecuniam numeratam accipiunt: *Bartol. in l. 1. de condict. Trit.* ¶ Minores fratres licèt non possint petere, quod eis relictum est: *Clem. exiui de Paradiso, de verb. sig.* Possunt tamen implorare officium iudicis, vt hæredes compellat: *l. hæreditas, in fin. de pet. hæred. Bartol. in l. quintus, in princ. ff. de Annuis legat. vide Iaso. in l. 1. in 4. colum. C. qui admitt. Barto. in l. seruus, de alim. & cib. leg.* 274

An fratribus minoribus possit relinqui, & qualiter vniuersaliter, & qualiter particulariter, *vide Bartol. & ibi Mod. in l. 1. de legat. 1. clarius Bartol. in tract. minor. Bald. in Authen. ingressi, C. de S. S. Eccles. & in l. priuilegia, eod. titu. Bartol. in l. seruus, de alim. & cib.*

& cib. leg.. Barto. in l. legatum, de cap. dimin. Angel. & Moder. in l. Stichum, §. stipulatio, de verb. obl. ¶ De fratribus tertij ordinis, S Francisci, an habeant immunitatem ab oneribus, vide Bartol. in l. semper, §. quibusdam, de iur. immun.

275 An fratres gaudentes, vel de tertio ordine S. Francisci, sint exempti à muneribus publicis? vide Br. vbi proximè, & Io. de Plat. in l. fin. C. de exact. trib. & in l. quidam ignauiæ, C. de Decu. lib. 10. ¶ Monachi & Clerici, qui nostra tempestate religionem assumptam egrediuntur, efficiuntur infames, & repelluntur ab accusando, & testimonio, & sunt excommunicandi. Contrahere tamen non prohibentur, & disponere de rebus suis, vendendo, donando, vel alio modo alienando: vide practic. Papiens. in form. lib. in act. real. fol. 11. colum. 4. in fin. ibi, in Apostata quid iuris.

276 Regula S. Benedicti, potest pro iure allegari: Felin. in c. ex parte, in 22. colum. de Rescript. per c. super eo, de Regula. Et de hac regula S. Benedicti, loquitur etiam text. in c. 1. de Cler. vel Monach. ¶ An monachi minores, & fratres seruorum Mariæ, testes esse possint, & an in testamento? vide Iaso. in l. hac consultißima, in 2. col. C. de Testam.

De Moneta.

277 Nota: moneta vt valeat, requiruntur sex: tria intrinseca, & tria extrinseca: intrinseca sunt, materia, forma, pondus. Materia, vt sit de auro, vel argento, seu de ære & argento: nam de puro ære nō potest fieri moneta, sed ponitur aliqua quantitas argenti: sic nota. ff. de contrahe. emp. l. 1. in verbo Materia, & in verbo substantia, l. 1. & 2. C. de ponde. & auri illa. lib. 10. Forma, quia debet esse forma publica, vel effigies, seu nomen Imperatoris: vt in l. Quintus, ff. de auro & argent. legato.

278 Pondus, quod est ex parte materiæ: vt ff. de tri. vi. & oleo lega. l. 4. Et de istis tribus fit mentio in textu. l. 1. in princ. ff. de contrahen. emptio. & extra de iureiuran. c. quanto, in gloss. & docuit Ioan. de Platea, in l. 1. C. de vete. numisma. potesta. lib. 11. Et quo ad tria ista, tempus contractus attenditur: vt in l. 2. & in l. cum quid mutuum, ff. si cert. pet.

279 Sed alia tria extrinseca sunt: scilicet Quòd sit facta per principem, vel alium, qui ab eo habet potestatem: l. 2. C. de falsa mone. C. de pondera. & auri illa. super rubrica in glossa lib. 10. 2. Quòd ista moneta non sit reproba: l. & eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignora. actio. 3. Quòd sit facta in loco publico: l. vnica, in fin. C. nulli lice. in fre. lib. 11. in Authen. de armis in princ. Et sic habes 6. requisita ad hoc, moneta vt valeat: quæ notauit Iacob. de Belloui. in practica sua iudicia. cap. de iniurijs, versi. falsarium, in numer. 21. & in sequentibus. Ioannes de Platea, in l. vniuersos, C. de vete. numis. potest. lib. 11.

Adde his, quòd pecunia vel moneta non tam constituatur ex materia & substantia, quàm ex forma, & ex valore publicè constituto: antequam enim cudatur non potest dici nummus, sed saltem massa vel metallum: Arius Pinelius in cap. 3. partis 1. Rubricæ, C. de rescin. vend. num. 7.

Et nota, quòd in cudendo & fabricando monetam, versetur vtilitas publica. Et ideò etiam potest princeps vasa argentea vel aurea auferre subditorum, vt cudat & fabrificet monetā: quæ tamen sunt intelligenda, prout docuit & declarauit d. Iacobus de Belloui. in dict. c. de iniurijs, versic. falsarium, numer. 25. & in sequent. vbi vult, quòd tamen æstimentur ista vasa argentea vel aurea. 280

Sed fabricans, faciens, falsificans, seu expendens falsam monetam, qua pœna sit puniendus, vel etiam de fabrificante iustam monetam, vide Hippo. de Marsil. in l. qui falsam monetam, numer. 60. ff. ad l. Corne. de fals. de habente falsam monetam, numer. 106. De tondente bonam monetam, 108. De tingente monetam auro, vel argento, idem Hippol. numer. 110. Specula. in tit. de crim. falsi: vide constit. Alberti Impera. nonam, post Lehn Recht. incip. Wir setzen, notaui aliqua supr. in litera F. vers. de falso: faciunt in iure Saxonico Articul. 26. ibidem addi. & glossæ, lib. 2. Land Recht, & est pulcherrimus textus. 281

Sed mutari quòd poßit monetæ valor à principe, ex causa: vt ne fortè pecuniæ extra regnum, ducatum vel principatum ferantur, mentionem fecit Arius Pinelius, in 3. capite primæ partis Rubricæ, C. de rescin. vend. numer. 8. vsumque & constitutiones in valore pecuniæ attendi debere, tradit Afflictus, in decisio. 90. & 194. num. 5. 282

Imò quòd poßit princeps ex causa maiorem pecuniæ valorem constituere, quàm valeat metallum vel materia non signata ad pondus, non negat glossa, & ibi notant Dd. in l. 1. ff. de contrahen. empt. in verbo præbetur, tradit Molineus de commercijs quæstio. 100. num. 298. Arius Pinel. in loco superius citato, num. 8. 283

Sed mutatio eiusmodi, seu diminutio in valore, per dominum terræ vel loci facta, in cuius periculum debitoris vel creditoris an cedat, vide Hippol. de Marsil. remißiuè in l. qui falsam, numer. 127. ff. ad l. Corne. de falsis. Et sunt videnda ea quæ notauit Bartol. in l. Paulus respondet, ff. de solutio. volens, quando monetæ 284

monetæ cursus totaliter est reprobatus: puta propter antiquitatem, vel aliâs: debet solui in æstimatione per aliam monetam: & ibi, quando vna moneta pro alia posſit (*Etsi expreßim inter partes actum sit, de certâ monetâ soluendâ, tamen si amplius non extet, solutio in aliâ moneta fieri potest, facta tamen æstimatione secundùm contractus tempus,*) solui, tradidit Mynsinge. *in obseruatio. 1. centu. 4. & pulcherrimè Geylius in obseruatio. 73. lib. 2.* (*Vbi tradit, attendendũ esse valorem monetæ, qui fuerit tempore contractus. Nisi debitor fuerit in mora, vel aliud inter partes conuenerit. Itẽ inspiciendũ tempus conditi testamenti, in legatis particularibus, & in infligendis pœnis tempus statuti conditi. At Bonitate intrinseca monetæ mutatâ, præstari debere æstimationem monetæ priorũ.*) *& vide consilium 3. volu. 7.* Henning. Göden, *de censibus siue redditibus, in quo decidit, in qua moneta census sint soluendi.* Arius Pinelius, *in 3. cap. 1. partis rubri. C. de rescind. vendi. numer. 9.* docet post alios, quòd sufficiat soluere pecuniam ad numerum saltem eiusdem valoris pecuniæ publicè constituti, licèt minoris ponderis sit, *probatur per Bartol. Cynum & alios Dd. per glossam l. si quis argentum, C. de dona.*

285 Ius Saxonicum disponit sic: Wenn man die Pfenninge verbeut viertzen Nacht/ darnach mag man mit den alten Pfennigen wol schuldt gelten/ vnnd Pfandt lösen: Wer aber damit keufft vber die rechte zeit/ der Müntzer mag sie jhm wol nehmen vnd zerbrechen/ er soll sie jhm aber zu Handt wieder geben: *dict. Articu. 26. lib. 2. in fin.*

286 Et tandem si valor alicuius monetæ decrescit, vel crescit post tempus, quo mutuo data vel accepta est pecunia: in qua moneta tunc fieri debeat solutio? *vide notata Barba. consil. 9. in 4. volum: & Fabian. de Monte, in tract. de empti. in 5. quæstio. numer. 14. & Dd. in l. Paulus respondet, el. 1. ff. de solutio. Mynsinge. in dict. obseruatio. 1. centur. 4. & Geyl. in dict. obseruatio. 73. lib. 2. Et vide constit. Augusti. Elector. Saxon. in parte 2. cap. 28. Wenn die Müntze verendert.*

Sed nota, quando statuentes disponunt super moneta, quòd in dubio talis dispositio intelligatur de moneta vsuali & currente, in numero & æstimatione, valente in loco, vbi fit statutum seu dispositio: *Alex. in consi. 104. in vlti. colum. volum. per cap. maiores, de Baptis. & c. ad audientiam, de decimis, Hippo. de Marsi. in repet. rubr. ff. de fideiuss. num. 263. vers. ego autem, &c. Et pulcherrimè docuit Mynsinge. in obseruatio. 15. centur. 4.*

287 In casu etiam, si fiat mentio Von guten Gülden/ non facta mentione auri, debentur floreni in moneta vsuali: *notauit idem Mynsinger. in obseruatio. 65. centur. 1. obseruat. Camer. Imper.* von den wörtern/ Reinische Gülden. (*Idem, si fiat mentio Reinischer Gülden, quia tunc quoq; 60. Cederi pro floreno debentur: secus si aliud ex circumstantijs scripturæ appareat, puta, vollwichtige Reinische Gülden, &c.*) ¶ Item, gute Gülden/ vollwichtige Reinische Gülden/ wie vnnd wann sie auff Geldt oder Müntze zuuerstehen/ *notatur & habetur in constit. August. Electo. in Articul. 29. parte 2.*

Quòd in dubio spectetur tempus monetæ, contractus, testamenti, sententiæ vel laudi, nisi mora intercesserit, notauit & docuit Ludouic. Roman. *in singula. 519. & ibi Gabriel. Saray. & addi. vltima ad Specula. in tit. de obligat. & solutio. §. nunc aliqua.* quòd spectetur tempus testamenti, & nõ solutionis, voluit per alios, Arius Pinelius *in 3. cap. 1. partis rubri. C. de rescind. vendi. numer. 21. & in sequentib. Ioan. de Platea, in l. 2. C. de vete. numis. pote. lib. 11.* & ibi secundùm distinctionem, etiam tempus solutionis est inspiciendum: *per l. vinum, ff. si certum petatur, & per l. quoties in diem, & ibi Zasius, ff. de verb. obligat.* Imò obligationum verba, & mens contrahentium venit consideranda: *Menochius consil. 49. volu. 1. vide in hac materia bona per ipsum ibi.* Illam regulam tamen cum multis fallentijs, tradit Aymo. Grauet. *in l. 1. post prin. ff. de legat. 1.* quæ dicta conducunt etiam ad contractus & priuilegia, vbi consideretur tempus conuentionis: *l. Rutila Polla, ff. de contrahen. empt. & vendi. Ripa omnino, in l. fine toto, ff. de legat. 1.* 288

Vide de moneta plura, in Coler. *de process. execu. p. 1. c. 10. numer. 4. & seq. fol. 269.* præsertim quoad solutionem eiusdem monetæ: *Thessaur. decis. 174.* ¶ Von der Gülden vnd Silbern Müntze/ vide Reformationem Keyser Friederichs/ Anno 1442. zu Franckfurt/ *fol. 10. & 11.* Falsificantium monetam pœna *ibid.* excudentium, *vide auream bullam Caroli 4. tit. 10. fol. 4.* ¶ Monetam falsificans punitur graui pœna; sed an habeat locum in falsificante paruam monetam, *remiß. seb. Med. reg. 5. nu. 124 fol. 191.* ¶ Monetæ valor si decrescat ob deteriorationem materiæ vel formæ, quomodo solui debeat: *Gabriel. lib. 3. de solut. concl. 1.* ¶ Monetæ diminutio, stante mora, cedit damno debitoris: *Gabriel. dict. lo. concl. 3.* ¶ Monetæ valor in vltima voluntate consideratur tempore dispositionis: *Gabriel. concl. 4. fol. 150.* ¶ Monetæ valor in statutis attenditur tempore solutionis: *Gabriel. concl. 5.* ¶ Monetæ valor in gratia Principis, quo tempore consideratur: *Gabriel. concl. 7.* 289

Monetam cudere de iure communi soli principi licitum est: *Barto. in l. 1. C. de numis. potest. lib. 11.* 290

Materiam

Materiam monetæ habes per Bart. *in l. Paulus, ff. de solut.* vbi examinat, An vna pecunia inuito creditore possit solui: *vide Ioh. de Plat. in l. 1. C. de coll. ær. lib. 10. Fel. in c. Si cautio. de fid. instrum. Can. in c. olim, de Censi. Abb. in c. quanto de iureiuran. post Bart. Mod. in l. 2. §. 1. Si cert. petat.* ¶ In omni genere monetæ vel metalli, materia principaliter inspicitur, & trahit ad se formam magis, quàm econtra: *Bart. in l. id quod te mihi, Si cert. pet.* ¶ Moneta si est mutata tempore solutionis, quæ erat tempore promissionis & contractus: de qua solutio fieri debeat, *vide Ioh. de Plat. & ibi pulcerrimam Apostillam in l. 1. C. de Coll. æris, lib. 10. vide Bonif. de Vitell. in oper. malefic. in tit. de pœna fals. mens. in fin. Dd. in d. c. olim, de Censib. vide Bart. & omnes Moder. in l. cum quid in fin. Si cert. pet. & in l. quod te, eod. tit. vbi pulcrè Dec. & alij.*

291 Moneta falsa quæ dicatur, & quomodo fieri debeat, *vide Bart. in l. qui falsam, qui refert Innoc. ff. de Fals.* ¶ Monetam falsans qua pœna puniri debeat, *vide suprà in verb. falsarius.* ¶ Materiam falsæ monetæ plenè & latè, *vide per Hipp. de Mars. in l. qui falsam, ff. de Fals. habetur per Dd. in c. quanto, de iureiur. & in l. 1. & 2. C. de fals. monet.*

292 Falsificans monetam inferioris à principe, non punitur pœna mortis, seu capitali; *secundùm Rapha. in cons. 138. & Alex. cons. 104. & in l. eleganter, §. qui reprobos, de Pigno. act. vide Hypp. vbi suprà*: sed est pœna deportationis, ita etiam dixit Sal. *in d. l. 2. C. de fals. mon. vide Lectur. meam, in l. imperium super gloss. 1. ff. de iurisd. om. iud.* ¶ Expendens falsam monetam, tondens bonam monetam, tingens monetam auro vel argento, quomodo puniendus, *vide Hippo. vbi suprà.* ¶ Pecunia an sepeliri possit, an de iure sit prohibitum, *vide gloss. in l. peregrè, de acquir. poss.*

293 Pecuniam habens, quicquid vult, habet: & qui disputat de nobilitate sine pecunia, disputat de nobili stercore: *ita dicit Hostiens. in c. tua, de consanguin. & affinit.* ¶ Et omnes diuites possunt dici principes: quia pecunia est omnium rerum regina: *secundùm Card. in Clem. 1. de Baptis. in 6. q. vide Hypp. in l. 1. §. præterea, ff. de quæst. vbi multa pulcra cumulat.* ¶ Pecuniæ appellatio pro tota substantia ponitur: *gloss. in l. nam quòd, §. fin. in verb. pecuniam, ad Trebell.* ¶ Fallit tamen hoc in testamento & contractu rustici: *vt ibi in Apostilla.* ¶ Pecunia ante terminum peti quando possit, *vide Soc. in Reg. 290.* ¶ Pecunia assidua permutatione quodammodo extinguitur: *§. constituitur, Inst. de vsufruct.*

Pecunia sola immixtione cum alijs nummis dicitur esse consumpta: *l. si alieni nummi, ff. de solutio. gloss. in l. singularia, Si certum petat.* Barto. *in l. 2. §. appellata.* ponit tres modos, quibus pecunia potest dici consumpta. 294

Pecunia mutuata an debeat reddi secundùm nouam formam, vel antiquam, *vide post Bart. Moder. in l. cùm quid in fin. Si cert. petat.* ¶ In nummis affectio non cadit: *l. nummos, ff. de in lit. iur.* In alijs verò rebus sic: *l. cùm seruus, ff. Mandati.* ¶ Nummorum appellatione qui in dubio veniant, *vide text. in l. si seruum plurium, §. fin. & ibi gloss. ff. de leg. 1.*

Promissio facta de nummis, intelligitur semper de probis: *l. eleganter, §. qui reprobos, de pig. act.* ¶ Hinc infert Bart. post alios, *in l. Lecta, in 2. colum. nu. 12.* Quòd illud, quod quotidie adijcitur in stipulationibus: tot florenos boni Auri, & iusti ponderis: nihil operatur, quòd nota. ¶ Falsus denarius non est denarius: *d. §. qui reprobos.* ¶ Vno nummo conductio nulla est: *l. si qui ante, ff. de acquir. poss. l. si quis conduxerit locat.* Vide Petr. de h. quæst. An locatio & venditio vno nummo fieri possit? *in nu. 8.* 295

Propter vnius nummi solutionem omissam, pœna legalis succedit: vide latissimè Dom. Ias. *in Auth. qui rem, C. de Sacro-Sanct. Eccles.* vbi hanc regul. 12. fundamentis confirmat: apud eundem in l. *sancimus, in 3. colum. C. de iudic. &c.* habes, quòd vnus nummus est in consideratione, & de minimis curandum esse: *contra l. scio, de resti t. & l. quamuis, ff. de condict. & demonst. vide omninò Ias. & suprà in verb. nummus.* ¶ De peculio castrensi & quasi, habes tex. *in l. fin. C. de inoff. test. gl. in §. igitur, Instit. per quas person. nob. acquir. melior gloss. in l. cùm oportet, in verb. exceptis, C. de bon. quæ liber. Ias. vide in d. l. fin. & Ang. in §. 1. Inst. per quas pers. nob. acquir.* ¶ Peculium quasi castrense censetur hodie, quod quærunt aduocati de clientulis suis: magistri artium, medici: *Ias. post gloss. in d. l. fin. C. de inoff. testam.* De peculio pagano Castrensi, & quasi, vide suprà *in verb. Bona.* 296

De Monitione seu interpellatione.

Ille, qui tenetur ad aliquid faciendum sub pœna, intra certum tempus: si non fecerit infra illud tempus, quia ad illud faciendum non fuit monitus, vel interpellatus: non cadit in pœnam: *Decian. in consil. 102. volum. 3. num. 17. & 18. & ita dicit Abbas in c. penulti. colum. penulti. ext. de iudicijs.* 297

 ¶Exem-

¶ Exemplum: quòd si iudex tenetur expedire processum vel causam, infra certum tempus, sub certa pœna, non cadit in pœnam, si non expediuit: quia pars non institit, & eum interpellauit: *pro quo facit l. 4. §. hoc autem iudiciũ, ff. de dam. infec. & facit tex. in l. 1. §. magistratib. ff. de magistr. conuenien. hæc Hipp. de Marsi. in singula. suo 341. incip. ille qui tenetur.*

298 Et prædicta procedunt ex regula, quam habemus in iure: quòd vbi sumus in facto negatiuo ad hoc, vt quis incidat in pœnam, semper requiratur monitio: *singularis est doctrina Innocen. in c. exstirpandæ, de præbendis.* ¶ Sed quando pœna ponitur affirmatiuè, vt si quis ingrediatur Monasterium monialium, incidat in talem pœnam, ibi non requiritur monitio: *hæc Augustinus in addi. ad Angelum de malefi. in versic. Quas si non soluerit infrà decem dies, soluat cum quarto pluris, num. 12. ibi, sed aduerte, &c.*

299 Quando autem accedit statutum ad ius commune, tum illud statutum vltra ius commune operatur, quòd monitio seu interpellatio indistinctè non sit necessaria: *Hipp. in d. singul. 341. in fine.* De monitionis & interpellationis effectibus, notaui quædam *suprà, in litera C. versi. de clausula amicabiliter interpella. & infrà in hac litera, versi. de Mora.*

300 Obligatus ad factum tenetur, si requisitus fuerit: *Caball. de euict. §. 3. n. 19. Geyl. lib. 2. obseru. 46. n. 9. & aliquot seqq.* ¶ De protestatione incitatoria, qua debitor interpellatur ad soluendum, *Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 461. Asin. de execut. §. 3. c. 189. n. 7. & c. 2. & c. 5. 6.*

De Mora.

301 QVatenus & qualiter dies, vel interpellatio hominis, quem constituat in mora non soluendi, notat Schurffius *consi. 36. num. 18. & vlterius cent. 1. Et Mynsing. in obserua. 95. centu. 3.* & ibi casus, in quibus fallit. (*Si videlicet creditor & debitor diuersi fori essent, nec creditor ad locum solutionis accedat: quod tamen in canone emphyteutico soluendo secus est, secundùm communem opinionem.*) Item, vide Petrum de Rauenna. *in suo Alphabeto, literà M. versi. mora:* qui ibi notat singulariter, quot modis, & qualiter cũ interpellatione vel sine illa: & in quibus casibus quis in mora constituatur, etiam per procuratorem, vel tanquam hæres, consuluit Decianus *in consi. 102. volum. 3. nu. 18. & num. 22.* ibi de conditionis existentia, vel non, quando inducat vel impediat moram: *vide illa, quia sunt bona.*

302 De effectibus moræ, vide per glossam notabilem, *in l. mora, ff. de vsuris*, quæ ponit de mora communi, & de mora speciali, & quòd afferat aliquando damnum, probatur *in c. cum inter vniuersas, de Electio. in c. 1. ne sede vacan. in 6.* Quòd propter moram non solutæ pecuniæ in termino possint peti vsuræ, tanquam interesse & damna, probatur *in c. cum dilecti, de foro compe. in l. mora, §. bonæ fidei, ff. de vsuris*, per hæc & alia iura, consuluit sic Henning. Göden *in consi. suo de præscriptio. pigno. num. 50. 51. & 52.* ¶ Sed vbi mora cum interpellatione cessat, ibi non venit pœna interesse neq; vsura: *Decian. in consi. 60. vol. 2. num. 43.*

Et quòd in mutuo veniat interesse ratione moræ, notatur per Alex. de Imo. *in consil. 27. col. 3. volu. 4. per l. vinum, ff. si certum peta. per notata in l. nummis, ff. de in litem iurand. & per similia.* ¶ Wie aber vnd auff was meinung/ das interesse post moram zu erkennen/ (*præmissa videlicet probatione per coniecturas saltem, seu liquidatione, sua interesse. & tùm demum subsequatur iudicis taxatio.*) præscribitur in consti. Electo. Saxon. *Artic. 30. parte 2.* 303

In casu etiam tenetur iudici ad mulctam, & parti ad emendationem, Zu Wette vnd Busse / Wann er vor Gerichte auff gewisse zeit angelobet: *de quo est tex. & gloss. fina. in Arti. 43. lib. 3. Landrecht*, Von Busse vnd Wette, *est in Arti. 53 lib. 1. LandRecht.* Facit in legib. *l. cum pro eo, C. de sent. quæ pro eo quod inter prose. l. litigatorum, C. de fructi. & liti. expensis, l. 2. & l. quotiens, ff. de verb. obligat.* facit illud, quod dixit Lucanus: Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Faciens moram in capiendo debitorem de fuga suspectum, quatenus propter talem moram postea non poterit eum facere capi? Et mulier, quæ stetit per decem annos, & non petijt dotem, postquam maritus incepit vergere ad inopiam, quòd sit exclusa tali casu à petitione, & exactione dotis? & accusator multùm differens accusationem suam, quòd faciat se de calumnia suspectũ, *notat Hippo. de Marsi. in singul. suo 284. incip. tolle moras*, & multa iura, quæ dicunt de periculo moræ, refert & inducit Petrus de Rauenna, *in d. suo Alphabe. litera M. versi. mora, circa finem.* Et ideo attendendum, quòd propter periculum moræ sint multi casus, qui permittuntur fieri, aliàs autem minimè permitterentur; enumerantur per Hippo. de Marsi. *in practica sua crimi. §. Constante, à num. 6. vsq; ad num. 11. per eund. Hippo. in l. qui cædem, ff. ad l. Cor. de sica. & in singu. suo 258. Incip. plura conceduntur.* 304

Sed nota, quòd propter casum fortuitum superuenientem, excusetur quis à Mora & eius pœna, si ipse non fuit in culpa, (Excipe furem, qui semper moram facere in re restituenda, quam auferre non debuit, intelligitur: *l. fin. de condict. furt. VVesenb. ibid. num. 8.* ¶ Quia autem in mora est, illius periculo semper res perit. Ergo res furtiua etsi perempta fuerit, à fure, vel eius hæredibus condici potest, *vide Cuiac. lib. 7. obseru. 87.*) vel mora nimis se arctando, quia 305

quia tunc incidit in pœnam, casu fortuito non obstante: *textus est notabilis, & ibi Dd. in l. 2. §. quòd diximus, ff. Si quis cautio.* in casu tamen, quando quis nimis se arctauerit ad pœnam, & venit imponenda: procedit in pœna pecuniaria, non autem in criminali, vel pœna corpori infligenda: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 263. incip. monitus.* & Morosus ad quæ teneatur, etiam ad casum fortuitum, videndum est *in Arti. 22. in additione latina, & in glossa 4. lib. 3. Landrecht.*

306 Adde de purgatione moræ sic: vbi est dies & pœna, non admittitur moræ purgatio, de rigore iuris ciuilis: *vt habetur in l. magnam, C. de contrahen. & committ. stipula.* sed de æquitate Canonica benè admittitur, etiamsi iuramentum esset interpositum, & nisi aduersarius propter moram damnum sit passus: *Bal. in l. qui crimen, in 11. col. C. qui accusa. non pos. Idem Bal. in l. si pacto, in penult. col. C. de pactis, Hippo. de Marsi. in singul. suo 463. incip. rigor iuris, & notauit quædam de moræ purgatione Petrus de Rauenna. in d. versi. mora.*

307 Et quibus casibus admittatur purgatio, dixit aliqua Alexand. de Imo. *in consi. 24. in 3. colum. volum. 4. vide Socin. in regulis fallentiarum, regula. 330. & 331.* ¶ In casu pacti retrouenditionis fiendæ, quatenus moræ purgatio, præsertim de æquitate, admittatur? Et multa bona in ista materia purgationis moræ, *vide per Decianum in consi. 84. volum. 2. per totum.*

308 Et quomodo mora cōmittatur, videlicet per interpellationem, tenuit idem Socinus *in regula 328. cum 11. limitationibus, & inuenies bonam materiam.* ¶ Et quando quis incurrat moram, qualiter in illa quis constituatur, quæ etiam aliquem à mora & eius pœna excusent, consuluit d. Decian. *in consi. 11. vol. 2. num 3. & in sequentibus, & aliqua in consi. 60. co. vol. 2. num. 43.*

Sed dies termini an sit computandus in terminum, docuit remissiuè Mynsing. *in d. obserua. 95. centu. 3. (Magis communis est, & in Camerà comprobata, non computari.)*

309 Moram non incurrit is, qui non intelligit seu ignorat quid debeat: *Raudens. de Analog. lib. 1. c. 21. n. 72.* prout hæres: *n. 73.* nec debitor incurrit ante liquidationem: *n. 74.* nec eam morosus allegare potest: *n. 75.* etiamsi instrumentum habeat, executionem paratam: *n. 76.* nec allegare potest actione carens: *n. 77. & 78.* ¶ Mora modici temporis non est periculum: non enim magnum damnū affert mora modici temporis: *Seb. Med. reg. 5. n. 125.* à mora excusatur, cui Iudex præcipit non soluere: *Pec. c. nemo potest, num. 7. ampl. 14. de R. I. in 6.* ¶ Mora in factis momentaneis, vbi non est dies, non contrahitur, nisi præcesserit interpellatio: *Fœn. de mom. temp. c. 10. num. 27.* & oblatio verbalis sufficit ad purgandum moram rationis reddendæ: *n. 28. ibid.* in genere, quando oblatio verbalis sufficiat.

Debitor, qui fuit in mora soluendi, tenetur ad interesse quanti plurimi, & æstimationem momentaneam: *n. 67. vbi lim. vt nu. seq.* Et debitor rei mobilis, ad interesse quando teneatur, *ibid.* ¶ Iuramentum facit, vt ipso iure quis incurrat morā absq; interpellatione: *Seraph. priuil. 47. & Gabriel. de iureiur. Concl. 2.* & sic habet vim interpellationis. ¶ Debitor quibus casibus non incurrat moram, *Seraph. d. priuil. 47. & 48.* ¶ Pupillus an teneatur ad interesse creditori patris, à die mortis paternæ, *Thess. decis. 247.* 310

Mora quando commissa censeatur, quibus in casibus ex persona, & ex re, & quæ iustæ causæ morosum excusent, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 22.* ¶ Dies solutioni adiecta, pro homine interpellat: qua elapsa, debitor in mora constitutus dicitur: *Viuius decis. 442. lib. 3.* ¶ Die, iuramento, & pœna, in contractu appositis, moræ purgationi nullus est locus: *Viuius decis. 442. n. 2. lib. 3.* ¶ Moræ purgationem impedit iuramentum: *Gabriel. de transact. concl. 1. n. 10. & seqq. Seraph. priuil. 48.* impedit litis contestatio: *ibid. n. 5.* item geminata promissio. *ibid.* ¶ Mora, licèt non purgetur, vbi est dies & pœna, attamē fallit, si in cōtinēti purgatio fiat: *Thes. dec. 77. vide dec. 212.* 311

Oblatio debiti omnem moræ extinguit effectum: *Rug. de protest. rubr. 3. §. 1. n. 3. fol. 84. Fœn. d. c. 10. n. 28.* & quomodo procedat in delictis, *n. 29. vide verb. de oblat. debiti.* ¶ Mora creditoris in recipiendo commissa, operatur, vt debitoris mora præcedens purgetur, & creditor prohibens soluere, in mora constituatur: *Rug. d. lo. rubr. 4. §. 2 fol. 107. in pr. Rug. d. Rub. 3. §. 1. n. 1.* item alleuiat debitorem, vt teneatur ad aliquod minus, quàm prius ex natura contractus teneretur. vt puta, si ex natura contractus tenetur, de leui culpa, posteatantùm de dolo: Si de leuiss. postea de leui, & sic. de simil. Item, constituit creditorem in vltima mora, *n. 3.* Et mora in creditore annumeratur culpæ: in debitore plus est quàm culpa, & minus quàm dolus, *n. 4.* ratio quia ille de damno, hic de lucro tractat: *n. 5.* ¶ Tempus quod sit præstitutū, cū cōceditur morā purgari in continenti posse, *Men. lib. 2. c. 7.* ¶ Periculū vbi est in mora, iudex ex officio procedit: *Asin. de exec. §. 3 c. 174.* 312

Mora non nisi per interpellationem cōmittitur: *vt not. in l. si ex lega. caussa, de v. obl. Fallit multis modis: de quo Soc. vide in reg. 269.* ¶ Vltima mora nocet: *l. illud, de peric. & comm. rei vend. l. si seruum §. sequitur, de v. obl. vt per Soc. in reg. 270.* ¶ De purgatione moræ, eundem in reg. *271. Bartol. & omnes in l. quod te, Si cert. petat.* 313

¶ Vbi

¶ Vbi nulla petitio, ibi nulla mora: *l. si pupillus, ff. de verb. obl. l. lecta. verf. sed cum tertius, ff. Si cert. pet.*

De Moribus.

314 MOres boni diuitijs præualent: *l. scire, §. fin. de tut. & cur. dat. ab his, l. si quis stipulatu, in fin. de v. obl. tex. & ibi gl. in l. nec ei, §. 1. in fin. ff. de Adopt. l. suspectam, ff. de suspect. tut.* ¶ Mores, quos quis in se approbat, in alio damnare nequit; *l. in Aretiam, C. de inoff. test.*

De Morte, Mortuo & moriente.

315 MOrs naturalis & ciuilis an æquiparentur, & eundem producant effectum, dixit aliqua Alexand. de Imo. *in consi. 1. colum. 8. versi. nec ad hoc, vol. 5.* ¶ Sed quis dicatur ciuiliter mortuus, nempe, qui monachus est factus, declaratur *in l. Deo nobis, C. de Episc. & Cleri. Artic. 25. 26. lib. 1. Landrecht.* De quo diximus suprà, *in hac litera, versi. de Monacho. aliud vide in glossa, in Clemen. ne Romani, in verb. moriente, De electio.* Et potest notari de similibus, de Bannitis, excommunicatis, & alijs.

316 Morte naturali quòd expiret hominis voluntas, & omnia extinguantur per illam, dixit Hippo. de Marsil. *in repe. rubri. C. de proba. num. 248.* ¶ Quæ tamen accusationes mortuo accusatore vel accusato maneant, notauit idem Hippo. *in l. qui falsam, §. accusatio, num. 12. ff. ad l. Corne. de fal.* ¶ In mortis articulo constitutus quis dicatur: & quibus respectibus, respectu morbi infirmitatis, vel alias in mortis periculo inter latrones, in naufragio, vel in alio simili constitutus pro illo habeatur, vide Petrum Gerhar. de Petra Sancta, *in singul. suo 12. incip. ille dicitur per totum.*

317 Morientis dictum cuius sit operationis, & an illi regulariter stetur, vel non, (*Contra morientem statur, non pro eo: sanè exculpatio defuncti contraria priori inculpationi eam non tollit: nisi fortassis prior inculpatio, seu indicatio de socio criminis facta sit sine alio indicio præcedente, quo casu meritò hæc exculpatio prodest.*) *vide Hippo. de Marsi. in practica sua criminali, §. restat, à num. 1. vsque ad num. 14. Et in §. diligenter, num. 119.*

318 Et ex morte scribentis quòd augeatur fides scripturæ eius, consuluit Decianus *in consi. 20. volum. 2. num. 18.* ¶ Imò, dum in articulo mortis constitutus aliqua loquitur, non præsumitur mentiri, & sic immemor esse salutis suæ æternæ: *l. vltima, C. ad l. Iul. repe. c. sancimus, 1. q. 7.* maximè procedit, quando moriens fuit bonæ conscientiæ, timens & Deum, & homo deuotus; & qui asserit proximum morti mentiri, asserit non vero similia: *Ancho. in cons. 157. col. 17.* Respondetur dicto Bald. *in titulo de pace Constant.* dicentis, quòd non omnis moriens dicitur Sanctus Ioannes Baptista, quòd illud procedit in raro contingentibus, & in personis malæ vitæ: secus in personis bonæ vitæ, & à communiter contingentibus, quæ communiter spectanda sunt: *refert Decian. in consi. 32. vol. 3. num. 40.*

Qualiter autem probetur, quem esse mortuum, vel de morte alicuius, *vide Hippo. de Marsi. in repeti. d. rubri. C. de probatio. mihi nu. 175. & 176.* ibi docet de duobus probandi modis per rationem naturalem. (*veluti ex impotentiâ & decrepitâ ætate mariti coniunctis, vel ex absentiâ quadriennij, si vxor iuuencula interea bis peperit, concluditur partus esse illegitimus: Item, qui ex bello non redit, præsumitur esse mortuus: Sic testator præsumitur esse mortuus, si hæres eius testamentum in iudicio producat.*) ¶ Sed plures modos probandi eleganter cumulauit Robertus Marant. *in repe. l. is potest, ff. de acqui. hære. à num. 156. vsque ad numerum 183. Bart. in tractatu suo, qualiter & quomodo mors probetur, Alexan. de Imo. in consi. 25. in princ. 2. colum. 4. volum. Lancfran. de Oriano, in sua praxi, c. 8. de testium deposi. numero 98. versic. quæro vltrò prædicta.* 319

De probatione mortis hominis & animalis, dixit Antho. Corseti, *in singula. suis, in verbo, mors.* ¶ Et Ioan. de Arno. *in singula. suo 31.* qui ibi dicit, quòd custos animalis etiam cum delatione pellis debeat probare casum fortuitum mortui animalis: huius materiæ sciētia prodesse potest tibi ad multa in petitione hæreditatis: in petitione possessionis vacantis, præbendæ per mortem possessoris, & cogita de similibus. 320

De morientis dicto, vel confessione, cum vel sine iuramento facta, quatenus præiudicet hæredibus, vel non, habetur *in Authen. quòd obtinet, C. de proba. Et Authen. de iureiur. à moriente præstito. vide, & inuenies bona.* 321

Mors quando & in quibus casibus habeatur pro iuramento præstito, quod obtulit defunctus, ita quòd ab hæredibus præstari non opus sit? quodq; pro præstito habeatur, posuit Geylius exempla, & declarauit per illa, *in obserua. 43. lib. 2.* 322

Quòd in morte aliqua conceduntur, quæ in vita non concederentur, dixit & declarauit per exempla Hippo. de Marsi. *in singu. suo 465.* ¶ Quòd autem in actu moriendi etiam aliqua fieri præsumantur, & valere non possint, atque facta in præiudicium succes- 323

successuri, docuit in casu legitimationis, & in alijs Menoch. *in consi. 109. vol. 2. num. 15. & in sequentibus.*

324 *Vide Mars. de bannit. verb. mortui.* ¶ Mortem esse certam, vide quædam ex sacris, quæ allegat Const. Roger. *de protest. mo. 1. §. 3. n. 51. in fi.* sed eius tempus incertum: *Fœn. de mom. temp. c. 31. n. 13.* ¶ Mortem sibi inferentis bona fisco applicantur, cùm nemo sibi mortem accipere debeat: *Viuius decis. 244. lib. 2.* ¶ De mortuo ex pilo, item acino uvæ: *Fœn. c. 5. n. 3.* & ibi plura de insperata morte ex leuiss. causa: *Crim. de honest. discipl. lib. 2. c. 6. vbi plura exempla.* ¶ An viuens vel mortuus mori dicatur, *Lazar. Fœn. de momento tempor. c. 6. per tot. fol. 26. Menoch. in arb. lib. 2. cent. 1. cas. 61.* ¶ De existente in mortis articulo, *Fœn. c. 5.* & quis dicatur in mortis periculo, quis item in mortis momento, vel articulo. ¶ Verba cùm moriar, quoad viuam, quomodo intelligantur, *Fœn. d. c. 6. n. 8. & 9. cum seqq.*

325 De potestate constituti in mortis articulo, *Fœn. c. 7. ibid.* de teste moribundo: de iudicis, testis notarij, moribundi dicto, quãta habeatur fides, *ibid.* item de moribundi vulnerati, *dicto n. 17.* ¶ An in mortis articulo volũtas cesset vel reuocetur, *Fœn. c. 8.* ¶ Duobus simul mortuis in bello, ruina, naufragio vel incendio, quis primò mortuus, & quis superstes præsumatur: *Menoch. lib 6. præs. 50.* ¶ Fœmina & masculus, si casu perierint, præsumitur primò fœminam perijsse: *Pruckm. in l. in multis, de statu hom. p. 1. n. 3. art. 35.* ¶ Re peremta, quomodo formari debeat libellus, an petatur æstimatio, an ipsa res, *Marsil. remiss. tr. de bannit. verb. mortui, n. 104.*

326 Cadauere mortuo reperto absq; signis, ad probandum, numquid sibi ipsi mortem consciuerit, vel repentino facto ceciderit, quid agendũ, *Caualc. de test. p. 2. n. 247. & seqq. fol. 87.* ¶ Mors per productionem testamenti præsumitur, & quomodo probetur, *Viu dec. 243 lib. 2.* ¶ Mortuo aliquo, ille qui funus agit, mortuũ sequitur, associat, nedũ prohibetur citari: sed generaliter parentes, liberi, coniuges, agnati, cognati, aut alij affines, ipsius defuncti, aut eius fideiussores non possunt Citari, aut quoquo modo inquietari, aut aliqua admonitio eis fieri. Si ex debito, quod a defuncto prouenit, siue aliter qualitercunq; intra tẽpus nouem dierum post mortem, quo tempore videntur lugere: *Ruger. de protest. rubr 4. §. nunc videndum, n. 15. fol. 104. vers. & ego addo, per §. meminimus, in Auth. vt cum de Appel. cogn.*

327 Morte nihil certius, die verò mortis nihil incertius: *l. 1. de condit. & demonst.* ¶ Mors omnia soluit: *§. deinceps, in Auth. de nupt. quem allegat Bart. in l. eius qui, in 1. oppos. Si cert. petat. & gl. in l. apud Iulianum, in fin. ad Trebell.* ¶ Mors vltima linea rerum: *d. §. deinceps, quem ad hoc allegat gl. in l. apud Iulianum, in fin. ad Trebell.* ¶ Qui moriuntur, his humanum quid contingit; *ita dicit tex. in l. Publia depositi, in princ. Instit. de Donat. in princ.* ¶ Mortui an sciant, quæ hîc in terris geruntur, *tex. cum gl. in c. qui diuina 13. q. 2.* ¶ Qui in vita non potest morari in ciuitate, post eius mortem non potest reduci in ciuitatem ad sepulturam: *tex. & ibi Bart. in l. 2. ff. de cad. pun.*

A morte suscitatus an iterum teneatur suscipere baptisma, ordines, prælaturas, vxorem, & alia, vide gl. *in c. licitè, 32. q. 7.* ¶ In mortis articulo laicus absoluere potest: *gl. in c. pastoralis, de off. ord. vide Goz. in l. 1. de officio eius, in verb. non aliter.*

Mortis appellatione, an veniat mors ciuilis, & ingressus monasterij, *vide Soc. in l. Gallus, §. & si quid si cautum, de liber. & posthum. l. ex ea lege, §. insulam, de verb. oblig. l. si Titius, §. Cornelio felici, de iur. fisc. c. susceptum, de Rescript. lib. 6.* vide Alex. *in cons. 2. volu. 1. in 1. col. vide gl. in c. placuit, el. 2. 16. q. 1.* qui dat regulã: quòd mors ciuilis in solis illis casibus æquiparatur naturali, vbi hoc in iure tantùm inuenitur. ¶ Ad mortem condemnatus testamentum facere non potest: *l. eius, §. 1. de testam.* Fallit octo modis, de quibus per Socin *in reg. 76.* ¶ Mortuorum loco deportati habentur: *l. 1. §. quidam filium, de bonor. poss. contra tabul.* ¶ Ad mortem condemnatis vestis est relinquenda: *l. Diuus, ff de bonor. damnat.* ¶ Mortis caussam dare, & occidere, differunt: l. *qua actione, §. Celsus, ad l. Aquil.* ¶ Illius bona, qui sibi mortem constituit tædio vitæ, vel insania, vel alio casu, fisco non debentur, sed ad hæredes pertinebunt secus si metu criminis se occidisset; *l. 1. C. de bon. eor. qui sibi mort. constit. lib. 3. §. si quis autem tædio, ff. eod.* & is casus accidit Schvvibusij, vbi quidam se suspenderat, cuius bona capitaneus ceperat, sed male. 328

Mortuus non potest spoliari, etiamsi viuus interfici potuisset. Hinc dicit Paul. *de Cast. post Bald. in l. in suis, de liber. & posthum.* Quòd si vigore statuti licet Bannitum interficere, quòd intelligitur viuente Bannito, sed eo mortuo non licet in bonis suis furari. Hoc dicit Paul. *cons. 31.* Quòd vigore dicti statuti non liceat Bannitum mortuum spoliare. Sic ab ipso occisore, & hoc fiat in continenti, vide Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, colum. 5. de const.* 329

Quia

Quia cum morte pœna extinguitur ¶ Hinc dicimus: Quòd mortuus nõ debet condemnari, aut puniri nec decapitari, nec suspendi, quia crimen & pœna simul cum morte extinguitur: d. l. *2. & l. si qui in reatu, ff. ad l. Iul. Maiest. Alex. in l. 2. C. qui test. facer. poss.*

330 Hinc est, quòd sententia lata contra mortuum est ipso iure nulla: *l. 2 ff. quæ sent. sine appell. rescind.* Ratio est: quia mortuus à solo Deo damnari potest: *gl. in §. interdum, in verb. memoria Inst. de hæred. quæ ab intest. def.* Et ergo errant iudices, qui faciunt suspendere malefactorem etiam post mortem: Fit enim cadaueri iniuria, & hæredibus datur actio proprio nomine: *l. 1. §. sed & si forte de iniur.*

Et propter hanc causam dubitat Bart. *in l fin. ff. de Cadau. pun.* De anatomia alicuius mortui corporis, an malefactoris corpus dari possit ad Anatomiam. Et dicit Bart. de hoc cogitabis, neq; audet decidere. Tamē dicas, quòd hoc possit fieri propter vtilitatem publicam, vt meliùs Medici interiora hominis apprehendere, cognoscere & curare possint: *arg. l. quòd reipub. caussa, de Iniur. facit in arg. doctrina Bart. in l. fi. ff. de pignor. act.*

331 Quòd quando iudex aliquem condemnauit ad mortem, & non posset habere Carnificem, tunc vilem personam ad suspendendum cogere potest hominem condemnatum, pro vtilitate publica: *vide Alex. & Ias. C. qui test. facer. poss. in l. 2. vide etiam de hoc vltimo Portium, & ibi Ias. §. fin. Inst. de vsucap.* ¶ De hac materia, vide tex. *& ibi Bart. & Alex. in Apostillis ad Bartol. & ibi Apostilla ad tex. in l. si qui in reatu, ff. ad l. Iul. Maiestatu.* Tamen D. Alex *in l. ex facto, col. 8. de vulgar.* allegando Baldum. qui dicit: mortuum corpus potest puniri, & dicit: quòd, qui condemnatus se occidit, est in arbitrio iudicis, eum suspendere: facit etiam, quod dixit Alex. in *l. sororem, per illum text de his quib. vt indig.* Et in l. *2. C. qui testam. facer. possunt.* Quòd mortuo potest inferri iniuria.

332 Et hoc, quód dixi: quòd morte simul pœna extinguatur: etiam intellige in pœna pecuniaria fisco applicanda, cum distinctione tamen: Aut pecunia est applicanda fisco, non ipso iure, sed per sententiam, & morte crimen & pœna extinguitur: *ita vult Bart. in l. 1. de priu. delict. ff. & in l. Gaius, ad Sill. vide Io. de Mont. Ferr. in l. 1. §. 1. col. 3. ibi quartus effectus, de verb. oblig. & de hoc art. vide Petr. in q. 19. vbi plenè.* De hoc, quòd per mortem delinquentium omnis pœna, & ciuilis, & criminalis pereat, vide latissimè pulcrum consilium Philipp Corn. *in cons. 145. vol. 2. incipiente, pro parte inquirentis Curiæ.*

Mors quomodo probetur, vide Bart. *in l. 2. quemadm. testam. aper. & secundùm Ang. ibi & Bart. in l. etsi certus, §. si vnus, ad Sill. & in l. siquidem, solut. matr.* vbi testes probant mortem, si dicunt: Vidi eum morientem, vel laborantem in extremis: *vide Goz. in l. 2. §. creditum. Si certum pet.* ¶ Et mors quomodo probetur, vide Ias. *in l. fin. C. de S. S. Eccles. in 7. notab.* Et quem esse mortuum à longinquis partibus, sola fama probatur: *vide Aluar. in c. 1. quo tempore miles, in 4. col. ibi tertia conclusio, vide in indice meo practici Papiensis, in verb. Mors.* 333

Mors fit in instanti, & de duobus, qui simul moriuntur in naufragio, vel alio modo, quis dicatur, vel præsumatur primò mortuus, *vide Bart. in l. 2. §. creditum, num. 13. Si cert. pet. l. qui duos, l. quod de par. & l. seqq. de reb. dub. l. inter socerum, in princ. de Pact. dotal.* Goz. tamen, *in d. §. creditum,* tenet contra Bart. Quòd mors non fiat in instanti, sed quòd habeat tractum successiuum: *vide ibi Mod. reliquos.*

Moriendo an quis dicatur velle, *vide Bart. in l. centesimus, §. fin. de verb. oblig. & ibi Alex. qui distinguit inter contractum & vltimam voluntatem.* ¶ Homo mortuus non est homo: *Bart. in l. promissor, de Constit. pecun. c. in quibusdam, de cel. miss. Carol. in Clem. 1. in 9. q. de homi. gl. in l. si seruus, §. bone, de cond. furt. vide Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, in 1. q. chart. 110. de verb. obligat.* ¶ An appellatione animalis veniat mortuum, *vide Bart. in l. qui decem, §. fin. De solut. & in l. quod te in fin. Si cert. pet. vide in verb. Res. & in verb. animal.* item an mortua bestia dicatur bestia, *vide Bart. in l. cum dilationis, ff. de fund. instruct. vide ad hoc supra in verb. Animal.* 334

Statutum est hominem semel mori oportere: l. *fin. C. de S. S. Eccles. l. proponebatur, de iudic. l. hæres meus, ff. de condit. & demonst. l. 1. eo tit. l. non moriturum, C. de contrah. stipul. l. an vsusfructus, ff. de vsufruct. leg. gl. in c. possessionis, 16. q. 1. l. an vsusfructus, de vsufruct. l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.* ¶ Morte nihil certius, die vero mortis nihil incertius: l. *1. de cond. & demonst.* 335

Vnusquisq; præsumitur viuere centum annis: l. *fin. C. de S. S. Eccles. vbi Ias. in 7. not.* ¶ An elapsis centum annis præsumatur mortuus? vide *ibidem per Ias.* de hac reg. Quòd vnusquisq; præsumatur viuere centum annos, *vide pulcrè & latè Philipp. Corn. cons. 204. Quanquam videatur, vol. 2. in litera D. quem omninò vide, quia pulcerrimè & latè loquitur.*

Qui

336 Qui se fundat in morte alicuius, debet eam probare saltem per famam: aliàs præsumeretur viuere in dubio: *l. siquidem, & ibi not. solut. matr. l. 2. §. si dubitetur, quemad. test. aper. vide Iaso. in l. 2. colum. 27. in princ. ibi, item contra determinationem, C. de iur. Emphyt. vide Aluar. in c. 1. quo tempore, in 3. colum. ibi tertia conclusio, in vsib. feud.*

337 Quamdiu dubitatur, an aliquis sit viuus, an mortuus, super eius bonis non possunt fieri transactiones, vel adiudicatio: *l. nec nos, C. de capit. dimin. vide Iaso. in l. fin. in quarta ampliatione, C. de pact.* ¶ In hac materia probationis mortis, obiter hic memorandum est, quem esse mortuum, Negatiuam & priuatiuam esse, & ob id meritò difficilem esse probationem: *l. actor, C. de prob.* Hoc obseruauit Barto. *in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadmod. test. aper.*

Vbi etiam pulcrè tractat mortis probationem in his, quæ sunt maximi præiudicij: vt quando quis de homicidio accusatur: tunc enim mors verè probari debet, & hoc casu probatur per eos, qui viderunt eum mortuum, tetigerunt eum frigidum, non habentem pulsum, vel quòd viderunt eum habere signa mortui, vel viderunt eum sepeliri, vel viderunt eum decapitari, vel similia, per quæ mors necessariò concluditur. Tractat etiam ibi, mortis probationem in his, quæ non sunt tam maximi, sed tamen magni præiudicij: vt puta, quando agitur de fama, vel statu alicuius: item quando agitur de numero pecuniario, nec non & de his, quæ sunt modici præiudicij. *De his omnibus, vide Bartol. ibi supra. Clariùs enim, & cum distinctione, & forsan melius, quam alibi offendes.* ¶ Viuentis nulla est hæreditas: *l. 1. ff. de hæred. vend. l. neminem, l. si quis, ff. de acquir. hæred. & l. 1. ff. pro hærede, & l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadmod. testam. aper. vide gloss. in d. l. neminem, in verb. Labeo ait.*

338 Morte naturali speciei ante moram commissam, liberatur is, qui ad speciem dandam obligatus fuit: *l. si ex legati causa, ff. de verb. obligat.* ¶ Sic etiam liberatur fideiussor de iudicio sisti, mortuo principali, (quē sistere debebat,) ante moram, etiam ex quo factum sistendi est factum impossibile, ipsa obligatio extinguitur, & hoc est verum, tam de morte ciuili, quàm naturali: *textus est & ibi Paul. de Castro, & Alex. optimè declarant, in l. si quis rei, quæ est, l. 4. in princ. ff. si quis caut. quos omninò vide: facit optimè tex. in l. si decesserit, ff. si quis, vide de hoc supr. in verb. creditor.*

De Multitudine.

339 MVltitudo est refrenanda: *c. cum causam, de Testib. c. cum in multis, de Rescript. lib. 6. & ibi gloss. allegat concordantias.* ¶ Cum multitudine minus agitur, quàm cum paucis: *c. Latores, de cle. exco. minist.* ¶ An propter multitudinem pœna exacerbari, an diminui debeat, *vide pulcrè Bartol. in l. aut facta, §. fin. de pœn.* ¶ Multitudo an excuset à pœna temporali, *vide gloss. in c. 2. de temp. ord. in verb. antiqua.* ¶ Multitudo ad negotium aliquod exequendum, magis est ad damnū, quàm commodum, quia confessionem inducit: *l. 3. §. apparet, de administ. tut. l. tam collatores, §. 1. vbi pulchrè Iohan. de Plat. in fin. not. C. de re milit. lib. 10.*

Res faciliùs per vnum expeditur, quàm per plures: *Bart. post gloss. in l. si plures, §. quamuis, de administ. tut.* ¶ Multa dicuntur quatuor: *gloss. est in l. 1. de leg. 1. vbi Alex. in 6. colum.* ¶ Vbi etiam quærit: An tria dicantur multa, & multitudinem inducant? *Clarius per eundem, in l. licet Imperator, in 2. colu. eod. tit. de leg. 1.* ¶ Pluralis locutio duorum numero est contenta: *l. vbi numerus, ff. de Testib. l. libertas, §. post annos, de ma. test.* ¶ Pluralis locutio de pluribus facta, in dubio viriliter intelligitur facta: *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, l. Paulus, la. 2. de solut. l. 1. C. si plures vna sentent.* ¶ Multis modis factum illud dicitur, quod bis solùm factum est, sic etiam dictio sæpè, verificatur in duobus actibus: *vide pulchrè Alex. de Imol. in l. sæpe, in princ. numer. 2. & 3. ff. de re iud. idem in dictione sæpius.* 340

Sæpissimè autem dictio, importat ad minus trinum actum: *ibid. num. 4.* ¶ Plurium dictio, importat etiam ad minus trinum actum de proprio significatu: *Alex. numer. 4.* ¶ Octo dicuntur pauca: *Bartol. in l. scire oportet, de ex. tutor.* ¶ Dies pauci dicuntur: *l. si qua fœmina, l. dis. & 30. q. 1. si quis inuentus.* ¶ Pluralis locutio, verificatur in singulari, & econtra: *l. falsa, §. fin. de condit. & demonst. l. Diuus in fin. de pet. hæred. l. non est, & l. in vsu. ff. de verb. signifi. vide gloss. in l. 3. ff. de stat. hom. & Inst. de iur. person. in princ.* 341

De Muris.

MVri sunt sancti. Vnde eos transcendens capite punitur: *l. pen. ff. de re mil. l. desertorem, §. nec non, de rer. diuis. & l. fi.* Hinc Romulus Remum fratrem occidit, quòd muros transcendisset: *l. 1. ff. de Sena.* ¶ Pecunia in muro reperta, non ad emptorem pertinet: *l. à tutore, ff. de rei vend. vide ad hoc not. Iaso. in l. 3. §. Neratius, in 4. not. ff. de acquir. poss.* Idem est in pecunia reperta in re empta. 342

De Mulieribus & Fœminis.

FOemina propriè homo non est: *l. si aliquis, §. qui abortionis, ff. de pœnis, Cuiac. lib. 6. obseruat.* 343

obseruat. 21. Goddeus de ver. sig. num. 31. l. 152. l. hominis, 152. ibid. l. 3. §. 1. lib. hom. exhib. Treutler par. 1. disp. l. C. 2. the. 1. lit. C. Bodin. contr. VVierium, pag. 709. Frider. Pruckm. in repet. l. in multis, p. 1. pr. memb. 3. Articul. 1. de stat. hom. ¶ Mulieres in opus salinarum damnari possunt: *l. 6. de captiuis, Cuiac. lib. 3. obseruatio. 31.* ¶ Qua pœna mulieres pocula amatoria præbibentes puniantur, vide *l. 38. §. 5. de pœnis, l. 3. §. 2. de Sicarijs, l. 15. in pr. & ibi Gothofr. ff. de iniurijs.* ¶ Mulieres prægnantes puniri non debent: *l. 3. ff. de pœnis, l. Imperator, de statu hom. Paul. 5. sent. §. 5. l. 18. de pactis.*

344 Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis, remotæ sunt: & ideo nec iudices esse, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere possunt: *l. fœminæ 2 ff. de regulis iuris*: ista omnia & plura vtilissima addendo examinat Decius. Et ista quinque in textu dicta tractat, *vsque ad num. 17.* ¶ Deinde plures casus addit, vbi mulier regulariter non possit interuenire: & dicit, compromissum in mulierem fieri non posse: *allegat casum in l. fina. C. de arbit.* remouetur ab officio tutelæ: *per l. 1. C. quando mulier offi. tut. fun. poss.* Executoris officio fungi non potest, eo casu, quo quid in iudicio explicari debet: bonorum curatrix dari non potest: non potest constitui exactrix tributorum: ab officio argentarij repellitur: delatio in fiscum mulieri prohibetur: actione populari agere non potest: *l. mulieri, ff. de popula. actio.* prohibetur esse testis in testam. *l. qui in testam. §. mulier, ff. de test.* prohibetur esse testis in priuata scriptura: non potest testificari in causa criminali: *cap. mulierem 23. q. 5.* prohibetur testificari in feudis: non debent mulieres interuenire, in legibus vel statutis condendis: non potest ordinari ad ordines Ecclesiasticos: mulier etiamsi monialis sit, sacra vasa & res sacras tamen tangere prohibetur: & incensum circa altaria deferre non debet: *c. in sacratas 23. distinct.* prohibetur ad altare accedere: & presbitero ministrare non potest: neque potest prædicare, neque docere, licèt docta sit & sancta: *c. noua, de pœnitent. & remiss.* Quia in fragilitate deterioris sunt conditionis, quàm masculi: *l. si mulier, C. ad velleia.*

345 Vnde tortura debet inchoari à fœmina, quia timidior videtur: *argumen. l. vnius, ff. de quæstio.* ¶ Mulier mortua prius præsumitur: *l. qui duos, §. si maritus, vbi gloss. ff. de rebus dub.*

346 Si statutum requirat consensum alicuius in contractu, non intelliguntur fœminæ: quando concurrit mulier in officio cum masculo, præualet masculus: *l. 1. ff. de sena.* tenetur lugere virum: *l. 1. & 2. C. de secund. nup.* non habet filios in potestate: *§. cæteri, Institu. de hære. qualita. & diffe.* Et alia plura in quibus fœmina sit deterioris conditionis masculo, *vide per Decium in dict. l. fœminæ, à princip. vsque ad numer. 69. sed à numer. 70. vsq. ad numer. 86.* inuenies casus cum declarationibus, in quibus fœminæ sint melioris conditionis, quàm masculi *vide, plus & specialiter nota.*

Mulier non potest contrahere, neque 347
adire hæreditatem sine curatore, vel propinquis: intelligitur de hæreditatibus damnosis, nō de vtilibus: & an possit curator suam interponere auctoritatem per nuncium vel per Epistolam? (*Respondetur, quòd non,*) *de istis vide Ioan. de Arno. in singula. suis 14. 15. & 16. per Baldum in l. neque, C. de contrahen. & commit. stipula.* debet in continenti interuenire: non enim sufficit ex interuallo, vel ex postfacto eius interuentus, vel ratificatio: *Ioann. de Arno. in singula. suo 32.* Et dicit dict. Ioann. de Arno. *in singula. suo 5.* quòd non sufficiat constare de præsentia Mundualdi, sed etiam debet apparere quod intellexerit actum, super quo est adhibitus: igitur *ibidem* docet, quomodo ista clausula de Mundualdi interuentu sit ponenda.

Nec donationem causa mortis mulier 348
potest facere, sine Mundualdo, licèt testamentum condere quia magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati: *idem Ioan. de Arno. in singula. suo 42. & in singula. sequent. 43.* ¶ Mulier an teneatur de vsura, quando contraxit vsurarium contractum sine Mundualdo, *notat idem Ioann. de Arno. in singula. 46.* ¶ Sed an isti contractus sine curatore facti, per iuramenti appositionem validentur, *vide eundem Ioann. de Arno. in singula. 59. incip. pone.* ¶ Mulier in apodicticis iudicijs testis esse potest: *Bartol. c. 10. de feud. numer. 41.* ¶ Mulieres sua sponte ad auaritiam sunt procliues: *l. 33. §. vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor. gloss. ad l. Nass. de negot. gestis, VVesenbe. ad l. 9. C. de pact. num. 2.*

Nota, mulier vel fœmina nunquā quòd 349
admittatur in iudicio sed semper in qualibet actione tutores habere debeat: vbi verò iuramentum ab ea fieri debere decernatur, nec tutor sed persona iuret principalis. ¶ Veri etiam tutores guarandam seu cautionem pro eis promittere debent & eandem, si necesse fuerit, recipere, & promissam adimplere: *textus est in Articul. 46. lib. 1. Land-Recht,* notaui hæc & alia, *supr. in litera C. versi. de curatorib. vide constitu. Electo. Saxo. in Articul. 15. parte 2.* Do wird gesaget/ daß alle Weiber in jhren Sachen vnd Händeln sollen Vormünder ha-

der haben/ Und do sie keinen haben/ jhnen von der Obrigkeit soll geordent vnd zugegeben werden. ¶ Testamenta autem condere possunt sine tutoribus: & quid de muliere mercatrice, vel negotiante, *ibi in fine inuenies*.

350 Et fœmineum genus licèt sit auarissimum, vt inquit glossa, *in l. Nesennius, ff de nego. gest.* tamen est fragile, & omnibus fallentijs & fraudibus est expositum, maximè quando fœmina est minor: *Decian. in consil. 32. volu. 3.* vbi in specie arguit donationem à fœmina minore factam, quòd facilè fuerit decepta & ad illam inducta. Vide ibi in ista materia de fœminæ fragilitate multùm bona. ¶ Mulier ex duplice capite consequitur Nobilitatem, à progenie suorum agnatorum, & à marito, denominatur & honoratur, in qua præualet: *notat Ioann. de Platea, in l. 1. in princ. C. de dignita. lib. 12. Guido Papa in consi. 217. num. 5. & 6.*

351 Quomodo in dignitate mariti constituatur, (*Per matrimonium contractum cum constituto in dignitate, cuius & forū & domicilium sequatur,*) eius dignitatem retineat, amittat, (*Si alij inferioris ordinis nupserit: sed & per impudicitiam domicilium viri & omnia priuilegia viduitatis perdit: Geyl. 2. obseruatio. pract. 98. numero 17.*) & qualiter forum eius sortiatur, & similiter amittat, *vide textum, & ibi Ioann. de Platea, in l. mulieres, C. de dignita. lib. 12. & in l. mulieres, C. de incolis, lib. 10.* quatenus etiam secundò nubens dicatur castè & honestè viuere, & sic obtineat legatum, donec castè, & honestè vixerit, docuit Hipp. de Marsil. *in repe. l. vnicæ, C. de raptu. virgi. num. 187. versic. nota vlterius, & Abbas in c. quod à te: de Cleri. coniuga. Ioann. de Arno. in sing. suo 3.*

352 Sed an perdat ob adulterium, vel etiam propter stuprum, in viduitate commissum, dotem & de dote actionem, notauit dictus Hippo. *in d. l. vnica, C. de rapt. virg. à num. 48. vsque ad num. 62.* Et ibi vide bona, de hæredibus mariti: dixit quædam *supra, in litera D. versic. de dote, donatione propter Nuptias, & de dotalitio, & in hac litera, versic. de marito.* ¶ Item mulier transiens ad secundas nuptias, quæ (*Amittit proprietatem omniū quæ titul. lucratiuo à marito habet, solo vsufructu illi remanente.*) amittat, *vide Geyl. in obseruatio. 98. lib. 2. obseruatio.* & ibi quoque docet, de pœna mariti transientis ad secunda vota: & ibi multa bona vide, de secundis nuptijs.

353 Mulier renunciando beneficio Senatusconsulti Velleiani, quatenus obligetur, (*Si videlicet de beneficio SC. certiorata sit, vel ex iuramento renunciauerit,*) docuit Geyl. *in obseruatio. 77. lib. 2. obseruatio.* de certioratione in renunciatione mulieri fienda, notauit Hippol. de Marsil. *in singu. suo 18. per totum, idem Geyl. in dicta obseruatio. 77. num. 7.*

Quomodo obligetur, vt teneatur pro viro, vel extraneo, & quòd iudicialiter cum curatore, etiam sine iuramento, excepta renunciatione dotis & donationis propter nuptias, actum valeat, præscribit constitut. Elect. Saxo. *in Art. 16. parte 2.* 354

Mulieri quando iura præ alijs succurrant, & causam restituant, *Seb. Med. de conseru. poss. gloss. 2. p. 3. num. 199. & seq.* ¶ Mulierum genus auarissimum: *vide in hanc sententiam Seraph. priuil. 71. num. 13. & 14.* ¶ Magistratus non plus crudelitatis debet habere, ac si leo esset, qui vbi sæuit, in viros plus fremit, quàm in fœminas: *Raud. de analog. lib. 1. c. 33. numer. 118.* ¶ Osculans mulierem punitur arbitrio iudicis, de iure communi: *Viuius lib. 1. dec. 117.* ¶ Per hoc, quòd mulier habeat lac in mamis, probatur ipsa prægnans: *Menoch. præsumptio. lib. 1. quæstio. 3. numer. 3.* 355

De Muneribus.

AVrum seu munera faciunt nolentem velle: ideò scribitur, *Deuterono. cap. 15.* quod munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum: & dicit textus, *in c. quæ rectè 11. q. 3.* quòd acceptio munerum præuaricatio veritatis fit, & cito quod violetur iustitia: *Hippo. de Marsi. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virg. num. 16.* 356

Et quòd datio & acceptio pecuniæ, inducat in aliquibus casibus delictum, tradit Hippol. de Marsil. *in singula. suo 353. Incip. datio pecuniæ. Idem in singu. 190. incip. iudices, & in repe. l. lege Corn. pr. ff. ad l. Corn. de sicar.* vbi docet, quòd iudicibus baratria sit prohibita: quomodo autem incurrat illam, & conuincatur de illa, vel sententia propter baratriam sit nulla, notaui supra, *in litera A. versic. de auaritia. vide pulcherrimam obseruatio. Mynsinge. 75. centu. 2. VVesenbec. in paratitlis, ff. tit. de officio proconsulis.* Xenia vel obsonia morosè non repudianda, neque auarè recipienda voluit. 357

Munera parua iudici licet accipere: nam minima lex non curat: *Seb. Med. reg. 5. in specie, numer. 1. fol. 160.* nec munus paruum facit iudicem corrumpi: *num. 128.* 358

De Muneribus publicis.

ALia esse personalia, alia patrimonialia, præscribit textus: *l. 1. ff. de muneribus & hono. & in ista materia, vide istum titulum per totum.* ¶ Sed quæ personæ, & ex quibus causis excusentur, nempe doctores, consiliarij principum, impetrantes vacationem: vel quia non sunt de corpore decurionum: vel quia electus seu vocatus positus est in vno collegio, non est ad munus alterius colle- 359

gij eligendus vel quia prius officium, quod habuit, vel adhuc habet, fuit & sit digni': seu quia inimicitiæ gratia est vocatus: aut quia electus non sufficit officio, animo, corpore & facultatibus: consuluit VVesenbec. *in consi. 40. part. 1.* Et ibi de publicis munerib. & honoribus multa bona docuit.

360 Dominus ad quæ munera compellere posit vasallos & subditos: *Capyc. decis. 118.* & an ad excubias nocturnas: *Petr. Greg. in Syntag. iur. lib. 6. c. 3. num. 16. & 17. fol. 233.*

De Mutatione instituti.

361 VIam quam quis eligit, hanc sibi patere noscat: *l. si Mulier, §. fina. ff. quod metus causa, declarat Hippol. de Marsil. in singula. suo 213. Incip. viam.* ¶ Et dici solet: viam quam elegisti, hanc ambula: sed in actibus iudicialibus locum habere, vsque ad litis contestationem, vel de Iure Saxon. vsque ad Guarandæ præstationem, notaui *in suis locis, in vers. de iuramento, & in vers. de libello, & de litis contestatione, & in vers. de inconstantia, Angel. in titu. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. quæ de fullone,* facit id eleganter, quod dicitur: quod potui volui, quod nolui adimplere nequiui: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 262. incip. quod potui.*

362 De mutatione eius, qui intendit probare, & postea velit deferre iuramentum, vel velit deferri iuramentum, *Decian. in consi. 61. volum. 3. per totum.*

363 Viam vnam ex duabus eligens, astringere se ad eius formam & qualitatem censetur: *l. Pomponius, §. si quis, & ibid. de acquir. poss. Caualc. dec. 21. n. 23. fol. 85.* ¶ Mutatio, variatio, & reuocatio non præsumitur *Seb. Med. de nouat. p. 1. q. 1. vbi illat. 14. egregiè Men. lib. 6. præs. 36. fol. 463. latè.* ¶ De mutatione & transformatione rei, quòd tollat omne ius, actionem & obligationem: *Medic. de amitt. poss. gloss. 3. num. 275. vbi amplius & limit.*

De Muto & Surdo.

364 MVtus & surdus, si nullum habent intellectum, æquiparantur furioso, & infanti: *l. Fulcinius, §. adeo, ff. ex quibus caus. in possess. eatur.* ¶ Si autem aliqualem intellectum habent, tunc pupillo: *l. pupillus, ff. de acquir. hæredi.* ¶ Si autem perfectè intelligit, maiori: *l. mutuum, ff. eo. tit. l. mutus, ff. de iure dot.* illa est magis communis opinio modernorum, post Barto. *in l. 1 ff. de verbo. obligatio. per Alexand. in l. mutum, ff. de acquir. hæredi.*

365 Et mutus & surdus non potest confiteri homicidium, vt ratione confessionis possit damnari: *de quo per Bald. in l. vnica, in 6. colum. C. de confess. l. humanitatis, in 19. colum. C. de impube. & alijs substi.* ¶ Qualiter tabellio mutus & surdus conficiat instrumentum, ponunt Dd. *in l. mutum, ff. de acquir. hæred. Bald. in l. discretis, C. qui testa. fa. possunt.* ¶ An possint donare, notat gloss. *in l. qui id quod, §. mutus, ff. de dona.*

Et an possit iurare per modernos, *in l. 1. ff. de verbo. obliga. notat Petrus de Rauenna. in suo alphabeto, litera M. versic. mutus.* ¶ Et quòd mutus à natura, qui etiam est surdus, nullum actum possit explicare, nec stipulando, nec aliquo alio modo: nisi fortè, quòd possit Matrimonium contrahere, si sit ei aliqualis intellectus, & per signa, & per nutus, consensus possit colligi, habetur *in c. tua, de sponsalibus.* ¶ Sed mutus ab accidenti potest omnes actus legitimos explicare, excepta stipulatione, ad quam requiruntur verba pro forma. 366

Tales etiam muti possunt retinere feuda, cum sua distinctione: *vt in tit. An mutus vel aliàs imperfectus: in vsibus feudo.* Et sunt in communi commercio hominum. Videat autem Notarius, dicit Iason, *in l. 1. ff. de verb. obligat.* quòd sit cautus in explicandis & describendis signis, nutibus & alijs consensum designantibus: *Zasius in dict. l. 1. ff. de verborum obligat. numer. 22. Schneidew. in titu. Institut. de inutilibus stipulatio. §. mutum.* In feudo concordant cum iure communi iura Saxonica. Dann so sagt der Text: Wird auch ein Kind geboren/ Stum/ Sinn oder Witzloß/ oder sonsten vnuollkomlich an seinem Leibe/ das ist wol Erbe zu Land Recht/ aber nicht zu Lehn Rechte: Hette aber ein Mann Lehn empfangen/ ehe er also gebrechlich worden were/ das verleuret er damit nicht. *Est tex. in Articu. 4. lib. 1. Land Recht.* 367

Mutus an possit esse testis, Specula. *in tit. de teste, §. nunc transeundum, versic. Quid de muto?* tenet, quòd non: Sed hoc verum censetur, nisi nutu vel scriptura deponere possit. Est communis opinio secundùm Abba. *in c. de testibus, extra de testibus, secundùm Alex. & alios, in l. 1. ff. de verborum obligat. notauit Ludo. Roman. & ibidem Pigno. in addi. in singu. 752. Incip. An mutus.* Et sic de similibus, quos actus mutus & surdus possint explicare, cogitandum erit. 368

Mutus & surdus cui æquiparentur, an infanti, an pupillo, an furioso: an contrahere, & quomodo possit: an iurare, & alia multa, *per D. Alex. post alios, in l. 1. in princ. in 2. & 3. colum. ff. de verb. obl.* 369

Mutus & surdus simul non possunt testari, vel aliam vltimam voluntatem condere: & quid in testamento ad pias causas, item

item an posſit contrahere matrimonium, an posſit eſſe Læſus, *vide Iaſo. in l. diſcretis, C. qui teſt. facer. poſſ.* ¶ An mutus & ſurdus à natura, matrimonium contrahere posſit? Dic,quòd ſic, *per text. in c. cum apud, de ſponſ.* Secundùm communem intellectum, Ioan. Andr. & D. *Anthon. vide Alex. in l. 1. in principio, num. 10. ff. de verb. oblig.*

De Mutuo & Mutuante.

370 MVtuum eſt contractus nominatus, ſtricti iuris,qui celebratur datione vera vel ficta, rei conſiſtentis in numero,pondere, vel menſura, cum ſpe recipiendi tantundem, in genere ſuo, eiuſdem bonitatis & qualitatis. *ſecundùm Bartol. in l. 2. §. fina. in fine prin. ff. ſi cert. peta.* & colligitur hæc definitio *ex principio titu. Inſtit. quibus mod. re contra. oblig. & ex l. 2. in princip. ff. ſi cert. peta.* explicationem iſtius definitionis, vide per Schneide. *in d. tit. Inſtit. quibus mod. re contrah. obligat. §. de mutuo. numer. 8.* Quatuor docuit ibidem ſubſtantialia mutui, quorum (dicit) ſi vnum ex his deficiat, non dici mutuum: ſecundùm Paulum Caſtrenſ. *in d. l. 2. in princip. ff. ſi cert. peta.* Et *ſecundùm gloſſam ſecundam principij, in verb. mutui,* addit quatuor mutui requiſita, quæ ibi declarat.

371 Et mutui diſtinctionem, quòd aliud ſit ciuile, aliud naturale, cum ſuis ſubdiuiſionibus, inuenies ibidem apud Schneide. *§. quotuplex mutuum, num. 22.* Et quid de vnoquoq;, ibidē: & pulcherrime explicat hanc mutui materiam, ſecundùm verba Paul. *d. l. 2. ff. ſi certum pet.* Oldendor. *in ſuu claſſib. actionum, claſſ. 4. act. 17.* de certi condictione ex mutuo quæ actio pro conſequendo mutuo detur ſed quo autore ſit introducta, quòd ſit directa & vtilis, cui & aduerſus quem competat, quid ſit de hæredibus, quid conſequatur: capitale videlicet cùm intereſſe: quòd ſit actio in ſimplum, ſpecialis, quando & quamdiu competat, quòd ſit ſtricti iuris. De affinibus remedijs, practicam libellandi & excipiendi, vide d. Oldendorpium, *in d. claſſe & actione, de certi condictione ex mutuo.*

372 Præſtantur autem in mutuo dolus, culpa lata, leuis, & leuiſsima, & caſus fortuitus: quamuis enim culpa vel quouis caſu fortuito mutuum perierit, nihilominus tenebitur mutuans iſtud mutuum reddere: quia factus eſt dominus rei mutuatæ. *l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. l. pignus, C. de pigno. acti.* & ideò ſibi tanquam domino perit. præterea eſt debitor generis, & illud perire non poteſt: *l. incendium, C. ſi cert. pet. Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam, ff. eo. tit.*

373 Sed de cautionibus & inſtrumentis cōficiendis ſuper mutuo contrahendo, de renunciationibus,& alijs requiſitis & vtilibus in illis, ex quibus fundari poſsit certi condictio ex mutuo, notauit & docuit Specul. *in titu. de obl. & ſolutio. §. 1. per totum.*

Singulare eſt in mutuo, quòd licet alias filiusfamilias ex omnibus contractib. efficaciter obligari poteſt: tamen ex ſenatuſconſulto Macedoniano prohibitum eſt ijs dare pecuniam mutuò, qui ſunt in poteſtate parentum: quod ideò inductum, ne filijfamil. ære alieno obruti votum affectandæ mortis paternæ conciperent. *l. 1. & paſsim, ff. & C. ad SC. Macedon. vide Alexand. ab Alex. Ant. Gome. tom. 2. variar. reſol. c. 6. n. 2. Borch. §. illud propriæ ſeruatur, Inſt. quod cum eo, qui in alie. pot.* ¶ Loquitur autem SC. de mutuo pecuniæ: vnde ad alias res non pertinet: *l. 3. §. is autem, l. ſed ſi 9. §. 1. ad SC. Maced.* ¶ Sicut nec ad ea, quæ ſtudiorum cauſa filius ſumſerit: *l. 5. C. eod.* ¶ An exceptio SC. Macedoniani locum habeat, quando filiusfamil. iuramentum præſtitit, vide Caſtal. *ad l. 1. & l. tamen ſi, ff. ad SC. Macedon. Zaſ. lib. 2. ſing. reſponſ. c. 28. Gome. tom. 2. var. reſol. c. 6 num. 2.* Sed ſtudiorum cauſa mutuum filiofamil. datur rectè: *l. 7. §. 13. ff. ad SC. Macedonia.* ſi tamen probabilem modum non exceſsit, ſed quantum pater adminiſtrare ſolebat. 374

In nummis mutuò datis contractus tēpus ſpectandum eſt, ſi tempore creuerint, vel decreuerint, non ſolutionis: *Cuiac. in l. 59. in fin. de v. o. Geyl. lib. 2. obſeru. 73. vide ſupr. de moneta, Mynſing. centu. 4. obſeruat. 1.* ¶ Inuito creditori pro parte creditum ſolui non poteſt: *l. tutor, §. Lucius, ff. de vſufr. Hoto. quæſt. illuſt. 22. vide Borch. in c. vn. quæ ſunt regalia, n. 63.* an aliud pro alio inuito creditori ſolui poſsit? *Geyl. 2. obſeruatio. 73. conſtitut. Electo. Ang. p. 2. conſti. 28. VVeſenbec. de pec. conſtituta. numer. 9.* 375

Numerationem enim debiti creditor regulariter probare cogitur. *l. 1. C. de probatio.* ¶ Sed quomodo probet iſtam debiti numerationem quæritur? Reſpondetur. 1. Quòd inſtrumentis, quia per illud fit plena probatio: *prout infrà. in litera P. verſ. de probatione per inſtrumen.* ſit igitur cautus, vt faciat confici inſtrumenta, ſecundùm formas à Speculatore traditas. 2. Probatur per priuatam ſcripturam confectam, *ſecundùm l. ſcripturas, C. qui potio. in pigno. habeantur. infr. in litera P. verſi. de probatione per priuatam ſcripturam.* 3. Probatur mutuum per priuatam ſcripturam, puta Apocham habentem ſigillum: quia appoſitio ſigilli multùm operatur contra ſigillantem, atq; ſubſcriptio contra ſubſcribentem. *de quo Ludo. Roma. in conſi. 301. incip. hæc ſcriptura priuat. gloſſ. Bart. & Bald. in l.* 376

in l. 2. C. de reb. alienis non alienandis. appositio enim sigilli est signum ratificationis & confirmationis: Bald. in l. fraudem, ff. de testa. mili.

377 4. Probatur mutuum taciturnitate: de qua infrà, in litera P. vers. de probatione per taciturnitatem. 5. Libro rationum, quæ habentur per Barto. in l. nuda, ff. de donationibus, & in l. Publia, §. fin. ff. depositi, infr. in vers. de probatione per rationem. 6. Per testes, qui debent deponere, quòd numerationi interfuerint, & eam fieri viderint: §. si quis igitur. Authen. de instrumen. fide & cautio. c. testes 3. q. 9. l. testium, C. de testibus. 7. Confessione debitoris: puta, quòd sit facta iudicialiter: gloss. in l. 1. §. fina. ff. de interroga. actio. vel extraiudicialiter, cum causa, parte præsente acceptante: vel actis fuerit inserta: vel etiam parte absente frequenter continuata, & totiens repetita, quòd transeat, quasi in publicam vocem & famam: vel si facta fuerit cum iuramento: Hippo. de Marsi. in repe. rubri. C. de proba. numer. 67. 80. 81. 82. 89. 91. & 94. 8. Probatur per sententiam, quæ res iudicata est facta, quia res iudicata pro veritate habetur: l. res iudicata, ff. de regulis iuris. Et tantum operatur sententia ad probandum, quantum operantur testes & instrumenta: Bald. in l. 1. in vlt. colum. C. de falsa causa adiec. lega. Nedum dicitur facere probationem, sed etiam operari vltra eam: Inno. in cap. mulieri, de iureiur.

378 9. Euidentia facti, de quo infrà, liter P. vers. de proba. per euiden. facti. 10. Ex præsumptione & coniectura legis, vel cumulando plura indicia: ex Theorica, vbi non prosunt singula, multa simul iuncta iuuant: l. cum scimus, C. de agri. & censi. lib 11. Et dicitur illud euidenter apparere, quod apparet ex coniecturis & præsumptionibus: Barto. in l. licet Imperator, ff. de lega. 1. in verbo euidens voluntas. 11. Creditor producat semiplenam probationem, & faciat sibi deferri iuramentum suppletorium: de quo iuramento notaui supr. in litera I. versi. de iuramentis iudicialibus.

379 12. Si quidem autem non velit, seu non possit probare, deferat debitori iuramentum litis decisorium: Articul. 6. lib. 1. LandR. & etiam notaui suprà, in dict. versi. de iuramentis iudicialibus, habetur & in Artic. 22. lib. 2. LandRecht. 13. Mutuum probatum censetur per simplicem solutionis obiectionem: veluti si petatur mutuum, & reus simpliciter dicit, se soluisse, certè probatum est mutuum: Angel. Aret. in titu. Institu. de cap. diminu. §. seruus, num. 3. ex gloss. l. non vtiq. ff. de excep. & ex gl. in l. exceptionem, C. de probatio. vide tamen distinctionem per Angelum & per Landfr. de Orian. in c. quoniam contra, de proba. in cap. de exceptionibus, num. 5.

380 Et his prædictis adde, quòd ex simplici datione, vel numeratione pecuniæ præsumatur mutuum: gloss. 1. & ibi Dd. maximè moderniores post eam, in l. cum quid, ff. si certum peta. Bald. in consi. 339. in c. pars dicens mutuum præsumi, nisi qualitas verborum præcedentium aliud designet: Henning. Göden. in consi. suo de præscrip. pigno. ad 5. quæstio. numer. 83. Et sic habes aliqua in probatione mutui. ¶ Zeucht ein Mann sein Gezeugniß auff den Mann/ auff den das Zeugnüß gehet / der soll durch Recht sagen/ waß jhm wissentlich darumb sey/ bey seinem Eyde/ oder sagen/ daß er darumb nichts wisse: Et sic relationi iuramenti non est locus, secundùm leges. Quia ius Saxonicum vult, si iuramentum ante guarandã præstitam ab actore, reo referatur, quòd tunc reus præcise cogatur respondere.

381 Sed quæritur: induxit creditor testes, qui interrogati non deposuerunt de numeratione: sed tantùm dixerunt, se interfuisse confessioni à debitore factæ de mutuo sibi facto: an ex ista depositione debitor creditori sit condemnandus? Respondetur, quòd non, secundùm Specula. in titu. de teste, §. 1. numer. 66. rationem dat, quia dicit, testes dixerunt extra intentionem: de numeratione enim interrogati de illa deponere debuissent: l. testium, C. de testibus, l. si ex cautione, C. de non numer. pecu. l. 1. C. de solutio. ¶ An tempore necessitatis, belli sæuientis, iudex ciues possit compellere ad pecunias Reip. mutuandas, docet Vasq. lib. 1. Illustr. contr. c. 6. num. 7.

382 Et formam libellandi in hac actione condictionis certi ex mutuo, vide Specula. in titu. de obliga. & solutio. §. sequitur videre, numer. 4. & ibi bona in addi. litera B. ¶ De exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ pertinet ad hanc materiam mutui, vide quæ notaui suprà, in litera E. versi. de exceptio. non num. pecu. ¶ Et de exceptione solutionis, in litera S. versicu. de solutione: & referenda est huc materia de mora: de qua in hac litera M. versic. de mora. ¶ De mutuo pecuniæ publicæ, vide consi. VVesenb. 53. parte 2.

383 Petr. Greg. in part. lib. 3. tit. 4. ¶ Pecunia si ab aliquo sit recepta, nõ autẽ appareat ex qua causa, si modò constet de receptione, mutuatio iudicatur: Anthon. de Butrio, consi. 65. & mutuum datum vel receptum qualiter veniat probandum. ¶ Mutuum statim repeti non potest: Menoch. lib. 2. cent. 1. c. 22. Sed post tempus, boni viri arbitrio æstimandum: Cou. V. R. lib. 3. c. 15. n. 6. in fin. Fachin. lib. 7. controu. iuris c. 52. ¶ Qui absentis nomine alicui mutuò pecuniam dat, ipsi absenti donare non præsumitur: Meno. lib. 3. præs. 71.

Vtrum

Vtrum agens ex mutuo, nec probans numerationem factam, sed tantùm Confessionem receptæ pecuniæ, obtinere possit, *Fach. lib. Controu. Iur. c. 51.* ¶ Numquid mutuum plenè probatum esse dicatur, si vnus testium de numeratione testificetur, alter verò de confessione, *Fach. d. c. 51.* Si variè testificentur testes examinati, quia videlicet vnus affirmat centum mutuata, alter septuaginta, alter quinquaginta: numquid mutuum sufficienter probatum dicatur, quoad quinquaginta: *d. c. 51.*

384 Vtrum, si quis testibus probauerit se mutuasse, licet de quantitate non testificentur, de ipsa quantitate standum sit actoris iuramenta de acto, *c. 51.* ¶ Si quis dicat alicui: accipe hanc pecuniam: quisnam inducatur contractus, an mutuum, donatio vel depositum: *Fach. lib. 2. controu. c. 53.* ¶ Subditi tempore necessitatis extremæ, vt puta belli & similis causæ, possunt à magistratu cogi ad mutuum dandum: & tunc inculpatè possunt petere vsuras; *Geyl. lib. 2. obseruat. 5. num. 17. & 18.*

Capitulum, collegium, vniuersitas, si habet debita: debet inprimis & ante omnia illa de suis introitibus & bonis soluere, & postea residuum, introitus bonorum suorum communialium distribuere inter residentes per capita: si verò introitus non sufficiunt, debent debita solvi per solidum & libram, & non per capita: & idem, quando illa tenetur pro damno & incendio dato: *Caualc. decis. 58. aliàs decis. 21. p. 2.*

Mutuasti mihi in secreto centum, quæ tibi secretò reddidi: tamen postea iterum petis, asserens te mihi mutuasse cum iuramento, quid mihi faciendum hoc casu? vide Alex. *in l. qui totam, in 2. colum. ad Trebell.* ¶ Mutuatam pecuniam probans, si de tempore non probat, non potest obtinere, si intentio fuit, se tali tempore mutuasse: *Are. in cons. 153. Fel. in c. 2. in 12. vol. 13. col. de Rescrip. Goz. in l. 1. lect. 1. C. qui admitt.* ¶ Mutuans pecuniam alicui, dicitur eidem præstare fauorem, opem & auxilium: Bart. *in l. cum qq. ff. ad l. Iul. Maiest.* vbi infert ad vsum forensem. Multa de feudo & vasallo: vide supr. *in v. Feud.* 385

De Nationibus.

1 NAtionum diuersitas, non nobilitatem vel ignobilitatem inducit: *l. fin. C. de temp. in integr. rest. arg. contra, in l. quòd si nolit, §. qui mancipia ff. de Ædil. Edict.* Secundùm diuersarum nationum mores viue, si non sunt contra bonos mores: *12. dist. ill.*

De Natura & Naturalibus.

2 NAtura hominis ab adolescentia prona est ad malum: *textus est in c. omnis ætas, 12. q. 1. c. alma, in verb. propter fasilitatem hominis, de senten. excom. in 6.* ¶ Sed ibi adolescentia accipitur pro pueritia, vel vsque ad septennium, quando homo incipit esse doli capax: *sic Andreas Sicul. Barba. in proœmio Clemen. in 2. lectura, §. quondam nulla, colum. 38.* & dicit Baldus *in l. fina. C. quib. ad liber. procla. non li.* quòd natura seruorum sit furari, igitur cum alijs, puta cum fuga, potest contra illos formari indicium ad torturam: *Blan. in repe. l. fina. ff. de quæstio. mihi num. 424.*

3 De iure naturali, habetur *in titulo 2. Institutionum lib. 1. sed naturalia sunt immutabilia, §. fina. d. tit. Inst. t. de iure natura. gent. & ciui. & ibi vide doctores.* Et ex eo dicit iurisconsultus, iura sanguinis iure ciuili dirimi possunt nullo: *ff. de regulis iuris.* sed tamen circumstantiæ possunt mutari vel modificari: declarat Decius *ibi* in materia educationis liberorum, & in materia tollendæ vel minuendæ legitimæ liberis iure naturæ debitæ: vide, quia sunt notabilia. ¶ In quibus casibus & quando possit ex ratione naturali sufficiens formari probatio, *notaui infrà in litera P. versi. de probatione per rationem naturalem.*

4 Naturam rei princeps mutare potest. *l. 1. C. de rei vxor. act. c. aqua. vbi gl. de consec. Eccles. vel alt.* ¶ Naturæ accusatores esse non debemus: *l. maximum vitium, C. de lib. præter. pulcer textus in l. lege 12. tab. C. de legit. hæred.* ¶ De natura naturante, & natura naturata, vide gloss. *in §. conditiones, Inst. de verb. oblig.*

De Naufragio.

NOta, si aliqua nauis propter naufragium deducta fuerit ad littus, vel terram, quòd fiscus nihil debet occupare vel lucri facere: quia ex aliena calamitate non debet compendium sperare: nec est addenda afflicto afflictio: *l. Diuus. ff. de offi. præ. textus est, & notant ibi Dd. in titu. de statu. & consue. contra. liber. Eccles. tollendu, in vsibus feudo. §. nauigia.* 5

Vnd das ist wieder die/ so sich der grund Thür auff den Wassern wollen gebrauchen *Ioan. de Platea in l. 1. C. de naufra. lib. 11.* Plenius colligendo consuetudines & statuta in contrarium facientia, docuit Geyl. *in obserua. 18. lib. 1. obseruatio. Cam. Impe.* (*vbi docet contra huiusmodi consuetudines posse decerni mandata sine clausula: & testes, qui naufragio interfuerunt posse recipi altera parte non citata.*) 6

Sed nota, quòd causa euitandi naufragij possit quis res alienas proijcere in mare, vt suas saluas faciat: dummodò cesset dolus: Ioan. de Plat. *in Rubr. C. de naufra. lib. 11. & in d. l. 1. in finalib. verbis, secundùm Barto.* format casum, quòd si nauis tempestate delata fuerit in aliquem portum, quòd non debeat soluere gabellam, vigore statuti disponentis, quòd de mercantijs delatis in portum soluatur gabella: quia debet intelligi de sponte delatis, non ex causa vrgenti, & violenta necessitate: *l. Cæsar, & l. fina. §. si per necessitatem, ff. de publica.* 7

Sed nauicularius, qui dicit se sustinuisse naufragium, debet hoc probare coram iudice illius loci: & si opus fuerit, infra annum præfecto illius loci seu diœcesis nunciare, postea verò perit instantia: *Ioan. de Platea in l. si quis nauicularius, C. de naufra. lib. 11.* 8

Sed secundùm verum intellectum Barto. dictæ legis, dic quòd nauicularius non agebat contra aliquem, nec res in naufragio amissas petebat, sed nauicularius ad suam defensionem pro speciebus sibi assignatis, naufragio peremtis, volebat probare casum naufragij, & amissionis specierum: quòd probare debet per testes, & infra annum coram iudice loci, vbi casus naufragij occurrit, & probationes illas probare debet ad præfectum 9

fectum & dictas species assignare, post annũ autẽ non audietur: & sic nota, quòd secundùm intellectũ Bart. non tantùm pereat instantia, sed etiã ius: & valet talis probatio de naufragio, etiãsi pars aduersa, de cuius præiudicio agitur, non sit citata, propter longinquitatem itineris: *Ioan. de Pla. in d. l. si quis nauicularius, C. de naufra. lib. 11. per l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusa. tuto. & secundùm istam l. notauit Hippo. de Marsi. in singula. suo 24. incip. Clarum est.*

10 Et potest accommodari ad similes probationes, quæ in longinquis partibus fieri debent. Et est vna bona limitatio ad l. de vno quoq; *ff. de re iudica.* probet autem nauicularius, vel is, qui allegat naufragium, per duos, vel tres testes de naue, qui melius scire debent veritatem, quibus deficientibus deuenitur ad alios: *l. quotiens, d. tit. C. de naufra. lib. 11.* Et sufficiunt in subsidium testes coniuncti, vel domestici in isto casu, secundùm *Ioan. de Platea, in d. l. quoties:* quandoq; etiam secundum qualitatem, & conditionem personarum potest probari per solum iuramentũ: *Ioan. de Platea, in l. 2. C. de naufra. lib. 11.* Sed causa naufragij summatim examinetur, leuato velo: sed quomodo intelligatur, declarauit d. Ioan. de Platea, *in l. de submersis, C. de naufra. lib. 11.* & ibi videbis libellum, quatenus isto casu sit necessarius, & teneatur nauicularius de dolo, culpa, & negligentia: *l. super naufragiorum, & ibi Platea, in d. titu. C. de naufra.* & ibi dicit, culpa naufragij occisi potest esse, si non congruo vel aduerso tempore, vel naue fragili nauigauerit.

11 Nauigatio autem facienda est, à Calendis Aprilis vsq; ad Calendas Octobris: *in d. l. quoties, C. hoc titu.* stetur tamen potissimè in huiusmodi casu consuetudini regionis: *dicit in d. l. quotiens, Bartolus: inuenies aliqua in titu. ff. de incendio, ruina, & naufra. & in tit. nautæ, caupo. & stabula.*

12 Vnd wie die Sächsische Rechte auff die Grundthür/ den gemeinen Rechten gleich ordenen/ auch das die Güter/ so einem durch Wassersnoth entworden / vnd einem andern zugeflossen/ sollen auffgebotten / vnd sechs Wochen vnuerthan gehalten / wieder gegeben werden / vnd einer mit Rechte sich darzu ziehen solle / der sie aber verleugne/ oder vorenthalte/ das der sey eim Diebe zuuorgleichen / *habetur in tex. additione & glossis, Arti. 29. lib. 2. Landrecht:* doch soll er den Vnkosten wieder gelten / welchen jener darauff gewendet hat. *Vide Aluaro. in tit. de statu. & consue. contra liberta. Eccle. tollen. §. nauigia. notaui quædam suprà, in litera D. vers. de Dominio, ibi de alluuione: de nauigijs, vide aliqua notata per Geyl. in obserua. 64. lib. 2. in fine.*

13 Naufragorum bona auferri non possunt, sed eis semper manent integra, quocunque locorum peruenerint: *Auth. nauigia, C. de furt. c. excommunicamus, de Rapt.*

De Necessitate.

14 Necessitas non habet legem, sed ipsa legem facit, & facit id licitũ, quod alias est illicitum: sed necesse est, quòd sit aliqua approbans auctoritas, id ex necessitate debuisse vel saltẽ potuisse fieri, & durante necessitate, secus cessante ea: *l. quæ propter, & ibid. notata Decij cum apostillis, ff. de regulis iuris.*

15 Tempore necessitatis omnia sunt communia, possumus confiteri laico, fit Baptismus extra Ecclesiam. Exercentes artes viles in defectum propter necessitatem admittuntur ad honores, & alios necessitatis effectus: vide per Petrum de Rauenna. *in suo Alphab. litera N. versi. Necessitas.* Iudex etiam, imminente necessitate, potest transgredi statuta, etiamsi secundum illa iudicare iurauerit *Ioan. de Arno. in sing. suo 8.* in sedando tumultum populi possunt etiam ea fieri, quæ alias non permitterentur: Hippo. de Marsi. *in l. qui eadem, ff. ad l. Corne. de Sica. & vide bona per eund. in l. si in rixa ff. eo tit. à nu. 67. vsq; ad finem elegans est singulare 100. Petri Gerar. de Petra Sancta. vbi casus multi enumerantur, qui in casu necessitatis conceduntur, aliàs autem non concederentur. Et declar. aliqua Iacob. de Bellouiso. in prac. sua crim. tit. de iniurijs, versi. falsarium, mihi nu. 43. & in seq.*

16 Sic etiam necessitate impeditus quo minùs potuit venire ad iudicium, debet probare istam necessitatem emanendi, & excusatur à contumacia: *Arti. 7. & ibidem glossa, lib. 2. Landrecht. Et notaui suprà in litera I. versi. de impedito, & in versi. de contumacia, vide Corse. in singula. suis, in verbo necessitas ineuitabilis.*

17 De Necessitate & eius importantia, refert Carol. *Tapia. l. fi. de const. princ. p. 2. c. 9. n. 44. Petr. Gerard. sing. vlt. Dec. & Cagnol. in l. quæ propter necessitatem, de R. Andr. Tiraq. de pen. leg. temperan. Caussa 33.* & de retractu consanguineorum; *§. 26. gl. 1. n. 13. & seqq. Couar. lib. 3. Var. resol. c. 14. n. 4. Alex. Raud. de analog. lib. 1. c. 22. n. 169. & seqq. & quæ ibi remiss. & Menoc. de R. I. reg. 1. n. 71. & reg. 2. n. 80.* ¶ An ex necessitate famis licita sit fornicatio, vel mulieri meretricari liceat, *Peccius c. peccatum, n. 8. de R. I. in 6.*

18 Necessitas facit licitum, quod est illicitũ: *Infer vt Cathorã in sua disp. post decis. n. 2. vbi exempla sacra. Pruckm. in l. in multis de statu hom. p. 1. n. 3. art. 3. n. 11. fol. 103.* & quod alias improbatum est, probabile facit *n. 12.* & est exlex, nec legum præceptis subiacet: *n. 13. Pruck. §. venatio, c. 4. n. 88. & 91. & § soluta potestas, c. 6. rat. contract. n. 134. fol. 534. & n. 135.* hoc procedit in iure expressis casibus. ¶ *Vide remiss. Valent. Franc. de fideiuss. c. 2. n. 237. & 238. vbi Rom. rec. 38. Casus in l. si vero, §. de viro, in fall. 54. ff. sol. matrim. Petr. Greg. de Repub. lib. 3. c. 7. n. 31. & 24. 32 33. 34.*

¶ Vi-

¶ Vtilitas magna necessitati exæquanda: *Pruckm. §. Venatio, c. 5. n. 3. & §. soluta potestas, effi. 1. n. 41.* ¶ Verba per se necessitatem importantia, nihilominus materia subiecta ita suadente de honestate intelligi posse: *Pruck. l. §. soluta potestas, eff. 5. ratione legum.* ¶ Actus necessitate factum consensum non infert: *Menoch. de præs. lib. 2. præs. 19. n. 8.* ¶ Exempla vrgentissimæ necessitatis non constituunt regulam, sed potius exceptionem regulæ: *P. Greg. lib. 3. de Repub. c. 7. n. 46.*

19 Necessitas legem non habet: *l. vnic. de off. proconf. vbi gl. in verb. expedire, allegat iura l. vt gradatim, de mun. & hon. l. 1. de fund. dot. vbi gloss. Petr. in q. 10. in princ. l. alienationes ff. famil. hercisc.* ¶ Necessitas alia præcisa, alia honestatis: *Br. in l. imperium, de iurisd. omn. iudic.* ¶ Necessitas alia præcisa, alia causatiua, scilicet, quòd tale quid est necesse, si volueris hoc fieri: *de qua per Bart. in l. Gallus, in princ. 2. col. ff. de liber. & posthum. gl. in §. posthumorum, Inst. de exhær. liberor.* ¶ Necessitas & impossibilitas regulas iuris tollit. ¶ Cartusiensis grauiter laborans, si absque periculo vitæ cõualescere aliter nequit, medici consensu carnes potest cõmedere, non obstante regula sua: *Abb. in c. si verò de iureiur.* ¶ Necessitas à furto excusat: *vide in verb. furtum, vide Goza. in l. 1. de off. eius, in verb. non aliter, vbi multis similibus hanc regulam exornat.*

20 Hinc est, quòd necessitas delictum facit probabile & excusabile, quod alias non esset: *ff. de ma. test. l. quia potuerunt, Io. de Plat. in §. ius autem gentium, in 3. col. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* ¶ Hinc est, quòd laicus in mortis articulo absoluere potest: *gl. in c. pastoralis, de off. ordin. vide Goz. in l. 1. de off. eius, in gl. in verb. non aliter*, vbi multa similia adducit, quibus ostenditur, necessitatem excusare, & legem non habere. ¶ De hac regula: quòd impossibilitas & necessitas regulas iuris tollat, & impossibilitatis multos & mirabiles effectus, vide latè per Hipp. *in l. 1. §. præterea, nu. 120. per 4. col. ff. de quæst.*

21 An difficultas impediat obligationem vel moram, *vide Bart. in l. quod te. Si cert. pet. in 3. col.* ¶ Difficultas à periurio excusat: *c. breui, de iureiur. Abb. in c. gemma in 3. col. ibi ad vnum tamen, de Sponf.* ¶ Difficultas impedit pœnæ commissionem: *l. si vehenda, in fin. ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. si quis cautio, & Abb. in d. c. gemma, de Sponf. infert ad quæst. 1.* ¶ Si extraneus promittit sub pœna, quòd Titia mulier contrahat matrimonium cum Sempronio: si facit quantum in se est, nõ incurrit pœnã.

De Negatiua.

22 Negatiua regulariter directè non potest probari: *c. quoniam contra, ex. de probatio.* Sed Lanfrancus de Oriano, *in repe. d. c. num. 4. fol. 4.* primam fecit distinctionem, quòd sit negatiua, aut facti, aut iuris, aut qualitatis: alia aut sit pura, & simplex, alia verò coarctata loco, & tempore, vel alia ratione: & secundùm illas distinctiones docet *ibidẽ*, quæ & qualiter quælibet sit probabilis, probanda, vel non, & cui incumbat eius probatio, vide: *Item notat. Pet. de Rauen. in Aureo suo Alphabe. lit. N. verf. negatiua.* Negatiua coarctata ad certam scripturam, est probabilis: *Alex. de Imo. in conf. 123. verf. præterea confirmo, vol. 4.*

An autem testis deponens super negatiua, præsumatur falsarius, vide Alexan. de Imo. *in conf. 136. volu. 1.* & an reddatur suspectus, eundem *in consi. 104. in 3. volu.* & qualiter deponere debeat super illa, vide eundem *in consi. 136. in 2. volum.* 23

Sed duobus testibus affirmantibus plus creditur, quàm multis negantibus: *gloss. in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbi.* limita, nisi essent pro reo, quia eis plus creditur, vt reus absoluatur: *Rober. Maran. in l. is potest ff. de acquiren. hæredita. num. 329.* ¶ Plenius de ista materia probandæ, vel probatæ negatiuæ, quis scilicet teneatur illam probare, & quibus modis probetur, vide tractatus duos Francisci Herculani & Martini de Fano, *de proba.* negatiuæ, in quibus ea, quæ ad hanc materiam spectant, exactissimè & absolutissimè tractantur & explicantur. 24

Nota: duæ negationes faciunt vnam affirmatiuam: *l. ex duobus, ff. de verbo. signi.* sed tres negationes faciunt negatiuam: vnde datur regula: quòd negationes in numero pari inducant affirmationẽ, in numero impari negationem: *l. 1. ff. de seruo fugati.* ¶ Item negatiua, quando præcedit actum potestatiuum, inducit necessitatem præcisam: *gloss. in c. 1. de regu. iuris, in 6. Hippo. de Marsi. in pract. crimina. §. sequitur num. 15. & 18.* 25

Viuius *decif. 392. n. 5. lib. 2.* ¶ De probanda negatiua, [*Franc. Herc. in suo tr. Gabr. lib. 1. concl. 6. de prob. Ioseph. Lud. concl. 14. illat. 35.* ¶ Negatio habens pro se præsumtionem, non venit illicò probanda: *Caualc. dec. 23. p. 2. n. 13.* sed detrudit probationẽ in partem aduersam. ¶ Negatio reddit rem dubiam: *ibid. decif. 27. n. 59. l. ab ea parte, l. si Chirograph. de probat. l. siue possidetis, C. eod. Myns. obseru. 68. cent. 5.* ¶ De negatione & negantibus, multa Marsil. *tr. de bannit. verb. negantur, ibid. de ment.* ¶ Negatio quando licita, etiam cum iuramento, *Asin. de execut. §. 3. c. 58. n. 2. & 3.* ¶ Negans pignus, rem Emphyteuticam vel feudalem, ea priuatur: *Asin. de execut. §. 7. c. 24. lim. ibid.* 26

Negatiua dicitur oratio, dum priuat, siue verba sint affirmatiua, siue negatiua: si verò ponunt, censetur oratio affirmatiua: vide Iaf. *in l. si prius, in 11. colum. de oper. nou.* 27

nou. nunc. Bart. in l. de ætate, in 3. q. princ. de minor. vbi dicit: Quòd illa oratio est negatiua, quæ significat priuationem: affirmatiua quæ positionem: nec de verborum conceptu, quocunque modo concipiantur, curandum. ¶ Negatio præposita signo vniuersali, æquipollet suo contradictorio: *l. 1. C. quomod. & quand. iud.* ¶ Negatio postposita facit æquipollere suo contrario: *l. legitimos, §. an ergo, ff. de leg. tut. ita arguit Bart. in l. Græcè §. illud, ff. de fideiuss.* ¶ Negationes duæ faciunt vnam affirmatiuam: *l. duobus de verb. signif. c. & si Christus, de iureiurand. Alex. in l. 2. & harum omnium, nu. 7. de verb. obl. Abb. in d. c. & si Christus.* ¶ Tres tamen semper negant: *Bart. in l. 1. §. si autem, de hæred. instit.* ¶ Negatiua præposita verbo (non potest,) reddit actum in contrarium factum nullum: *vt per Bart. in l. de Testa. Soc in l. 1. in princ. de verb. obl.* ¶ Vniuersalis negatiua interdum restringitur: *§. pen. in Auth. de hæred. quæ ab intest. defer. Goz. in l. si quis nec causam, Si certum pet. vide in verb. Vniuersalia.*

28 Negatiua mera, loco & tempore non coarctata, probari nô potest: *l. actor, C. de probat. c. quoniam contra, de probat.* ¶ Quando negatiua est fundamentum alicuius in quo se fundat, tenetur is eã probare: reg. est Innoc. *in c. super his, vbi Antho. & Imol. de Accus. vide Ias. in l. 3. §. condemnatum, de re iudic. Bart. in l. in illa, de verb. oblig. in l. 2. C. de iur. Emphyt. facit tex. in l. si minorem, C. de in integr. restit. vide Dec. in l. si emancipati, in prin. C. de coll. vide Lanfranc. in c. quoniam contra, in princ. de probat. in verb. testium, col. 7.* ¶ De negatiuæ probatione, vide gl. *in l. 1. in verb. non occidendi animo, C. de Sicar. Corset. in verb. negatiua, & copiosè vide Lanfranc. in d. c. quoniam contra, & Bart. in d. l. in illa, Br. in l. 1. C. de seru. fugit. vide pulcrè Ferrar. in pract. in form. libelli app. contra test. post publ. in verb. satagunt, & Curt. conclus. 27. in tract. de testib.*

29 Pulcerrimum modum probandi negatiuam, vide per Bart. *in l. fin. §. licentiam, de iur. delib.* Alios modos, vide per Ias. *in §. item si quis in fraudem, nu. 70. Inst. de Act.* ¶ Si volo probare hæreditatem non sufficere ad legata & debita: dicat hæres, tantùm est in hæreditate: qui vult dicere, quòd in ea sit plus, probet: ita dicit gl. *in l. cum de lege, ff. de probat. casus est, in l. fin. §. licentiam, C. de iur. deliber.* ¶ Negatiua probatur sufficienter, dum testis dicit, se vidisse: vt si dicat testis, talis res non habet vitium, quia vidi: *ita pulcrè Br. in loco peregrino, in l. si quando, ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Negatiua probatur, vt per Alex. *in cons. 4. volu. 6. colum. 2. Et pulcrè multos casus vide per Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 71. cum seqq. Inst. de Act.*

30 Negatiua fama probari potest, scilicet Titium tale quid non fecisse: *Bart. in l. de minore, §. plurimum, ff. de qq.* ¶ Negatiua an probari possit, & quomodo, & quæ, vide Petr. de Bella. *Pert. in q. 28. vbi tractat intellectum l. actor. C. de probat.* ¶ Negatiua illa, quòd quis non fecerit animo nocendi, probatur ex eo, quòd probatur amicitia, & affinitas inter eos: *vide Cepoll. cons. 33. n. 8.* ¶ Ad hoc, quod testis negatiuã probet, oportet, quòd in ratione sua dicat, quòd actus negatiuus, de quo attestatur fieri non potuisset, quin ipse vidisset: *ita not. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, el. 1. vers. vlterius quæro, ff. de itin. actuq. priu. Ang. in l. 1. de his qui sui, vel alien. & in §. hinc nobis, de hæred. & Falcid. & Bl. not. idem in l. cum hi §. nihil, de Transact. & in l. 1. in fin. C. de secundùm tabul. vide Dec. cons. 94. vol. 1. propè finem in caussa, & Francis. Curt. in tract. de test. cons. 28.*

Testis asserens negatiuam non coarctatam 31 loco & tempore, eo ipso incurrit falsum: *idem Curt. cons. 24.* ¶ Aliquid de probatione negatiuæ, vide apud Deciũ, *cons. 94. vol. 1.* ¶ Quando negatiua est coarctata loco & tẽpore, plus creditur testibus negantibus deponentibus pro reo, quàm affirmantibus pro actore: *gl. est in c. Clerici 81. dist. vide Curt. cons. 18. fol. 92. col. 2. in princ.* ¶ Propter negationem quis perdit beneficium, quod aliàs à lege habet. De hoc vide multos casus, per Ias. *in l. quòd te, in 11. col. Si cert. pet. vide infrà de hoc aliqua, in verb. Testis.*

Negatiuam reus probare tenetur, siue 32 habeat implicitam affirmatiuam, siue non: quando aduersarij intentio est plenè probata, & ipse vult eam destruere, & impugnare: ita vide Hier. *in cons 69. coll. 391. nu. 19. vide eundem, in cons. 59 nu. 3. per totum, cent. 1.* vbi pulcrè discutitur, Quòd quilibet tenetur id probare, quod est fundamentum suæ intentionis: siue agendo, siue excipiendo dicit, quòd suum fundamentum in negatiua consistat: *vide eum infrà in verb. probare, & vlterius suprà in verb. Exceptio.*

De Negligentia.

Negligentiã omnia lædere, dicit glossa *in* 33 *l. si quis, in verbo negligentia, C. de bonis præscrip.* & quòd negligentia sit valdè damnosa, è conuerso autem vigilantibus quòd iura subueniant, dicit & per aliqua exempla pulcherrimè declarat Hippo. de Marsi. *in singula. suo 360. incip. scribitur, & notaui aliqua suprà in litera M. versi. de mora, ibi: tolle moras, semper nocuit differre paratis, habentur aliqua per glossam & Dd. in proœ. Institu. in verbo vigilijs.*

Sed quomodo probabitur negligentia? puta, eo ipso, quòd non probatur diligentia: collige ex istis, quæ notauit Hipp. de Marsi. *in repet. Rubri. C. de prob. mihi nu. 326.* vbi examinat speciem probationis: eo ipso, quòd non proba-

probatur contrarium. ¶ Item, iudex negligens in admi. iustitię, quòd perdat iurisdictionem & officium, (*In illa videlicet causa.*) similiter prælaturæ: sed qualiter super isto procedendum, (*Oportet iudicem interpellare: de qua requisitione, & subsecutâ denegatione iustitiæ instrumento publico docere oportet: nam hoc in casu nudis narratis supplicantis non creditur.*) docuit Geylius *in obseruat. 28. lib. 1. obseruat. Camer. Imper.*

35 De effectibus negligentiæ, *Seb. Med. de Cas. fortuit. p. 1. quæst. 9. Gonuz. in reg. Cancellar.* de triennali possessore, vbi ponit epilogum 214. casuum negligentiæ & de eius ac diligentiæ effectib. ¶ Negligens quando quis dicatur in rescripti præsentatione & appellationis prosecutione, *Men. lib. 2. cent. 21. c. 204.*

De Negociorum gestore.

36 SI gestor peregrè, negotiorum Domini expediendorũ causa, profectus in latrones inciderit, ab ijsq; vulneratus ac spoliatus fuerit: sumtus, quos in infirmitate, qua decubuit, in via fecit, legitimè Domino imputare non potest: *arg. l. inter causas, 26. §. non omnia mandati, vbi gl. in verb. mandati, in fin. l. negotium 22. C. de negot. gest. l. quæ fortuitu, C. de pign. act.*

37 Negociorum gestor est, qui mortui vel absentis negotia, sine aliquo mandato vtiliter gessit: *tex. est in titulo Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nascuntur, in princ.* ¶ Et oriuntur ex illa gestione duæ actiones, directa & contraria. Directa contra quem detur: quæ requirantur, vt ista actio locum habeat: ad quid detur, nempe ad rationis redditionẽ, de administratione, *tex. est in §. 1. Institu. de oblig. quæ ex quasi contract. nascun.* ad omne damnum & interesse, & potest contra eum iurari in litem, sicut contra tutorem: *l. tutor qui repertorium, ff. de admi. tu.* tenetur de dolo, omni culpa, lata, leui & leuissima, & aliquando de casu fortuito, & quando noua negocia incepit gerere: *l. si negocia, ff. de nego. gestis*, quando culpa sua accidit casus fortuitus, vel etiam propter eius moram, vel quando casum fortuitum in se suscepit: imò tenetur de neglectis, de vsuris & fructibus, quos percipere potuisset, & tenetur ad omnium restitutionem, quæ ad ipsum perueniunt: *hæc Shneid. docuit, in tit. de actio. §. actionum, versi. de actione negocior. gest.*

38 Contraria datur negotiorum gestori ad ea, quæ impendit, & quicquid ei, eo nomine abest, vel absuturum est: *l. 2. in fi. ff. de nego. gestis.* cui competat, contra quem detur, quæ requirantur, ad quid competat: sed reperiuntur aliqui casus, in quibus etiam vtiliter gerens, hanc non habeat actionem: quamdiu hæ actiones competant, quid de hæredibus, de adfinibus remedijs, formulâ libellandi & excipiendi, vide apud Schneidevvi. *in d. titu. Institu. de actionibus, §. actionum, versicu. de actione negotiorum gestorum. Oldendor. in classibus actionum*, *classe quarta*, de actionibus negotio. gestorum directa, & contraria. *Vide titulos, ff. & C. de negotijs gestis, & tex. titu. Institu. de obliga. quæ ex quasi contractu nascuntur, in prin.*

Et de modo libellandi, *Bart. in l. 2. ff. eo. tit. in l. quæ pupillæ, in l. si mandatum, C. eo.* sed quot modis negotia dicantur nostra, ita vt his actionibus agi posit, qui meũ negotium gessisti, vel ego tua negotia gessi, notauit Bart. *in l. si pecuniæ, C. hoc titu. & notauit 8. modos Schneid. in d. §. actionum, versic. de actione negot. gestor. num. 2.* 39

Nota, negociorum gestor quando contrariam reportauit sententiam, non repetit sumptus: *l. 3. §. penul. ff. de contra. iudi. tutulæ.* qualiter probetur, contemplatione domini negocium esse gestum, docuit Bart. *in l. si pupilli, §. item quæritur, ff. hoc tit.* an repetantur etiam expensæ honestæ, quæ sunt, quæ fiunt secundùm consuetudinem? quòd sic, *habetur in l. quæ vtiliter. cum gloss. ff. eo. tit.* in quibus casibus cessent hæ actiones, nota: in glossa *l. si paterno, C. eo.* sed prohibitio, quòd tollat actionem contrariam negotiorum gestori, in his, quæ post prohibitionem gesta sunt: *habetur in l. fi. C. eo. l. si pro te. ff. mandati.* Vide de alijs quæstionibus ad hanc materiam vtilibus, Petrum de Rauenna. *in suo Alphabe. litera N. versi. negotiorum gestor.* Et tandem de hac præsenti materia, de modo libellandi & excipiendi inuenies apud Spec. *in tit. de iudi. §. 2. mihi à num. 15. vsq. ad nu. 29.* 40

Negotia sunt infinita, vocabula finita: l. 4. *ff. de præscrip. verb.* ¶ Negatio breui compendio expedienda potius, quàm, exacta subtilitate, longo dispendio prorogari: *c. ablatæ sanè, circa fin. de re iud. lib. 6.* ¶ Negotijs hoc iura exhibent, quod medicamenta morbis: *in Auth. hoc constit. Innoc. Constit. in princ. gl. in §. sed istæ. Inst. de Act.* ¶ Idem negotiationis genus in eadẽ colonia exercere alium, nemo prohibere potest: *l. quæro, ff. de iur. patron.* ¶ Negotiorum administratores prohibentur aggredi negotia insolita: & casu, quo aggrediantur, tenentur ad damnum, etiamsi sit contingens & fortuitum: *l. si negotia, ff. de negot. gest.* Et hæc lex habet locum tam in administrantibus, sine mandato, quàm cum mandato: *vide Curc. consil. 19. fol. 94. col. 1.* 41

De Nepote & nepte.

NEptis ex filio masculo dicitur ex linea masculina ipsi auo, *ita colligitur ex glossa notabili* 42

notabili, in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de liberis & posthu. quam ibi ponderat Bald. & alij post eum, dicentes per illam glossam, quòd si quis acceperit fundum in emphyteusin pro se, & suis hæredibus descendentibus per virilem sexum, quòd comprehendatur neptis fœmina ex filio masculo progenita: licèt non comprehendatur nepos masculus ex filia fœmina: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 33. incip. neptis. Matthe. de Matthesila. in singula. suo. 129. incip. nota vnum dictum singulare.* & ibi an liberorum masculorũ appellatione, contineantur nepotes masculi ex filia.

43 Nepos ex filio quòd sit in potestate aui eo viuente, *est tex. in tit. Institut. de patria potestate, §. fina.* sed pater, etiam auo contradicente, eum religioni tradere potest: & hoc fauore religionis & animæ: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 120. incip. nepos ex filio.* Liberorum & filiorũ appellatione, an & quando comprehendantur nepotes, *vide in l. filij, in l. iusta, & in l. liberorum, ff. de verb. sig. Et alia plura iura, deducta per Hippol. de Marsil. in singula. suo 303. incip. filiorum appellatione, notauit Rochus Curtius, in c. fina. ext. de consuetu. mihi fol. 33. colum. 4. in medio.*

44 Et de nepote ex masculo, quòd præferatur patruo, & dicatur de substantia patris sui procedere, & ipsum repræsentare, pulcherrimè consuluit Paul. Castren. *in consil. 162. & post eum Schurfius, in consi. 1. cent. 2.* quomodo nepos ex filio succedat, de iure communi & Saxonico, in feudo cum patruo iure præsentationis, *vide in illis quæ notaui suprà, in lit. F. versi. de feudi acquisitione.*

45 Sed quòd nepotes regulariter succedant in bonis aui hæreditarijs, cum patruo, iure representationis in stirpem, nulla habita differentia sexus, habetur *in titu. Institut. de succes. ab intestato, C. de suis & legi. hæredi. in Authen. in successione, & in l. maximum vitium, C. de bonis quæ liberis*, de iure Saxonico, *in Articu. 5. lib. 1. LandRecht*, & in isto concordant iura communia cum Saxonicis: secùs in successione feudalium: nisi per æquitatem possint conciliari.

46 Nepotis appellatione, ex propria significatione venit pronepos: *Carol. in Rubr. fol. 11. solut. matr. Barto. in l. Gallus, §. instituens, de liber. & posthum.* ¶ An appellatione nepotis veniat neptis, & quid de iure communi; & quid statutario, *vide Dec. consi. 299. in causa mihi commissa.* ¶ An filiorum appellatione comprehendantur nepotes, *vide Alex. consi. 37. volum. 6* Et quid, Liberorum appellatione, an veniat nepos, *vide tex. in §. fin. Inst. qui test. dar. tutor. poss. vide supr. in verb. filius.* Appellatione liberorum continetur nepos ex filia. *l. vlt. ff. de Pollicit.* ¶ Et an appellatione filiorum in feudis veniant nepotes, *vide Iaso. in l. de quibus in 5. colum. ff. de LL.* ¶ Propter duram separationem vitandam verbum filij porrigitur ad nepotes: *l. vxorem, §. concubinæ, vide, habes pulcram limitationem in Apostilla, de leg. 3.* ¶ An neptis ex filio meo dicatur de Linea virili meorum descendentium, vide Alex. *in consi. 53. volum. 3. num. 1. considerata his.* ¶ Nepos filius est fratris, etiam respectu patrui, *c. 1. quomodo feud. amitt. quem tex. ibi Bald. in iure dicit meliorem, vide de hoc Barto. in l. si instituto, §. de inofficioso, ff. de inoffi. test. Abb. in proœm. decret. Ang. & alios, in §. quarto gradu, Inst. de gradib. Iaso. in l. si auia, in 4. colum. de success. edict. Abb. vide in c. tua, num. 2. de consang. & affin. not. in l. iurisconsultus, §. nepos, ff. de gradib.* ¶ In substitutione, an appellatione filiorum veniant nepotes: *Dec. consil. 105. volum. 1.*

De Nobilitate.

NObilitas dicitur, generis vel alterius rei excellentia ac dignitas: tres sunt Nobilitatis species, 1. Stirpis & sanguinis. 2. Virtutis. 3. Mixta, de vtraq; ex præcedentibus speciebus partem capiens. ¶ Quæ sit nobilitas, quotuplex sit, & quomodo acquiratur, qualiter etiam probetur, vide Ioa. de Plat. *in l. 1. colum. 2. versi. tertiò quæro, & in fi. C. de dignita. lib. 12.* & ibidem Bart. *nobilitatis & dignitatis materiam pulcherrimè tractat, quem vide, notauit Petr. de Rauenna. in suo Alphabeto, litera N. versi. nobilitas, capiendo tres nobilitates, & alia benè notat Ludou. Roman. in singula. suo 491. incip. heri fui interrogatus, & ibi Pignol. in additio. habent singularia de nobilitate,* Nota vnum: vbi fit mentio de nobilibus in statutis, intelligitur de illis quos communis vsus loquendi appellat nobiles, *per Bart. in l. 1. C. de dignita. lib. 12.* 47

Sed consuetudo an quem posit facere nobilem & ignobilem, vide Pignolium, *in d. additio. in fi. & Rochum Curt. in c. fina. de consuetu. mihi fol. 17. colum. 3. versi. septimò infertur.* ¶ Sed nobilitati, in pœnis an sit parcendũ, (*In corporalibus parcitur, contra pecuniariæ augentur: sed & delicta, quæ ex nobilitate augentur, vel contra nobilitatis splendorem committuntur, grauius in nobilibus quàm plebeis puniuntur: secus, si delictum ex nobilitate incrementum non accipiat, tunc enim mitius puniuntur: Geyl. 2. obseru. pract. 110. num. 42. & seqq*) habetur *in c. cum quædam, De iureiur.* Bartol. *in l. 3. §. desertorem, ff. de re militari*, dicit: quòd nobiles de consuetudine in Italia non suspendantur in furca. *Bald. in c. 1 de pace tenen. in vsibus feudo.* Et plures casus in quibus honor deferatur nobilitati, vide remissiuè, apud Pet. de Rauen. *in d. vers. nobilitas in fine.* 48

Quòd nobiles præhonorentur, etiam in sedendo, & in alijs reuerentialibus, imò quòd 49

quòd plebeius posſit cogi, vt nobiliori cedat, officio iudicis, tenet Petr. Gerardi de Pet. Sanct. *in ſing. ſuo 33. incip. nobiles præhonorantur, & ibi inuenies alia.*

50 Quis nobilis nobili, doctor doctori, eques equiti, miles militi, præferatur: & plurima bona de nobilitate & prælatione, docuit conſuluendo Decian. *in conſi. 21. volu. 1, 67. vol. 2. conſi. 7. vol. 3.* & qualiter Dux Duci, Princeps Duci, Dux & Princeps ciuitati, nobilis nobili, ex multis vnus alteri præferatur & digniores æſtimetur, conſuluit iſte Decia. *in conſi. 19. vol. 3.* ¶ Literati & nobiles æquiparantur, etiam circa diſpenſationem beneficiorum: *per tex. in c. de mulcta. exc. de præbend.* fac. gl. *ſing. in v. ſuppleat, in l. ſecretum, ff. pro ſocio,* quæ dicit, quòd benè liberati ita recipiantur in canonicos, vt nobiles, & meritò, quia literati & docti dicuntur nobiliſsimi: *tex. in l. prouidendum eſt, in pr. C. de poſtul. Caſſan. de glo. mund. p. 10. conſid. 35.* ¶ An nobilis inhabitans villam ſeu rus, cenſeatur propterea ruſticus, vide VVurmſer. *n pra. obſ. 22. de ſeru. obſ. 2. Caſſa. de glor. mund. par. 8. conſid. 18.*

51 Nobiles, an teneantur ad collectas, etiam pro bonis in territorio collectantis exiſtentibus, notauit Sylua. *in conſi. 61. vol. 2. n. 25.* Bal. *in l. nobiliores, C. de commer. & mercat.* dicit, aliqui ſunt nobiles ſtirpe, aliqui virtute, aliqui diuitijs: & quòd præferatur nobilitas ex virtute & ſcientia cæteris, tenet cũ alijs, Cynus *in l. prouidendum, C. de poſtulando, & tradit Roman. in ſing. ſuo 650.* ſimul de cognoſcenda nobilitate ex libertate, *ibi:* ſed Petrus Duennatis, *in regu. fallen. regul. 490.* docuit 3. fallentias, quas vide. Et quòd in his, quæ concernunt nobilitatem, præſumendũ ſit pro nobilitate, dixit Rom. *in ſing. ſuo 731.* imò de alijs præſumendis pro nobilitate, notauit Pet. Gerardi de Pet. Sanct. *in ſingu. ſuo 30. incip. pro nobilibus.* Dictum eſt ſingulare: Nobiles vitioſi gaudere non debent immunitatibus nobilium: *c. fin. de vita & honeſ. Cle.* ¶ Nobilis actum nobilitati ſuæ contrarium non efficit, cùm vectigalia exigit: *l. 17. §. 7. ff. ad municipalem.*

52 Et peccatis perditur nobilitas: *c. vt Chriſtus de conſecra. diſtinct. 1.* ¶ Et debent nobiles à commercijs & negationibus abſtinere, vt plebei facilius poſsint negociari: *tex. eſt in l. nobiliores, C. de commer. & merca. conſuluit VVeſenb. in conſi. 75. parte 2.*

53 Imò quòd nõ debeant participare in bonis communitatis vel vniuerſitatis, voluit VVeſ. *ibidem:* conſideretur tamen conuentio & conſuetudo. ¶ Nota diſpoſitionem Iuris Saxonici: Wer an ſeinem Adel beſcholtẽ wird/ alſo das man im deſſelben nicht geſtendig/ muß derſelbe ſeine vier Ahnen beweiſen: vnd ob der Schoppenbare freye Mann ſeines Ampts halben Edel ſey/ oder ſonſten ein Ampt einen adele/ (*Negatur,*) *habetur in textu & gl. 4. Arti. 29. lib. 3. LandRecht.*

Vlterius vide, wie vnd welcher weiſe einer möge ein Ritter werden/ welche Leute Ritter werden mögen/ wer Ritters Art ſey: was an der Ritterſchafft vor Vortheil vnnd Frommen ſey/ vnd wie einer ſeine Ritterſchafft verlieſen möge: ob dann auch Ritterſchafft ohne Sünd ſey/ & ſic an liceat militare ſine peccato, habes pulcherrimam gloſſam *1. & ibidem Apoſtillas, Articu. 20. lib. 1. LandRecht.* Vbi allegantur iura communia & Saxonica, & in pluribus concordantur. Vide. 54

De nobilitate acquirenda, poſsidenda, ad poſteros & ſucceſſores continuanda, retinenda, & amittenda, probanda: de præeminentijs & priuilegijs ex nobilitate prouenientibus, & de multis alijs pulcherrimis in iſta nobilitatis materia, conſuluit Decianus, *in conſi. 66. volum. 3. per totum.* In ſpecie conſuluit, quòd nobilitas per priuilegium conceſſa non perdatur: quia dicitur, quòd priuilegium ſit perpetuum: *c. dicit, de reg. iuris, in 6. Decian. in d. conſi. 66. volum. 3. num. 64. & in ſequentibus,* ibi de priuilegij natura & operatione. ¶ An liceat nobilibus viris, quo cum velint, affinitatis iure ſe copulare, *vide Sphær. ciuit. caſ. 5. c. 7.* ¶ Nobilium virorum liberi ex ignobili fœmina ſuſcepti, an per ſubſequens matrimonium legitimentur, *vide VVeſen. in §. quibus connumerari, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Geyl. lib. 2. obſ. 141. n. 3. & 4.* 55

Nobiles noſtri habentes feuda an gaudeant priuilegijs militum: *Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 6. fol. 211.* ¶ Nobilitas à principe proficiſcitur: *Carol. Tapia, in Rubr. de conſt. pr. c. 4. num. 112.* Et nobiles ſunt, Principis lateri adhærens eius aduocatus, conſiliarius, procurator generalis, Secretarius, Cancellarius, præfectus exercitus, Doctor creatus à Principe vel collegio eius autoritate: Et ſi ſit creatus examine præcedente, cæteris præfertur: *num. 113. vſq. ad n. 120.* ¶ Nobiles propter beneficium nobilitatis multa poſſunt, quæ ignobilis nequit: recenſet aliqua Tapia, *in d. l. ſin. p. 1. c. 16. n. 2. & ſeqq.* 56

Nobilitatem, ſummam pro ſe præſumptionem habere: *Menoch. lib. 6. præſ. 59.* Et nobilitatem non præſumi, *præſ. 60.* ¶ Maritus non nobilitatur ab vxore, ſed bene vice verſa: *Pruckm. l. in multis, de ſtatu hom. p. 1. memb. 3. Art. 8.*

Mulier nobilis ac diues, deformis tamẽ, quæ pauperem quempiam formoſum matrimonio deſponderit, non videtur nupſiſſe indigno: cùm debeat mulieris nobilitas & diuitiarũ copia cum forma viri compenſari: *Tiraq. l. 2. connub. gl. 2. p. 1. n. 47. Alex. conſi 209. ponderatu his, col. 2. quẽ & plures refert Tiraq. d. lo.* 57

Nobilem

Nobilem in ciuitatem ita receptum, vt cereuisiam ei coquere non liceat: pro vsu tamen domus & familiæ suæ coquere non prohibendũ. *Moller. lib. 4. Semestr. c. 17.* ¶ Nobiles operantes proprijs manibus, an perdant nobilitatis ius, *Guid. Papæ decis. 41.* item an negotiantes perdant, *dec. 196.*

58 Quoad Deum, omnes æque nobiles sumus: *c. 1. de coniun. seruor.* ¶ Hominum alij nobiles, alij virtuosi, alij diuites: vnde virtus non dicitur nobilitas: *ita Iacob. Butr. per illum tex. in l. nobiliores, C. de commer. & merca.* ¶ Nobilitas virtutum, non generis est inspicienda: ergò Clerici ignobiles non debent à præbendis expelli, etiam in Ecclesia, quæ tales admittere non consueuit: *c. venerabilis, de præb. & dignit. vide Ioann. de Plat. in §. similiter, Institu. de excusat. tutor. l. Diuus in fin. de excus. tut.*

59 Quid nobilitas, & quomodo à dignitate differat, & quomodo probetur, quem esse nobilem, *vide Ioan. de Plat. in l. 1. C. de dign. lib. 12.* ¶ Consuetudo non valet, quòd quis progenie dicatur nobilis: *l. exemplo, vbi Barto. not. C. de Decur. lib. 10. vide pulcherrimè Decium in l. fœminæ, ff. de reg. iur.* ¶ An nobilis sit, qui in villa habitet, *vide Ias. in §. item Seruiana, Inst. de act. num. 25.* ¶ Nobiles negotiari non debent, ne obsint plebeis: & nobilis non est, qui artes Mechanicas exercet: *l. nobiliores, C. de commerc. & mercat.* ¶ De nobilitate disputans sine pecunia, disputat de nobili stercore: *Hostien. in c. tua, de consang. & affin. vide supr. in v. moneta.* ¶ Nobilitatem monachatus non extinguit, quia est qualitas proueniens & existens in sanguine: *Ludo. Rom. sing. 37.* ¶ Ingenuorum statum diffamari periniquum est: *l. diffamari, C. de ingen. manu.*

De Nocte.

60 QVæro, quando dicatur nox? dic, quando sol non est super terram: *l. hæc verba, ff. de verbo. sign.* vel dicitur priuatio lucis, *vt in c. consuluit, de offi. delega.* interdum habetur pro nocte in ciuitatibus, quando pulsata est campana: vnd was dann geschicht/ mag gerichtet werden/ als das bey Nacht schlaffens der zeit geschehen: ita vt possit in delictis & pœnis verificari statutum.

61 In Kriegszeiten sagt man/ nach besatzter Wacht. Manè, vel serò, an dicantur nox vel dies, (*Nox est de serò vel de manè, quando sol nondum est super terram: dies dicitur ab aurora, seu quando albescit cœlum, vsq; ad occasum solis,*) & de serò, & nocte, quomodo intelligantur, vide Angelum *in tracta. suo malefi. & ibi Augustinum in additio. versi. de nocte, vt mandatum exequi valeret.* & quatenus iudicetur delictum, de die vel nocte esse comissum, notat Gandi. *de malefi. in titu. de pœnis reorum, num. 41. versi. præterea pone.*

Prodest tibi illa materia in casu quando interfecisti fortè furem, an fuerit nocturnus, vt sic possis euadere pœnam occisoris: de quo Angelus, *in tracta. malefi. in versi. comparent d. inquisi.* & quilibet eorum in termino defensionis, *nu. 17. & 18.* potest etiam formari defensio, maleficium est comissum de nocte, & luna non lucebat: quia licèt constet maleficium esse factum; tamen non apparet per quem fuerit commissum: *Angel. de malefi. in d. versi. n. 32.* & in pluribus alijs casibus potest tibi deseruire huius materiæ notitia, etiam circa conductiones mercenariorum, vel aliorum laborare vsq; ad noctem debentium. 62

Item nota: de nocte non licet ire per ciuitatem, vel per domos alienas: *probatur iuncta gl. per Paul. Cast. in l. inter, ff. communia prædio.* & ideo etiam, quando habeo ius aquam hauriendi eundo per domũ vicini, nõ possum haurire aquam de nocte: & sic etiã intelligitur actum, vt possim vti de die, non de nocte: *Bar. in d. l. inter, ff. commu. prædio.* imò sic, vtendo perdo ius: *l. commu. §. si u, ff. quemad. serui. amitta. Roma. in singul. suo 819. incip. habeo seruitutem:* rationem ibi posuit Pign. *in addi. Menoch. in commenta. de retinenda possessione, in 8. remedio, n. 16.* 63

Nox aggrauat delictum & eius suspicionem: *Nouell. tr. caus. crim. n. 67. 68. Marsi. de bannit. v. nocturno tempore, n. 1.* ¶ Illa quæ fiunt de nocte, non requirunt omnimodam solennitatẽ: *Marsi. de ban. v. villis, nu. 23. 24.* & hinc in his quæ fiunt de nocte, leuiores probationes admittuntur: *ibid.* ¶ Nocturnũ tempus est suspectum: *Marsi. de ver. nocturno tempore, vbi declar. & ibid. plura de nocte.* 64

De Notario.

NOtarij quòd etiã tabelliones, & multis alijs nominibus nominentur, notat Ioan. de Plat. *in Rubr. C. de tabula. lib. 10.* ¶ Nota: hoc officium notariatus non datur à natura, sed confertur à principe, seu ab illis, qui potestatem à principe habent, non cunctis sed quibusdam: *l. generali, & toto titulo, C. de tabula. lib. 10.* 65

Igitur quando negatur quis Notarius, debet probare se Notarium, vt admittatur ad actus publicos expediendos, & credatur suis instrumentis: nam nõ præsumitur, qualem se asserit, nisi id sit notorium: *Specul. in tit. de Instru. editione, §. restat, mihi nu. 24.* probabitur autem notariatus saltem per famã & comunem opinionem, illum esse & fuisse publicum notariũ: & quòd publicè confecit instrumenta in singulis contractib. & quòd instrumenta ab eo confecta pro pu- 66

 blicis

blicis habentur in tali ciuitate, vel diœcesi: & quòd exercet officium tabellionatus, & tanquam tabellio fungitur publicis muneribus: *ff. ad Macedo. l. 3. in prin.* sed non sufficit ostendere, tantùm duo instrumenta per eum confecta. Imò tot debent apparere, quòd euidenter apppareat, eum commune officium pro omnibus gerere. Sed & per instrumentum probari potest, aliquem fuisse tabellionem; *Spec. in d. titu. de instru. editio. §. restat, num. 39.*

67 Quis possit creare tabelliones: quousque se extendat eorum exercitium, pro iurisdictione creantis: an errore, vel vitio reperto, quòd quis non sit vel esse possit notarius, valeant instrumenta per eum confecta: falsus repertus, an possit plura instrumenta conficere: quomodo creetur, & qualiter iuret: quòd debeat scire iura, & de alijs notatu dignis, vide Spec. *in d. titu. de Instru. edi. §. restat, à num. 21. vsque ad finem.*

68 Nota vlterius, quando notarius asserit aliquid, quod potuit tempore instrumenti cōfecti interuenisse, quòd talis assertio probet, quo ad contrahentes, quòd illud interuenerit, nisi contrarium appareat: *gloss. est in l. 1. C. de fide instru. & iur. hastæ fis. lib. 10. & ibi Dd.* statur enim instrumento, quod habet ea, quæ sunt de substantia instrumenti publici: *Inno. in c. dilectus de fide instru.* imò verba instrumenti probant singula interuenisse, & qui vult dicere contrarium, quòd tunc assertum non interuenerit, habet necesse probare illud: *l. generaliter, C. de non nu. pecu. l. cum precibus, C. de proba.* per hæc verba consulendo, sic dixit Alexan. de Imo. *in consi. 38. vol. 4.* ¶ Et tandem quæ requirantur, vt notarij scriptura probet, docuit Decia. *in consi. 2. vol. 3. in prin. Men. in consi. 37. vol. 1.*

69 Et Notarius est seruus publicus, ideo inuitus compellitur rogatus: aliàs requisitus, & recusans tenetur parti ad interesse nisi fuerit occupatus, vel habuerit aliam iustā causam recusandi: *Io. de Plat. in Rub. C. de tabula. lib. 10.* Et hoc est verum, nisi vnà cum officio notariatus, habeat officium annexum, & illud per quinquennium exercuerit: tunc enim non potest inuitus rogari: *dictus Ioann. de Platea, in l. 1. in fine. d. tit. C. de tabula. lib. 10. Et Ludou. Roman. in singula. suo 354. incipien. Tu habes, vide Cuiac. ad l. vniuersis, C. de decurioni- bus, lib. 10.*

70 Et Constitutus in dignitate, prohibetur exercere officium Notariatus. Instrumenta autē ab eo confecta valent, sed remouetur conficiens à dignitate: *d. Plat. & Bart. in l. vniuersos, C. de decurio. lib. 10. d. Ludo. Rom. in d. sing. 354. & ibi Pigno. in additio.*

71 Sed ista doctrina habet suas cautelas, & limitationes, de quibus vide per doctores, *in locis allegatis*: nam potest quis in necessitate conficere instrumentum, & non remouetur à dignitate, ne veritas fortè pereat: necessitas enim illicitum benè facit licitū, & vbi periculum est in mora, ibi sæpissimè permittuntur, quæ aliàs non concederentur: de quibus notaui suprà, *in hac litera N. versi. de necessitate, & in litera M. de mora.* vel quia est in officio de quo habet dignitatem annexam, prout Notarius principis: *secundùm Ioa. de Plat. in d. l. vniuersos, C. de decurio. lib. 10.* Et exercens non remouetur, de quo & de similibus cogita.

Notarius autem rogatus de instrumento, & dicens se non recordari, quatenus puniatur de falso? habetur ratio, an actus factus sit de tempore longissimo, vel recenti: & actu non protocollato, an possit ex dictis testium actui adhibitis conficere instrumentum, *notauit Ludou. Roman. in singula. suo 376. incip. tabellio, & Pigno. in addi. ibidem.* Notarius scribens falsum instrumentum immunitatis, pœna ignis puniatur: *l. 1. C. de immu. nemi. ceden. lib. 10.* scribens instrumentum simulatum, perdit manum: *c. imperialem, §. scriba, de probi. feud. alie. per Fede. in vsibus feudo.* scribens instrumentum vsurarium, est periurus, & non potest scribere ampliùs instrumentum: & potest pronunciari infamis, *d. Lud. Roman. in singula. suo 385. incip. pone quod.* 72

Notarius falsa instrumenta conficiens, vel aliter in suo officio falsum committens, pœna falsi punitur: *de qua notaui suprà in lit. F. vers. de falso.* ¶ Et quòd instrumentum à Notario consanguineo confectum non valeat, æquè atque eius depositio pro suo consanguineo valere non posset: & quòd multo minus eiusmodi instrumentū sustineatur, voluit Decian. *in consi. 45. vol. 3. per totum.* 73

Multas vtilissimas quæstiones & resolutiones, ad hanc materiam notariatus pertinentes, vide apud Petr. de Rauenna. *in suo Aureo alphabeth. litera N. versiculo notarius, quia sunt bona.* ibi inter alia notat, quòd propter errorem instrumenti, recurrendum sit ad protocollum, tanquam ad veritatis matricem. ¶ Matricula, an & quando probet quem esse notarium, habetur *in add. ad Spec. titu. de instru. editio. §. restat, n. 24.* 74

Notarius quando habeat aliquam iurisdictionem, *Coler. de proces. p. 1. c. 3. n. 14. & seqq.* ¶ Notarius potest in continenti se corrigere, & pro eo præsumitur: item præsumitur in continenti se correxisse: *Zuch. de miss. in poss. n. 334. & n. 336.* & additio in margine instrumenti per notarium adiecta, præsumitur in cōtinenti facta, ex quo scripta est manu eiusdem Notarij, *n. 337.* ¶ Instrumentū in quo est abrasio, cancellatio vel additio, an susti- 75

an sustineatur ex eo, quòd Notarius in subscriptione instrumenti attestatur, se fecisse talem abrasionem, cancellationem vel additionem in tali loco: *Zuchard. d. lo. n. 339. Sebast. Sap. tr. de miss. in poss. num. 80. & ibid. de rasura, num. 75. 76. & 77.*

76 Notario attestanti in instrumento, de facta renunciatione excussionis, an credendum: *Geyl. lib. 2. obs. 27. n. 24.* ¶ In Notarios procuratores, *vide Caualc. de testib. p. 1. n. 52.* ¶ Assertio Notarij cancellantis præfactũ contractum, non probat solutionẽ & cancellationem de voluntate creditoris: *Viuius lib. 1. dec. 17. num. 5.*

77 Notarij scripturæ sine testibus non creditur: *Alex. in consi. 13. col. 3. vol. 1.* ¶ Notarius, qui nunquam fuit creatus Tabellio, si facit instrumenta tanquam tabellio, debet puniri pœna mortis: *Ias. in l. præscriptione, C. si contra ius & vtilit. publ.* ¶ Notarius non potest errorem suum corrigere post publicam attestationem, nisi in Grammatica: propter quam malam grammaticam instrumentũ non vitiatur: *Bar. per gl. & tex. in l. Imperator, de stat. hom. Bart. in consi. 208. ex facto proposito.* ¶ Notarius requisitus instrumentum facere compellitur: *Bart. in l. munerum, §. iudicandi, de muner. & honor.* ¶ Notarij in instrumentis, per vnam literam habentem multos ramos, nomen suum denotant: *ita dicit glo. in l. sed cum patrono, in verb. notu, ff. de bon. poss.*

78 Tabularius in sua causa, & facto proprio, instrumentum facere non potest: quia ipse æquiparatur testi: *l. Dominus de Testib.* Sed nemo in sua causa testis esse potest: *l. nullus, de Testib. vide Bart. in l. si consul, de adopt & Ioan. de Plat. in §. cumq́; hoc, in proœ. Inst.* ¶ Tabellio seruus esse potest: l. *generali, C. de Tab. lib. 10.* ¶ In notarij instrumento contenta, omnia solenniter esse acta præsumuntur. *§. fin. Inst. de fideiuss. l. sciendum, de v. obl.* ¶ Notarius habet onus sine honore, & est vilis homo: *l. vniuersos, vbi Bar. C. de Dec. lib. 10. vide ibi Ioan. de Plat.* & tabellionatus non est dignitas, sed munus publicũ: *vide eundem in l. infamia, C. de Decur. lib. 10.* an infamis possit esse tabellio. ¶ Notarius quòd totã scripturã scribat, vel se subscribat, paria sunt: *l. si quis ex argentarijs, §. 1. de Edend. Inst. de empt. & vend. in princ. ibi subscripta, Abb. in c. inter dilectos, de fid. instru. l. scripturas, C. qui potior. in pign. habeant. Bar. in l. si testamentum, ff. de testam. & Instit. in proœm. instit. adde Alex. in consi. 14. vol. 6. col. 4.*

79 Notarius manu sua scribere debet instrumentum: *Alex. in consi. 14 vol. 6.* ¶ Notarius, & testis rogari debent: *Alex. eod. consi.* ¶ Fides & officium tabellionis fundatur in iuramento, & decreto superioris: *vbi sup. Alex.* ¶ Error notarij quomodo probetur? *in eod. consi. col. 5.* ¶ Stylus & consuetudo notarij attendendus: *ibi col. antepen. vide ibi etiam alia multa de Instru.* ¶ Statutum, quòd notarius non possit instrumenta conficere non immatriculatus, non videtur annullare instrumenta, si vltra non procedit: *Dec. consi. 17. volum. 1.*

Notario dicta testiũ scribenti creditur: 80 *Curt. in tract. de testib. concl. 42.* ¶ Si testes in instrumento à notario descripti, dicunt se actui non interfuisse, sed aliter rem actam esse, quàm scriptũ est à notario: *De hoc vide Bar. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemad. test. aper. Innoc. in c. cum Ioan. de fid. instr. vbi plenißimè hoc tract. vide Landfr. in c. quoniam contra, ext. de probat. in verb. testium, col. 5. vbi allegat Barto. sed corruptè.*

De sumpto seu protocollo Notarij mortui.

AN credatur sumpto notarij mortui, habito de eius libro, vbi non est subscri- 81 ptio notarij, sed intitulatio tantũ ipsius notarij, (*Consuluit, quòd sic,*) *Bar. in consi. 163. incip. quæritur. vol. 1.* Et ibi vide de imbreuiaturis, quomodo per intitulationes declarentur. ¶ Cancellatio in protocollo per notariũ facta inuenta, quatenus valeat: nempe si coram testibus facta fuerit, dixit Hippo. de Marsi. *in sing. suo 466.*

De præsumptione pro notario, eius pe- 82 ritia, arte, officio, fidelitate & eius instrumento: quòd præsumatur omnia in solenni instrumento partibus publicato & lecto, de consensu partiũ esse in illo posita, consuluit pulcherrimè Men. *in cons. 37. per totum, vol. 1.* de notarij ignorantia ibi, quòd non noceat parti, *num. 138.*

De notariorum imperitia, Bal. *in consi. 5.* 83 *vol. 2.* sic conqueritur, notariorũ imperitiam mundũ destruere, & bonorũ virorum conscientias in periculũ ponere. Hinc Ang. *consi. 250.* dicebat, quòd, cum notarij nesciant quod scribunt, testatorum voluntates peruertant: *refert Ripa, in l. cent n. 83. de sub: vulga. & secundùm illos Meno. in consil. 62. vol. 1. in principio, & in consi. 37. eo. vol. 1. n. 136.*

De Nouationibus.

HAbemus titulos in ff. & C. de noua. sed 84 nouatio fit dupliciter, aut expressè, aut tacitè. Expressè quando promitto secundò, cum expreßione, quòd faciam animo nouandi: *de qua in l. fina. C. de noua. Spec. in tit. de obl. & solut. §. 1. n. 23. vers. consequenter de nouatione.* Tacitè fit, quandocunq; posterior vel secunda promißio habet aliquid plus, quàm prima: tunc præsumitur prior sublata, & manet posterior: *habetur in l. si pupillus, §. qui actus, ff. de noua. Iaso. in l. quib. idem, ff. de v. obl.* & saluatur sic gl. *l. fina. C. de noua.* quæ dicit, quando mercatores in nundinis sæpe idẽ promittunt, tunc vltima promißio præ-

 ferturq;

fertur: addit Iason, si vltima promissio habeat plus tempore, vel modo, vel conditione, quàm priores promissiones habuêre; quando autem non est pinguior, remanet efficax vtraque: *vide Zasium in d. l. qui bis idem, ff. de v. obl. n. 28. & 29. gl. est in l. fina. C. de noua.*

85 Et ibi in finalibus verbis glossæ ponitur alia distinctio, quòd quædã nouatio sit voluntaria, quædam necessaria: de qua remittit, *ad l. 1. C. de ind.* Et facit mentionem Spec. *in d. titu. de obl. §. 1. n. 23.* Et obijcitur ista nouatio in modum exceptionis: *gl. in d. l. fina. C. de noua. Bart. in l. pecuniam, ff. si certum peta. & vide Oldend. in enchiridio exceptionum, versi. de exceptione nouationis, habetur bonus textus, & ibi summè notant Dd. Inst. quibus modis tollitur obl. §. præterea.* vide & de nouatione probanda Decian. *in consi. 11. n. 68. vol. 1.*

86 De quæstione, an fideiussor accedens primæ obligationi, per nouationem, (*Vtiq. Modò nouationis expressa facta sit mentio, aut de ea ex certis coniecturis constet. Nam ext. hos casus iure nouissimo nec exceptionis quidem ope inducitur nouatio: quæ sententia communis est, & à Camera approbata.*) vel termini prorogationẽ, (*Si tempus limitandæ obligationis, non solutionis tantùm causa adiectum sit, prorogatione fideiussor liberatur: secus, si simpliciter fideiusserit, & sine aliqua circumscriptione Consentit Coler. de processff. exec. part. 1. cap. 10. nu. 362. & seqq.*) inter creditorem & debitorem factam fit liberatus fideiussor? disputauit pro & contra, & distinguendo respondet Hip. de Marsi. *in repe. Rubr. ff. de fideiuss. mihi nu. 89. in 6. quæstione principa. item Geyl. in obser. 30. lib. 2. qui ibi in hac materia elegantissima docuit. Et consuluit Decia. in consi. 72. vol. 2. Et vide Const. Elect. Sax. in Art. 19. par. 2.*

¶ De nouello vel nouitio, notaui suprà, *in lit. C. versi. de ciue & ciuitate.*

De Nouitate.

87 Rerum nouarum studiosos, esse valde ll. suspectos, & ob id malè de eis præsumi, multis id explicat Men. *lib. 5. præs. 34.* & nouitas omnis suspecta. ¶ Nouum quid dicitur infra annum, & non pòst: *Seraph. priu. 4. n. 178. & 185.* hinc ciuis nouellus dicitur intra annum: *n. 179.* professus religionem nouitius est infra annum: *nu. 180.* & vxor: *182.* seruus: *182.* noua tutela: *184.*

88 Nouitas vitanda, & ipsa discordias parit, & semper mala præsumitur: *l. 2. de consti. princ. c. quod dilectio, in fin. de consang. & affin. c. cum consuetudini, de consuet. c. quis nesciat, in fi. 11. dist.* Quod nota contra tentantes innouare bona Regimina ciuitatũ: *secundùm Bald. in d. l. 2. de consti. princ.* ¶ Quæ de nouo fiunt, & emergunt, auxilio egent: *l. de ætate, §. ex causa. de interr. act. l. 1. in princ. de ventr. inspic. c. cæterum, de iurament. calum. l. plenè, ff. vt in possess. leg. glo. & Bart. in l. si de arbitro, qui satisdar. cog.* ¶ Nouum dicitur, quod non est de iure scriptum, vel consuetudine roboratum: *l. 1. vbi gl. C. quod quisque iur.* ¶ Nouum itẽ dicitur, quod nondum excedit annum: *gloss. in c. literis, de pœnis, dist. 3.* vetus, quod annũ excedit: *vt ibi.* ¶ Ius nouum dicitur omne ius, quod est post leg. 12. tab. *ita not. Bart. per illum tex. in fi. in l. veluti, ff. de petit. hæred.* ¶ Nouo ciui parcendum est, si ignorauit statuta ciuitatis: vnde nouo tyroni in magistratu, tanquam minùs experto, parcendum est facilius: *l. qui cum vno, ad fin. ibi.* sed ignoranti adhuc disciplinam, ignoscitur: & *l. qui cum meatus, ad fin. ibi.* tyroni in hoc crimine facilius parcitur: *ff. de re milit.*

De Nuncio.

Nuncijs principum non creditur sine literis: *l. prohibitum, C. de iur. fisc. vide in v. Legatus.* ¶ Differentiam inter nuncium, & oratorem, vide per Goz. *in l. 1. in gl. in verb. possessionem, & ibi remissio, de iurisdict. om. iudic. gl. in l. multum, C. si quis alteri vel sibi, de hoc pulcrè Petr. q. 55.* ¶ Nuncius acquirit actionem directè Domino absque alia cessione Domino fienda: Quia verba concipit in personam Domini sui, & est sicut Pica, & organum: *tex. est singularis ad hoc, secundùm Bald. in l. qui autem, §. fin. iuncta l. seq. ff. de const. pec.* ¶ Nuncijs publicis creditur: *vide infr. in verb. officium.* ¶ Nuncio referenti se aliquem citasse, creditur: *vide Curt in tract. de Testib. concl. 42.* ¶ Per nuncium matrimonium contrahitur, *vide supr. in verb. matrimonium.* 89

De Nominis mutatione.

Nominis mutatio permittitur ex causa, 90
secundùm Dd. *in procemio Gregor. & dicit Bal. in l. 1. C. ad l. Viscell. Ang. in l. 1. C. de muta. nominis.* Quod tamen non procedit, si fiat in alicuius fraudem: *l falc. 13. ff. ad l. Corne. de falsis.* vnde iuuentus de nocte, non potest sibi mutare nomen: *Ioann. de Ana. in c. ea quæ de simo.* & potest puniri de falso: *d. Ioa. de Ana. in c. accedens, de crimi. falsi.*

Hæc & alia de mutante signum suum, 91
dixit Pet. de Rauenna. *in suo Alphab. liter. N. versi. nominis mutatio.* tenent Dd. *in l. 1. C. de muta. nomi.* quòd fraudulenter ad defraudandum vel decipiendum aliquem non fiat. ¶ Et gl. *in d. l. vnica* dicit, quòd nominis mutatio inducat præsumptionem fraudis. ¶ Sic etiam incidit in pœnã falsi, qui in fraudem sibi ascribit nomen dignitatis vel officij, puta Doctoratus, Militiæ vel Notariatus, cùm nõ sit, neque doctor, neque miles, neque notarius: *l. eos, in fi. & ibi per Bar. ff. de falsis, Bal. in l. data opera, in 20. col. C. qui accusa. non possunt.*

Et quòd ex illo, tanquã ex mendacio, oritur 92

atur indicium ad torturam, cæteris concurrentibus, notauit Blancus *in repe. l. fina. ff. de quæstio. mihi num. 266. vide tractatum Barto. de insignibus & armis.* ¶ Notario non licet mutare signum suũ Notariatus: *Bald. in proœmio, C. Archid. in c. cùm redemptor, 12. q. 2.* ¶ Sola nominis similitudo, non confert genus aut familiæ priuilegia & iura]: *l. 38. §. 5. ff. ad municipalem.*

93 Nominum alienorum suppositionem in quæstionibus I. C. vel scabinis transmittendis, vide etiam exemplum in Raudensi, *de analog. lib. 1. c. 15. n. 266. §. trigesima quarta, in pr.* ¶ De nominis mutatione, quæ non fit in præiudicium alterius, *Medic. de nou. p. 2. q. n. 69. fol. 105.* ¶ Ex bono nomine oritur bona præsumtio: *vide Euerb. in lib. ab Etymolog. n. 7. Laurent. Castell. in prin. tit. Instit. de testam. ordin. ad gl. verb. testamentum, n. 38. 39. 40. 41. fol. 52.* vbi referunt, Ioh. Andreæ vxorem dicere solitam esse, quòd si pulchra nomina emerentur pecunia numerata, tamen imponi debere filijs nostris: idem refert Thesaurus *in præfat. decis. n. 43. & similia ibid.*

De Nominatione Domini in iudicio.

94 QVando Dominus nominatus est à colono conuento, contra dominum dabitur nouus libellus: *facit doctrina Barto. & scribentium in l. 2. C. vbi in rem actio est, in c. quoniam frequenter, §. quòd si super. vt lite non contesta. & ibi sic communiter concludunt doctores, affirmante Decian. in consi. 118. vol. 3. nu. 7.* & inde infert ibi, quòd nõ colonus sed dominus sit reus, cùm reo libellus sit offerẽdus: *l. edita, C. de edendo.* vnde & iste Dominus sic nominatus tenebitur iurare de calumnia: *Specu. in titulo de iura. calum. §. restat vers. sed illud.* Et sic etiam ad merita causæ: ergo ipse per nominationem propriè factus est reus: *l. 3. in prin. ff. de iureiuran.* & statim quando colonus nominauit talem in Dominum, statim ipse venit absoluendus ab obseruatione præsentis iudicij: *Barto. in l. 2. C. vbi in rem actio.*

95 Nec tenetur Dominum nominans probare se esse simplicem colonum, sed actor probet, quòd suo nomine possideat: *Alber. in d. l. 2. C. vbi in rem actio.* Et tandem nominatus Dominus quòd possit declinare forum coloni sui, consuluit per multos Decianus, *in d. consi. 118. volum. 3. num. 11. & ibi de Domini nominati foro habes bõna.* (*Colono nominare dominũ permittitur: emphyteuta aut vasallus si de iure suo conueniantur, dominum nominans, nihilominus in causa procedere tenetur: Secus, si de directo Domini iure agatur: quo casu nominatio locum habet: Mynsi. cent. 2. obseruat. 58.*)

96 De nominatione Iudiciali, & eius effectu, *Men. lib. 2. cent. 5. c. 476.* ¶ De noui operis nunciatione, vide Plot. *de in lit. Iur. §. 3. n. 48. 49. vsq. ad fin. §.* Vide Caual. *dec. 69. aliàs p. 2. dec. 23.* vbi de nunciatione noui operis multa & vtilia.

De Nominibus debitorum.

NOmina debitorum non veniunt appel- 97
latione mobilium & immobilium: *vt in l. à diuo Pio, §. in venditione ff. de re iudic.* ¶ Et ibi tradit iurisconsultus, quomodo iudex in exequendo deueniat ad nomina debitorũ: scilicet, quando mobilia vel immobilia non existunt, vel non sufficiunt: *& facit §. sic quoq., et d. l. à diuo Pio, & l. 2. C. quando fisc. vel priua.*

De Nominibus in genere.

NOmina debent esse consona rebus: *§. 98
est & aliud, Inst. de Donat. l. defensores nihil, C. de defens. ciuit. l. 2. §. quod ad magistratus, de orig. Iur.* ¶ Nomina & verba cum effectu intelligenda: *l. si per alium, §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est.* ¶ Vbi nomina sunt diuersa, res etiam sunt diuersæ: *l. si idem, C. de Codicill.* ¶ Nomina ex communi vsu, non singulorum opinionibus debent exaudiri: *l. labeo, circa medium, de supell. legat.* ¶ Ex nominis solius appellatione aliquis ius acquirit: *11. q. 1. c. Sacerdotibus, vbi gl. in verb. appellat. vide Dec. qui in filiatione loquitur, in cons. 321. vol. 2. n. 1.* in caussa. ¶ Nomina signandorum hominum gratia reperta: *§. si quis in nomine, Inst. de legat. l. vnica. C. de mutat. nom.* ¶ Nominum identitas identitatem arguit: *ita arguit Bart. in l. Gallus, §. instituens, de liber. & posthum. l. idem, C. de Codicill.*

Nomina negatiua significant priuatio- 99
nem potentię participium solius actus: *Bart. in l. 1. de suis, & legit.* ¶ Nomine Titij aliquid facere, vel pro Titio, paria sunt: *l. fideicommissa, §. interdum, de legat. 3. Bart. in l. 1. §. nunciatio, de oper. nou. nunc. in 3. col. ibi, Sed quid si dicit, &c.* ¶ Honestè hominis nomen assumere nihil mali est: *l. pacta. § si in danda. ad Tertull. tot. tt. de muta. no. C.* ¶ Bonum est habere pulcrũ nomen: Ioh. Andr. *in c. grauis, de Depos.* dicit, quòd didicerit à muliere sua, quòd si etiam pulcra nomina magno pretio venderentur pater emere nomen pulcrum filio deberet: *refert Ias. in l. 1. ff. de leg. 1. in 2. col.* ¶ Vnde procurare debemus, vt pulcrum nomen habeamus: *l. facta, & ibi gl. & Bart. in §. si verò nomine, ff. ad Trebell. & Fel. in proœ. Decretalium in verb. Greg.* ¶ Nam turpe nomen facit indicium iniquitatis contra aliquem, & reddit aliquem suspectum: & ergo, quando duo sunt torquendi, & vnus habet turpe nomen; ab illo est incipiendum: *ita vide Hyppol. de Marsil. in l. 1. in princ. num. 70. de qq.* ¶ Quod est in nomine, præsumitur in re: *Curt. cons. 20. fol. 96. col. 2.*

Nolo.

100 NOlle & non posse interdum pro eodem accipiuntur: *l. 1. §. vsus, ff. de procur. Zas. in tract. substitutionis, in primo effectu vulgaris, vbi Bartolum allegat.* ¶ Nolle quis dicitur, quando per cursum anni cessat facere: *probatur in l. fin. §. 1. ad* Trebell. *Bart. in cons. 166. circa fin. Ias. in l. si quis arbitratu, in 4. q. Bart. ff. de verb. obl. vide suprà in verb. facere, fol. 3. fa. 1.*

De Noui operis nunciatione.

101 EX hoc edicto competunt duæ actiones nuncianti nouum opus: *vt in l. 1. ff. hoc tit.* quo constent auctore, ex qua causa proficiscantur? scilicet ex proteruia ædificantis, & temeritate, vel insolentia eius, qui nõ permittit ędificare ad cautionem indemnitatis, vel impedit, quò minus illa cautio fiat.

102 Cui & aduersus quem dentur hæ actiones: quid de hæredibus sit: quid persequamur: quando & quandiu exerceantur: de adfinibus remedijs, de modò libellandi & excipiendi, *vide Oldendorp. in classibus suis actionum, classe 3. actio 7. de actionibus nunciationis noui operis:* & consuluit Schurff. *in cons. 9. nu. 15. vsq; ad finem centu. 1.* concludens, quòd ædificans spreta noui operis nunciatione mediante iudice facta, præcisè teneatur ædificium tollere vel remouere, nec admittatur antè ad allegandum quid de iure suo: *l. 1. §. sed & si u, ff. hoc titu.* sed elegantiora de hac noui operis nũciationis materia, & de mandatis inhibitorijs, (*Vbi non tantùm inhibitoria mandata, sed etiã de demoliendo contra nunciationem facto nouo opere, adeoq; restitutoria sine clausulá in Camerá decerni notauit.*) vide per Geyl. *in obserua. 16. lib. 1. obserua. Came. Impe.*

103 Quòd autem noui operis nunciatio tantùm trahatur ad futura, non etiam ad præterita: sed solùm de præteritis agatur actione, quòd vi aut clàm: quæ intra annum tantùm dari, consuluit VVesenbe. *in cons. 34. part. 1. num. 50. & 62.*

De remisione autem facta vel fienda, & quòd post eam liceat ædificare, *habetur in l. 1. ff. hoc titu. & in l. vnica. ff. de remissio.*

De Nundinis.

104 NVndinæ à nono die dictæ sunt, q. nouendinæ: Institutæ autem eo consilio perhibentur, vt rustici octo diebus in agris essent, & nono die repeterent vrbem, ad mercatum, legum arripiendarum caussa: & vt scita atq; consulta frequentiore populo referrentur: & trinundino proposita à singulis atq; vniuersis facilè noscerentur: vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die apud Athenienses promulgarentur: *Marantapar. 4. dist. 9. n. 51.*

Nota: nundinæ publicæ à principe sunt impetrandæ: *l. 1. ff. de nundinis, argumen. l. 3. ff. de operibus publicis*, secus in priuatis: *C. de ædifi. priua.*

Amittuntur per non vsum decennij: *tex. in d. l. 1. ff. hoc tit. sed declarat glos. ibidem & Dd. quos vide.* Iur. Saxon. annis demum *31. VVesenb. nu. 4.* ¶ Quòd nundinæ sint ciuitatibus vtiles, habetur *in l. 2. ff. hoc titu.* 105

Quòd venientes ad nundinas tempore nundinarum, non possint causa priuati debiti arrestari, nec bona eorum sequestrari, nec alias grauari: debent enim esse liberi in accessu, mora, & recessu: est textus *in l. vnica, & ibi notat Baldus, C. eo tit. de nundinis, vult Constitu. Electo. Saxoniæ, in Arti. 30. §. Wir wollen, parte 1. vide quæ notaui suprà in litera F. versi. de foro. vide Cuiac. in par. C. lit. Landrecht, lib. 2. art. 68. Item lib. 2. art. 26.* 106

De foro rerum venalium, *Pet. Greg. de Repub. lib. 2. c. 8.* ¶ Nundinarum priuilegio renunciari potest: *Pet. Pec. de iure sistendi, c. 12. n. 2. Medic. de conseru. possess. n. 404. fol. mihi 542.* adeò vt licèt sit prohibitiua in hoc casu Electoralis constitutio, attamen priuilegio huic rectè renunciatur: *Daniel Moll. lib. semestr. 1. c. 12.* ¶ Renunciatio autem nundinarum non valet, nisi sit specialis & expressa: *Pecc. d. c. 12. n. 2.* ¶ Ius nundinarum Princeps dare & auferre potest: *Thess. decis. 264.* 107

De Nuptijs.

DE nuptijs notaui suprà, *in litera M. versi. de matrimonio, & infrà in litera S. versi. de sponsalibus.* ¶ In secundas nuptias vide multa ex Tiraquell. relata: *intr. Reg. lib. 17. fol. 367. versic. postremò illud addiderim*: vbi latiss. tàm ex sacris quàm prophanis & ll. Nuptias secundas non benedici, & de pœna sacerdotis benedicentis: *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 417.* ¶ Mulier transiens ad secunda vota, an teneatur seruare filijs primi matrimonij arras datas à primo marito, *Aluar. Valasc. consult. 16. n. 1.* 108

De Ob-

De Obligationibus.

1 OBligationis definitionem, diuisiones, qualiter contrahatur, per quas personas, & quomodo dissoluatur, & quid in qualibet iuris sit, *vide titulos sequentes in Instit. tit. de obligationib. Quibus modis re contrahitur obligatio. De verb. oblig. de literarum obligatio. De obligatio. ex consensu. De obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur. Per quas personas nobis obligatio adquiratur. Quibus modis tollitur. De obligationib. quæ ex delicto nascuntur. Et de obligationib. quæ quasi ex delicto nascuntur. Adde his titulos, C. & ff. de actionibus & obligatio, & de verborum obligationibus, & plures alios, qui in toto corpore iuris sparsim inueniuntur. Notaui suprà & infrà in plurib. versiculis de emptione & venditione, de locatione, de societate, de fideiussoribus, de iniurijs, & in alijs, prout qualibet materia sese tractanda obtulit.*

2 Obligatio antidoralis, est ex iure naturæ, & habet 18. effectus: *Marant. in Spec. aur. part. 3. n. 4. & 40. in fi.* ¶ Obligatio nec ad res nec ad actiones pertinet, sed ad personas earumq; ius. Hoc enim omninò requirit natura & proprietas obligationum, qua Personæ ligantur ad soluendum, non Res. Quod ipsum etiam confirmat definitio obligationis, *à Iustiniano proposita, in pr. Inst. de oblig.* qua dicitur esse Iuris vinculum, quo necessitate astringuntur alicuius rei soluendæ: *vide Vulteium, lib. 1. discept. schol. cap. 16. fol. 177.*

3 Nota: obligatus ad dandum, præcisè cogitur dare, adeò etiam, quòd transferat dominium quoquo modo, nec liberabitur soluendo interesse: *l. vbi autem, §. fina. ff. de verbo. obliga. Zasius sic tenuit, ibi in dicto §.* sed quatuor modis illam Theoricam limitauit: secus in obligatione fieri vel præstandi: *vide Ioan. Bernardi Diaz in regulis fallentia. in regula 505. cum 8. limitationibus remissiuè, & in regula sequenti 506. cum 4. limitatio. secundùm glossam ibidem, in verbo certum esse.*

4 Sed, vt obligatio valeat, requiritur, quòd sit facta cum causa: sine causa enim regulariter non valet: *notatur in l. cùm de indebito, §. fina. ff. de proba.* licet autem non probet plenè, tamen semiplenè: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 249. incip. obligatio, cum vna ampliatione & declarationibus:* facta tamen ex certa scientia, vel sub conditione, tenet: quia succedunt loco causæ: *Hippo. in singula. 482. incipien. nedum docti:* vel nisi facta fuerit in iudicio: quia propter iudicij valorem nihilominus valet: *idem Hippo. in repe. Rubri. C. de probation. num. 81. cum sequentibus:* & ibi addit de iuramenti appositione: item de eo, quod factum est in mortis articulo: *vide:* & tandem obligatio facta sine causa vel ex falsa causa, quatenus teneat vel non, notat Zasius *in l. si diuortio, ff. de verbo. obliga.*

De obligatione, quò ad vixero, vel vsq; ad calendas, ista obligatio est quidem perpetua, & confestim ex illa potest peti: sed hæredes remouentur exceptione pacti, post mortem obligati: *dicit textus cum Barto. in l. eum qui, §. qui ita, ff. de verbo. obligat.* quòd confestim possit peti, dicit rationem Zasius, *in l. qui hoc anno, ff. de verbo. obligat.* probatur etiam per illum Zasium, *in d. §. qui ita.* Quòd ab obligato ad certum terminum, post terminum non possit peti: sed *in d. §. qui ita, num. 9.* vide per Zasium vnam fallentiam. Et quòd sic obligatus singulis annis, & plurib. vicib. teneatur præstare, non autem vnica solutione liberetur, notauit d. Zasius *in d. §. qui ita*, declarando vtilitates, & quid in dubio ex qualitatibus statuendum: *à principio vsq; ad num. 9. vide omninò Zasium, Iasonem & alios Dd. ad tit. ff. de verbo. obligationibus*, & habebis cum alijs materiam obligationum benè tractatam. 5

Nota: fauorabilior obligatio est inducta ex vltima voluntate, quàm ex contractu: dicit Ioan. de Platea, *in l. 2. C. de debito. ciuita. lib. 11. per l. in testamentis, ff. de reg. iuris.* Obligatio sub pœna obstagij, bey einleistung/ (*Non valet ex nouissimis Imperij receßibus.*) aut carceris, (*Valet.*) an valeat, vide Geylium, *in obserua. 45. lib. 2. obserua. Camer. Imper.* dicit, istas obligationes ad obstagia, in Camera sæpissimè esse approbatas. 6

Item

7 Item obligationes ad carcerem per modum arresti, vel sequestrationis. In Churfürstlichen genaden zu Sachsen constitution, ist das einreiten vnd einleistung in den Herbergen/ gentzlich verboten vnd auffgehoben. Dagegen aber in des Bürgen vnd selbstschuldigen Güter/ schleunige gebührliche vnd forderlichste hülffe ergehen vnd fürgenommen werden sol: *in constit. Elect. Art. 22. wir wollen auch, part. 2.*

8 Nota: in obligatione generali non veniunt ea, quæ quis in specie non esset obligaturus verisimiliter: *text. est in l. in obligatione generali, ff. de pig.* limitat pulcherrimè Petrus Gerhard. de pet. Sanct. *in singula. suo 35. vide eo.* laborent, quòd maximè obligatio sustineatur & operetur.

9 Cautio sine causa non efficaciter obligat, nisi is, qui cautionem sine causa exposuit, agnoscendo fidem cautionis partem aliquam soluit: *Eman. Costa. l. si ex cautione, fall. 7. n. 3. C. de non num. pec. fol. 471.* Et in dubio si quis scripserit: se debere Titio centum, quæ ab eo accepit: nec debendi causam specialiter designarit, in re dubia credimus subesse mutui causam: *Casta d. lo. declar. 2. num. 2. fol. 429.* ¶ Obligatio generalis non comprehendit bona hypothecari prohibita per testatorem, sub pœna priuationis: *Thess. dec. 193.* & plura de obligatione generali, vide in addit. Schultz. *ad quæst. Modest. pist. p. 3. quæst. 122. n. 22. & seqq.*

10 Obligationum initium & originem, *vide per Modern. Senen. meliùs, quàm alibi, in Rubr. ff. de verb. obl. & quòd ego allegi, in l. petens, C. de pactis ineuidentiabilibus.* ¶ Obligationem tempus non inducit: *l. obligationum, §. placet, de Act. & obl.* ¶ Obligatio ossibus inhæret, quæ à nobis separari nequit, & nobis imprimitur, sicut character animæ: *Bart. in l. non solet, in 3. col. ibi, venio ad secundam partem, de leg. 1.* ¶ Vbicunque quis obligatus est ad aliquid: non tenetur se offerre, sed satis est, quòd interpellatus moram non faciat: *l. 2. §. 1. quo lega. vide Soc. in Reg. 299. in princ.*

De Occasione.

11 OCcasio significat causam remotam: *c. solite, de maior. & obed. c. post translationem, de renunc. vbi Dd. Iaf. in Rubr. C. qui admitt.* & ibi Decius, qui dicit significare eam causam, quæ ad effectum non est ordinata.

De Oblatione debiti.

12 OBlatio debiti & consignatio ac depositio, tempore & loco congruo facta, cursum vsurarum impedit, à periculo casus fortuiti liberat debitorem, pignora dissoluit, hypothecariæ obstat, creditori autem parit actionem contra depositarium, & quælibet alium detentatorem. sed si debitor depositum recuperauit, in veterem obligationem reincidit: *Bal. in l. acceptam, C. de vsuris.*

Sed nota ex hoc textu, quòd post oblationem, depositio cum consignatione fiat in publico, vel vbi iudex competens aditus deponi eas disposuerit. 13

Sed oblatio ad hoc, vt valeat & operetur vires oblationis, debet realiter & non verbaliter fieri, cum pecunijs in manibus: *secundùm Bart. in l. aut prætor, §. si quis paratus, ff. de noui oper. nuntia. Hippo. de Mars. in l. qui falsam monetam, ff. ad l. Corne. de fals. num. 58.* Petrus de Rauenna, *in suo Alphabeto, in litera O. versi. oblatio,* tenet etiam, quòd verbalis oblatio regulariter non valeat: *per l. qui decem, ff. de solutio.* Sed istius assertionis, *ibidem, 6.* deduxit fallentias, quas vide. Hippo. de Marsi. *in singula. suo 479. incip. oblatio,* docuit vnam fallentiam, dicens, quòd in pacto de retrouendendo satis sit offerre precium, sine aliqua depositione vel pecuniæ demonstratione: quod notandum dicit; requiritur, quòd nō tantùm habeat in oblatione marsupium cum pecunia in manibus, sed etiam debet in præsentia testium esse numerata, & tunc censetur oblatio in Marsupio facta: *Petrus de Rauenna in d. versic. oblatio, circa finem: Et Hippo. de Marsi. in d. singula. 479. in medio.* 14

Nota in casu, quando totum debitum deponendum non est liquidum, vel ex alia causa quis non vult totum deponere: debet secum ducere fideiussores, & dicere, si apparebit me teneri in pluri, ecce fideiussores constituo pro residuo liquidando: consuluit *per Dd. Alexand. de Imo. in consil. 24. colum. 3. volum. 4.* 15

Et quæ oblatio inducat liberationem, quæ requirantur ad illam, (*in re mobili, vt plena liberatio sequatur, requiritur etiam consignatio & depositio. Item requiritur, vt res præsens sit, si offeratur ad consequendam actionem, vel excludendam vel purgandam moram, &c.*) quæ res possint consignari & deponi, in quibus casibus possit fieri, & quos producat effectus: vide eleganter declarata per Matthe. de Mathesila. *in singula. suis 127. & 128.* inuenies in ista materia oblationis bona. De probatione oblationis à debitore fienda, & qualiter vt sufficiat, vide Ludou. Roma. *in singul. suo 205. incip. pone, & ibi Pignolium in additio.* 16

Condemnato, etiam post sententiam in hypothecaria actione ius offerendi pecuniā competit. Sicut hoc ius competit cuilibet possessori: *Capyc. dec. Neap. 41. vbi lim. 5. Schneid. §. item Seruium, n. 83. Instit. de action.* ¶ Ius offerendi etiam pendente appellatione competit: *Capyc. decis. 202.* ibid. notatu digna de oblatione rei debitæ. ¶ De oblatione rationum, *vide verb. mora.* 17

Vtrùm

Vtrum volens redimere rẽ ex pacto, pretium offerre tantùm debeat, an verò etiam deponere, *Fachin.lib.2.controu.Iur.c.42.vide in arg. Ant. Gabriel Roman. lib.3. conclus. de solut.8.* ¶ De oblationibus & anniuersarijs, quatenus ad Vicarios Eccles. pertineant, *Aluar. Valascus consult. 14.*

De Odijs.

18 ODia regulariter sunt restringenda, & ideò lex vel statutum pœnale nõ debet extendi, sed potiùs restringi: *vt in regu. odia, de regul. iuris, in 6.* tamen vbi extensio tendit ad fauorem reipublicæ, ita debemus legem vel statutum odiosum extendere, sicut legem seu statutum fauorabile: *notauit Hippo. de Marsi. in l. qui falsam, §. accusat. ff. ad l. Corn. de fals. n.10. versi. quòd licet lex, & ibi multa iura inducit.*

De Officio.

19 PRocurans habere officium, ex quo deueniunt sibi immunitates, non habeat tales immunitates: *Rom. in l.3.§. subuenitur ff. ad Syllani.* ¶ Sic etiam habens officium, & acceptans aliud contra statuti prohibitionẽ patiatur pœnam: sic, quòd careat acceptato, & priuetur beneficijs & salario primi: *notauit Ludou. Roman. in singul. suo 393. allegat text. singularem in l. quisquis, C. de coborta. lib. 12. & ibi Bart. limita, nisi dispensetur contra statutum: Pigno. in addi. ibidem.*

Nota: remotus ab officio propter delictũ, non potest amplius promoueri ad illud officium: & ideò dicit Bal. *in l.2. in fin. C. de liber. & eorum liber.* Quòd Doctor propter delictũ priuatus doctoratu, non potest iterũ doctorari: intelligendum semper salua auctoritate principis. ¶ Qui electus est ad officiũ, licet se prepararet, & decessit, antequã ingrederetur, non debet habere salariũ: *Bart. in l. diem functo. ff. de offi. assesso.* quia commoda officij post administrationem incipiunt deberi *Bal. in c.1. Quis dicatur dux, in vsibus feudo.*

20 Remotus ab officio, ratione culpæ: non perdit salarium, pro præterito tempore, sed pro futuro: *Bart. in d. l. diem functo, notaui infrà in litera S. versi. de salarijs.* Nota theoricam: Officium suum, quod quis suscepit, nemini debet esse damnosum vel nociuum: *l. si seruus communis, §. quod verò, ff. de furtis.*

Qui sunt in officijs, debent esse puris manibus: notaui suprà *in litera A. versic. de Auaritia, & litera M. de Muneribus.*

Sed originarij quòd extraneis præferantur in officijs, docuit Mynsinge. *in obserua. 30. cent. 4.* intellige, si sint habiles & idonei, vel nisi obstet alia causa.

21 Officium gerentẽ, præsumi rectè illud administrare, *Men. lib.2. præs.85.* ¶ Officialẽ effectũ, præsumi dignum aptũ & idoneũ *præs.86.* ¶ Officiales de leuiorib. non Syndicantur: *Grach. post clarum. in cons. materiæ Syndicatæ, n.44. & 310.* neq; contra eos curandũ est de apicib. Iuris: *n.45.* & tenentur tantùm de dolo, non de lata culpa: *n.46.* & pro ijs præsumi & contra eos scrupulosa inquisitio reijcitur: *n.47.* & ratio, *ibid.* Item contra eos non sufficiunt prçsumtiones, sed probationes luce meridiana clariores: *n.167. & 352.* itẽ contra eos duo testes non sufficiunt: *n.101.* ¶ Promouendũ ad officium & dignitatẽ, quilibet de populo impugnare potest: etsi contra promotũ nõ admittatur, nisi ille, cuius interest: *Asin. de exec. §.3. c.263. n.4.* ¶ Si quis priuetur propter delictum officio vel dignitate, causa dicitur ciuilis, non criminalis. *Maran. p.4. dist.1. n.32. lim.* nisi statuto pœna priuationis esset imposita: *ibid.* Ab ordine motio ob delictũ, importat infamiã: *M. Frelc. de exist. lib.3. c.4. n.6.* ¶ Iudex pro suo arbitrio an possit aliquem loco vel magistratu vel officio amouere: *Menoch. lib.1. q.55.* ¶ De clerici degradatione & deposit. *Men. c.415.* ob delictum: *Geyl. lib.1. de pac. pub. c.1. n.20. vsq; ad 28.* itẽ de degrad. militũ, Doctorum, *ibid. n.206.* ¶ De officij priuatione, vide Clar. *q.73. in praxi crim.* ¶ Remotus ex Senatu, non est Iudex: *Vand. de null. ex def. iurisd. deleg. n.44. fol. 312.*

De officijs mutuis mariti & vxoris, *Bodin. de Repub. lib.1. c.3.* ¶ Officium nemini absque causa potest auferri: adhibe Capyc. *decis. 178.* 22
Præsertim concessum à principe in vtrâuis: *Carol. Tapia l. f. de const. Princi. p.2. c.9. n.73. contr. ibid.* Imò si aufertur cum causa, audiendus tamen est cum suis defensionib. *n.74.* Et non auferendũ: Cùm quod semel probatur, absq; causa reprobari non possit: *n. 77.* & ei hac ratione iniuria inferatur à Principe, quam hic inferre non debet: cùm iniuria nasci nõ debeat, vnde iura oriuntur: *l. meminerint, C. vnde vi:* & remotus præsumatur remotus ob delictũ culpam & malam administrationẽ: Tap. *n.78.* & maximũ dedecus fit, & pœna remoueri ab officio, quasi de eo dominus nõ confidat: *n.79. per express. gl. l. restam. cent.1.* imò habeatur pro mortuo: *Tapia. n.80. alleg. Plot. l.1. n.6. de primicer. lib.12.*

Imò non est principi permissum, honorem alicuius auferre: Tap. *n. 81.* allegans Andr. de Iser. *c.1. n.29. de cap. Corrad.* cùm honor cuicunq; commodo pecuniario sit prçferendus. Tap. *n. 83.* allegans dd. *plures & l. Iul. in prin. si quis omissa causa test.* Ideò causa honoris ardua, *ib. n. 84.* vitæq; æquiparatur honor, *n.85.* imò prçponitur, *ibid.* Hinc nec pontifex Episcopatum vel beneficium ab aliquo potest auferre: *n. 86.* nec Cardinalem absq; Cardinalium consilio deponere: *n.87.* propterea quòd nec Princeps nec Papa ascensum semel præstitũ possit amplius infringere: *n. 88. & seqq. 6. vsq; ad 94.* Et quod plus est, sicut non debet officium alicuius 23
minui;

minui: ita nemo ad minorem dignitatem suscipiendam potest compelli: multò minùs totum, quod erat concessum, auferri: *n.94.* ¶ *Vide huc non incommodè in argum. Petr. Greg. Tholos. lib. 3.c.30.* ¶ Vide præcepta duo Platonis in eligendis officialibus: *in Rog. de protest. rubr. 1. §.6.n.16.* & Tassaram de error. notar. *c. 1.* ¶ Officialis delinquens quomodo puniendus, *Capyc.dec.121.n.17.& seqq.* ¶ De electione personarum ad officia, vide *verb. Electio.* ¶ Officij publici ratione qui ad id præstandum cogi possint, *Afin. de exec. §.6.c.2.* ¶ Officium, in quo quis deliquit, exercere non potest: *Br. l. si aliquid, c. de suscept. præpos. & arc. lib. 11.* ¶ Ad acceptandum officium quis cogi potest: *Viuius dec.144 lib.1.* ¶ Qui in officio fraudulenter versatur, furti tenetur: *VVesenb. in paratit ff. de furt. n.11.*

24 Officium suum nemini debet esse damnosum: *l. sed si quis ex signatoribus, de temp. appell.* ¶ Transgrediens officium suum videtur se sponte obligare: *l. cùm potest, ff. de adm. tutor.* ¶ Officium pietatis est reducere discordantes ad concordiam: *Abb. in c. Quintaualle 5. col. vers. sexta differentia, de iureiurand. allegat c. iniustum, 11. q. 3.* ¶ Officialibus asserentibus se impeditos, vel aliquid aliud eorum officium concernens, creditur: *Alex. in l. 1. in 16. col. ibi, sed iuxta hoc quæritur, ff. de off. eius, vide supra in verb. magistratus.* ¶ Officiali non creditur in graue præiudicium alterius: *Bart. in l. Diuus, ff. de custod. reor. col.2. Alex. consi.75.vol 5.col.fin. videtur Dec. cons. 94. vol. 1. colu. 2. in casu.* ¶ An officialis cum pecunijs publicis lucrari possit, *vide Dec. cons.6. vol.1.* ¶ Et quando scriptura officialis probet: & officialis, qui rationes reddidit, habet fundatam intentionem, licèt contrarium probari possit, *Dec. cons. 94.vol. 1.* ¶ Officiales Gabellarum, & similes, tenentur tantùm de leui, non leuissima culpa: *vide pulcrum cons. Curt. in cons 19. vbi consuluit pro quodam officiali.* ¶ Officium morte finitur: *l. 1. vbi Bald. not C. si quis ignorans rem minoris, allegat etiam l. cuius bonis, ff. de curat. fur.*

Omne, Omnis.

25 OMne dicens, nihil excludit: *c. solitæ, de maior. & obed. l. fin. de pec. leg. l. Iulianus, de leg. 3. & 19. dist. c. si Romanorum, vide Dec. cons. 69 vol. 1. in 3. col. Alex. post Bald. in l. 1. in 4. col. de leg. 1. gl. in l. à procuratore, C. Mandat.* ¶ Et dicendo esse argentum, intelligitur non solùm de eo, quod in præsenti habeo, sed & de futuro: *l. filiam, de aur. & arg. leg.* ¶ Et dicendo lumen, de quolibet lumine intelligitur. *ff. de seruit. vrb. præd. l. si Seruitus, Specul. in tit. de Proc. §. ratione autem formæ, fol. 24. col. 2.*

De Operis.

DE operis libertorum, & distinctione inter eas, quas liberti patronis debent, 26 *vide gl. in l. si non sortem, §. libertus, ff. à condit. indeb.* ¶ Operæ duobus promissæ, illi sunt præstandæ, cui primò promissæ sunt: *l. in operis, ff. locati.*

De Obreptione.

OBreptitiè impetrata non debent valere, nec impetranti prodesse, nec concedenti vel tertiæ personæ obesse: 27 *sic Alex. de Imo. in cons. 123. circa finem, vol. 4. & ibi*: quis dicatur obreptitiè impetrasse, nempe, qui tacita veritate causæ etiam impulsiuæ, impetrauerit: facit id quod dicitur, mendax impetrator debet carere impetratis: *de quo suprà in litera M. vers. de mendace.* Et ista exceptio obreptionis solet opponi rescriptis, quia non valent: *l. decurionib. C. de silentia. l. 1. C. quando impe. inter pupill. & vidu. ca. cum ordinem de rescriptis.*

Et ideò etiam tacitè semper inest ista clausula, si preces veritate nitantur: 28 *l. fin. C. diuer. rescrip. c. ex parte Conuentrensis de rescriptis, de ista notaui suprà in lit. C. versi. de clausula, si preces veritate nitantur.* De hac materia obreptionis *sup. in litera C. versic. de confirmatione, & infrà in litera P. versic. de priuilegijs*: quia regulariter per obreptionem impetrata non valent: *vide Hippo. de Marsi. in l. si quis obrepserit, ff. ad l. Corne. de falsis.* Decianus optimè consuluit, *in consi. 117. vol. 3. num. 53. Menoch. in consi. 109. vol. 2. nu. 24. & in sequentibus ibi*, vitiari legitimationem propter obreptionem consuluit.

De Obliuione.

VInum inducit obliuionem: 29 *Acc. in l. si. in quib. rest. integ. non est necess.* ¶ Obliuionē quandoque præsumi, *Menoch. lib. 6 præs. 31. fol 448.* præsumi facilè obliuionem, *Seraph. 44. vbi ampl. & lim. Menoch. lib. 2 c. 26 & c. 308. in fin. Medic. de casu fort. q. 2. p. 5. n. 55. In l. si & me & Titium, ff. Si cert. pet. l. C. in quæst* difficili respondit subsisto, id est, dubito ¶ Obliuio quid sit, vnde proueniat, & quando excuset: *Seb. Med. de cas. fort. p. 2. q. 5. n. 46. & seqq. multis*, & quando præsumatur, *Hieron. Laur. decis. 5. num. 3.*

De Ordine.

ORdo est cuiuslibet rei suo loco concinna digestio. 30 Vbi non est ordo, ibi confusio: *§. si quis, vers. inordinatum, vbi gl. in Nouell. consti. 1. à hæred. & falc.* verissimum est illud Baldi, *in tractat. schismatis.* Quòd ordo sit modus agendi, sine quo nihil rectè agitur: & ea, quæ ordinatè traduntur, non solum perspicua & facilia redduntur, quò dilucidius intelli-

telligantur, vt dicitur in l. 1. ff. de dol. exception. sed etiã facilius memoriæ, (quæ aliâs labilis est: *l. peregrè. ff. de acq. poss.*) inhærent. ¶ Ordo in omnib. maximè in iure est commendabilis: Ordinis comendatio, est apud Borch, *in procem. comment. feudal.*

31 Ordo iuris, & forma legis est obseruanda: aliâs actus factus non valet, & est ipso iure nullus: *l. inter cætera, ff. de libe. & posthu. l. cum hi, §. si prætor, ff. de transac.* ¶ Imò nihil operantur, etiam de consensu partiũ: cùm formæ legis, & ordini iuris non possit renunciari: *gl. in c. dispendia, & in c. statutum, de rescrip. in 6.* Nisi forma legis esset inducta ob certam causam, quæ nunc cessat, & potest illi renunciari: *d. l. cum hi, §. cum autem, ff. de transac.* vel si esset inducta in fauorem partis, tantum etiam posset: *l. 1. ff. de ferijs, c. de causis, de offi. delegatio.* dicta ergo gloss. *in c. dispendia, & in c. statutum, de rescrip. in 6.* intelligatur de forma legis, non tantùm in partis, sed etiam in fauorem publicæ vtilitatis, inducta: notauit Pet. *Gerar. de Petr. Sanct. in singul. suo 4. incip. notant Dd.*

32 Vbi non est ordo iuris, ibi deficit substantia, dicit Hipp. de Marsi. *in singu. suo 342.* Incip. quando testis. Imò omissio qualis qualis ordinis, in extraordinarijs iudicijs, vitiat ipsum iudicium: idem *in singu. 256. incip. eadem ratio.* Iudex procedens extra ordinem, dicitur procedere de facto: & non præsumitur pro iudice, quando non seruauit iuris ordinem: imò cognoscere iuris ordine non seruato, est ius alteri auferre: *Hipp. in sing. 354. incip. in dubio.*

33 Sed omissio ordinis iudiciarij, in Camera Imperiali non attenditur, si de meritis causæ constet: *Mynsing. nota. in obser. 62. cent. 4. & in obser. 27. cent. 1.*

34 Ordo, an & quando debeat attendi in scriptura, facit tex. *& ibi Bart. in l. nec enim, ff. de solutio. dixit Petr. de Rauenna. in suo Alphabet. litera O. versi. ordo an & quando. Et vide Rober. Marant. in tractatu suo, de ordi. iudi. parte 3. num. 107. incip. Assumo igitur.* Et *ibidem in locis allegatis* docet, quomodo ducantur Argumenta ab ordine.

35 De ordine cognitionum, est *Rubr. C. de ordi. cogni.* & de ordine iudiciorum, quoque est *Rubri. in C. de ordi. iudicio.* id est, de quæstionibus ordinandis in iudicijs: puta, si cõcurrant duo iudicia, inter easdem personas: principaliter vel incidenter, quale præcedere debeat, & sequi: & quando super exceptione sit pronunciandum, notauit Petr. de Rauenna. *in suo Alphabeth. litera O. versic. ordo cognitio. & ordo iudiciorum, l. quoniam, quæ est fin. C. de ord. iud.* vbi dicitur, quòd prius de criminali est pronunciandum, quàm de ciuili causa cognoscatur. Ista l. intelligitur, quando ciuilis intentatur ab vno, & criminalis ab alio, tunc ciuilis cessat, donec criminali finis imponatur: & iste est communis intellectus, *vt per Dec. ad l. edita, num. 65. vbi claud. fcif. num. 68. C. de edend. Fab. Alcorambo, ad l. naturaliter, §. nihil commune, num. 108. ff. de acq. possess. Et pulcherrimè commentatus est Klingius, ad c. intelleximus, in c. Cum dilectus, c. tuam, & in c. super, ex. de ordine cogni.* faciunt ad hæc, ea quæ notauit Robert. Maranta. *suo tracta. ordi. iudi. 4. part. in 6. distinctione principali,* vbi tractat de iudicio conuentionali, & reconuentionali: *& vide Art. 12. lib. 3. Landrecht,* vbi vult tex. vt præcedat omnino iudicium conuentionale, & sequatur demum reconuentionale: igitur suo ordine sunt tractanda.

Ordo in ll. explicatione obseruandus: 36 *Blarer. in l. diffamari, in pr. C. de ingenuis man.* ¶ Vbi non tenetur modus ordinatus, ibi nõ potest quis adipisci finem: Quia destructo modo, destruitur ordo, & inordinatum nil valet: *§. inordinatum, Auth. de hæred. & Falcid. Raud. de analog. lib. 1. c. 28. nu. 100.* ¶ Ordo si obseruetur, quantæ vtilitatis, *Const. Roger. de protest. in pr.* ¶ De ordine multa, Marant. *in Spec. in procem. & p. 3. n. 107. & seqq. & 113. & 114. 115.* ¶ Digniora sunt præferenda: *Daut. remiss. in tr. de testam. num. 5. fol. 33. ibid. multa remissiue de præcedentia, vel principum prærogatiua.* ¶ Ordo in iudicijs duplex, ordo substantialis, sine quo nullum iudicium subsistit, & ordo iustitiæ: ille si non obseruetur, vitiat actum, hic non item: *Dauth. de testam. titu. qui testam. fac. poss. nu. 136. cum addit. fol. 183. Leopold. Dick. in suo processu, classe 2. tit. de Iudic. ord. n. 239.* ¶ De ordinis præposteratione, item prætermissione, Dauth. *d. l. præposteri vel errore prætermissionis, & Hier. Laur. dec. 15. n. 17.* ¶ In dubio is actus præcessisse præsumitur, per quem vterq; actus sustinetur: *Schrad. l. admonendi sub n. 289. vers. octauo, si reperiantur, de iureiur.*

Ab ordine quomodo & quot modis 37 argumentum in iure sumatur, & an ordinis peruersio actum & dispositionem annullet & vitiet, & materiam ordinis plenissimè, & quicquid in ea ferè dici potest, vide pulcrè, & multa eleganter cumulata & deducta, per Nicol. Euerh. *in aureo libro, cui titulum fecit, Topicorum seu Locorum Legalium opus, in Loco primo, vide aliqua infr. in v. scriptura.*

De Ornatu Muliebri.

MVlier se ornans, contra constitutionẽ, 38 an incidat in pœnã, & qualiter, quem ornatum habere non debeat? Et prohibita veras portare perlas, an possit portare fictas? vide hæc, & quomodo secundũ mentem statuentium possit se ornare, respondet Barba.

Barba. Siculus, *in proœm. Clem. lecturæ secundæ, mihi fol. 20. versi. ext. gl. quærit. vide.*

39 Sed ornamentorum muliebrium appellatione generaliter continentur ea, quibus Mulier ornatur: *l. argento, §. ornamenta, & l. fi. ff. de auro & argen. legato.* ¶ Sed ornamenta muliebria, à marito vxori tradita, an mortuo marito illa vxoris sint: vel quæ & in qua consideratione ab hæredib. repeti possint, vel non, (*Communis Dd. distinctio est, vt quæ ad vsum quotidianũ pertinent, donata videantur, adeoq; donatione morte confirmata ab hæredibus repeti non possint: Cætera verò pretiosiora, & ad ornatum tantùm pertinentia, Dd. Iocalia vocant, non videantur donata: quæ tamen in re iudex familiares, dignitatem, nobilitatemq; viri, vxoris quoq; familiam & dotis amplitudinem considerabit. Et in Camera in causa quadam grauissima ita factum, se meminisse, Geyl. ait.*) docuit Geyl. *in obser. 91. lib. 2. obs.* ¶ Legato ornamento quæ comprehendantur, notaui *supr. remissiuè, in lit. L. versic. de legatis.*

De Opinionibus Doctorum quando sit tenenda, & multis concurrentibus quæ præferenda.

40 QVando casus occurrens nec à canonibus, nec à legibus est decisus, tum sequenda est doctorum sententia seu opinio: *c. 2. de præsb. non Baptisan. & ibi Dd. patrum sententiam teneas, & in l. Si idem cum eo, ff. de iurisdict. omn. iudi.* per quam ibi Ang. dixit, quòd ad decisionem causæ possint allegari auctoritates maiorum: tenet Corne. *in consi. 186. in prin. in 3. vol.* vbi sic in decisiuis: Non est recedendum à communi opinione: & quòd in iudicando sit tenenda, voluit etiam Rapha. *in consi. 36. post prin.*

41 Et quòd consulendo tenenda, licèt altera placeat in scholis, idem *consil. 86. in pr.* maximè suffulta bonis auctoritatibus, idem Rapha. *consi. 147. in medio, Bal. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offi. procons. & legati:* textus allegatur, *in l. 1. ff. de offi. quæst. Abbas in c. fina. de secund. nup.* notabiliter tamen limita, nisi communis opinio de aperto errore possit conuinci: *Ioan. And. in c. 1. de consti. Abb. in c. capellanus, de ferijs, & Abbas in consi. 1. in 1. volu.* dixit, quòd non sit sequenda opinio, quæ falsa dicatur: *gl. in c. ad nostram, de consue.* nam minori quandoq; reuelatum est, quod non maiori.

42 Et ideo dixit Paul. de Castr. *in consil. 185.* quòd sit recedendum à doctore, propter bonas rationes Et dicit Archidia. *in c. nolite, 11. q. 3.* quòd etiam magno commentatori non teneamur credere, nisi probet: limita etiam, nisi singularis vel minoris partis opinio esset pro matrimonio: quia illis staretur contra communem opinionem, secundùm *Hostien. in c. Si vir. de cogna. spiri. & ibi Abbas. hæc refert Pet. de Rauen. in aureo suo Alph. lit. O. versi. opinio communis.*

Sed vbi communis opinio præualet rationibus, est tenenda: quia præsumitur vera: *vt est gloss. in c. fi. de pœnit distinct. 1.* Et iudicans contra illam, litem facit suam, nec excusatur in syndicatu: *Barto. & Ange. in l. fina. C. de pœna iudi. qui malè iudica. Abbas in c. prudentium, in pr. de offi. delega.* ¶ Et *in d. l. fina.* tenuit Angelus, quòd nimium sit ignorans, qui contra comunem opinionem iudicat. ¶ Dicitur autem communis opinio, quam plures grauioresq; accipiunt: *c. in canonicis, 19. distinct. & ibi scriben. Petr. de Rauenna. in d. versi. in fine. Bald. & omnes in d. l. fina. C. de pœna iudi.* 43

Et quòd opinio Dd. præferatur, qui numero & auctoritate præualent, notat Bald. *in l. 1. ff. de offi. quæsto. Alexand. de Imo. in consil. 7. volum. 4.* ¶ Item & qui sunt grauiores vel maiores, Angel. *in l. si idem, §. fina. ff. de iuris. omn. iud.* ¶ Hic notandum venit, quanta sit auctoritas Ioan. Andreæ, & Bar. Bal. enim *in c. olim. de re iudica.* dixit, quòd opinio Ioa. Andr. sit sequenda, quia fuit lax iuris canonici. Et Abbas *in c. de quarta, de præscrip.* refert, quòd si Ioan. Andr. voluisset decidere, non fuisset opus, quòd multi scripsissent. 44

Et Bartol. ab Angel. lucerna iuris dicitur, *in consi. 15.* Et excelsus vir ac præceptor eius, *in consi. 135.* cuius etiam opinionem tenendam Raphaël dixit, *in consi. 178. in fin. 2. col. & in medio, 3. colu.* & Oldradus Doctor egregius fertur, qui multo tempore in curia Romana practicauit, secundùm Raph. Fulgo. *in consi. 22.* inter glossatores feudistorum Iacob. Columbi principatum tenuisse: inter summistas Iacobum Ardizoni: inter commentatores Iacobum de Beluiso, attestatur Iacobus Aluorotus, *in proœmio ad vsus feudo. colum. 5. circa finem, versi. inter nos.* & hoc ideo notaui, quia in dubio eorum opiniones videntur debere præferri. 45

Tertiò præfertur illa opinio, quæ subtilioribus rationibus est fulcita: prout *supr. modò* dictum est: & habetur de illa, *in c. capella. de ferijs, & in l. 2. C. de veteri iure enucle. notauit domi. de sancto Gem. c. 1. col. 1. de sum. trinita. in 6.* 46

Quartò opinio Canonistarum præfertur opinionibus legistarum, præsertim in casu quando vertitur vel incidit periculum animæ: *Inno. in c. 1. de noui ope. nuncia, vbi alij quoq; Landfr. de Oria. in c. quoniam contra, versi. testis, & versi. quæro nunquid in casu. de probatio.* & præcipuè antiquorum, qui non fuerunt fatui, neq; dementes: *Bal. in consi. 392. in 1. vol.* Imò cæteris paribus, quòd standum sit opinioni antiquorum, voluit Dominicus, *in c. de quibus, 20. distinct.* 47

Quintò

48 Quintò illa opinio tutiùs est tenenda,& præferenda, per quam conseruatur vnicuiq; suum, & euitatur peccatum: *clemen. exiui, de verbo. signifi. & in c. iuuenis, de sponsalibus*, per quæ iura consueuit dici, quòd opinio tutior pro anima attendi debeat: vt inter cætera voluit Cardina. *in d. clemen. exiui, tenet gl. fi. c. 1. de seruti in ordine faciendu.*

49 Sextò opinio illa est tenenda, quæ est magis deliberatè scripta:& est vltima, æqua & fundata melioribus rationibus, & fundamentis roborata: & potissimè vltima comprobata nouis rationibus: *Ioan. Andr. in c. 1. de pœnis, in 6. & in c. 1. de sent. excom. eo. lib. 6.*

50 Septimò præualet illa opinio, quæ iuuatur consuetudine: *Ioan. And. Abbas, & alij in c. conquestus, ex. de vsuris, Dd. in l. minimè, ff. de legibus.* est enim optima legum interpres: *l. si de interpretatione, ff. de legib.* & consuetudo disponens illud, quod ius commune, addit vinculum specialius & fortius: *c. 2. de præb. in 6. & ibi colligit Domi. de sanc. Geminia. Bar. in l. non impossibile, ff. de pactis, cum similibus*, vide pro hac materia, Ant. Corset. *in singula. suis, in verbo opinio 1. & in verbo opinio 2.*

51 Adde huic materiæ ea quæ cōsuluit Deci. *in consi. 52. vol. 2.* docens, quòd illa sententia & opinio erit tenenda, quæ pro se habet consuetudinem, & ab illa iuuatur. 2. putat amplectendam illam, quæ æquitate nititur. Et ibi commendat, eam in iudicando obseruandam, & rigori iuris præferendam. 3. seruet iudex eam, quæ practica & communi vsu iuuatur: *Cyn. in l. vlti. in fi. C. de acq. possess.* & consideret iudex eam, quæ habet plurimum honestatis, & conuenit opinioni vulgi, vel quæ sit vltima. 4. seruanda est illa opinio, quæ stat pro vltima voluntate, & pro testamento: *notatur in l. si pars, ff. de inoffi. test.* 5. in dubio pro reis opinio tenenda erit. 6. illa erit amplectenda, quæ militat pro possessore: declarat per exempla. Decian. *ibi in d. c. fi. 52. vol. 2. n. 22. & ibi inuenies bona.*

52 Et nota vnum notandum: quando Doctor sibi est contrarius, quòd tunc tenenda est illa opinio, quam consulendo est sequutus, potius quàm illa, quam sequitur legendo vel interpretando: *Decian. in consi. 5. nu. 80. vol. 1.* Imò varians in opinione, illam approbare dicitur, quæ in consilijs est conformata: non quæ in lectionibus, etiamsi lectura sit posterior: *Decian. consi. 9. n. 44. vol. 2.*

Opinio communis est seruanda, *vide in verb. Doctor. supr.* ¶ Vnius tamen interdum opinio, multorum præualet: *l. 2. §. sed neq; ex multitudine, C. de vet. iur. enucl. Abb. in c. Capellanus, de ferijs, Paul. Apostill. in d. l. 2. vide Nicol. Euerh. in locis leg. loc. à contr. sens.* ¶ Ad inducendam communem opinionem vel famam, non requiritur consensus omnium, sed illorum tantùm, qui verisimiliter scire possunt: *vide Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, de acq. hær. in penult. col.* ¶ Quæ sit communis opinio, puta, quam plures grauiores accipiunt, & an semper secundùm eam sit iudicandum, *vide Fel. in c. 1. num. 49. & 5. & seq. de const.* ¶ Quæ dicatur opinio communis, hoc declarat etiam pulcrè Iaso. *in l si is qui pro emptore, col. 63. in princ. ch. 158. de vsucap.* ¶ Quandocunq; sunt variæ opiniones circa aliquem articulum non clarè decisum, tunc ille qui sequitur opinionem vnius Doctoris in tam probabili dubio, excusatur in cōscientia: etiam quòd postea opinio Doctoris illius per Papam clarè reprobetur, & cōtraria verior inducatur. Aurea est doctrina Abb. *in c. Capellanus, de Ferijs, vbi plura allegat, & in c. cum venerabilis, de consuet. Vide de hoc notabiliter & pulcrè loquentem Io. de Canal. in tr. de Transact. q. 12. col. 2.* 53

De Oratione.

QVid sit oratio, quotuplex sit, per quem debeat fieri oratio: an Deus exaudiat peccatores, ad quid, qualiter debeamus orare, quæ requirantur ad orationem, an debeat esse vocalis, vbi debeat fieri oratio, qui sint effectus orationis, *de his omnibus, vide glo. Ioan. Andr. in clem. vnica, in verbo Orationes, de reliquijs & vene. sancto.* 54

P

De Pace offendentis & offensi.

1 NOta: aliquis fecit cum vulnerato pacē, hat sich mit dem Verwundten vertragen: cōfectū est super ista pace instrumentum pacis: quæritur, quando, qualiter, quomodo, cui, & contra quos prosit tale instrumentū pacis: ita quòd videatur satisfactum termino defensionis, & sic quòd euitetur pœna mortis, vel vulnerum ex illo? Angel. *de Maleficijs, in versi. comparent dicti inquisiti, & quilibet eorum, in termino defensionis, & pro eorum defensione, produxerunt instrumentum pacis, &c. à num. 4. vsq; ad num. 9.* & ibidem August. *in additionibus*, quærit & respondet, quid iuris, quando facta est pax de vulnerib. & sequuta est mors: Bonifacius de Vitella. *in tractatu suo Malefi. in Rubrica de pace, num. 6.*

2 Similiter quærit & docet, (*Pax facta de vulnere, non intelligitur facta de morte, nisi hoc expressum sit, vel constiterit inter paciscentes vulnus esse lethale, vel vulneratio, & omnis offensa & iniuria sit remissa,*) & præscribit Notario formam conficiendi instrumentum super ista pace, ne conueniatur etiam sequuta morte: & dicit, dummodò secundùm ius commune, vel statutarium saltem, super tali delicto posit fieri pax: quia de aliquib. Maleficijs, veluti de adulterio, & alijs quibusdam, non licet transigere vel pacisci: *iuxta l. transigere, & quæ ibi notantur, C. de transactio.*

3 Et de ista quæstione, faciens pacem de vulnere, an intelligatur etiam pax facta de morte sequuta, *vide Hippol. de Marsil. in singula. suo 46. incip. quidam fuit. (Hippol. post Bald. concludit, quòd sic.)*

4 Et super quibus licitum sit transigere, & transigens super crimine, an fateatur delictum, consuluit Bruno. à Sole. *in consilio suo criminali, numer. 196. & in sequentibus.* ¶ Pax, vel transactio, an faciat indicium ad torturam, inuenies apud Blan. *in l. fin. ff. de quæst. numer. 306. & 307. Consuluit Decianus in consil. 56. volum. 1. num. 14. (Per pacem factam, non inducitur tacita delicti confeßio, maximè si gratuitò, & nullo dato inita sit.) Hippol. de Marsil. in part. crimina. §. diligenter, num. 178. & 180.*

5 Et tandem, an non obstante transactione cum defuncto facta, posint accusare hæredes, (*Si statutum disponat haberi pacem ab hærede, non obstat ei pax à defuncto facta, quòd hæredis furore ita statutum censeatur,*) qui & quando, item qualiter posit procedere Iudex ex officio, (*Transactio, modò licita sit, facit ius, quo ad omnes, etiam iudicem, quantum ad istum processum attinet, de quo transigitur. Iudex tamen vel accusator alias nouū processum contra reum formare, & de delicto inquirere potest,*) notauit Marant. *in suo ordi. iudici. in 6. parte de inquisitione, mihi numer. 55. 56.* & ibi docet de effectibus transactionis in eiusmodi casibus: *vide & nota.*

6 Offensus regulariter quòd à iudice non posit compelli, vt cum offenso faciat pacem, dixit Bonifa. *in d. Rubrica de pace, num. 7. versi. sed nunquid.*

7 Pupillus an posit facere pacem de morte patris, vel offensa facta patri cum auctoritate sui Tutoris, (*Potest, si maior infante sit, nec de delicto notoriè constet. Communiter tamen Decian. teste distinguitur, vt poßit facere pacem, si sibi vtilis sit & honesta; sec°, si inutilis & turpis: vt si pupillus diues, cum reo vili pacem faceret.*) *dict. Bonifa. in dict. Rubrica, numer. 13. Decianus consuluit in consil. 38. volum. 1.* ¶ Et tandem de multis alijs vtilibus quæstionibus & responsionibus, vide Doctores *in locis modò allegatis.*

8 Pax an posit fieri à fœmina hærede occisi, (*Sufficit pacem fieri ab hæredibus masculis, nec fœmina comprehenditur statuto, quod pacem ab hæredibus haberi vult, nisi sit sola hæres vel filia.*) *Decianus in dict. consil. 38. volum. 1. circa medium quærit & respondet.* ¶ Et quando sunt plures hæredes cum fœmina, an etiam requiratur pax & consensus fœminæ: *Aluorotus in titu. de his qui feud. dare poß. §. hoc autem, in 3. colum. circa medium, Angelus de Malefi. in versi. comparent dict. inquisiti & quilibet eorum, numer. 27.* ego dico, quòd omnes possunt de occiso facere pacem, qui admittuntur ad accusandum; de quibus per Ang. *in dict. tractatu, in versi. & ad querelam Titij, & in gloss.*

4. Art.

4. Art. 16. lib. 2. LandRecht, ibidem in apostilla & in addi. salua tamen vindicta publica: priuatorum enim pactionibus non derogatur iuri publico: *l. priuatorum,* C. *de pact. Angelus in §. fina. numer. 1. Institut. quibus mod. toll. obliga. & notaui quædam supr. in litera A. versi. de accusatore.*

9 Sed cœpta lite in iudicio, regulariter pax vel transactio non admittitur: & de collusione paciscentium, *vide Robert. Marantam in 6. parte ordi. iudi. de inquisi. numer. 76. 77. Iacobus de Aretia pulcherrimè in tractatu suo de quæstionibus, à principio vsq; ad numer. 15: ibi distinguendo docet, quæ pactio præiudicet vel prosit principalibus: an & illa quis dicatur conuictus, item an irroget infamiam. De similibus quære apud* Dd.

10 Marsil. *de bannit. verb. pace, vbi plurima notabilia ibid.* Pax quid, *numer. 1.* pacem fieri Reipub. interesse, *numer. 2.* Quomodo fiat: *numer. 3.* Quomodo probetur: *numer. 6.* an per absentem fiat, *num. 8. & ibid. plura, Geyl. de pace pub. lib. 1. c. 4. numer. 44. & 45.* ¶ Facta est pax inter nonnullos de Monte Monachi, & alijs adiacentibus terris in Picentibus: & in instrumento pacis iurauerunt partes, quòd teneantur ad inuicem reuelare, si fiat aliquis tractatus vel machinatio contra vniuersos vel singulos. Modò occisus fuit bannitus ex vna partium, & ipsa pars petit iuramentum ab altera, an sciat aliquid de præmeditato tractatu occidendi dictum bannitum quæritur, an pars teneatur iurare? Brun. à Sole, *quæst. 41.* quòd non, *egregiè.* ¶ De fractæ pacis pœna, *Ord. Cam. tit. 9. p. 2.* ¶ Dominus vim inferens subditis, sibi cum alio comunib. an incidat in pœnam, *Consti. Imper. de pace publ.* quòd non, sed teneatur alteri iniuriarum, *Modest. Pist. p. 2. 81.*

De Pace & Tregua.

11 PAx imponit finem discordiæ. ¶ Tregua est securitas præstita personis & rebus, ad tempus concessa, nondum finita discordia. Et vocatur fœdus vel induciæ: *l. non dubito, & l. postliminium, §. Induciæ, ff. de capti. & postlim. reuer. Aluorot. in titu. de pace tenen. in vsibus feud. c. 1. in §. si quis hominem, in 2. colum. in fin. Bonifac. de malefi. in rubri. de Tregua. facit ibi treguam duplicem: conuentionalem, & canonicam. (Canonica tregua appellatur, quæ non conuentione, vt prior illa, sed iure inducta, certis hominibus, statisq; temporibus securitatem præstat: veluti personis ecclesiasticis, agricolis, peregrinis, mercatoribus.)*

12 Quomodo quælibet sit seruanda, & eam violans vel non seruans, quomodo puniatur, *docet & allegat c. peruenit, ext. de Iureiur. & c. 1. cum c. 2. ext. de tregua: pertinet propriè ad versiculum, quem notaui suprà, in litera F. versiculo de fide, & in litera H. versi. de Hoste.* ¶ Et de facienda pace, & fœdere ineundo, à Christiano principe etiam cum infideli: tamen non contra Christianum vel fidelem, *consuluit Decian. in consi. 20. volu. 39. volens, quod fieri possit: exempla plurima tam ex sacris quàm ex canonibus inducit, quæ sunt notanda.*

13 Pax, tanquam necessaria, ab omnibus est desideranda, seruanda, & custodienda: necessaria quia restaurat ea, quæ per guerras sunt labefactata: *iuxta illud, quod legitur in l. 1. C. de cadu. tollendis: Quod belli calamitas introduxit, id pacis lenitas sopire potest.* ¶ Et Salustianum est: *Concordia paruæ res crescunt, discordia verò magnæ res dilabuntur. & alibi: Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.* ¶ Et ideò vt pax fiat, debent Rectores prouinciarum esse solliciti: *nota. in §. deinde, in Authe. de manda. prin. faciat c. petitio, ext. de homici.*

14 Enumerantur multa bona, quæ ex pace proueniunt, & multa mala, quæ guerra producit: *gloss. fina. in titu. de pace Constant. & in gloss. in Authen. de armis, in prin.* ¶ Sed non seruans pacem, violans vel rumpens eam, pro qualitate delicti punitur: *prout notauerunt Aluorot. & alij Dd. in tit. de pace tenen. & eius violato. & in titu. de pace tenen. & Iura. firman. per tot. ibi videatur, quibus modis pax violetur, & qualiter quilibet delinquens contra pacem, pro qualitate delicti puniatur.*

15 Von dem alten Frieden/ welchen die Keyser dem Lande zu Sachsen gegeben haben/ *habetur in Articul. 66. lib. 2. LandRecht, dicendo:* alle tage vnnd alle zeit/ sollen friede haben/ Pfaffen vnd geistliche Leute/ Mägde/ Weiber vnd Juden/ an jhrem Leib vnnd Guth/ Kirchen vnd Kirchhöfe/ vnnd jeglich Dorff inwendig seinen Graben vnd Zeunen/ Pflügen vnnd Mühlen/ vnd des Königs strassen im Wasser vnnd im Feld/ die sollen steten Friede haben/ vnd alle die darinn vnd darauff kommen/ heilige vnnd gebundene tage/ die sind allen Leuten zu Friedetagen gesatzt/ vnnd darzu zu jeglicher Woche vier tage/ den Donnerstag/ Freytag/ Sonnabend vnd Sontag/ vnd seind diese vier Feyertage allen Leuten: ohne denen die in handhafftiger That gefangen werden/ oder die in des Reichs Vberacht sein/ oder geächtet seind/ in dem Gerichte.

16 Secundùm ergo istum textum, omnes homines Saxones cum rebus suis omni die, & in omni loco, sunt in & sub pace publica: exceptis aliquibus personis, in fine enumeratis: *& habetur de ista pace in text. & gloss.* Weichbild, *Articul. 9.* De pœna eius, *habes in text. Articul. 13 lib. 1. LandRecht,* nemlich das man im soll das Haupt abschlagen. ¶ Vom gewirckten Friede vor gerichte/ wer den bricht/ wenn der Friedebrecher auff handhafftiger that wird begriffen / oder die That vbernächtiget

wird/ quæ sit eius pœna, *vide gloss. 5. fina. Art. 20. lib. 3. LandRecht, in text. addi. & gloss. Artic. 36. lib. eo. 3. LandRecht, vide sententiam, hinterm Weichbildt, von Friedebrechern vnd derselben straffe.* Von Haußfrieden/ *habetur in gloss. Articul. 66. lib. 2. LandRecht, & in gloss. 9. versi. Wundet ein Mann, Articul. 78. lib. 3. LandRecht.*

17 Wo nun nicht sonderliche Straffe zu gewirckten Friede von dem Richter auffgesatzt/ oder vber ausserhalben gewirckten gerichts Frieden nicht sonderliche statuta oder gewonheiten vorhanden: vnd einer bricht den Frieden/ alleine mit schlagen/ ohne fleischwunden oder mit haarrauffen: der sol darumb wetten vnd büssen: *Art. 37. & ibi in gloss. fina. lib. 3. LandRecht.* quomodo autem pro vulneribus fiat emenda, & quot sint vulnerum genera, *vide in text. in addi. vltima, in addi. litera L. & in gloss. fina. Artic. 16. lib. 2. LandRecht.* ¶ Wer auch einem etwas nimmet mit gewalt/ er sol es nach Sächsischen Rechten mit wette wider geben: *Artic. 47. lib. 3. LandRecht.*

18 De Iure communi, propter violentem inuasionem, cadit à Iure suo, quod habebat in ista re: *l. si quis in tantam, C. vnde vi. l. extat, ff. quod met. causa: sed ibidem vide Dd. declarationes.* sed læsus contra pacem publicam, vel coniunctim vel disiunctim, ad pœnam & damna agere potest: *Mynsinge. in obseruati. 34. cent. 4. (Vbi quoque tradit, actionem hanc popularem esse, maximeque consanguineis læsi concedi.)* ¶ Et quæ requirantur, quòd possit agi ex const. fractæ pacis publicæ, *notauit Geyl. in obs. 3. in pr. lib. 1. plenius in capite 7. lib. 1. de pace publ.*

19 De Instantiæ transitione ad hæredes, (*Instantia perit, quò ad pœnam banni & amissionem bonorum: transit verò ad hæredes, quò ad pœnam pecuniariam, damna & interesse,*) & de exceptione præscriptionis opponenda, (*Crimen fractæ pacis 20. annis præscribitur: quòd si tamen actor, reo non opponente, actionem de eo instituat, iudex supplere non potest.*) in causa fractæ publicæ pacis, *notauit idem Mynsing. in obseru. 35. centu. 4.* ¶ Nota, quòd ad faciendam pacem requiratur speciale mandatum, cùm nec sufficiat generale: *Ludou. Roman. in singu. 466. & ibi Pigno.* ¶ Iniustè ex constit. fractæ pacis publicæ citatus ad purgandum, citantem facta absolutione iniuriarum immediatè in Camera conuenire potest: *Geyl. lib. 2. de pac. publ. c. 7. in fin.*

20 Geyl. *lib. 1. de pace publ. c. 4. num. 44. 45. & 46.* ¶ Pax, concordia & tregua, *Nouell. tr. caus. crim. fol. 215. & fol. 223. num. 44.* latè, vbi multæ vtiles quæstiones de pace: pacis vtilitas, *nu. 41. Castell. in princ. tit. Instit. de testam. ordin. num. 45. & 46.* ¶ Propter pacem multa permitti, quæ aliàs non permitterentur, & multa singularia introducta: *Nouell. d. lo. fol. 216. & seqq.*

Pax quomodo dicatur rupta & reuocata, *Med. de nouat. p. 2. q. 1. nu. 54. fol. 106. vbi 4. recenset modos.* ¶ Pax non dicitur rupta, vt incidat quis in pœnam, si aliquis offendatur ex causa noua: *Brunor. à Sole, q. 41. n. 18. Geyl. de pace pub. lib. 1. c. 4. n. 45.* ¶ Ad pacem & concordiam quando partes cogantur, *Asin. de exec. §. 3. c. 133. & præced. & seqq. & c. 251. & 252.* ¶ Pax cum promissione de non offendendo in personam facta, quando rupta videatur: & de iniuria leui modicaque offensa, quòd non sit causa ruptæ pacis, *Vinius dec. 368. lib. 2.* ¶ Quid sit pax, quomodò dicatur rumpi, & an pax sit stricti iuris, *vide Nouell. d. lo. fol. 223. n. 43. remiss.*

De Pactis.

Prætor ait: pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum, neque quò fraus cuique eorum fiat, facta erunt, seruabo: *l. Iurisgentium §. prætor ait, ff. de pactis: ratio ponitur in l. 1. in prin. eo.* ¶ Imò etiam summus princeps, qui est Imperator, tenetur seruare pacta, & promissiones, siue sint cum priuato, vel cum ciuitate: *Dd. in l. digna vox, C. de legibus, in l. donationes, C. de dona. inter vi. & vxo. Canonistæ in c. 1. de probat. Schurffi. in consi. 7. in prin. 32. in fine & 59. nu. 5. cent. 1. & eleganter dixit Hipp. de Marsi. in singu. suo 166.* Inconstantia quòd non sit in principe: Imò promissionem factam, bey Fürstlichen Ehren/ æquipollere Iuramento, *docet Mynsing. in obs. 17. cent. 1. & docet Geyl. in obser. 59. lib. 2. obs. Cam. Imp.* 21

Pacta videntur esse stricti iuris: & semper fit interpretatio contra eum, qui legem apertiùs potuit dicere: *l. quicquid astringendæ, l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, de v. o. l. veterib. de pact.* ¶ An pacta & confœderationes, quibus Christiani principes infideles necessitatis causa pro defensione suorum regnorum vel principatuum in auxilium sibi aduocant, licitæ sint, vide *Danæ. l. 2. Eth. Christ. c. 8. Bened. Aret. pag. 1. probl. Theol. 1. pag. 103. Cuno. lib. 1. de pact. c. 22. n. 80. & seq. Mynsing. cent. 6. obs. 2. VVes. ad tt. C. de pact. l. 25. n. 5.* ¶ Pacta seu confœderatio Episcoporum Wirtzberg & Bamberg & ciuitatis Noribergæ, contra Marchionem Albertum, Anno 1553. in Camera pro licita iudicata est: *Mynsing. cent. 6. obser. 2. num. 10.* 23

Sed quomodo iudicialiter agatur ad id, vt pacta vel transactiones seruentur, *habes notatum per Ferrariensem in sua practi. in forma libelli, quo agitur, vt pacta seruentur. Et ibi in glossa ad verbum, pacta: vide pacti definitionem, per l. 1. §. 1. ff. de pactis:* & facit Ferrariens. *ibidem,* sex pactorum diuisiones has si quis examinauerit, cum subdiuisionibus simul notatis, 24

notatis, habebit præcipuam pactorum Materiam. 1. Quædam, dicit, sunt pacta Nominata, quæ transeunt in aliquod speciale nomen contractus, vt in emptionem, locationem & similia: *l. 1. ff. de pactis, l. Iurisgentium, in prin. ff. eo.* quædam Innominata, quæ non transeunt, vt do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias. 2. Quædam pacta sunt Vtilia, quædam Inutilia: vtilium facit subdiuisionem, quòd quædam sint secundùm legem, quædam præter legem: *vt nota in l. pacisci, ff. eo. tit.* inutilium quædam sunt inutilia ratione Personarum, vt inter patrem & filium in potestate constitutum: *de quo in l. 2. ff. de contrahen. emptio.* & inter virum & vxorem, quando pactum continet donationē, quia donatio regulariter prohibita est inter coniuges: *notaui sup. in litera D. versi. donatio.* & inter officialem & subditum.

25 Exemplum etiam potest sumi in furioso, infante, pupillo & mente capto: *de quibus notaui sup. & inf. in versic. de furioso, de fatuo, de infante, de minore & de pupillo.*

Quædam sunt inutilia ratione Rerum, super quibus pacta interponuntur, vt quia non extant in rerum natura: non entis enim nulla est qualitas: *l. si eius, ff. si certum peta.* vel impossibile est id dari, vel fieri, super quo pactum est: impossibilium enim nulla est obligatio: *sup. in versi. de impossibilib.* Propter temeritatem autem in paciscendo impossibile, teneretur ad interesse: *colligitur ex notatis su. de oblig.* Et ideo docet *Mynf. in obseru. 97. cent. 2.* quòd tria, (*videlicet persona promittens, persona, cui promittitur, & id, quod promittitur,*) *requirantur, vt pactum, dari vel fieri, sit validum, de quib. ibi vide.*

26 Quędam sunt inutilia, ratione Turpitudinis, vel inhonestatis: quia contra bonos mores est pactum: *l. Iurisgentium, §. prætor ait, ff. de pact. notaui sup. in vers. de honestate.* ¶ Aliqua pacta contra leges, contra constitutiones, & nihil valent: *d. §. prætor ait, & l. pacta quæ contra, C. eo.* ¶ 3. Diuisio pactorum vtilium est: alia sunt Personalia, & nō transeunt ad hæredes, vel ad aliam personam: extinguuntur enim personalia cum persona, quædam sunt Realia, hoc est, transitoria ad hęredes, ad fideiussores & correos. *vt plenè notatur; in l. si vnus, §. ante omnia, & in princ. cum distinctione, ibi, ff. de pactis sed.*

27 Sed in dubio potius præsumuntur realia, quàm personalia: *l. Iurisgentiū, §. pactorū, verbo virum, ff. eo. tit.* ¶ 4. Diuisio est: quædam sunt pacta Nuda, quædā Vestita: *vt pleniß. nota. per glossam & Dd. in l. Iuris gentium, §. Sed cum nulla, ff. eo. tit.* ¶ Nuda pacta pariūt exceptionē saltem: *de quo vide Oldendorp. in Enchiridio exceptio. versi. de exceptione pacti.* Sed de Iure canonico etiam pariunt actionem: *vt notatur & habetur in c. 1. extr. de pactis.*

Quę verò sunt Vestita, pariunt vtrumq;, actionem & exceptionē: quia talia pacta vestita dicuntur iuuare leges: *Vt in l. legitima, ff. de pactis.* Et pacta vestita operantur quatuor: pariunt, informant, elidunt & perimunt: *gl. & Cyn. in l. pacta quæ contra, C. de pactis.* ¶ Sed notandum est. quòd pacta vestiantur 8. Modis, 1. re, 2. verbis, 3. literis, 4. interuentu rei, 5. consensu, 6. cohærentia contractus, 7. legis auxilio, 8. operis initio. ¶ 5. Est pactorum diuisio: alia sunt pacta Obligatoria, per quæ quis astringitur ad aliquid dandū vel faciendum: alia Liberatoria, & sunt illa, per quis ab obligatione eximitur, & liberatur: de quibus pactis liberatorijs, *dicit l. si tibi decem, §. quædam, §. si pactus, cum l. seq. & l. pactum, in prin. ff. de pactis.* 28

6. Alia sunt contra Formam vel substantiam contractus, & ista non valent. *l. cum precario, ff. de prec.* quædam sunt pacta contra Accidentalia contractus, & ista valent: *l. pacisci, ff. de pact. nota. per glos. & Cynum, in l. 2. C. de Iure emphy.* ¶ Quædam sunt pacta contra naturā rei, super qua pactum interponitur, & tunc aut fiunt ex interuallo, & non valent: *l. per seruum, §. 1. ff. de vsu. & habi.* Aut fiunt in continenti in ipso contractu, & fiunt cōtraria accidentalibus, & tunc non valent pacta, sed tenet contract⁹: *l. vti frui, ff. quem. vsu. peta.* aut pacta quem possunt ducere ad delinquendum, & non valent: *l. si vnus, §. illud, ff. de pact. l. conuenire, ff. de pact. dota.* 29

Sed pacta futuræ successionis, quia per ea inducitur votum captandę mortis, regulariter à Iure sunt reprobata: *l. pactum, C. de pact. l. pactum, C. de colla. consuluit in negatiua, resoluendo contraria, maximè si paciscatur de hæreditate viuentis eo nesciente quòd non valeat, Decia. in consi. 48. vol. 2. per totum. Sed distinguit Bart. in l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig. & tenet idem Bart. in l. fina. C. de pact. consuluit in tali casu Guid. Papa, in in consi. 11. incip. viso tenore, & notauit aliqua Hippo. de Marsi. in sing. suo 333. incip. pactū.* Sed pleniùs de ista materia docuit *Zas. in d. l. stipulatio hoc modo, ff. de verbo. obliga. per 4. capita, quæ examinat.* 30

1. De pacto successionis reseruandæ *& ibi nota bona, nu. 19. & 20.* quòd in hoc casu reseruandæ successionis, benè possit disponi in pactis dotalibus: *& optimè consuluit VVesenb. in consi. 71. par. 2. Menoch. in consi. 1. lib. 1 n. 162. dicit obseruari in Italia, in Gallia, & inter Germaniæ principes.* 2. De pacto successionis amittendæ, ibi cadit materia renunciationis futurę successionis: *de qua notaui infr. in litera R. versi. de Renunciatione.* 3. De pacto successionis acquirendæ. 4. De pactis circa futuram successionem, *habes ibi per Dominum Zasium scitu digniſsima.* De pacto futuræ successionis quòd non valeat neq; iuratum, neq; statuto in- 31

to inductum, *tenuit per. Dd. Geyl. in obserua. 125. lib. 2. num. 2.*

32 Et ex istis infert, an consuetudo de coniunctione & vnione prolium valeat? & dicit valere, si fiat auctoritate Magistratus, cum causæ cognitione, & cũ interuentu tutorũ. Imò docet, *ibi n. 8.* quæ requirantur, vt adoptio habeat locum, similiter & vnio proliũ. ¶ Quid Iuris sit de pacto futuræ successionis in feudo, (*Feudum in casu caducitatis, alteri concedi potest à Domino, siue sciente, siue ignorante vasallo.*) de præbenda vacatura, (*Certi hominis præbenda concedi non potest: generalis tamen & incerta concessio super prima præbenda vacatura valet. Quæ tamen distinctio, licet seruanda sit ex c. 2. de conceß. præbendi. quod ad officia publica & ciuilia attinet, nõ vbiq; de cõsuetudine obseruatur.*) & de Cæsareis precibus primarijs, an valeant, *vide Geyl. in obser. 155. lib. 2.*

33 De pacto mutuo, vicißitudinario vel reciproco de succedendo, *an valeat, vide eundem Geyl. in obserua. 126. d. lib. 2.* (*Valere docet, si fiat per stipulationem causâ donationis inter viuos: ita tamen vt neq; insinuatione neq; traditione opus habeat: secus, si simpliciter de successione reciproca paciscantur: nisi super re particulari initum sit pactum, quod valere Ias. aßerit.*) *VVesenb. in d. conf. 71. par. 2. & Mynsinge. in responso 49. num. 11.* De pacto principum & militum de succedendo, quòd valeat, *refert Geyl. in obseru. 127. d. lib. 2. obseru.* & quibus rationibus pacta futuræ succesionis sustineantur, *consuluit optimè Menochius in consi. 1. lib. 1. nu. 149. respondens ad contraria, num. 139. inducta.* ¶ De pacto de non petendo, *vide Ferrari. in d. forma libelli, quo agitur, vt pacta seruentur, in verb. pacta, in 4. colum. in medio.* In quam pœnam incidat nõ seruans transactionem, *vide per eund. Ferra. in verb. transact. impleuit, in 4. col. versi. quæritur.*

34 De pacto legis commissoriæ, regulariter quòd non valeat in pignoribus, *declarat glossa in l. si fundus, §. fina. ff. de pigno.* nec confirmari posse tale pactum legis commissoriæ tenet, quare penitùs non valeat, *pulcherrimè consulendo, docuit Guido Papæ, in consi. suo 81. incip. ad decem dubia.* ¶ Pactum vt socius sortem semper saluam habeat, est improbatum. *Geyl. in obseru. 24. nu. 3. lib. 2.* ¶ Sic etiam pactio contra agriculturam, illam impediens, quoq; iuramento firmata, est reprobata, & de iure inualida: *Ioan. de Platea in l. 2. C. de Agri. & censi. lib. 11. quia peccat contra rem publicam.* ¶ Pactum appositum super fructibus pecorum inter dominũ & pastorem diuidendis est seruandum: *l. 8. C. de pact. vbi VVesenb. n. 1. 2. 3. & seqq.*

De Pacto legis commissoriæ.

35 PActum legis commissoriæ nihil aliud est, nisi conuentio quædam inter debitorẽ & creditorem facta, per quam res pignori data incidit in cõmissum, h. e. efficitur creditoris, eiusq; dominio & recuperatione debitor priuatur, licèt pecuniam debitam postea soluere sit paratus: *vide l. vlt. C. de pact. pig. & de leg. commiss. in pig.* Et hoc pactum in pignoribus, leges & Canones expressè prohibent: *vide l. Titius de pign. act. l. quamuis, ff. de solut. l. cum dominium, C. de pign. l. fin. C. de contrah. empt.* Ex quibus ll. apparet, tunc fieri pactum leg. comm. in pignoribus, cùm ita est conuentum, vt nisi tempore conuento pecunia debita soluatur creditori, res cadat in solutum ipsi creditori, siue creditoris esse intelligatur: *vide c. 1. de feud. dot. in vic. leg. commiss. c. significando, ext. de pignorib. vide Bart. ad l. fin. & 1. C de pact. pign. & ibid. Iacob. Cuiac. in parat. & Gothofr. in notis suis, Carol. Molin. in tract. de commerc. quæst. 52. n. 364. Couarruv. var. resol. lib. 3. c. 2. n. 8. Neguzant. de pignorib. 4. part. princ. Syluest. Pier. in sum. in verb. pactum, quæst. 40. Franc. Coua. lib. 4. comment. iur. ciuil. c. 18. n. 8.* Ratio prohibitionis huius pacti, fuit asperitas auari creditoris, & captio facilis debitoris. Nam cũ res pignorari soleant longè super valentes debito, nolebant creditores mutuam pecuniam dare, nisi sub lege & pacto expresso pignorum commissi, nisi pecunia in termino conuento solueretur. Huic legi facilè debitores egentes pecunia se subijciebant, sperantes interim rebus suis consulere, & tempore constituto pecuniam restituere: quod cùm pręstare non possent, res proprias amittebant, easq; creditores acquirebant. Hanc rationem assignant superiùs allegati, & ipsemet Imper. Constantinus, qui huiusmodi pactum leg. commiss. sustulit: *in d. l. vlt. C. de pact. pig. &c.*

Pet. Greg. *in partit. iur. can. lib. 3. tit. 1. fol. 306.* ¶ Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita: *Seraph. priuil. 74. num. 175. ex Grato lib. 2. respons. 26. post num. 17. vide Constit. Leonis.* ¶ Pactum præsumi nudum, cùm pacti simplex sit mentio, & quando præsumatur vestitum: *Menoch. lib. 3. præsumt. 40.* ¶ Pactum nudum vel stipulationem iniuisse an præsumatur, qui verbo conuentionis vel promißionis vel placiti vsi sunt, *ibidem præsumt. 41.* ¶ Pactum præsumi ex promißione facta præsenti & tacenti, cùm de eius vtilitate & commodo agitur, *præsumt. 42.* ¶ Pactum & Conuentum præsumi inter contrahentes de his, quæ vsu ac consuetudine adhiberi solent in contractibus, *Menocb. lib. 3. præsumt. 43.* 36

Pactum, protestatio, & omne id, quod contra substantialia contractus adijcitur, vitiant cõtractum: *Const. Roger. de protest. rubr. 1. §. 3.* 37

l. §.3.n. 45. 46. vbi distinct. & seqq. & num. 50. ¶ Pacta in continenti addita, contractib. inesse dicuntur: *Seb. Med. reg. 5. n. 142. fol. 195.* etiamsi addita post vnam diē: quia vna dies non dicitur interuallum: *ibid.* ¶ Pacta contra naturam contractus fieri nō poscunt: *Seraph. priuil. 74. n. 175. per not. in l. cum quid si cert. pet.* intellige naturam substantialem & intrinsecam, non extrinsecam. ¶ Pactum de Ingrediendo bona debitoris, non tribuit ius hypothecæ: *Coler. p. 1. c. 10. n. 129. lim. ibid.*

38 De pacto, quo quis propria authoritate manū inijcere in rem vel personam alterius potest, capiendo, *Coler. de process. execut. p. 1. c. 5. 6.* & arestando, *c. 7.* & de pacto obstagij, *c. 8.* ¶ De pacto, vt quis nudæ & simplici assertioni super damnis & interesse, an valeat, *Coler. p. 1. c. 10. n. 118. & seqq.* & his terris contra hoc pactum pronunciatur, ita vt adhuc interesse vel damnum sit liquidandum: *ibid. n. 28.* ¶ De pactis dotalibus, quatenus valeant, *Dauth. d. lo. fol. 122. & fol. 31. vers. nam etsi, & fol. 153. in add. §. in hac autem materia.* ¶ Pactum dotali instrumento interpositum, vt filia dote contenta sit, & frater in reliquis bonis patris solus succedat, neq; in vim pacti valere neq; testamenti aut alterius cuiuscunque voluntatis: *Moll. lib. 2. semestr. c. 9.*

39 De Confraternitate inter Duces Saxoniæ, & Landgrauios Hassiæ atq; Marchiones Brandeburgenses, respondit Decius. Molineus *consl. 22.* verò in illustri causa Landgrauij Captiui contra Comites Nassouienses, vbi confraternitates etiam examinantur: in ead. causa responderunt Collegium Iuridicum Lipsense, Tubingense, Coloniense, Heidelbergense, Ingolstadiense, Friburgense, Louaniense, Palatinum, Aureliense, Bituricense & Alciat. Dec. & alij, cùm esset in vinculis Cæsaris Caroli V. Augustiss. memoriæ: Et plura de hoc negotio, refert Ioh. Dauth. *d. lo. n. 86. fol. 128. Dec. in consl. 18. n. 15. & 16.* vbi extat memorabilis historia Captiuitatis Landgrauij. Vide item Knich. *in priuil. Duc. Sax. c. 2. fol. 37.* ¶ De pari confraternitate inita inter Comitem Henneberg. & Duces Saxoniæ, vide Knich. *d. c. 2. fol. 38.* ibid. de plurib. confraternitatibus, validitate harum fraternitatum: *Geyl. lib. 2. obseru. 127. & Thes. decis. 225. n. 12. & seq. & dec. 113.*

40 Pacta sunt facti, stipulatio iuris: *l. si quis ex argentarijs, §. pactus, ff. de pact. vide latiss. Ioan. Bap. de Sancto Sene. in tract. de Pact. in 1. q.* ¶ An pactum, statutum & consuetudo æquiparentur: *vide Br. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. princ. & ibi Goz. latè, ff. de Iust. & iur. Ias. in l. non impossibile, de Pact. Bart. in l. Titio, §. Titio, de cond. & demonst.*

Pactum legis commissoriæ in pignoribus ab initio est reprobatum, tamen ex pòst facto valet: *l. Titius, de pig. act.* Idem in Exceptione non numeratæ pecuniæ: *Bart. in l. si ex cautione, C. de non num pec.* ¶ De pacto legis commissoriæ adiectionis in diem, & de reuendendo, quomodo inter se differant, *vide pulcrè Alex. in cons. 10. vol. 1. videtur forsan prima consideratione.* ¶ Pactum de hæreditate perdenda non valet: *l. pactum dotale, C. de coll. Vbi omnes vide Soc. in reg. 280. & in reg. 150. vbi 41. limitat.* ¶ Pactum, quòd debitor bonis cedere non possit, non valet, cùm videatur se ad carcerem obligare, quod est contra bonos mores: *vide Soc. in Reg. 279. vbi limitat.* ¶ Pactum non valet, per quod quis inducitur ad delinquendum: *l. conuenire. De Pact. dotal. Bart. in l. fin. in 1. q. C. de pact.* ¶ De pacto futuræ successionis, *vide suprà in verb. hæreditas.*

De pacto retrouenditionis.

Qvomodo eiusmodi pactum de retrouendendo inducatur, nempe stipulatione & consensu expresso contrahentium, *Decia. in consi. 130. volu. 3. num. 6. & in sequen.* 41
An afficiat rem, ita quòd à quolibet possessore possit vendicari? quòd non, sed solùm personalem quòd faciat, *docuit Geyl. in obseru. 16. lib. 2. obserua.* ¶ Sed pactum de retrouendendo transire ad hæredes, *voluit idem Geyl. in obseru. 2. num. 4. lib. 2.* ¶ Contractus probatur simulatus & fœneraticius ex pacto de retrouendendo & modicitate precij tantùm: *Decia. in consi. 105. vol. 2. ibi de alijs coniecturis, quæ simulationem probant, vide.*

Bona, quæ sunt & erant restitutioni subiecta, ex pacto retrouenditionis, sic non potuerint hypothecari, vt competat ad illa hypothecaria, quando sunt recuperata ex dicto pacto: resoluto enim iure datoris, resolutum est Ius acceptoris: *consuluit Dec. in consl. 68. vol. 2.* ¶ De pactis dotalibus sustinendis, & quot testes requirantur ad illa? quando sustineri possunt in vim contractus, sufficiunt duo Testes: quando in vim vltimæ voluntatis, sufficiunt quinq;. Si insinuentur legitimè, valent etiam sine testibus: *præscribitur in Constit. Elect. Saxo. Arti. 42. parte 2.* 42

Possunt etiam post nuptias pacta dotalia confici, etiamsi antè nihil conuenerit: *l. 1. ff. de pactis dota.* dum tamen donationis animo non fiant *gl. 1. ibid. l. cum maritus, ff. eod. tit.* Prosunt & nocent tantummodò præsentibus, & non absentib. *l. 1. §. Pacta, ff. de pac. dotal.* vtiq; etiam sunt seruanda: *l. si socer, §. Lucius, & ibi Ioan. de Imo. Alex. & Dd. ff. soluto Matri. toto tit. c. de pactis conuen.* modò tamen eiusmodi pacta nō sint contra Ius, non inuitent ad deliquendū, & dotem non minuant: *l. conuenire, ff. de pact. dotal.* neque reddant mulierem indotatam: *l. si con-* 43

l. si conuenerit, in prin. ff. d. tit. & notauit VVesenbecius, in paratitlis, ff. hoc titulo.

44 Imò concluditur eo, quòd per pacta dotalia donationes possint fieri, etiam sine hęredum cōsensu, si morte confirmentur, idq; fauore Matrimonij: *contra Arti. 21 & 52. lib. 1. Landrecht, Schurerius in tracta. suo de succes. ab intest. in limit. 3. ad regul. 5. specialem, mihi fol. 293.* ¶ Per eiusmodi pacta dotalia qualiter acquirat maritus dotem mortua vxore, & vxor donationem propter nuptias, etiam extantibus liberis, *multa docuit Rolan. à Valle, in consi. 62. incip. licèt clara.* ¶ Et quòd per pacta dotalia, de mutua successione possit pacisci, *consul. VVesenbe. in consi. 71. par. 2.*

45 Item pacta dotalia quòd valeant, etiam contra Ius, & regulariter sint seruanda, *declarat Geyl. in obseruat. 78. Nume. 6. 7. lib. 2. Schurffi. latiùs in consi. 17. centu. 2. ibi in specie de modo succedendi in Gerada secundùm pactum dotale.* ¶ Imò quòd pactis dotalibus testamento derogari possit: *probatur in l. 1. ff. de dote prælegata.* ¶ Et tandem donationem reciprocam in pactis dotalibus factam seruandam, *habetur in l. si socer, §. Lucius, ibi Ioan. de Imo. Alexan. & Dd. ff. soluto Matri. Zasius in l. stipulatio hoc modo, cap. 1. de pacto successionis reseruandæ, nu. 19. & 20 ff. de verbo. obliga. Rolan. à Valle, in d. consi. 62. lib. 1. arguendo ab illo, quòd quilibet sit rei suæ moderator & arbiter. Mynsinge. in obseru. 33. cent. 3. testatur de consuetudine Germaniæ, & Cameræ imperialis obseruantia in iudicando: Geyl. d. obserua. 78. lib. 2. num. 7. & 8.*

46 Nisi statuta vel cōsuetudines repugnent: *Schneidewinus in commenta. Institu. de hæredita. quæ ab intest. deferun. in §. de successio. inter virum & vxorem, referens se ad consuetudinem. Menochius in consi. 1. lib. 1. Nume. 262. dicens, longo vsu in Italia, Gallia & Germania esse receptum, vt liceat secundùm pacta dotalia succedere, allegat ibi multorum Dd. auctoritates.* Et eiusmodi consuetudinem valere, *docuit Decius, in l. pactum quòd dotali, nu. 10. C. de pactis.*

De Pallio.

47 QVid operetur pallium, quod tradi solet Patriarchis, vel Archiepiscopis: quid sit, vnde dicatur, qualiter & quando concedatur, *consuluit Decianus in consi. 25. vol. 3.*

De Partu perfecto & imperfecto.

48 QVi mortuus nascitur, neq; procreatus videtur, neq; filius appellatur: *l. 129. de V. S.* Abortus ventris partum efficere non videtur: *Paul. 4. sent. 9. § 6.* nec rumpit testamentum: *l. 2. C. de posthumis.* Ab eo sunt diuersi, qui execto ventre matris nascuntur: *§. 6. in prin. de inofficioso, l. 12. de liberis*, & ijs, qui nondum integrum animal, cum spiritu tamen nascuntur. Adde & illud de muliere, quæ semper mortuos parit: *l. 14. de ædilitio.* De monstro quæret aliquis, num profit: *vide l. 135. de V. S. & ibi Goddæum & Paulum 4. sent tit 9. vbi Cuiac.*

De Iure Ciuili, ratione temporis Natiuitatis, partus perfectus nasci dicitur tripliciter: primò ratione temporis 7. mensium: & est partus legitimus: *l. Septimo mense, ff. de stat. homi. l. in testamento, in fine, ff. de suis & legi. hæredi:* Secundò est nouem mensium: Tertiò est tempus decem mensium: & in his concordant omnes, post decem menses, per paucos dies etiam pòst, quòd possit esse legitimus partus: *hæc Barto. in l. Gallus, §. 1. circa finem, ff. de liberis & posthum.* (*Mynsi. obs. 40. cent. 6. duo extrema siue abnegatiuos terminos legitimi partus esse docet, vlterum citeriorem septimestrem, alterum vlteriorem vndecimestrem.*) ¶ Iuris Saxonici dispositio super isto hæc est: Wenn ein Weib einē Man nimbt/ gewint sie Kinder/ehe die rechte zeit kömpt/ da dz Kind gebohren wird: möchte man es beschelten an seinen Rechten/ wenn es zu frue geboren ist. Gewint auch ein Weib Kinder nach jres Mannes Todt/ nach jhren rechten zeiten: mag man es auch schelten/ wenn es zu spat geboren ist: *Text. est arti. 36. lib. 1. Landrecht.* 49

50 Die rechte zeit ist nach neun Monden/im anfang des zehenden/ licèt regulariter in nono nascatur puer: *vt dixit Barto. in d. l. Gallus.* ¶ Solte aber auch dieser Text verstanden werden/ de septimo mense, tum maneret incorrectus, & conueniret per totum cum Iure communi: *habetur in addi. latina, incip. hic articulus.* ¶ Die rechte zeit aber nach jhres Mannes Todt/ ist nach neun Monden im anfang des zehenden. Pòst autem legitimo tempore seriùs partus editus esse dicitur: es werden aber den zehen Monden/ noch zweene tage zugegeben: si iam pariat vidua, post illud tempus decem mensium & duorum dierum, dicitur partus illegitimè natus. der an seinen rechten mag gescholten werden: *glossa est in Arti. 94 Weichbild, & est textus in Authen. de Restitutio.* & ea quæ parit vndecimo mense: *§. Vnum siquidem colla. 4. & gloss. ibidem in verbo perfecto.*

Wie aber eine könne oder müge beweisen nach dem dreissigsten / oder zur zeit des Begrebnisses / das sie Schwanger: *notauit Bart. in d. l. Gallus, §. 1. in fine gloss. 1. in Arti. 33. lib. 1. Landrecht, gloss. in Arti. 34. Weichbild.* Et ibi habes, das ein Weib als denn/ wenn sie ein Kind tregt/ aus der gewehr nit kan gewiesen werden: auch könne man vber sie höher nicht richten/ denn zu Haut vnd Hare: doch saat die *glos. finalis in finalibus verbis*, man sol das Vrtheil verziehen bis sie genesen / so Vrtheile man vber sie nach jhrer vordienten straffe: *per l. vt prægnantis, ff. de pœnis.* 51

Vn-

52 Vnd wie also der posthumus oder nachgeborner Sohn/im Erb vnd Lehen seinem Vater succedire, *habetur in gloss. 1. & 3. Arti. 33. lib. 1. Landrecht, habetur in toto titu. ff. de lib. & posthu.* Wenn aber Kinder oder Leibesfrucht abgetrieben/ wie es zu straffen: nemlich/ so die Frucht lebendig gewesen/ sol die Thäterin am Leben/ vnd die darzu geholffen/ mit dem Schwerd gestrafft: do aber die Frucht nicht gelebt/ vnd in andern fellen/ mit Staupschlägen: *habetur in Constitu. Electo. Saxo. Arti. 4. par. 4.*

53 Ex duobus filijs, masculo scil. & fœmina, vel ambobus masculis, natis vnà simul ex cas. partu, quis primus natu præsumatur, *Menoch. lib. 6. præs. 51. Pruckm. l. in multis, de statu hominum, p. 1. n. 3. art. 36.* ¶ Partum fœtumq; immaturum atq; imperfectum natũ esse, quibus signis & coniecturis cognosci diciq; poss. *Menoch. lib. 6. præs. 52.* ¶ Partus suppositi quando præsumantur, *Menoch. lib. 5. præs. 23.* ¶ Pœna eorum, qui partus exponunt, quę sit, & inibi an expositi sint legitimi, & ad sacros ordines promoueri possint, *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 396.* ¶ Partus suppositio coniecturis & præsumtionibus probatur: *Menoch. lib. 1. præsumt. quæst. 58.*

De Patientia.

54 PAtientia seu tollerantia, cum taciturnitate inducit consensum: *Bal. & Ange. in l. si filius, C. de peti. hæredi. Bal. in l. sine possidetis, C. de prob. declarat per exempla Hippo. de Marsi. in singula. suo 77. incip. patientia, dat exemplum idem Hippo. in singula. suo, 284. incip. tolle moras. vnam falentiam, videlicet*, quòd patientia cum taciturnitate non operetur consensum, in his quæ requirunt scripturam, *posuit Hippo. in singul. suo, 330. incip. si benè*, quæ autem illa sint, quæ requirunt scripturam, & sic, in quibus non operetur patientia, *vide glos. in c. 1. in verbo, in scrip. de censib. in 6. & glos. in l. contrahitur, ff. de pigno. est casus in l. qui patitur, ff. Mand.*

55 Et patientiam in corporalibus pro traditione haberi, *probatur in textu l. quoties, §. fina. & l. penul. ff. de seruitu. Barto. ibidem Nu. 3. dicens, ad probandam præscriptionem seruitutis requiri, vt articuletur & probetur de scientia & patientia aduersarij: Geyli. in obserua. 66. Num. 4. 5. & 6. lib. 2.* ¶ Sed nota: quòd per captionem pignorum inducatur dispatientia, & interrumpatur præscriptio contra præscribere volentem. *Est tex. in l. inuitum, ff. de serui. vrbano. prædio. est bona glossa in verbo, vtraq; pars, c. veniens, de testib.* ¶ Et aliquos actus, qui sustentantur propter tollerantiam vel patientiam, *notauit Decia. in consil. suo, 23. num. 51. & in sequentibus, vol. 1.*

56 Protestatione etiam in contrarium facta, tollitur omnis præsumtio patientiæ: quia declaratur per illam animus protestantis: *c. cum M. Ferrariensis, & ibi Dd. de Constitut. l. alimenta, C. de nego. gestis.* nisi essemus in casu, vbi facto opus esset: isto casu sola protestatio non sufficeret: *iuxta l. 1. ff. de verbo. oblig.* & potest hîc cogitari de similibus casibus, per quos dispatientia induci possit: *vide quæ notaui infrà, in litera P. versi. de Probatione, per taciturnitatem, & in litera T. versi. de tacito, tacente, & de taciturnitate.*

Patientia cum cursu longi temporis, traditionem operatur: *Pruckm. rubr. quæ sint reg. c. 5. n. 54.* imò consensum primorum actuum confirmatiuum operatur: *n. 55.* & patientia sine contradictione consensus expressi instar est: *n. 57.* & alijs consentiendo, iura nostra perdimus. *n. 58.* & taciturnitas atq; patientia eius, qui scit ius suum vbiq; saluum, nullius est momenti: *n. 59.* 57

Patientia pro consensu habetur: *l. cum plures, §. locator, ff. locati, l. 1. §. magistrum, de Exerc. Bartol. in rep. l. de quib. ff. de LL.* ¶ Quando patientia sine contradictione pro consensu habeatur, *vide pulcram gloss. in c. 2. & ibi Bald. Si de inuest. lis oriat. inter Dom. & Vasall. vbi latè D. Alex. de Inno. hoc deducit, nu. 18.* 58

Papa.

PApa non debet redargui à quoquã, nisi in crimine hæresis: *c. si Papa, 40. dist.* ¶ Papa licet locum Dei in terris teneat, non tamen de occultis potest diuinare: *c. 1. vt Eccl. benef.* ¶ Papa vicarius est Iesu Christi: *c. inter corporalia, & c. quanto, de Translat. Clem. 1. in princ. de Iureiur.* ¶ Papa vicarius non est Petri: nam vicarius vicarium non habet. *gl. in Clem. 1. in verb. Vicarium, de in ius.* Sed vicarius est Iesu Christi. ¶ Papa iura habet in scrinio pectoris: *c. 1. de Constit. lib. 6. l. omnium, de Testa.* Hoc est verum, secundùm gl. *in c. præterea, 23 dist.* Per interpretationem, quia omnia interpretari potest. ¶ Papa de se superbè loquitur, in c. *proposuisti, de Concess. præben.* vbi dicitur, quòd potest supra ius dispensare. ¶ Non habet iure, sed de facto vsurpauit Papa vtrunq; gladium: secundùm Ang. qui dicit, hoc dicere Ecclesiasticos viros: *in §. sacræ, de rer. diuis.* Et exercitium gladij temporalis ab eo est Imperatori concessum: *vide c. nouit, vbi Dd. de iudic.* ¶ Papa dicta Patrum vsq; ad sanguinem defendere debet. ¶ Papa contra Decreta à concilijs statuere potest, patet ex c. *sæpe contingit, de Appell.* vbi Innocentius statuit contra constitutum in Concilio Lateranensi. 59

Papa dispensat cõtra ius naturale & Apostolorũ non tamen cõtra Euangeliũ & fidei articulos: *gl. in c. auctoritatẽ 15. q. 6. De ista materia Dec. vide, cons. 112. vol. 1. Fel. in c. quæ in Eccles. De Constit.* ¶ De potestate Papæ, & an in omnib. casib. dispẽsare possit, *vide Dec. d. cons. 112. vol. 1.* ¶ Papa etsi sine caussa dispensare possit, tamen is, cum quo dispensat, quò ad Deum, nõ est tutus. *gl. in c. nõ est, de vot. & vot. redempt.* 60

Quod

Quod nota contra eos, qui super pluralitate beneficiorum acquirunt sine caussa à sede Apostolica dispensationem, & contra eos, qui contrahunt incestas & nefarias nuptias, & impetrant Papæ dispositionem, qua tuti non sunt coram Deo, & in conscientia. ¶ Papa an possit dispensare, vt matrimonium semel contractum dissoluatur, *vide Porcum, Inst. de gradib. in 3. col.* ¶ Papa quos casus sibi specialiter reseruauit in signum supremæ potestatis & priuilegij, habes in gl. *in c. quòd translationem, de off. deleg. vide Ias. in l. 1. de offic. eius.* ¶ Papa L l. ciuiles tollere non potest, quoad formam secularem: *c. nouit, de iudic. gl. in c. possessor, de R. Iur. lib. 6. gl. in c. 2. in verb. ciuilu, de Arb. lib. 6.* ¶ Quando Papa possit leges facere, & super quibus, vide pulcrum text. *in c. sunt quædam 27. q. 1. & ibi gl. pulcra.*

61 Papa quando iudicari & accusari possit, & Imperator quam ob causam deponi possit, *tex. cum gl. in c. si Papa, 40. dist.* ¶ Multa de Papæ & principis potestate, an possit procedere parte non citata, *vide Hipp. de Mars. in Repet. l. de vnoquoq; ff. de re iud.* ¶ Concessio facta à Papa, intelligitur sine aliorum præiudicio: *l. 2. §. merito, & §. si quis à principe, ff. ne quid in loco publ.* ¶ Patria Petri est Apulia: *gl. in c. monasterijs 19. q. 3.* ¶ Papa Episcopos, fratres, Cardinales, nō Episcopos sed filios nominat: *c. licèt dilectus, de Testib. c. dilecto, de præbend. Dec. in c. cum venerabilis, de Except. c. quam graui, de crimine falsi.* ¶ An delegatus Papæ gaudeat priuilegijs, quæ sunt officialis Papæ? Dic, quòd non: ita Lapus consil. suo, quod est impressum post cons. Oldradi: *& Cano. in Rubr. de off. deleg. 4. col. Goz. in l. 1. de iurisd. omn. iudic.* ¶ Verba Papæ debent intelligi secundùm Canones, Principis secundùm ius ciuile: *Alex. in l. cùm quidam, in §. quòd dicitur, in vlt. col. ff. de hæred. instit.* ¶ Vacante Papatu, remanet iurisdictio apud collegium Cardinalium, & Episcopatus apud Capitulum: *Bart. per illum tex. in l. vbi absunt, ff. de tut. & curat. dat. ab his.*

Par.

62 PAr in parem, iurisdictionem & imperium non habet: *l. ille à quo tempestiuum, ff. ad Trebell. l. nam & magistratus, ff. de Arbitr. c. cum inferior, de maior. & obed. c. innotuit, cum gl. in verb. parem. de Elect. c. studuisti, cum gl. in verb. Mandatum, de off. leg. l. digna vox, C. de Ll.*

De Partis appellatione.

63 PArtis appellatione venit dimidia: & quando veniat pars infra dimidium, quidue nomine particulæ seu partiunculæ, & de alijs, *vide apud Ant. Cors. in sing. suis, in verbo pars.*

64 Pars maior trahit ad se totum: *l. quòd maior, ff. de Municip. Bart. in l. cùm in diuersis, de Relig.* ¶ Turpis est omnis pars suo toto non cohærens: *c. quæ contra mores, 8. dist.* ¶ Pars est in toto: *l. si quis cùm totum, ff. de exec. rei iud.* ¶ Pars aliqua est subiectiua, aliqua integralis: sic & totum integrale & vniuersale, quod vnumquodq; illorum, *vide Bart. in l. qui vsufructum, de verb. obl. & Soc. in Rubr. de leg. 1.* ¶ Partis appellatione in dubio venit dimidia: *l. nomen filiarum, §. portionis, de verb. sig. l. etiam de vsufruct. c. 2. de Dec. in 6. vide Dec. cons. 69. vol. 1. in princ.* Aliquando tamen significat totum: *l. vxori, in princ. cum gl. & ibi Bart. de leg. 3. & l. rectè, vers. quintus, de verb. signif. Bart. in l. plures, de Damn. infect. Alex. in l. 2. C. de hæred. instit.* ¶ Et pars verificatur in dimidia, & qualibet parte: *secundùm gl. in Clem. de for. comp. l. Gallus, §. in omnibus, de lib. & posth. vbi Aret. not. vide Carol. in l. 1. §. 1. lect. 67. in princ. de verb. oblig.*

De pascuis, *notaui infr. in lit. S. vers. de seruitut.*

De Patre, Paterno officio, & de Patria.

PAtriæ ratione quis præsumitur bonus aut malus: *c. quando 24. dist. c. constitutus, ext. de purg.* vbi habetur consideratio ad Patriam alicuius ordinandi, & cuius nationis sit, vt inde sciatur, quib. moribus sit imbutus. De Iure quis præsumitur esse eius affectionis, qualis est eius patria: *Bart. in tr. de Guelph. & Gibellin. col. 4. Cassan. de glor. mund. par. 11. consid. 24.* ¶ Qui ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui Reip. vicus ille respondet: *l. 30. ff. ad municipalem.* ¶ Patria potestas hodie per nuptias, domicilij & mensæ separationem tollitur: *VVesenb. in par. ff. de adopt. n. 7. Schneid. in §. præterea, Inst. vbi, n. 1. & in art. lit. C.* 69

Pater is est, quem demonstrant nuptiæ: *Institu. de patria potest.* ¶ De potestate autē septuplici, quā pater habet in liberos suos, *notauit gloss. in §. ius autem, Institu. de pat. potest. & gloss. 3. in Arti. 13. lib. 1. Landrecht, de quibus vide.* ¶ Sed an patria potestas sit de Iure Saxonico sublata, & qualiter de Iure Saxonico filij pro emancipatis habeantur, nemblichen wann ein Kind zu seinen Jahren / vnd mit anstellung seiner eigenen Nahrung / sich von dem Vatter scheidet / *notatur in Constitu. Electo. Saxo. Arti. 10. parte 2.* ¶ *Et in d. iuribus inter alia nota*, quòd regulariter filius, venia non petita & obtenta, non possit patrem suum in ius vocare: *l. fina. C. de in ius vocan.* neq; quòd possit esse inter patrem & filiū lis aliqua vel obligatio: *l. lis, ff. de iudi. l. congruentius, C. de patria potesta.* nisi in casu maternorum bonorum: denn wann die Kinder sich von dem Vater scheiden wollen / soll er jhnen lassen vnd geben / alles jhrer Mutter Gut: *Arti. 11. lib. 1. Landrecht*; & sic in isto casu, cadit 66

inter

inter patrem & liberos obligatio dandi & tradendi: & licet tali casu liberi, contra patrem agere non possent, tamen ipsis non esset prohibitum iudicis officium implorare: *de quo Petr. de Rauenna. in suo Alphabe. litera O. versi. officium iudicis.*

67 An & quando, & in quibus casibus, pater teneatur vel possit liberare & eximere filium suum, quem habet in potestate, etiam in causa criminali, *vide text. Artic. 17. & ibi glo. 4. lib. 1. LandRecht*, & quo casu pater pro filio in iudicio criminali possit comparere, *notaui suprà, in litera D. versi. de defensore, & notantur duo casus, in quibus obligatur pater de facto & gesto filij, cùm aliàs regulariter non teneatur, in glossa 2. & 3. Artic. 6. lib. 3. LandRecht, habetur in §. exercitoria, & §. institoria, Institu. quod cum eo qui in alie. potes. est in §. praeterea, & §. in rem, Instit. eo. tit. l. ei qui, §. alioquin, C. eo. l. quaesitum, in fine, ff. quando de pecu. actio est anna. l. seruus tuus, C. de Instito. actione, simile disponunt haec iura de seruo. Vide in titulis C. & ff. ad Senatusc. Macedo. & inuenies, quòd in multis casibus pater sit obligatus pro filio.*

68 Pater si faciat dispositionem per modum contractus, puta: in contractu sponsalitio, vel aliter de bonis suis post mortem inter liberos suos aequaliter diuidendis: quatenus valeat: valere autem eam quandò saltem vnicuique liberorum relicta sit sua legitima, *habetur in l. parentibus, C. de inoffi. testa. in l. hac edictali, §. 1. C. de secun. nup.* sed apud patrem non praesumitur laesio propter amorem paternum, quem nullus amor vincit: *l. fin. C. de curato. furio. eleganter Schurfius in consi. suo 20. centur. 1.* Ex illo amore paterno praesumptio oritur, quòd filium pro dignitate sponsi, & pro modo facultatum suarum dotauerit: *Alex. de Imo. in consi. 33. in fin. volum. 4.*

69 Sic etiam patris testamentum inter liberos factum sustinetur, etiamsi careat solennibus: *textus, Bald. & alij, in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testa. colligenda sunt plura de patre, inter alia, de officio paterno elocandi & dotandi filiam, suprà in litera D. versi. de dote.* ¶ De alimentis liberis praestandis, *in litera A. versi. de alimentis*, de constituendo legitimam, *in litera L. versi. de legitima.* & alia de persona patris, *collige ex versi. de filio & filia, litera F.*

70 Contra patrem & patriam, filius & ciuis quòd non possint cogi ferre testimonium, item sese vltrò offerentes quòd non sint admittendi, *Decian. in consi. 48. volum. 3. numer. 12. & in sequentibus ibi, multa bona de honorando patre & patria.* ¶ An pater bona aduentitia filij absque decreto ex causa necessitatis alienare, aut super ijs transigere possit? Respondet in emancipati filij bonis quòd decretum requiratur: in non emancipato secus: *Geyl. in obseruatio. 72. numer. 14. lib. 2.*

Et quatenus pater filio suo, cuius bona administrauit, teneatur administrationis suae reddere rationem, *docuit (sub distinctione modò allegata,) idem Geyl. in d. obseruatio. num. 15. & ibidem, numero sequenti 16.* quaerit, an inter patrem & filium in potestate constitutum oriatur obligatio: *tex. est in l. cum oportet, §. non autem, C. de bonis quae liberis.* ¶ Pater qui pro filio suo fideiussit, non habet beneficium excussionis: *text. in l. 3. §. sed vtrum, ff. de minoribus.* Ratio est, quia si pater non teneretur, esset illaqueare & decipere contrahentes cum filijs, nihil habentibus, pro quibus se obligauerit: *Boeri. in decisio. 221.* si verò pater se non obligauerit, non tenetur, nisi de peculio: si peculium nullum habeat filius, pater in nullo tenetur: *tot. titu. C. ne filius pro patre.* Quatenus ratione officij & administrationis, (*Si filius voluntate patris decurio factus sit, pro filio tanquam fideiussor conueniri potest in solidum, & excussionis beneficium eo casu habet. Si sine voluntate eius, de peculio saltem tenetur pater, quo casu excussioni non est locus,*) vel delicti, (*In delictis pater nō nisi de peculio conueniri potest, idq; post litem cum filio contestatam,*) teneatur, & quid differat à fideiussore, *docuit Boerius in d. decisione. 221. num. 3. Geyl. in obser. 27. n. 33. & in seq. lib. 2.* 71

Pater haereditatem non aditam transmittit in filium: *l. vni. C. de his qui ante aper. tabulas, Geyl. in obseruat. 131. nu. 5. lib. 2.* ¶ Pater si ante accessum notarij moriatur, an valeat eius scriptura. (*Valere Iason concludit, quia solennitatis potiùs, quàm voluntatis defectus sit,*) *vide Geyl. in obseruat. 112. num. 16.* ¶ Pater non potest filio legitimato plus relinquere, quàm filio legitimo & naturali, cui minimū reliquit: *textus est in §. & quoniam ibi vt non amplius, Auth. quibus mo. natu. effi. sui.* 72

Pater quòd possit bona sua diuidere inter liberos suos, & quòd diuisio sit seruanda, *docuit Geyl. in obseruat. 116. lib. 2.* intelligendo vsque ad legitimam: sed quatenus vendendo omnia bona sua possit liberos priuare legitima, (*Modò probari possit, pretium reuera patri numeratum esse, & si ille consumpserit,*) *refert idem Geyl. in d. obseruat. 116. num. 5. lib. 2.* Patria potestas in spiritualibus non curatur: *textus est in c. fina. §. fina. de iudi. in 6.* Quòd pater quidem habeat vsumfructum bonorum filijfamilias, sed quòd immobilia bona filij non possit sine decreto & necessitate aeris alieni alienare, *dixit Mynsing. in obseruat. 61. cent. 6.* 73

De Patris amore erga liberos, *Men. lib. 5. praes. 14.* & de reuerentia liberorum in parentes, *praes. 11.* & de correctione patris, *praes. 14.* Schneid. 74

14. Schneid. *§. hi qui in parentum, num. 5. cum ibid. notat. Instit. de obl.* quæ ex delicto nascuntur, *fol. 581. Viuius dec. 322. lib. 2.* ¶ Patré præsumi diligere filium, *Men. lib. 6. præs. 56.* sicut econtra filium præsumi diligere parentes, *præs. 57.* Et filium patri similem virtute & moribus præsumi, *præs. 58.* ¶ Parentes honori liberorum suorum fauent, eorundemq; incrementum flagranti desiderio cupiunt: *Pruck. de regal. c. 5. nu. 75.* ¶ De vitrico quædam, *Seraph. priuil. 132. n. 49. 50. & 51.* ¶ Patriam suam quemlibet diligere præsumi, eosq; impios credi, qui sine iustis causis eam euitarunt, *Men. egregiè lib. 5. præsumt. 12. fol. 107.* ¶ Vide de patria, eius amore, & an alij ciuitati præferenda, pleraq; alia in Marsi. *de ban. verb. mihi patria.*

75 Parentes filijs thesaurizare debent, non econtra: *c. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus.* ¶ Parentes plus diligunt filios, quàm seipsos: *l. isti quidem, in fin. quod met. caus.* vbi gl. reddit rationem: pro hoc facit, quod voluit And. *de Iser. in c. 1. §. publici Latrones, in fin. de pac. tenen. in vsib. feud.* vbi dicit: Quòd coram Magno Carolo, & pater & filius accusati de homicidio: probandumq; erat alterum eorum percussisse, nec, quis fecerat, etiam post torturam constabat: Rex finxit se ambos laqueo suspensurum, & cum ad locum penè venissent, videns pater actum esse, confessus est se percussisse, & sic ipse solus suspensus est, liberato filio. *De hoc vide Hipp. de Marsi. in l. 1. num. 71. fol. 5. de quæst. Illud idem refert Ias. in l. si is qui pro emptore, circa diffinitionem fictionis, num. 37. & præced. chart. 154. de vsucap.* ¶ Parentibus turbato mortalitatis ordine filiorum hæreditas debetur: *l. nam & si parentibus, de inoff. test.* ¶ Parentum & filiorum appellatio in infinitum procedit: *l. 4. de in ius vocand.* ¶ Parentum hæreditas filijs de iure naturæ debetur: *l. cum ratio, de bon. damn. l. scripto, ff. vnde lib. l. 1. §. largius, de success. edict.* Vide de hoc amore patris erga filium, suprà *in verb. filius, & adde pulcrum tex. in l. si pater, C. de sponsal.*

76 Pro patria vigilandùm: *c. omni tempore, c. nulla necessitas 23. q. 8.* ¶ Adeò quòd pro defensione ipsius excusatur pater occidens filium: *l. minimæ, ff. de Rel. & sumt. funer.* ¶ An plus patriæ, quàm parentibus debeamus, *vide Paul. de Castr. & Iaso. in l. veluti, de iust. & iur. & in lect. mea, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* ¶ Ex nobili patria aliquem esse ortum, redundat in gloriam suam: *text. est secundùm Sal. in l. si quis, C. de iur. lib* ¶ Impium est derelinquere vel negligere locum originis suæ: *Ioann. de Platea. in l. fin. C. de mun. & orig. lib. 10.*

De Patrono, iure Patronatus, item de Patrocinio, & visitatione.

EPiscopus regulariter non potest confer- 77
re ius patronatus, sine consensu patroni, *c. decernimus 16. q. 7. pro cuius capituli ornatu aliqua pulcra, memoratu digna, adduxit Corset. in sing. suis, in verb. patronus 1. ibi dicit Corset.* quòd ius patronatus etiam habeant Laici, & ex illo ipsis competere ius præsentandi, se opponendi, & contradicendi, si res Ecclesiæ sine causa distrahantur: *allegat Inno. in c. nobis, de iure patro.* sed patronus nō debet sub prætextu sui iuris impedire magnam vtilitatem Ecclesiæ, *c. 1. de his quæ à maio. par. capitu. vide hic Corse. & in tit. ext. de iure patronatus, per totum.*

Sed nota: per antiquam possessionem, 78
nobiles laici probant se habere ius patronatus Ecclesiarum: licèt non habeant titulum: *idem Corset. in verbo patronus 2. per Bal. in l. cum semper, C. de rei vendica.* ¶ Quæstio iuris patronatus, an etiam coram iudice laicò tractari possit? Respondet *Geyl. in obser. 38. n. 6. lib. 1. & in obser. 37. eo. lib. 1. in prin.* si in facto consistat quæstio, benè coram laicò quòd tractetur. ¶ Et de patrocinio notandum venit: recipiens aliquem in suum patrocinium, ordinariæ iurisdictioni nihil derogat: *Geyl. in obser. 54. lib. 2. VVesenb. in consi. 48. par. 1. n. 23. & 30.*

De hac materia iuris patronatus, visita- 79
tionis & patrocinij, *consuluit VVes. in consi. 48. par. 1. per totum.* ¶ De successione in iure patronatus, quando succedant hæredes in capita vel in stirpes, (*Hæredes primi patroni succedunt in capita, hæredum hæredes in stirpes: eaq; opinio communis est.*) & de voce in iure patronatus diuidenda, vel non, *consuluit Decia. in consi. 32. per totum, vol. 1.* ¶ De iure patronatus, quod consistit in iure præsentandi, à laicis vel plebeis, an possit præscribi contra superiorem, (*Respondet, quòd possit præscribi, etsi non constet de titulo: atq; ita est communis opinio.*) *idem Decian. in consi. 28. volum. 3.* ¶ An ius patronatus transeat ad filios fœminarum, quæritur? & quòd non, respondet *Decia. in consi. 33. vol. 3.* An Pontifex laicis ius patronatus possit auferre, si velit? quòd sic, *consuluit in d. consil. 33. Decia. n. 4. & in seq.* ¶ Ius patronatus qualiter acquiratur, & constituatur, (*Acquiritur per fundationem, itemq; per dotationem.*) quomodo transeat, cum vniuersitate bonorum, non autem cum successione singulari, *consuluit d. Decia. consi. 107. vol. 3.* ¶ Quid de aduocatorum patrocinio, vide quæ notaui *sup. in lit. A. versi. de aduocatis.*

Couarr. *pract. quæst. c. 36. vide Pet. Greg. in* 80
part. iur. can. lib. 1. tit. 4. c. 12. ¶ Ius patronatus in ecclesia acquisitum quando & quib. præsumatur: *Meno. lib. 3. præs. 90.* ¶ Ius patronatus

tronatus quomodo probetur, latè *Caualc. de. 63. aliàs p. 2. dec. 17.* ¶ De iure patronatus, vide pauca in Schneide. *Inst. de succes. libert. in fin. & quæ ibi ego remiss.* & *vide consi. 29.* Anto. de Butr. vbi, an si quis ædificet ecclesiam, & cuius filios vult esse patronos, & quemlibet eorum, an fiut patroni in capita. ¶ Vide de iure patronatus, Seb. Med. *de consi. poss. gl. 2. p. 23. n. 40. & seqq. fol. 642.* vbi de præsentat. & collat. tam actiua quàm passiua latè, & de tempore præsentandi & conferendi.

81 Ius patronatus quomodo amittatur & transferatur, *Seb. Med. latè de amitt. poss. gl. 3. n. 322. vsq. ad 351. fol. 772.* ¶ Patronus in fundatione, potest pacta, conuentiones, onera, & similia apponere in continenti: non ex interuallo: *Fæn. de mom. temp. c. 22. nu 10.* ¶ Fundatores Capellarum, & eorum hæredes, possunt sine autoritate superioris conferre capellas cui lubet: *Guid. Papa dec. 187. n. 2.* ¶ Ius patronatus seculare per titulum onerum & lucration. in personam Ecclesiasticam, efficitur Ecclesiasticum, & econtra: *Caualc. dec. 22. in Iudic.* ¶ Venditio fundi, an transferat in emtorem ius patronatus Ecclesiastici, *Couar. var. resol. lib. 1. c. 13. n. 3.* & venditio bonorum omnium, an ius patronatus includat, *ibid. n. 4.*

De Paupere & Paupertate, &c.

82 QVæ sint priuilegia, fauores, & commoda paupertatis, item quæ incomoda, & in quib. casib. melioris sint conditionis quã diuites, in quibus deterioris, vide *Euerhard. Speckh. cen. 1. q. 37.* ¶ Quis sit pauper, & quos habeat in iure fauores pauper, & quomodo quis præsumatur vel probetur pauper, *notauit Pet. de Rauen. in suo alph. lit. P. vers. pauper & paupertas. Geyl. in obs. 142. n. 7. & 8. lib. 1. dicit, quòd stet in iudicis consideratione, quis sit pauper: sed illum esse pauperem dicit, qui non habet quinquaginta florenos in bonis, l. nonnulli, ff de accusa.*

83 Inops dicitur, qui minus habet quã pauper. Mendicus, qui minus quã inops. ¶ Miserabilis verò, qui nihil in bonis habet: *Ias. in l. si constante, n. 144. ff. sol. matr.* Quomodo probetur quis pauper, *consuluit pulcherrimè Decia. in consi. 42. in pr. volu. 2.* ¶ Quòd pauper ob paupertatem excusetur à contumacia, *notat Rober. Maran. in suo ordine iudicio. par. 6. excus. quem à munerib. publicis.* ¶ Et sic notandum est, quòd paupertas prosit: à quo prodesse nos liberet omnipotens Deus, *dicit Cyn. in l. id quod pauperib. C. de Epis. & Clericis*, & de fauoribus paupertatis, *notauit aliqua Matth. de Matthesi. in vlt. suo sing. & Francis. Cremensis in sing. 122. incip. statuto cauetur*, Hip. de Marsi. *in pract. sua crim. §. sequitur, mihi n. 35.* paupertatem ponit ad materiam, vbi propter impossibilitatem non potuit appellationem prosequi, vel etiam, quando non potuit appellare, nisi culpa sua pauper sit factus: quia beneficia pauperib. concessa tali casu non competunt. *idem Hippo. in pract. crim. §. ordine, mihi n. 12. & 13.*

Quòd excuset ab appellando & à desertione appellationis, & de alijs paupertatis effectibus, *notauit Myns. in obs. 97. cent. 4. Geyl. in obs. 142. in pr. lib. 1.* ibi, an excuset paupertas à desertione, & an impediat cursum fatalium interponendæ appellationis? distinguit, an minor vel maior impensa sit facienda: si minor, certè currit eiusmodi fatale. ¶ Excusat etiã paupertas à periurio, si propter illam in termino non potuit soluere, quò ad reatum: *Geyl. in d. obs. 142. n. 4. lib. 1.* 84

Sed paupertas & vitæ vilitas regulariter quem repellit à testimonio: *notat Alex. de Im. in consi. 150. col 3. versi. nunc discutiendum, vol. 5. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 61. versi. item quod est pauper.* Si tamen absit vitæ vilitas, & alias sit honesta persona, & præditus bonis morib. benè admittitur in testem: *Geyl. in obs. 95. n. 19. & 20. lib. 2.* ¶ Non etiam pauper admittitur ad accusandũ, ratio est, ne propter paupertatem accepta pecunia indebitè accuset: *Hip. de Marsil. in pract. crimi. §. sequitur, nu. 206.* ¶ Et qualiter pauperum causæ in Camera recipiantur: non videlicet, nisi prius de iusta causa litigandi ex actis summariè constet: & fides de paupertate testimonio vicinorum vel instrumento publico sit facta, *Geyl. in obseruat. 142. n. 7. lib. 1.* 85

Et tandem, paupertate sordescimus: paupertate deprimimur: & vilescit per eam etiam dignitas Ecclesiastica: *dicit Alex. de Im. in consi. 52. vol. 4.* ¶ De iuramento paupertatis præstando, coram iudice competenti, & reiterando (*In eadem causa non reiteratur: secus, si in alia causa eo vti velit: tunc enim in Camera repetitur: sed & hæredes pauperis repetunt, potestq. præstari tam in initio litis, quã postea: dummodo tamen & hoc casu acta priùs summariè examinentur.*) in Cam. Imper. *vide Mynsin. in obs. 81. cent. 1.* ¶ Nota: pauperẽ medicus gratis curare, & præmiũ à Deo expectare debet: *Bar. in l. Archiatri, C. de profes. & med. lib. 10* & doctor iuris compelli potest gratis inseruire pauperi: *gl. in l. 2. C. de prox. sacro. scrinio. lib. 12.* & sunt pauperi gratis acta edenda. 86

Et iudex illis gratis Iustitiam administrare debet. Item iudex gratis faciat examinationem testium: & decernantur gratis processus: & nuncij Cameræ gratis faciant eorum executiones. Intelligendum autem est de pauperibus extrema paupertate laborantibus, & qui iuramentum paupertatis in Camera præstiterunt: *gl. & tex. in c. statutum, §. insuper, de rescrip. in 6.* si tamen causam obtinuerint 87

tinuerint in executione, sumptus factos refundere & resarcire debent: quia tunc censentur ad pinguiorem fortunam peruenisse, ne locupletentur cum alterius iactura: *hæc omnia Geyl. in obser. 43. nu. 13. vsq. ad finem lib. 1.* ¶ Sed paupertas quòd sit probanda, & qualiter relatione vicinorũ, vel testimonio sui magistratus, seu iuramento, *docet Geyl. in d. obs. 142. n. 6. lib. 1.*

88 Pauper & diues quis ex qualitate & conditione iudicatur: *Br. l. si constante, n. 14. Ripa sub n. 26. sol. matr. Gallin. de verb. sign. lib. 10. c. 14. n. 32. refert Raud. de analog. lib. 1. c. 33. n. 46.* Vide omnino Menoch. *lib. 2. cent. 1. c. 65.* vbi etiam, quis inops dicatur. ¶ Diues vel pauper quando quis præsumatur, *Men. lib. 6. præs. 25.* & probetur, *Couarr. var. resol. lib. 2. c. 6.* ¶ Diuitias & bona plura extare vel non extare, quando præsumatur, & quando præsumtio sit pro inuentario, *præs. 26.* ¶ Locupletior quando censeatur factus, ad quem res vel fructus peruenere: *Meno. lib. 6. præs. 27.* ¶ Est magna infamia mendicare, atque ignominia: *Seraph. priu. 75. n. 37.* ¶ Diuites vrgente necessitate cogi posse eleemosinas dare pauperib. *Couar. V. resol. lib. 3. c. 14. nu. 5.*

89 De paupertate quædam, Geyl. *lib. 2. obs. 95. nu. 19. & seq.* & in laudem paupertatis quædam Dauth. *de testa. n. 222. in add. in fin.* ¶ Paupertatis priuilegia, & quomodo Iudex pro pauperibus se gerere debeat, *Viuius lib. 2. dec. 122.* & in quibus excusentur homines propter paupertatem: *Viuius dec. 269. lib. 2.* ¶ Cur pauper vel auarus Reipub. non præficiendus: *Roger. de protect. rubr. 1. §. 6. n. 16. videl. rescripto de mun. & honor.* ¶ Pauperibus litigantibus, an sint publico stipendio dandi aduocati, & an teneatur quis gratis eis patrocinari, *Asin. de exec. §. 3. c. 91.* & ibid. plura de pauperibus, quib. multa ob paupertatem remittuntur: *Couar. pr. q. c. 6. n. 4.* & an aduersarius litis expensas præstare teneatur, *ibid. n. 5.* ¶ Et an sit cautio danda de restituendis alimentis & expensis, quas reus diues coactus sit pauperi actori ministrare, *n. 7.* ¶ De paupertatis iuramento in Camera præstando, *Mynsing. cent. 1. obser. 81.*

90 Pauper si aliàs dignus est, non dicitur vilis & abiecta persona: sed viles personæ sunt illæ, quæ malis moribus vilescunt: *l. similem, C. de incest. nup.* ¶ Paupertas prodest, & quis sit pauperior, *tex. & ibi glo. in l. si quis ad declinandam, §. quis enim, C. de Episc. aud.* ¶ Paupertas interdum prodest, interdum nocet: *gl. in l. si procuratorem, §. si ignorantes, in v. inopia, Mand. gloss. in dict. l. si quis ad declinandam.* ¶ Paupertas excusat quem à pœna: *l. illicitas, §. fin. de off. præs. Goz. in l. 1. in princ. quod quisq. in ibi 4. Ioh. Andr.* ¶ Pauperi magis, quã diuiti subuenitur: *gloss. & ibi Apost. in l. 1. de coll. ill.* ¶ Paupertas quem à malo excusat: *l. palam, §. non est ignoscendum, ff. de rit. nupt. vbi gloss. not.* ¶ Pauperibus industria, & augmentum patrimonij, quod laboribus & multis casibus quæritur, interdicendum non est: *l. si defunctus, C. arb. tutel.* ¶ Ratione paupertatis multa remitti possunt, & is postea diues effectus non tenetur: *l. illicitas, de off. præsid. §. fi. l. fi. in fi. C. de mod. indict. & c. à pœna excusat, vt supr.* ¶ Sine pauperibus ciuitas non est perfecta: probatur in *l. 2. ff. de minor. vide Io. de Plat. in l. 1. C. vt ne lit. lib. 10.*

Pauperem quem dici multis modis intelligitur: 1. quando propter laborẽ victũ afferre nequit. Item 2. qui non habet: *l. nonnulli, de accus.* Itẽ 3. statur opinioni vulg. *gl. in l. vbi adhuc, C. de iur. delib.* Item 4. etiam relinquitur arbitrio iudicis: *gl. in Auth. præterea, C. vnde vir & vxor, & ibi sequitur Bar. & Moder. latissimè ibid. & Bal. in l. si constanti.* ¶ Sola paupertas quem suspectum non facit: *§. fi. Inst. de suspect. tutor.* ¶ Quilibet præsumitur pauper: *gl. in c. semel, de R. I.* ¶ Culpa sua pauper effectus, priuilegio pauperum non gaudet: *arg. l. pen. de iur. dot. l. etiam, sol. matr. l. fin. de his, quæ in fraud. credit. Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, in 27. col. de const. adde Goz. in l. quod te, lect. 44.* ¶ An difficultas soluendi excuset debitorem quantitatis à mora, *ff. si cert. petat.* 91

An & quando quis præsumatur ignorare diuitias suas, & vires patrimonij sui, habes notabilẽ theoricam, Bar. *in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falc. & Ias. in §. si quis in fraudem, Inst. de Act. n. 44.* ¶ Diuitias proprias patere inhonestũ est, & rei familiaris inopiam detegere: *l. 2. C. quam, & quib. quart. pars deb. lib. 10.* ¶ Diuitiæ laboribus & multis casibus quæruntur: *l. si defunctus, C. arb. tut.* Et præsumtio est, quòd quis efficiatur diues. ¶ Diuitiæ & bona sunt secundus sanguis: *gl. & ibi Bal. in l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iud.* Et ergo præsumitur inimicus noster, qui bona nostra rapuit: *tex. & ibi Bald. in fin. 1. col. in c. item cum quis de restit. spol.* ¶ Hinc metus perditionis omniũ bonorũ, æquiparatur metui mortis: *Bar. in l. penul. in penul. col. de cond. ob turp. caus. vide de hoc supr. in v. metus* ¶ Hinc etiã omnes diuites possunt dici principes, cùm pecunia omnium rerũ Regina sit: *ita Card. in Clem. 1. de Baptis. in 6. q. vide Hip. in l. 1. §. præterea, ff. de qq.* ¶ Omne, quod relinquitur pauperi, in dubio intelligitur relictũ ad pias causas: *vide Alex. consi. 123. vol. 4. viso the.* ¶ Pauperes & miserabiles personæ, quæ denominentur, *vide per Alex. in consi. 124. in hac hæsitatione.* 92

Priuilegiũ pauperibus concessum, etiam seruientib. illis concessum intelligitur: *vide Moder. in l. 2. in 1. not. de iurisd. om. iud. vide aliqua infr. in v. testis.* ¶ Boni mores diuitijs præualent, 93

ualent, *vide sup. in v. mores.* ¶ Paupertate & egestate sordentibus vita suppliciũ est, mors verò solatium: *l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. hunc tex. ad hoc allegat Rom. consi. 411. in 2. col.* ¶ Contra pauperũ iura nõ præscribitur minori spacio quadraginta annorũ: *Bal. in Aut. quas actiones, n. 4. C. de S. S. Eccles.* ¶ Pauper à testimonio repellitur: paupertas enim inducit præsumtionem rapinæ, maximè in laicis. Et sic est præsumptio corruptelæ.

De Peculijs.

94 PEculium patrisfamilias est pecunia, quæ pro conseruatione patrimonij reposita est, (so ein Haußvater im vorrath ligen hat/) sine quo peculio veteres pecuniã fragilẽ esse putabant, attestante I. C. *in l. si chorus, §. 1. ff. de leg. 3.* quòd pro re immobili habendũ, *refert per Iaso. Geyl. in obs. 11. nu. 8. lib. 2.* ¶ Quæ requirantur, res vt fiat peculij Castrens. vel quasi, *inuenies apud Ioa. de Plat. in l. 1. circa finem, C. de Cast. pecu. lib. 12.* ¶ Et quatenus filiusfam. possit in peculio disponere, etiam patre non consentiente, *vide eundem Plateam in l. 2. d. titulo.*

95 Filiusfamilias quando factus est miles, doctor, vel aduocatus, seu nactus est præbendam, vel aliquod aliud habuit exercitiũ, & lucratus est aliquid ex illis, id habetur pro peculio Castr. vel quasi, & non tenetur ad illorum collationẽ cum fratrib. vel sororib. sed habet sibi ista præcipua: *Bald. in l. omnimodò, §. imputari, C. de inoff. testa.* & in isto casu septuplicia bona, quæ sic sint peculij Castrensis, vel quasi, *enumerauit & docuit gloss. in Art. 10. lib. 1. LandR. Vide tit. ff. de Cast. pecu. nota. sup. in lit. B. versi. de bonis filij, & in lit. C. versi. de collatione bonor. ibi collige quæ huic materiæ adhær.* ¶ Nota: donata à patrefamilias filiofamilias, sunt peculij profecticij: *Geyl. in obs. 38. n. 2. li. 2.*

De Pecunia.

96 VIde ea, quæ notaui supr. in lit. M. versi. de moneta. Quare pecunia sit inuenta, & quæ sit eius vtilitas, *colligitur ex tex. l. 1. ff. de contr. empt. & posuit aliqua Arius Pinel. in 3. c. par. 1. Rubr. C. de rescin. vend. in pr. Geyl. in obs. 7. n. 2. lib. 2. & ibi dicitur, quòd pecunia res sit sterilis, quæ fructum producere nequit, & ideo in illa non constituitur reditus.* ¶ Sed pecuniæ appellationẽ venire omnem rem, quæ in patrimonio esse possit, *notatur in tex. & gl. l. pecu. el. 1. & l. pecuniæ, el. 2. ff. de v. sig.* Ideò etiã dicitur, quòd habens pecuniam censetur habere omnẽ rem, quam vult: de quo multa & faceta *tradit Hip. de Marsi. in l. 1. §. præt. n. 44. ff. de q. Neui. in sua Silua. nuptia. lib. 4. n. 111. & facit illud Eccles. c. 10. pecuniæ obediunt omnia. & his addit Pinel. in d. loc. n. 10. quòd omnis res per pecuniam possit solui, dummodò creditori satisfiat impensa reducendi pecuniam ad massam, si eius intersit magis pondus informe habere: non enim solutio fieri debet alio modo incommodum creditori afferente: Pyne. num. 12.*

Mulctam quis possit imponere, & vsq; ad 97
quam pecuniæ quantitatẽ à quolibet magistratu sit imponenda, & à quo recipienda, vide additionẽ latinam, incip. *nota autem, ad Art. 64. lib. 1. LandR.* Et est mulcta animaduersio Pecuniaria, arbitrio iudicis statuenda: *l. 131. aliud est fraus, §. 1. ff. de v. sig.* ¶ Sed census est soluendus secundùm æstimationem pecuniæ, seu monetæ, in qua in principio est impositus: *vt in c. olim, de censibus, pro cuius pleniori intellectu, vide doctores ibi, & in Clemen. 2. de decimis, & in c. quanto, de iureiu. vbi ponunt has conclusiones.* 1. Vbi pecunia debetur ratione maleficij vel delicti, sufficit quòd fiat solutio in pecunia currente, *prout dicit d. cle. 2. de decimis, & habetur in l. vlt. §. fin. C. de rei vxo. actio.* 2. Vbi pecunia debetur ex cõtractu, vel quasi, si talis pecunia effecta sit minoris valoris, datur æstimatio pecuniæ secundùm antiquam, & primam monetam, *vt in d. c. olim de censibus, & in l. Paulus, ff. de sol. alia vide in d. versi. de moneta.*

Wie hoch/ vñ welcher gestalt die Bussen vnd 98
Wehrgelde zu Gelde gesatzt in Sächsischẽ Landen vnd Rechten/ *vide Art. 45. lib. 3. LandRecht.* ¶ Pecuniæ datio seu pecuniæ interuentus inducit delictũ, vbi aliàs non esset: exemplum est in teste, qui recipit pecuniã pro testimonio suo: nam talis testis incurrit pœnam falsi: *secundùm gl. Bar. & alios in l. 1. in pr. ff. de falsis,* aliud in iudice accipiente pecuniam, vt iustam sententiã ferat: *l. 2. ff. de condic. ob turpem caus.* ¶ Sed illud quod debet fieri gratis, si fiat per pecuniam, turpiter fit: *vt notatur in l. 4. §. si tibi, ff. de cond. ob turpem caus.*

Nota aliud singulare, quòd si per pecu- 99
niæ dationẽ inducatur mulier ad adulteriũ, licèt contenta fuerit cõmittere adulterium, tamen inuita reputatur cõmisisse: & ille qui pecuniam dedit, puniatur pœna statuti, quæ imponitur adulteranti mulierẽ inuitam: *ita sing. dixit Ang. in Auth. de lenonibus, in §. fi. circa finem: Munera enim excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum: Hip. de Marsi. in singu. suo 353. incip. datio pecuniæ.*

Nota: pecunia est de his rebus, quæ ser- 100
uando seruari non possunt: *gl. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell.* fallit in casu, quando esset per depositionẽ apud campsorem, vel vel per testatorẽ ad emptionem rerum immobiliũ destinata, vel si esset pecunia deposita pupillaris: quia tunc numeratur inter immobilia: *Ant. Corset. in sing. suis, in v. pecunia, Geyl. pulcherrimè in obs. 11. lib. 2. n. 6. & 7. Cremen. in sing. suo 60. incip. pecu. Rom. in sing. 164. incip. tu habes.* Secus, si pecunia simpliciter sit ad emptionem immobiliũ destinata: nam

ex isto non pro immobili censetur, sed saltem pro (*Et hæc sententia, vt verior, ita communis est.*) mobili, *Geyl. in d. obs. 11. n. 4. lib. 2.* In numerata pecunia non potest consistere feudum, etiam ex pacto iuramento firmato: *Schursf. consi. 11. cent. 1. & Göden consi. 23.*

De Pœnis.

101 Capitis amputatio vulgò nobile existimatur supplicium: *Gothofr. ad l. 28. de pœnis.* Et Græci quoq; in ea opinione fuerunt: Xenophon. 2. ἀποτμηθεῖσι τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θάνατον ἐδόκει εἶναι. Pœnæ quomodo sint pro qualitate delictorũ imponendæ, & executioni mandandæ, vel interdum differendæ, *nota. supr. in lit. E. versi. de Executione in criminalibus.* ¶ Sed de varijs pœnarum generibus, pro qualitatibus delictorũ imponendis, *vide totum librum nonum, C. secundùm illos versus: Septima multiplici pars crimine lege flagellat, Pignorat octaua, crimina nona premit. Et in ff. nouo habes librum nonum & decimum, qui imponunt pœnas pro delictis, tam priuatis quàm publicis.* ¶ Vnd von allerley Leiblichen Bürgerlichen vnd Peinlichen Straffen vñ Pehnen/ wie sie nach den gemeinen Käyserlichen/ Päpstlichen vnd Sächsischen Rechten/ vñ im gebrauch gehalten werden: *Vide Chil. Köning. in suo singu. tract. post eius processum iudiciarium posito.*

102 De pœna filij offendentis parentes, *vide in constitu. Imperatoris Alberti, quæ noua Constitutio vocatur prima, incip. Wir Albrecht post LehnRecht, facit gloss. c. 2. col. 6. versi. auch werden die Rechtloß im LehnRecht.*

Von Straff derselben die sich selbs rechnen/ vnd jhre Recht nicht bey der Obrigkeit suchen: *habetur in Constitu. 2. d. Imperatoris Alberti, hinterm LehnRecht.*

Von Straff deren/ so den Landfriede brechen/ oder dessen so vmb mageschafft wegẽ/ oder durch liebe die Straff erlest: *habetur in Constitu. 3. d. Imperatoris Alberti ibidem.*

Von Straff derer/ so mit Zauberey vnnd Warsagern vmbgehen: *habetur in Constitut. Elect. Saxo. Art. 2. parte 4.* Auff Zauberey neben vorbündnüß mit dem Teuffel/ wird erkand das Fewr: sie haben mit der Zauberey schaden gethan/ oder nicht: sonsten ohne Vorbündnüß/ auch den Warsagern/ das Schwerdt: *d. Art. 2.*

Von Straff derer/ so zur zeit der Pestilentz die Krancken vmbbringen/ vnd sie bestelen/ oder jhnen keinen notturfftigen vnterhalt geben/ *in d. Constitu. Art. 5. par. 4.*

In 4. sequenti Constitutione Imperatoris Alberti, exprimitur pœna der Richter/ so nicht recht richten/ vnd vortheilte Wetten vnd Bussen erlassen. Warumb aber vnnd aus was vrsachen Wetten genommen werden/ vnnd warumb der Richter zustraffen/ welcher sie erlest/ *inuenies in gl. in c. 65. col. 10. & 11. versi. der sie erlest, LehnRecht.* Vnd das auch ein Richter die vortheilte Straffe/ ohne vrsach nicht erlassen solle/ *habetur in gl. Art. 13. lib. 2. LandRecht. Vide Schneid. in tit. Insti. de obl. quæ ex qua. delict. nasc. in prin. versi. de pœna iudicis, qui malè iudicauit.*

De pœna iudicis negligentis, quòd litẽ faciat suam, parti teneatur ad damna & interesse, & quòd remoueatur ab officio, *notauit Geyl. in obs. 28. n. 7. & 8. lib. 1.* 103

De pœna parricidij, *vide bonam glossam finalem, Art. 14. lib. 2. LandRecht.* Pœna autem parricidij puniuntur, qui occiderunt parentes, vel liberos: vnd werden Elter vñ Kindermörder geheissen: *vide in Constitutione Electo. Saxo. in Art. 3. part 4.* Von Straff deß Todtschlagens/ so an Kindern/ Eltern oder nechsten Freunden begangen. Vide VVes. *in paratit. ad titulum, ff. ad l. Pompe. de parricidijs*, qui puniantur pœna parricidij, qui saltem *l. Corn. de Sica.* ¶ In illo delicto parricidij, conatus deueniens ad aliquem actum, pro perfecto delicto accipitur: *VVesenbe. ibi num. 7.* & eorum qui parricidij pœna teneri possunt, semper sine præscriptionis metu accusatio permittitur: *nu. 11.* ¶ Inedia necari illegitima est pœna: *Cuiac. 14. obs. 34. decis. 28. Petr. Greg. 23. Syntag. Iur. num. 4.*

De pœna Zuntatorum, auff Teutsch/ die Iubilirer, so falsche Edele Stein verkauffen/ quòd sint puniendi tanquam fures, vel etiam acriùs, *dicit Hippo. de Marsi. in singula. suo 318. incip. fui rogatus, per l. 1. in prin. ff. de extra. crim.* De iure Saxonico saltem punirentur pœna fustigationis, cum deportatione *secundùm text. Articu. 13. lib. 2. LandRecht*: sed tamen pro mŏdo delicti, & qualitate personæ delinquentis. 104

De pœna vsurarij, *Imperator Albertus in 6. Constit. hinterm LehnRecht, constituit*, vt puniatur in amissione bonorum & excomunicatione: *vide infr. in lit. V. versi. de Vsuris.* ¶ Si lex, consuetudo, vel statutum irroget amputationem manus, vtra sit amputanda? & si delinquens vnam tantummodò manum habeat, vtrùm illa etiam sit abscindenda, quæritur? Et priori quidem casu imbecilliorem manum abscindi debere; posteriore verò reo parcendum esse, *glo. Bart. Sichard. & alij in Authen. sed iure nouo, C. de seruis fugit. Eberhard. Speckh. cent. 1. q. 87.*

Von Straffe dessen so mehr Zoll nimbt als jhm gebüret/ oder da Zoll nimbt da keine gesatzt ist: vnd von Straffe deren/ so Zoll nehmen/ aber doch nicht den Frieden/ auff Stegen Wegen vnnd Brücken erhalten/ die nicht bessern machen vnd zimmern: *in Constitu. 7. von Zollen. In Constitutione 11.* ponit pœnam receptatorum furum & latronum: *concordat ius Saxon. in Art.* 105

in Arti. 13. lib. 2. LandRecht. Notaui infrà in litera R. versi. de Receptatoribus. Vide ea, ad quæ remisi suprà de executione in criminalibus. ¶ Diuidentes prædia cum grassatoribus, viui debent comburi: *Bart. in l. si quis ex Barbaris, C. de re militari, lib. 12.* ¶ Et in quantum dicitur, quòd viui debeant concremari, *addit Corsetus, quòd vbi quis debeat concremari, quòd viuus semper concremari debeat, d. Corse. in singula. suis, in verbo pœna 5. allegat textum in l. vniuersi, C. vbi causæ fiscales. Et ibi Corsetus docet, an in mortuum corpus executio sit facienda.*

106 Sed nota, quòd pœna capitalis tribus modis accipiatur, de morte naturali, de morte ciuili vt quia quis efficiatur seruus, & de amisione ciuitatis. ¶ Vnde, quando lex vel statutum imponit pœnam capitalem seu capitis, semper intelligitur de mitiori ex illis tribus, & sic de exilio seu de deportatione: *gloss. est notabilis, in l. 1. C. ne Chris. mancip. & tenet Bal. in fina. in l. si. C. quæ res vendi non pos. Mynsinge. sequi. in obserua. 45. cent. 2. obseru. iudi. Cam. Impe. idem Mynsinge. in Responso suo 59. nu. 49. deca. 6.* Et nota id quod habetur *in l. Sancimus, C. de pœnis*, quòd pœnæ teneant suos auctores, & nemo de delicto alterius puniatur: *Schenk in c. 10. si Vasall. feud. priuet. cui deferatur.* Decian. *in cons. 53. volu. 3.* dicit, teneri pro facto alterius, esse contra naturalē æquitatem: tamen videtur valere statutum disponens, vt vno de agnatione delinquente, cæteri de agnatione teneantur: *probat textus in argumentum l. iure prouisum, C. de Fabricen. lib. 11. colligit Barto. & ibi in textu.* Ratio est statuti: quia alij curabunt, ne alius delinquat: sed quomodo illud statutum sit intelligendum, nempe vt sit generale, & non singulare, *dixit Decia. in d. cons. 53. vol. 3. num. 2.*

107 Et sic nota casum, in quo vnus pro alio tenetur: *de alijs remißiuè vide Cors. in sing. suis, in verbo statutū 10.* ¶ Pœna ordinaria, an quādo, à iudice posit augeri, vel minui, vel etiam omninò remitti, *vide apostill. cū gl. in Art. 13. lib. 2. Landr. Gandin. in tract. malefi. Rubr. vtrū pœna posit augeri. notat Ang. de malefic. in versic. quas si non soluerit, soluat cum quarto dupli, & ibid. Augusti. in addi. nu. 14. dicens*, quòd posit iudex ex causa pœnam augere, vel minuere; sed licèt ex causa iura, statuta & consuetudines, iudex posit transgredi: tamen hoc verum est tantùm in maiorib. magistratibus: secus in minoribus, qui superiorem recognoscunt: quia superior in isto casu est consulendus: *tenuit Hipp. de Marsi. in sing. suo 244. incip. tu scis, &c. qui ibi plurima iura induxit. Grillan. in tract. de relaxatione carceratorū, Rubr. 1. quæst. 6. per totū.* Et sic quando pœna de consensu principis minuitur, tunc pœna proxima imponitur.

108 Et ex quib. causis interdū pœna sit mitigāda: videlicet propter minorē ætatē, propter spem frugalitatis & meliorationis, ob id quòd semel tantùm deliquit, & quòd ex honestis parentibus & bona familia sit natus, *Decianus in consi. 16. vol. 3. ibi de pœna suspensionis seu furcæ, bona.* ¶ Pœnæ non imponendæ, nisi in specie à iure expressa: *Schenk in §. ex eadem, de lege Corradi, in vsib. feud. lib. 2.* ¶ Pœna pecuniaria ob crimen imposita, in corporalem conuerti solet: id est: qui non habet in ære, luat in corpore. *l. 1. §. 2. ff. de pœn. l. 7. §. 3. de iurisd. l. vlt. in fin. de in ius vocand. l. 9. de incendio, l. 6. in fin. C. de modo mulctarum. Hotom. Illust. quæst. 26. Cuiac. in Nouell. 135.* ¶ Mitigatur etiam pœna interdum ex illis: quia fortè confessio criminalis continet aliud, quàm fuit cōtra ipsum querela. Item quando verè quid contra aliquem non est probatum, sed proceditur per indubitata indicia: vel quando multorum sequeretur strages: *consuluit Decianus in cons. 115. volu. 3. nu. 10. & in sequen.*

Et sic in sententiando obseruatur: Es 109
erscheinet so viel/ das N. mit dem Schwerd/ zu Leibe vnd zu Leben zu straffen. man wolte jhm dann wegen seiner Jugend/ vnnd hoffentlichen besserung/ mit willen vnd nachgebung der hohen Obrigkeit/ genade erzeigen: auff den fall wer er mit Staupschlägen der gerichte zuuorweisen: sic de stylo curiæ scabinos Magdeburgenses sæpius pronunciasse obseruaui. Sic ex causa, cum consensu superioris, vsq; ad proximam pœnam, pœna ordinaria potest minui: *Augusti. in addi. ad d. versi. Angeli, quas, si non soluerit, soluat in quarta dupli. num. 15. mentionem facit, qua pœna puniatur iudex, qui sine causa auget vel minuit pœnam.*

Et quam iudex circa pœnæ impositio- 110
nem habeat electionem, *tradit Baldus, in l. data opera, col. 2. versi. & nota, C. qui accusa. non possunt. Et ibidem apud Bal. in colum. 3. versi. vlt.* in hac lege inuenies casus speciales: in quibus imponitur pœna mortis, membri mutilationis, vel relegationis: *habes tex. in iure Saxonico in Arti. 13. lib. 2. LandRecht. Vide Bonif. de Vitellanis in tract. malefi. Rubr. quib. de causis quis posit ad mortem, vel in membro condemnari.*

Sed in casu, vbi cadit arbitriū iudicis an cir- 111
ca impositionē pœnę se hoc posit extēdere vsq; ad mortē (*respondetur, quod sic, si modò delictū morte dignū sit.*) *vide Ang. de maleficijs, in versi. & ibi caput à scapulis, mihi n. 44.* An alicui pœna remitti posit, vt carnificis officio fungatur, queritur? Hoc vsu receptū esse in Italia, Germania & Gallia, refert Papo. *3. Notar. 10. cap. De remißione:* negat tamen temerè id concedendum, ne alioquin plures sint carnifices, quàm rei. Idē *24. Arrestor. 10. art. 14.* refert: damnatū, virgini nuptias eius postulanti, sc. Parisiensi, concessum fuisse: atq; ita damnatum mortis pœnam euasisse. Id in Hispania

vsitatum addit: quorũ consuetudo fortè deriuata est ex Canone, *inter opera charitatis 20. Ex. de sponsalib. Gothofr. ad l. ad bestias, ff. de pœnis.* ¶ Quando à iure vna, & à statuto alia statuitur pœna, quæ sit intelligenda, *docuit idẽ Ang. cum Augusti. in addi. d. versi. & ibi caput, nu. 4. & in seq.* (*Angel. Bart. sententiam secutus, in iudicis arbitrio esse existimat, quam pœnam imponere velit: contrà Augustin. autoritate Bald. fretus, eo inclinat, vt mitior statuti pœna necessariò obseruanda sit, refertq. dictum Alber. de Rosate, qui dicit, quòd totus mundus obseruat, quòd per pœnam statuti sit recessum à pœna iuris ciuilis.*) ¶ Statutũ imponens pœnam pecuniariam, paruam vel magnam, puta pro adulterio vel homicidio, pro quibus est pœna mortis de iure communi, an valeat? dicitur, quòd sic, si pœna pecuniaria non est contẽptibilis, vel si fiat ex iusta causa, seu intelligas secundùm delicti qualificationẽ: *notat Lud. Rom. in sing. suo 714. & ibi Pign. in addi. Myns. in obseru. 30. cent. 2. decidit, quòd pœna banni possit ex iusta causa mutari in pœnã pecuniariã: sed an causam mutationis in sententia exprimere debeat, quærit & respondet ibi.* (*nec in specie, nec in genere exprimi necesse est, dummodò de causa ex actis appareat: aliàs sentẽtia nullitatis argui posset.*)

112 De pœna stigmatis in facie hominis quòd sit illicita, cùm sit contra ius: *vt in l. si quis in metallũ, C. de pœnis.* nec quòd valeat statutum super ista pœna, *notauit per iura Myns. in obseru. 46. cent. 2.* sed pœnã fisco vel parti adiudicatã an iudex possit remittere? quòd non, nisi ex causa, (*Conclusum est, remitti non posse pœnam adiudicatam parti, nisi petatur restitutio in integrum, vel publicæ vtilitatis causa princeps id faceret: sed quò ad fiscum, solet is cum partibus pœnæ nomine à Camera ad se remissæ componere.*) *docuit Geyl. in obseru. 114. lib. 1.* ¶ De pœna arbitraria, quæ fit, quam iudex pro arbitrio imponit, quando pœna certa à lege non est expressa & determinata: *tex. in l. 1. §. expilatores, ff. de effracto. Geyl. in obseru. 87. num. 1. lib. 1.*

113 De pœna nolentis iurare de malitia: *Geyl. in obseru. 87. lib. 1.* (*Contumaci audientia denegatur, quòd & Domini ex autoritate Socini secuti sunt.*) ¶ Pœna temerè appellantis est triplex: vna 50. librarum auri: *tex. in l. ab exec. C. quor. appell. non recipiun. gloss. ibi, in verbo mulctandos.*

Altera pœna est extraordinaria ad arbitrium iudicis: *l. eos, §. ne temerè. C. de appell. glos. ibi in verbo pœnã.* Tertia pœna est amissio causæ, & nota infamiæ: *textus in l. à proconsulib. C. de appella.* item condemnatur in expensis: *c. finem litibus, de dolo & contum. & ibi gloss. Maranta in suo Spec. par. 6. cap. de appell. nu. 334.* De iure Canonico sunt mitiores pœnæ: *vt notant Dd. in c. cum appellationibus friuolis, de appell. in 6. Geyl. ista secundùm Marantam in obseru. 152. nu. 7. lib. 1. pertinet propriè hic locus ad materiam de appellat.* De pœna mutantis iudicium, *Geyl. in obseru. 32. nu. 7. lib. 1.* (*Communis opinio est, quòd huiusmodi pœnã mutationis iudicij sit arbitraria, cum refusione expensarum.*) De pœna conuentionali, an possit vltra interesse peti? quòd sic, etiam de iure Canonico, maximè à non solito fœnorari: *Decian. consi. 79. vol. 3.*

Pœna animalibus imponitur, vt homines terreantur exẽplo: *Cuiac. in pr. C. de pœnis.* 114 ¶ Pœnam adulterij, olim summi supplicij aut mortis non fuisse, colligi potest, *ex l. 1. de pœn. l. 9. l. 30. C. de adulterijs, l. 18. C. de transact. vide Gothofr. ad Nouell. 134. c. 10. Cuiac. lib. 6. obs. 11. & lib. 19. obseru. 39.* ¶ Quoties quis damnatus est, supplicium non differendũ est, etiamsi quædam se habere dicat, quæ principi referat, salutis ipsius caussa. Hinc collige, multò minùs supplicium esse differendum, si quis rationibus nondum redditis, se obnoxium dicat: *vide l. 6. de pœn. l. 18. C. eod. vide Cuiac. lib. 5. obser. 9. lib. 20. obser. 32.*

Pœna commensuratur delicto: *Raud. de analog. lib. 1. c. 34. n. 91.* & pœna præsumitur potius irrogata ob crimen, quàm contumaciam: *n. 92.* Et si pœna non sit expressa in sententia, tamen habetur pro expressa, si per illam sententiam delictum declaretur ex eo, quia pœna commensuratur delicto: *num. 93.* & pœna non est sine delicto, quasi consequens non sine necessario antecedenti: *num. 131.* adeò vt ex pœna cognoscatur qualitas delicti, an sit magnum vel paruum: ibid. & *num. 132.* & pœna & delictum dicuntur correlatiua: quia non est dare pœnam sine delicto: *num. 133.* 115

De pœnis conuentionalibus, & earũ speciebus, vide Capra. *Concl. 70.* ¶ Pœnæ capitalis appellatione venit minima: *Paul. Montan. de iure tutel. & curat. c. 3. n. 21.* ¶ Pœna promissa in cõtractu & incompromisso, quando ob contemtum & in obseruantiam peti possit: *Caualc. decis. 70. p. 2. dec. 25. fol. 160.* ¶ Iudex an possit ex iusta causa pœnas à statuto expressas augere & minuere, nõ obstante eo, quòd iurauit seruare statuta: *Guid. Papæ decis. 206.* & ibid. quæ sint causæ augendi & minuendi pœnas. 116

Iudex an possit in initio sui magistratus pœnam à lege non determinatam ipse declarare: *Menoch. lib. 1. q. 83.* ¶ Pœnam non esse indicendã, nisi iure expressè caueatur: *Men. lib. 2. cent. 3. c. 276.* ¶ De pœnis eorum, qui nõ ex sua persona, sed persona alterius puniuntur: *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 345.* ¶ Pœna mortis vel corporis de consuetudine harũ regionũ sæpe in aliã commutatur: *Moller. lib. 3. semestr. c. 20.* ¶ Pœna pecuniaria quando in corporalem commutari possit: *Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 447. Clarus, §. fin. quæst. 95. Schneid. §. pœnales, n. 55. Inst. de act. fol. 765.* 117

De pœna conuicti de delicto per exceptio- 118

ptionem: *Menoch.lib.2 cent.5.casu.448.* ¶ Qua Pœna feriendi sint illi, in quos non cadit ordinaria, *Menoch. lib.2. cent.5. c.449.* ¶ Pœna mitior imponitur ei, qui olim scelus perpetrauit: *Pruck.§.soluta potestas, eff.7.rat. contract. n. 139. fol. 623. & declara. vt n.140.* ¶ Pœna quando imponitur, ipso iure nō sufficit probare conatum: *Marsil. de bannit. verb. mortui. n.88.* & requiritur sententia declaratoria: *Gabriel de malef. concl. 12. Marsil.d.lo.n.89.& 90.* vbi contrar. & pœna quando præponitur ipso facto non est locus pœnitentiæ: *ibid.91.* & quando ipso facto imponitur pœna, lata culpa æquiparatur dolo: *n. 93.*

119 Mulctæ dicendę ius pertinet ad senatum: *toto ti. C. de modo mulctæ.* ¶ Ex qualitate pœnæ grauitas delicti constituitur: *Moll.lib.1.semestr.c.37.n.8.* hinc cum furti grandis sit maior pœna quàm homicidij, veluti illius furca vel laqueus, huius verò gladius, furtum tale maius putatur homicidio. ¶ Quid differunt, Lebensstraff/Leibsstraff vnd Geldstraff: *Decianus in disput. de iure meri imperij, fol. 19.* ¶ Pœna conuenta inter partes quando applicetur fisco, & quando posit exigi: *Viuius lib. 1. decis. 59. Afflictus decis. 3.* ¶ Pœna vnica tantùm punitur delictum factum in vno actu, licèt comprǽhendat pluralitatem delicti: *Viuius decis.352.lib.2.* ¶ Pœna neutiquam venit imponenda, nisi dolus euidens fuerit probatus: *Viuius decis. 483. lib.3.*

120 Opinio, quòd quis credat se facere rem licitam, ad euitandam pœnam est sufficiens: *Viuius decis. 483. nu. 13.* ¶ Pœna pecuniaria surrogata pœnæ pecuniariæ an eam tollat, *Modest. Pist. p.2. quæst. 56. & ibi add. Schult.* vel vnam iudex eligere posit. ¶ Pœnæ in arbitrarijs quando ad mortem extendi possint: *vide Remiss. Schulz. ad Modest. Pist. quæst. 92.p.2.* ¶ Prælatus non potest concedere subditis redimere punitionem, & sic recipere pecuniam pro pœna imposita pro peccato: *Viuius lib. 1. decis.50.* ¶ Pœna corporis afflictiuæ non potest moderari, neque componi aut commutari in pecuniariam: *Viuius decis. 350. lib. 2.*

121 Fustigationis pœna an sit grauis, *Marsil. de bannit.verb.fustigati, n. 1.* ¶ De Pœna excommunicationis. Et an quis ad eam se possit obligare, *Capra tr. reg. tr. de prorogatione iurisdict. fol. mihi 59.* & an absq; solennitate, *Capra ibid. fol.60.n.7.* ¶ De Pœna talionis, *vide Leuit. c.24. vers. 19. & seqq. vide P. Greg.* ¶ De Pœna exilij, *Dauth. de testam. n. 212. in addit. fol.252.* ¶ Pœna Conuentionalis non potest peti vnà cum ipsa re, nisi adsit iuramentum: *Seraph. priuil. 85. Viuius decis.350. nu. 8. lib.2.*

122 In pœnis infligendis mitiùs agitur cū ingenuo, quàm seruo: *l. plagiarij, C. ad l. Fau. de Plag. l. capitalium, §. pen. de pœn.* Et an vilis plùs puniatur, quàm isti dignitate existens, & an plùs maior, quàm minor, *vide Bart. in l. quædam. ff. de Pœn. Bald. in c.1.§. si rusticus, de pac. tenend. & eius viol. in vsib. feud.* & an diuites & pauperes pari pœna puniri debeant, *vide Bonif. de Vitell. in tit. quid sit caussa, fol. 31.* ¶ De hoc, an nobilis mitiùs, vel plùs puniatur, quàm ignobilis, quia non semper hoc est verum, *vide Cepoll. cons. 39. nu. 17.* ¶ Pœna famæ & vitæ æquiparantur: *Ias. in l. transigere, in 2. col. C. de Transact. ad fin.* & pœna infamiæ bonis viris plus timenda, quàm mortis, l. isti quidem, in fin. Quòd met. caussa. ¶ Pœnæ remitti non debet de facili, ne ad maleficia temerè quis prosiliat: *l. si operis, C. de Pœn.* ¶ Et pœna vnius debet esse metus multorum: *l. 1. ad l. Iul. Repetund. l. si vindicari, C. de Pœn. l. aut facta, §. fin. de Pœn. l. capitalium, § penul. eod. tt. l. si quis in suo, C. de inoff. test. c. Clericus, de causa Cler. & mulier.* ¶ Hinc est, quòd propter frequentiam delicti pœnæ possunt exacerbari: *d. l. aut facta, §. fin. de Pœn.* ¶ Sic etiam econtra iudex ex iusta caussa pœnas minuere potest: *Paul. de Cast. in l. & si seuerior, C. de infamib.* ¶ Quælibet pœna corporalis, minima etiam, maior est pecuniaria: *Bart. in l. 1. §. generaliter, ff. de Pœn.* vide Ias. *imperium, in vlt. col. de iurisd. om. iud.* vbi limitat, hanc regulam non procedere in vilibus hominibus: *Bart. in l. leuia, de Accus. l. in seruorum, de pœn.* ¶ Punitur quis interdū ex sola petitione: *l. 1. C. de pet. bon. subl.*

Pœna capitalis dicitur quinq; modis: *vide gl. Ias. in l. transigere, C. de transact. l. 2. ff. de publ. iudic. l. edicto, §. rei capitalis, de bonor. poss. l. 1. §. quidam, de bon. poss. contra tab. gl. in l. Imperium, in gl. 2. de iurisd. om. iudic. vbi infert Goz. ad statutum, quē omninò vide, & Ias. in d. l. transigere, & in l. diuortio, in 3. col. solut. matr. vide Alex. in cons. 104.* ¶ Pœna autem vltimi supplicij est sola mortis naturalis: *l. vltimum supplicium, de Pœn.* Et quòd pœna capitis & vltimi supplicij distinguantur, *vide bonum tex. in l. penul. in fin. princ. de Parric. l. hos, § fin. ff. de accus.* ¶ An membri abscissio sit pœna capitalis? *vide Br. in l. publicorum, de publ. iud. & lecturam meam, in l. imperium, de iurisdict. om. iudic.* 123

Pœnæ sunt restringendę: *l. interpret. de Pœn. c. odia, de R. I. in c. statutū, de Elect. l. cum quidā, de lib. & posth.* Bart. tamen *in l. quemadmodum, C. de agr. & censib. lib.10.* hoc limitat, si extensio tēderet in reipub. fauorem, tunc lex pœnalis & odiosa, sicut fauorabilis extēdi posset. Vide tamen pulcrā limitationem. ibi ad Bart. per me scriptā, vbi hoc dictum Bart. non procedit: *secundùm Goz. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. om. iud.* ¶ Pœnalis dispositio, & statutū pœnale, delictū principis, licèt publicā vtilitatē respiciat, cùm reipub. intersit delicta puniri: *l. ita vulneratus, ad l. Aquil. cum simil.* Et ergo deberet extendi, vt dicit Bart. *in d. l. quemadm.* 124

Tamen

Tamen publica vtilitas eſt cauſa mediata: immediata autem cauſſa (quæ attendi debet) eſt odium delinquentis, & ideo ſtrictè debet intelligi: *ita declarat not. Bal. in l. fin. C. de int. matri.* Quòd tamen declara, vt per Bart. *in l. 1. §. exercitus, de infa. Hoc voluit Soc. in l. 1. in princ. 3. coll. de verb. obl.* ¶ Nota tamen, quòd diſpoſitio publicam vtilitatem reſpiciens, extenditur ad caſum non habentem tantam rationẽ: iſtud probatur ſingulariter, in l. *hoc modo, ff. de cond. & demonſt. vide ſuprà in verb. Corrector. vbi habes inductionẽ illius legis.*

125 Pœnalis lex fauore piæ cauſſæ extendenda eſt: *Iaſ. in l. ſi prius, in 7. q. de oper. no. nunc. gl. in c. ſciant cuncti, de Elect. lib. 6. in verb. alios.* ¶ Quomodo in pœnalibus & correctorijs fiat extenſio, *vide Iaſ. pulcrè, in l. 1. in vlt. col. prope fin. C. de ſucceſſ. Edict. eund. in §. ſequens n. 7. & §. tripli, n. 22. & verſ. ex maleficijs, n. 37. Inſt. de Act. text. eſt melior ſecundùm Bald. in c. 1. §. porrò, verſ. ſed quia natura, quæ fuit prima cauſſa benefic. amit. Iaſ. in l. ſancim. in 2. col. C. de Iud. vide Bart. in l. penul. C de iud. vid. toll. vide ſuprà in verb. correctoriũ,* vbi pœnalis diſpoſitio extenditur, ne fiat deluſoria: *col. 319.* ¶ In pœnalibus communis vſus loquendi attenditur: *Bart. & Apoſtilla in Rubr. de no. op. nunc.* Imò omnis diſpoſitio odioſa & pœnalis ſecundùm communẽ vſum loquẽdi intelligitur: *Abb. in c. nonnulli, de Reſcrip. vbi Apoſtill. & in c. non ſine, in 2. not. de Arb. latè Fel. in proœm. decret.*

126 Pœnam pecuniariã non habens, in corpore punitur; qui non habet in ære, luat in corpore: l. *quicunq; C. de ſeru. fug. l. fin. de in ius vocand. l. ſi quis id quòd. de iurud. omn. iudic.* Hæc regula procedit, quando ex delicto quis dare debet; ſecus, ſi ex contractu: item in ordinaria, ſecus in mulcta: item in viliſsimis hominibus & ſeruis, ſecus in ingenuis: *ita Bart. in l. 1. §. generaliter, de Pœn.* ¶ Ad hanc regulam adde 4. fallentias, quas ponit Soc. *in Reg 81. & Bart. in l. ſi quis in iure, de Iniur.* adde Iaſ. 4. fallentias ponentem, *in d. §. in ſeruos. de iurud. om. iud.* ¶ In pœnis imponendis, an tempus delicti commiſsi inſpiciatur, an tempus ſententię: vt ſi fortè ſtatuto nouo, tẽpore ſententiæ, delictum grauius vel leuius veniat puniendũ: *vide pulcrè Bart. in l. omnes populi, in 2 q. 5. q. princ. col. 7. de Iuſt. & iure.*

127 Multitudo à pœna temporali an excuſet: *vide gl. in c. 2. de temp. ord. in verb. antiqua, vide ſuprà in verb. multitudo.* ¶ Pœna nõ debet egredi delictũ: *l. reſcriptum, de his quib. vt indig. vide Bart. in l. ſi prius, in 1. opp. ſecundæ partis princ. & ibi Iaſ. de oper. nou. nunc.* ¶ An autem valeat ſtatutum, quòd pater pro filio teneatur, itẽ quis pro familia, quò ad pœnam pecuniariã, *vide pulcrè & latè D. Alex. in l. ſæpè, col. 4. de re iud.* ¶ Puniri debet quis, in quo deliquit: *Auth. omnes peregr. C. comm. de ſucceſ. in verb. formalia.* ¶ Puniri quis debet, vbi deliquit: *l. ſi cui, §. idem Imperator, de Accuſat.* & ad talem locum remitti debet: *vt per Soc. in reg. 335.*

Secundùm varietatem temporũ, locorũ, 128
perſonarum, poteſt pœna maior vel minor imponi, ſi pœna à ſtatuto vel iure non eſt expreſſa: *l. Pedius, ff. de incend. rui. l. reſpiciendũ, de Pœn. vide Bart. l. omnes populi, in 6. q. 1. q. pr. de Iuſt. & iur.* Hinc dicimus, quòd pœna legis per iudicem regulariter minui poteſt, vel mutari: *vide Soc. in reg. 239.* ¶ Pœna capitis minor eſt pœna furcarũ. *Bart. in l. deſertorem, de re milit. & in l. leuia, de accuſ. vide Soc. in conſ. 157. vol. 2.* Ex maioritate pœnæ vel minoritate, nõ poteſt argui, delictum eſſe maius ſemper: quia propter frequentiã vel inclinationẽ ad tale delictum, interdũ maior pœna pro minori delicto imponitur: *vide gl. in c. admonere, 33. q. 2. vide in verb. Bannitus ſuprà.* ¶ Delictũ, quod nõ nocet, an ſit punibile? *vide Curt. in tr. feud. in 4. part. princ. q. 10. fol. 33. col. 3.* ¶ An actus, qui de facto fit, nõ tamen habuit iuris effectum, puniatur: *vide remiſſ. Fel. in tr. Con. in pen. col. qui eſt poſt tit. de Appell. vide Petr. no. 15. & in q. 57. vide ſuprà in verb. actus.* ¶ Pœna omnium bonorum, eſt quaſi maior pœnâ mortis: *Bal. in l. certa forma, C. de iur. fiſc. lib. 10.* Vnde metus perditionis omnium bonorum, æquiparatur metui mortis: *Bart. in l. penult. de cond. ob turp. cauſſ. vide Hipp. in l. 1. §. præterea, de qq.*

Pœna ex delicto cum morte extinguitur: 129
vide Petr. q. 19. & latè ſuprà in verb. Mors. ¶ Pœna cum pœna compenſatur: *l. cum par. §. fin. de R. I. gl. pulcra, ſimilia pulcra allegans, in l. fin. §. ſed etſi ſtipulator, de eo per quẽ factu eſt.* ¶ Perfectio act⁹ requiritur, vt pœna locũ habeat ¶ Pœna ad hoc, vt locũ habeat, nõ ſufficit, quòd quis incepit, ſed requiritur perfectio: vnde pœna cõtrahentis matrimoniũ habet locũ in cõtrahente ſpõſalia: *gl. in Clem. 1. de conſang. & aff.* ¶ Et pœna impoſita huic, qui reformat aliquid in fauorẽ Bannitorũ, non habet locũ in eo, qui ſolùm fecit propoſitionem de reformatione fienda: *ita Bal. in l. 1. in vlt. col. C. Si Rector prouinc.* ¶ Item prohibitus facere molendinũ ſub certa pœna, ſi fecit aquæ ductũ pro molendino, non incidit in pœnã: *ita conſuluit Alex. in conſ. 114. vol. 2.* vide Iaſ. *in l. 2. in fin. ff. de iurisd. om. iud.* vbi per hoc reprobat duas deciſiones Baldi.

Pœna priuationis alicuius rei, non habet 130
locum, niſi in caſibus à iure expreſsis: *gl. eſt Auth. in c. fin. de iur. patron. quam ibi Abb. extoll.* D. Iaſ. hanc regulam celebrat, *in l. ſi emancip. C. de Coll. vide Apoſtill. à me ſcriptam, in l. & ſi amicis, de adult.* ¶ Et talis pœna priuationis in vno caſu appoſito nõ extenditur ad aliũ: *Dec. cõſ. 277. vol. 2. in caſu propoſ.* ¶ Mitior pœna imponitur ei, qui cõdẽnatur ex pbatione pręſumptiua: *vide Ale. in l. 1. in pr. n. 28 fol. 95 ff. ſi cert. pet.*

Et

Et quid in condemnato ex præsumptione iuris, an ordinaria pœna debeat puniri? *vide ibi Dec.col. 4. circa medium.* ¶ Pœna propter hominis excellentiã interdum remittitur,& à regulis iuris cõmunis recedimus; *de hoc in verb.Bonus, & in v. Doctor,& in verb.Homo. Ad hoc ego pondero tex.in l.non omnis,in fin.ff.de re milit.* ¶ Annullatio actus pœna est: *Ias.in l.nõ dubiũ,C. de leg.in 3.col.plenissimè Alex.in l.turpia, de leg. 1.* ¶ Lex loquens de pœna extra ordinem,intelligitur iudicis officio: *Bart.in l.1.ff. de furt.& Baln. in l.si cui, de condit. & demonst.* ¶ Plura delicta committens,in eundẽ quasi effectum tendentia,punitur pœna grauioris delicti solũ: & minora delicta, & pœnæ eorũ confunduntur sub grauiori; *ita Bart. & ibi plenè de hac materia,in l. nunquã plura, de priuat. delict.& l.infitiando,§.infans,ad l.Aquil.*

131 Pœnam fisco applicandam princeps per rescriptum remittere potest, sed non parti applicandam: *gl. in l. 2. C. de in ius vocand. vbi Bart.& Alex.* ¶ Et talem pœnam fisco applicandam quis licitè potest retinere in foro conscientiæ:ita Abb. *in c. dilecti, in 5. colum. de Arbitr. & in c. canonum statuta, de constit.*vbi dicit quòd in foro conscientiæ bona publicata ipso iure retineri non possunt, cùm ius sit fisco quæsitũ: secus,si per sententiam essent publicata:gl.est *in c.fraternitas, 12.q.5.* quam Abb. *in d.c.canonũ,* dicit se nescire alibi,eãq; ibi confirmat duplici ratione. *vide etiam Fel. in d.c.canonum,in 11.& 12.col.*Et hoc est verum, quando pœna per sententiam est imponenda:secus si ipso iure à lege imponitur pœna: *ita Abb. in d.c.dilecti,Ioan.de Mont.Ferr.in l.1.§.1. col.3. de verb. obl.*

132 Pœna legalis cui,an parti, an fisco applicetur, *vide Bart. in l. agraria, de term. mot. & Moder. in l. si quis id quod,in fin.ff.de iurisd. om.iudic.* ¶ Pœna conuentionalis cui applicetur, *vide Bal.in l.si quis maior,C.de Transact.* ¶ Pœna ex vltima voluntate cui applicetur, *vide Bart. in l. vxorem, §. hæres, de leg. 3. Moder. in l. si quis id quod de iurisdict.om.iud.* ¶ Quòd pœna ipso iure imponatur, vel per sententiam, multũ interest, multosq; iuris effectus continet: de quibus vide supra *in verb. ius.*

133 Si etiam pœna ipso iure incurritur, tamen opus est sententia declaratoria. Iura dicentia,quem ipso iure, vel facto incurrere pœnam,debent intelligi, dummodò secuta sit sententia declaratoria, per quã declaratum sit fuisse commissum id, propter quod veniebat imponenda pœna:aliàs illa pœna effectũ non habet,vel executionẽ:*ita Aret.Io. And.in c.1.de homic.allegat tex.in c cũ secundùm,de hæ.lib.6.*¶Et ita est in incurrenti infamiã ipso iure propter iuramentum,quia intelligitur, postquam declaratum fuerit per sententiã: *Alex.in l.si quis maior,& ibi etiam D. Ias. in 6. col. C.de Transact.* ¶ Hinc est,quòd,Vasallus quãdo ipso iure esset priuatus,feudo tamen,antequam feratur sententia declaratoria, non potest Dominus feudi se intromittere de corporali possessione. *c.licèt Episcopus,de præb. in 6.vide Alex. post Bal. in cons.103.in 8.col.videtur prima consideratione,vbi multa alia de hoc vol. vide etiam ad hoc D.Ias.in l.2.in 7.col.ibi vlt.circa C.de iur.Emphyt.* ¶ Imò etiã in notorijs requiritur sententia saltem declaratoria: de hoc multa cumulantem,vide Hippo,*de Mars.in Rub.ff.ad l.Cor.de Fals. vide eund. Hipp. in Pract.caussa crim. in §. aggredior, nu. 109. & nu. 133.* cum multis alijs materijs ibi positis.

Pœna non committitur absq; interpellatione, & quando dies interpellat pro homine, *Dec.cons.2.vol.1.* ¶ Ad pœnam talionis tenetur qui in actione criminali in probatione obiecti criminis defecerit: *in Specul. Sax.lib.1.art.69.& eod.lib.1. art. 50.* ¶ Item agens actione criminali, si reus absoluetur, ad æqualẽ pœnã tenetur,*lib.2.art.8.in gl.vulg. in Spec.Sax.*¶Pœnã talionis recessisse ab aula, dicit Speculator, quẽ refert: & sequitur Zas. *in l.1.§.editiones,ff.de Edend.col.265.*Etiãsi iura eius pœnæ meminerint: & ita dicit Zas.se euicisse in acerrimo conflictu. ¶ Promittens sub pœna,quòd alter ratificabit contractũ: si promissor facit,quantum in se est, euitat pœnam: *Abb.in c.gemma, in 3. col. ext. de Spons.* ¶In pœnis infligendis paria sunt, aliquid fieri per vim,vel per persuasionem; *ita est tex. in l.item si obstetrix, §.1.ff.ad l.Aquil.facit l.vnica, §.pœnas,C. de rap.virg.* 134

Quomodo iusta causa à varijs pœnis excuset,vide latè Alex. *in cons. 43. vol 6. in princ.* 135
¶Consuetudo mala ab omni pœna excusat: *vide sup.in verb.consuet.* ¶ An agens & consentiens æquali pœna,& an semper sint puniendi? Hîc meminisse oportet,in hoc articulo esse quadruplicẽ consensum, & secundùm hoc etiã aliter disponi. ¶ 1. Negligentiæ, vbi minùs peccat consentiens,quàm agens, nisi esset minùs crassa & supina ignorantia. ¶ 2.Consilij,vbi minus peccat consentiens, quàm agens,sed plus quàm primus, id est, negligens. ¶ 3. Cooperationis,& hîc punitur æqualiter,agens & consentiens. ¶ 4.Authoritatis, siue defensionis, vbi plus peccat consentiens quàm agens,& magis punitur: *ita dicit Inno.in c. 1. de offic.deleg.in gl. suprà verb. Pœna. vide Bart.in l.is qui opem. ff.de furt.vbi ponit formaliter verb.Innoc. De his vide Bald.in Marga. in verb. consensus.*

De Pensione.

Pensionum materiam, vide latissimè per conclusiones,per Fel. *in c. ad audientiam, el.2.de Rescript.* ¶ Pro pensione subtracta annuatim dari solita,potest agi possessorio iudicio ad ipsius restitutionẽ: & probata solita præ- 136

ta præstatione, debet actor reduci in eum statum, in quo primò erat. licèt nihil doceat de proprietate iuris pensionis illam percipiendi: *text. est in c. querelam, & ibi Abb. in 3. not. de Elect. adde l. cum de in rem verso, ff. de vsu. Dec. in cons. 136. vol. 1. latè suprà in verb. Census.* ¶ Annua X. vel annuatim seruitium petuntur officio iudicis: *gl. est in §. præiudicialis, Inst. de Act. & ibi Ioh. de Plat.* ¶ Annua pensio potest constitui, si purè quis resignauit beneficio superioris, vel interuenientibus amicis, & si postea conceditur annua pensio, non est Simonia: *vide Abb. in c. ad audientiam, el. 2. de Rescript. in 2. col.* ¶ Onus pensionis potest imponi annuatim soluendum ædificanti in publico loco. *l. 2. §. si quis nomine, ff. ne quid in loc. pub. Alex. Rom. in l. 1. §. nunc videamus, de oper. no. nunc.* ¶ Pensio debet solui in fine anni; *tex. est in l. qui balneum, qui pot. in pign. hab. l. eidem in gl. magna, C. locat. l. si ædes, §. sed cum annum, ff. eod.*

De Persona.

137 PErsonarum acceptio etiam est apud Deum in his, quæ sunt ex mera gratia: *Bart. in l. 1. de postul.* ¶ Persona valdè priuilegiata non venit in generali dispositione, nisi expressè hoc dicatur, & ipsa nominetur: *not. in c. quàm sit periculosum, De sent. ex lib. 6. Mod. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. princ. de Iust. & iur.* ¶ In omni iudicio de legitimatione personarum in primis est disputandum etiam summario: *l. si quæramus, de Testam. gl. & Bart. in ext. ad reprimendum, in verb. sig. in 2. col. Ias. in Rubr. C. qui admitt.* ¶ Personas, quæ condemnantur in quantum facere possunt, habes in l. *miles & ibi gl. de re iudic. l. maritum, solut. matr. vide Soc. in reg. 257.*

138 Et illud beneficium personale est, & non transit ad hæredes: *l. sciendum de re iudic. l. quia tale, solut. matr.* ¶ Nec illud beneficium competit illis personis, si sua culpa maleficio proprio ad egestatem peruenerint: *l. pen. de iur. dot. vide Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, in 27. col. de Constit.* ¶ Dispositio, quæ loquitur in pluribus personis, verificari potest in vna: *l. singularia, ff. Si cert. pet. vbi Mod. & Gozad.* ¶ Personæ miserabiles quæ dicantur, & pauperes denominentur, *vide per Alex. in cons. 124. in hac hæsitatione, & cons. præced. & seq. vol. 4.* ¶ Personæ miserabiles sunt pupilli: *vide in verb. minor, de illis miserabilibus personis.* ¶ Appellatione personæ, an compræhendatur ciuitas vel castrum, *vide Alex. cons. 17. volum. 6. colum. 6.*

Persuadere.

139 PErsuadere, plus est, quàm cogere & cõpellere: *l. 1. in fin. C. de rapt. virg. l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, de iniurijs. Pro hoc adduco bonum text. in l. 3. §. si quis volentem, ff. de lib. hom. exhib.* ¶ Et nota, paria esse in pœnis infligendis, aliquid fieri per vim, vel per persuasum: *ita tex. in l. item si obstetrix, §. 1. ad l. Aquil. facit l. vnica, §. pœnas, C. de rapt. virg.*

De Peritis in arte sua, &c.

DIcitur communiter: quòd peritis in arte sua sit credendum: *l. semel, C. de re milita. lib. 12. l. 1. ff. de ventre inspicien. sed aduerte ad pulchras aliquas allegationes, ad Barto. in l. diuus, ff. de extraor. criminib.* vbi dixit: in his, quæ pertinent ad naturales, recurrendum est ad eos: in rebus rusticorum, ad rusticos: *gloss. in §. præterea, Institu. de rerum diui.* in materia canonistarum, ad canonistas: *Barto. in l. nulli, C. ne sanctũ baptis. rei.* in grammaticis, ad grammaticos: *in l. 1. C. de condic. ob causam*: in Theologicis, ad Theologos: *in l. 1. ff. ad municipa. in l. si tibi, §. quædam, ff. de pactis*: in medicinalibus, ad medicos: *l. 3. ff. de acqui. possess. in l. in eo, ff. de testam. Bald. in l. obseruari, ff. de curato. furio. Bart. in l. Gallus, in fine prin. ff. de libe. & posthu. vide notata suprà in litera M. versic de medico & chyrurgo, vbi de iudicio medicorum circa vulnera & cicatrices. Et in hac litera, versi. de partu perfecto & imperfecto: habes textum meliorem, in l. septimo mense, ff. de statu hominum: ibi enim auctoritas Hippocratis medici allegatur.* Simile est in alijs artificijs: quia fortè in æstimatione vel taxatione rei alicuius isti artifices adhibentur, qui circa rem æstimandam versantur, & in illa re artificia sua exercent: & hæc quotidie in facti contingentia vsus & experientia docent. 140

Sed in istis, ad quos sic est recurrendum, non sufficit qualisqualis noticia, sed requiritur perfecta scientia: *notaui suprà in d. versi. de medico.* ¶ Sed hîc notandum esse putaui, quòd sentẽtia lata à peritis in arte sua, vt puta, ab obstetricibus vel à medicis circa ventris vel vulneris inspectionem, nunquam transeat in rem iudicatam: adeò quòd si postea appareat dictum peritioris contrarium asserentis, reuocabitur prima sententia: *ita dixit Ioan. Andr. in addi. ad Specula in tit. de homicidio, §. 1. versi. pone quòd A. vulnerauit B. idem firmant Bal. & Raphael, in l. ab hostibus, §. 1. ff. solu. matri. Abbas in c. proposuisti, de proba. bene facit textus in l. si qui adulterium, C. de adulte. vbi absolutoria sententia lata ex præsumptione, potest sine appellatione retractari, ex validiori præsumptione, & subdit Domi. Anto. in d. c. proposuisti, de proba. quòd sententia lata ex consilio doctorum, potest semper sine appellatione retractari: si consilium alterius peritioris in contrarium inueniatur: Hippo. de Marsil. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virginum. 145.* 141

De perditione omniũ vel maioris partis bonorum, quòd inducat iustum metum, *habetur* 142

betur in c. 2. ext. quod metus causa. & contrahit inimicitiam: *notauit Mynsing. in obs. 27. cent. 3. Blan. in rep. l. fi. ff. de quæst. secundùm alios notaui supr. in lit. D. versi. de defensionibus.*

De Perfectis & imperfectis.

143 PErfectum propriè dicitur id, quod habet causam Efficientem Formalem, Materialem, & Finalem: *declarat Decian. in consil. 64. vol. 3. nu. 12. & in sequentibus.* ¶ Nota: superueniens defectus perfecta non impedit: sed imperfecta corruunt, & reliqua perfici non possunt. ¶ Sic inhibitio non operatur in perfectis, sed in imperfectis benè, quò minus perfici possint: *declarat Barto. in l. pluribus, §. fina. ff. de v. oblig. Ioan. Fabr. & Angelus Aret. in §. è contrario, Institu. de leg.* quas regulas dicit esse veras & communes, *Decian. in consi. 18. vol. 3.* qui consulit ibi, quòd professio quidem cœpta, sed non consummata, nō dissoluat matrimonium contractum.

144 Ratione nō confectæ scripturę, super cōtractu aliquo forte conficiendæ, quatenus contractus, ad quorum substantiam scriptura non sit necessaria, (*Si expreßim inter partes hoc agatur, ne aliter valeat contractus, quàm confecto instrumento, in scriptis contrahere voluisse intelliguntur: sin simpliciter inter eos conueniat, vt instrumentū de contractu inito fiat, probationis potius quàm solennitatis causa scripturæ mentionē fecisse videntur: atq; adeò contractus ille perfectus est, maximè quò ad pœnitentiā excludendam.*) dicatur nihilominus perfect⁹, vel maneat imperfectus, *consuluit pulcherrimè Decian. in consil. 64. vol. 3. à principio, vsq; ad n. 39. Ibi in ipso consil. nu. 32.* Decia. docet de triplici contractus perfectione consideranda, quò ad effectum. 1. Quò ad pœnitentiam. 2. Quò ad periculum rei. 3. Quo ad dominij translationem: *n. 19. declarat intellectum l. contractus, C. de fide instrumento. & §. 1. Institu. de emptione & vendi.* intelliguntur, quando expressè actum sit, vt non valeat contractus ante scripturæ confectionem & consummationem super isto. Scriptura enim non est de substantia contractus, sed saltem fit ad faciliorē probationem: nihilominus autem etiam alia probatione probari potest: *Decian. d. consil. 64. num. 6. & in alijs.*

145 Nota: coniunctio manuum est euidens signum perfecti consensus, & perfectæ pactionis: *text. est notabilis in c. 1. in fine, extra de sponsa. duorum. Aretinus consi. 13.* Et quòd coniunctio palmarum sit actus perfectæ conuentionis & concordiæ in pactis, *est gloss. notabilis in l. 1. in versi. pactum, in fine, ff. de pactis, vbi Bal. in lectura antiqua, & Angelus: ibi dicunt:* quòd per coniunctionem palmarum probatur remissio iniuriarum & concordia animorum: *Alex. in d. l. 1. n. 4. Ruynus consi. 12. num. 12. in f. & tandem in isto consi. Decian. 64. vol. 3. vide,* de quolibet contractu, super quo conuentum est de futuro fieri instrumentum vel scripturam: quòd ante & post instrumenti confectionē de contractu, quantum ad perfectionem, sit iudicandū. ¶ Quatenus instrumentum dicatur perfectum, & quæ requirantur ad illud: sed imperfecto quòd non habeatur fides, *consuluit Menoch. in consi. 48. volum. 1.*

De Periuro & Periurio.

PEriurium quid sit, & periurus quomodo puniatur, *notauit Bonifacius de maleficijs sub Rubrica de pœna blasphemantium Deum & sanctos, & de periurio.* ¶ Effectus autem periurij sunt: primò Deum vltorem & vindicem contra se excitat: *faciunt nota. ad Art. 6. lib. 1. LandRecht. Vbi tenetur, quòd periurus Deum habeat vltorem. Efficitur infamis: secundùm gloss. in c. peruenit de fideiusso. est tex. in l. si quis maior, ibi gloss. & Dd. C. de transact. gloss. in Art. 2. Weichbildt. Dictum eius non probat: in c. sicut, & in c. testimonium de testibus, Hippol. de Marsil. in practica sua crimina. §. restat num. 14. & 15.* Non potest amplius admitti ad iuramentum, etiam stante statuto, quòd damnum debeat probari per Sacramentum; quia ab illo periuro alia quærenda & exigenda, est probatio: *Hippo. de Marsi. in singula. suo 74. incip. tu habes.* Neque ad cautionem iuratoriam, vel ad aliud quoduis iuramentum admittitur: *idem Hippo. de Marsi. in repet. Rubri. ff. de fideiusso. nu. 167. versi. hanc tamen. Mynsinge. in obseruat. 58. cent. 3. In gloss. 5. Art. 1. lib. 2. LandRecht habetur, quòd quadruplici modo committatur periurium: quorum quale sit peccatum, mortale vel veniale, & punibile vel non, vide ibi, & dicit ista gloss. num. 6. quòd & iste committat periurium, qui aliquem cogit, ad iuramenti falsi præstationem, imò plus delinquit quàm homicida: quia animam occidit: c. ille qui 22. q. 5.* 146

De iudicis autem delatione iuramenti, vel coactione ad illud, distinguit *hæc glossa in num. 7.* Et quòd periurus perpetuò sit infamis, allegirt Ehrloß/ *facit gloss. 4. Art. 84. lib. 3. LandRecht,* quòdque hæc sit sua pœna, declaratur *in additio. 1. ad tex. latin. Artic. 11. lib. 2. LandRecht.* In foro pœnitentiali imponitur pœnitentia septem annorum: *6. q. 1. c. quicunq; & 22. q. 1. c. prædicandum.* Von Straffe derselben/ so einen gelehrten Eydt vor Richter vnd Gericht meineydig schweren: vnd von straff der/ so geschworen Vhrphede brechen/ *habetur in Constitut. crimi. Caroli V. Arti. 106. & 107. & Articul. 176.* 147

De iure Canonico quòd periurus pœniteat, & qualem agat pœnitentiam: pœnitere autē nolens fidelium consortio quòd careat, vt nullus cum eo comedat, neque 148

bibat, neq; in domo sua eum quis recipiat, *habetur in c. prædicandum 22. q. 1.* Pœna tamen periurij nunquam habet locum, nisi quando frangatur promissio, iurata expresso verbo IVRO, *Geyl. in obseruа. 59. num. 6. lib. 2.* Quid sit periurium, quàm sit graue delictū, puniendum, & qualiter, *Decian. in consi. 48. vol. 3. num. 30. & in alijs.*

149 Periurus non potest agere, nec stare in iudicio, etiam sub spe enormissimæ læsionis, non petita prius absolutione: *Caualc. dec. 9. circa iud.* nec potest absolui nisi à Papa: *ibid.* ¶ Periurium est maius delictum homicidio: *Seraph. priu. 137. num. 6. ibid. contrar.* ¶ Periurium per partem remitti non potest: *Ioseph. Lud. concl. 19.*

De Permutatione.

150 PErmutationis cōtract⁹ quis sit, (*Cùm species pro specie datur,*) qualiter cognoscatur & probetur, (*Ex verbis contrahentium, ex eorum intentione, & si de vtroq; nihil constet, videndū, an specie & pecunia simul pro alia specie datis, exuperet valor speciei datæ, & erit permutatio, an pecunia, & erit emptio,*) & de probanda simulatione in illo, (*Si dans fundum remanet in possessione, vel statim recuperat, simulatio intercessisse videtur, quæ tamen aliàs non præsumitur.*) Item quid differat à venditione, & an comprehendatur sub statuto disponente de venditione, (*Non comprehenditur,*) *consuluit Decia. in consi. 23. volum. 2. per totum.* Et an veniat seu comprehēdatur sub nomine Alienationis, (*In fauorabilibus venit, in odiosis non venit,*) & multa alia bona de hac permutationis materia, *vide per Decian. in consi. 55. vol. 3. num. 53. & in sequent. ibi nu. 76.* Nota: res datæ in permutationē, recipiunt naturam rei, pro qua permutatæ sunt.

151 Viuius *decis. 325. lib. 2.* Permutata res facit sortiri naturam rei, cum qua permutata est: item quòd indefinitè circa rem disponitur, transit dispositio ad rem permutatam: *Seb. Med. reg. 2. illat. 90. fol. 69.* ¶ De permutatione spiritualium cum temporalibus, *Afflict. dec. 17.*

De Pœnitentia.

152 POenitentia in delictis, antequam sint commissa: prodest ad hoc, quòd pœna ordinaria delicti non habeat locum, nisi in certis casibus: *sed vide notata supr. in lit. A. versic. de affectib. sine effectu.* ¶ Post delicti consummationem non potest sic pœnitere, quò minus pœna imponatur: *gloss. Art. 13. lib. 2. LandRecht.* ¶ In iudicijs ciuilibus possum pœnitere, vel desistere, ante litis contestationem: *notaui supr. in lit. L. versi. de Litis contesta. & ibidem, quòd in foro Saxonico vsq; ad guarandam, supr. in lit. M. versi. de mutatione, inst. in lit. L. vers. de libello.*

In contractibus potest quis pœnitere, in casu quando contractus non est consummatus & perfectus: *Institut. de emptio. & vendi. in prin.* secus tamen in contractibus matrimonialibus: quia ibi sic non licet pœnitere, postquam verba quis saltem emiserit apta ad contrahendum matrimonium: *notaui supr. in litera M. versi. de matrimonio, & habetur in l. nuptias, ff. de reg. iuris.* ¶ In vltima voluntate, ambulatoria est hominis voluntas vsque ad supremum vitæ exitum: *l. 4. ff. de adimen. lega.* De pœnitentibus in foro pœnitentiali, *vide titulum ext. de pœnitentijs & remissionibus, & Specul. eo. tit.* ¶ Per pœnitentiam fit satisfactio DEO, & Ecclesiæ: sed per pœnam legitima fit satisfactio Reipub. quæ per delictum fuit offensa. Igitur si quis est absolutus in foro pœnitentiæ de aliquo delicto: adhuc tamen potest accusari & puniri de illo crimine: *Maranta. par. 6. nu. 87. per l. hortatio, §. quod illicitè, ff. de pub. iud. & l. ancillæ, C. de furt. l. si pro fure, §. fin. de cond. furt.* 153

De Pertinentijs.

PErtinentiæ alicuius fundi vel castri qualiter, præsertim in antiquis, sint probandæ, *consuluit Decian. in consi. 77. volu. 3. vbi vide bona, qualiter probatio de auditu in antiquis sufficiat. Geyl. obs. 62. lib. 2. Herm. vult. de feud. cap. 5. n. 4. & 5. latè & elegantissimè.* 154

Pertinentias sola voluntate & destinatione patrisfamilias constitui, *Geyl. lib. 1. de pace pub. c. 6. n. 29.* ¶ Pertinentiarum nomine quæ veniant, *Carol. Tapia in l. fin. de const. princip. p. 1. c. 2. numer. 9. cum multis seqq.* Et 1. omnia, quæ lege, statuto vel consuetudine rei adhærent, *n. 7.* hinc fructus, instrumenta, mancipia & pecora continentur, *num. 8.* Item flumina, *nu. 9.* palatia deputata ad administrandā iustitiam, *n. 10.* nemora, piscationes, venationes, & aucupationes, *nu. 11.* pascua & montes, *n. 12.* loca sterilia, *nu. 13.* ius commissi, cùm sit de fructibus feudi & vtilis dominij, *n. 14.* munitiones castri, *n. 15.* fructus extantes & pendentes, *nu. 16.* Item instrumenta, nomina debitorum, obligationes debitæ occasione Castri, reditus antiqui nondum soluti concedenti, *n. 17.* census & prouentus, *nu. 18.* lictores, *nu. 19.* jus patronatus concedenti competens, *nu. 20.* item si concedens, ante concessionē, rem aliquam castri cum pacto redimendi alienasset: nam & hoc ius sub pertinentijs continetur: sed an bona particularia, quæ quis vt priuatus possidebat in castro, *num. 22. & 23. & seqq.* 155

Item bona, quæ eod. iure possidentur in Castro, vt sub feuda ad pertinentias referantur, *n. 23. & 25.* item bona burgensatica concessa in feudum, & deinde reuersa, *n. 26.* 156

Iurisdictio,

Iurisdictio, merum & mixtum imperium, *n. 27.* lim. hoc ibid. 9. modis, & 4. *vt n. 43.* non verò ius regale, *n. 33.* sed bene regalia solita concedi, *n. 37.* item bona cum castro iuncta, *n. 23* item si castrum concessum cum iurisdictione, venit merum & mixtum imperium, *n. 41.* Et quando ad pertinentias venit merum imperium, tum huic accedunt appellationes, *n. 47.* item confiscationes bonorum, pœnæ, mulctæ, reditus causarũ ciuilium & crim. cùm sint fructus iurisdictionis, *n. 48.* bona morientium absq; hærede, *n. 49.* potestas cognoscendi de ponderibus & mensuris, *n. 50.* potestas condendi statuta, *n. 51.* item ferendi sententiam fori iudicationis, *n. 52.* Non tamẽ potestas concedendi facultatẽ, vt corpora suspensorum tollantur à furcis, *n. 53.* nec facultas remittendi & indulgendi crimina, *n. 54.* nec imponendi noua vectigalia, *n. 55.* nec facultas restaurandi instantiam peremptam, *n. 56.* nec priuilegia quæ concedens habet in castro, *n. 58.* nec merè regalia quæ per priuatũ non possunt possideri, facultas etiã tabelliones & magistratus creandi, & cudendi monetam, *num. 59.*

De Peste.

157 CVm aër communis sit, nemini permittitur, in priuato vel publico loco quid habere, vel in priuatũ vel publicum locum quid immittere, per quod aër infici vel corrumpi possit: *l. 2. §. idem ait, si odore, & ib. gl. ff. ne quid in loco publ. l. ædiles, ff. de via publ. l. pen. §. pen. iuncta gl. ff. quòd vi aut clàm. Cepoll. in tr. de seru. vrban. præd. c. 48. n. 3. c. 65. n. 5. c. 68. n. 28. c. 278. n. 3. & in tr. de seru. rustic. præd. c. 43. Car. Par. consi. 110. lib. 4. fac. tex. l. 1. §. 1. ff de extraord. crim. l. cum supr. & ibi Bar. C. de re milit. lib. 13.* Quam ob causam & Prætor edictũ fecit, de cloacis purgandis & reficiendis: *l. 1. in fi. & §. 1. ff. de cloacis.* Et legib. cautũ est, vt homines contagioso morbo laborantes, ne ipsi aërem inficiant: & vrbibus expelli, & à cœtu hominũ separari possint: *Geyl. de cun. Bal. & And. Barb. l. nullus, arg. ill. text. C. de sum. trin. & fid. cathol. Cad. Rom. Alex. & Ias. l. casus, arg. ill. tex. C. de testa. Dec. consi. 651. n. 5. Card. Paris. consi. 33. n. 12. lib. 2. fac. tex. c. eijciens, dist. 88.* Hinc & incolæ alicuius loci optimo iure prohibere possunt, ne quis in isto loco talẽ artem, vel tale artificium exerceat, ex cuius exercitio aëris corruptio vel infectio sequi possit: *Car. Paris. consi. 110. lib. 4.* Et magistratibus permittitur, domũ priuati peste infectam, cum omnibus reb. quæ in illa domo sunt, comburere: *Dec. consi. 651. arg. si alius, §. est & alia, ff. quod vi aut clàm.*

158 Quamuis priuato, absq; iussu siue autoritate magistratus, domũ alienam peste infectam incendere atq; comburere nõ permittatur: *arg. l. ossa, in pr. ff. de relig. & sumt. funer.* & si ipse contra fecerit, parti læsæ omne damnum resarcire cogatur: *Dec. consi. 651.* Similiter propter vitandam contagionẽ, atque etiam corruptionẽ aëris, prohibitum est, vti pascuis, cum pecoribus morbidis siue pestiferis: *Cæpoll. in tr. de seru. rust. præd. c. 9. n. 20. arg. c. sed illud, dist. 45. c. reseruanda 24. q. 3.* Præterea & famulo permittitur, à Domino suo peste lepra vel alio contagioso morbo laborante, recedere: & Officiali siue Capitaneo, conducto ad regimen vel custodiam castri aut ciuitatis, propter pestem, in isto loco vel ciuitate grassantem, recedere licet. Et si vel famulus, vel capitaneus, vel officialis propter hanc causam ante tempus conductionis finitũ recesserit, ipsi nihilominus integrum salarium soluendum est: *Corn. consi. 5. lib. 4. arg. l. qui operas, ff. de locat. & conduct. Bar. & Dd. l. dicto puncto, ff. de off. assess. Bar. l. si vno, §. iterum quidam, ff. de locat. & conduct. Barto. l. 1. §. diuus, ff. de varijs & extraordinarijs cog.*

Eodem modo si is, qui ædes vel habitationem conduxit, propter pestem isto loco grassantem ante tempus conductionis finitum recesserit: ipse mercedem non integrè, sed tantũ pro rata illius temporis, quo ipse illas ædes, siue illam habitationem incoluit, soluere cogitur: *Abb. c. propter sterilitatem, n. 8. arg. ill. tex. ext. de loc. & conduct. Raph. Cummo. l. verum pia, §. si quis ab alio, ff. ad SC. Treb. Alex. in addit. ad Bar. l. si vero, §. iterum quidam, ff. de locat. & conduct. facit tex. l. habitatores, §. si. ff eod. tit.* 159

Deinde annotandum est, quòd propter salubritatem aëris conseruandam, & corruptionem aëris vitandam: & operis noui inficiationem spernere, & regulas iuris communis transgredi liceat: *l. de pupillo, §. si quis viuos, & ib. Dd. ff. de op. nou. nunciat.* Porrò licèt illi, qui contagioso morbo infecti sunt, optimo iure & à cœtu hominum segregentur: *c. cum dicat, & ib. Abb. ext. de ædib. ædifi. c. 1. & ib. gl. & Abb. ext. de coniug. lepros. c. hoc ipsum, 33. q. 2. gl. c. 1. vers. expellant, de vsuris, l. 6. Cepoll. in tr. de seru. rust. præd. c. 9* & ab omnib. euitentur: *Car. Par. consi. 33. n. 2. vers. 2. Cou. consi. 5. lib. 4.* vsq; adeò, vt aliqui ex Dd. nostris tradiderint, leprosos non esse sepeliendos in illo loco, in quo alij homines sepeliuntur: *Abb. c. seruus, n. 6. arg. ill. tex. de Eccles. Abb. cum dicat, arg. ill. tex. de Eccles. ædifi.* Coniunx tamẽ coniugem contagioso morbo laborantem à se expellere, separare, vel propter hanc causam separationẽ thori petere nõ potest: *c. quemadmod. ext. de iureiurando. c. 1. & 2. extr. de coniug. lepros. l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matr.* Quamuis sponsalibus de futuro 160

propter lepram, vel alium contagiosum vel incurabilem morbum interuenientem, renunciari possit: *d. c. quemadmodum, c. si ext. de coniug. lepros.*

161 Et cum is, qui est in illo loco, in quo pestis viget, in periculo mortis esse dicatur *Corn. consi. 131. n. 5. lib. 4.* & is locus, qui peste vel aliàs infectus est, tutus esse non censeatur: *Card. Par. consi. 33. nu. 13. lib. 2.* receptum est, citatum ad locum peste infectum, minimè comparere cogi: *Bart. & Alex. l. recusare §. si quis ab alio ff. ad SC. Trebell. Abb. c. cum dilecti, n. 16. & ib. Fel. n. 8. ext. de præscrip. Alex. l. 2. § si quis in iudicio, n. 2. ff. si quis cautio. Fel. c. accedens, & 2. nu. 11. arg. ill. tex. ext. vt lit. non contest. Ias. lib. 2. §. quod diximus, n. 12. ff. si quis cautio. Nicol. Boe. dec. 228. in arg. l. 2. §. pen. ff si quis cautio. l. sed sciendum, ff. ad SC. Trebell. c. ex parte, el. 2. ext. de appel. gl. c. ad supplicationem, ext. de renunciat. gl. Clem. ne in agro, §. si. vers. rationabilem, de statu Monach. gl. c. communis filius, dist. 22.* Et vasallum non petentem intra annum inuestituram, à domino feudi degente in loco peste infecto, excusare potest, *c. 1. in pr. col. 1. quo tempore miles, Iacob. de S. G. in tr. feud. ver. qui quidem inuestiti, nu. 51. Zas. in tract. feud. 7. par. n. 5.*

162 Nec non & iuramentum, quo quis se obligauit stare, vel manere in loco peste infecto, minimè seruandum est: *gl. 2. c. si vero, & ib. Abb. ext. de iureiur. Ias. c. 2. §. quod diximus, nu. 13. ff. si quis cautio. arg. c. innocens, vers. quisquis ergo 22. q. 4.* Et cum pestis siue aëris infectio bello æquipararetur: *Bar. l. naturaliter, ff. de vsucap. Bal. l. cum notissimum, §. imo, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Abb. c. ex transmissa, n. 7. ext. de præscriptionibus, Alexa. consi. 30. n. 3. lib. 5. Barto. l. 1. ff. de bon. poss. quæ ex test. milit. pet. Ias. l. fi. C. de testa. Fun. Bal. in tract. de præscript. 2. p. 6. part. pr. nu. 5. Nicol. Boer. dec. 228. n. 8.* receptum est tempore pestis, perinde vt tempore belli, præscriptionem non currere: *Bar. d. l. naturaliter, Bald. d. §. vnd. Fel. c. accedens, el. 2. n. 11. vt lite. non contest. Abb. d. c. ex transmissa, n. 7. arg. illius tex. l. Balb. in tr. de præs. 7. p. 6. par. pr. n. 5.* ¶ Et sicut colono, inquilino, *l. si fundus, §. fi. cum l. seq. ff. de locat. & conduct. Bar. l. cum plures, in pr. ff. eod. tit. Bar. l. quo ferro, §. quos maximos, ff. de publication. Bart. in q. 5. incip. Publicanus.* & emphyteutæ fit remissio mercedis, siuè canonis debiti eo casu, quando vel colonus vel inquilinus ex re conducta, vel emphyteuta ex re quam in emphyteusin accepit, propter bellum nullos fructus percipere potuit: *Ias. l. 14. n. 81. vsq. ad n. 99. C. de iure emph.* Ita quoque colono, inquilino & emphyteutæ mercedem, pensionem, siue debitum Canonem remittendum esse placuit, eo casu, quando vel colonus aut inquilinus ex re conducta, vel emphyteuta ex re, quam ipse in emphyteusin acceperit, propter pestem siue infectionem aëris, nullos fructus perciperre potuit: *Cor. consil. 128. lib. 2.*

Eodem modo sicut testamentum, in castris tempore belli conditum, non adhibito legitimo numero testium, valet: *l. 1. l. Lucius, & l. sic, ff. de testam. milit. l. 1. ff. de bon. poss. quæ ex testam. milit. per. l. milites, C. de testa.* ita quoque & testamentum conditū in illo loco, in quo pestis viget, ratum est; licet in illo testamento legitimus & solennis numerus testium non interuenerit: *Bal. Sal. & Iaso. fin. C. de testam. Hippo. de Marsi. l. 1. §. præterea, nu. 88. ff. de quæstio. Dec. consi. 284. Nicol. Boer. qui pro hac sententia multos alios citat, dec. 228.* ¶ Et licet in hoc contrarium teneat Alex. *consi. 70. & consi. 177. lib. 2. M. de Aff. decis. Neap. 25. cum simil. alleg. per Nicol. Boër. decis. 228.* Tamen præcedens opinio mihi plus placet, & vsque adeò vera est, vt testamentū conditum non adhibito legitimo testium numero, in illo loco, in quo pestis viget, nō fiat irritum, licet testator diu superuixerit, posteaquam pestis in eo loco cessauit: *Corne. consi. 53. lib. 4. Fr. Ripa. in tract. de peste. Nicol. Boër. dec. 228. n. 12.* ¶ Præterera cum illud quod per se illicitū est, necessitas faciat licitum: *c. quod non est licitum, ext. de R. I. §. propter impossibilitatem, Hip. de Marsi. d. §. præterea, n. 92.* 163

Item & propter periculum imminens à regulis iuris communis recedatur: *l. de pupillo, §. si quis viuos, & ibid. Iaso ff. de oper. nou. nunciat.* iure receptum est, & pestem siue aëris infectionē illud licitum facere, quod alioquin illicitum est, & propter pestem regulas iuris communis transgredi permissum est: *Dec. consi. 285. nu. 2.* ¶ Ideóque licet matres non petentes filijs eius impuberibus curatores, puniantur: *l. Matres, & l. omnem, C. ad SC. Tertull. l. sciant, C de legit. hær.* 164

Matrem tamen, quia propter pestem filijs impuberibus tutorem non petijt, excusari traditum est: *Andr. Barbat. consi. 287. lib. 4. Barbat. c. causam matrimonij, col. 1. ext. de probat. Hippo. de Marsi. lib. 1. §. præterea, num. 89. ff. de quæst. Nicol. Boër. dec. 123. n. 21.* ¶ Et licet testamentū non valeat eo casu, quando testes in testamento adhibiti nō fuerunt in conspectu testatoris, tempore testamenti conditi: *l. si non special. C. de testa.* Testamentum tamen tempore pestis conditum valere, licet testes in eo testamento adhibiti tempore testamenti conditi non fuerunt in conspectu testatoris, de iure respondit *Car. Par. consi. 33. lib. 2.* ¶ Similiter statutū quo cauetur, testamentū nō aliter valere, nisi illud à Notario matriculato conscriptū fuit, non extenditur ad testamentū tēpore pestis cōditū, si tēpore testamen. conditi in illo loco 165

nullus

nullus Notarius matriculatus reperiebatur: *Ang. l. si vacantia, C. de bon. vacantib. lib. 10. Alex. l. fi. & ibid. Ias. nu. 4. C. de testam. Dec. consi. 285. Hippol. de Marsil. l. 1. §. praeterea, num. 89. ff. de quaestio.*

166 Eodem modo & statutum requirens, vt in testamento mulierum, interueniat praesentia duorum agnatorum: non extenditur ad testamentum tempore pestis conditum ab illa muliere, quae propter pestem agnatorum copiam habere non potuit: *Cor. consi. 139. lib. 4.* Huc accedit, quòd statuto disponente, vt nullus contractus virorũ vel mulierum valeat, nisi interueniant duo notarij rogati & subscripti: contractus à muliere & minore, adhibito tamen vno Notario tẽpore pestis initus, valeat eo casu, quo propter pestẽ in isto loco tempore contractus initi vnus tantùm Notarius reperiebatur: *Ang. §. quod autem, arg. ill. tex. Auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. Ias. l. fi. n. 8. C. de testam. Hip. de Marsi. d. §. praeterea n. 89.* His adde, tempore pestis à Iudaeo medicinã accipere permissum esse: *Soc. & Fel. c. 1. ext. de Iudaeis, Hip. de Marsi. d. §. praeterea, n. 88. arg. c. temporis qualitas 7. q. 1.* quod tamen alioquin prohibitũ est: *c. Nullius quaest. 1.*

167 Porrò licet aliqui ex Dd. tradant, etsi propter Pestem & solennitates legitimae interdum remittantur, & propter pestem regulas iuris communis transgredi permissum sit: propter Suspicionem tamen pestis neq; solennitates legitimas remitti, neq; regulas iuris communis transgredi licet: *Corn. consi. 172. nu. 9. lib. 3.* cùm tamen timor siue suspicio periculi, periculo praesenti aequipraretur, atq; dispositum de periculo praesenti, ad timorem siue suspicionem periculi extendatur: *l. continet, §. fi. ff. quod met. causa. l. metus, ff. ex quib. causis maior, l. nouissimae, ff. quod fals. tut. aut. l. 3. §. qui armati, ff. de vi. & vi armat. l. Paedius, in pr. ff. de incend. ruina & naufrag. l. 2. & ibi Iaso. & Dec. c. de transact.* Ego verissimum iudico, quòd suspicio siue timor pestis idẽ impedimentũ, quod pestis ipsa, praestat: & propter timorem, siue suspicionẽ pestis, perinde vt propter pestem ipsam, & solennitates legitimas remitti, & à regulis iuris communis recedere licitum esse: *l. illud, in pr. ff. ad l. Aquil. l. à Titio, in pr. ff. de v. o.*

168 Praetereà annotandum est, quòd lis de rebus breuissimo tempore corruptibilibus debeat expediri adeò celeriter, vt euitetur rei corruptio: *Barto. l. vnica, C. de gland. leg. Fel. c. fin. num. 16. ext. de iudic.* ¶ Deinde sciendum est, quòd illi, qui peste laboranti aliqua seruitia exhibent, illius singulares amici dicantur: quodque haec seruitia magnifacienda, atque facienti necessariò remuneranda sint: *Andr. Barbat. consil. 54. lib. 2. Nicol. Boër. decis. 228. num. 12. arg. l. si pater, §. si quis aliquem, ff. de donat.* Ideoque ego haec seruitia praestita omnes illos effectus producere iudico, quos effectus Antidoralis obligatio producit: *de quibus vid. Iaso. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. Iaso. l. si non sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. Tiraq. repetit. l. si inquam, ver. donatione largitus, C. de reuo. donat.*

Caeterùm quomodo probetur vel pestem vigere in aliquo loco, vel quem peste laborasse, tradit Corn. *consi. 131. num. 3. lib. 4. Car. Paris. consi. 33. num. 11. lib. 2.* ¶ Quintò licèt aër communis sit, nemini tamen permittitur, in priuato vel publico loco talem sonitum vel strepitum facere, per quem vel studia liberalium artium aut facultatum, *l. vnica, §. fin. & ibi gloss. & Bart. C. de stud. lib. vid. Roman. lib. 11.* vel diuina ministeria impediantur: *Alex. & Iaso. l. 1. ff. solut. matr. Felin. c. fin. num. 16. ext. de iudicijs, arg. c. pridem, 18. q. 12.* 169

Ideoque prohibitum est, non tantùm iuxta scholas, siue auditoria publica, *gloss. Barto. & Alex. l. 1. §. fin. arg. ill. tex. C. de stud. lib. vid. Roman. lib. 11. Barto. Bald. Alex. Iaso. & Dd. lib. 1. arg. ill. text. ff. solut. matr. Abb. c. fin. numer. 24. & ib. Felin. numer. 16. ext. de iudic. fac. text. l. 1. in pr. ff. de fluminib. Authen. habita, C. ne filius pro patre, iuncta Authen. res quae, & ib. Iaso. C. omnia, de leg.* sed etiam iuxta aedes priuatas alterius professoris, *arg. l. 2. & ibid. Dd. ff. de iurisdict. omnium iudic. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat. l. 3. §. qui habet, ff. de seru. rustic. praedior. l. illud, ff. de acquir. haered.* vel scholaris: talem artem, siue tale artificium exercere, cuius exercitium, intentionem vel profitentis, vel studentis, vel discentis impedire aut remorari posset: *Barto. Bald. Angel. Iaso. & Dd. l. 1. ff. solu. matr. Barto. l. legatis, §. ornatioribus, arg. ill. text. ff. de leg. 3. Roman. l. 2. ff. solut. matr. fac. text. l. 1. §. fin. C. de stud. lib. vid. Roman. lib. 11. l. abesse, & l. qui mittuntur, ff. ex quibus causis maior Alex. Ias. l. mulier, ff. ad SC. Trebell.* 170

Hanc eandem ob causam legibus sancitum est: vt auditoria tanto interuallo sint distincta, ne discipuli vel magistri sibi inuicem possint obstrepere, ne tum linguarum vel vocum confusio permissa aures quorundam à studio literarum auertat: *l. 1. §. fin. C. de stud. lib. vid. Roman. lib. 11. Abb. c. si ext. de iudicijs* & scholaris, qui vel alta voce legendo, vel alium clamorem, ac strepitum faciendo impedit alium, vicinam habitationem habentem, ne ipse studio intentus esse possit: officio iudicis cogi potest, vt vel desistat, vel recedat: *Specul. in titu. iudicij, §. qualiter* 171

qualiter, verſ. hoc etiam nota. Anton. de Butr. in proœm. decret. Anton. de Butr. c. inter dilectos, extra de fide inſtrumentorum. Alexan. lib. 1. num. 52. ff. ſolut. matrim. Iaſ. l. 1. §. fi. ff. de ferijs arg. l. 1. C. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. 11.

172 Item annotandum eſt, quòd magiſtratus ſiue Iudex ex officio ſuo, *arg. l. 1. §. fin. & ibid. Bart. C. de ſtud. lib. vide Rom. lib. 11.* etiam nemine petente, *arg. eius qui docet Bart. & Alex. lib. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* non tantùm poſſit: ſed etiam teneatur remouere omnem ſonitum ſiue ſtrepitum, per quem vel ſtudia liberalia vel diuina miniſteria impediri poſſent: *arg. lib. congruit, ff. de offic. præſid. §. 1. & §. quoniam, Auth. vt nulli iud. Bart. & Alex. d. §. hoc autem iudicium.*

Et in his cauſsis, quibus agitur de remouendo ſiue prohibendo ſonitum aut ſtrepitum, per quem diuina miniſteria vel ſtudia liberalia impediuntur, etiam diebus feriatis in honorem DEI procedi poteſt: *Hoſt. in ſua ſum. tit. de ferijs, §. fin. verſ. quid ſi magiſter conducit. Specul. tit. de ferijs, §. ſequitur, verſic. ſed quid ſi magiſter conducit ſcholaſt. Bald. l. 1. & ibid. Iaſon num. 45. ff. de ferijs, l. omnes, C. eodem tit.* Et à ſententia in hiſce cauſsis lata pro hoc, vt ſtrepitus ſiue ſonitus, impediens ſtudia vel miniſteria diuina, remoueatur, appellare non permittitur: *Bald. l. vnica, C. de mon. poſſeſſ. appell. fuer. Alex. in addit. ad Bart. lib. 1. §. fin. C. de ſtud. lib. vide Rom. lib. 11. Fel. c. fi. num. 16. extr. de iudic. arg. l. fi. C. de appell. recip.*

173 Præterea licèt ſonitus vel ſtrepitus, impediens vel ſtudia liberalia, vel diuina miniſteria, remoueri & prohiberi debeat: tamen propter ſonitum ſiue ſtrepitum neq; profeſſor à legendo, neque ſacerdos, ſiue concionator à prædicando, ſiue alia diuina miniſteria peragendo deſiſtere debet: *gloſſ. c. cum ſcimus, arg. ill. tex. diſt. 43. Alex. addit. ad Bart. l. 1. §. fin. C. de ſtud. lib. vide Rom. lib. 11. Fel. c. fi. num. 16. extrà de iudicijs, facit tex. c. ſit victor, circa finem, diſt. 43. c. nolite 11. q. 3.*

De Pignoribus & hypothecis, &c.

174 HÆc materia eſt ampliſsima, quare illam notabo ſecundùm ordinem titulorum C. & ff. *& allego §. fina. Inſtitu. quibus mo. re contra. obligat.* ¶ Sed præmittendum eſt; Qualiter conſtituatur hypotheca in bonis immobilibus? De iure Saxonico conſtituitur ſic: Wann die vorpfandung geſchicht / in denen Gerichten / darinne die vnbewegliche Güter gelegen: *Arti. 52. lib. 1. Arti. 30. lib. 2. LandRecht, & ibi gloſſ. finalis. Weichbild, Arti. 20. in gloſſ. part. prin. Arti. 21. & Arti. 34. lib. 1. LandRecht, & ibi in d. Arti. 34. in gloſſ. 1.* quatuor referuntur vtilitates, propter quas in iudicio debeat fieri traditio: quomodo fiat eiuſmodi traditio, præſcribit formam *gloſſ. in princ. d. Artic. 20. Weichbild.* ¶ Mobilium autem pignoratio poteſt fieri in quolibet loco: quia non reſpiciunt ſic territorium atq; immobilia: *gloſſæ & additio. in locis modo citatis.*

De iure ciuili contrahitur hypotheca per pactum vel conuentũ, ſine ſolennitate verborum, vel etiam ſcriptura: *l. contrahitur, ff. de pignoribus.* ¶ Sed per quæ verba conſtituatur hypotheca vel pignus, quæritur? Et reſpondetur, quòd quibuſdam verbis, actibus, vel ex quibuſcunq; conſtet, de neceſsitate hypothecaria cõtrahitur: *Bal. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſint. Item Bald. in l. creditores, in fine, C. de pignor. ibi, debitor qui dat licentiam creditori ſuo, ſi non ſoluerit de vendendo, intelligitur hypoth. Et eſt caſus in l. creditor, §. poſt diuiſionem, ff. qui potiores in pigno. habean. & ibi Bart ſic facto pacto, vt liceat rem vendere, intelligitur res obligata.* 175

De alijs quibuſdam verbis, quæ pignoratitium contractũ demonſtrant, als Eingeſetzt auff wiederlöſung oder wiederlöſen / Zins ledig ſein oder werden ſoll: *vide Hennin. Göden. in conſ. de præſcrip. pigno. nu. 14. 15. 16. & 17.* ¶ Et qualiter conſtituatur hypotheca coram teſtibus, vt præferatur Chirographarijs, & de hypothecatione mobilium, *vide Elect. conſti. Saxo. in Arti. 23. par. 2.* ¶ Qui rem alienam Sciens pignori accepit, is furtũ committit: *l. 36. de condict. indebit. l. 12. in fin. C. de furtis.* ſi verò mihi Neſcienti pignoratur, retinere poſſum rem aduerſus Dominum, quouſq; pecuniã mutuã recepero: *vide l. 2. C. de furtis, & ibi Gothofr.* 176

De pignoribus & hypothecis, *habetur titulus, in C. & ff. vbi iſta materia generaliter tractatur: ſed in ſequen. titulus tranſit I. C. ad ſpeciem, quodlibet in ſe declarando: 1. In tit. C. & ff. in quib. cauſis pignus tacitè contrahitur.* Cogita ſecundùm leges ibi poſitas de eo qui debet tributa & cenſus, de eo qui contrahit cum fiſco, de bonis inuectis. & illatis in domum conductam, & de alijs ſimilibus. Nam iſti habent tacitam hypothecam. De vxore in bonis mariti, *habetur in §. aßiduis, C. qui potio. in pigno. habeantur.*

In C. & ff. quæ res pignori obligari non poſſunt. Titulus eſt in C. ſi aliena res pignori data ſit: ibi notatur de procuratore curatore, tutore, & de alijs: tituli ſunt in C. & ff. qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, quatenus propter tempus, propter hypothecam, propter ſpecialitatem, reſpectu generalitatis, vel propter priuilegium à iure alicui indultum, vnus alteri præferatur: *Vide quæ notaui ſuprà in lit. C. verſ. de credito, & præla. eorum, & in hoc titulo, in C.* 177

vide

vide l. aßiduis, quæ est finalis, quæ facit pro vxore & vidua. titulus est in C. de his, qui in priorum creditorum loco succedunt: C. si antiquior creditor pignus vendiderit & sic quomodo antiquiori creditori succedatur per venditionem, de rei communis oppignoratione: *in l. vnica, C. si communis res pignori data sit.*

178 An & quatenus socio pignori dante res communes, alij socij possint illas res vendicare ab eo, qui illos pignori recepit, *consuluit Decia. in consi. 104, vol. 2. conclusit ibi in casum, quòd non possint vendicare, C. de prætorio pignore.* ¶ Et vt in actionibus etiam debitorum, missio prætorij pignoris procedat: *facit l. à diuo Pio, ff. de re iudi. C. si in causa iudicati pignus captum sit.* ¶ Das man auch nach Sachsenrecht vber gewonte/ gelobte vnd bekandte Schuld/ könne pfanden: vnd wie mit denselben Pfanden zugebahren/ *habetur in text. addi. & gloss. Arti. 70. lib. 1. Landrecht.* concordat ius Sax. cum ciuili, & aliquid addit: welcher gestalt man nach Sächsischen Rechten vor gewette vnd Wergeld/ habita ratione ad bona existentia, qualia sint, pfenden möge / *traditur in gloss. 5. circa medium, Arti. 41. lib. 2. Landrecht.*

179 Et hic nota: faciens se immitti in bona iudicati decreto, acquirit pignus prætorium, & ius hypothecæ: hoc verum, si realitar apprehendisset, & in bona immissus esset, aliàs secus: *Mynsing. in obseru. 28. centu. 1.* ¶ Si pignus pignori datum sit, vult iurisconsultus, quòd non possit pignus obligari alij creditori à primo creditore, vltra summam, quam in re habet: *declarat additio finalis, in vltimis verbis ad latinum tex. Arti. 5. lib. 3. Landrecht,* in iure Saxo. fallit in pignore das vor die Gewette durch den Fronbotten gepfendet ist: dann solches mag er zuhand vorsetzen oder verkeuffen: *tex. est in Arti. 53. lib. 1. LandRecht, C. de partu pignoris & omni causa, & ibi Bal.* sic opera vltra sumptum excedens, extenuat debitum, sicut fructus percepti extenuant: *de quibus notaui suprà in litera F. versi. de fructibus pignoris, C. de remißione pignoris.* ¶ Exemplum nota: *in l. creditricem, hoc titu.* qui reddit Chirographum debitori, Ius pignoris amittit: *Etiam ob Chirographariam pecuniam pignus teneri, C. & ff. de distractione pignor. vel Hypo.* ¶ Quando conuentum est de certo tempore, intra quod pignus debebat redimi, neq; redemtum, creditor priùs domino rei denunciet, illum sic in mora constituat, & tandem licitè illud vendere poterit: *gl. in l. creditor, C. hoc titu. de distractione pigno. declarat addi. latina 1. Arti. 60. lib. 2. Landr. C. tit. debitorem venditionem pigno. impedire non posse, C. si vendito pignore agatur: hic l. 1. & fina.* volunt, quòd in casibus res pignori data vẽdicetur à quolibet possessore: sed ibi discordat Ius Saxon. quia vult, das er niemands darumb ansprechen müge / dann dem ers geliehen hat / so fern ers nur mit willen verliehen hat. ratio est, dann es ist mit seinem willen aus seinem gewehr komen: in re furtiua aliud est dispositum: *vt in Art. 36. lib. 2. Landr. C. de luitione pignoris.*

Soluto debito vel aliter satisfacto, potest creditor actione pignoratitia conueniri: *l. si reddita, & ibi Bal. hoc tit. de Luitio. pign.* ¶ Et quòd Iuri offerendi precium, & redimendi pignus, in terminis meræ facultatis, nullo tempore præscribatur, *vide in consi. de præscrip. pigno. Hennin. Göden.* ¶ Sed ex quibus pactis, clausulis & verbis cognoscatur, contractum pignoratitium non esse factum inter contrahentes, *consuluit quædam Decia. in consi. 35. num. 42. & in sequen.* Abgepfendet / wie vnd zu was zeit es solle gelöset werden / nota. *in tex. & addi. latina, litera F. Arti. 27. lib. 2. Landrecht.* ¶ Si vnus ex pluribus hæredibus creditoris, vel debitoris, partem suam debiti soluerit, vel acceperit: plures hæredes pro re pignorata hæreditaria, in solidum conueniuntur: secus in actione personali: quia ibi actio diuiditur: *l. 1. & 2. hoc titu.* 180

Si vnus ex pluribus, C. si pignoris conuentionem numeratio secuta non fuerit: *C. de Iure dominij impetrando, Bart. in l. verißimam, hoc tit.* dicit: antiqua obseruatione sublata, debitor moneatur, vt certo tempore soluat: quo elapso dominium à principe impetratur, post impetrationem debitor infra bienniũ auditur, & res legitimè æstimatur: Vt si quid vltra habet restituat, & quòd minùs acceperit, consequatur. ¶ De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda, de pacto legis commissoriæ, *notaui aliqua suprà, in hac litera, versi. de pactis, circa finem.* Alia autem pacta honesta, & sine auaritia, valere, *colligitur ex glossis & notatis huius tituli, in ff. est titulus quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.* 181

Sed de Iure communi ad quæ teneatur creditor de pignore? & dic, quòd in conuentionali de dolo, lata, & leui culpa, in pignore autem prætorio solùm de dolo, & lata culpa, tenetur: istam tenuit conclusionem *Decius, in l. contractus, ff. de reg. Iuris, num. 32. & vide ibi Apostillam Caroli Molini, volens, quòd in casu etiam teneatur de leui. Menochius in consi. 118. volum. 2. ibi, quòd etiam teneatur de leuißima ad damnum.* Sed de casu fortuito regulariter non tenetur, nisi illum in se recepisset, vel aliter conuentum fuisset: *d. l. contractus, ff. de reg. Iuris.* Concordat Ius Saxonicum sic dicendo: Sylua oppignorata si cædua est, creditor non potest debitorem prohibere, ne incidat ligna. Si non cædua, secus: *Maranta par. 2. n. 19.* 182

Was man aber dem Manne zu gebrauchen leihet / oder zu pfande vorsetzt / das soll er vnuor- 183

derbet wieder bringen/ dem/ ders jhm liehe/oder versatzte/ oder sol es jhm gelten nach seinem wirden. Stirbt aber ein Pferd oder ein Viehe in der vorsatzung ohne jennes schuld / der es vnter jhm hatte: beweiset er das / vnd darff auch sein Recht darzu thun / das es ohne verwarlosung gestorben sey / er gilt es jhm nicht: er hat aber sein Geld verlohren/ dafür es jhm versetzt stunde/ jhr gelübde stunde denn anders: *est textus in Arti.5.lib.3.LandRecht, concordat tex. Instit. in tit. quibus modis re contrahitur obliga.*

184 Sed ibi ex allegatis textibus nota vnam differentiam: quia Ius Ciuile dicit & permittit creditori, nihilominus casu fortuito re perempta creditum petere: *vt in d. §. fina.* sed de Iure Saxonico summā debiti, in qua obligata erat res, per hoc amittit creditor: *tex. Arti.5.lib.3.LandR.* ¶ Solche disposition des Sachsen Rechts darnach zu sprechen / ist im Churfürstenthumb Sachsen auffgehoben / vnd soll dißfals erkand werden / nach Keyser Rechte: *testan. Constit. Arti. 26. parte 2.* Sed casum fortuitum probet creditor, debitor dolum vel culpam: *gloss. finalis,in d.§.fina.Instit.quib.mo.re contrahi. obliga.*

185 Sed propter moram in non tradendo, etiam tenetur creditor de casu fortuito. *prout notaui sup. in supra lit M. versi. Mora de casibus fortuitis, vide quoq; in litera C. versi. de casibus fortuitis.* Casum vel mortem animalis, quòd per delationem pellis probare quis possit, *habetur in tex. in vltimis verbis, Arti. 10.lib 3. LandRecht.* ¶ Dictum est suprà, quod soluto debito pignus debeat reddi. iam quęritur qua actione consequatur? & dic actione pignoraticia directa: ex qua causa autē ista actio proficiscatur, cui & aduersus quem competat, quid de hæredibus sit, quid persequamur, quando & quandiu competat, Bonæ fidei quòd sit, de adfinibus remedijs, de forma libellandi & excipiendi in ea, *vide Oldendorp. in classib. suis actionum, classe 3. de actio.* pignoratitia directa 12. & de pignoratitia actione contraria, *vide eundem Oldendorp. in d. classe 3. actione 13.* & similiter ibidem inuenies tractatum de actione quasi Seruiana seu Hypothecaria, & de actione Seruiana.

186 De captione pignorum nota: Wie man einen vmb schaden pfende/ wie man einen darzu mit geruffte vnd kummer bringen möge / das er müsse ein Pfand geben / vnd das Pfand lösen mit rechte/ *docet tex. Arti.27.lib. 2. LandRecht.* vnd warumb solche pfandungen geschehen / *habetur in glos. fina. in vltimis verbis, in d. Arti. 27.* ¶ Et captio pignorum est interruptio præscriptionis. *facit constitu. Elect. Saxo. in Arti. 7. parte 2 & ibi, Wohin die pfande zu wenden.* Von straffe vnd was recht vmb denen/so die pfande in ein ander gerichte führen oder wenden/ *præscribit Constitu. Electo. Saxo. Arti. 8. parte 2. (In non subdito pœna est 30. ß. numm. & vt pignora restituat in eum locum, vnde abstulit, cum cautione. In subdito, qui animo transferendæ iurisdictionis id fecit, arbitraria.)* Iuri luendi pignoris, & pacto de retrouendendo præscribi nō potest: *Borch. in tract. de vsur. c. 6. n. 10. & de feud. c. 7. parte 3. n. 6. Curat. in l. pignori, in pr. de vsucap. & in par. C. de præscript. 30. an. Hein. Goden. cons. 109. de præscript. pig. 30. ann. num. 211. ad 313. Gomez. tom. 2. variar. resol. c. 2. n. 28. Zoannet. in tr. de Empt. sub pact. retrouend. n. 28. & seqq. ad n. 30. latè disputat Mynsing. cent. 1. obseru. 16. Geyl. lib. 2. obseru. 18. n. 4. vide infrà de præscript. vers. secus autem.*

Sed pignorandi ius quomodo deducatur in Camera, (*In processu citationis exhibendi sunt articuli, & in ijs deducendum ius pignorationis: aliàs rejiciuntur.*) item pignorationis constitutionem non habere locum, si capti sint proprij homines, (*sed qui iurisdictioni pignorantis subditi sunt.*) *dixit Mynsinger. in obserua. 12. centur. 1.* ¶ Et pignorans, si ius suum non deducet in termino citationis, ei id amplius facere non licere: *not. idem Mynsing. in obseru 83. centu. 2.* ¶ Constitutio Imperialis de pignorationibus, in quibus casibus (*habet locum non tam in ipsis pignoribus, quàm in pretio, quod pro redemptione pignorum datum est. Conceditur illi, cuius subditus ipsi cum alijs communis pignoratus est*) locum habeat, *docuit quædam idem Mynsinge. in obserua. 19. 20. & 21. centu. 3.* de restituenda re pignorata in sua bonitate, vel in eius æstimatione. Et quatuor requisita, vt pignoratio locum habeat, docuit cum alijs eleganter, *Geyl. in obserua. 8. lib. 1 obserua.* sed plenius tractauit in libro suo singulari de pignorationibus: Wie ein abgepfandet Pfand solle mit drey schillingen gelöset/ vnd des schadens abtrag verbüsset werden/ auch das vor jeder noch drey schilling pfennige sollen erkant werden / *statuit Electo. Saxo. in consti sua Arti. 27. parte 2.* 187

Pet. Greg. lib. 3. part. Iur. Can. tit. 9. ¶ De Pignore vide, quę Schneidevv. & Moll. habent, & quæ ibi notaui. Et effectus pignoris plures, vide *in Seb. Med. de reseru. poss. gl. 2 p. 1. n. 240. fol. 495. & seqq.* ¶ Hypothecaria actio à principali separari potest, ideoq; etiam cedi potest: *Seb. Med. d. lo. n. 263. fol 502.* & hinc sublata actione personali durat adhuc hypothecaria: *ibid.* ampl. 1. mod. & lim. 3. mod. ¶ Bona furis damnum passi tacitè sunt obligata, isq; præferendus, cui primò res est subtracta: *Viuius decis. 452. lib. 3.* ¶ Ad pactum legis commissoriæ, *vide Modest. Pist. p. 1. quæst. 98. & quæst. 100.* ¶ De pignoratione iuris Saxon. ratione damni, dati vel ab animali vel homine, *Coler. p. 1. c. 3. n. 67. & seqq.* & quòd interrumpat præscriptionem, *ibid. num. 90.* 188

Credi-

Creditor emens rem sibi hypothecatam, irreuocabiliter fit dominus, & hypotheca extinguitur: non autem quoad euictionem, nec recuperatur euictione: *Capyc. decis. 43.* ibid. an talis ęrator sit tutus ab alijs creditoribus posterioribus.

189 Wie man pfenden soll vmb Schuld / *reformation Keyser Friederichs des dritten zu Franckfurt am Meyen, Anno 1442. fol. mihi 10. vbi forma.*

190 Pignus permanet in bonis debitoris: *l. pignus, C. de pig. act.* Nec habet creditor pignoris possessionem: *l. sciendum, §. creditor, qui satisd. cog.* ¶ Hypotheca & pignus differunt. Pignus in re mobili, Hypotheca in re immobili constituitur: *gl. in l. creditor, C. de pignor. act. §. item Seruiana. Inst. de Act.* ¶ Pignoratitia datur debitori contra creditorem, hypothecaria creditori contra debitorem: *gloss. in verb. æmula, in procem. ff.* ¶ Quando res est pro tanto pretio pignorata, quòd debitor non vult eam habere, præsumitur creditoris: *tex. est, & ibi Bart. not. in l. legata, §. fin. de supell. leg.* tunc enim præsumitur alienata: *secundum Bart. ibi, & in Apost.* ¶ Pulcrum casum, vbi tertius creditor potior est secundo in re pignorata, *vide l. si prior, §. à Titio, qui pot. in pignor. hab.*

191 Debitor oppignorans rem dando creditori, si non addā pretium tali die, pignus meum sit tibi emptū intelligitur iusto pretio: tale pactum valet: *l. si fundus. §. fin. de pignor.* Secus est: Si diceretur, sit tibi emptum pro pecunia debita: quod non valet, quia est pactum l. commissoriæ: *l. 1. & 2. de pignor.* ¶ Fructus, quos percipit creditor ex pignore, debent in sortem computari: *l. 2. C. de pignor.* Nec valet pactum in contrariū, quia vsuram continet: *c. illo vos. c. cum contra, de pign. vide Dec. in l. si quis nec causam, §. fin. Si cert. pet.* ¶ Hypothecaria licèt à principio, sine principali actione esse non possit, tamē durare potest sine ea, si semel fuit: *l. regi, §. si sub conditione, ff. de pignor. l. 2. C. de luit. pignor. Bart. in l. fideiussor obligari, in princ. de fideiuss. Ias. in Rubr. ff. solut. matrim.*

De Philosophis.

192 PHilosophantes verè pecuniā spernunt: *l. in honorarijs, §. Philosophis, de vaca. & excus. mun. l. sed & reprobari, de excus. tut. l. professio, C. de mu. patr. lib. 10. l. 1. §. an & Philosophi. de varijs cogn.* ¶ Philosophi non curant, nec de prosperis, nec aduersis: *l. reddatur, in fin. & ibi gl. C. de profess. & med. lib. 10.* ¶ Philosophi non sunt in numero professorum: *d. l. 1. §. an & Philosophi.* ¶ Rari sunt, qui philosophantur: *d. l. sed & reprobari, de excus. tut.*

De Plebe & Populo.

193 PLebs odio, clamore, prece mouetur: *c. si ergo 8. q. 1.* ¶ Populus de facili decipitur, & eius opinioni non facilè standum: *c. ocius, de Elect. Abb. in c. fin. de test. in 2. notab.* ¶ Populus nemini subiectus, est princeps in sua ciuitate: *Bart. in l. in muris, ne quid in loco publ. & in l. 1. §. de qua re, de Postul. & in l. hostes de capt. & in verb. ciuitas.* ¶ Vnusquisqꝫ populus in suo sensu abundat: *c. vtinam, 76. dist.* ¶ Populum quot homines faciant, *vide Bart. in l. prætor, in princ. vi bon. rapt. Bart. in l. pen. quòd cuiusq. vni. nō. idem in gente, l. omnes populi, de Iust. & iur.*

Possum & Potentia.

POsse non videmur, quæ honestè nō possumus: *l. filius, & l. conditiones de cond. inst. l. nepos proculo, de V. S. l. 1. §. fin. ff. quòd cuiusq. vni. l. quotiens, qui satisd. cog. l. vt gradatim, de mun. & honor.* ¶ Posse dicitur, qui per alium potest: *tex. cum gl. in l. continuus, §. si ab eo, de V. obl. Bart. in l. si vnus, §. seruus, de Iniur. vide in verb. face.* ¶ Potentia ad actū de facili reducibilis, habetur pro actu *c. Pisanis, & quod ibi not. de Rescr. Abb. in cons. 85.* ¶ *Potest* verbū, est necessitatis: *Alex. in l. 1. de iurisd. om. iud.* & ponitur pro debet: de vtroqꝫ verbo vide latè Bart. *in l. creditores, in 1. col. C. de Pignor. & suprà in verb. dictio.* ¶ Quod per me nō possum, per alium possum: *gl. in l. si is qui, vbi pulcra Apostilla, ff. de liber. leg. vide de hac reg. Cle. 1. §. 1. & ibi Cardinalem in princ. de Regul. & Cle. fin. de Censib. & 46. dist. c. sicut non suo, & in reg. quòd alicui, vbi Dyn, de Reg. iur. lib. 6.* ¶ Quod quis per se non potest, non potest per alium: *l. fugit. ff. de solut.* 194

Potentia quod conuenit & habitu, non actu impropriè dicitur competere: *gl. in l. fin. C. de hæred. vend. not. in l. emptor, §. Lucius. de Pact. Alex. cons. 46. col. 2. vol. 1. Bal. Sal. in l. 1. C. de alien. iud. Bart. in l. empt. §. ancilla, de re. vend.* ¶ Et tunc propriè dicitur cōpetere, quando reducitur ad actū, Goz. *in l. 1. de iurisd. om. iud.* ita arguit, quòd iurisdictio in habitu propriè nō sit iurisdictio: *item in l. omnes populi in 6. q. pr. de iust. & iur. Lect. 26.* ¶ Non posse & nolle interdū æquiparantur: *l. 1. §. vsus. ff. de Proc.* Sic in materia substitutionis, nolle esse hæredem, & nō posse: *Zas. post Bart. in tr. substitut. in 1. effect. vulg. substitutionis.* ¶ Possibili posito inesse, nullum sequitur impossibile, & sufficit aliquid esse possibile potentialiter, licèt non sit possibile præsentialiter: *ita Bald. in l. filius à patre, §. fin. ff. de lib. & posthum. & Bald. in l. Gallus, §. quidam rectè, eod. tit. mihi nu. 2.* 195

De pijs causis.

DIcitur relictum ad pias causas, quòd pro anima relinquitur: vt dicit Bar. *in l. si quis Titio, ff. de lega. 2. per glossam ibi positam, & vide glossam & Bald. in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles.* 196

197 Dos quòd sit causa pia, *textus est in l. cum is, ff. de condic. indebiti.* Sed piæ causæ priuilegia *extant multa, quorum cumulauit, num. 62. Socinus in regulis fallentiarum, regula 382. fol. 672. col. 2.* & aliquos piæ causæ fauores, *notauit Decianus in consi. 103. vol. 2. num. 21. & in sequen.* ¶ Quibus contemplationibus & respectibus legatum dicatur pium, *consuluit Decia. in consi. 1. vol 3. num. 48. & in multis sequentibus, & ibi multa notauit, qualiter dispositio fauore piæ causæ sustineatur, quæ sint piæ causæ, quid in iudicando faciendum.*

De Possessione & Remedijs possessorijs.

198 Mota controuersia proprietatis & possessionis, an prius de possessione, quã de proprietate cognoscendum sit, *vide Cuiac. lib. 5. obseru. 15. & tract. ibi allegat.* ¶ Possessio alia est naturalis, alia est ciuilis. Naturalis est, quæ corpore, Ciuilis, quæ oculis, inspectione vel animi destinatione apprehenditur. *glos. in §. 1. & est textus, in §. penult. l. 1. ff. de acqui. possessio.* ¶ Sed quia magna versatur vtilitas in possessione; *prout notatur in §. commodum, Insti. de interdict.* & ne de possessione contendentes veniant ad rixas & arma, introduxit & ordinauit Iurisconsultus tria remedia possessoria, 1. Retinendæ, 2. Recuperandæ, 3. Adipiscendæ. Et data sunt pro rebus corporalibus mobilibus & immobilibus, & pro rebus incorporalibus iuribus & actionibus. ¶ Primò ergo capiam possessorium retinendæ. Et dantur pro illo 9. remedia. 1. Ex interdicto: Ne vis fiat, ei qui in possessionem missus est. Datur illi, qui à prætore vel iudice competente in possessionem, vel quasi rei alicuius missus est: *l. 1. ff hoc tit. ne vis fiat ei.*

199 Sed cui & ex qua causa, misso in possessionem detur hoc remedium, *quærit & declarat Menoch. in suo comment. de retinenda possessione, in hoc primo remedio, à num. 6. vsq. ad num. 59. per 8. quæstiones & responsiones*: contra quẽ detur, *à num. 50. vsq. ad num. 79. & nu. 86.* docet, à quo hic missus in possessione, in illa tuendus sit. ¶ 2. Remedium ex interdicto vtrobi, quod competit pro retinenda possessione rerum mobiliũ, *ff. vtrobi.* ¶ 3. Ex interdicto vti possidetis datur, si de fundi, ędiũ vel alterius rei immobilis possessione contenditur: *tit. ff. vti possidetis. Verba l. 1. in prin. sunt:* ait prætor, vti eas ædes, de quibus agitur nec vi, nec clàm, nec precariò alter ab altero possidetis: quò minùs ita possideatis, vim fieri veto. Excludit vim & omnem iniuriam: non autem iudicialem interpellationem: quia pro Iure suo consequendo quis adeat iudicem competentem, & de Iure suo agat. *tex. est in tit. in prin. de pace tenen. & eius violato. in vsib. feudo.* *facit in argu. l. si quis in tantam, C. vnde vi, & l. extat, ff. quod metus causa.*

4. Remedium procedit ex interdicto: de superficiebus, datur illi, qui turbatur in possessione superficiei, in alieno solo: *ff. de superficieb.* Cum autem interdicto vti possidetis, prouisum non videretur illi, qui in sua possessione vel quasi rerum incorporalium, vt itineris & actus, aquæ quotidianæ & æstiuæ perturbaretur & molestia afficeretur: inuenit prætor ¶ 5. Remedium de Itinere actuq; priuato, *tit. ff.* ¶ 6. De aqua quotidiana & æstiua: & cùm aquæ aliquando ducantur è riuis, aliquando è fonte, adiecit: ¶ 7. Remediũ de Riuis, ff. ¶ 8. De fonte, ff. His remedijs additur nonum remedium, scilicet, ex iudicis officio. 200

De omnibus & singulis istis nouem remedijs retinendæ possessionis, eruditè quęrit, respondet, examinat, docet, & concludit *Do. Menoch. in d. comment. de retinenda possessione.* 201
¶ Sed vt possit experiri in hoc possessorio, regulariter requiruntur duo, vt Actor probet possessionem, & possessionis turbationem: *de possessione habetur, in §. retinendæ, Instit. de interdict. & per scribentes, in c. licèt causam, de proba. Menoch. in d. comm. in 3. remedio, quæst. 73. nu. 588.* ¶ Sed qualiter, quomodo, & per quos actus probetur possessio rerum corporalium, immobilium, & mobilium, possessio vel quasi incorporalium, *docuit d. Menochius in dicto loc. in 3. remedi, in quæstione 42. & à num. 56. vsq. ad num. 587.*

202 De possessione rerum corporaliũ, *notauit aliqua Baldus in l. siue possidetis, C. de proba.* De possessione, vel quasi incorporalium, veluti Iurisdictionis, filiationis, maternitatis, paternitatis, clericatus, vel alterius Iuris: quomodo probetur, quem esse in tali possessione vel quasi, vel in quibus casibus releuetur ab isto onere probandi, *vide Baldum in l. non ignorat, C. de his qui accus. non pos.* & ibi, pro qua possessione vel quasi præsumatur: *idem Bal. in l. licèt possessio, C. de acquire. possessio.* De quasi possessione Iurisdictionis, *notaui sup. in litera I. versi. de iurisdict. ibi notata sunt bona.*

De turbatione, & sic de secundo extremo huius remedij, *habetur in glos. l. si duo, §. 2. ff. vti possidе.* & ibidem, quòd illam actor probare tenetur: *simile in c. licèt causam, de proba. scripsit in ista materia elegans consili. Alexan. de Imo. 88. volum. 5.* 203

Sed possessionis, vel quasi, turbatio, quot modis possit considerari: & quis dicatur turbari, & turbare, *inuenies apud Menochium, in d. comment. de reti. posses. remedio 3. à nu. 467. vsque ad numero 505. Hunc Menochium si quis examinauerit, inueniet illam materiam benè tractatam. VVesenbecius aliqua in consilio 33. parte 1. docuit*, turbatio vt puniatur, quæ 204

requi-

requirantur, quis deturbare & turbari dicatur. ¶ De precario, violento, clandestino, de vi, de aqua quotidiana & æstiua, de riuis, de fonte, de itinere, de actu, & de officio Iudicis, *dixi & notaui sup. & infr. in suis locis competentib.* ¶ Et tandem de probatione huius possessorij Retinendæ, quid probetur, quot & qui testes sufficiant, *consuluit VVesenb. in consi. 20. par. 1.*

205 De possessione, quid sit, quotuplex, *Seb. Med. de acquir. poss. in verb. siue possessionem, gl. 1. p. 2. fol. 282. n. 1. vsq. ad 10. & seqq.* ¶ Possessio quid, *Raud. de analog. lib. 1. c. 26. n. 14. 15. & 9. 15. 157.* ¶ Possessio an continuetur in hæredem, *Seb. sap. de miss. in poss. n. 27. Zuchar. de miss. in poss. n. 105. fol. 49. & n. seq. & n. 113.* præsertim si sit tale statutũ, vt continuetur: *n. 108.* declara & lim. vtrumq; vt ibid. limitationes 36. habet *Seb. Med. tract. de acquir. poss. in gl. 2. verb. in possessionem p. 2. n. 30. vsq. ad 71. fol. 285. & tr. de amitt. poss. gl. 3. n. 226. fol. 755.* vbi lim. 30. & ampl. 13. *Gabr. de acq. poss. concl. 9. vbi lim. 16.*

206 Possessio quomodo probetur rei corporalis Immobilis, *Seb. Med. de conseru. poss. gl. 2. p. 3. n. 293. fol. 615.* rei Mitem obilis, *n. 294.* Item quasi possessio rerum corporalium, *n. 295.* ¶ Possessio continuata quomodo probetur, *Med. de amitt. poss. gl. 3. n. 270. fol. 759.* ¶ Possessio quando probari possit instrumento, *Fæn. de mom. c. 10. n. 32.* ¶ Possessio non amittitur, quam diu recuperandi animus est: *Pract. rubr. quæ sint reg. c. 4. num. 35.* ¶ Possessio multis modis amittitur: *Med. de amittenda poss. gl. 3. n. 141. & seqq. fol. 747. Const. Rog. de remed. poss. n. 1. Med. de nouat. p. 2. q. 1. n. 77. fol. 107.* ¶ Possessio multis modis turbatur, de quibus *Med. de amitt. poss. gl. 3. n. 212. fol. 753.* ¶ Ex possessione præteriti temporis, an & quando præsumatur possessio præsentis temporis, *Menoch. lib. 6. præs. 64.* ¶ Ex possessione præsentis temporis, quando præsumatur possessio temporis præteriti, *Menoch. lib. 6. præs. 65.* ¶ Ex possessione præteriti & præsentis temporis quando, præsumatur possessio medij temporis, *præs. 66.*

207 Possidere quando quis dicatur titulo præambulo, *præs. 67.* ¶ Possidere eũ præsumi, qui rem detinet & apud se habet, *Menoch. lib. 6. præs. 68.* ¶ Possessio an & quando præsumtionem pro se habeat, *præs. 69.* ¶ De turbata possessione, *Ioseph. Ludou. concl. 71.* & an caussa turbatę possessionis sit criminalis, *ibid.* & quæ sint excusationes à turbata poss. *ibid.* & poss. probat. *ibid.* ¶ Possessio antiquior eo ipso probatur, dũ probatus est antiquior titulus: *Curt. iun. consi. 108. col. vlt. coll. verb. titulus possessio.* ¶ Quando propter litigosam possessionẽ periculũ subest, ne partes ad arma cõcurrant: neutra agere volẽte, iudex inhibere potest partib⁹ ex officio, ne locũ litigiosu[m] accedant: *Mynß. cent. 2. obser. 96. Dauth. in l. dicantibus, n. 7. C. de testam. fol. 662.*

Potest probari captura possessionis, etiã per instrumentum capturæ possessionis gestũ in illo loco: quamuis possessio sit facti: *Viuius decis. 174. lib. 1.* ¶ Possessio probatur per perceptionem fructuum ex locatione: nisi tractaretur de factis antiquis: quia sine perceptione fructuum ex instrumentis potest probari: *Viu. dec. 194. lib. 1.* ¶ Retinendæ possessionis remedio à plurib. intẽtato, quid facere iudex debeat si nihil probent, vel probationes omnium sint pares, *Thess. dec. 206.* ¶ Absolutoria lata in petitorio, ex defectu probationũ, an præiudicet poss. Retinendæ: *Brun. à sole quæst. 49.* ¶ Possessio Corporalis est apprehendenda per hæredem, quando corpore defunctus possidebat: secus verò, quando animo tantùm: *Viuius decis. 227. lib. 2.* 208

An ex possessione quis Dominus præsumatur, *vide pulcrè Bart. in l. pen. ff. de cond. Inst. & in l. si prius, in 3. oppos. 3. part. princ. & Moder. ibi de oper. no. nunc.* ¶ Possessor & habere possessionem, differunt: sic etiam, possidere, & esse in possessione. Aliud est, quòd quis sit possessor, & quòd habeat possessionem: *qui satisd. cog.* Vbi creditor pignoris non est possessor, habet tamen possessionem: & *ibi per totam l.* vide, quis dicatur possessor: an emphyteuta, proprietarius, vsufructuari⁹, creditor, tutor? Et aliud lõgè est, possidere, & in possessione esse: *l. si quis ante, de acq. poss.* vt missi in possessionem causa rei seruandæ, legatorũ, damni infecti, nõ possident: sed sunt in possessione caussa custodiæ: *l. 3. §. credito. vti possid.* ¶ Qui simplicem habet rei possessionẽ eam locare potest: *l. cui vsus, & ibi Apostill. ff. de vsu & habit.* ¶ Possessoris conditio est potior, vbi casus turpis est: *l. si ob turpem, de cond. indeb.* Et semper est magnum commodum possessionis: *§. commodum, Inst. de Interdict.* 209

Missio in possessionem hodie quomodo fiat pro mensura debiti declarati, & olim aliter, *vide l. consentaneum, C. quomod. & quand. iudex, Dd. in l. si prius, de oper. no. nunc. & alijs locis ordinarijs, vide gl. iura alleg. in l. si pacto quo pœnã C. de Pact.* ¶ Testator legauit omnes possessiones suas Titio, vel possessionẽ suarum rerũ: an in hoc legato etiam veniant mobilia, *vide pulcrè Alex. in l. 1. in 7. col. in fin. de acq. possess. vbi opiniones Dd. refert. vide ibi Ias. & Carol.* ¶ Pertinere verbum generale est, & possessionẽ & detentationem repræsentans: *l. verbum illud pertinere, de V. S. no. per gl. & Dd. in c. inter dilectos, de fid. instrum.* ¶ Et pertinentiarum appellatione quæ veniant, *vide Socin. in Regul. 295.* ¶ Per patientiam Domini, etiam violentam, acquiritur quasi possessio seruitutis, vel iuris incorporalis: *Bart. in l. 1. §. in operis, in fin. De oper. no. nunc. in fin. vbi Ias. not.* 210

211

¶ Per

¶ Per solam negationem verbalem in iudicio factam, libello contradicendo, turbatur quis in sua possessione. Ergò si statutum imponit pœnā turbanti quem in possessione sua, habebit locum in casu præmisso: *vide Ias. alios referentem, in l. si prius, in 5. col. & 6. de oper. nou. nunc.* ¶ Alieno nomine possidens, conuentus potest eum nominare in iudicio, & sunt ei dandæ induciæ ad denunciandum hoc Domino: *tex. est in iure vnicus, secundum Bart. ibi, in l. 2. C. vbi in rem actio, vide Ias. in §. omnium, nu. 100. Inst. de act.* ¶ Possidens si ille, per quem possidet, de possessione expellatur: non tantùm naturalem, sed & ciuilem perdit: *vide Soc. in Reg. 297.* ¶ Caussam suæ possessionis nemo allegare tenetur: *Bart. per illum tex. in l. cogi, de pet. hæred. & in l. 1. C. de Duct. lib. 11. Soc. in Reg. 430.* ¶ Possessionis commodum est magnum: *§. commodum, Inst. de Interdict. si duo in princ. ff. vti poss. l. naturaliter, §. nihil commune, de vsucap.* Nam beati sunt, qui possident: *secundùm gl. in c. 1. §. si tertiò, de pac. tenend. Ias. in l. si is qui pro emptore, circa diffinitionem fictionu, in vsucap.*

212 Quando duo contendunt de possessione, & neuter eorum vult dare libellum, ne videatur partes actoris capere, & ne sibi probandi onus incumbat: potest iudex ex officio suo etiam neutro petente, ne veniant ad arma, terminum prefigere, vt probent de possessione: & postea poterit pro eo pronunciare, qui melius probauit, etiam sine libello, & sine petitione: vide Paul. de Cast. *in l. ordinarij, C. de rei vend. in 1. col. vbi allegat Specul. de caussa possess. §. 1. vers. pen. in 2. part.* & hunc casum, & alios plures de facto se habuisse dicit. ¶ Possessor quando melioramenta & impensas retinet? quando bonæ vel malæ fidei possessor, possit deducere impensas vel melioramenta, quæ fecit in re, ad cuius restitutionem condemnatus est, *vide Bart. in l. in fundo, ff. de rei vend. & Franc. Curt. cons. 6. fol. 78. vol. 4.* ¶ Olim possessor, hodie possidere præsumitur. ¶ An, qui fuit possessor olim, hodie præsumatur possessor, & quid in Domino, *vide l. siue possidetis, C. de Probat. & ibi gl. & Dd. vide Petr. q. 25. gl. in l. non ignorabit, C. ad exhibendum.* vbi gl. dicit. Quòd, qui aliquando possedit, præsumitur nunc possidere. ¶ Titulum suæ possessionis nemo dicere cogitur: *l. cogi, C. de petit. hæred. vbi Bart. not.* ¶ Quicunque per annum & diem bona sine iusta contradictione possederit, iustam in eis habet possessionem: *in Specul. Sax. lib. 2. art. 44.*

213 De probatione possessionis, vide Dec. *in cons. 221. vol. 2. non patitur eundem, in cons. 252. vol. 2. agitur caussa, & in cons. 56. vol. 1. & cons. seq. & in cons. 272. eod. vol. viso processu caussæ, nu. 5. in fin.* ¶ Testis inductus ad probandam possessionem, si dicit, (vidi eum possidere, quia arauit, seminauit, &c. (si postea interrogetur, quid est possessio, non cogitur respondere: & si dicat, Nescio, non inualidatur testimonium eius: *Bart. in l. de ætate, in 2. q. princ. in 5. col. de Mino.* ¶ Vide multas conclusiones, quomodo possessio probetur, per Lanfran. *in tit. de causs. poss.* & propriè in materia interdicti Retinendæ possessionis.

Quomodo cognoscatur esse intentatum petitorium & non possessorium, ex 214 verbis libelli, *vide Dec. cons. 62. vol. 1. & D. Alex. in cons. 96. vol. 5. per totum, Lanfr. latè in Rubr. de causs. poss. & propè in principio.* ¶ Conclusio libelli in possessione attenditur: Possessorium datur pro pensione solita dati: Possessorium separatum est à petitorio: In possessorio non est opus allegare caussam: *De his omnibus vide Dec. in cons. 132. vol. 1. per totum. Vide etiam ad præmissa pulcrè Franc. Curt. in tract. suo feudali, in 1. part. q. 6. in 3. col. & Abb. in cons. 24. vol. 2. in causa, quæ ad præsens, vide suprà in verb. Census.* ¶ Possessorium & petitorium an concurrere possint, *vide Paul. de Cast. in l. ordinarij, C. de rei vend. Bart. & Doct. in l. naturaliter, §. nihil commune, de acq. possess. vide Alex. in cons. 218. vol. 2. in caussa, & lite per totum.* Vbi etiam habes, quomodo iudex super vtroque pronunciare debeat.

De Recuperanda possessione.

IN possessorij Recuperandæ possessionis 215 materia 17. prodita sunt remedia. 1. Est ex interdicto vnde vi: de quo Iurisconsultus Vlpianus, *in l. 1. ff. de vi & vi armata, hæc fecit verba:* prætor ait, vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit: de eoque, quòd ille tunc ibi habuit, tantummodò intra annum: post annum verò, de eo, quòd ad eum, qui vi deiecerit, peruenerit, iudicium dabo. ¶ Hoc interdictum proponitur ei, qui vi deiectus est: etenim fuit equissimum, vi deiecto subueniri: propter quod ad recuperandam possessionem hoc interdictū proponitur. De hoc interdicto & de alijs remedijs recuperandæ possessionis, *notauit Geyl. in obserua. 75. lib. 2.*

2. Ex condictione indebiti descendit: *iuxta* 216 *l. indebiti, §. sed etsi nummi, ff. de cond. indeb.* sed & si nummi alieni dati sint, condictio competit, vt vel possessio eorū reddatur: quemadmodum si falsò existimans possessionem me tibi debere alicuius rei, tibi tradidissem, condicerem: Sed & si possessionem tuam fecissem, ita vt à te per longi temporis præscriptionem auocari non possit, etiam sic rectè per condictionem indebiti tecum agerem. Sed & si vsusfructus cum re soluta alienus sit, deducto vsufructu à te condicam.

3. Com-

217 3. Competit remedium ex condictione Triticaria: *l. 2. ff. de condict. tritica.* sed & qui aliquem de fundo deiecit, posse fundũ condici Sabinus scribit: & ita Celsus: sed ita, si dominus sit, qui deiectus condicat: cæterùm si non sit, possessionem eum condicere Celsus ait. Et sic hoc remedium ad condicendum possessionem tantùm datur, non domino. 4. Ex l. si & me & Titium, ff. *si certum petatur. Ibi Bar.* sic si res mea ad te peruenit: nec est causa quare debeat apud te remanere, eam certi condictione, vel sine causa condicam.

218 5. Ex l. extat, ff. *de eo quod metus causa*, & ex l. creditores, ff. *ad l. Iul. de vi priuata.* Succursum est debitori, contra creditoris audaciam, qui Iure sui crediti falsò opinabatur, sibi licere sua manu ius dicere, & debitoris possessionem occupare: quam audaciam esse reprimendã Iustinianus constituit.

219 6. Remedium datur, *ex l. 1. C. si per vim vel alio modo absentis possessio turbata sit.* Iudices absentium, qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt, suscipiant in Iure personas, & auctoritatis suæ formidabile ministeriũ obijciant: atque ita tueantur absentes, vt id solũ diligenter inquirant, an eius qui quolibet modo peregrinatur, possessio ablata est: quam propinquus, vel parens, vel proximus, vel amicus, vel colonus, vel libertus seu seruus quolibet titulo retinebat: nec eos qui deiecti sunt absentium nomine possidentes, quia minimè ipsis decisio causæ mandata sit, ab experiunda re secludat: nec si serui sint eorũ, reijciant in Iure personas: quia huius conditionis hominibus causas perorare fas non sit. Sed post elapsa quinque spacia recuperandæ possessionis præstituta, litigium eis inferentib. largire conuenit, vt eos momentaneæ perinde possessioni, sine vlla cunctatione restituant, ac si reuersus dominus litigasset: sic nota, quòd ex hoc remedio agat quis etiam sine mandato, & seruus, qui aliàs ad perorandum causas non admittitur, idque fauore absentis, & in odium spoliatoris.

220 7. Remedium competit ex l. inuasor, C. *vnde vi*, moderando interdictũ vnde vi, lege sic dicente: *Inuasor locorum pœna teneatur legitima: si tamen vi loca eadem inuasisse constiterit: nam si per errorem, aut incuriã domini loca ab alijs possessa sunt, sine pœna possessio restitui debet.*

221 8. Remedium est propositũ ex l. meminerint, C. *vnde vi. Verba legis sunt: Meminerint cuncti, siue vulgato rescripto mansuetudinis nostræ, siue sententia cuiuslibet iudicis vtantur, in causis dominos locorum conueniendos esse: aut si fortè defuerint, eorum actores ad insinuandas sententias, procuratoresque esse quærendos: ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur: quod si præcepta nostra implere neglexerint, omni negotio, de quo iurgare ceperant, priuabuntur: sic videtur ex textu.* ¶ *Nec illi licere alterius occupare possessionem: qui vel rescriptum à principe, vel à iudice sententiam aduersario non vocato est assecutus, quare occupatam restituit illicò.*

222 9. Remediũ venit ex l. si quis in tantã, C. *vnde vi: Verba l. sunt: Si quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt possessionem rerum apud fiscum, vel apud homines quoslibet constitutorũ ante euentum iudicialis arbitrij violenter inuaserit: Dominus quidem constitutus, possessionem quam abstulit restituat possessori, & dominium eius rei amittat: Si verò alienarum rerum possessionem inuasit: non solũ eam possidentibus reddat, verum etiã æstimationẽ rerum earundem restituere compellatur.*

223 10. Remedium venit ex l. si coloni, C. *de agrico. & censi. lib. 11. Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem propriæ conditionis, declinare tentauerunt: bonæ fidei possessori primùm oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari: quam constitutionem & in cæteris rebus mobilibus non se mouentibus locum habere credunt interpretes.*

224 11. Remedium ex l. non ab re, C. *vnde vi. Non ab re est, quemadmodum possessionis rei alienæ inuasores, tam vetus quàm præsens sacra constitutio censuit esse puniendos: ita nec conductorib. & possessionis alienæ detentatoribus impunè procedere, si locatoribus fortè, vel possessionem rerum suarum, quam apud alios precario modo esse concesserant, recuperare secundùm leges volentibus, (cùm nulla sibimet cognita legibus allegatio competeret,) dixerunt resistendum, & non protinus, (id est.) non expectato iudiciorum ordine, aliam possessionem, rectè eam recuperantibus cedere patiantur. Eos namque iubemus pro tanta suæ iniquitatis impudentia, si cognitionis iudiciariæ euentu fuerint condemnati, rei cuius possessionem sponte restituere, vsque ad diffinitiuam sententiam minimè passi sunt: æstimationem victrici parti vnã cum ipsa re præbere compelli.* Est similis text. *in l. conductores, C. de locato. Conductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionem precariò detinentes, seu hæredes eorum: si non domino eam recuperare volentib. restituerint: sed litem vsque ad diffinitiuam sententiam expectauerint: non solùm rem locatam, sed etiam æstimationem eius, victrici parti ad similitudinem inuasoris alienæ possessionis, præbere compellantur.*

225 12. Remedium procedit ex l. vltima, C. *de prætorio pignore, §. & cum inuenimus, in conuentionalibus pignoribus, vel hypothecis, non solùm tenentem creditorem adiuuari: sed etiam si ab ea possessione cadat, siue sua culpa, siue non, siue fortuito casu: humanius esse perspeximus, & in prætorio pignore, dare recuperationem creditori, quocunque modo possessionem amittat, siue non, siue fortuito casu: licèt enim debuerat incumbere suo pi-*

gnori, ne aliquam patiatur inde iacturam: tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur, benignius causam interpretamur, & ei recuperationem donamus.

226 13. Ex l. vltima C. vnde vi, §. nos non concedentes, aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem vsurpare, sancimus, talem possessorem, vi prædonem intelligi, & generali iurisdictione ea teneri: quæ pro restituenda possessione, contra huiusmodi personas veteribus declarata sunt legibus. Ridiculum etenim est dicere, vel audire, quòd per ignorantiam, alienam rem aliquis quasi propriam occupauerit: Omnes autem scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere: His videlicet, quæ super recipienda possessione dispositа sunt, locum habentibus, si non ex die, ex quo possessio detenta est, triginta annorum excesserint curricula.

227 14. Ex l. vltima C. de acqui. possess. ex libris Sabinianus quæstionem in diuinas nostri numinis aures relatam tollentes, diffinimus, vt siue seruus, siue procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cuiuscunque rei, eam dereliquerit, vel alij prodiderit, desidia fortè, vel dolo, vt locus aperiatur alij eandem possessionem detinere: nihil penitus præiudicij domino generetur, ne ex aliena malignitate, alienum damnum emergat: sed & ipse si liberæ conditionis est, competentibus actionibus subiugetur, omni iactura ab eo restituenda domino rei, vel ei circa quem negligenter vel dolosè versatus est. Sin autem nec dum sub manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel serui possessio facta est, sed ipse eam accipere desidiâ vel dolo supersedit: tunc & ipse qui eum transmisit, ex mala sua electione præiudicium circa eam possessionem patiatur, ex memoratarum personarum machinatione, vel negligentia accedens. Hoc etenim tantummodò sancimus: vt dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his quos transmiserit: non vt etiam lucrum sibi per eos aliquod acquirat: cùm & extet antiqua regula iuris, quæ diffiniuit, deteriorem conditionem per seruum, domino nullo modo fieri, tum locum habeat, cum dominus de damno periclitetur: non cum sibi lucrum per seruum acquiri desiderat: Salua videlicet & in hoc casu domino rei, vel ei qui ad eam detinendam, transmiserit personas, aduersùs eas omni actione (si qua ex legibus ipsis competit,) obseruata.

228 15. Subuenitur spoliato de iure canonico, ex c. sæpe ext. de restit. spoliato: Sæpe contingit, quòd spoliatus, per spoliatorem in alium re translata, dum aduersùs possessorem non subuenitur per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationum iuris proprietatis, amittit effectum. Vnde non obstante rigore iuris ciuilis, sancimus, vt si quis de cætero scienter rem talem receperit, (cum spoliatori quasi succedat in vitium: eò quòd non multum interfit, quò ad periculum animæ, iniustè detinere, an inuadere alienum,) contra possessorem huiusmodi spoliato, per restitutionis beneficium succurratur.

16. Remedium descendit ex canone 229
redintegranda, 3. q. 1. & ex præcedentib. Redintegranda sunt omnia exspoliatis, vel eiectis episcopis, præsentialiter ordinatione pontificum: & in eo loco, vnde abscesserant, funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia malorum, & per quascunque iniustas causas, res Ecclesiæ, vel proprias, (id est,) suas substantias perdidisse noscuntur. In sequenti c. redintegranda, sunt omnia expoliatis, vel eiectis episcopis & cætera vsque funditus reuocanda: eodem modo, vt supr. & spoliatos ilicò esse restituendos, habetur in c. accedens, el. 1. vt lite non contesta. & in c. bonæ, de appella.

Istud remedium reintegrandæ possessionis, quòd detur etiam contra possidentem cum titulo & bona fide, (Hanc sententiam magis communem, eamq; in iudicando Cameræ assessores aliquot vicibus suo tempore obseruasse, Mynsinge. ait. Geyl. tamen in Barto. & Menoch. sententiam se descendere dicit, qui negant eam dari contra bonæ fidei possessorem, possidentem cum titulo à non vitioso, sed bonæ fidei authore,) & an duret vltra triginta annos, (De hoc Mynsinge. nihil certi concludit,) quid sit de iure communi prouisum & in camera obseruatum, notauit Mynsinge. in obseruatio. 85. centur. 3. & de hoc remedio pulcherrima docuit Geyl. in obseruatio. 75. lib. 2. obseruatio. dicendo, quòd omnium sit plenissimum & tutissimum. Decian. in consil. 36. volum. 3. ibi de hoc remedio bona est materia, explicat & ampliat illud, & docet quæ sufficiant probationes, in illo. (Sufficit probare antiquiorem possessionem suam, & aduersarium nunc possidere.)

17. Datur expulso officium iudicis, 230
quod nostri subsidiarium appellant, desumptum ex l. Aquilius Regulus, ff. de dona. quam legem sic summat Bartol. Ab eo, cui facultas inhabitandi, ex causa remunerationis confertur, non debet reuocari, & sibi expulso iudicis officio subuenitur. ¶ De hisce omnibus remedijs possessionis recuperandæ, quibus autoribus sint introducta, quid contineant, pro quibus rebus, cui, contra quem, quamdiu dentur, quid iuris de hæredibus, quid consequamur, quid de rebus ipsis, de damnis, de interesse de fructibus, de melioramentis, de extensionibus, & cumulationibus, & tandem quibus pœnis, ipso iure vel facto iudicis, puniantur violenti inuasores, vel alienarum rerum scienter & iniustè detentatores,

vide

vide omninò Menochium, in amplißimis & doctißimis suis commentarijs, de recuperanda possessione, per totum.

231 De remedio ex canone re integranda, quòd pleniùs & pinguiùs per eiusmodi remedium contra quemlibet possessorem detur: & quid in illo saltē, veniat probandū, & qualiter procedendū, *vide Alexand. de Imo. in consi. 89. 90. 91. 92. 93. & 94. & ibi aliqua etiam de interdicto vnde vi, vol. 5. Geyl. in obs. 75. lib. 2. n. 9. eadē remedia recuperandæ possessoria adducit.* Sed num. 10. remedium, *ex c. reintegranda 3. q. 1.* dicit omnium plenissimum & tutissimum esse: docet, cui competat, contra quem, ad quid, & quid in illo probandum: *Marant. in 7. dist. principa. parte 4. n. 22. viginti duo recuperandæ possessionis remedia recenset.*

232 Et de isto remedio canonis reintegranda, quando possit simul cum interdicto vnde vi proponi per reconuentionem, *consuluit Decianus in consil. 46. volum. 1. reprobando Alexand. de Imola. in consil. 94. in fin. volum. 5.* Quomodo cognoscatur, ex verbis libelli petitorium & non possessorium esse intentatum, *consuluit Alex. in consil. 96. eo. volum. 5.* An si delegata est causa in petitorio & possessorio, iudex possit super solo possessorio cognoscere & terminare, *idem Alexand. in consi. 97. eo. vol. 5. in possessorio recuperandæ, quis dicatur meliùs probare.*

233 Et testes de vniuersitate, an admittantur, & probent pro vniuersitate, *idem Alex. in consi. 99. eo. volum. 5. pulcherrimè, notauit de hac materia possessorij simul & petitorij Robert. Maranta. in ordi. suo iudicia: parte 4. in 7. distinctione principali iudiciorum.* ¶ De cumulatione petitorij & possessorij, *vide quæ notaui supr. in litera C. versi. de cumulatione actionum & exceptionum: deq; probationibus in illis habetur inter alia elegans consilium Alexand. de Imo. 130. d. volum. 5. & consuluit eleganter VVesenbec. in consil. 21. parte 1. consilio. Specula. notauit in titulis de causa possess. & proprietatis, & in tit. de restit. spoliatorum,* qualiter concipiantur libelli, quomodo defensiones rei, quo ordine proponantur iudicia possessoria & petitoria, & quid iuris in omni casu, vide ibi per eum. ¶ Sunt tituli in iure canonico, *& ibi notant scribentes de causa possess. & proprieta. & de restitu. spolia.*

234 In iure Saxonico in hac materia possessorij habemus textū clarum cum iure communi omninò concordantem in Thesi, quòd nemo sit spoliandus sua possessione, nisi ad iudicium vocatus: *Matth. Coler. de processi. exec. par. 1. c. 2. num. 81. VVesenbec. consi. 7. num. 7.* & per sententiam in illa condemnatus fuerit: *Artic. 24. lib. LandRecht, addit textus,* etiamsi iniustè possideat, Ob er gleich mit vnrecht dahinein kommen were: *textus est in art. 70. eo. lib. 2.* Man soll niemand weisen von seinem Guth/ daß er in sein gewehren hat/ jm werde denn die gewehr zum ersten mit Rechte abgewunnen/ Weichbild/ *Art. 29. in gloss.* & ibi vide, qualiter iudici inhibeatur, ne immaturè & ante sententiam exequendo, neminem possessione sua priuet.

Vnd aber/ wie eine solche einweisung deß Richters zu wiedersprechen/ *habetur Art. 83. in textu addi. & gloss. lib. 3. LandRecht, LehnRecht. c. 40. in gloss. item Art. 70. lib. 1. LandR.* ¶ Sed an iudici iniustè exequenti possit manu militari resisti, & sic possessio tueri, *docuit Robert. Maranta. in prima sua disputatione, incip. plerunque.* 235

Et de restitutione spoliati à Iudice, quòd sit restituendus, qualiter & quando, *docuit Geyl. in obseruat. 76. per totum, (Cùm videlicet ipse iudicialiter, aut iuris ordine non seruato procedit, vel sententia notoriè iniusta, vel deniq; index incompetens est: quibus casibus etiam iudici resisti potest, & decreta tàm ab ipso quàm à superiori reuocari, etiam altera parte non citata,) lib. 2. & vide ea, quæ notaui infr. in litera S. versi. de spoliato.* ¶ Sed nota ad hanc materiam possessorij, possessionis recuperandæ, quod tertius interueniens, in possessorio recuperandæ, & petitorium intentans admittatur, & illi respondendum sit non obstante exceptione litis pendentiæ, *(Dum tamen de suo interesse priùs summariè doceat.) Mynsing. per Dd. in obser. 1. cen. 2.* ¶ De duplici possessorio ordinario & extraordinario seu summario, deque vtriusq; differentia, *vide Geyl. in obs. 7. lib. 1. obser.* 236

Constant. Roger. *de remed. poss. num. 2. & 3. vide Plot. de in lit. iur. §. 3.* ¶ Interdictum recuperandæ possessionis, an acquiratur ex statuto continuante possessionem defuncti in hæredem, *Zuchard. de miss. in poss. num. 107. Gabriel. de acquir. vel amitt. poss. concl. 7. & 9.* ¶ An successor in officio possit agere possessorio recuperandæ ex possessione antecessoris: *Modest. Pist. p. 2. q. 80.* 237

De Remedijs adipiscendæ possessionis.

ENumerantur & colliguntur à domino Menochio sex remedia: Primum est vniuersale, & nominatur quorum bonorū: procedit *ex l. 1. ff. quorum bonorum, cuius verba sunt hæc: ait prætor: Quorum bonorum ex edicto meo, illi possessio data est, quod de his bonis pro hærede, vel pro possessore possides, possideresue, si nihil vsucaptum esset: quodq; dolo malo fecisti, vt id desineres possidere: id illi restituas.* 238

Hoc interdictum restitutorium est, & ad vniuersitatem bonorum, non ad singulas res pertinet, & appellatur quorum bonorum, & est adipiscendæ possessionis vniuersorum

uersorum bonorum: datur vtile & directũ: *gloss. in hac l. 1. & in rubrica.*

239 2. Remedium adipiscendæ possessionis est quorum legatorum, *vt in l. 1. ff. quo. lega.* Hoc interdictum vulgò quorum legatorũ, appellatur: est autem & ipsum adipiscendæ possessionis, & continet hanc causam: vt quod quisque legatorum nomine, non ex voluntate hæredis occupauerit, id restituat hæredi: etenim æquissimum prætori visum est, vnumquemque non sibi ipsi ius dicere, occupatis legatis, sed hoc ab hærede petere. Rediguntur igitur ad hæredes per hoc interdictum ea, quæ legatorum nomine possidentur: & proinde legatarij possunt eum scilicet hæredem conuenire: & nominatur singulare: *declarat gloss.*

240 3. Est interdictum Saluianum. Domino fundi conceditur, ad adipiscendam possessionem bonorum coloni, quæ colonus pro mercibus fundi pignori futura pepigit: *§. adipiscendæ, §. interdictum quoq; Institu. de interdi. & l. 1. ff. de Saluia. interdict.* & est remedium singulare.

241 4. Remedium competit ex l. vltima, C. *de edicto diui Adria. tollen. cuius verba hæc sunt: Sancimus, vt si quis scriptus hæres, ex asse vel ex parte institutus, competenti iudici testamentum ostenderit, non cancellatum, neq; abolitum, neq; ex quacunq; sua formæ parte vitiatum, sed quod prima figura, sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & ea cum testificatione publicarum personarum accipiat.* ¶ De adipiscenda possessione, *ex d. l. finali, C. de edicto diui Adriani tollendo,* vel in subsidium per officium iudicis, *vide Rolandum à valle in consi. 1. ibi inuenies contraria pulcherrima, & eorum solutiones: Item VVesenbec. in consi. 81. parte 2. Decianus in consi. 41. volum. 3. num. 36. & in sequentibus,* volens, quòd hæredi misso in possessionem bonorum, hoc beneficio *d. l. fi. C. de edicto diui Adria. tol.* tribuatur possessio, vel si propria auctoritate vacantem possessionem adeptus fuerit, quòd tueatur possessorio retinendæ. ¶ Remedium competens ex l. fin. *C. de edicto Diui Adriani tollend.* eleganter explicat Menoch *remed. 4. adipiscend. poss. & Schard. in eod. tit. C. Cuiac. lib. 4. sent.*

242 5. Remedium conceditur ex l. creditores, *C. de pigno. Creditores, qui non reddita sibi pecunia, conuentionis legem, ingressi possessionem, exercent, vim quidem facere non videntur: attamen auctoritate præsidis possessionẽ adipisci debent.*

243 6. Remedium ex iudicis officio à nostris considerari solet, illudq; duobus in casibus: primo, cum duo hæredes extra iudicium cõtendunt de possessione adipiscenda, & vterq; non iudicio, sed armis rem agere vult, iudex ne scandalum aliquod oriatur, ex suo officio prouidere solet. *Decius post alios in l. vlt. C. de edic. diui Adria. toll. notaui sup. in lit. S. versi. de sequestro, ibi, quod contentiosa possessio possit sequestrari: & pulcherrimè docuit Geyl. in obs. 5. lib. 1. obs. ca. Imp. in obs. 6. sequent. docet de processu litigiosæ possessionis.*

Secundo casu consideratur iudicis hoc officium, clericorum causa: nam qui collati sibi beneficij possessionem consequi vult, hoc iudicis officio experitur, vt mittatur in possessionem istius beneficij collati: *Robert. Marant. in ordine suo iudic. part. 4. dist. iudi. 7. n. 13. Abbas in c. pastoralis, col. 4. versi. & scias, de causa possess. & proprietate: & habetur in c. accedens ibi per Abba. & alios Dd de accusa. & tandem de omnibus & singulis hisce remedijs, inuenies eruditè explicatum, & declaratum, per Meno. in comment. suis de adipiscenda possessione, quem omnino vide, & aliqua per Roland. à Valle in consi. suo 1.* 244

De principe & eius priuilegijs, vide Boss. in praxi crim tit. de Principe & eius priuilegijs, Tepia d. lo. ¶ Assertioni principis quando stetur, Afflict.decis 14.& ibid.addit.n.7. ¶ Veritas præsumitur in principe & iusticia Raud.c.34.n.97. & 98.& causa iusta sic præsumitur, vt nõ admittat probationẽ in contrar.n. 103.cũ 3.seqq. ¶ Principũ contentiones nõ regulantur & iustificantur per regulas; sed per 44. specialia remiss. Raud.de anal. lib. 1.c.28. n. 103. 366

367 Princeps quomodo ll. solutus dicatur: Bod.egregiè de Repub.lib.1.c.8 fol.84.& seqq. Andr. Fach.lib.1.controu.Iur.c.2. an possit & quando leges abrogare & tollere, ibid. Vant.de nullit. process. ¶ Princeps principatũ alienare nequit, vel eius partẽ: Mars.de bann.v.alien.n.119. fol.215. Quando actus cũ Principe, vel à Principe, vel in præsentia Principis valeat, remiss. Raud.

Raud. de analog. lib. 1. c. 28. n. 105. ¶ De Princ. patrimonio vel dominio, vel bonis ad mensam pertinentibus, *Andr. Knich. in com. priuil. Duc. Sax. c. 7. fol. 173. vide P. Greg. de Repub. egreg.* ¶ De Potestate Principis, *Carol. Tapia in rubr. de const. princ. c. 1. ibi late, & c. 2. Raudens. d. lo. c. 28. & Raudens. de analog. lib. 1. c. 34. n. 109. 110. & 111.* ¶ Princeps contra ll. Diuinas, nec ex rationabili causa potest aliquid statuere: *Bod. de Repub. lib. 1. c. 8. fol. 98. in pr. Pruck. in §. soluta potestas, Thesaurus, decis. 91.*

368 Ligantur successores principum, & tenentur obseruare Contractus factos per praedecessores: secus verò in gratijs factis, nã possunt successores reuocare: *Viuius lib. 1. dec. 103.* ¶ Donatio facta à Principe ex causa, valet & tenet, nec per successorem reuocatur: *Viuius lib. 1. decis. 141.* ¶ De Testamentis ac potestate ducum, & modis probandi testamenta Principum, *vide omnino Raudens. de analog. vniu. & aequiu. lib. 1. c. 28. per tot.* Princeps, dum testatur, gaudet priuilegio militari: *ibid. n. 107.*

369 Quod Princeps ex certa scientia facit, cõtra id nõ debet quis audiri, sed silentiũ perpetuum imponi: *l. 2. C. de crim. sacril. pulcrum locum, Bl. in ext. de pace const. in verb. si quis autem, vbi tex. clarus, quem ad hoc not. ibi Bald.* ¶ De maxima potestate Imperatoris, & quòd nemo sibi dicere possit: Cur hoc facis: & quòd ipse omnia iura tollere potest, & an ipse sine caussa rei meae ius auferre possit: *vide plenè Curt. in cons. 1. fol. 60. col. 3. & 4.* ¶ Princeps ex caussa potest auferre ius, seu rem meã, & alteri dare: & idem est in republica: *l. itẽ si verberatum, §. si quis rem, ff. de rei vend. vbi Bart. notat. vide Moder. in l. 3. §. si is pro quo, Quod quisq; iuris.* ¶ An Papa possit priuare aliquem iure vel dominio sibi quaesito, *vide Curt. fol. 15. col. 3. in tract. feud.* ¶ Imò princeps rem meam sine caussa etiã mihi auferre potest, dummodò ipse fuit caussa acquisitionis illius rei: *secundũ Ang. in l. Anthiocensium, de priuil. credit. & in l. Lucius, de Euict. Bal. in l. fin. C. de sent. quae sine cert. qua. vide Goz. in l. omnes populi, in 4. q. 3. q. princ. de Iust. & iur. lect. 14. vide Bart. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & Bart. in prooem. ff.*

370 Quicquid facit princeps, in dubio praesumitur facere ex iusta caussa & rationabili, & eius voluntas est satis iusta caussa & magna *gl. notat in l. relegati, vbi Bart. ff. de poen.* & idem est in alijs ciuitatibus, non recognoscentib. superiorem: *secundùm Bart. ibi vide vide Hippo. multa cumulantem in l. de vnoquoq;, ff. de re iudic. & Fel. in c. quae in Ecclesiarũ de const. nu. 4.* ¶ Princeps potest dare debitori dilationem, vt interim non possit conueniri à suis creditoribus, & sic subdito modicam laesionem inferre potest: *l. quotiens de precib. Imper. off.* Secus si in totum vellet efficere, ne conueniretur: *gl. Innoc. & Abb. in c. quae in Ecclesiarum, de Constit.*

¶ Princeps ob leuem caussam & culpã, potest aliquem criminaliter punire: *Bal. in l. 1. de leg. Goz. in d. l. omnes populi, in 5. q. princ. lect. 13. de Iust. & iur.* ¶ Quando constat, quòd princeps voluit praeiudicare, non requiritur citatio eius, cui infertur praeiudicium: *Dec. cons. 269. vol. 2. consultius.*

Concessio à principe intelligitur facta sine aliorum praeiudicio: *l. 2. §. si quis à princ. ne quid in loc. publ. Dec. cons. 292. vol. 2. & pro tenui.* 371 ¶ An & quando superior videatur velle, & possit capitulis prius concessis derogare, *eodem cons.* ¶ Quando iuri quaesito possit per superiorem derogari, *d. cons.* ¶ Ex principis permissione nulli debet nasci iniuria: ex eo enim omnia iura nascuntur: *l. omnium, C. de Testam. l. vnic. ad l. Iul. de ambit.* Quia iniuria nasci non debet, vnde iura nascuntur: *l. meminerit, C. vnde vi.* ¶ Princeps ex eo, quod alicui loco scribit, vt ciuitati, etsi ciuitas non sit, dicitur tamen ciuitatem facere: & si aliquẽ minorẽ, qui aliàs iudex esse non posset, iudicem dederit princeps, dicitur non approbasse: *l. quidam consulebant, ff. de re iudic. vide Bart. in ext. qui sint rebell. in verb. Lombardiae.* ¶ Et sic nota, quòd Principis appellatio dat alicui ius. ¶ Principis oratorem interficiens, crimine laesae maiestatis tenetur, perinde ac si principem occidisset: *Bald. in c. 1. de off. deleg.*

De reseruatis Principis, tam Papae, quàm Imperatoris, vide *Ias. in l. 1. in 6. col. de off. eius.* 372 Et illa reseruata principis possunt consuetudine induci, vel praescribi tanto tempore, cuius initij non extat memoria in contrariũ: *l. hoc iure, §. ductus aquae, de aq. quotid. & aest. c. super quibusdam, §. praeterea, vbi Abb. de verb. signif. vide suprà in verb. praescriptio.* ¶ An cum princeps ordinario caussam committit, dicatur eum facere delegatum, vel ordinariam iurisdictionem excitare, *vide Ias. in l. ius autem ciuile, de iustic. & iur.*

Princeps omnia iura habet in scrinio pectoris sui: *l. omnium, C. de Testa. c. 1. de Const. lib. 6. Ias. in l. praescriptione, post Bart. si contra ius, vel vtil. publ.* 373 Hoc intellige per interpretationem, interdum tamen minori intelligentia impeditur: *gl. in c. praeterea, 23. dist.* ¶ Principis latus illustrat: *l. vnic. C. de praepo. lab. lib. 12.* ¶ In Principe praesumitur obliuio, propter pluralitatem negociorum: *c. cum olim, de re iud. Carol. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, lect. 54. in fin. de leg. 1.*

Quando princeps aliquid concedit recepto precio, dicitur contractus venditionis, 374 & nõ priuilegium, nec potest illam concessionem reuocare: *vide Dec. cons. 286. vol. 2. in causa communitatis, eundem in cons. 292. volu. 2. num. 7.* ¶ Princeps obligatur naturaliter ex contractu inito cum subdito, adeo quòd obligatio facta ratione digni-

dignitatis, adstringit successorē ad eius obseruantiam: *tex. est in c. ex Epistolæ verbis, extr. de probat. & est c. 1.* vbi Abb. not. *in 1. not.* Et dicit, quod alibi non probatur: *vide latè & pulcrè Fel. qui hanc materiam latißimè tractat.*

375 Contractus, cùm sint iurisgentium, non possunt tolli per Imperatorem. Deus enim ei non subiecit contractus: *ita gl. & communiter Dd. in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publ. & in l. fin. ff. de const. princ. & in c. qui in Ecclesiarum, de const. Francis. Curt. cons. 1. fol. 62. col. 2.* ¶ Verba enunciatiua principis priuilegio inserta, licet contineant alieni facti narrationem, tamen ex antiquo, id est, quando excedunt metam centum annorum, inducunt sufficientem probationem: *Alex. cons. 5. vol. 1. vide infrà in verb. verbum.* ¶ An, si princeps vel alius promouet aliquem ad aliquem actum, si promotus erat inhabilis, videatur dispensare non præcedente aliqua cognitione caussæ, *Io. Andr. vide in c. 2. post gl. de schismat. Angel. Imo. Bart. & Alex. in l. quidam consulebat, de re iudic. Alex. in l. bonorum, C. qui admitti.* ¶ Superiore absente recurrendum est ad alios, qui regimini præsunt: & cum iudicis copia deest, ad Decuriones recurrendum: vacante Papa iurisdictio manet apud collegium Cardinalium: vacante Episcopo iurisdictio manet apud capitulum: *ita Bart. per illum tex. in l. vbi absunt, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, refert Ias. in l. bonorum, in 2. col. C. qui admitti.* ¶ Ciuitas non recognoscens superiorem, potest omnia, quæ potest princeps: *Bart. in l. 1. §. de qua re, ff. de postul. & in l. infamem, de publ. iudic. Abb. in c. cum te, de re iudic. Abb. in cons. 103. vol. 1.*

376 Talis est ciuitas Florentina: *secundùm Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. in 2. colum.* vide de hoc Alex. de ciuitate, Marchione, Duce, Rege, superiorem non recognoscente, multa allegantem, tenentem *in cons. 15. volu. 5. visis narratis, in 3. col. in pr. ibi & satis est.* ¶ Et quilibet Baro vel miles reputatur in terra sua princeps & Dominus: ita dicit Petr. *q. 10. in 2. col.* Et hoc dicit esse verum, quo ad commodum, non autem ad hoc, quòd faciat contra LL. Quia nullus est taliter princeps, nisi Imperator secundùm eū. Et Rex Francorum an omnia posſit in suo regno, quæ Imperator, *vide Dec. in cons. 269. vol. 2. consultus, col. 3.* ¶ Et iura, quæ loquuntur de Imperatore, habent locū in Rege Franciæ: *Dec. cons. 271. vol. 2.* ¶ Rex Bohemiæ olim dux: *c. veniens, de accusat.* Et tamen non habet nisi vnum Episcopum, vnde potest dici Rex sine regno, quia caret prouincia cōpetenti: *6. q. 3. c. scitote, vide in Corseto, in verb. Rex.* ¶ Duces, Comites seu Marchiones perpetuò inuestiti, censentur principes in suo regno, ducatu, comitatu & marchionatu, & omnia possunt in subditos eorum, quæ potest Imperator in toto orbe: *ita Paul. de Castr. in cons. 225. super primo dubio, quem refert Alex. cons. 2. vol. 1. vide ad hoc Francis. Curt. cons. 1. fol. 61. colum. 4.*

Imperatoris rescriptum contra vtilitatem publicam non valet: *de hoc vide pulcram gloss. & tex. in l. fin. C. si contra ius & vtilit. publ. & l. fin. & ibi Bart. C. sent. rescind. non poss. Ias. in l. fin. ff. de const. princip.* ¶ Sic & rescriptum Imperatoris contra ius scriptum non valet: *l. nec damnosa, C. de pre. nup. offen.* Nisi dicat tollendo legem positiuam, quòd potest: *vide Io. de Plat. in l. fin. C. de nau. non exu. lib. 10.* ¶ Item licet lex expressè dicat, quòd rescriptū principis super tali negotio concessum, etiam ex certa scientia, non valeat ipso iure: tamen, si princeps dicat, non obstante tali lege, valet: *gl. & Bart. in l. omnes, C. de aquæ ductu, lib. 11.* 377

Imperator debet esse Clemens & mansuetus: *vide Bald. in extr. de pace const. in pr. in gl.* ¶ Rex Romanorum electus, ante coronationem potest omnia, quæ Imperator, nec vnctio aliquid addit: *vide not. Bald. in d. extr. de pac. const. in verb. Rex, & Bart. in extr. ad reprimendum, in verb. Reges, vide plenè Franc. Curt. in cons. 1. fol. 61. col. 3.* ¶ Ius eligendi Imperatorem, & priuandi imperio quis habeat, *vide Bart. in l. fin. C. de LL.* ¶ Imperator est mundi Dominus: *l. de precatio, ff. ad l. Rhod. de iact. ego addo bonum text. in l. rem non nouam, ibi qui nostris gubernaculis regitur, C. de iudic.* ¶ Non tamen est Dominus rerum particularium: *vide Soc. in l. 1. in 4. col. de acq. possess.* dicens Imperatorem non esse Dominum, & Monarcham totius orbis, vbi optimè loquitur: *vide omninò, in d. l. hostes.* ¶ Imperator est ordinarius omnium, & legatus Dei. *gl. in Rubr. de hæred. & Falcid. in Authen. & Bal. in Rubr. extr. de pac. const.* ¶ Imperialia rescripta in omni loco valere, oportet: *l. 3. §. Diuus, de sepulcr. vid.* ¶ Deus Imperatorem vicariū suum, & Dominatorē in fide & veritate instituit in terris, cui omnes obedire tenentur. *vide pulcerrimè Bald. in gloss. in verb. debitam fidem, de pac. const.* ¶ Hinc sequitur, quòd Imperator vicarius Papæ non est: *Abb. in c. licet ex suscepto, de for. comp. in 1. not.* ¶ Imperatoris humanitatis est, egenis prospicere, & vt ipsis alimenta nō desint: *l. priuilegia, C. de Sacros. Eccles.* ¶ Imperator humanis rebus à Deo præpositus est, vt posſit ea, quæ nouiter contingunt, & emendare & exponere, medijs & regulis competentibus tradere: *l. 2. § si quid igitur, C. de veter. Iur. enucl.* 378

Imperator lex animata in terris: *§. fin. in Authen. de consu.* ¶ Imperator quando posſit deponi, & quam ob caussam, *tex. cum gl. in c. Episcopus 40. dist.* ¶ Imperator Ecclesiæ seruus: *l. 1. in princ. C. de off. præf. præto. aff.* 379

¶ Im-

¶ Imperator licet LL. solutus sit: *l. princeps, de LL.* tamen viuere vult secundùm leges. *§. fin. quib. mod. test. infir. l. digna. C. de LL.* Et in eo est necessitas honestatis, licèt non præcisa: *ita dicit Bar. in l. imperium, de iurisdict. om. iudic.* ¶ Imperator non recipit ordinẽ subdiaconatus: *glo. est in c. Valentinianus, 64. dist. & Abb. in c. venerabilem, de elect.* ¶ Princeps & Imperator, omnia ponderosa & ardua negotia, debet facere cum consilio procerum suorum: *ita not. Salic. & ibi Iaso. per illum textum in l. placet, C. de S. S. Eccles. vbi latissimè hoc Iaso. examinat, idem in l. fin. in 1. notab. C. de pact.*

380 Electores Imperatoris sunt, Archiepiscopus Moguntinensis, qui est Cancellarius Germaniæ: Archiepiscopus Coloniensis, qui est Cancellarius Italiæ, & ab eo Imperator electus auctoritatem administrandi accipere potest: Archiepiscopus Treuirensis, qui est Archicancellarius Galliæ: Comes Rheni, qui est comes Palatinus & Dapifer: Dux Saxoniæ, qui est portator ensis: Marchio Brandenburgensis, qui est præpositus Cameræ Imperatoris: Dux Bohemiæ, qui est Pincerna. Et modò iste Dux Bohemiæ, qui Rex est, non est necessarius in electione, nisi quando alij discordant, & inter partes æquales se diuidunt. *ita notabiliter dicit Innocentius, in c. venerabilem, extra de elect.* vide Bald. *in Margaritha, in verb. anno*, vbi dicit hanc Imperatoris electionem, quòd fieret per Germaniæ principes, institutam esse à Christo nato M. CCC. ¶ Verba principis enunciatiua an probent, *vide Alex. in consil. 15. visis narratis in volum. 5. numero 15.*

De Principio.

381 QVando finis habet necessariam consequentiam ad principium, inspicimus principium: *l. damni, la. 1. §. Sabini, ff. de damn. infect.* vbi Bart. ibi somniat, principium spectandum: *l. si filius familias, in princ. de verb. oblig.* ¶ Principium quomodo in omni materia iuris debeat intelligi, *vide pulcherrimè Bar. in l. fur manifestus, in 2. col. ff. de furt.* ¶ Quæ malo inchoata sunt principio, difficile bono peraguntur exitu: *1. q. 1. princ. 14. q. 5. neque Brixien. q. 81.* ¶ Principijs ignoratis, quæ sequuntur, ignorari oportet: *§. si minus, in Authen. de non alien. l. egi, de except. re iud. c. cum Paulus, 1. q. 1.* ¶ Principium semper inspiciendum est, & quò ad locum, & quò ad tempus: *l. si procuratorem, ff. Mand. l. si id quod, §. si filius pro se, l. sed an vltro, in princ. ff. de neg. gest. l. assumptio, §. filius, ad Munic. gloss. in §. 1. Inst. de ingen. in verb. sufficit, Bart. in l. quod ait, ff. de Adult. vbi infert ad q.*

De Priuilegijs.

PRiuilegium inde, quòd priuatis, id est, singulis, non vniuersis detur. Priua namque veteres dixerunt singula. Et sunt duplicia priuilegia: alia causæ, alia personæ: *l. priuilegia, de reg. iur. Borch. §. fin. Inst. de iust. & iur.* ¶ Personalia suum indiuiduum non egrediuntur: *§. 6. Inst. de iur. nat. l. 1. §. 2. de const. l. 12. §. 13. solut. matr. l. 7. de except. vid. l. 2. C. de legibus, & ibi Gothofred.* ¶ Priuilegium siue prærogatiua paucis concessa, qui successu temporis in magnam excrescant multitudinem, tum demum minui non potest: *Zas. lib. 2. respons. c. 15.* ¶ Priuilegia per fraudem data, nullius sunt momenti: *l. 2. C. de san. Trinit.* 382

Priuilegia in dubio quæ concessa esse videantur, quis possit ea concedere, ad cuius præiudicium concedi possint, an transeant ad hæredes vel familiam, in dubio autem quòd censeantur personalia, *dicit Decian. in consi. 83. volum. 2. in prin.* quòd trahantur ad futura, quomodo perdantur, amittantur vel finiantur, concessa autem collegio, quòd non extinguantur, etiam omnibus mortuis de collegio, *notat singula. Petrus de Rauenna. in suo alphabeth, litera P. versi. priuilegium*: & quòd remaneat etiam apud fœminas viduas, posito quòd simul fœminis sit concessum, *voluit Corsetus in singularibus suis, in verbo priuilegium 1.* 383

De priuilegij transitione, permanentia, cessatione, & de alijs in hac materia elegantissimis, *vide Decian. in d. consi. 83. volum. 2.* ibi quomodo non vtendo & morte extinguatur, *Decius in l. in omnibus causis, ff. de regu. iuris, per totum, tractauit Dynus in regula priuilegium, ext. de regu. iur. in 6.* ¶ Priuilegium quando incipiat competere, *Iason in l. beneficium, ff. de Constit. principum.* ¶ De eius extensione, *inuenies in apost. per Iason. apud Decium ad d. l. in omnibus causis, litera C. & in apostillis in sequentibus literis A. B. & C.* Concessio priuilegij quòd non fiat in præiudicium alterius iuris quæsiti, *dixit quædam Alex. de Imo. in consil. 35. incip. viso processu, vol. 4.* 384

Nota, priuilegium dignitatis durare etiam finita dignitate: *Bald. in c. sedes apostolica, de rescript. pro quo facit gloss. in c. accedens, 50 distinct.* quæ singulariter dicit, licèt Clericus sit degradatus, quòd tamen non possit percuti: & percutiens eum incidit in Canonem: *facit textus in l. fina. versi. non esse torquendum in memoriam pristinæ dignitatis, ff. de Decurio.* vbi ille, qui fuit consiliarius, licèt nunc non sit, non potest torqueri in memoriam pristinæ dignitatis. Et quia contrariorum eadem est disciplina, *Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris, in prin.* potest dici, iuncto textu. 385

cto textu, *in c. constituit 17. q. 4. qui voluit, quòd infamia remaneat apud infamem, licèt causa infamiæ sit extincta.*

386 Et ideò potest dici, Iudæus licèt est effectus Christianus, tamen non potest esse testis contra Christianum: *Ludou. Roman. in singula. suo 697. incip. veniamus ad lucrum panis. Prædicta dixit Hippol. de Marsi. in singula. suo 107. incip. priuilegium. Vide pulcherrimas declarationes per Andræam Tyraquellum in 15. limitatione ad regul. cessante causa cessat effectus, in regulis suis fallentiarum. Sed ex glossa d. l. fina. ff. de decurio. Et ex notatis Tyraquelli in fine colligitur,* quòd prædicta habeant locum, quando honestè dignitas sit finita, aliàs secus.

387 De priuilegij amissione nota: priuilegium regulariter per contrauentionem perditur: quia per illam videtur renunciare: quòd autem non habet locum, in priuilegio concesso Ecclesiæ, vel pio loco, nisi decurrat spacium 40. annorum, *notat Ioan. de Arno in singula. suo 12. incip. communis pauor, in c. pro illorum, ext. de præben.* & ibi vide, quomodo priuilegium extinguatur per non vsum, vel aliàs de modis amittendi, vide & cogita: Vnum casum nota: amittens officium propter quod sibi est concessum priuilegium, is amittit etiam istud priuilegium & officium concessum: *Corsetus in singula. suis in verbo priuilegium.* Priuilegium amittit, qui in priuilegium committit: *l. 67. in fin. ff. pro socio.*

388 Sed priuilegio in corpore iuris incluso, non videtur derogatum: nisi specialis mentio in derogatione, de illo facta fuerit: secundùm: *glossam & Bartol. in Authen. quæ in prouincia, C. vbi de crimi. agi opor. glossa in l. 2. omnes, ff. de iudi.* Pleniùs de priuilegiorum amissione, *notauit Geyl. in obseruat. 60. lib. 2. obserua.* ibi: amittuntur priuilegia, si quis vti poterit, & vti noluerit: *(Intra decennium,)* secus si propter necessitatem vti non potuerit: *(Atq; hoc de priuilegijs in faciendo consistentibus, sin in non faciendo consistant, vnico actu directè contrariis tolluntur à priuatis: secus in ecclesijs aut Rebusp. quia tunc præscriptio 40. annorum requiritur.) consuluit Decianus in consi. 83. volum. 2. (Si delicti causa amittunt: secus si vi hostili, vel tyranni crudelitate: tunc enim reædificata pristinum ius recipiunt.)* ¶ Ecclesia, ciuitate, castro, vel collegio auctoritate superioris destructis, an amittant sua priuilegia, *docuit idem Geyl. in obseruat. 61. d. lib. 2.*

389 De priuilegij reuocatione, quando per regulam cancellaria priuilegium concessum, censeatur à cõcedente vel eius successore reuocatum, & quare reuocatio valeat, *consuluit latè Menoch. in consi. 112. & 113. volu. 3. in d. consi. 113.* multa bona docuit de intellectu & interpretatione dispositionis hominis, ex quibus priuilegium antea concessum reuocatum censeatur. ¶ De priuilegijs immunitatis, militum, doctorum, & aduocatorum, *vide consil. 88. Lau. Syluani in 2. parte.* De priuilegijs dotium, *vide quæ notaui supr. remissiue ad Do. Oldendorpium, in lit. D. versi. de dote, & dona. propter nuptias.*

Nota de priuilegiato: priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non vtitur priuilegio: *Barto. in Authen. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. Hippo. de Marsi. in singula. suo 99. incip. priuilegiatus: ponit exemplum, & dicit: teneменti, quòd si pauper petit ab eo, qui in iure priuilegiatus est, vt non teneatur vltrà quàm facere possit, obtinebit actor pauper, replicans de inopia, contra exceptionem inopiæ; per l. sed & milites, ff. de excus. tuto.* 390

Priuilegium quid, & quotuplex, *Coler. p. 1. c. 4. de proceß. execut.* ibid. quædam exempla generalium & specialium priuilegiorum. ¶ De priuilegio principis, & illius interpretatione, *Carol. Tapia in rubr. de const. princ. c. 6. per tot. & in l. fin. de constit. princ. vide supr. verb. beneficium.* Priuilegium vires suas & effectus habet à tempore scientiæ, pro & contra: *Tapia d. l. fin. p. 1. c. 4. num. 11. & 12. limita à num. 22. vsq; ad 40. 12. modis.* ¶ De priuilegij interpretatione, vide etiam *Raud. de analog. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 15. num. 56. vsq; ad 64. Capra reg. 162. in transcur.* vbi etiam de beneficijs, & *num. 68.* item eius interpretatione, quando verba sunt generalia, & aliqua specialia, item ambigua: *Antho. de Butrio consi. 19. paßim.* ¶ Præsumitur pro impetrante priuilegium siue rescriptum, & onus probandi contrarium spectat ad illum, qui contra priuilegium venit: *Viuius lib. 1. decis. 60.* 391

Priuilegium nemini sit ansa delinquendi: *l. 1. vbi senat. & Clar. §. quòd autem A. vt iud. sine quoquo suffrag.* ¶ Priuil. contra pub. vtil. non valet: *l. nec damnosa, cum similibus, de precib. imper. off.* ¶ Priuilegium opreptitiè impetrans, 5. libras auri persoluit: *l. nullus ex his, vbi Platea c. de diuers. offi. & apparit. lib. 12.* ¶ Super priuilegijs & confirmatione Principum, non nisi ipsi principes iudicant & cognoscunt: *Schrad. admonendi, num. 35. de iuretur. fol. 43. lim ibid.* 392

Priuilegijs vnius ciuitatis alteri concessis, an reuocatis vnius, alterius reuocatá censeantur *egregiè Tapia l. fi. de const. princip. p. 2. c. 9. num. 120.* ¶ Priuilegium concessum personæ, videtur etiam indictum eius familiæ, sine qua cum honestate viuere non potest: *Cornel. p. 2. c. 3. num. 119.* ¶ Priuilegium à Principe concessum, an & quando præsumatur derogare & tollere statutum ciuitatis, *Menoch. lib. 6. præsumpt. 39.* 393

¶ Priui-

¶ Priuilegio nouo, an & quando ex præsumpta mente Principis concedentis antiquum sublatum præsumatur, *Men. lib. 6. præs. 40.* ¶ Et priuilegio ren. quando quis præsumatur, *præs. 41.* ¶ Priuilegium concessum pro se, posteris (tam masculis quàm fœminis, *Tiraquell. ibi alleg.*) & genere suo, ad natos ex fœminis non pertinet: *Pruckm. l. in multis, de statu hom. p. 1. membro, 3. arti. 24.* vbi declarat, *& arti. 25.* vbi de priuilegio vacationis munerum: nec pertinet ad fœminas nuptas: *artic. 22. n. 4.*

394 Priuilegium seu concessio, an & quando præsumatur vel realis, vel personalis: *Men. lib. 3. præsumpt. 103.* & cuius hæc distinctio sit effectus. ¶ Priuilegio coquendi cereuisiã alicui & eius proximo possessori concesso, an post obitum mariti, filia vel vxor pro proximo possessore censenda, *Modest. Pist. p. 2. q. 65. & p. 3. q. 111.* ¶ De priuilegiorum renunciatione, quatenus quis priuilegijs possit renunciare, *Medic. de conseru. poss. fol. mihi 671.* ¶ Priuilegiũ concessum intuitu personæ, non transit in generali alienatione: *Viuius dec. 208. lib. 2.* ¶ Priuilegiato succedens, vt puta minori & Ecclesiæ & similib. an vtatur priuilegio & ex eo agat, *Capyc. dec. 109.* ¶ Priuilegia summi principis non valent, nisi à successorib. confirmentur: *Bod. lib. 1. de Repub. c. 8. fol. mihi 85.* ¶ Confirmatio priuilegiorum etiam mutato Principe non est necessaria: *Viuius dec. 206. lib. 2.*

395 Priuilegia quot modis conseruentur, *Seb. Med. de conseru. poss. gl. 2. p. 3. n. 131 fol. 671.* Cessante causa priuilegij, quando cesset priuilegiũ, *ibid.* ¶ Priuilegiũ amittitur multis modis & vndecim refert Med. *de amit. poss. gl. 3. n. 352. & seq. fol. 779.* ¶ Priuilegium per actum contrariũ, quando tollatur vel amittatur, *Fænut. de mom. temp. c. 10. n. 31.* ¶ Priuilegium secundum, primi eidem concessi reuocatorium non censetur. Et priuilegiũ in contractum transiens, per concedentem ampliùs reuocari non potest: *Viuius lib. 1. dec. 126. n. 9. & seq. & lib. 2. decis. 207. Vide in hac materia tr. reg.* ¶ Priuilegiũ extincta persona concedentis non extinguitur: *Carol. Tapia l. fi. de const. princ. p. 2. c. 3. n. 1. & declara & n. 2. vsq. ad 5.*

396 Priuilegium ad concedentis beneplacitum concessum, morte finitur: *Carol. Tap. d. l. fi. p. 2. c. 3. n. 5. & declara vsq. ad n. 18.* ¶ Priuilegium personale extinguitur, cum persona cui est concessum: *Tapia d. c. 3. n. 19. lim. vt numeris seqq. multis modis.* ¶ Priuilegiũ personale non extenditur de persona in personam: *Tap. d. c. 3 n. 70. quod limita 12. modis vsq. ad finem.* ¶ Priuilegiũ potentius dicitur 14. modis: *Tap. d. lo. p. 2. c. 8. n. 9. vsq. ad fi.* ¶ Priuilegium quando superioris voluntate possit reuocari, *Tap. d. lo. p. 2. c. 9. Capyc. dec. 166.* ¶ Priuilegium ex causa onerosa concessum princeps reuocare nequit: *ibid. nu. 1. vsq. ad 6. vbi egregiæ rationes.* ¶ Priuilegium propter merita concessum non reuocatur: *ibid. c. 9. num. 6. & declara vt ibi.* ¶ Vna regula ambas complectitur: Princeps derogare priuilegio accepta pecunia, aut ex causa meritorũ concesso, non potest: *ibid. n. 10. ampl. & lim. vt ibid.*

Priuilegium ex liberalitate concessum, 397 ex quo dominium non transfertur, potest sola voluntate principis absq; causa reuocari: *ibid. n. 56. lim. Gabr. de iu. q. non toll. concl. 7. lib. 3.* ¶ Priuilegium gratis concessum nõ præsumitur reuocatum: adeò per secundum primo non derogatur: *Tap. l. fi. de const. pr. p. 2. c. 9. n. 95. vbi lim. hoc multis,* quando priuilegium secund. tollat primum, & an expressa reuocatio prioris vel generalis sufficiat: *ibi n. 102. vbi limitat multis.* ¶ Priuilegium antiquum, à Principe potest declarari & restringi: *Raud. de anal. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 15. nu. 194.* ¶ Priuilegia contra ius commune quando valeant, *Capra reg. 47.* ¶ De priuileg. ad instar, *Aluarus val. consultat. 12. to. 1.* ¶ Priuilegium ratione personæ, dignitatis, vel loci indultum, quando cesset, *Carol. Tap. d. lo. c. 5. p. 1. in l. fi.*

Item elapso tempore amittitur: *cap. 5.* 398 renunciatione expressa: *c. 6.* delicto: *c. 7.* cõcursu pariter priuilegiati: *c. 8.* superioris reuocantis voluntate: *c. 9.* ¶ Priuilegiũ concessum subdito, potest reuocari regulariter: *Seb. Med. reg. 5. n. 196.* fallit hoc in nõ subdito, sub lim. nisi de modico præiudicio agatur: *ibid.* ¶ Priuil. Princeps indistinctè reuocare potest, concessum à suo antecessore: *Med. de nouat. p. 2. q. 1. fol. 108. n. 82. vbi lim. 8.* ¶ De priuilegijs creditorum, *Seb. Med. de conseru. poss. gl. 2. p. 3. n. 129. fol. 671.* ¶ Priuilegium Princeps potest moderari, tollere ac reuocare: *Cou. V. R. lib. 3. c. 6. n. 1.* ¶ Impetrans priuilegium à superiore, contra vtilitatem publicã, an dicatur fecisse contra iuramentum, quo iurauit, se promoturum vtilitatẽ publicam: *Modest. Pist. p. 3. q. 121.* ¶ Contra priuilegia quæ obijci possint, *Nepos de Monte alb. de except. artic. 2. n. 10. & seqq. vsq. ad fi.*

Priuilegium quis possit dare, an solus 399 Papa, vel etiam Episcopi, & quando præiudicet alteri, & alia pulcra de priuilegijs, vide plenam & auream gloss. *25. q. 3. in summa.* ¶ Priuilegium ex consuetudine introducitur: *c. cum questus 9. q. 3. c. mos antiquus, 65. dist. ita dixit Bar. in l. de quibus in 2. q. 5. q. pr. de LL. adde l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aq. quotid. & æst. c. super quibusdam, §. præterea, de v. sign. Alex. in consi. 6. in 1. vol.* ¶ Priuilegiũ semper intelligitur concessum, ne lædatiu s alterius:

Dd, in c. super eo. de offi. deleg. l. 2 §. si quis, in prin. ne quid in loc. publ. Fallit hoc, *secundum Abb. in d. c. super eo*, nisi priuilegiũ nihil operaretur: quia tunc etiam in præiudiciũ tertij extenditur: *vide in v. verbum.* ¶ In his, quæ fiunt ex priuilegio principis, vel de iure speciali, nõ debet considerari, quod euenire potest: *l. 4. §. 1. de fideicom. libert. Bar. in l. fi. C. de senten. pass.* ¶ An concessio priuilegij habet effectũ à tempore concessionis vel tempore scientiæ, vide Ias. *in l. fi. in 8. col. de const. pr.* ¶ Priuilegium patri, & filijs concessum transit ad filios adoptiuos: *Ang. in add. ad Bar. in l. cum ad adoptiuum, C. de Decur. lib. 10.* ¶ Priuilegia in dubio intelliguntur cõcessa ad instantiã nõ motu proprio: *c. si motu, de conceß. præb.* ¶ An quis in priuilegio & præscriptione simul se fundare possit, ita quòd concurrant, vide Dec. *consi. 271. & seq. n. 16. vol. 2. superiori anno.*

400 Priuilegium in alterius præiudiciũ concessum strictè intelligi debet. *Bar. in l. beneficium, de const. princ.* & ibi quid sit priuilegiũ, & quomodo à beneficio differat. ¶ Priuilegij causa cessante cessare debet priuilegiũ: *not. in l. 2. in gl. fi. C. de Episc. & Cler. l. Titia Seio, §. vsuras, de legat. 2.* ¶ Priuilegium dicitur, quod est contra ius cõmune: *c. priuilegium 3. dist.* & nisi aliquid priuatum indulgeret, non esset priuilegium: *c. in his, de v. sign. c. Abbate, vide Alber. de Ros. in Dictionario.* ¶ In concessione priuilegij non est necesse, quòd ille, de cuius præiudicio agitur, citetur: *vide Franc. Curt. in consi. 1. fol. 61. col. 2.* vbi habes multa & pulcra de quodam priuilegio ab Imperatore concesso, & dicit Bal. *l. fi. C. quib. res iudic. non noc.* Quòd sicut solus princeps legẽ condit, ita solus priuilegia concedit nullo citato. ¶ Secundum priuilegium debet facere mentionẽ de primo, aliàs est nullum: *c. cæterum, de Rescript. Curt. in consil. 1. fol. 62. col. 2. Paul. de Cast. in consi. 187. volu. 2. in pen. col. vide latè Fel. in c. 1. de Rescrip. fol. 56.*

401 Priuilegium subdito concessum potest per concedentem reuocari, *Curt. in dict. loc.* ¶ Priuilegium duo specialia continens non valet: *vbi supr.* ¶ Priuilegium, postquam est operatum, aliquid debet restringi, vt minùs lædat ius cõmune, quàm sit possibile: *vt latè per Moder. in c. 1. in 6. de Rescript. Curt. consi. 5. fol. 70. col. 1. in pr.* ¶ Priuilegium lite pendente concedi non solet, nec ius nouum edi quò ad illam causam, aut in medio litis sacrum ius non fieri: *legitur, & not. in c. fi. vt Lit. pendent. & per gl. in c. licet causam, de elect. lib. 6. Abb in c. fi. de iuram. calum. n. 7.* ¶ An generalis derogatio sufficiat ad derogandum priuilegijs, *vide Curt. d. consi. 1. fol. 62. colu. 2.* ¶ Si concedatur priuilegium cum clausula generali, an tollatur priuilegiũ alteri priùs concessum, an vero requiratur mentio specialis, *Paul. de Cast. in consi. 357. vol. 1. dicendum videtur.* ¶ In priuilegijs priuilegiũ posterius speciale nullo modo derogat generali priori, nisi illi expressè sit derogatũ; secus in Rescriptis, in quib. contrarium est verũ, *vide Dom. Phil. Dec. consi. 147. vol. 9. & pro tenui.*

402 Priuilegiũ perdit, qui eo abutitur: *l. nullus, C. de iud. §. interdicimus, in Aut. vt iudic. sine quo suffrag. c. contingit interd. de sent. excom. vide Pet. q. 175.* ¶ An per vnum actũ contrarium quis dicatur renunciare priuilegio, ita quòd illud perdat, Dic quòd nõ: *secundum Barto. in l. honestè, per illum text. ff. de veteranis.* Contrariũ voluit Ang. *in Apostill. ad Bart. in l. cum adoptiuum, C. de Decu. lib. 10. meliùs Alex. in consi 33. vol. 1. n. 14.* vide Dec. *in consi. 308 vol. 2. n. 11. adde Aut. in c. pastoralis, in 8. col. vers. sed & dubium, de cauß. poß. & propriet.* qui dicit, Quòd per vnum actũ contrariũ priuilegio non perditur priuilegiũ, quando ille actus non habuit effectum; *vide Fel. in tract. conatus post Tit. de Appellat.*

Priuileg. ũ aliquid faciendi perditur per non vsum lapso decennio, ergò dicit Bar. *in l. 1. ff. de nund.* Quòd Aretini, qui impetrauerunt priuilegiũ Doctorandi, quia per decem annos steterunt quòd non doctorauerunt, perdiderunt priuilegiũ, *vide latè Ias. vbi habes limitationes in l. fi. de const. princ. vide Dec. consi. 271. & seq. in casu transf. vol. 2. Alex. in consi. 33. vol. 1. n. 14.* ¶ Hoc intellige, quando priuilegiatus habuit facultatẽ vtendi priuilegio, & vti noluerit, sed si vsus non fuit, quia occasio data non sit, non habet locũ: *d. l. 1. de nund. gl. est not. in c. Abb. sane, & ibi Abb. circa fi. de v. sig. & Bar. in l. in filijs, C. de Dec. lib. 10. Dec. consi. 271. vol. 2. n. 17.* ¶ Per delictũ, priuilegium & beneficiũ alicui concessum perditur. *l. pen. de iur. dot. l. etiam, §. fi. sol. matr. l. sed si ex par. §. quanquã, ff. quòd cum eo, vide latè Fel. in c. quæ in Ecclesia. in 27. & 28. col. de const.* ¶ De amissione priuilegij, latè Fel. *in c. cùm accessissent, de const. & ibi Dec. post Abb. & Fel. latè.* ¶ Per priuilegium superueniens delictum non tollitur: *vide Soc. in reg. 309.*

Priuilegiatus non præsumitur vsus priuilegio, nisi probet: *l. in testam. l. 1 de stat. milit. in fi.* ¶ An & quando priuilegiatus succedens non priuilegiato, sicut si minor maiori, vel miles non militi, vtatur priuilegio, *vide Bar. in l. cum filius, §. in hac, de v. obl.* ¶ Priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatũ: *l. sed & milites. ff. de excusat. tutor.* fallit, *secundum Roman. in consi. 360.* quando vnus tractat de damno vitando, & alter de lucro, quia is, qui de damno vitando tractat, vtitur priuilegio contra alterum: *Alex. & ibi Apostill. in l. 1. §. numeratio, de oper. nou. nunc. l. verum, §. fi. de minor. vide Ias. in Aut. quas actiones, in 3. col. C. de S. S. Eccl. & alios ibidem, vide Dec. consi. 171. vol. 2. num 6 fol. 14.* ¶ Priuilegiũ semper debet ita interpretari, ne ex-

ne excludat aliud priuilegiū priuilegiati: *l. si Ruffi. C. de test. mil.* Ergò si scholares ex forma statuti debent tractari pro ciuibus, intelligitur quò ad fauorem eorum, non quò ad detrimenta: *vide pulcerrimè Dn. Alex. post Paul. Bald. & alios in d. l. si Ruffinus l. 1. in 2. col. ff. de legat. 1.* ¶ Et multa de priuilegijs, vide Alex. *in consi. 101. in 1. vol. & vol. 2. in consi. 217.*

405 Priuilegio, quod quis habet à me, contra me vti non potest: *l. si iudex circumuento, de minor. l. amicißimos, in fin. de excus. tutor. vide Barto. in l. cum filijsfamilias, in 4. colum. de leg. 1.* ¶ In generali dispositione persona valde priuilegiata non comprehenditur, nisi specialiter nominetur: *not. in c. quàm sit periculosum, de sentent. excom. lib. 6. Goz. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. princ. fol. 22. de iust. & iur. lect. 12. Modern. in l. 1. solut. matr.* ¶ Priuilegia piæ causæ vide per Soc. *in reg. 300.* vbi enumerat piæ causæ priuilegia 62. ¶ Priuilegia viduis & puillis data, *de quibus in l. vnic. quando imper. inter pupillum, & vid.* intelliguntur etiam data mulieribus habentibus maritos inutiles: *per gloss. quam ibi Bald. ad hoc not. in l. fin. in verb. Orbitates, C. ad l. Fau. de Plag. vide in verb. factum.*

406 Si res est donata cum pacto, vt non possit alienari, tamen ad pias causas potest alienari: item statutum prohibens minorem, vel mulierem alienare, non procedit, si alienauit in Ecclesiam: *vide Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 30. de constit. vbi ita refert Bald. cui ipse tandem contradicit.* ¶ Priuilegium pauperibus datum, intelligitur & illis concessum, qui eis inseruiunt, & hospitali præsunt: *ita Oldr. consi. 11. & referunt Moder. in l. 2. de iurisdict. omn. iudic.* ¶ Quando quis est effectus talis propria culpa, si talis effectus culpa sua non fuisset, priuilegium haberet, priuilegio non gaudet: exemplum in eo, qui sua culpa pauper est effectus, pauperum priuilegio non gaudet: *arg. l. pen. de iur. dot. Dd. in l. etiam, solut. matr. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, in 27. colum. de const. vide Goz. in l. quod te, lect. 44. in q. an difficultas soluendi excuset debitorem à mora, si cert. petat.*

407 Quando quis habet plura priuilegia tacita, alijs præponendus est: *l. singularia, vbi not. ff. si cert. pet. gloss. rubr. & Dd. ff. eod.* ¶ Priuilegium factum absenti, non valet, nisi acceptet: *Barto. in l. fin. de constit. princip. Moder. in l. qui absenti, de acq. hered. Car. in Rubr. de v. oblig. in q. an ex publicatione oriatur obligatio naturalis.* ¶ An de priuilegio suo semper quis docere debeat, *vide Petr. q. 30.* ¶ An priuilegium mihi datum ad hæredes transmittā, *vide Petr. q. 35.* ¶ An priuilegium extendatur ad descendentes ex fœminis, *latè & subtiliter de intellectu l. 1. §. fi. de iur. immun. vide Dec. in consi. 223. vol. 2. in casu proposito.*

De Probationibus.

Probatio est intentionis controuersæ legitima fides, quam facit iudici actor, vel reus, vel vterq;: *Obrecht. disp. 1. de probat. thesi 13.* ¶ Omnes actiones sunt inanes, nisi indubitata probationis fide apud iudicem competentē, liqueat vera esse, quæ in iudicium adducuntur: *Cuiac. in par. C. de probat.* nec quisquā victoriæ spem vllam sine probatione habere potest, adeò quòdquod nō probatur, ne quidē subsistere videatur: *l. diu. 30. ff. de tutel.* Inde probationes de substantia iudicij esse statuitur. Quia iudicium regulariter sine probatione non procedit. 408

Species probationū à Dd. enumerantur num. 20. sed quia ista materia est multùm vtilis, breuiter erit examinanda. ¶ Et primò examinabo de probatione fienda per instrumentū, simul inducendo quædā circa instrumentorum materiam. ¶ Et dicendū est, quid sit probatio: *notat. Bal. in repe. Rub. C. de proba.* imò nedum probatio plena fit per instrumentum, sed etiā ipsum instrumentum, habens sua requisita, dicitur probatio ꝓbata, & veritas euidens nō probanda: *secundùm Bal. l. quoties, in vltimis verbis C. de iudi. Bal. in l. 2. in 1. col. C. quan. fisc. vel pr. & dicunt Dd. in c. si. de libelli oblatione,* quòd illud, quod apparet ex instrumento, dicitur esse certū: *idem dixit Bar. in l. 1. in pr. vers. venio ad quæst. ff. de no. ope. nuncia. Bal. in l. interest, C. de solu. faciunt d. per Ioan. de Anania in consi. suo 97. incip. in causa ista in pr.* vbi inter cætera dicit, quòd nihil aliud quæritur, nisi quòd dicat instrumentū: *allegat l. fin. C. de fal. cau. ad. faciunt dicta per Alex. in consi. suo 37. incip. viso & opportunè, in 6. col. in 2. vol. vbi dicit, quòd illud, quod constat per publicum instrumentum, dicitur manifestum: allegat c. cum olim, ext. de v. sign. & l. fin. cum gl. C. de reb. cre. Barto. in l. 1. ff. de no. ope. nuncia.* Et quòd probatio per instrumentum sit probatio probata, *dicit Ioan. An. in addi. ad Spec. de procura. §. ratione autem formæ incipien. additione videtur autor.* Et quòd per instrumētum sic fiat probatio, *tenet Hippo. de Marsi. in repe. Rub. C. de proba. n. 3. versi. & primò incipiamus.* Et de instrumento publico potest dici, noli me tangere: *Rolan. à Vall. in consi. 89. in pr. lib. 1.* Et quòd etiam instrumentum posit iuuari testibus, indicijs, vel alijs adminiculis, *notat. Bal. in l. ad probationem, & ibi in oppos. C. de pro.* ¶ Quæ autem requirantur in ipso instrumento, vt probet, & dicatur probatio probata, & veritas euidens non probanda, notantur per Dd. nouem requisita, quæ sic faciunt instrumentum publicum, & tanquā publicum valere: *enumerantur à Specu. in titu. de instrument. editio. §. breuiter.* 1. ponenda est (dicit) inuocatio nominis diuini. 2. Annus do-

nus domini currens tempore contractus. 3. Indictio. 4. dies.

410 Sed nota: quando notarius omisit scribere diem in instrumento, an instrumentū vitietur, & an postea possit ponere, *Bar.(Ait: videtur, quòd sic.) in consi. 197. inc. reperitur, vol. 1.* & mensis in quo conficitur instrumentū. 5. Nomen papæ vel imperatoris. 6. Locus. 7. Testes. 8. Nomen & pronomen tabellionis. 9. Signum tabellionis: singula benè & eruditè prosequitur & examinat *Speculat. in d. §. breuiter, titu. de instru. editione. & post eum And. Barb. Siculus in repe. Rubr. ext. de fide instru. incipit de suis requisitis tractare, & pulcherrimas decidere materias, mihi col. 38. vsq. ad col. 9. inclusiuè, docuit Landfr. de Oriano in sua praxi, c. 11. de instru. editio. n. 11. versi. quarto.*

411 De Notarij subscriptione, quòd faciat fidem instrumento, licet alterius manu sit scriptum: de signi notariatus appositione, & de rogatione seu rogatu notarij, *vide Rolnd. à Valle in consi 44. à n. 15. vsq. ad finem.* An sint ista de instrumenti substantia & prothocolli, *vide ibi bona.* Rogationem vult esse solennitatem intrinsecam: ideo eam præsumi, *docet in fine d. consi. 44.* ¶ Et tandem quæ instrumentum faciant perfectum, quæque illud reddant suspectum, & quòd ex imperfecto non agatur, *consuluit Menoch. consi. 48. vol. 1. item Menoch. in consi. 37. volu. 1.* dicit, in quibuscunque instrumentis quatuor considerari: solennia, substantialia, naturalia & accidentialia. De solennibus, *consuluit à nu. 1. vsq. ad n. 3.* de substantialibus, *à n. 4. vsq. ad 10.* de naturalibus, *à n. 11. vsq. ad 29.*

412 Ex tertio requisito, quæ sunt naturalia, infert Menochius, quæ clausulæ possint vel censeantur rectè positæ in instrumento, vel non, sine rogatione, vel ob simplicem rogationem saltem, *à n. 30. vsq. ad n. 79.* de accidentalibus, *nu. 98.* quòd de consensu partium, & non ex capite notarij aliquid in instrumento sit scriptum, colligit in hoc consilio *Menoch. à num. 104. vsq. ad finem: præsumptiones plures,* & ex quibus potissimè fiat interpretatio pro notario, vt sustineatur instrumentum, consuluit ibi bona.

413 Instrumenta quando, in qua parte iudicij exhibeantur, vel producantur, & vsque ad quod tempus hoc fieri possit, *notat Spec. in tit. de instru. editione, §. nunc dicamus, vide text. gl. & Dd. in c. cum dilectus, ext. de fi. instru. & c. cum causam de testibus, cum similib. à Spec. allegatis, vide Chilian. Köning. in pract. sua, c. 95. Von der fürstellung der Instrumenten, vnd brieflichen vrkunden. Hipp. de Marsi. in singul. suo 170. Mynsing. in obser. 60. cent. 4. Petrum à Duen. in regulis fallentiarum, regula 424. dicentem, quòd instrumenta post conclusionem in causa produci non possint, per c. cum dilectus, De fide instru. ampliat quatuor, & limitat eleganter tredecim modis.*

414 Qualiter autem producantur instrumenta in iudicio: quibus fortè protestationib. eorum transcripta, retentis originalibus, & alia bona, *notat Specula. in §. videndum restat, de instru. editio.* Producantur etiam sic, vt pars aduersa ad productionem citetur, sit præsens, produci ea vt videat, legat scripturam, inspiciat, & alia recognoscenda recognoscat, vel per contumaciam sit absens: *tex. Dd. & gloss. in l. de vnoquoque, ff. de re iudica. l. nam ita diuus, ff. de adoptio.* & sic obseruat etiam nostri fori stylus, qui est obseruandus: *vt habetur in l. fin. C. de inst. l. 3. §. fi. ff. de testa. Clarius vult Hipp. de Marsi. in singula. suo 81. incip. aduertas, dicens: & scias, quod omnes scripturæ & instrumenta, vel aliæ probationes, debent produci parte præsente vel citata, alias non probant: allegat c. chartæ 3. q. 9. l. iudices, & ibi Bal. in 4. notat. C. de fide instru. & similia.*

Sed fortius (dicit) scias, quòd ad hoc 415 scripturæ, instrumenta, vel aliæ probationes productæ in iudicio, probent & fidem faciant, non solùm est necesse, quòd producantur parte præsente vel citata, sed etiam necesse est, quòd detur copia parti, cum termino ad opponendum: *per Bart. in extrauaganti ad reprimendum, super verb. de plano, & per multa alia iura, quæ ibidem allegat.* ¶ Et quòd debeat parti dari copia, *notat & vult Specu. in tit. de instru. editio. §. videndum restat, num. 10. ver. illud autem.* ¶ Sed tertiò quatenus saltē instrumentum edatur, (*Si videlicet petentis interfit, de quo summariè saltem doceri oportet, vt sunt instrumenta communia quo ad dominium. Item prothocollum notarij, quo ad contrahentes. Item acta iudicialia, statutum in iudicio ab alterâ partium allegatum, aliaq. similia. Fiscus editionem à reo petit, sua instrumenta reo non edit, contra communem iuris regulam,*) & alia bona de instrumenti editione, *vide apud Geyl. in ob. 106. lib. 1.*

Sed instrumentum semel quando legi 416 timè in originali est productum, & exemplum eius apud acta retentum, an cogatur producens denuò vel secunda vice originale illius exempli producere, posito, quòd pars aduersa velit illud arguere de falso? videntur iura eò inclinare, quòd debeat denuò producere: nisi iuret, se non habere facultatem illud iterum producendi, & non tenetur iterum exhibere, sed exemplum eius legitimè transsumptum facit plenā probationem. *Roland. à Valle in consi. 44. à num. 1. vsq. ad n. 14. Bal. in Auth. si quis in aliquo, C. de edendo, & c. in l. fi. C. de fide instrumen.*

Requiritur etiam, vt quis in hac materia 417 probationis sciat instrumentum, quod vel quale, publicū seu authenticū vel priuatū dicatur.

dicatur, & in quibus casibus isti credatur, *de quo vide Speculatorem in d. titu. de Instit. edi. §. nunc dicendum restat, per totum.* ¶ Quantam autem fidem instrumentum faciat in causis decidendis, *dicit Specul. in d. titu. de instru. editione, §. restat videre, num. 8. versi. quanta autem, & ibidem num. 14. incipit enumerare aliquos casus, qui non aliter nisi per scripturam poßint probari.* ¶ Notantur etiam aliqui casus, qui non nisi scriptura probantur: *Hippo. de Marsi. in repe. rub. C. de proba. nume. 20. vers. sed vltra.*

418 Quoniam autem instrumentum potest impugnari & annulari: incipit Spec. *in d. §. restat. in princ. cum sequentibus* tractare, qualiter & quando instrumentum per rasuram, cancellationem, vel aliam suspicionem, vel per testium contradictionem reddatur nullum. Et quibus modis ex varijs & multis causis instrumentum impugnetur, *enumerat d. Specul. in d. titu. de instru. edi. §. postremò restat videre, per totum.*

419 In specie instrumentum mandati qualiter de falso argui, impugnari & annullari possit, *consuluit Decia. in consi. 91. vol. 3.* ¶ Qualiter propter imperfectionem, laceratione, rasuram & cancellationem reddatur nullum, *Menochius consi. 48. vol. 1. ibi & in suprà allegatis, vide multas vtiles doctrinas de publicis instrumentis, de quibus hic in specie non est notatum.* Item quę possunt contra instrumentum opponi, *vide ea, quæ notauit Oldendorpius in suo enchiridio exceptionum, versi. contra instrumentum, & de hac materia D. Robert. Marant. in suo ordine iudiciario, parte 6. c. de instrumentorum productione.*

420 Nota, vnum instrumentum habens plura capitula, & in vno falsum est repertum, in cæteris autem verum, quòd non vitietur per totum, quia tot sunt instrumenta, quot capitula: *ita dicit Angelus de malefi. in verf. falsario, num. 45. versi. pone quod, per l. etiam, §. 1. & glos. & Dd. ff. de mino. l. scire debemus. in prin. & ibi Bart. ff. de verb. oblig. & ibi August. in addi. remißiuè.* secus autem, quando ex parte notarij causetur falsitas: tum enim totum instrumentum corruit: *notatur in Apostilla, litera A. ad Angelum in d. loco. Menochius in consi. 48. volum. 1.*

421 Et de hac materia instrumenti, *vide pulcherrima apud Landfranc. de Oriano, in sua praxi, c. 11. de instrum. productione.* ¶ Protestatio seu contestatio super amissione instrumenti, non prodest ad veritatis probationem: *l. 3. C. de fid. Instru. l. 5. ibi.* Quia etiamsi probetur casus & amissio instrumentorum non tamen ex eo probatur, quid fuerit instrumento comprehensum: *vide VVesenbec. ad d. l. 13. C. de fid. Instrument.*

Instrumentum autem quatenus per contradictionem vel negationem testium instrumentariorum reddatur suspectum, vel annihiletur, *dicit Hippo. de Marsi. in singula, suo 285. incip. multi sunt.*

Nota: ira motus instrumentum productum lacerans qua pœna puniatur, & quomodo procedatur, *vide Ludo. Roma. in singula. suo 381. incip. dum contra.*

Instrumenti amissio, quomodo & in quibus casibus iuramento veniat probanda, *notat Hippo. de Marsi. in repe. rubri. C. de probatio. num. 127. (Vbi dicit hoc procedere, si modici præiudicij sit illa probatio: aliàs legitimis probationibus opus est.)* 422

Et quòd probent testes in amißione instrumenti, vt prosit probare volenti, *vide VVesenbec. in consi. 72. num. 26. parte 2. Item Geyl. in obseruat. 37. lib. 2. obseruat. Cam. Imper. & ibi.* vide de vendicando instrumento seu chirographo, (*solutione videlicet debiti factâ.*) deq; eius renouatione, (*Si instrumentum casu fortuito, puta incendio, naufragio, &c. perditum sit, quæ amißio iuramento probari potest, maximè si de casu fortuito probabiliter constet: & quia hæc probatio exigui præiudicij est, cùm soluto debito pleniùs per acceptilationē debitori caueri poßit.*) Das nemlich der schuldiger newe verschreibung zumachen schuldig/ quando habeat locum. ¶ Sed instrumenti appellatione, in quibus casibus veniat testis, *notauit aliqua Sicul. Barba. in clemen. excommunicationis de excep. colum. 6. versi. 7. facit & in repe. rubri. de fide instru. col. 16. versi. secundo modo capitur.*

De Instrumentorum communium depositione regulariter debent deponi apud digniorem: sed cùm expediens fuerit, etiam originalia sunt edenda, ad requisitionem minùs digni: *l. procurator, & quæ per gloss. & Dd. notantur, C. de edendo.* 423

493 19. Confessio mutui saltem probat elapso biennio, infra enim bienniũ non probat: sed vera numeratio aliter debet probari, nisi sit exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatum: *In toto titul. C. de non nu. pecun. & in Insti. de litera. obliga. Ange. in Institu. §. item si quis in fraudem, de exceptio.* reliqua de materia confessionis dic, *vt per Specu. in titu. de confessio. Landfr. de Oriano. in sua praxi, cap. de confessione, Rober. Maran. in suo Speculo ordi. iudi. parte 6. c. de confessio. fol. 451. Barto. Bal. & alios Dd. in l. vni. C. de confes. CC. in c. fi. & per totum, extra eo. Mynsing. in 1. respon. decadis 1. n. 6. & dicit Mynsing. in obseruat. 94. cent. 1. obser. cameræ Impe.* quod probatio per confessionem possit in omni parte iudicij, etiã post sententiam, & publicatis attestationibus produci, monet hoc tanquam singulare obseruandum. Et de confessionibus in criminalibus, *vide Ange. in tract. de malefi. in vers. comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum, & Hipp. de Marsi. in pract. sua crimi. §. postquam, à n. 5. vsq. ad n. 34. inclusiuè.*

494 Item nota, quòd confessio debet fieri super processu, & libello bene formato: aliàs super processu nullo & libello inepto facta non valet: *Roland. à Valle in consi. 31. nu. 16. & in sequentibus.* ¶ Imò exceptio ineptitudinis semper iudicium & sententiam reddit ipso iure nullam: *gl. singula. in Institu. de oblig. in glossa magna ad finem.*

495 Et hæc probatio per confessionem admittitur, etiam conclusione in causa facta: *D. Rober. Maran. in suo tractatu de ordi. iudi. par. 6. c. de conclusione in causa, fol. 509.* Et vide elegans singulare, *Dn. Hippo. de Marsi. 329. incip. plures sunt casus.*

496 Et spontè confessus, an possit etiam criminaliter condemnari, licet processus sit nullus, *vide (Quòd sic,) singulare 53. incip. Nota vtilem regulam D. Matthæi de Mathesila.* ¶ Sed quòd spontè confessus delictum, non sit criminaliter condemnandus, nisi iudici de delicto aliter constet, *notauit Mynsing. in obseru. 81. centu. 3. Et vide Hipp. de Marsi. in singula. suo 445.* quoniam nec auditur perire volens: *l. non tantùm, ff. de appella.*

Quid sit dispositum tam de iure Saxonico quàm ciuili, *vide Chilian. König. in sua pract.* qui ibi inducit iura ciuilia & Saxonica, *c. 62.* Wann der Beklagte/ der Klagen in seiner Antwort gestendig ist/ *c. 63.* Von der Bekentnuß/ wenn dirs schaden thut/ oder nicht/ *c. 64.* Von dem Bekentnuß/ das ausserhalb Gerichts geschicht/ *c. 65.* Von wiederruffung der Bekentnuß. Et de hoc modo probandi per confessionem, vide, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, *Franc. Hercula. in tracta. suo de probanda negatiua, numer. 196.* Et per illum *numer. 198.* cumulantur quadraginta sex fallentiæ, in quibus confessio non probet neq; noceat confitenti: de quibus ibi vide, & habebis plures casus, quàm sunt suprà notati. 497

20. Requiritur, vt confessio sit facta cum causa: nam sine ea non valet: *Seraph. pri. 94. vbi lim. dist. Br. 766. & 768.* ¶ Confessio moribundi se fuisse vulneratum à tali, nil probat, quia potuit esse, quòd nõ fuerit memor salutis æternæ: *Raud. de analog. lib. 1. c. 31. n. 38. Laz. Fœn. de mom. temp. c. 7. de potesta. const. in mort. arti. c. 7. Nouell. tr. caus. crim. fol. mihi 83. numer. 12. 13. 14.* 498

De Probatione per iuramentum.

QVod iuramentum propriè non sit probatio, sed saltem probationis releuatio, *notat Bald. in repetit. Rubr. C. de probat. & Hippo. de Marsi. dicendo,* quòd sit communis opinio, & etiam ipse quòd istam teneat, *in repe. dicta Rubr. C. de probat. numer. 119. versi. sed in contrarium:* & multas, nec non varias doctorum adducit auctoritates, quib. hanc sententiam fortiter defendere conatur: Nihilominus tamen dicit in sequen. numer. quòd prædicta determinatio intelligatur de iuramento voluntario: secùs de iuramẽto delato à parte parti, vel à iudice parti: quia tale iuramentum (affirmat) quòd faciat probationem, *allegando l. admonendi, & l. manifestè, ff. de iureiurando, l. in bonæ fidei, C. eo.* Conscripsit & enumerauit autem *d. Dn. Hippo. in d. repe. Rubr. C. de probat. numer. 121. versi. istam tamen,* multas fallentias ad prædictam conclusionem, & casus, in quibus iuramentum faciat probationem, vel iuramento qui possint probari: quos ibi per ordinem *vide, à num. 121. vsq. ad num. 151.* elegantissimè tractatos: & lector illos legendo, multas ibi inueniet vtilitates. 499

Sed an iuramento probari possit, quòd 500

 quis

quis non speret, se consecuturum iustitiam? quòd possit, conclusum fuit *per Fel. in c. accedens, el. 2. vt lite non contesta.* sed quatenus habeat locũ, vt iuramento quis possit probare, (*Ne videlicet antea periurus sit,*) *notauit Mynsing. in obser. 58. cent. 3.* Et de hac materia iuramenti, *vide D. Rober. Marant. in suo speculo de ordi. iudi. part. 6. c. de iuramento, eius differen. & vsu, fol. 474. aliqua dixit Francis. Hercula. in tract. suo de proban. negatiua. à n. 201. vsq. ad n. 207.* Et ibi bona de præstatione, recusatione, vel relatione iuramenti. In qua forma præstetur iuramentum, & alia quædam, *vide per Spec. in tit. de iureiuran. per totum.*

501 An autem in criminalibus iuramenti delationi sit locus, ita quòd possit fieri, *vide Bart. in l. maritus, col. 2. in prin. ff. de quæstio. & Hippol. de Marsil. in pract. sua crimi. §. postquam, num. 1. 2. 3. 4. & 5.*

502 Was einer kan mit Gezeugen vberwunnen werden/ darnor mag keiner nicht schweren: *Art. 15. lib. 1. LandRecht.* Was auch vor Gerichte geschehẽ/ darnor mag einer auch nit schweren: *Art. 13. lib. 1. LandRecht.* Alia in materia iuramentorum tractaui *supr. in lit. I. versi. de iuramentis.* Item periurus non admittitur ad iurandum: *supr. in hac lit. P. versi. de periuro.*

503 Iuramento solo probatur aliquid, cum tractatur de modico præiudicio: *Seb. Med. reg. 5. n. 106. fol. 186.* nam in modicis sufficit præsumpta probatio: *vt ibid. & n. 159.*

De Probatione per sententiam.

504 QVòd sententiã res iudicata facta, inducat probationem, *notatur per Bald. in repe. Rubr. C. de proba. & per Hippo. de Marsi. in ex. repe. num. 151. versi. modo transeo.* per rationem, quia res iudicata pro veritate habetur: *l. res iudicata, ff. de reg. iuris. Imò dicit Bald. in l. 1. C. de fal. caus. ad lega. in prin. vlti. colum.* quòd non minus operetur sententia, quàm dicta testium, & instrumenta ad probandũ: allegat *dict. l. res iudicata, ff. de regu. iuris.* Et quod maius est, tollit confessionem, si sit iudicatum contra illam: & quòd ex dicta confessione præcedenti nullus possit sequi effectus. *voluit Bald. in l. sed si quis in hoc, C. de Epis. & Cle. & vide quæ notauit Hippo. de Marsi. in d. repe. Rubr. C. de proba. ad hanc speciem proba. numer. 152. vers. quinimo nedum. Et per eundem Hippol. supr. de probatione per confeßionem, num. 9. notauit.*

505 Et quòd per sententiam probetur tenor libelli, in casibus, quando sit amissus, vel quando verba libelli sint dubia, *notat gl. fina. in c. dudum, ext. de decimis, & per hanc gloss. Abbas ibidem in col. penul. in fin.* ¶ An autem per sententiam possit probari in petitorio, vel possessorio de titulo, *dixit (Quòd sic in possessorio, ad colerandam possessionem: secus in petitorio) Hippo. in d. repe. Rubr. C. de proba. n. 155. versi. item etiam scias, & vide quæ notauit Alex. de Imo. in consi. suo 98. incip. visis hu quæ eleganter, col. pe. versi. Rursus, volu. 5.* vbi vult, quòd per sententiam etiam declaratoriam transferatur in victorem dominium, vel quasi: refert se ad communem opinionem, *in l. 3. §. item quæri, ff. de rebus eo. Cyn. Bal. & Saly. in l. 1. C. com. vtriusq. iudi.* & plus dicit, talis probatio tituli resultans ex sententia, vel simili actu, quòd probet etiam inter alias personas: *per l. desiderium, & ibi per notata Bal. C. depositi, per Bal. in Rub. C. res inter alios acta, in fin.*

Sed quatenus & quando per sententiam intelligatur translatum dominium, *notat pulcherrimè, distinguendo circa probationes, Angelus titu. Institu. de offi. iudicis, §. fina. per totum.* 506
Ampliat prædictam doctrinam, *Hippol. num. 156. versi. item scias, in d. repe.* quòd sententia etiam inducat notorium, *per gloss. l. emptorem, in prin. ff. de actio. empti.* imò etiam si sit talis, quæ possit retractari antequam retractetur: *per Alex. in d. l. emptorem, ff. de ac. empti. & de isto vide Landfranc. de Oria. in repe. c. quoniam contra, de probatio. numer. 27. versi. secunda arguitur.* Et omnia, quæ modò dicta sunt, intelligenda sunt de sententia, quã res iudicata est facta: aliàs secus: *gloss. in l. res iudicata, ff. de reg. iuris.*

Quando autem sententia dicatur transijsse in rem iudicatam, & cuius sit auctoritatis res iudicata: *examinat & notat Robertus Maranta. in suo tractatu de ordi. iudi. c. de senten. appel. & execu. num. 128. versi. venio ad tertiam quæstionem: & ibi in numer.* sequenti cum alijs, enumerat multos casus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam, *fol. 547.* Et de materia sententiæ, *vide Specula. in titulo de sententia, parte 2. per totum, nota quædam infrà in litera S. vers. de senten.* 507

De Probatione per euidentiam facti, seu oculorum inspectionem.

QVòd euidentia facti sit probatio, *notatur per Bald. in repet. Rubr. C. de proba. per Hippo. de Marsi. in eadem repeti. num. 157. versi. modò restat deuenire, Specula. in titulo de proba. num. 9. versi. quartò per euidentiam facti: est tex. in c. de manifesta, 2. q. 1. l. si irruptione, ff. fin. regundo. Imò dicit Alex. de Imo. in consi. 35. colum. 3. in prin. vol 4.* 508

Quòd talis probatio, quæ fit subijciendo locum oculis, sit tantæ virtutis, vt illi nunquam intelligatur esse derogatum, & præferatur cuicunq. alij probationi: *allegat Azon. in summa, C. ad l. Aqui. & Bald. in l. contra negantẽ, C. eo. concordat Bal. in d. rep. Rub. C. de prob. in 2. col. in pr.* dicens, quòd sit optima, & superlatiua ꝓbationũ; quia illi sunt verissimi sermones. 509

sermones, qui concordant rebus seu factis, teste, Aristotele & Auerroe, allegat l. si irruptione, ff. fini. regund. & concludit, quòd ergo illã nulla legis virtus possit excludere. Simile tenet per multos Dd. Hippo. de Marsi. in d. repe. Rubri. C. de proba. num. 157. versi. modò restat, & ibi in sequentibus per Hippo.

510 Vide per exempla declaratum, quatenus propter inspectionem instrumenti, vel propter existentiam euidentiæ facti, nullatenus intelligatur exceptioni derogatũ: vel quòd quis cum exceptione, seu subterfugio minimè audiatur: allegat Bal. si ex prædictis, C. de euictio. vide ea, quæ sunt bona & commendatione maximè digna.

511 In tantùm etiam hæc probatio est priuilegiata, quòd admittitur post conclusionẽ in causa: Bal. in l. contra negantem, in fi. C. ad l. Aquili. Maranta in sua tracta. de ordi. iudi. parte 6. c. de conclusio. in causa, num. 6. versi. item admittitur, fol. 511. ¶ Euidenter autem apparere id dicitur, quod fortè ex inspectione instrumenti, actorum, vel alterius alicuius scripturæ, vel circa subiectum oculari inspectione ita apparet, quòd nulla tergiuersatione potest celari vel negari: notatur per Dd. & text. supra allegatos, Imo. Bal. in d. repe. Rubri. C. de probat. col. fin. in prin. dicit: quòd hæc probatio inducat notorium facti permanentis.

512 Ad hanc probationis speciem refer de probatione homicidij, quæ fit circa inspectionẽ vulnerũ vel cicatricum: de quo notaui suprà in lit. M. versi. de medicis. & probationem, quòd mulier sit prægnans, quæ fit per ventris inspectionem: de qua supr. in hac lit. P. versi. de partu perfecto & imperfecto.

513 Res an sit in conspectu vel proxima, vt possit citò ad conspectum deduci, nil refert: Seb. Med. reg. 5. n. 174. fol. 206.

De Probatione per vehementem omnium opinionem.

514 QVòd per vehementem opinionem, inducatur & fiat plena probatio, notatur per Bal. in repe. Rubri. C. de probatio. imò quòd inducat notorium actus non permanentis, Hippo. de Marsi. in ea repeti. num. 173. versic. superest modò. & quòd præsumatur vera, notat Bal. in d. l. cum aliquis, in 1. col. C. de iure delib. ¶ Requiritur autem, quòd sit probata & quòd probetur per instrumenta antiqua: dicit Bal. in d. l. cum aliquis, in 1. col. C. de iure delib. & Alex. de Imo. in consi. 89. circa medi. 2. colum. volum. 5. vbi dicit, de probatione antiquorum confinium, per communem hominum opinionem: probetur etiam per testes volentes probare communem opinionem hominum: notat Specu. in titu. de proba. num. 20. versic. vltimò quæritur.

2. Requiritur, quòd sit veritati consona: 515 tunc enim idem operatur, quod certitudo: gloss. est notabi. in l. si quis extraneus, in §. sciendum, in gloss. fina. ff. de acqui. hære. & ibi Bald. & ad idem est gloss. in l. 2. §. idem Labeo, el. 1. ff. de aqua. plu. arcend. ¶ Sic etiam vehemens credulitas habetur pro certitudine: Bald. in l. 2. §. quòd obseruari, in 3 notab. C. de iura. calum. Et hanc probationis speciem declarat per exempla, Hippo. de Marsi. in d. rep. Rubr. C. de proba. num. 173. & ibi vide aliquos casus, in quibus vehemens opinio vel credulitas, puta testem, exclusit à pœna falsi. & de similibus vide, quia sunt valde bona.

Et quòd vehemens opinio sit semiplenæ 516 probationis, vel defectus probationis suppletio & vehemens infamia, quòd sine aliquo alio indicio sufficiens sit ad torturam, notat Hippo. de Marsi. in singu. suo 205. incip. vehemens opinio. & ex prædictis etiam sequitur, quòd illud dicitur certum, quod probabili ratione certum est: tex. in l. filiusfamilias, ff. de ritu nuptia.

Et nota id, quod dicit Bal. in Rubr. C. de 517 proba. quòd per vehementem opinionem possit probari notorium sine probatione substantiæ, id est, absq; eo, quòd probetur substantia per sensum corporis: allegat l. si is ad quam. ff. de acqui. hære.

De Probatione per rationem naturalem.

QVòd per rationem naturalem fiat ple- 518 na probatio, notat Bal. in repe. Rubr. C. de probatio. & secundùm eum Hippo. de Marsi. in eadem repetitione, num. 175. versi. capio modò aliam speciem: per exempla hæc species probationis potest declarari, primò in mortiferè vulnerato & mortuo: quia naturali ratione præsumitur ex vulnere mortuus, cùm æquiparetur mortuo. de quo vide Bal. & Aluo. in c. 1. titu. quib. mo. feu. amitt. in vsibus feudo. & notatur ab Ange. in tractatu suo de malefi. & ibi in addi. versi. & ex interuallo d. Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit.

In probatione mortis sunt plurima ex- 519 empla: posito enim, quòd testis dicat, se vidisse hominẽ euisceratũ, probata est mors: quia de necessitate naturæ sequitur, quòd sit mortuus: secundùm Bal. in l. ex persona. col. 2. C. de proba. vel quia dicit: vidi eum decapitari vel abscindi venas gulæ, cum sanguinis effusione: quia cõcluditur ex vi necessitatis naturalis, quòd sit mortuus. Bal. in Rubr. 3. col. C. de probatio. Barto. in tracta. suo, qualiter probetur mors, col. fina. vel quia probati sunt anni centum & decem à tempore natiuitatis alicuius, & tam secundùm naturam, quàm secundùm iuris intellectũ præsumitur desijsse esse: Bald. in l. ex persona, col. 2. C. de prob. per l. cum

cùm proponebatur, ff. de iudi. l. vlti. C. de S.S. Ecclesiis.

520 Item potest poni exemplum in hærede, producente testamentum defuncti in iudicium: nam tunc ex naturali ratione satis dicitur probata mors defuncti: quia viuis testatoribus non solent dari hæredibus testamenta: *Hippo. in repe. Rub. C. de proba. num. 176. versi. idem potest etiam poni. Barto. in l. fi. 3. col. C. de edic. diui Adri. tollen.* Simile ibi ponit exemplum de illis, qui iuerunt in bellū, nec finito bello reuertuntur: dicit, quòd naturali ratione præsumantur mortui.

521 Aliud exemplum testis dicit, quòd vidit Titium carcerari in carcere, in quo non erat nec cibus, nec potus, & quòd ibi erat appositus custos, qui non permittebat dari victum carcerato: nam post aliquos dies præsumitur mortuus, attenta naturali præsumptione, quæ est, quòd sine cibo non potest quis viuere: *ita Barto. in tractatu suo, qualiter probetur mors.* De his exemplis enumeratis, *vide D. Robertum Maran. in repe. l. is potest, ff. de acqui. hære. num. 157. vbi incipit tractare de probatione mortis.*

522 Aliud est pulcherrimum exemplum ex vi probabilitatis naturali à lege approbata: puta filius fuit natus in domo mariti & vxoris, ergo præsumitur ex matrimonio natus: *Bal. in repe. Rubri. col. fi. C. de proba. per l. filium diffinimus, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.*

523 Secundùm Hippo. pone aliud exemplum & elegans. Maritus habet vxorem iuuenem, & ipse est decrepitæ ætatis, & impotens ad coitum: vel, quia est potens, & stetit per tres, vel quatuor annos absens ab vxore, & ipsa vxor bis peperit: certè ex ratione naturali probatur, ipsam commisisse adulterium: *per d. tex. l. filium diffinimus, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris, & per Feli. in c. præterea, de testibus.*

524 Et ex probatione, ex ratione naturali, oritur præsumtio violentissima, ex qua etiam potest ferri sententia exemplo Salomonis: *de quo in c. afferte mihi, ext. de præsum. & ibi Abbas: est histo. cap. 3. lib. 1. Regum.*

Et notandum est in hac materia, quòd ratio naturalis subrogatur loco legis, & pro lege habetur: *l. cum ratio, ff. de bo. damn. & dicit Bald. in l. testium, in 5. col. in prin. C. de testibus. per Aristo. quòd meliorem testem habere non possumus, quàm rerum naturam, quæ mentiri non nouit.* Et multa alia bona circa hanc materiā rationis naturalis, quomodo secundùm eam dispositio sit restringenda, qualiter sit alleganda, & circa testium depositiones attendenda, & similia, *inducit Hippo. de Marsi. in d. repe. Rubr. C. de proba. num. 177. versic. & primò feias, cum sequentibus.*

Nota singulare ad hanc materiā in criminali: quando suspectus de homicidio ducitur super cadauer, si illud emittat sanguinē, hoc sit aliquid naturæ insitum, & faciat cum quotalijs indiciū ad torturam: *Hippo. de Marsi. in pract. sua crimi. §. diligenter, nu. 181. vers. nā fuerat mortuus. Et Anto. Blanc. in repeti. l. fi. ff. de quæst. num. 408. vers. item si exhibeatur.* Patitur tamen contrariam probationem: *Hippo. in d. Rubrica.* 525

De Probatione per rationem coniecturalem, ex coniectura legis.

QVòd sic etiam ex coniectura vel præsumtione legis possit fieri probatio, *dixit Bald. in repeti. Rubr. C. de proba. per l. qui duos, in fi. ff. de reb. dubijs: & notat Hippo. de Marsi. in eadem repeti. num. 183. versic. restat videre:* de alia specie probationis, rationem dicit *Hippo.* quia cùm præsumtione legis fraternizat: quę præsumtiones legum dicuntur probationes liquidissimæ, adeò, quòd onus probandi transferunt in aduersarium: *gloss. l. si tutor, in verbo ostenderis, C. de pericu. tuto.* Habens ergo pro se coniecturam, seu præsumtionē legis vel canonis, *puta, ex l. cum de indebito, ff. de proba. vel ex l. siue possidetis, C. eo.* vel ex aliqua lege simili, seu canone, habet intentionē & probationem liquidā, transfert onus probandi contrarium in aduersarium, non probato contrario obtinet: *gloss. l. 1. C. de testa. militis.* 526

Nam istam glossam & alia iura multa pro tuitione prædictorum, *allegat & inducit Hippo. de Marsi. in d. repe. Rubri. C. de proba. nu. 326. versi. dico modò.* Vbi tractare incipit vltimam probationis speciem eo ipso, quòd nō probatur contrariū: *ad hoc text. c. post cessionem, ext. de prob.* dicens, quòd literis ordinarij standū sit, donec probetur contrarium: & sic etiam contra literas ordinarij admittitur probatio in contrarium: quantum autem literæ ordinarij fidem faciant, *vide in gloss. d. c. post cessionem, in verbo, ordinarij.* 527

Et iura prædicta videntur debere intelligi de veritate præsumta, cùm admittant probationem in contrarium *prout etiam dicit glos. l. siue possidetis, in verbo facti, C. de probationibus,* ibi est tex. de facto, de quo dubitabatur, præsumit, sic fuisse, vel non: benè admittitur probatio in contrarium, sed veritas indubitata & per se nota non reprobatur: *l. verum, cum ibi notatis, ff. de reg. iur. & allegatur c. si Paulus, 32. q. 5. vel dic secundùm d. gloss. in d. l. siue possidetis,* lex quia præsumit & statuit, & non admittitur in contrarium probatio: isto enim casu ius non vult admittere reprobationem ex causa: quia sic inducitur præsumptio iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium: *c. is qui, De sponsa. cum simili. Et hac dixit Ioan. Calderin. in repe-* 528

in repetitio c.post cessionem,ext. de proba.col 5.vers. primò oppono: & nota tex, l. antiquæ, in prin. C.ad S. C. Velle. cum alijs Dd. in l. cum precibus, C. de proba.& Bal.in l. si tutor petitus, C. de periculo tutorum.Specul. in tit. de præsum. §.2. per totum.

529 De præsumtione autem necessaria,quàm iuris, & de iure vocant, quando plenè probet, & admittat probationem in contrarium, notat in specie, & per exempla eam declarat D.*Specul.in d. titu.de præsumtione,nu.5. versic. necessaria autem.*

530 Temeraria autem præsumtio nihil penitus probat, quia est talis, quæ procedit à maleuolis & malis hominibus, & ex causis vilibus & leuibus, quæ nullatenus debet mouere animum iudicantis: *Specu. in d. titu. de præsum. num. 2. versi. temeraria præsumtio. Et Angelus de malefic. in versic. non quidem à maleuolis.*

531 De probatione, quæ fit per coniecturas & indicia, *Afflict. decis.13.*

De Probatione per coniecturam seu præsumptionem hominis.

532 ET hanc speciem enumerat inter probationes, *Bal. in repe. Rubricæ, C. de proba. & ipsum sequendo Hippo.de Marsi. in eadē repe.Rubr. num. 184. versi.* venio modò ad vltimam speciem: allegant *l. in lege Aquilia, si deletum, ff. ad legem Aqui.& l.3.in §.causæ cognitio,ff.ad Carbonia.* vbi ex leui suspicione seu præsumtione, iudici facta, obtenta est victoria, & secundùm petita processum.

533 Hippo. hîc declarat hanc probationis speciem per aliqua exempla sic, & dicit: subtrahens alicui copiam probationis suæ intentionis, item falsificans acta causæ, quòd perdat causam: ratio est, quòd ex istis præsumatur, subtrahentem fouere iniustitiam: extendit illa ad corrumpentem, iudicem vel procuratorem partis aduersæ, vel ipsam partem, si causa respiciat interesse tertij, seu alterius. Ad corrumpentem notarium actorum, item ad dissigilantem acta transmissa consultori. Et tendit quoq; ad minantem testibus, ne dicant veritatem, ex quo dicit, quòd is quoq; præsumatur non fouere iustitiam, & quòd debeat propterea perdere causam. Ecce casus, in quibus præsumtio sic operatur probationem, propter quam possit quis cadere à causa.

534 Notandus est casus ad hanc materiam, *c. afferte mihi gladium, ex. de præsum.* vbi ex præsumtione lata est sentētia diffinitiua secundùm Abba. ¶ Item præsumtio inducit purgationem: *gloss. in c. si quis de gradu, ext. de purga. Cano.* & in casu, vbi non mouit præsumtio iudicem ad pronunciandum, cum vno tamen teste, vel cum consimili præsumtione, plenam facit fidem: *c. illud, ext. de præsum.* vel mouet iudicem ad deferendum iuramentum suppletoriū ei, pro quo est præsumtio, vt sententiam ferat pro eo: *l. in bonæ fidei, C. de reb. cre. l. admonendi, ff. de iureiu.*

Et nota, quòd hîc potest intelligi de præsumptione probabili, verisimili, vel violenta: quia multùm illam cum præcedenti fraternizare, *dicit Hippo. in loco allega. in prin.* & admittit probationem contrariam, *c. super hoc, ext. de renun.* & de his speciebus præsumtionum, *vide Specu. in titu. de præsum. §. species autem, num. 2. versi. probabilis autem, & num. 3. versi. violenta, cum similib. idem Specu. in titu. de proba. §. videndum restat, num.10. versi. quintò per præsumtionem.* ¶ Et quòd saltem hæc species in hoc à præcedenti differat, quòd in præcedenti præsumatur ex lege, hîc verò ex facto hominis, *dicit Hippo. in loco allegato, in principio.* 535

Quæ fiunt in occulto, possunt probari per indicia & præsumtiones: *Viuius decis. 296. lib. 2.* 536

De Probatione per sculpturas seu literas, scriptas in lapide, marmore, seu columna.

HIppolitus de Marsi. *in repe. Rubri. C. de proba. num. 190. versi. sed iudicio meo,* sculpturam in lapide, marmore, seu columna, *secundùm Hostien in d. repe. Rubri. C. de proba.* ad seriem probationum refert: dicendo, quòd per literas scriptas seu sculptas, in lapide, marmore seu columna, fiat probatio: & hoc, quando tractatur de re antiqua probanda, secundùm glossam, quæ ad hoc optimè decidit, *in c. cum causam, ext. de probatio. est gloss. in verbo, post mortem, c. sanè, el. 2. 24. q. 2. Dd. in l. monumentorum, C. de religio. & sum. fu. Specula. in titu. de probatio. §. videndum restat, n.12. versi. nonò per libros antiquos, & vult Bal. in d. c. cum causam, in 4. colum. de proba.* 537

Quòd ex tali scriptura antiqua probentur confinia, & ista propter auctoritatē antiquitatis, propter quam antiquitatem etiam admitti testimonium de auditu alieno, & communi opinione, *tenet Abbas in c. cum causam, in prin. de probation.* sic dicendo: nam facta sic antiquata, de quorum initio memoria non existit, probantur per tale testimonium: *per Innoc. & Hosti. in c. veniens, de verbo, sig. in 6. & per gloss. fi. in c. 1, de præscrip. in 6.* dicent enim testes, quòd semper viderunt fines antiquos diœcesis protendi vsq; ad talem locum, & quòd nunquam audiuerunt dici contrarium. *hæc dicit Abb. in d. c. cum causs. in prin.* & quòd sic probetur antiquitas, imò tempus, de cuius initio, seu cōtrario memoria non existit, *notat gloss. fin. in c. 1. de præscrip. in 6. & ibi est optima materia.* ¶ Et quòd antiquitati multum deferatur in probatione, licet 538

licet videre ex gloss. fina. in d. c. cum causam, de proba. dicente, per testes antiquos vtriusque parochiæ, diuisionem eius probari: *per c. plures, 16. q. 1.*

539 Et rusticis senibus praecipuè, in antiquis, quòd credatur, *habetur in l. si chorus, ff. de lega. 3.* & fama dicit: in talibus praecipuè valet, quorum memoria non habetur: *per l. si arbiter, ff. de proba. per l. in summa, §. item Labeo, ff. de aqua plu. arcen.* per se tamen, nisi alia adminicula adsint, non probat: *quod notat c. item in criminali, §. sæpè fit, 4. q. 3.* Huc etiam pertinet id, quòd libris antiquis Ecclesiarum credatur, in finibus probandis diœcesis, vel parochiarum; *est text. d. c. cum causam ibi, quæ per libros antiquos, vel alio modo, & ibi Abbas in prin. de proba.* ¶ Quòd etiam libris antiquis censualibus Ecclesiarum de censibus & reditibus credatur, *notatur in c. ad audientiam, ext. de præscrip. Hostien. & Ioan. Andr.* intelligunt, hoc procedere in libris reseruatis in custodia publica & fideli: & pro ista restrictione optimè facit tex. *in d. c. ad audientiam, de præscrip. & ibi dicunt Dd.* quòd libri faciant fidem, si reperiantur in Camera Cardinalis vel Episcopi: & hoc propter fidem scriniariorum.

540 Et omnia modò dicta: quòd singula faciant fidem in antiquis, sunt intelligenda, si agatur de nullius praeiudicio: quia tunc sufficiunt probationes non plenæ. ita distinguendo, *docuit Abbas in d. c. cum causam, col. 2. versic. dico ergo,* quòd aut agitur, de proba. & aliam ibi facit distinctionem, an videlicet de modico vel magno agatur praeiudicio: In quibus casibus libri antiqui, libri Historiales, Chronica, libri Philosophorum, plenam fidem faciant, *vide ibi in allegato capi. per Abbatem.*

541 De isto modo probandi in antiquis, & vbi vertitur leue alicuius praeiudicium, *consuluit Decianus in consilio 7. volum. 3. num. 25. & in sequentibus.* ¶ Et sic habes speciem probationis, per sculpturam seu literam, in lapide scriptam, fiendam: sub qua specie non incommodè tractandum venit probandi modos in antiquis, & ad eorum expeditionem vide, *quæ notauit Hippo. de Marsi. in d. repeti. Rubri. C. de proba. num. 190. versi. sed iudicio meo. (Et Aymo Crauettl. in tractatu de antiquitate tempor.)*

542 Quid autem & quatenus inscriptiones seu sculpturæ monumentorum circa iura sepulchrorum probent, *vide Bald. & & Dd. in l. monumentorum, C. de religio.* & huc refer sculpturas, in arboribus factas, quæ de consuetudine fiunt ad confinium demonstrationem, & de istis faciunt fidem: cogita de similibus.

De Probatione per notorium.

Notorium quid dicatur, & quomodo inducatur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 166. Coler. de process. exec. p. 4. c. 1. n. 43. vide meliùs Capra.* ¶ Notorium inducitur probatione 10. testium: *Asin. de exec. §. 3. c. 295. n 2.* ¶ Vide, quæ ad hanc materiam notaui in Schneide. *§. item seruiana, n. 82. vide item Mynsing. cent. 6. obseru. 3. & Fœn. de mom. temp. c. 10. n. 1. Nouellus tract. caus. crimi. n. 29. & seqq. fol. 24.* ¶ De facto notorio, vide Denais *in disput. de mero iure imper. fol. 24.* 543

In notorijs ordo iuris est, ordinem non seruare: *Colet. p. 3. c. 1. n. 12.* hinc nec citatio nec sententia requiritur, nec recusatio iudicis locum habet: *Nouell. d. lo. fol. 26. n. 34. Asin. de execut. §. 3. c. 247. & 248. Dauth. de testam. n. 140. in fine fol. 186. Contr. Vant. rubr. de null. ex def. process. n. 5. fol. 536.* ¶ An, si videt iudex coram se delictum committi, sine aliquo processu & probatione possit reû condemnare, *remiss. Nouell. in caus. crim fol. 25. n. 29.* ¶ Notorium & manifestû quid, *Fœn. de mom. temp. c. 8. n. 1. Nouell. d. lo. n. 30. fol. 25. Capr. d. lo.* ¶ Negatiua notorij non est probanda: *Herc. de probandi. negat. num. 60. fol. 77. vbi limit. vt num. seqq.* 544

Occultum euidentia facti, certa notitia, fides, dubitatio, argumentum, indicium, opinio, præsumptio, credulitas, notorium, fama, rumor, manifestum, publicum quid, *Capra. tr. reg. in tr. notorij. fol. 75.* ¶ Notorium facit recedere à regulis iuris communis. *Seraph. priuil. 33. n. 152. vbi illationes.* 545

Probatio per notorium, admittitur contra præsumptionem iuris & de iure: *Menoch. lib. 1. præsumt. quæst. 67.* ¶ Notoria & ea sunt, quæ in consilio ciuitatis fiunt: *Thess. dec. 249. n. 4.* ¶ In notorio facti permanentis, Iudex ex officio supplere & procedere potest: *Asin. de exec. §. 3. c. 193.* ¶ Acta faciunt notorium: *Caualc. p. 2. dec. 1. n. 19. Menoch. d. c. 166.* 546

Quòd notorium inducat probationem, & releuet quem ab onere probandi, *dicit per Hostiensem Hippo. de Marsi. in repe. Rubr. C. de proba. num. 196. versic.* & circa hanc speciem, *facit gloss. in l. emptorem, in prin. ff. de actio. emp.* quæ dicit, quòd releuet notorium ab onere probandi: *& in gloss. sequenti,* quòd æquipararetur sententiæ: quod tamen accipiendum, *prout declarat Bal. in l. 1. C. de cura. furio. & dicit Bald. in l. 1. versi. porrò, C. de his, quæ in frau. cre. aliena. sunt,* quòd notorium sit probatio probata, vel saltem de facili probabilis: dicendo, quòd in notoria paupertate non requiratur excusio, *per l. decem, ff. de verbo. oblig.* & vbi est notorium, ibi non est disputare, sed disputatum esse: *Bal. in l. 1. in 2. colum. C. quomo. & quan. iu.* 547

Sufficit

548 Sufficit etiam notorium allegare, nec est necesse excipere: *Barto. in l. 1. ff. de exceptio. in fine. Bald. in d. l. 1. C. quomod. & quan.* Imò multos notorium speciales producit effectus, de quibus specialiter in multis casibus fecit mentionem, *Hippo. de Marsil. in d. repe. Rubr. C. de probat. numer. 196.* & circa hanc speciem, cum sequentibus, potes ibi per totum videre, & inuenies multa bona. ¶ Sed pro expeditione materiæ notorij, *vide ea, quæ eleganter notauit Salic. in l. ea quidem, C. de accusa. circa medium, ibi tractat istam notorij materiam per 10. quæstiones, quas hic notabo, adducendo etiam alios Dd. & habebis bonam materiam.*

549 1. Quærit Salicetus, quid sit notorium? & ad quæstionem ponit generalem definitionem, (*quòd sit ius seu factum transiens in notionem omnium vel maioris partis eorum.*) *Sed Specul. in titu. de notorijs crimi. §. iam de notorio, num. 1. 2. & 3. cum sequentibus*: ad quamlibet notorij speciem adducit singularem definitionem, defendit eam, & per exempla declarat, vbi vide.

550 Secundò quærit Salicetus, vnde dicatur notorium? & breuiter respondet, à notione omnium.

551 Tertiò quærit, quotuplex sit notoriū? Respondet secundùm Canonistas, quòd sit triplex notorium: iuris, præsumtionis, & facti. & notoriū facti distinguendo pulcherrimè, de qualibet specie examinat & tractat: simile facit *Specu. in tit. de notorijs crim. §. iam de notorio dicendum restat.* Non visa hac distinctione notorij materia non potest intelligi: De effectu simul & de causa notitiæ istius diuisionis & subdiuisionis, notare incipit *Specul. in d. titu. de noto. crimi. §. iam de notorio. nu. 71. versi. istud autem notorium.* Vbi inter alia notabiliter tradit & docet, qualis in quolibet notorio sit facienda probatio.

552 Quartò mouet Salicetus quæstionem, qualiter notorium cognoscatur? & breuiter dicit, notorium iuris cognosci ex actibus iudiciarijs, notoriū verò facti euidentis vel præsumti, ex actib. extraiudiciarijs, cognosci ex tribus, videlicet loco, tempore & numero: considerari enim dicit, an in loco publico sit factum, an tempore diurno vel nocturno, & quot homines istius facti habeant noticiam: hæc sub præsenti quæstione tractat Salicetus. Vide.

553 Quintam format Salicetus quæstionem, an ordo iuris in notorio sit seruandus? & respondet distinguendo, an factum sit notorium iudici vel alijs: & an sit notorium iudici vt iudici, vel vt priuato: & hanc quæstionem mouet *Hippo. de Marsi. in repe. Rubri. C. de proba. num. 217. versic. ad quæ etiam faciunt,* disputat pro & contra, tamen decidit, quòd in notorio, etiam iudici vt iudici, non procedatur ad condemnationem, nisi parte citata: & non fiat executio, nisi sententia declaratoria sit lata, dicendo, se remanere in ista opinione: *Idem Hippo. sic affirmat in practi. sua crim. §. aggredior, à num. 105. vsq. ad finem,* vti in multis casibus etiā notorijs requirit sententiam declaratoriam: *vide pulcherrimū sing. Anto. Corse. in verbo, notorium, & pulcherri. notat Specula. in tit. de notorijs crimi. §. iam de notorio, num. 11. versi. istud autem notorium*: & prosequitur, *vsq. ad num. 15. Angelus in tract. de malefi. versic. etiam per modum notorij, & ibi in addi. & apostill.*

Sextò quæritur à Saliceto, qualiter notorium probetur? Respondet *secundùm Innocentium in c. tua nos. de coha. Cle. & mul.* quòd ad probationem notorij exigatur duo probari: Essentiam rei vel facti, & notorietatem eius: vt sic testes duo dicant, quòd viderunt rem, vel factum, de quo testificantur: & quòd tot alij erant præsentes, per quot crimen res vel factum fuerit vel sit notorium. ¶ Et quatenus per famam notorium probetur, *vide sub hac quæstione per Salicet.* & pro decisione quæstionis præsentis, *require Specul. in d. titu. de notorijs crim. §. iam de notorio, num. 16. & 17.* 554

Circa septimam quæstionem, quæ est, per quot testes notorium probetur, deciditur, quòd per testes duos idoneos, licet plures ad cautelam, imò interdum tota vicinia adhibetur: *hoc dicit Salicetus, Specul in titu. de noto. crim. §. iam de notorio, num. 20. vers. item nota. & idem dicit Hippo. de Mars. in repe. 5. Rubr. C. de prob. num. 228. versi. quot autem testes.* 555

Octauò quærit Salicetus, an notorio probato, sit necesse super notorietate pronunciare? & breuiter respondet distinguendo, (*quòd sic, si per modum exceptionis obiectū fuisset, rem nō esse notoriā: aliàs secus.*) prout ibi videre licet. 556

Nonò format Salicetus quæstionem talem, an notorietate probata, & sententia super ea lata, iudex, absq; alia probatione habita, super delicti commissione, & sic super & de criminis essentia & qualitate, possit condemnatoriam ferre? in ciuilibus est expeditum, quòd probato notorio, sine alijs probationibus possit pronunciari: *secundùm gloss. Cle. appellanti, de appella. & per ea, quæ superius sunt notata.* 557

Sed, quia in criminalibus maius vertitur periculum, ideo curiosius agendū: *c. vbi periculum, de elec. in 6.* & requiruntur in criminalibus probationes luce meridiana clariores: *vt in l. fi. C. de proba.* ideo in ista criminali sic distinguit, & cōtrarias opiniones ad concordiam reducit, *Salicet. in d. l. ea quidem, C. de accusat.* aut sola notorietas est probata sine qualitatis essentia, & tunc 558

non

non possit ex tali probatione sententia condemnatoria ferri, sed iudici datur facultas de commissione delicti, id est, de eius essentia inquirendi: *allegat l. ea quidem. C. de accus.* super qua est commentatus. Aut essentia sine notorietate est probata, & tunc potest sententia dari condemnatoria solennis, & in scriptis, secundùm regulas iuris: *in l. 2. C. de senten. experi. reci.*

559 Aut vtrunque est probatum, essentia & notorietas, vel ab iisdem, vel diuersis testibus, & etiam potest ferri sententia condemnatoria sine aliis probationibus, sed non exigitur solemnis, & in scriptis: ratio est, quia non omnis iuris ordo est necessarius in notorio: *vt in c. ad nostram, el. 3. ext. de iureiur. & ibi vtiles à Saliceto vide quæstiones motas & decisas.*

560 Decimò format Salicetus quæstionem: an condemnatus de crimine notorio audiatur appellans? Et quibus casibus audiatur appellans, vel non? Vide hæc per Salicetum decisa, sub hac quæstione decima: (*vbi concludit, si euidentia facti crimen notorium sit, appellationem non admittendam: secus, si sententia vel confessione delinquentis.*) *Specula. notauit pulcherr. in titu. de appellatio. §. in quibus autem casibus, num. 2. versic. secundo homicida*: meliora autem ad quæstionem, *in eo. §. num. 13. versi. decimo in delictis notoriis, Angel. in tractatu de malefi. §. præsente dicto Caio & appellante, num. 19. versi. sed aduertas. Et ibi in apostilla & additio.* & de materia notorii, *vide Gandi. in tracta. de malefi. Rubr. quomodo de malefi. cognos.* & quando crimen notorium est, *& Specul. in titu. de no. crimi. per totum, & ibi in addi. ad §. nunc de occulto.*

561 Et specialiter notandum venit, quòd hæc species probationis multùm fraternizet cum probatione per euidentiam facti, vel per oculorum inspectionem: *prout dicit Hippo. in repe. Rubri. C. de proba. num. 196. versic. & circa hanc speciem*: & habet aliquid commune cum probatione per communem hominum opinionem fienda, *prout notat Bal. in repe. Rubr. C. de proba.* In quid autem differat à fama, *vide Salicet. in l. ea quidem, C. de accusa. col. 40. versic. sed fama.*

562 Et in quid differat notorium à communi opinione hominum, *dicit Specu. in titu. de notor. crimi. §. sequitur de manifesto, num. 2. & ibi etiam tractat, quid iuris de manifesto.* ¶ Repugnantia notorii sunt, quæ sunt penitus occulta, secreta, vel quæ nulla ratione possunt probari, vel penè occulta, *de quibus vide Specu. in d. tit. de noto. crim. §. nunc de occulto, cum §. sequen.* vel quæ sunt clandestina: de quibus *vide Decium in l. quo tutela, §. clàm, ff. de regu. iur.* & bona apud *Barto. & Ioan. de Plate. in l. 2. C. de his qui ex pub. ratio. lib. 10.* De notoriè iniusto, *vide Hippo. de Marsi. in singula. suo 473. incip. memini.*

De Probatione per famam.

FAma quòd probet, *notat Hostien. in summa, C. de proba.* & secundùm eum seu ordinem eius, *sequendo Hippol. de Marsil. in eadem repetitio. num. 245. versi. restat modò venire, Specula. in titu. de noto. crimi. §. fama est*, & ibi optimè per additiones. *facit gloss. l. 3. §. eiusdem, ff. de testib. gloss. l. in bonæ fidei, C. de rebus cre. gloss. l. admonendi, ff. de iureiur. & gloss. l. 2. ff. de excus. tuto.* quæ iura communiter solent allegari, *per d. gloss. l. 3. ff. de testibus*: tenet optimè pro hac opinione, quòd sit probatio, *Salicetus in l. ea quidem, C. de accusa. col. 60. & 61.* qui Salicetus, licet ibidem adducit glossarū & Dd. opiniones, tamen vltra omnes concludit, quòd fama sola in ciuilibus faciat semiplenam probationem, cum vno teste verò plenam. *per gloss. l. 2. ff. de excu. tuto.* asserens, quòd ita sic se habeat communis practica: *Concordat Ange. in tracta. suo de maleficiis, §. quòd fama publica præcedente, num. 41. versic. tene tamen menti, per gloss. c. veniens, el. 1. de testibus.* 563

Aliquibus etiam concurrentibus interdum pro causæ statu adminiculatur fama, ita quòd sit probatio per regulam: quæ non prosunt singula multa simul iuncta iuuant: *tex. & gloss. c. cum causam, ext. de probatio.* ¶ Et quòd sola fama non plenè probet, posuit pro regula, *Duennas in regulis fallentia. regula 299. mihi fol. 423.* fecit ibi multas remissiones, & istius regulæ posuit limitationes viginti quatuor. 564

Sed prædicta sunt intelligenda in causa ciuili, secùs in criminali, ad condemnationem: quia ibi requiruntur probationes, luce meridiana clariores: *l. fina. C. de proba. & faciunt gloss. & Dd. in c. veniens, el. 1. ext. de testibus.* 565

Et quòd in criminalibus fama non probet, neque semiplenam probationem faciat, *affirmat Decian. in regulis fallentia, in regula 300.* ampliat quinque, & limitat sex modis. 566

An autem fama faciat iudicium ad torturam, cōmuniter concludunt Dd. quòd sola fama non sufficiat: sed iunctā cum aliis indiciis, demum ad hoc valere volunt: *Ange. in tractat. suo malefi. versi. quòd fama publica præcedente, num. 41. versic. & an fama, & in versi. comparent dicti inquisiti, & totum negauerunt, nu. 15. versi. quæro, an ex diuersis generibus, Duennas in regulis fallentia. in regula 301. cum quinque limitationibus & fallentiis. Idem in regula sequenti 302. cum duabus ampliationibus & quinque fallentiis. Gandi. in tractatu suo malefi. cap. de quæstio.* 567

quæstio. numer. 39. versi. sed de vno quæro, tenet Hippo. de Marsi. in practica sua crimina. §. diligenter, nume. 18. versi. & primò scias. rationem dicit, quare sola fama non faciat indicium: quia fama est fragilis, & perniciosa, transmissa ab his, qui desiderant, de hac famam esse: *Hippol. de Marsil. in dict. §. diligenter, dict. numer. 18.*

568 Facias autem huius doctrinæ sequentes declarationes, dicendo primò, quando fama vehemens est contra malefactorem, tunc est sufficiens indicium ad torturam, *ita dicit Angel. de Malefi. in versi. quòd fama pub. præce. num. 42. versi. limitarem tamen prædicta per Bartol. in consil. 191. incip. Domino Patri, & consi. 208. & per eundem Barto. sic tenuit Hippo. de Marsi. in pract. sua crim. §. diligenter, numer. 19. versic. istud autem,* & ibi vide, quid vehementia operari possit: *Hippo. de Marsi. in singul. suo 97. incip. fama sola non facit indicium.* quæ autem dicatur vehemens fama, dicit relinqui arbitrio iudicis, *per Bart. in d. consi. 186.*

569 Secundò, si constet, quòd ista fama habuerit originem ab honestis personis: nam tunc bene facit indicium ad torturam: ita pro limitatione, *Hippol. de Marsi. in singul. 97. incip. fama sola, per multos Dd. sic tenentes.*

570 Tertiò declarat Angelus, nisi sit cum fama denunciatio Syndici cum iuramento: nisi etiam cum fama probatum sit, diffamatum esse malæ vitæ, famæ, & conditionis: *Angel. in tracta. de malefi. versi. quòd fa. pub. præced. numer. 43. & 44. versi. & an fama, Anthon. Blan. in repet. l. fi. ff. de quæst. num. 241. cum sequentibus.*

571 Et tandem pro decisiua declaratione huius quæstionis, *dic secundùm Bartol. in l. de ætate, §. plurimum, ff. de quæstio.* quòd qualitates & causæ, ex quibus fama est orta, sunt considerandæ: qualiter vrgeant ad faciendum semiplenam probationem, & ad indicium: *docuit Anthon. Blancus in l. fi. ff. de quæstio.* dicit, quòd debes videre, vnde fama ortum habuit, & ex quibus, & ex qua causa: nam si ex causa vrgenti, probabili & verisimili, erit indicium sufficiens ad torturam: *l. excusantur, §. 1. & ibi gloss. ff. de excus. tuto.* subdens, quòd nisi trahit originem ex causa probabili & apud fide dignos, quòd non sit fama: sed vana vox populi, quæ non est exaudienda: & sic arbitrabitur iudex secundùm bonam fidem, & prout meliùs ex cõscientia sua sibi visum fuerit: *Barto. in d. l. de ætate, §. plurimum, ff. de quæstio. Angelus de Malefi. in versic. non quidem à maleuolis, & Anthon. Blan. in repe. l. fi. ff. de quæstio. nume. 315. versic. quòd qualitates, & num. 311. vers. fama,* vbi dicit & enumerat, quæ requirantur ad hoc, vt dicatur fama probare: *Salicet. in l. ea quidem, C. de accusa.* in materia famæ: *vide Iacob. de Belloui. in practica sua crimi. c. de indicijs, num. 37. versic. sed quid si iam, cum seq.*

Et finaliter, in quibus casibus, & quando plenè vel semiplenè probet fama, vel in quibus saltem adminiculetur, *notat Salicetus in l. ea quidem, col. 62. versic. secunda est quæstio, C. de accusatio. Bar. in l. de minore, §. plurimum, ff. de quæstio. & Abb. in c. veniens, el. 1. de testib. & Salicet. in d. l. ea quidem, col. 63.* 572

Quarta quæstio, vbi per exempla declarat, qualiter fama plenè probet. Et pro complemento materiæ famæ, quid sit fama, vnde dicatur, *vide Salicet. in d. l. ea quidem, C. de accusa. colum. 46. 47. & 48. C. de accusa.* Per quot homines fama habeatur, vel inducatur, *idem Salicet. in d. l. colum. 49. versi. ad tertiam.* In quo loco debeat esse, *dicit colu. 50. versic. ad quartam quæstionem.* ¶ In quinta quæstione, *colum. 51. quærit Salicet.* vnde & à quibus, quælibet fama debeat habere originem, ad hoc, vt probet? & dicit: interdũ trahit originẽ à facto, cuius sume exemplũ in delictis, *l. si hi qui, C. de adult.* In extra delictis sume exemplũ, *in l. 1. & 2. C. ad Macedo.* 573

Interdum trahit originem à persona, & tunc aut à certo auctore, aut ab incerto: *vt docet Corset. dis. 4. c. sanctum.* Et quando à certo, nunquam debet habere ortum ab illo, in cuius fauorem tendit: *l. miles, §. pe. ff. ad l. Iul. de adul.* nec etiam à maleuolis, sed à prouidis & honestis personis: *vt in c. qualiter, ext. de accusa.* & prout superiùs est annotatum. Et hoc vltimum fallit, nisi facti qualitas vel personæ aliud requirat: *de quo dicit Corset. in singula. suo, verbo Mors, num. 3. & notauit hic Salicetus.* 574

Vnde debeat fama habere originem, quot testes illam probent: & quid testes deponant, maximè in causa scientiæ: & interrogati à quibus personis sic dici audiuerint, an teneantur illos nominare? *vide Hippol. de Marsi. in singula. suo 477. incip. in testibus,* & ibi aduerte, quia multùm prodest: solet enim semper cæteris articulis Articulus de fama subiungi: & ibi poteris videre, an testes istũ Articulũ probauerint, nec ne? *Sali. notat in d. l. ea quidẽ, col. 57. in fi. 52. 53. 54. 56. 57. 58. & 59.* 575

Et tandem, quos fama producat effectus, *notat pulcherrimè Dn. Salicet. colum. 59. & 60.* & poteris sic in famæ materia, apud Salicet. & alios, multa colligere vtilia. *Et vide Specula. cum addi. titu. de notorijs crimi. §. fama est, qui ibi in prin. dicit,* quotupliciter fama sumatur. Et omninò de fama, *vide Bart. in l. de minore, §. plurimum, ff. de quæstio. qui etiam, sicut Salicet. ibi, de singulis suprà annotatis & requisitis, quærit & decidit.* 576

Et ad hanc famæ materiam, nota vnum notabile, quòd bona fama multos producat effectus: præcipuè quòd tollat indicia 577

etiam specialia ad torturam, contra ipsum existentia: *de quo vide D. Bruno. de Sole, in consil. suo criminal. num. 148. versic. imò fortiùs, vsq. ad num. 155. & Hippol. de Marsil. in repe. l. qui falsam, ff. ad l. Corn. de fal. versi. sed hanc coclusionem, num. 224. vsq. ad num. 226. inclus. & idem Hippo. in practica sua crimi. §. diligenter, numer. 196. cum versi. sequen. idem Hippo. in singula. suo 392. incip. aducrtas, cum similibus.* Et facit ad prædicta notabilis & pulcher. *text. c. cum in iuuentute, ext. de præsumt.*

578 Per famam delictum qualiter probetur, & quæ in isto casu requiratur ad famæ probatione, *vide in addi. ad singula. 51. Matthæi de Mathesil.* & ibi stat quæstio, an per statutum posśit disponi, vt per solam famam probetur delictum? (*Concludit non valere, sed esse irrationabile.*)

579 Fama probat plenè in re modica: quia in minimis rebus admittuntur probationes, quæ aliâs non admitterentur: *Seb. Med. regu. 5. num. 78. fol. 180. & num. 159. fol. 199.*

De Probatione per præsumptionem violentam.

580 SEcundùm Hostiensem, *Hippo. de Marsi. in repet. Rubri. C. de probat. numer. 230. versi. modò venio,* violentam præsumptionem posuit ad ordinem probationum, tantummodò videre volens de violenta præsumptione. de alijs enim præsumtionibus notauit suprà, prout in hoc commentario secundùm eum *& alios Dd. in speciebus probationum, per rationem coniecturalem ex coniectura l. & hominis, annotatum est.*

581 Et fieri per violentam præsumptionem, probationem; *notat Spec. in tit. de proba. num. 10. versi. idem in qualibet violenta præsumptione, facit gloss. c. dixit, 32. q. 1. & c. literis, de præsumt.* quæ disponunt in casu fornicationis, vbi præsumtio violenta probata inducit probationem, & lex est contenta: quia non se offert visui: *gloss. in d. c. literis, de præsumtio.*

582 Violenta autem præsumtio surgit ex verisimili probatione, & dicitur præsumptio iuris, quando ius præsumit ita esse: sic illam verbis & pulcherrimis exemplis, *declarat Spec. in titu. de præsumtio §. species autem, versi. violenta autem, numer. 3.* inducit iudicem ad pronunciandum pro ea, nisi probetur contrarium: nam benè contrariam admittit probationem, prout est supra dictum, *& nota in c. proposuisti, ext. de prob.*

583 In quantum autem iura dicunt, quòd ex violentis præsumtionibus diffinitiua sit ferenda sententia, *prout nota in d. c. dixit, 32. q. 1. & in c. literis, de præsumtio. & in l. si quis adulteri, C. de adulter.* loquuntur in crimine fornicationis & adulterij, quæ crimina directè probari non possunt: *prout dicit gloss. d. in c. literas de præsumt.* sunt enim iura contenta leuioribus, quantum ad pœnam pecuniariam, vel separationem. *Et notat Hippo. de Marsi. in repe. rubr. C. de probatio. num. 8. versi. & quomodo adulterium:* expressè ibi volens, quòd probatio adulterij sufficiat fieri per coniecturas, & præsumtiones, cùm non posśit fieri directè: *Idem tenet Hipp. de Marsi. in d. repe. rubr. C. de proba. numer. 239. versi. sed sustinendo contrariam.*

Secundò iura dicentia, quòd ex violentis præsumtionibus, & indicijs indubitatis, posśit ferri diffinitiua, *secundum c. afferte, ext. de præsumt.* sunt intelligenda & accipienda in ciuilibus, non autem in criminalibus, vbi agitur de vita hominis, & vbi maius est periculum; *de elec. in 6. cum similibus, est pulcherrimus text. in c. literis, ext. de præsumpt.* ibi, cùm propter solam suspicionem, quamuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari. 584

Et quòd in capitalibus ex præsumtionibus & indicijs etiam indubitatis non posśit iudex venire ad condemnationem diffinitiuam, *notat Hipp. de Marsi. in d. repe. rubri. C. de proba. num. 234. versi. attamen contrariam partem, dicendo per Bal. in l. fi. C. de hær. inst.* quòd tutiùs & meliùs facit iudex, qui non habet alias probationes, quàm dicta indicia indubitata, vt extorqueat confesśionem per torturam, vt sic ex confesśione sua tortus posśit condemnari: *per l. & si excepta, cum ibi nota. C de malefi. & Matth.* plùs dicens quòd ista opinio sit iustior & æquior: & hanc opinionem *tenet Ange. in tract. suo Malefi. versi. quod fama pub. præcedente, num. 13. & ibi August. in addi. num. 22.* 585

Dicit tamen, quòd benè sufficiant ad torturam: & addit vnam limitationem, *nu. 26.* nisi pœna saltem pecuniaria, vel leuis corporalis, puta fustigatio, erit infligenda, ibi videntur sufficere præsumtiones indubitatæ: nota secundùm Augusti. *videtur facere tex. & nota ibidem in c. liter is ext. de præsumt. Hippol. de Marsil. in practica sua crimina. §. quoniam, num. 29. versi. quæro vlteriùs claiùs pro nostra sententia, numer. 31 versi. sed contrariam partem, Gandi. in tract. suo Malefi. c. de præsumt. & indi. indubi ex quibus condem. pos. sequi. Specu. in titu. de præsumt §. Species autem, nume. 4. per totum, & numer. 6. versi. in summa. D. Matthe. Mathesi. in singula. suo 118. incip. nota quòd præsumt. violenta, & secundùm Dd. decisiones communiter obseruatur in praxi, de consuetudine, quæ est optima legum interpres, l. si interpretatione, ff. de legibus.* 586

Et sic habet, quòd violenta præsumtio inducat plenam probationē, etiam sufficientem 587

entem ad condemnationem, nisi probetur contrariũ, in ciuilibus vel pecuniarijs causis: secùs in criminalibus, quia ibi non vsq; ad diffinitiuam, sed saltem vsq; ad torturam facit probationem: nisi criminalia ciuiliter agantur, vel, nisi lex præsumat & statuat, quia tum fit præsumptio iuris, & de iure: *de qua dicit Specul. in d. titu. de præsumpt. §. species, num. 5. versi. necessaria autem*, & sic cum alijs superioribus declaratum est, quatenus ex præsumptionibus, coniecturis, vel suspicionib. resultet plena vel semiplena probatio.

De Probatione per taciturnitatem.

588 Hippol. de Marsil. *in repet. rubricæ, C. de proba. num. 246. versi. & primò dico*, etiam taciturnitatem inter probationes refert: ita, quòd aliquando faciat probationem, & sic format casum: ego mutuaui tibi centum, nullo teste præsente, quomodo potero me iuuare, vt probem tale mutuum? in quo dicas, quòd cautela erit, vt ego scribam tibi literas coram duobus, vel tribus testibus, qui legant continentiam istarum literarũ, in quibus ego scribam, quòd rogo te, vt mihi restituas mea centum, quæ tibi mutuaui, & postea, hoc facto, mittam tibi dictas literas per vnum de dictis testibus, qui vidit & legit continentiam dictarum literarum.

589 Nam postquam tu legeris dictas literas, & si non fueris statim protestatus, tu mireris de talibus literis meis: eò, quia tu non es mihi debitor in aliquo: sed si tacueris, tum per hanc acceptionem literarum, & taciturnitatem, induceretur probatio contra te, de dictis centum: adeò quòd ex hoc potero te cogere ad soluendũ dictam quantitatem: *dicit Hippo. de Marsi. secundùm Barto. in l. si filiusfamilias, per illum tex. ff. ad S. C. Macedon. idem Barto. in l. quo enim, §. 1. ff. rem rat. haber. Decian. in consi. 109. volum. 2. numer. 16. in aliquibus præcedentibus & sequentibus.*

590 Sed quælibet epistola debet continere & habere nomen, cognomen, & superscriptionem: aliàs sic non obligat: *Bal. in 1. consti. ff. veteris*, & si saltem sigillum, sine nominis subscriptione esset appositum, nullius esse operationis, neq; obligaret: *vt est tex. in l. ad testium, §. si quis ex testibus, ff. de testament.* Et si erit causa grauis, etiam apponatur nomen prælaturæ, dignitas vel officium scribentis: casus est in *l. Sacri afflatus, C. de diuer. rescrip.* quia causa grauis cum maiori solennitate vult tractari, quàm leuis vel vilis: *per tex. in c. per venerabilem, in §. rationibus, ext. qui fil. sint legit.* & ad hanc speciem probationis faciunt quàm plura, quæ dici solent de tacente, qui quandoque consentire solet: *de quibus per Dd. in c. nonne, de præsumpt. & in Regu. qui tacet, de reg. iur. in 6. & notat Bartol. in l. si cum dos, ff. rer. amota.*

Nota, quando literæ sunt scriptæ, & antequam præsententur, scribens moritur, quòd non præiudicent eius hæredibus: *Hippol. de Marsil. per iura in repet. rubr. C. de probat. 248. versi. & postquam loquimur*: & de hac probationis specie, *vide Chilian. Köning. in pract. sua, c. 99.* Von der beweisung der Sendtbrieffe. 591

¶ Quatenus quis per taciturnitatem obligetur, vel non, *vide Corset. in singula. suis, in verbo, taciturnitas, vide quæ notaui infr. in liter. T. versi. de tacito, tacente, & de taciturnitate.*

De Probatione per rationem.

Hippol. de Marsil. *in d. repe. rub. C. de proba. num. 252. vers. dico etiam*, rationem inter probationis species posuit: nam dicit, ratio inducit probationem contra conficientem, etiam in fauorem absentis: *secundùm Paul. de Cast. in consi. 84. incip. quòd præfata sententia*, sic dicens, ex quo confectum sit scriptum, iuxta ea, quæ habentur *per Bart. in l. nuda. ff. de donatio. & l. publica. §. fi. ff. deposi.* 592

¶ Sicut liber rationum confectus inter tutores, probat contra eos, etiam in fauorem absentis: *l. fi. C. arbi. tute. & vide alia, quæ eleganter adducit Paul. de Cast. in d. consi. Decia. in consi. 109. vol. 2. num. 18.*

Sed quæritur, quæ requirantur fortè, rationibus vt stetur pro scribente: quia cõtra scribentem regulariter probat, vt in l. rationes, C. de proba. & respondetur, quando ratio est mercatoris, continet data & accepta, tam pro se quàm contra se, & sic habeat formam rationis, & scribens sit persona bonæ vitæ, & honestæ famæ: cum istis enim adminiculis plenè probat: *ita Bal. in l. rationes, versi. reuoco ad dubium, C. de proba. & in l. in bonæ fidei, in 4. col. C. de reb. cred. idem Bal. in l. instrumento, C. de proba.* (*Geyl. 2. obser. pract. 20. cæteris requisitis addit causam obligationis: & tamen nihilominus non nisi semiplenè probare dicit, nisi aliud consuetudine inductum sit.*) 593

Quando autem mercator est infamis, tali casu pro se non statur eius libro rationis: *ita notat Ioan. de Arno. in sing. suo 45. nu. 2.* Nota autem, attendi debere consuetudinẽ mercatorum in credendis rationibus: *secundùm Bart. in l. omnes populi, ff. de iustic. & iure*; & tunc pro mercatore potest operari consuetudo, nisi liber rationis habeat falsi suspicionem: debet enim conuenire conscientiæ iudicis: *secundùm Bald. in l. vnica, C. de confes. Bal. in c. 2. ex de proba.* vel nisi sit magna summa, quia ibi facilè committitur falsum: *Abbas in c. bonæ memoriæ, el. 2. de postula. præla. citans Bald. in l. 1. C. de confes.* 594

595 Et omnia, quæ in libro mercatoris sunt scripta, contra eum probant: & præsumuntur omnia esse scripta de eius iussu, consensu & permisso: & contrarium asserenti non crederetur: *l. si quis ex argentarijs, §. rationem, ff. de edendo, Bart. in l. quædam sunt, ff. eod. titu. Alex. de Imo. in consi. 290. incip. ponderatis his, in 2. volu.* nam qui librum, registrum, vel aliam scripturam apud se habet & retinet, præsumitur, quòd cõtenta scripserit, approbauerit, & confessus fuerit: *l. si filiusfamil. patre absente, ff. ad Macedo. & in cle. 1. de procura.*

596 Et præsertim dicta habent locum, quando nomen, cuius sit liber, superscriptum est libro: quia per suprascriptiones libri videtur dominus libri in dubio noticiam contentorum in eo habere: *vt per Alex. in l. si ita stipulatur, §. Chrysogonus, ff. de verb. obliga. Chil. Köning. in sua pract. c. 98. Von der beweisung der Bücher, vnd Register der Kauffleute, oder Handwercker.* ¶ Nota: rationes conficiens de alicuius mandato, ratione officij publici, vel priuati, illas ædere compellitur: *vt l. 1. & ibi per Barto. C. de eden.*

De Probatione per solutionem census vel canonis.

597 DE hoc modo probandi, *dicit Hippol. de Marsil. in repet. rubr. C. de proba. num. 254. versi. fit etiam probatio alio modo*: & affirmat, quòd dominium vltra alias probationes probetur, per solutionem census vel victus: & ideo (dicit) si soluo tibi pensionem pro aliquo fundo, indicium est, quòd illum à te habui, & proprietas est tua: *ita secundùm Bal. in l. indicia, in 1. col. C. de rei vendica. per l. litibus, C. de agrico. & censi. lib. 11.* Et sic ex solutione census præsumitur, quòd ille, cui soluitur, sit proprietarius, quod est notandum secundùm Bal.

598 Ista nedum habent locum in probatione dominij, sed etiam in probatione possessionis: quoniam perceptio pensionis vel canonis inducit acquisitionem possessionis: *Inno. in c. cum venissent, in vlti. col. de restit. spolia. per l. quamuis, §. 1. ff de acqui. pos. Bald. in c. cum venis. in pe. col. de restit. spolia.* inquit, quòd possessio probetur ex perceptione fructuum, nedum inter soluentem & dominum, sed etiam inter omnes.

599 *Et dicunt Angel. & Alex. in d. l. quamuis, §. 1. ff. de acqui. poss.* quòd contra soluentem mercedem, vel pensionem, semper probatur possessio recipientis: quia ipse non potest refricare quæstionem dominij: *l. si quis conductionis, C. locati. Et dicit Bal. in l Pomponius, ff. quib. mo. vsusfr. amitta.* quòd receptio pensionis probet possessionem: *& ipse Bald. in l. ad proba. C. loca.* quòd perceptio pensionis repræsentet naturalem actum possessionis.

Et circa dominij probationem, *dicit Bal. in l. si certis annis, in 4. colum. C. de pactis,* quòd qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio: quòd dicit esse multum notandum pro emphiteutis, qui perdiderunt instrumenta emphiteutica. Item hanc partem, quòd per perceptionem census, vel canonis, probetur dominium, *tenuit expresse Specu. in tit. de locato, in §. nunc aliqua, in versi. 64. incip. quæritur, quid si rusticus, & ibi in versi. 143. incip. quæritur, quod notat Bald. in l 3. per illum tex. C. de natura. libe.* vbi dicit, quòd per exactionẽ, & impositionem collectarũ comprehendatur, terram soluentem esse de iurisdictione eius, cui soluitur. 600

Ad quod est *tex. etiam in §. si ex qualibet, in Auth. quib. mod. natu. effici. sui. Et faciunt dicta per Bal. in l. data opera, circa 11. colu. versi. super situ cadit testimonium, C. qui accusa. non possunt:* vti declarat, qualiter debeant deponere testes, vt probent, vnum locum esse de aliquâ iurisdictione: inter cætera dicit, quòd est bona ratio: si testis dicat, quòd vidit homines illius loci soluere collectas: *& facit ad hanc probationis speciem tractatus Iacobi Veneti de annua præstatione, & vide consi. 4. Schurff. cen. 2.* quatenus quis præsumatur soluere tanquã censititius conductor vel emphiteuta, *vide consi. VVesenb. 62. parte 2.* Sed de modis probandi possessionem, vel quasi iuris collectandi, *vide VVesenb. in consi. 27. part. 1.* 601

De Probatione per fugam.

FVga inter probationes *refertur per Hipp. de Marsi. in repe. rubr. C. de proba. mihi num. 259. versi. alio modo etiam fit probatio.* ¶ Sed dicit, fuga in criminalibus regulariter non facit probationem, sed tantum indicium ad torturam. & hoc, quando aliquis fugit, antequam contra eum ad aliquid sit processum: secus, si postquam fuerit accusatus: vel inquisitus: quia tum talis fuga non facit indicium contra eum: *Bart. in l. 1. ff. de bon. eo. qui mortem sibi consciuer. Angel. de Malefi. in versi. quòd fama publica præcedente, numer. 46. in verb. an fuga sit sufficiens indicium pro maleficio.* 602

Et quatenus fuga faciat indiciũ ad torturam, *vide Anthon. Blanc. in repe. l. fina. ff. de quæstio. num. 277. adde Matthæum Mathesila. in singula. suo 145. & ibidem additio Gabriel. Sarai, Hippo. de Marsi. in singula. suo 497. incip. sæpissimè in iure & c. & in sing. 119. incip. fuga omnes docent,* quando & quæ fuga faciat indicium. Sed *Hippo. de Marsi. in d. rubr. C. de proba. num. 260. per Felin. in c. nullus, de præsumt.* incipit enumerare aliquos casus, in quibus ipsa fuga non solùm faciat indicium ad torturam, sed etiam faciat probationem. & vltra *Felin. addit Hippol. in loco allegat. alios casus notabiles, quos ibi vide.* 603

Inter

604 Inter alios hîc dicit, de fugiente effractis carceribus: quia talem haberi pro confesso,& sic in isto casu fugam facere plenam probationem, *gloss. & Barto. in l. eos, per illum tex. ff. de custo. reo.* quod tamen non habere locum (dicit) de eo, qui aufugit carcere aperto: *per Bald. in l. succurritur, ff. ex quibus cau. maio.* & idem dicit, si non aufugisset de carcere, sed de palatio prætoris: idem in fugiente, ostio aperto: & non habere locum in eo, qui stetit in carcere pro generali inquisitione, *Hippo. in lo. allegato, nume. 261. cum sequen.* & de tota fugæ materia, *vide Dd. in locis allegatis, Et ea, quæ notaui infr. in litera T. in verbo de tortura, versi. de fuga.* ibi quatenus faciat indicium ad torturam, & quomodo possit purgari per reuersionem & spontaneam comparitionem.

605 Et quoniam hîc cadit materia fugæ, vide quo casu sit fugiendum, & quàm sit ignominiosum fugere ab hostis & inimici aggredientis conspectu: *vide Franc. Zoan. in tract. suo defensio. ad l. vt vim, ff. de iust. & iur. parte. 2. num. 14. & in sequenti. & Barto. Romuleius, in compen. homicidij, in 1. parte, nume. 59. & in multis sequ. similiter.*

De Probatione per priuatam scripturam.

606 Scriptura priuata, sine alijs adminiculis, non sufficit ad plenam probationem inducendam: *l. instrumenta, C. de probationibus.* Est autem ista l. de triplici priuata scriptura intelligenda: de prima, quæ continet contractum, factum inter me & alium. Et est scriptura facta per personam domesticam creditoris, & continet quidem causam, testes, & tempus, sicut publicum instrumentum, tamen non prodest ad plenam probationem, sed saltem ad veritatis inquisitionem: *l. etiam, C. de testib.* ideo hæc scriptura non valet in totum, propter scribentis domesticitatem: sed cum alijs prodest.

607 Secunda habet quidem testes & solennia, sed scribens est priuata persona: & propterea etiam sola plenè non probat, quia est priuata.

608 Tertia scriptura non est testibus & alijs solennitatibus munita, sed in quinterno seu memorali mercatoris scripta, & sic priuata adnotatio, quæ quidem valet propter solitam scribentis auctoritatem, quæ est apud bonos viros, & quæ est ad similitudinẽ cuiusdam argentarij: sed non sufficit, quia non est ad hoc publica auctoritate deputatus: *hæc secundùm Bald. in d. l. instrumenta, C. de proba.*

609 Quarta scriptura priuata est, quando creditor scribit, aliquem esse debitorem suum ex certa causa: *& de ista est text. in l. rationes, & in l. exemplo, C. de prob.* Summatur sic à Baldo: rationibus defuncti non statur ad probandum, sibi, vel hæredi, vel scribenti debitum fuisse.

Et ex propria scriptura creditoris no cõuincitur debitor, etiam in fiscali. ¶ Et tandem dic: priuata scriptura est, quæ scripta inuenitur à priuato, vel à notario, tanquam priuato, quia non habet publicam formã: *Bal. & Angel. in l. scripturas, post gloss. C. qui potior. in pigno. hab.* 610

Sed quæritur, quæ accedere debeant priuatæ scripturæ, puta, rationibus fortè defuncti mercatoris, ita vt plenè probet? Et dic primò, quando ratio est mercatoris alicuius, & continet data & accepta, tam pro se, quàm contra se,& sic habeat formam rationis, & scribens sit persona bonæ vitæ, & honestæ famæ, quia cum aliquibus adminiculis plenè probat: *ita Bald. in d. l. rationes, versi. reuoco ad dubium, C. de proba. & in l. in bonæ fidei, in 4. col. C. de rebus credit. Bald. in l. instrumento, d. tit. C. de prob. Hip. in repe. rubr. C. de probat. n. 252. & pulcherrimè Geyl. in obs. 20. lib. 2. obs. Cam. Impe.* docet ibi modum articulandi pro mercatore,& libris mercatorũ, vt fidem faciant, & alia vtilissima. 611

Quando autem mercator est infamis, tali casu non statur libro mercatoris: *sic notat Ioan. de Arno. in sing. suo 45. n. 2. & vide quæ notaui supr. in liter. P. versi. de probat. per rationem.* 612
¶ Quòd autem in hoc casu, vt credatur rationib. vel libris mercatorum, spectetur cõsuetudo loci, regionis, vel mercatorum, *nota. per Ioan. Andr. in tit. de instrumento. editio. §. nunc videndum, in addit. magna, quæ incipit, priuatorum, circa fi. secundùm quam consuetudinem, litigantium, & eorum statuta, non autem secundùm suam pronunciabit iudex. Ita Rocchus Curt. in repe. c. fin. de consuet. fol. 78. vers. secunda regula. & fol. 79. versi. quartò infertur, & dicit ibi in specie per Bald. in l. si non speciali, colu. 2. C. de testa.* quòd scriptura, facta in aliquo loco, seruet priuilegium istius loci vbicunq;.

Secundò: vel quia scriptura debitoris reperitur in manibus ipsius debitoris, priùs existente in manu creditoris, quia tendit ad liberationem: *Salicet. in l. admonendi, ff. de iureiur. gloss. in l. inter chartulas, & ibi Lucas de Penna, C. de conue. fisci debitoribus, lib. 10. Hipp. de Marsi. in repe. rubr. C. de proba. nu. 273.* 613

Tertiò accedit, quòd priuata scriptura sit deputata ad priuilegium: quia talis plenè probat, puta in curijs ciuitatum, episcoporum, vel aliorum præsidentiũ reperiuntur libri, nec manu publica, nec in forma publica scripti: tales nihilominus probant de reditibus, & affictibus, quæ dicuntur deberi curiæ, vel de æstimationibus rerum, seu de aliquibus alijs iuribus, debitis curiæ, 614

vel de statutis, seu consuetudine ciuitatum, & de similibus, *Bald. in l. exemplum, C. de probatio.*

615 Libris etiam statur Canonicorum, in quibus continentur solutiones Canonum, & concessiones in emphiteusin, & similia: *Bald. in rubrica, in vltima colum. C. de fide instru. Anto. de Butr. in c. 2. eodem tit. & Petr. de Ancho. in consi. 41. incip. in Christi nomine, circa 1. dubitationem: Rochus Curtius in c. fina. de consuet. mihi folio 18. versi. vndecimò potest inferri:* Quòd etiam in casu consuetudinis teneat, ibi dicit: & ista propter auctoritatem archiui publici, ex quo producuntur: quia inde pducta dicuntur publica, notoria, habentia vim publici instrumenti, authentica: & vbique faciunt plenam fidem: *Hippol. de Marsil. in rubr. C. de proba. mihi num. 291. adducit multorum Dd. auctoritates. Et tenet Bald. in l. exemplo, C. de proba. versi. si autem, Boerius pulcherrimè in decisione 105. parte 1.* ibi multa notauit de scripturis priuatis, & in archiuis publicis custoditis.

616 Quartò, quia accedit, quòd est scriptura multùm antiqua: illam enim facere præsumptionem, vel semiplenam probationem, *notat Specula. in tit. de instru. editione, §. nunc dicendum, versi. regulariter, Abbas & Deci. in c. cum causam, de probatio. Dd. in c. veniens, el. 1. de testibus, Hippo. de Marsi. in singula. suo 436. incip. latè satis.* ¶ Vel, quia longo tempore scriptura habita est tanquam publica: vt videmus in libris Poëtarum, Philosophorum; quia nullam habent probationem ex illo, quòd ab eis sint compositi, sed quòd ab antiquo pro talibus habiti sint. ¶ Tales sunt scripturæ antiquæ, in quibus continentur priuilegia, & iura ciuitatum, vel prælatorum, vel Baronum, in suis territorijs, & quò ad personas sui territorij: ad hoc facit, quòd magna sit auctoritas antiquitatis, cum vim legis obtineat, & pacti, & concessionis principis: *Bal. in d. l. exemplo, C. de proba. versi. tertius casus.*

617 Et plura de auctoritate antiquitatis, in probatione confinium, & in alijs, *vide quæ notaui supr. in hac litera P. versi. de probatione per scripturas, vel literas sculptas in marmore seu lapide.*

618 Quintò concurrat, quòd priuata scriptura habeat debita sua requisita: *secundùm l. scripturas, C. qui potior. in pigno. habeantur:* nam talis scriptura facit plenam probationem contra scribentem: *l. sciendum, & ibi gl. & Dd. ff. de verbo. obligat. habetur in Authen. contra, qui propriam, C. de non num. pecu. in l. ex hac scriptura, ff. de dona.* quod intellige de Apocha, quæ fit per vnam partem tantùm: nam talis scriptura recognita, vel confessata plenè probat: *vt in dictis iuribus, in l. publica, ff. depositi, l. cum de indebito, ff. de proba. glossa in c. scripta, de fide instru. Bald. in l. fina. C. si cert. petat.*

Sextò autem, quando fit priuata scriptura inter aliquas partes, vltrò citroq; obligatoria: nam ad hoc, vt illa probet, requiritur, quòd habeat subscriptionem partium, & trium testium, quorum voce, vel literarum comparatione adiuuetur: *ita habetur in d. c. scripta, de fide instrum. & per omnes in d. l. scripturas, C. qui potio. in pigno. habeant. Hippol. in rubr. C. de proba. num. 267. versi. vlterius dico. Chilian. Köning. in suo processu, c. 97. Von der beweisung der schlechten vnd priuat Schrifften, vide Petrum Duennatem in regula 574. in regul. fallen. cum tribus ampliationibus, & 4. fallentijs.* 619

620 Septimò, quia accedit consensus partium, pacto valido celebratus, ita quòd tali scripturæ per eos standum esset: pone quòd careret omnibus iuris solennitatibus, tamen fidem inter paciscentes induceret: *tenet Felin. in alij in dict. c. scripta, de fid. instru. Barto. post Dyn. in l. fin. ff. de præto. stipula. & in l. Theopompus, ff. de dote prælega. Barto. in Auth. si quis in aliquo, in prin. C. de edendo.* Quia etiam testes inhabiles, possunt consensu partium validari: *est dictum Ioan. Andr. in addi. 1. ad Specula. in titu. de teste, §. sæpe & in eo. tit. §. 1. versi. quid si vidit, per Bald. in l. fina. C. de fideicom.* Quòd quis consentiente aduersario possit esse testis in propria causa: quòd denique attestationes inualidæ possint ratificari consensu partium: & semiplena probatio, quòd ex conuentione partium possit effici plena: quodque sententia nulla possit consensu partium validari, vt valeat in vim part. *notat per text. Dd. & CC. Hippo. de Marsil. in d. repe. rubr. C. de probat. num. 276. vsque ad num. 280.*

621 Octauò, quia fortè habet scriptura comparationem aliarum literarum, factarum ab eodem debitore: *Ioan. de Imo. in l. nuda, ff. de dona. Roman. & alij in l. rationes, C. de probat. Abbas in c. cum causam, de testib. §. sed & si quis, Authen. de instru. cautione, & tenet Hippo. in dict. rubr. C. de probat. mihi num. 297.* Idem tamen in sequenti, *num. 298.* putat periculosum esse, ad comparationem literarum accedere, cùm soleat scriptura mutari ex cursu temporis: nam (dicit) aliter scribit homo in iuuentute, quàm in senectute: *per glossam in Authen. de trien. & semes. §. si autem, & ibi per Angelum.* Sed si vellem reum cogere ad scribendum, vel edendum suam scripturam aliam, vt deuenirem ad comparationem: posset mihi obijcere exceptionē, quòd non essent sumendæ probationes de domo rei: *per l. nimis, C. de test. & l. qui accus. C. de eden.* Necesse est ergo (dicit) quòd producat testes, qui

qui dicant, quòd viderint, illum illam scripturam scribere manu propria .& fit tunc plena probatio : aliàs autem saltem semiplena: *Hippo. in loco allegato, & vlterius.*

622 Nonò posset quis se iuuare ex præsumtione scripturæ: quia non præsumitur, quòd quis faciat scripturam falsam : *ita Bal. in Rubrica, C. de fide instru. colum. antepenul. Barto. in l. scripturas, C. qui potio. in pigno. habeant.*

623 Decimò, quia fortè scriptura manu duorum notariorum, vel vnius notarij & vnius testis est subscripta: *secundùm Bald. in c. cum à nobis, in fi. de testibus.*

624 Vndecimò, aut, quia tanta esset fides testium, vel vis comparationis literarũ, quòd iudex alteri solùm fidem præstaret, vel iudicaret ita esse omninò credendum : quia tunc est plena fides præstanda; *Bal. Barto. & alij Dd. in l. admonendi, ff. de iureiu. collige ex l. 3. §. eiusd. ff. de testibus.*

625 Duodecimò, vel quia inuenitur subscripta: subscribere enim tantùm operatur, quod totum scribere; paria enim sunt: *Hippo. de Marsi. in d. repe. Rubri. C. de proba. nu. 295.* per iura multa, ibidem copiosissimè deducta. Et declaratur *ibi ab Hippo.* modus probandi per subsequentem : *Chilian. Köning in pract. cap. 99. Von der Beweisung der Sendebrieff, in fine.* ¶ De notarij subscriptione, in instrumento, *vide bona apud Rolan. à Valle, in consil. 44. num. 27.*

626 Decimò tertiò, aut, quia apparet de sigilli appositione: nam idem operatur, quod subscriptio manus propriæ. Et est signũ ratificationis & confirmationis: *Bal. in l. in fraudem. ff. de testa. milita. Dd. & CC. in c. scripta, de fide instru.* dummodò scriptura contineat causam: *Bal. in l. fi. C. si certum peta. glossa est in colum. 4. in prin. cap. 19. Lehnr. & ibi cum apostilla docetur, Wie einer sein Siegil mit dem Eyde selb dritte solle abziehen, Chilian. Köning in sua practica, c. 99. num. 3.* Et ibi vide per eum, quatenus sic epistola vel literæ commendatitiæ, (Credenzbrieff) per subscriptionem & sigilli appositionem, faciant plenam fidem, vel inducant obligationem. *Et habentur aliqua suprà in hac litera P. versi. de probatione per taciturnitatem. Hippo. de Marsi. in repe. Rubr. C. de proba. mihi num. 300.* & ibi alia quædam de sigilli operatione. Petrus *Duennatis in regulis fallen. regula 584.* declarat, in quibus casibus priuata scriptura probet, adducendo tredecim fallentias.

627 Item in hac materia teneas mente, quòd scriptura priuata patris, testantis inter liberos, etiam sine testibus valeat: *notat Hippo. in sæpe dicta repeti. Rubri. C. de proba. num. 274. per Bal. in con. 396. incip. quid scedula, volum. 4. & per alios.* Decem concurrentias, quæ facere possint, vt scriptura priuata in causa societatis valeat in vim publici instrumenti, & fidem faciat, *colligit Decian. in consi. 11. num. 119. volum. 1.*

628 De literis Cambij, credentiæ & testimonialibus, quòd probent, & cuius sint efficaciæ, *docuit idem Hippo. in d. Rubri. num. 280. vsq. ad num. 283.* Sed quæ in simulatione & falsitate possint literis Cambij opponi, *consuluit Decianus in consilio 109. volu. 2. nu. 57. cum num. sequentibus*, & ibi bona de falsitate & simulatione probanda. De probatione crediti suspecta, *idem Decia. in d. consi. num. 78.* & de exceptionibus contra chirographum vel crediti scripturam, *num. 82.* ¶ De literis testimonialibus Potestatis alicuius loci, quid & quando probent, *notauit Barba. Sicu. in repe. rubri. de fide instrumen. colum. 131. versi. de litera autem testimoniali.*

629 In casu etiam habetur scriptura priuata pro publica: & sic probat, quando videlicet iudices & aliæ personæ ea vtuntur indifferenter, & stant super ea, tanquam super authentica. exempla possunt induci de legibus municipalibus, de consuetudinibus scriptis & in consuetudinibus feudalibus: quia communis error facit Ius, (sicut & cõsuetudo l. peperit) & præstat auctoritatem personæ & scripturæ, vt intelligatur esse publica vel authentica: & sic ex communi reputatione: *Bal. in d. l. exemplo, C. de proba. l. Barbarius, ff. de offi. præto. & l. 2. C. de senten. & interlo. omn. iudi.* & in casu *Authen. quod obtinet, C. de proba.* requiritur, quòd priuatam scripturam iuuet iuramentum testatoris, vt faciat probationem contra eius hæredes: necesse enim habent, vt stent religioni testatoris: alioquin minimè fruentur his, quæ relicta sunt; creditoribus tamen nihil ex hoc præiudicij comparabitur: *textus est, & ibi notant Dd. d. Authen. quòd obtinet, C. de proba. Authen. de iureiur. à morien. præstito, & Authen. hoc amplius, C. de fideicom.*

630 De modis probandi per comparationem literarum, per subscriptionem & sigilli appositionem, notaui suprà in hoc versiculo, de quibus ibi vide. ¶ Qualiter literarum comparatio valeat sustinere priuatam scripturam, vt probet de voluntate testatoris, *docuit bona Decianus in consi. 46. volu. 1. num. 26. & 29.* ¶ De Sigillo, quòd probet contra sigillantem, *notauit Henningus Göden. in consi. suo de præscrip. pigno. nu. 11. & 12.* ¶ Sed tota scriptura reperta in vno vera vel falsa, præsumitur etiam in alio esse vera vel falsa: *Decianus in consil. 46. volum. 2. nume. 30. & 32.*

631 De modo probandi per actus, tam inualidos, quàm validos, *notauit Hippo. de Marsi. in repe. rubri. C. de proba. num. 305.* ibi inducit exempla de testamento, & alio instrumento, quæ

to, quæ licet sint inualida, dicit tamen, quòd possit ex illis probari voluntas testatoris, vel conficientis instrumentum. Nulla & inualida non sunt in consideratione, & nullum operantur effectum: *l.4.§.condemnatum, ff. de re iudica. vide d. Hippo. in singula. suo 274. & 431.*

632 De probatione ex pluribus indicijs & coniecturis, in quibus habeat locum, in ciuilibus nempe tantùm, vel in criminalibus saltem, quò ad formationem indiciorum ad torturam, & in casibus, vbi cadit difficilis probatio, *docet & declarat eleganter Hippo. de Marsi. in d. repe. rubri. C. de probatio. à num. 309. vsq. ad num. 325. & pulcherrimè dixit de ea idem Hippo. in l. si fortè mulier, C. ad l. Cornel. de Sicar. à num. 1. vsque ad num. 7.* & facit ad hanc speciem probationis regula, quæ est: quæ non prosunt singula, multa simul iuncta iuuant: *de qua Ioan. de Platea, in l. cum scimus, C. de agri. & censi. lib. 11. versi. & sic bene probatur. Petrus de Rauenna, in suo Alphabet. litera Q. versic. quæ non.*

633 Sed coniunctio probationum quòd non habeat locum in criminalibus, *dixit idem Hippo. in consi. suo 20. num. 48. cum plu. sequentib.* & nunquam iungantur probationum species, nisi quando vnaquæq; species per se, in suo genere sit perfecta: *Bal. in l. si quis ex argentarijs, ff. de edend.* vbi dicit: quòd si species probationum sunt in sua specie imperfectæ, puta vnus testis probat de veritate, vnus de fama, vnus de indicio: hæc probatio non valet, quia in sua specie est imperfecta. Nam singuli testes non probant prædicta: ad vnumquodq; enim probandum requiruntur duo saltem contestes: *l. fina. C. fami. ercisc. Inno. in c. sicut de Simo. Abbas & Feli. in c. cum causam, ext. de proba.*

634 Præterea ad hoc, vt probationes imperfectæ iungantur, oportet, quòd quælibet probatio, quæ iungi debet, sit saltem semiplena probatio: *Bal. in l. spadonem, §. qui iura, ff. de excusa. tuto. Alexan. de Imo. benè in consil. 11. volu. 4. per totum, gloss. & Barto. in l. fina. C. fami. ercis.* volentes, quòd quodlibet indiciũ probetur per duos testes: *Bruno à Sole in consil. suo crimi. mihi num. 79. cum sequentibus.* & ibi tradit Theoriam contrariam: Quæ singula non prosunt, nec simul iuncta iuuant: *per Bologn. in repe. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.* qui ibi exemplificat in multis testibus singularibus, & concludit, quòd non magis probent, quàm vnus: *per notata ad l. admonendi, ff. de iureiur. & notauit eleganter Mynsinger. in obseruat. 100. centu. 2. (Vbi tradidit, si ad eundem effectum tendant, coniungi, dummodò contrariæ non sint, vel imperfectæ probationes non sint sufficienter probatæ, veluti, si fama per vnum tantùm testem probata sit, fuga item per vnum.)*

De probatione per coniecturas, qualisnam sit, & quatenus admittenda, *vide aliqua per Hippo. in practi. sua crimi. §. principium, num. 13.* 635

De probatione, eo ipso, quòd non probatur contrarium, *vide Hippo. de Marsi. in repe. Rubr. C. de probatio. mihi num. 326. allegat glossam, ita dicentem, in l. 1. & 2. C. de testa. mili. gloss. in l. 2. C. de peti. hæredi.* hinc est, quòd dicimus: Actore non probante, reus est absoluendus, etiamsi penitus nihil præstiterit: *l. qui accusare, C. de edendo.* ¶ Similiter quando quis habet pro se præsumptionem iuris, si in contrarium non probetur, plena erit probatio: *gloss. in l. si tutor petitus, C. de peri. tuto.* 636

De modo probandi per iuramentum suppletorium, notaui suprà in vers. de iuramen. & de tota probationum materia, *vide Specula. in titulo de proba. & ibidem in §. videndum, de probationum speciebus, inuenies ibi bona.* 637
¶ Sed cùm regulariter & necessariò sit verum, quòd in qualibet causa triumphus victoriæ stet in probationibus, & secundùm illam quòd iudex pronunciet, & formet suam sententiam, *iuxta l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præsidis.* animaduertendum est, in quibus casibus requiratur plenissima, plena vel semiplena probatio: *de quibus vide Specul. in titulo de iurisdictio. omn. iudic. §. postremò, à num. 1. vsq. ad num. 7.*

Sed in dubio quòd requiratur, & nomine probationis quòd veniat plena probatio, quomodo autem illa fiat, *docet Hippo. de Marsi. in repe. Rubr. C. de proba. num. 6 & 7.* 638
Sed nota: quando lex requirit legitimam probationem, non statur iuramento: idem, si requirat apertissimum testimonium: *tex. est cum glossa in l. non est verisimile ff. quod met. causa.*

Si autem à iudice, lege vel statuto dicatur, quòd debeat fieri fides, an isto casu requiratur tanta fides, ex qua resultet plena probatio, *notauit (quòd sic, si de magno præiudicio agitur: sin de leui, semiplena probatio, vel iuramentum quandoq; sufficit.) Angel. in §. item si quis in fraudem, num. 4. Institut. de actionibus.* 639

Et ibi nota, quòd probatio semiplena plenæ probationi nihil detrahat: & quæ sint partes iudicis consideranda circa testes cõtraria deponentes, quibus scilicet magis credatur, (*attendenda qualitas personarum, qualitas dictorum, numerus testium.*) *notauit Mynsinge. in obseru. 93. cent. 1. obseru. Cam. Impe. & notaui infrà in hac litera, versic. de testium comparatione.* 640

De probatione adulterij, *vide Hipp. de Marsi. in d. repe. Rubr. C. de proba. num. 8. & nu. 184. Mynsing. in 1. respons. decadu 1. per totum.* 641

De pro-

642 De probatione eorum, quæ dependent ex conscientia, seu animo scientiæ & ignorantiæ, *idem Hippo. in d. Rubr. à num. 122. vsque ad num. 126.*

643 De probatione fraudis & doli, *notauit aliqua Lauren. Sylua. in consi. 94. num. 18. lib. 2.* ¶ Imò manifesta requiritur fraudis probatio: *l. patronus. ff. de probatio. notaui suprà in litera D. versi. de dolo.*

644 Quòd fraus allegata debeat probari, ex quia nunquam præsumitur, *habetur per Bal. in l. quamuis, C. si quis alteri vel sibi.* Sed negatiua, quòd fraus non sit commissa in specie in casu alienationis: vbi allegatur, quòd in fraudem creditorum sit facta, qualiter probetur eo ipso, quòd affirmatiua nõ probatur, & qualiter ex pluribus alijs coniecturis, *vide Decia. in consi. 37. volu. 2. num. 20.* ¶ Nota: in dubio debent illæ coniecturæ præualere, quæ fraudem excludunt: *l. falsus, §. fi. ff. quòd falso tutore, &c.*

645 Probationes vacuæ vel impertinentes quæ dicantur, *docuit Bal. in l. ad probationem, el. 1. in fine C. de probatio.* & ibi habetur in textu, quòd quis ad probandum irreleuantia vel impertinentia non admittatur.

De probatione numerationis & solutionis, *Lancfranc. de Oria. in sua praxi. c. 7. de confessione, num. 22. & num. 25. notant Dd. in l. 1. C. de probatio. notaui suprà in litera M. versi. de mutuo.*

646 De probatione mentis vel voluntatis, *vide quædam apud Alex. de Imo. in consi. 75. col. 2. versi. quòd ista fuerit. volu. 5. & apud Decian. in consi. 33. num. 88. & in sequen. vol. 1.*

De probatione infirmitatis, seu paupertatis, ad hoc, vt possit eleemosyna constitui, *notant Barto. & Ioan. de Platea, in l. vnica, C. de mendic. validis. lib. 11.* & ibidem per eos de probatione senectutis, & iuuenilis ætatis.

647 De probatione vergentiæ ad inopiam, Matthæus *de Matthesil. in singula. suo 1. in vlti. colum. in prin. huic addas id, quod dicit Geylius in obs. 83. nu. 13.* ad inopiam quis vergere varijs modis dicitur: primò, si accepti & expensi nullam rationem habeat: si supra vires patrimonij sumtus faciat: plus cõsumat, quàm est in facultatibus & reditibus, quem Cicero Gurgitem & Voraginem patrimonij vocat, quotidiè grandes cui fumant pultibus ollæ. Secundò, si frequenter, ociosè, & animi relaxandi gratia tantùm, peregrè longinquè proficiscatur: Nam frequentes peregrinationes inopiam comitem habent: *per tex. in §. hæc considerantes, in fi. Authen. vt omnes obedi. iudi. prouin.* Tertiò, si facilis sit in fideiubendo: is enim malè dicitur vti sua substantia, & ad inopiã vergere, qui pro alijs frequenter fidem suam interponit: *Angelus in l. in personam, §. 1. ff. de pact. per illum textum.* Quartò, qui frequenter pecunias accipit sub vsuris, easq; diu retinet & ducit, aut versuram facit: *Geyl. in obseruat. 83. num. 13. lib. 2. & ibi notat.* Et de probatione paupertatis, *Bal. in l. si quis, col. 2 in fi. C. de Episco. & Cleri.*

De probatione filiationis, *Petrus Duen. in regulis fallent. in regu. 334. 335. 336. & 337.* & ibi, quòd regulariter natus in domo patris, tractatus pro filio, & nominatus filius, habeatur pro filio: *declarat & notat eleganter Robertus Maranta in repet. l. is potest. ff. de acqui. hæredita. cum suis ampliationibus & limitationibus, num. 330. vsq; ad num. 335.* ¶ De probatione quasi possessionis filiationis, *Bald. in l. non ignorat, C. de his, qui accusa. non possunt, & Hippo. in rubri. C. de proba. num. 9. notauit Lancfranc. de Oria. in sua praxi, c. de testibus, num. 95. versi. qualiter probetur filiatio, Alex. de Imo. in consi. 25. volum. 4.* 648

De probatione furoris & infantiæ, *Maria. Socin. in repe. c. ad audientiam, in c. quæstio. colum. 6. versi. quintò, quartò & octauò quæro, extra de homicidio. Robertus Maranta in repe. l. is potest, ff. de acqui. hære. à num. 136. vsq; ad num. 143. inclusiuè. Lancfranc. de Orian. in sua praxi, c. de testibus, num. 93. vide suprà in litera F. versi. de furore.* 649

De probatione meritorum, quomodo merita debeant probari, *notat. Bal. in l. liberi, in 2. notabili, C. de inoffi. testament.* 650

De probatione, quem esse vsurarium, *Ludo. Roma. in singul. suo 360. incip. volo probare.*

De probatione inimicitiæ, qualiter fieri debeat, *docet Bal. in l. liberi, in 4. notabil. & ibi in apostilla, C. de inofficioso testa. eleganter Antho. Blan. in repe. l. fina. ff. de quæstio. à num. 90. vsq; ad num. 152. notaui suprà in litera I. versi. de inimicitia.* 651

De probatione damni vel interesse, *Bal. in l. si quando, C. vnde vi, Bart. in l. sed mihi, in §. actione, ff. commodati, Chilia. Köning. in practica sua, c. 136. & 137.* in iure Saxonico, *Arti. 47. lib. 3. Landrecht, 3. q. 3. c. induciæ, §. quòd fieri non debet, in glossa fina. in verbo iurauerit, notaui suprà in litera D. versi. de damno, & in litera I. versi. de interesse.* 652

De probatione negatiuæ. *vide quædam apud Alex. de Imol. in consi. 123. colum. 8. volum. 4. text. glossa & Dd. in c. quoniam contrà, extr. de probat. notaui suprà in litera N. versi. de Negatiua.* 653

De probatione gratiæ, *Bal. in l. si qua per calumniam, C. de Episco. & Clericis, & in l. humanum, C. de legib. Petrus de Rauenna. in suo alphabeto, in litera G. versi. gratia.* 654

De probatione confinium, *vide Bal. in l. conuenticulam, in 4. col. in fine, C. de Episc. & Cleric. notaui suprà in lit. P. versi. de probatione per sculpturas vel literas, in marmore vel lapide factas.* 655

De probatione diminutionis gregis, vel anima- 656

animalium, quæ gregatim paſcuntur, *Bart.in l.quòd ad præſens C. de murilegijs,lib.11.notaui ſuprà in litera C. verſi. de cuſtodia.*

657 De probatione erroris, *Syluanus in conſ.62. num. 16. parte 2. Alexan. de Imol. in conſi. 69. in prin. 4. colum. volum. 5. notaui ſuprà in litera E. verſi. de errore.*

658 De probatione eius, quòd bona ſint feudalia, *notat. Sylua.in conſi.1.parte 2.* & quomodo contra præſumtionem, quòd bona in dubio ſint allodialia, probentur feudalia, *Alex. de Imol. in conſi. 15. in prin. vol. 5. vide VVeſenbe. in conſi. 4. parte 1. Decianum in conſilio 33. num. 50. & in ſequentibus, volum. 1.* qui ibi examinat tres modos probandi: per inueſtituras & inſtrumenta, per famam, & per teſtes.

659 De probatione ſoluti canonis, tributi, vel cenſus, *Franciſ. Cremen. in ſingula. ſuo 79. incip. Tuſcis,& in ſingula. ſeqq. 80. notaui ſuprà in litera C. verſi. de canone ſoluendo.*

660 De probatione mortis hominis & animalis, *Anto. Corſetus in ſingul. ſuis,in verb. Mors.*

¶ Cuſtos animalis poteſt cum delatione pellis etiam probare caſum fortuitum mortui animalis: *Ioan.de Arno. in ſingula. ſuo 31. ſup. in litera C.verſi.de Cuſtodia.*

661 De probatione mortis hominis inuenies bona, & multùm vtilia, *apud Rober. Maran. in repe. l. is poteſt, ff. de acqui. hære. à nu. 156. vſq; ad nu. 183. & Barto. in tracta. ſuo, qualiter & quando probetur mors, vide Alex. de Imo. in conſi.25. in prin. 2. colum. volum. 4. Lanfranc. de Oria. in ſua praxi, cap. 8. de teſtium depoſition. num. 98. verſi. quæro: vltra prædicta, quomodo inducatur per rationem naturalem, Hippo. de Marſi. in repe. Rub. C. de proba. mihi num. 175. & in ſequentibus, notaui ſuprà in litera M. verſi de morte. Lancfranc. de Oria. in ſua praxi, cap. de teſtibus, num. 98. verſi. quæro vltra.*

662 De probatione mentis vel voluntatis, *Alexan. de Imo. in conſi. 75. colu. 2 volu. 5.*

663 De probatione amiſsionis equorum, mercium vel alterius rei, in remotis partibus, quomodo fiat etiam parte non citata, vt faciat fidem coram iudice cōpetente, *docuit Ioan. de Platea, in l. ſi quis nauicularius, verſi. ex quo nota, C. de naufrag. lib. 11.* & ibid. de probatione naufragij, idem *Platea in l. quoties, C. eo. tit. notaui ſup. in lit. N. verſi. de naufragio.*

664 De probatione tanti tēporis, cuius contrarij non extat memoria, *Alex. de Imo. in conſi. 16. colum. 4. ferè per totum, vol. 5. gloſſ. in c. 1. de præſcrip. in 6.*

665 De probatione ciuitatis, *d. Alexan. de Imo. in eodem conſi. 16. colum. 2. & 3. volu. 5. verſi. ſed in propoſita, notaui ſuprà in litera C. verſi. de ciue & ciuitate.*

666 De probatione, quem eſſe in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis, filiationis, maternitatis, paternitatis, clericatus vel alterius iuris: *vide Bal. in l. non ignorat, C. de his, qui accuſa. non poſſ. colum. 4. verſic. in tertio paſſu, & apud Alexan. de Imo. in conſ. 25. colu. 5. volu. 4.*

De probatione eius, quòd mutuum ſit verſum in vtilitatem mutuantis, minoris, Eccleſię vel ciuitatis, *habetur in ſingul. 58. Matthæi de Matheſi. & notant Dd. in l. ſi ciuitas, ff. ſi certum peta.* 667

De probatione communis opinionis vel præſcriptionis tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, *Specula. in titu. de proba. §. 1. num. 20. & in c. 1. de præſcriptio. in 6.* 668

De probatione nobilitatis, *vide quædam apud Guid. Papam, in conſi. 117. incip. omiſſa facti narratione, notaui ſuprà in litera N. verſi. de Nobilitate.* 669

De probatione matrimonij, *notauit Lud. Roma. in ſingul. ſuo 451. incip. nunquid per inſtrumentum, Hippo. de Marſi. in repe Rubr. c. de probatio. mihi num. 22. Bald. in l. ſi qua per calumniam, in vltimis verbis, C. de Epiſco. & Cleri.* 670

De probatione malæ fidei, *Hippo. de Marſ. in ſingu. ſuo 34. incip. mala fides.* 671

De probatione continuatæ poſſeſsionis, *Lancfranc. de Oria. in ſua praxi. c. de teſtibus, mihi num. 91. verſi. & quia non ſufficit, Dd. in l. ſuper longi. ff. de præſcrip. longi temporis 10. vel 20. anno. docuit Matheſil. in ſingula. ſuo 116. & ibi Gabr. Saray.* 672

De probatione dominij, *Lancfranc. de Oria. in ſua praxi. c. de teſtibus, mihi num. 90. Alexan. de Imo. in conſ. 1. in fine, in conſi. 10. & in conſi. 11. volum. 4. notaui quædam ſuprà in litera D. verſi. domino.* 673

De probatione poſſeſsionis, *idem Lancfranc. de Oria. in d. ſua praxi, c de teſtibus, num. 90. verſi. ad primum dic, quòd multi ſunt modi, Alex. de Imo. in conſ. 3. volu. 4. notaui ſuprà in hac litera P. in verſ. de poſſeſsione & remedijs poſſeſ. & in verſi. de probatione per ſolutio. cenſus.* 674

De modo probandi, quòd res non fuerit in bonis alicuius, *d. Lancfranc. in ſua praxi, c. de teſtibus, num. 91. verſi. ſed quomodo probabitur.* 675

De probatione quòd quis locupletior ſit factus, *Pynelius in 4. cap. partis 2. l. 2. C. de reſcin. vendi.* 676

De probatione affinitatis vel conſanguinitatis, *idem Lancfran. in ſua praxi, c. de teſtibus, nu. 96. verſi. ſubſequenter eſt videndum, habetur in c. licet ex quadam, de teſtib.* 677

De probatione negligentiæ, *idem Lancfranc. in ſua praxi, d. c. de teſt. num. 98. verſic. dic breuiter, notaui ſuprà in litera N. verſi. de negligentia.* 678

De probatione valoris rei, *idem Lancfranc. in ſua praxi, d. capi. de teſtibus, num. 89. verſic. quæro ergo qualiter, Alexan. de Imol. in conſi. 85. in 2.* 679

in 2. parte. Socinus in consi. 8. incip. visis, in 1. par. Barto. in l. precia rerum, §. nonnulli, ff. ad l. Falcidi. Bald. in l. si quos, C. de rescin. vendi. Abbas in c. cum causam, de testibus. ¶ Qualiter rei valor publicus per æstimatum & per testes probetur, *consuluit quædam Decian. in consil. 17. volum. 2. num. 25. & in sequentibus.* Et ibi *num. 35.* habemus bona de æstimatorum auctoritate & fide, præsertim accedente eorum iuramento, das sie bey Eydespflichten werdirt haben.

680 De probatione, quòd partes iudicij legitimè sint obseruatæ, *habetur in c. quoniā contra, ext. de probatio. Cels. in addi. prima ad Lancfran. de Oria. ad d. c. quoniam contra, de probat.*

681 De probatione actorum iudicialiū, *Hippo. de Marsi. in repe. Rubri. C. de proba. num. 20. d. c. quoniam contra, & ibi Lancfranc. num. 15. Bald. quædam in versi. quæro, nunquid acta, C. de re iud. Andr. Sicul. Barba. in Clemen. literis nostris, in colum. 6. & in sequentibus, de probationibus.* ¶ De gestis in iudicio inuenies modum probandi de iure Saxonico, *Artic. 88. lib. 3. LandRecht.*

682 De modis probandi, aliquem esse soluendo: *vide glossam notabil. in verbo, iuratoriæ, in fi. in l. fina. C. de prin. agenti: in rebus, lib. 12. & in l. fina. §. versi. sed pone Scholaris, ff. si cert. peta. notauit Decius in c. ex parte, num. 45. de appella. Barto. in l. quamuis, §. si conductor, ff. de Acquir. possess. Alexand. de Imo. in cons. 12. volu. 4. Bald. in prohe. feudo. colum. 5. in fine, versi. & scias, & in l. hac edictali, §. ijs illud, C. de secun. nup. Alexan. de Imo. in consi. 160. incip. viso processu, in 1. colum. volum. 5. eleganter & multùm copiosè Hippo. de Marsi. in repe. Rubri. ff. de fideiussor. num. 241. Petrus de Rauenna. in suo Alphabe. litera P. versi. pauper & paupertas: Ioan. de Platea in l. cunctis, C. de mendi. valid. lib. 11. Petrus à Duenna. in regulis fallentia. reg. 590.*

683 De probatione famæ Salicet. *in l. ea quidem, colum. 48. versi. ad septimam quæstionem, C. de accusa. notaui suprà in versi. de probatione per famam.*

684 De probatione colonatus, vel iuris emphyteutici: *Schursf. in consi. 4. cent. 2. l. cum notissimi, §. fina. l. competit, C. de præscript. 30. vel 40. annorum; Dd. in l. si certis annis, C. de pactis:* & nota theoricam, quòd qualitas inuisibilis debet probari per actus exteriores, qui videri possunt: *Barto. in tractatu testimo. versi. quæro qualiter testis*, & istis modis probatur dominium, possesio & aliud ius incorporale, vel inuisibile.

685 De probatione ætatis, *habetur in l. minor. ff. de mino. & per Barto. in l. de ætate, ff. eo tit. l. 3. §. duæ, ff. ad Carbonia, & notatur in l. 2. ff. de fer. super verb. ætate, in l. filium diffinimus, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. l. de tutela, ff. de in inte. restitu. dixit etiam Barto. in l. 1. ff. Si cert. peta. sequitur Paul. Castren. in consi. 141. incip. in Christi nomine, Barto. in consi. 92. incip. in quæstione vertente, Specula. in tit. de teste, §. 1. num. 4.* & creditur hoc casu annotationi priuatæ patris: quia non præsumitur, neq; est verisimile, quòd pater falsam fecerit isto casu annotationem vel scripturam: *Bal. in Rubr. C. de fide instru. in antepen. colum. Barto. in l. scripturas, C. qui potior. in pigno. habean. Rolandus à Valle, in cons. 31. in prin. & ibi addit*, quòd etiam ætas filij probetur testamento matris: qualiter & quando probetur per instrumentum, *Bald. in l. neq; natales, C. de proba. gloss. d. l. allegat Authent. vt fia. filij, leg. in princi.*

De aspectu, vide Barto. *in l. de ætate, ff. de mino.* Probatur etiam per inspectionem, an habeat barbam, vel sit pubes circa pudenda, & sub brachijs: *Arti. 42. lib. 1. LandRecht*, probatur etiam ætas iuramento eius, qui se dicit maiorem, vel eius tutoris, seu in causa feudi, vnius paris curiæ: *tex. est in cap. 26. Sechsischs Lehnrecht.* ¶ Et probatur ætas per patruos: Von Gefattern/ *Barto. in d. consi. sub 92. Item Andr. in addi. Specula. in tit. de teste, §. 1. incip. adde quòd optimè, item per dationem tutoris, Decia. cons. 53. vol. 2.* 686

De probatione læsionum mortalium, Wie dieselben mit Gezeugen vnd Besichtigungen der Wunden vnd Narben beweisen werden/ *habetur in Arti. 63. lib. 1. LandRecht, & notaui suprà in litera M. versi. de medico, & infrà in litera V. versi. de vulneribus.* 687

De probatione defensionis, & qualiter conuincatur mortuus, quòd iustè & licitè sit occisus, *vide in Arti. 64. lib. 1. Landrecht, & ibi in addi. latina, litera B. Arti. 14. in fin. verb. lib. 2. & ibi in addi. vltima latina. Vide, quæ notaui sup. in litera D. versi. de defensionibus.* 688

De probatione legitimi impedimenti, *vide in Arti. 7. lib. 2. Landr. Lehnr. c. 24. in textu & gloss. penult. Weichbild, Arti. 44. in textu & gloss. regulariter quòd fiat iuramento, voluit Pet. à Duen. in regulis fallen. regula. 414.* 689

De probatione contra iudicem, vel cum iudicio fienda, de actis & actitatis in iudicio, *Arti. 22. lib. 2. LandRecht, in prin.* 690

Wie ein Mann sich zu seinem gestolenem Gute/ das er in eins andern Gewehren findet/ wie Recht/ mit beweiß ziehen solle/ *habetur in Arti. 36. ibidem in addi. latina, lit. L. & in gloss. lib. 2. LandRecht.* 691

Der Zinsman beweiset seine Arbeit am Zinsgute mit seinem Pfluge: *Arti. 59. lib. 2. LandRecht.* 692

Morgengabe behelt das Weib auff den Heiligen/ die Gewehr aber des Guts/ da die Morgengabe auffgelobet war/ mit Gezeugen: *Arti. 20. lib. 1. LandRecht*, & ibi in addi. latina vltima decla- 693

declaratur, quomodo sit intelligendum, ne repugnet iuri communi.

694 Quomodo mulier debeat se ostendere prægnantem ex viro suo, docet Barto. *in l. senatus, §. permittitur, ff. de libe. agnoscen.* in iure Saxonico, *Arti. 33. lib. 1. LandRecht, Weichbild, Arti. 94. in gloss.*

695 De probatione eius, quòd partus sit natus viuus & perfectus ex vtero matris suæ, est tex. *in d. Arti. 33. lib. 1. LandRecht.*

696 Præterea in hac probationum materia nota aliqua scitu dignissima.

Probationes regulariter non sunt sumendæ de domo Rei: *l. nimis graue, C. de testib. l. qui accusare, C. de eden. cum similibus.* consuluit Decian. *in consi. 61. vol. 3. per totum.* ¶ Sed limita, quando tractatur de periculo animæ, vel ex magna causa, iudex potest compellere reū, vt edat rationes vel instrumenta, sibi iudici, ad fundandā intentionem agentis apud eum: *sic Hippo. de Mars. in sing. suo 271. incip. probationes, Ioan. Andr. notauit in addi. incip. satis est magna causa, apud Specul. in tit. de instru. editio. §. videndum, circa nu. 17. in medio.*

697 Probatio inualida vel semiplena an conuentione partium possit fieri valida vel plena, *vide Hippo. de Marsi. in repe. Rub. C. de proba. à nu. 276. vsq. ad num. 281.* & ibi vide, quatenus sententia nulla possit validari, vt valeat in vim pacti.

698 Nota: Probationis facultas regulariter, quòd non sit angustanda: *est tex. in verb. fin. in l. quoniam, C. de hæretic.* ¶ Sed an per pactum vel statutum possit angustari, vel restringi, *vide Hippo. de Marsi. pro & contrà disputantem in d. repe. Rubri. C. de probatio. mihi à num. 32. vsque ad num. 36. Alexan. de Imo. in consi. 36. incip. viso processu, in 1. & 2. colu. vol. 5.* ¶ Quid iuris in causis summarijs, *idem Hippo. in d. Rubri. num. 443. vsq. ad finem.* quid sit decisum in Camera Imperiali, (*Statutum de probatione per instrumentum ita interpretati sunt Domini Camerales, vt etiam per quinq. testes probatio illa fieri possit.*) *notauit Mynsing. in obseru. 5. cent. 1.* ¶ Consuetudo quomodo valeat ad inducendum nouam probationis speciem, quæ aliàs de iure cōmuni non faceret plenā fidem, *dicit tex. in c. cum dilectus, de fide instr.* nec mirum, quum & non habenti iurisdictionem det illam: *l. 1. C. de emanc. libero. l. fœminæ, & ibi Decius, ff. de reg. iuris, Henn. Göden in consil. suo de præscrip. pigno. mihi num. 9. & 10.*

699 Nota: producens iura, fateri intelligitur omnia, in illis iuribus expressa: *notat Sylua. in consi. 91. num. 27. parte 2. per l. cum precum, C. de libera. causa, Ioan. de Platea, in l. rura, C. de omni agro deser. lib. 11.* ¶ Sed declara: quando quis producit instrumentum, videtur saltem asserere ea, quæ dispositiuè sunt prolata in eo, non autem quæ enunciatiuè: *Alexan. de Imo. in consi. 16. colum. 3. versi. præterea etiam, volu. 5.* secùs in illo, qui fortè in supplicatione saltem per verba enunciatiua dicit, quem esse procuratorem suum, quòd probet, ipsum procuratorem constitutum contra se, non autem in præiudicium tertij: *dixit Ludouic. Roma. in singula. suo 359. incipit. secundò, & ibi Pignol. in additione.*

Nota: Probatio, parte citata & præsente producta, nō plenè probat, nisi talis probationis sit parti aduersæ copia data, & terminus ad opponendum concessus: *ita notabi. dixit Barto. in Consti. ad reprimendum, in verbo, de plano, notat Hippo. de Marsi. in singula. suo 81. incip. aduertas.* 700

Item probatio debet concludere per necesse, non etiam sufficit per possibile: *l. neq. natales, & ibi Bal. C. de proba. l. non hoc, C. vnde cogna. c. in præsentia, ext. de proba.* & ibi habetur, quòd probatio obscura vel dubia, non solùm non prosit producenti, sed etiam contra ipsum producentem sit interpretanda: *& faciunt CC. in c. cum tu, ext. de testibus*, quòd concludat probatio per necesse: intellige secundùm *Barto. in d. l. neq. natales, C. de proba.* necessariò vel præsumtiuè, vel ex præsumtione iuris tali, quæ secundùm subiectam materiam ad condemnationem sufficiat, adducit exemplum, dicendo: hoc apparet in probando dolo, vbi dolus non potest probari necessariò: *per l. dolum, C. de dolo.* Quomodo autem probatio, puta dictum testis, circa quælibet obiecta, & circa quaslibet res necessariò concludat, docuit Bal. *in l. non ignorat, colum. 3. versi. si de factis, C. de his, qui accusa. non pos.* vbi omnium sensuum obiecta recenset, & cuilibet sensui sua obiecta tribuit. 701

Et tandem, cùm velis scire, an testis incertè, dubitatiuè, malè, concludenter vel benè deposuerit, *vide Bal. dicta testium ibi reducentem per omnia decem prædicamenta Dialectices, in l. data opera, colum. 7. 8. 9. 10. & 11. vsq. ad versic. reuertor, C. de his, qui accusa. non poss.* Imò, quòd probationes incertæ, non necessariò concludentes, non probent, neq; aliquem operentur effectum, *notat Hippo. de Marsi. in d. repe. Rubri. C. de proba. mihi num. 350.* Affirmat ibid. quòd depositio testis per verbum ambiguum, inducat dubitatiuam, & sic contra producentem interpretandū: declarat per verb. *auferte*, quòd protulerunt testes inducti, vt probarent rapinam: *per Ange. in l. postquam, ff. de peti. hæredi. in fine:* secundò per verbum *violentia, per Barto. in l. 2. §. 1. in fi. ff. de duobus reis:* quia potest intelligi actiuè, & passiuè: quare ex simplici depositione de violentia nemo venit condemnandus; *idem Barto. in l. si vxor, in §. si quis vxori, ff. ad l. Iul. de adul.* 702

adul. vide ad hec pulcherr. singul. Matthæi de Ma- thesil. 102. incip. nota quod si.

703 Sed huius materiæ vide vnam singularem limitationem, apud Hippo. de Marsi. in singula. suo 494. incip. probationes, dicens, vbicunque causa esset commissa, sola facti veritate inspecta: Nam tunc receditur à regulis iuris communis, & talis cui committitur causa, eo modo potest credere probationi, solùm persuasiuæ & non concludenti: ita Bald. in l. solam, in fin. C. de testibus: maximè quòd probatio dubia non releuat probantem, procedit in criminalibus: nam ibi debent probationes luce meridiana esse clariores, puta ad condemnationem: l. fina. C. de proba. Sed vide vnam limitationem de probante rixam plurium præcedentem, cui vulneratio est subsecuta, apud Hippo. de Marsi. in singul. suo 188. incip. dixi tibi: remittit tamen ad Angel. in l. si quis alieni, C. ad l. Iul. Maiest.

704 Et hìc non incommodè venit notandũ, quando deduco vnam causam in libello, & probem de alio, quòd succumbam: l. habebat, in prin. ff. de institto. actio. Barto. in l. 1. in pr. 2. col. ff. de edend. limitatur, nisi causa ipsa esset cognoscenda de æquitate, vel sola facti veritate inspecta: nam tali casu, licet actor in libello deduxerit vnam causam, & probauerit de alia causa, nihilominùs debet obtinere: secundùm Bart. in l. Æmilius, in 2. col. ff. de minorib. Hippo. de Marsi. in singul. suo 272. incip. in hac inclyta.

705 Sed quæro, cui est probatio facienda? Et dic, iudici: quia pars aduersa semper negaret, & nunquam ipsi satisfieret: gloss. in l. quinquaginta, in verb. iud. ff. de proba.

706 De probatione in instantia appellationis, regul. est in l. per hanc, C. de tempo. appella. non probatum probabo, & non deductum deducam, habet locum, vt probetur in instantia appellationis de nouo, circa prius petita, in causa principali: non autem, vt de nouo aliquid petatur vel deducatur: quia non pertinet ad iudicem appellationis: vt in l. eos, §. si quidem, C. de appella. Abb. in c. significauerunt, de exceptio. Hippo. de Marsi. in sing. suo 240. incip. regula legis, gloss. in c. cum Ioannes, in verb. pendebat, de fide instru. & prædicta regula (non probata &c) habet locum, quando ignoranter fuit aliquid omissum, & non probatum vel deductum in causa principali: secus si scienter vel per negligentiam fuerit omissum. quia tunc in causa appellationis non poterit probari, nec adduci: notauit de isto dicto Hippo. de Marsi. in sing. 300. incip. scribitur in remedio Et Bal. in l. per hanc, C. de tempo. appella. colligit ex verbo defuerint, sic dicens: quòd si in prima causa actor habebat probationes, sed causa morandi iudicij & sub spe futuræ appellationis, noluit eas producere in causa principali, non audiatur cum illis in instantia appellationis.

In quibus casibus, & quare probatio, etiam in instantia appellationis, non admittatur, vide tex. glo. Dd. & ibi Franc. de Zabe. in Clemen. 2. de testib. & vide aliqua in addit. latina, lit. C. ad Art. 62. lib. 1. Landr. Elector Saxoniæ in instantia appellationis admittit testes super Articulis ijsdem primæ instantiæ, vel super articulis directò contrarijs: Art. 21. par. 1. in constitutio. 707

Instrumenti cancellatio per creditorẽ facta inducit liberationis præsumtionem in persona obligati: Coler. p. 2. c. 2. n. 51. ¶ Instrumenti redditio facta debitori, inducit debiti remissionẽ: Coler. d. n. 51. item si reperiatur apud debitorem, qui non est domestica persona: Strauch. d. lo. n. 11 fol. 746. ¶ Aliàs instrumenti traditio inducit tacitũ mandatũ de exigendo: Coler. ibid. n. 63. declara vt n. 68. vide meliùs Stracham, tr. de adiecto p. 4. q. 8. per tot. fol. 741. ¶ Traditio à creditore facta instrumenti, in quo ego & alius sum obligatus, quo ad me, inducit liberationem: quoad alium, inducit mandatum de exigendo: nisi constet de animo donandi. Coler. p. 2. c. 2. n. 63. ¶ Statutum si extat, quòd depositum vel quid simile non possit probari, quàm per instrumentum, quod si non experiatur, quæ erit cautela: Carac. de depos. p. 1. q. 3. c. 3. n. 37. vsq. ad 46. fol. 23. 708

Officialium Episcopi, nec non principis literis, quando credatur: Viuius lib. 1. dec. 54. n. 6. ¶ Negans propriam scripturam, conuictus conuenitur in duplum: Marsi. de bannit. verb. negantur, n. 12. ¶ Instrumentum non dicitur liquida probatio: Plot. de in lit. iur. §. 2. n. 30. nec legitima, nu 31. nec propriè probatio. nam per iuramentum quis non dicitur probare, sed releuatur ab onere probandi, ibid. & lim. hæc, n. seqq. & infer vt ibi. 709

De Procuratoribus.

PRocurator dicitur is, qui aliena negotia mandato Domini administrat: l. 1. in prin. ff de procura. Vsus autem procuratorum per quàm necessarius est: vt qui rebus suis ipsi superesse, vel nolunt vel non possunt, saltem per alios possint agere & conueniri: l. 1. §. vsus, ff. de procura. l. non solùm. §. agere, ff. de iniur. l. fi. C. de procurat. cum simil. bus: omnes enim causæ ciuiles habent regulariter hanc naturam: vt si quis simpliciter citatus fuerit, intelligatur tacitè inclusa potestas comparendi per procuratorẽ: d. l. fi. C de proc. c. fi. de dilat. Schurff. eleganter in consi. 76. cent. 1. 710

Imò citatus vt personaliter compareat, non tamen tenetur personaliter comparere: nisi iusta & legitima causa exprimeretur in ipsa citatione: d. Schurff. in d. consi. per iura ibidem, n. 5. 711

712 Inuitus autem procurator dari quis non potest: *l. inuitus, C. de procurato.* ¶ Serui, surdi, fatui, infantes, mulieres, & virgines non sunt procuratores: *gl. Art. 60. lib. 1. Art. 30. lib. 3. Art. 46. & 47. lib. 1. LandR.* De muliere vel fœmina: *gl. est in l. 2. ff. de reg. iur. Spec. in tit. de procuratore, §. 1. n. 1. versi. Item, quòd est mulier: ibidem tamen* Spec. enumerat quinq; casus, in quib. procuratrix possit existere. Sed vt habeas pleniùs materiam: quis possit esse procurator, & quæ ipsi procuratori ratione sui, & ratione causæ, respectu constituentis, & ratione istius, quòd sit in rem suam cõstitutus, ratione formæ opponi & obijci possint, *vide Spec. in d. tit. de procu. §. 1. 2. 3. & 5. per totum.*

713 De formis constituendi procuratorem, *habetur per eundem Spec. in d. tit. §. 4. vt autem, & ibi n. 3.* vide, qua cautela dominus procuratorẽ possit releuare ab onere satisdationis: quod fieri posse dicit, *per l. si ad defendendum, ff. iud. solui, §. si autem, Inst. de satisd.* Tempus & modum constituendi, præscribit *Chil. Köning. in sua pract. c. 1. Wie vnd wann der Procurator gesatzt wird.*

714 De procuratore falso & suspecto, *idem Chil. Köning. in c. 13.* de procuratore substituto, *c. 14. & 15.* & de procuratore actoris, siuè caueat de rato, siuè non: si dominus ratum non habeat, vel de mandato non doceat, tenetur ad interesse, & contra eiusmodi procuratorem rei fit sententiæ executio, *(Si tamen sciens se procuratorem non esse, suscepit iudicium: secus si per errorem.) Mynsing. in obs. 75. cent. 1. obs. Cam. Imp.*

715 De procuratoris reuocatione, *Chil. Könia. c. 16. & in c. 17.* de procuratoris appellatione: cogitur enim appellare: *l. inuitus, C. de proc. & ibi vide per gl. in v. extendere:* tenetur etiam ad iustificationẽ, si habeat speciale mãdatum: *Bar. in l. qui proprio, §. item quæritur, in vlti. opposi. ff. de procu.* Quando autẽ lædit dominum, tenetur ad interesse: non solùm autem tenetur de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui, & leuissima: *l. procuratorem, C. mandati.* Et quando contra procuratorẽ possit fieri sententiæ executio, *vide apud Spec. in tit. de exec. senten. §. sequitur videre, n. 7. versi. sed quid si procurator.* Et quod *sup. per l. 1. in §. vsus, ff. de procu.* diximus, quòd sit admittendus, in tantum habet locũ, siuè dominus sit legalior, siuè non, per istum textũ: hoc tenet *Robert. Maran. in rep. l. is actor, ff. de procu. n. 60.* sed ibi vide pulcher. limitationes & declarationes, quibus casib. procurator possit repelli, & non admitti. Et quando principalis venit examinandus, an eius aduocatus, vel procurator ab examine possit repelli, *(Quòd sic,) notauit d. Maran. in d. l. is actor, n. 67.* Et tandem vide pulcherrimas quæstiones, quæ possint in hac materia occurrere, *apud Pet. de Rauen. in aureo suo Alphabet. lit. P. versi. procurator aliquid faciens.*

De actibus procuratoris nota: potest facere procurator ea, quæ consueuit facere dominus eius: quando autem possit contrahere, donare, vel transigere, & quando possit iuramentũ apponere pro obseruantia contractus, docuit idem *Pet. de Rauen. in suo alphab. lit. Q. versi. quadriennij præscriptio,* & non sufficit interdum, vt habeat procurator mandatum generale, sed requiritur speciale: ad quos autem casus, enumerat & colligit *Spec. in d. tit. de procura. §. 1. n. 4. viginti & quatuor.* Et quòd ad omne iuramentum præstandum & recipiendum, requiratur speciale mandatum, *notauit Mynsing. in obs. 99. cent. 4. in fine.* 716

Sed quando dubitatur de mandato, etiam speciali, admittitur cum cautione de rato: *l. quod si speciali, ff. de mino. etiam ad transigendum, c. penul. de relig. domi. & c. contingit. de transac. notaui supr. in lit. C. versi. de cautione de rato.* ¶ Procurator autẽ quid petens ex mandato, & non habens mandatum, in quam pœnam incidat, dixit Bartol. *in l. si pupilli, §. item si fundum, ff. de nego. gestis.* 717

Sed quomodo probet quis se procuratorem? Respondendũ videtur, per instrumẽti procuratorij ostensionẽ & productionẽ. & quæ possint cõtra eiusmodi instrumenta, excipi & opponi dicit Spec. *in d. tit. de procu. §. ratione autem formæ, in prin. & quædam Mynsi. in obs. 99. cent. 4. (Vbi docet, omissâ mentione litis contestationis valere mandatũ, dummodò contineat nomen constituentis, constituti, & aduersarij contra quem, & causæ in qua constituitur, cum clausula de rato.)* 718

Sed an possit probari mandatum per scripturam, etiam priuatam, per testes, vel per sigillum constituentis, *vide per notata ad c. significauit, ext. de appella. Spec. in d. titu. de procura. §. ratione autem formæ, n. 2. versi. priuatæ verò, & versi. pono, vbi quis, & ibidem in addi. lite. E. & lite. F. Illa diligenter vide, quia quotidiè possunt in pract. occurrere: notaui aliqua supr. in lite. L. versi. de legitimatione ad iudicium.* Sed non sufficit, mandatum procuratoriũ saltem vt producatur, sed etiam necesse est, vt apud acta dimittatur, & registretur in illis: *vt* tenet Specu. *in tit. de procurato. §. ratione autem formæ, versi. vlt. vbi Bald. in add. in versic. procuratorium generale, Decian. consi. 121. vol. 3. n. 9.* Imò, prout relictum est apud acta, legi debet, & parti debet eius dari copia, dato quòd illam petierit: aliàs mandatum nihil releuat: *vt est textus, & ibi notant omnes, in c. appellatio, de appella. in 6. in Clemen. causam, de electio. Deci anus dict. consil. 121. volum. 3. numer. 15. 18. & 19.* 719

Imò

720 Imò oportet, mandatum vt sit apud acta registratum: nec sufficit vel probat mandatũ diuturnitas temporis, neq; mandati qualitas (quòd fortè sit speciale vel sufficiens) per eam inducitur: *Decia. d. consi. n. 8. & in sequentibus.* Nolens etiam producere mandatum ad acta, & recusans dare copiam eius, habet contra se præsumtionem, quòd non sit legitimum: *Decian. d. consi. n. 16.*

721 Sed quòd etiam per verba enumeratiua, supplicationi fortè inserta, contra scribentem probetur, quem fuisse procuratorem constitutum, dixit Lud. Rom. *in singul. suo 359. incip. secundò, & ibidem Pigno. in addi.* Et ostensio chirographi vel instrumenti debiti, (in quo continetur clausula, quòd soluatur exhibenti,) quòd probet mandatũ de recipiendo solutionem debiti, debitoris nominati in isto instrumento, probat Decian. *in consi. 68. vol. 3.* Nisi sit domesticus, vel alius, qui possit esse suspectus, quòd facto subtraxerit & receperit eiusmodi instrumẽtum: *n. 11. in d. consil.* Et ibi in hoc consilio vide de adiecto, quòd per dictam clausulã videtur sic constitutus, vt possit petere debitum etiam agendo iudicialiter in iudicio.

722 Procurator autem, quòd per litis contestationẽ fiat dominus litis, habetur *in l. procuratorib. C. de procu.* In causis autem summarijs, in quib. nõ requiritur litis contestatio, (quæ enumeratur *in Clem. dispendiosam de iud. & in l. de alimentis, & ibi per Dd. C. de procura.*) procurator actoris statim fit dominus, lite inchoata: procurator autem rei, fit dominus litis, quando præstitit cautionem de iudicato soluendo: *Bal. in l. mandatum, versi. secundò quæritur, C. manda.* in foro Saxonico præstita Guaranda: quia ibi habet vim litis contestationis. Fieri autem sic dominũ litis, habet suos effectus in constituendo procuratorem ad iudicia: nam tutor vel curator in causa pupilli non possunt cõstituere procuratorem, nisi domini litis sint facti: *l. neq; C. de procura.* ¶ Et procurator, habens generale mandatum, non substituit alium: nisi dominus litis sit factus, vel nisi sit constitutus cum potestate substituendi: *Specul. in d. tit. de procura. §. 1. mihi n. 22. & 23.*

723 In criminalibus, criminaliter agitatis, procurator regulariter non admittitur ad tractandum causas causæ, sed benè ad allegandum causas absentiæ: *Notauit & benè declarauit per limitationes Dn. Rober. Mara. in Spec. suo ord. iud. in 4. part. prim. distinct. iud. n. 35. & in seqq.* ¶ Ad instruendum autem iudicem, an admittatur, notat Ioa. de Arno. *in singu. suo 75. incip. in criminalibus.*

724 De cautelis aliquibus, quib. possit interuenire in criminalib. & de tota hac materia, docuit Hip. *de Marsi. in pract. sua crimin. §. sequitur, per totum, & n. 18.* De cautelis: *vide quæ notaui supr. in lit. C. versi. de coniuncta persona, & in lit. D. versi. de defensore, ibi (quomodò, qualiter & quando coniuncta persona, & defensor possint vel debeant admitti.)*

Et de exceptionibus procuratorijs, *vide Oldend. in Enchiridio excep. versi. exceptiones procurato riæ:* & objicitur exceptio procuratoria etiam post litis contestationem: *l. non solùm, §. qui alieno, ff. de procu. c. 1. eo. tit. & in l. licet, C. eo. Bar. in l. si quando, C. de dilatio.* 725

In Camera Imperiali excipitur, etiam contra procuratorẽ, vel mandatũ eius procuratorium, quòd non sit ad totam causam constitutus, vel procuratorium factũ: *Mynsi. in obs. 46. cent. 1.* ¶ Sed quando ex procuratoribus pluribus, quilibet in solidum constitutus censeatur, (*Si adiecta sint verba, & vtrumq; eorum, etsi non exprimatur, quòd constituantur in solidum.*) docuit idem *Mynsing. in obs. 47. eius. cent. 1.* 726

Sed per mortem domini quatenus extinguatur procuratorium, vel mandatum procuratoris, notauit idem *Mynsi. in obs. 54. cent. 2. & idem in 2. suo respon. deca. 1. resp. n. 40.* 727

In principatu Anhaldino bene moneantur aduocati & procuratores, ne suscipiant causas calumniantium, neq; iniustas, neq; istas faciant intricatas: Vñ was vorleute das selbst in denen Landen/ nit zu aduociren/ oder zu procuriren sollen zugelassen werden/ refert Constitutio Anhaldina *in Art. 9. von aduoca. vnd procuratorn.* 728

Procurator priùs debet videre mandatũ, antequam contrahat: *Hier. Laur. dec. 11. n. 2.* ¶ Quando procurator nomine sui Principalis cõtraxisse præsumatur, & quando quis nomine alterius idem fecisse dicatur: *Men. lib. 3. præsumt. 49. & 46.* ¶ Procurator generalis potest ex iusta causa, quam dominus ignorabat, mandati fines excedere: *Geyl. de pace pub. lib. 3. c. 4. nu. 29. per l. si hominem, ad fi. ff. mand. & n. 30. & 31.* 729

Procurator & aduocatus quomodo differant, *vide differentias 7. per Iaso. in Rub. C. de procur.* ¶ Officium procuratoris est vile & onerosum: *l. si quis procurator, C. de accus.* Imò est vilissimum: *vide Io. de Plat. in l. si quis procurationem, C. de Decur. lib. 10.* Sed aduocati est laudabile: *l. laudabile, C. de aduoc. diuer. iud.* ¶ Procurator & nuncius quomodo differant, *vide Goz. in l. 1. de iurud. om. iud.* ¶ Procuratoris contumacia an Domino noceat, *vide Bar. in l. contumacia, de re iud. & Bart. in l. quamuis de damn. infect. & Bar. in l. 1. §. si procurator, ff. si quis ius dicenti, vide Ioh. Fabr. in suo Breuiario super, C. in l. eum qui, de procur. Io. de Plat. in l. fi. C. de nau. non excus. lib. 11. Soc. in reg. 325. ibi limitat.* ¶ Et quando iniquitas procuratoris, domino præiudicare possit, *vide pulcrè* 730

Alex. in consi. 237. vol. 2. fol. 84. ¶ Item quando dicatur contumacia Domini, & quando procuratoris, & quomodo discernantur inter se, vide Bar. *& ibi Alex. in l. cum filius, §. ita, in 2. col. de v. obl.* Vbi etiam, quando procuratoris cõtumacia Domino noceat. ¶ An & quando procurator comparens, potest petere dilationem ad consultandum, & loquendum cum parte sua principali, vt certificet eum quid respondeat, *vide Bar. in l. non solum de procur. Abb. in c. dilectus, eod. tit.* ¶ Procurator lite contestata efficitur Dominus litis: *l. quod quis, l. neg., l. nulla, C. de procur.* Ideo si postea succumbit, potest appellare: *l. ab executore, §. fi. de Appell.* ¶ Procurator de leuissima culpa tenetur: *l. à procuratore, C. Mand. quam ad hoc allegat Bar. in l. eum qui, §. fi. de furt.*

731 Procurator si post factum mandatũ, factus fuit ribaldus inimicus, vel aliàs statum mutauerit in deterius, eo ipso videtur mandatum reuocatũ: *ita Barto. per illum tex. in l. si cum Cornel. ff. de solut. in fi.* ¶ An quis procuratorio nomine, vel suo, in dubio aliquid dicatur facere, *vide in v. facere.* ¶ Procurator sine mandato aliquem defendens in iudicio, defensor dicitur, & contra eum fertur sententia, & etiam fit executio: *l. Plancius, de procurat.* ¶ Procurator cogitur mandatũ ostendere: *l. licet, C. de procu.* vel de rato satisdare: *l. 1. C. eod. Soc. in reg. 313. & seq.* ¶ Falsi procuratoris exceptio est peremptoria, & post sententiam opponi potest: *l. licet, de procur.* Habes & alias exceptiones, quas potes opponere post sententiã, *in gl. in §. appellantur, Inst. de except.* ¶ Procurator non debet esse illiteratus: *gl. in Auth. de iud. in verb. qui ex se.* ¶ Procurator actoris, duas præstat cautiones, scilicet de defendendo, & de rato: *l. maritus, C. de procurat.* ¶ Procurator, acta vel alia secreta suæ partis, aduersæ parti manifestans, est infamis, & punitur extra ordinẽ: *l. 1. ff. de pœn. & incidit in pœnam l. si aliquis, §. instrum. de pœn.*

732 Procurator infamis esse potest: *§. fi. Inst. de except.* ¶ An & quando possum conueniri de cõtractu inito cum procuratore meo, *vide Pet. q. 32.* ¶ Procurator qua actione salariũ suum petat, *vide Pet. q. 46. & q. 6.* ¶ Procurationis officium gratuitum esse debet: & procurationẽ suscipere non est res illicita: *l. item, C. de procur.* ¶ Procurator in publico crimine non interuenit: *l. pen. §. ad crimen, de publ. iud. l. tunc conuenit, C. de accus. vide Soc. in reg. 322.* Tamen dicit Ioh. Fab. *in breuiario super C. in l. reos, C. de accusat. & inscript.* quòd in causa criminali procurator admittatur. ¶ Per procuratorem condemnatus, non notatur infamia, nec ipse procurator: *l. furti, §. si quis alieno, de infa. vide in v. infamia.*

733 In procuratorẽ debet ferri sententia, aliâs est ipso iure nulla: *l. 1. C. de sentent.* Executoria tamen verba debent referri in ipsum Dominum: *vide ibi Bar. in tit. qui satisd. cog. col. 55. n. 30.* ¶ Per procuratorem acquiritur possessio & dominium: *l. per procuratorem, C. de acq. possess.* etiam ignoranti: *l. 1. C. eod.* & per notarium: *l. 2. ff. rem pupill. salu. for.* ¶ Dominus si iurauit nolle reuocare procuratorẽ, potest nihilominus non obstante iuramento eum reuocare, licèt efficiatur periurus: *per gl. in c. fi. sup. verb. reuocatus, de procur. lib. 6.* Sic in simili, si quis iurauit nolle contrahere, potest non obstante iuramento contrahere: *vide ad hoc pulcra iura sup. in verb. iuram. artic. si iuro me nolle vendere, donare, vel alium contractum facere.* ¶ Nota optimam clausulã, per quam procurator releuatur ab omni onere satisdandi, vt soluat: dicatur in mandato tutorio, prædictum sumptum tutorem ab omni onere satisdandi, iudicio sisti, & iudicatum solui sub obligatione, & hypotheca omnium bonorũ constitutam: hanc clausulam commendat Card. *in Clem. 1. de procurat. De hoc vide Zas. in paratis. in tit. qui satisd. cog. col. 55. n. 20. linea 28.*

De Proditoribus & Proditionibus.

DE patriæ proditoribus & proditionib. habetur apud Ang. *& ibi in addi. in tract. maleficiorum, in versic. & hic tradito.* ¶ Proditor quis, & quot modis dicatur, *vide Pet. de Rauen. in suo alph. lit. P. versi. proditor.* ¶ Quomodo fiat quis proditor reuelando secreta, & quæ sit eius pœna, quòd etiam periurij maculam eo ipso sustineat, consuluit Decia. *in consi. 48. vol. 3. n. 23. & in seqq.* Hipp. *de Marsi. in sing. suo 16. incip. proditores,* pulcherrimè dicit, proditor odio quòd sit Deo, hominib. & iuri: quòd non debeat stare in curia & palatio principis: qualiter à tergo recipiat precium pro proditione. 734

Sed an puniatur, proditoriè occidens bannitũ, *dixit post Hip. in d. sing. 16. Roch. Curt. in c. fi. de consue. mihi fol. 20. col. 4. circa medium, vers. sed aliũ casum.* ¶ Quotupliciter quis proditor dicatur, habetur *in addi. latina penul. ad Art. 78. lib. 3. LandR. & in c. 77. LehnR. Bal. Al-uo. & alij in tit. quib. mod. feu. amitt. in c. 1. §. 1. & in c. 1. de for. fideli. in vsib. feudo.* 735

In iure Saxo. proditori statuta est pœna ordinaria rotæ: Man soll die Vorrähter Radebrechen: *tex. est in Art. 13. lib. 2. LandR.* Item: die da Städte vnd Vestungen verrahten/verlieren damit Ehr/Leib vnd Guth/ ob sie des vberweisen werden: *gl. 9. Art. 16. lib. 2. LandR. Art. 1. lib. 2. LandR. l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* 736

Proditor dicitur ille, quem vulgus appellat proditorem: qui sine aliqua causa & sine vlla diffinitione, eum qui de eo confidebat, vulnerat & grauiter offendit: *Guid.* 737

Papa

Papæ dec. 191. nu. 5. maximè committendo proditionē contra maiorem suum: & proditoriè agunt, bellū mouentes sine denunciatione: item proditores sunt, dantes potionem venenatam: item, qui reuelant secreta: item qui permittunt transire gentem inimicam: *ibid.*

738 Proditor quis, & quot modis dicatur, *vide Ioh. de Plat. in §. interdum, in fin. Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. & vide Cepoll. in consil. 34. n. 6.* ¶ Quale sit crimen proditionis, vide Alex. *de Imol. in consi. 13. vol. 6. n. 8.*

Prohibere.

739 PRohibita ad tempus, post tempus videntur permissa: *l. pater filium, §. fundum, vbi Barto. de leg. 3. arg. l. Imperatores, de Postul.* ¶ In vno casu concessum, in alijs censetur prohibitum: *gl. in l. 1. in verb. non aliter, ff. de off. eius.* ¶ Omnia videntur concessa, quæ expressè non sunt prohibita: *l. nec non, §. quod eius, ex quib. caus. maiores, l. cum prætor, de iudic. l. maritus, C. de procurat.* ¶ Cum aliquid prohibetur, censentur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur: & quando aliquid permittitur, censentur omnia permissa, per quæ ad illud peruenitur: *l. oratio, de Sponf. l. 2. de iurudict. om. iud. vide latè Dd. l. ad rem mobilem l. ad legatum, C. de procurat. Bar. in l. omnes populi, in 1. q. ff. de iust. & iur.*

De Prodigo.

740 PRodigo hodie nō ipso iure, sed per prætorem bonis interdici, Iacob. Cuiac. placet: *l. 1. l. Iulian. ff. de Curat. furiof. Cuiac. in l. is cui lege, ff. q. test. fac. poss. And. Geyl. lib. 2. obs. 51. n. 2. VVes. de Curat. furiof. &c. n. 3.* ¶ Prodigus & furiosus, possunt petere restitutionem: *firmat Bar. in l. Marcel. ff. de fideiuss. in l. 1. ff. de bono. possess. infant. vel fur. delata, Ioa. And. in Rub. de præscrip. in addi. vbi prodigo non currit præscript. Abb. in c. cum non liceat, de præscrip. tenet Pet. de Rauen. in suo alphab. lit. P. vers. benefi.* ¶ Sed vt quis habeatur pro prodigo, necesse est, vt præhabita causæ cognitione prodigus sit declaratus.

741 Sed de prodigo, redeunte ad frugalitatem, & quòd sustineatur eius testamentum atq; furiosi interuallaris, consuluit Decia. *in consi. 2. vol. 3. per totum.* Et quatenus per dationem curatoris vt prodigo, prodigus quis probetur, docuit Barto. *in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.*

742 Imò prodigus quis dicatur, (*Qui nec finem nec modum decoquendi & prodigendi habet.*) quomodo stipuletur, (*Actiuè stipulari potest, non passiuè,*) an potuerit obligationem contrahere & alienare, antequam sibi à iudice administratio esset interdicta, (*Bart. & communiter Dd. concludunt, quòd sic, in quā sententiā & Zas. inclinat,*) in quantum æquiparetur furioso, (*Quo ad diminuendum patrimonium, non quo ad acquirendū,*) & de eius delicto, an ex illo puniatur, (*Punitur pœnâ corporali, non pecuniaria,*) docuit Zas. *in d. l. is cui bonis, ff. de v. obl.*

De Promissionibus.

PRomissio sub Fide: bey meinen wahren 743
vnd guten Glauben vnd trewen: Item bey der Wort der Warheit/ iuramento æquipollet: *c. ad aures, ext. quod met. caus. c. peruenit. De fideiuss. c. peruenit. De iureiurand. Grauet. consi. 241. lib. Sichard. in l. fi. n. 13. C. de edict. D. Adria. tollend. Fichard. in addi. ad. Villa. leg. in v. Fides, in Thesau. com. opin. Laur. Kirch. cent. com. opin. concl. 23.* ¶ Et eiusmodi fidei interpositionem, præsertim ab illustrib. personis iuramento æquiparari, comune est Dd. placitum: eandemq; clausulā idem operari quod iuramentum, respondit Paris. *consi. 110. n. 6. & 40. vol. 1. Marc. Mant. consi. 70. n 7. volu. 2. Natt. consi. 479. n. 11. & consi. 480. n. 12. & 13. vol. 3. Franc. Bursat. consi. 306. nu. 12. lib. 3.*

Et hanc comunē Dd. sententiā etiam in 744
Camera imperiali obseruari, vno ore affirmant Mynsi. *cent. 1. obs. 17. & consi. 4. obs. 40. Geyl. 2. obs. 59.* ¶ Hæ clausulæ, attestantibus omnib. practicis & probatis, ICtis à Princip. præsertim/ bey meinen Fürstlichen: comitib. bey meinen Gräfflichen: & nobilib. bey meinen Adelichen Ehren/ trewen vnd guten Glauben/ prolatæ, vim iuramenti veri inducunt & operantur: darauß dann vnwiedersprechlich erfolget/ wann ein Fürst/ Graff vnd vom Adel etwas zusaget/ oder verpflichtet/ bey seinen Fürstlichen/ Gräfflichen vnd Adelichen Ehren/ trewen vnd guten Glauben/ auch bey dem wort der warheit/ alles vnnd jedes so der verschreibung einuerleibet/ stet fest vnd vnuerbrüchlich wol zuhalten/ zuerfolgen vnd deme zugeleben/ er solches von rechts wegen eben zuhalten/ als ob er solches mit einē leiblichen Eyd geschworē/ bey Peen deß Meineydes: practicatur quotidiè.

De Proœmio seu Præfatione.

PRoœmiū vnde dicatur, quando sit po- 745
nendū, & quid operetur: præsertim autem, quòd declaret contractum, statuta, vel mentem loquentis, & quòd dicatur proœmium intentio, & causa finalis, notauit Barba. *Sicul. in proœmio, Clemen. in prin. in 1. & 2. lectura, & ibi inuenies multa notatu digna, præcipuè verò in secunda lectura.*

De Prouisione legis & hominis concurrente.

NOta: prohibitio legis, & hominis, pu- 746
ta testatoris, quando concurrunt fortè circa alienationem rei alicuius, corroborata esse intelligitur ista ꝓhibitio in tantum,

tum, quòd non potest res illa alienari, etiam in casu iure permisso: *Ioan. de Imo. in l. filiusfam. §. Diui, ff. de lega. 1. per eum Ant. Corset. in sing. suis, in verb. prohibitio*: quia duo vincula magis stringunt, quàm vnum: *Auth. itaq. C. commu. de success. c. 1. de treuga & pace.*

747 Prouisio hominis, tollit prouisionem legis: *Gabr. lib. 6. conc. de reg. iur. concl. 8.*

De Prorogatione.

748 PRorogatio termini, facta principali debitori, non liberat fideiussorem, nisi fideiussor obligatus sit ad certum tempus saltem: *Dd. in c. constitutus, ext. de fideiussor. Pet. de Rauen. in suo alphab. lit. P. versi. prorogatio termini, Decian. in consi. 102. vol. 3. num. 13. in sequent. Hippo. de Marsi. in rep. Rubr. ff. de fideius. mihi num. 89. in 6. quæst. notaui supr. per Geylium & alios, in lit. F. versi. de fideiussore, & in lite. N. versi. de nouationibus.*

749 Nota: prorogatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus suis: *iuxta casum, & materiam l. lecta, in prin. ff. si cert. peta. secundùm Bart. in l. 1. §. & post operis, ff. de oper. noui nunciat. Bald. in l. acceptam, in 7. quæst. C. de vsu. idem Bal. in l. si constitutio, C. de don. ante nupt. facit ad hoc bona apostilla ad Bal. in d. l. acceptam, in verb. purgata, liter. T. Et ex istis infert Henning Göden, in consi. 1. 8. volu. de Hypothecis, secundùm Castren. in l. qui sic stipul. ff. de verb. oblig.* quòd in dubio, & quando non expressè secunda obligatio animo nouandi sit facta, & quando non contineat plus secunda, quàm prima, tunc quòd censeantur repetitæ dies, & obligatio in prima obligatione expressa: & tam accessorium, quàm reliquæ qualitates censeantur repetitæ. *Bart. & Dd. in l. 3. §. filius, ff. de libe. & posthum. & in l. licet, ff. de lega. 1.* limita hanc doctrinam: quia non habet locum, quando fit alteratio in substantia contractus: *Bal. in l. acceptam, in 7. quæst. C. de vsu.* quia tunc non dicitur prorogatio: *idem Bal. in c. 1. de mu. peti.*

750 Limita, etiam in iuramento posito in primo compromisso, de non veniendo cōtrà: quia tacitè in secundo non videtur repetitum. *Bal. in consi. 468. incip. quæritur si factum*, neq; etiam pœna in compromisso videtur prorogata: *notabiliter idem dixit Bal. in l. penul. §. vxor. ff. solut. matr.* non etiam dicitur prorogatio, puta locationis, vel fideiussionis, quando lapsum est tempus: quia amplius non extitit, quòd prorogari debebat, sed dicitur actus nouus: *Decian. in consil. 72. vol. 2. num. 21. & 25. bona notauit in hac materia prorogationis Hipp. de Marsi. in singul. suo 300. incip. prorogatio.*

751 De prorogatione iurisdictionis, *Capra. reg. post reg. 53. fol. 56.* ¶ De prorog. vide item Gabr. *de dilat.* ¶ Per protestationem antecedentem, limitatur obligatio subsequens: *Raud. de analog. lib. 1. c. 17. nu. 17. & ratio ibid.* nam protestatio remouet consensum ab actu, & per consequens substantialitatem actus: vt ibi, intellige vt Roger. *de protest. rubr. 1. §. 1. & §. 7. n. 6.* Hoc intellige, si in specie in actu sequenti de protestatione dicat: secus si nil. dicit, nam tunc videtur à protestatione recess. *Seraph. priu. 75. nu. 59.* ¶ Protestatio probatur iuramento: *Seraph. priu. 169.* ¶ Protestationis contrariæ probatio admittitur aduersùs præsumptionem iuris, & præsumptionē iuris & de iure: *Menoch. lib. 1. præs. quæst. 75.* ¶ Protestatio contraria facto nihil operatur: sed si nō repugnat actui, interpretatur vt non sit recessum ab actu: *Viuius dec. 251. lib. 2.*

De Prothocollo notarij.

EX quibus causis, vel ob quos defectus impugnetur, & qualiter sustineatur, & an ex prothocollo notarij mortui alius notarius, ad rogatum & de commissione iudicis, possit conficere instrumentum publicum? quòd sic, docet Rolan. *à Valle in consi. 44. incip. præsens consultatio, n. 27.* ¶ Apostilla in margine prothocolli, an & quando fidem faciat, consuluit Decian. *in consi. 100. vol. 2.* 752

De Publicatione actus.

PVblicatio alicuius actus debet fieri ad finem notificandi, & certiorandi: imò etiam ad incitandum, vt aliquid fiat, vel non fiat. Et præsumitur publicatio deuenire ad noticiam inhabitantium: *notat Alex. de Imol. in consi. 24. circa fin. 2. col. vol. 4. & est pulcherrimus tex. in c. fina. ext. qui matr. accusa. possunt, notaui sup. in lit. C. versi. de ciue nouello, & infr. in lit. S. vers. de statutis, vbi de publicatione statuti, quòd tunc saltem liget.* 753

De Pupillis.

QVia spectat ad materiam tutelæ, igitur notaui de istis, *infr. in lit. T. versi. de tutorib. & tutela.* ¶ Sed tamen, vbi pupillus sit educandus, quærit? Et respondet, quòd sequenda sit ante omnia mens, voluntas & præceptū testatoris, nisi ex rationabili causa aliud visum fuerit prætori. ¶ Sed cessante testatoris voluntate, an apud nouercam vel apud illum, cum quo pupillus habet, vel habere possit lites, educetur, consuluit Decia. *in consi. 49. vol. 1. idem Decia. consuluit in consil. 8. volum. 2.* 754

Vratisl. *in stat. Art. 16.* Der vnter seiner Eltern/ Vormünden/ oder Curatorn gewalt ist/ kan ohne derselben wissen keine Schuld machē/ sondern ob es geschehen/ würde dieselbe für vns kräfftig gehalten/ auch darauff wieder jren willen nicht geholffen: es wehre dann das die Eltern/ Vormünder/ oder Curator oder auch sie die Contrahenten selbst/ als sie mündig worden/ 755

worden/ dasselbe außtrücklich ratificirt hetten/ oder die Schuld aus Ehehaffter noth gemacht/ oder aber das geliehene Geld oder Wahren noch vorhanden/ oder sonsten an des contrahenten nutz kommen: auff welchen fall sie denn solches / so wol was sie mit wissen vnd gedult jhrer Eltern/ Vormünden oder Curatorn, kauffmans-weise vor sich gehandelt/ zu halten vnd zu zahlen verbunden sein sollen.

756 Pubertati proximi doli sunt capaces, & ex l. 12.tab. puniuntur, si furtum fecerint: *Cuiac. lib. 6. obseru. 22.* ¶ Pupillus si locupletior est factus, naturaliter obligatur, adeò vt in pupillum hôc casu ex rescripto D. Pij actio detur: *l. 1. in fin. ff. de nouat. l. si pupillus, 21. in pr. ff. ad l. Falcid. l. naturaliter, 13. §. fin. cum l. seq. l. quòd pupillus, de cond. indeb. Borch. in tract. de reb. cred. c. 3. Robert. lib. 2. recept. sent. c. 67. Duaren. in l. 127. & c. 2. de obl. & A. Coras. lib. 6. miscell. c. 22. Vult. l. 1. discept. c. 22. l. 3. in pr. ff. commodati. Donell. in l. si pupill. 127. de verb. signif. VVesenb. de author. & consens. tut. & curat. n. 2. Cuiac. ad l. 127. de verb. oblig.*

Pupillus conuentus & eius tutores, an 757 teneantur super libello valido & claro litem contestari, vel copiam habere scripturæ in libello mentionatæ, qua actor vsurus nō est, sed sine ea deliberare potest: *Viu. lib. 2. dec. 374.* ¶ Vbi & à quo educari debeat pupillus, Franc. *Viu. dec. 16. lib. 1. Afin. de exec. §. 3. c. 128. vide Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 168.* & quomodo pupillo alimenta præstanda, *c. 169.*

De Qualitate.

1 QValitas, in iudicium deducta, debet probari, antequam vlteriùs procedatur: & quando ſit probanda, notauit Bald. *in l. non ignorat, in princ. C. de his, qui accuſa. non poſſ.* Non probata qualitate, probatio reputatur incerta: *Hippol. de Marſil. in repe. Rubr. C. de probatio. mihi num. 436. verſi. dico igitur, vſque ad num. 443. tenet, & per exempla declarat Pet. de Rauen. in ſuo aureo alphab. litera Q. verſi. qualificat. factum.*

2 Et qualitas appoſita in accuſatione vel inquiſitione, debet probari: aliàs illa non probata, debet ſequi abſolutoria: *dicit Hippo. de Marſi. in ſingula. ſuo 187. incip. qualitas, Decianus in conſil. 4. volum. 3. num. 7. & in ſequentibus. Vide, quæ docuit iſto caſu diſtinguendo, (quòd videlicet ſuperius dogma ita demum verum ſit, ſi qualitas adiecta & crimen & pœnam alteret.) Mynſinge. in obſerua. 40. centu. 1. & ſignauit ibi, quid in aliquo vno caſu ſit obſeruatum in Camer. idem Mynſing. in obſeru. 98. cent. 3. in cauſa violatæ pacis, (quòd videlicet negatio qualitatis, ſi factum principale reſpiciat, non impediat litis conteſtationem, ſed eâ impoſitâ reſeruetur hæc exceptio ſeu defenſio, poſt litē conteſtatam proponendâ. Idem tradit Mynſing. obſeru. 27. cent. 2.) & in obſerua. 80. cent. 4. vbi in iſta materia multa ſcitu digna quis inueniet, idem Mynſing. (tradens eaſdem qualitates requiri, ſi agatur de damnis fractâ pace ſeorſim illatis, quæ requiruntur, ſi ad pœnam agatur.) in obſeru. 29. cent. 2.* exemplum eſt ibi, de ſupplicante ſuper fracta pace: quia debet ſupplicare cum qualitatibus, nec ſufficit, quòd velit defectum in proceſſu ſupplere: *Geyl. in obſeru. 3. num. 5. lib. 1.* quando autem qualitas in libello poſita ſeu producta, & in quibus caſibus poſsit augeri vel minui, notat Bal. *in l. adita, colum. 7. verſi. oppono nonò, C. de edend.*

3 Nota: vbi lex vel ſtatutum ponderat ſcientiã actus, reſpectu certæ qualitatis, ille non dicitur ſcire, qui ſcit actum, & ignorat qualitatem: *gloſſ. eſt notab. in c. concertat. de appella. in 6. Et vide Anto. Corſet. in ſingula. ſuis, in verb. ſententia, 10.* ¶ Qualitas facti declaratur & præſumitur ſecundùm qualitatē perſonæ facientis: Vnde malum præſumitur, quod actum eſt à malo: & vice verſa, quod à bono, bonum. Et ſemel malus ſemper præſumitur malus, in eodem, vel ſimili mali genere: *Maſcard. concluſ. 1005. n. 37. & mult. ſeqq. Menoch. lib. 5. præſ. 1. n. 32. & per tot.*

De Qualitate, vide omnino Med. Reg. 4
6. de Reg. Iur. ¶ Res ſciri non dicitur, niſi ſciatur cum ſuis qualitatibus: *Seraph. priuil. 100. n. 9.* Si enim ignorentur qualitates, non poteſt dici ſcientia & cognitio: *Caualc. deciſ. 17. nu. 62. p. 2.* ¶ Qualitas extrinſeca non præſumitur: *Menoch. lib. 1. præſumt. quæſt. 24. n. 53. & lib. 3. præſumt. 40. nu. 11.* ¶ Qualitas habens ſe ad eſſe & nō eſſe, ſi eſt fundamentum intentionis, ſemper euenit probanda: *Coler. de proceſſu execut. p. 2. c. 2. n. 69. fol. 439.* item ſi requiratur à ſtatuto, non præſumtione, ſed liquidò debet probari: *ibid. & n. ſeq.* idem eſt in ſimilibus *ibid.* enumeratis. Et qui ex ſtatuto vel lege aliquid intentat, debet capitulare & probare omnes qualitates: *l. vel ſtatus, Plot. §. 8. n. 2. de in lit. iur. Rauch. l. 3. §. vbi duo, nu. 154. de duobus reis: Marſ. de banni.* verb. *ſeruatis ſeruandis, n. 6.*

Qualitas caſus, quando de caſu conſtat, 5
probatur iuramento: *Seraph. priuil. 43. vbi lim.* ¶ Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundùm tempus verbi: *Seb. Med. de acq. poſſ. n. 420. fol. 415. ampl. 12. Coler. p. 4. c. 1. nu. 209. Pruck. l. in multis, de ſtatu hominum, p. 1. n. 4. art. 8. n. 10. Medic. p. 1. reg. 6. n. 7.* lim. vt procedat in momentaneis, ſecus verò in ſucceſsiuis: *Fœn. de mom. c. 10. n. 34. 11.* ¶ Si actu aliquo interuenit iuramentum: *Seraph. priuil. 98. n. 20. & ſeq.* ¶ Obligationis qualitas non mutatur ex mutatione ſucceſſorum: *Seraph. priuil. 67. n. 38.* ¶ Teſtis probans rem, & non qualitatem rei, nil dicitur probare: *Seraph priuil. 100. n. 10. in fi.* ¶ Aſſertio qualitatis delicti non attenditur, quando conſtat de delicto: *Fœn. de mom. tempor. c. 7. n. 27.* ¶ Qualitas in actu requiſita, ab initio debet adeſſe: *Taſſar. de error. Notar. c. 4. n. 2.*

Qualitas ſine ſubiecto eſſe nequit: *l. 2. de* 6
vſufruct. ¶ Qualitas poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem: *Ioan. de Plat. poſt Bartol. in l. 1. C. de Dign. lib. 12.*

¶ Non

¶ Non entis non sunt qualitates: *l. si seruum mihi, §. 1. de act. empt. l. nam & si, §. 1. de iniust. rupt. l. 1. de verb. obl. ita allegat Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 3. q. in princ. de verb. obl.* ¶ Qualitatis non sunt qualitates: id quod Dialectici dicunt, accidentis non est accidens: *l. 1. de vsufr. leg. l. 2. §. rectè Neracius, Si seruit. vind.* ¶ Qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi, cui adijcitur: *l. in delictis, §. si extraneus, de nox. act. l. Titius, & ibi Bart. de test. milit. latè Bart. in l. ex facto, in princ. de vulg.*

7 Antiquæ qualitatis, quæ olim fuit, licèt iam non sit, reliquiæ & memoria multum operatur. Hanc regulam 9. similibus confirmat Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum, col. 34. de constit.* vbi inter alia dicit, quòd Abbas sine culpa sua depositus, debet habere primum locum, in choro & conuentu, post Abbatem: in memoriam pristinæ qualitatis & dignitatis. ¶ Et ad hoc, quòd reliquiæ rei, quæ fuit, operentur, *vide Petr. in q. 95. in fin. verb.*

8 Quando in vna dispositione ponuntur duæ qualitates, vna nocens, altera quæ prodest: qualitas quæ nocet, est consideranda: *Dd. & Bart. in l. si quis in graui, §. fin. ad Sill. text. bonus in l. si pupillus, in princ. ad l. Falcid.* ¶ Hoc fallit, nisi illa qualitas, quæ prodest, esset potentior, & obfuscaret alteram: quia tunc illa attenditur: *ita Bart. in l. si vir, de vsucap. pro donat. Io. de Monte. Ferr. in Rubr. ff. de v. obl. col. 15.* ¶ Quando duæ qualitates concurrunt in eodem subiecto, vna prohibitiua, altera permissiua: attenditur potius permissiua, quàm negatiua vel prohibitiua: *vide Ias. in l. 1. §. veteres, de acq. possess. in 2. nobilitate.* ¶ Quando duę qualitates concurrunt, quæ inspicienda sit, *vide Ias. in l. imperium, in 3. col. vbi 8. similia, ff. de iurisdict. om. iudic.* ¶ Quando concurrunt duæ qualitates incompatibiles in aliquo actu, quæ attendi debeat? & dic, quòd potentior: *l. quæritur, de stat. hominum.* ¶ Est autem potentior, fauorabilior: per quam actus potius sustinetur, quàm corruit: *l. quotiens, de verb. obl. & l. quotiens, de R. I. vide Carol. in l. si quis arbitratu, fol. 141. ff. de verbor. obligat.*

9 Qualitas apposita in fine legati, an restringat verba præcedentia, *Dec. cons. 202. vol. 1.* ¶ Quando à lege, vel statuto aliquid profertur cum qualitate aliqua: tunc vtrumq; debet probari, & illud, & qualitas eius: *l. 1. vbi Bart. per illum text. ff. ne quid in flum. publ.* Ex quo sequitur, stante statuto, sicut est Bononiæ, Quòd si alicui fuerit illatum damnum, & ignoretur quis fecerit, tota villa teneatur emendare damnum: quidam damnificatus si vult, quòd emendetur sibi damnum per villam, debet probare damnum, & cum hoc qualitatem, quòd ignoretur: *ita consuluit Barba. cons. 17. volum. 2. & Alex. in cons. 114. volu. 4.* ¶ Item: statutum est Bononiæ, quòd si quis personam, libidinis caussa, per vim publicè & palam detinuerit, ad mortem puniatur: quis probat tantùm vim, & quòd libidinis caussa detinuit: non sufficit, sed accusatus debet absolui: nisi etiam probet, quòd publicè & palam detinuit: *ita consuluit Alex. in cons. 1. volum. 3. per doctrinam Bart. in d. l. 1. ne quid in flum. publ. vide D. Goz. in l. quod te, lect. 45. Si cert. petat.*

De Qualitate statuti.

QVi vult gaudere beneficio statuti, debet probare & seruare qualitates statuti: alias non potest se ex illo iuuare: *Barto. in l. 1. §. prætor ait, ff. ne quid in loco publ.* ¶ Qui ergo ex statuto iuris congrui, ratione vicinitatis, se vult fundare: debet probare, se vicinum prædio vendito. ¶ Qui agit tanquam agnatus, de quo statutum loquitur, debet probare, se agnatum. Barto. *in l. non ignorat, C. de his qui accusa. non pos.* dicit: non debet quis admitti, vt talis, nisi probet se talem. Exemplum: qui agit vt filius, debet probare se filium: *Angel. in l. liberor. ff. de his, qui notan. infa. notauit Rolan. à Valle in consil. 63. num. 9. & in sequentib. idem in consi. 45. num. 9. pulcherrima tradit.* 10

De Qualitate personæ.

IN cibarijs & vestimentis constituendis attenditur qualitas personæ: *Abb. in c. cùm omnes, de constitu.* Item in taxatione expensarum: rustico enim vincenti caussam, non computatur equus: quia debuit ire pedester: *gloss. est in l. idemq; §. idem Labeo, ff. mandati.* Pet. de Rauenn. *in suo alphabe. litera Q. versi. qualitas personæ.* pulcherrimè dixit: peccatum est, pauperibus ministrare cibaria nimium delicata: *per text. c. vnum Orarium, circa fin. versic. si pauperib. 25. distinct.* Et voluit Anton. de Butri. *in c. nobis, de iure patrona.* dum dixit, quòd patronus sustentatur ab Ecclesia secundùm qualitatem generis sui, tam in cibis, quàm in vestimentis: *Abbas in c. statuimus, de maiori. & obedi. l. sed & si quid, ff. de vsufruct. dum dicitur, quòd Abbas debet meliùs cæteris indui,* gloss. est *in c. conquerente de Cleri. non residen. & in c. cum adeò, de rescrip. qua volunt,* quòd in consideranda sufficientia, attenditur nobilitas & dignitas Clerici: & quòd secundùm dignitatem cibaria sint præstanda, *habetur in tex. l. habitat. ff. de ven. in possess. mittend.* 11

Quali-

12 Qualitas personarum actum aliquem celebrantium, à regulis iuris communis vt recedamus, facit: *Pruckm. de regal. c. 5. nu. 74.* ¶ Qualitas personarum quomodo iudici & partibus consideranda, & vnde, *Seraph. priuil. 4. n. 78. 79. & seqq.* ibid. de effectu qualitatis bonæ circa personas. ¶ Et de coniecturis & præsumtionib. sumtis ex qualitate personæ, *Menoch. de præsumt. lib. 1. quæst. 15.*

13 In contrahendo, qualitas personarum consideratur de tempore cōtractus: *Seraph. priuil. 71. n. 45.* ¶ Quando in ead. persona concurrunt diuersæ qualitates vel dignitates, semper inspiciendum est, cuius qualitatis vel dignitatis respectu, actus fit vel geritur: quia ex eo diuersus resultat iuris effectus: *Bl. in l. tutor peritus, §. quæ tutorib. de excusat. tutorum.* Nam semper est inspiciendum, quo nomine aliquid fiat, quo respectu seu cuius contemplatione: *l. si quis damnum, §. pen. in fi. locati, l. debitor, §. fi. ad Trebell. l. fideicommissa, §. interdum, de leg. 3. Vide in simil. Brateium de R. I. lib. 4. tit. 2. c. 2.*

De Qualitate loci.

14 SEcundùm considerationem qualitatis loci, aliquādo actus corruunt, aliquando sustinentur: Exemplum cape in eo, qui fecit testamentum ruri, sine solennitatibus requisitis: *l. fina. C. de testamen.* quandoque etiam delictum facit atrocius: *Angel. de malefi. in versi. in platea communi, & in versi. in Scholis S. Petronij. Pet. de Rauen. in suo aureo alphabe. litera Q. versic. Qualitas loci.*

De Qualitate dispositionis.

15 DIspositio relata ad aliquem sub nomine qualitatis, videtur ad eum relata, secundùm priuilegium istius qualitatis: *l. ex militari, ff. de testa. milita.* & ibi dicit Barto. quòd sermo debet intelligi secundùm conditionem personæ, ad quam refertur: Bald. *in l. liberti libertaq́, C. de ope. liberto.* vbi si fiat bannum, quòd quisq; vadat in exercitum, intelligitur secundùm qualitatem & conditionem personæ suæ.

16 Quando vnum delictum est punibile cum certa qualitate, si non probatur qualitas, non punitur delictum: *Barto. in l. non solùm, §. sed vt probari, ff. de ope. noui nun. Bald. in l. matrem, C. de probatio.*

De variatione qualitatis, an & quando, cessante qualitate, cesset effectus qualitatis, *vide Petrum de Rauenn. in suo alphabe. litera Q. versic. qualitas:* ponit exemplum de tabellione, qui factus est miles: *de quo in l. vniuersos, C. de decurio. lib. 10.* item de scriptore, qui factus est rector Medicorum; nam non tenetur amplius scribere: *l. quoquis, C. de Episcop. & Cler.* de amico, qui factus est inimicus, de donatorio, qui factus est ingratus, & de similib. remissiuè notat d. Pet. *de Rauen. in litera Q. versi. qualitas.*

Et de effectu mutationis qualitatis, vide aliqua notabiliter dicta, in casu statuti: quòd attendatur qualitas tempore statuti conditi, & non obstet mutatio eius, per Hippo. *de Marsi. in repe. l. fina. ff. de iurisd. om. iudi. num. 102. & in sequentibus, vsq. ad num. 114.* & ibi nota, quòd dicit de iure quæsito, quòd non tollatur per qualitatis mutationem. 17

Et ad hanc materiā qualitatis, nota istam theoricam: Qualitas si in aliquo requiratur, iuri nō est satisfactum, si illud sine illa qualitate interueniat: *Abb. in c. Abbas, ext. quòd met. caus. c. Pisanis, de restitu. spolia. Cyn. & Bal. in l. 2. C. de proba.* facit gloss. *in c. vt circa, de Electio. in 6.* quæ dicit, quòd si ad actum requiratur iuramentum, cum tactura scripturæ: non est satisfactum constitutioni seu dispositioni, licèt in veritate sit iuramentum sine tactura. *Et vide, quòd voluit gloss. in c. 1. versi. corporal. à se tacta, ext. de hæretic. per illa Anto. Corset. in singularib. suis, in verb. qualitas.* 18

De concurrentia qualitatum sic nota: Si minor qualitas concurrat cum maiori, minor qualitas confunditur per maiorē: licèt, si sint pares, se ad inuicem tollerent: *l. general. & in l. sequent. si reus, ff. de fideiuss. Ioan. Croti in repe. c. 1. & 2. mihi fol. 199. colum. 2. versi. secundò arguit, de constitutio.* 19

De præsumtionibus ex qualitate resultantibus: Ex qualitate rei præsumitur, quid sit actum à contrahentibus: *Alexan. de Imo. in consi. 26. in fin. volu. 4. gloss. in l. semper, in stipulationibus, ff. de reg. iur.* item ex qualitate personæ: item ex consuetudine loquentis, *dicit gloss. allegata, quam vide, Zasius aliqua in l. quicquid abstrahendæ, num. 15. ff. de verb. oblig.* 20

Qualitas requisita in dispositione, probari debet: tam in interesse publico, quàm priuato: *Seb. Med. 1. de R. I. reg. 2. illat. 99. fol. 71.* 21

De Quarta.

QVarta quotuplex sit? Trebellianica, Falcidia, & quarta quæ debetur arrogato in bonis arrogatoris: *vide gl. in c. Raynucius, in verb. quartam, de testam. & ibi Abb. gl. in §. sed quia hæredes, Instit. de fideicom. hæredit. in verb. perinde, gl. in Auth. vnde si parens, C. de inoff. test.* ¶ De materia omnium quartarum, vide plenissimè Lancilotum positum in Rep. *l. filium quem habentem, C. Fam. hercisc.* ¶ Quarta de legatis & fideicommissis regulariter detrahitur: *l. Marcellus, §. Pomponius, ad Trebell. vide fall. per Soc. in reg. 331.* 22

De Quæsito & Quærendo.

MAgna est differentia inter ius quæsitū, & quærendum: *Sotin. in consi. 77. Anton.* 23

Burget

Burgos in repe. Rub. ext. de emp. & vendi. in 6. col. & ideo dixit gloss. *in §. fin. 16. q. 9.* Quòd prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in obtinendo, non autem in obtento: Bald. *in consil. suo 245. volum. 2.* dicit, quòd Daciarij possint abesse seu prçiudicare fisco in iure quærendo, non autem in quæsito. Facilius enim tolluntur fienda, quàm facta: *vt in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris, in c. quemadmodum, de iureiuran. Domin. in c. quamuis de pactis, in 6. & adduxit alia Hippo. de Marsi. in singula. suo 194. incip. magna est differentia.* Pet. de Anch. *in consi. 366.* consuluit, in casu concessæ & acquisitæ immunitatis à collectis & oneribus.

24 *De Quietatione aliqua.*

QVietatio, facta à minore, tutori suo, an extendat se ad ratificationem alienationis, à se factæ, rei immobilis? Et de multiplici impugnatione quietationis minoris, *vide per Barto. in cons. suo 162. incip. in quæstione prædicta.* ¶ Super debito Monasterij quietatio prçlati quatenus præiudicet Monasterio, vel Ecclesiæ, inuenies cum alijs bonis apud Paul. *Castren. in cons. suo primo.* (*vide suprà*
25 *lit. P. cap. de Prælato Ecclesiæ, verb. & quatenus Confeßio. vbi notatum est cons. 34. vol. 1.*)

Quietatio debiti quòd possit peti per debitorem à creditore, dixit Ioan. *de Arno. in sing. suo 77. incip. debebam, textus est ad hoc, quem Salyc. reputat singularem, in l. eum, à quo, C. de solutio.* imò etiamsi erit redditum, laceratum vel cancellatum instrumentum debiti, nihilominus potest debitor à creditore petere quietationem: *dictum est Bal. in l. huiusmodi, §. si ita, in fin. ff. de lega. 1. allegat l. pecuniæ, C. de solutio. & l. dissolutæ, C. de condic. sine caussa, Feli. in c. accedens, el. 1. in 2. colum. vt lite*
26 *non contest. vbi multa pulchra congerit, spectantia ad hanc materiam quotidianam.*

Sed quæritur, intra quæ tempora quietatio inducat plenam probationem solutionis? & respondetur: Quietatio data debitori, per 30. dies inducit veram solutionis probationem: *tex. est in l. in contractibus, §. super cæteris, C. de non nu. pecu.* & tunc amplius exceptio Non soluti debiti, non competit creditori: *notat Lancfran. de Orian. in sua praxi, c. de confeßio. mihi nu. 22.* Quietatio quatenus probet solutionem contra pupillũ, Ecclesiam vel Monasterium, & cuius sit talis scriptura liberatoria importantiæ, *vide Bald. Castr. in d. cons. 1. per totum.* 27

Quietatio generalis an extendatur ad non cogitata & ad futura, *vide Alexan. de Imo. in cons. 8. in prin. cons. 19. in prin. & in cons. 22. in 2. col. volum. 5.* ¶ Quòd autem quietatio se saltem extendat ad expressa & specificata in eo, super quo est facta, est tex. *in l. emptor. §. Lucius, ff. de pact. facit l. cum Aquiliana. cum l. sequen. ff. de transactio. Schursi. in cons. 75. in fine, cent. 1. & vide addi. latinam primam, circa fin. Artic. 12. lib. 1. LandRecht, per Iason. in Authen. vnde si parens, C. de inoffic. testam. num. 7.* 28

Liberatio vel quietatio facta, transfert dominium: *ampl. l. & lim. 7. mod. Med. de amitt. poss. gloss. 3. verb. aut in minuendo, num. 18. fol. 732.* ¶ Limita in quietatione, quam facit pupillus tutori ratione administrationis redditæ: *Tessaur. decis. 74.* ¶ Cogi nemo potest ad quietationem generalem: *Medic. de acceptilat. q. 10.* & ad quæ quietatio generalis extendatur & restringatur, *ibi latißimè.*

De Quotidianis.

QVotidiana plenius tractanda: *l. legaui, de lib. leg.* ¶ Quotidiana & frequentiora præmittenda: *Bart. & Dd. in Rubr. Si cert. petat.* vbi quærit rationem, cur prius de contractu mutui, quàm alijs tractetur: & dicit, hoc esse propter frequentiam. 29

R. Lite-

1 R Literam Apius Claudius reperit: *l. 2. §. iuris ciuilis, ff. de orig. iur.*

Raro.

Raro quae acci-
2 dunt, contemnunt legislatores: *l. nam ad ea, ff. de Ll.* ¶ Omne rarum plus amplectimur, vnde pulegium apud Indos est pipere preciosius: *c. legimus, §. sed dicis, 93. dist.* Hinc vulgò dicitur. Omne rarum charum. ¶ In his, quae raro fiunt, miraculum est: *tex. est in Auth. de consul. §. quantumq; ergo, in fin.*

De Raptore & Rapina bonorum.

3 QVi adit domum meam cum armatis, causa inferendi violentiam, licèt neminem inuenerit, tamen, quia causa inferendi violentiam accessit, dicitur raptor: *sing. est in gloss. in Instit. in tit. vi bono. rapto. in prin.* ¶ Rapinam variè committi, notat Angelus *ibidem in isto tit. in prin. num. 1.*

4 Qua poena raptor bonorum alienorum & suorum putans illa esse sua, de iure communi puniatur, vide *d. tex. Aret. & alios Dd. ibid.* ¶ De iure Saxon. ista bona reddit cũ emenda, & mulcta Mit Wette/ vnd Busse/ vnd ist allen erlittenen Schaden zugelten/ abzutragen/ vnd zu bezahlen schüldig. Et ista locum habent de simplici rapina.

5 Illi verò, qui publicas vias obsident & rapiunt, vltimo supplicio afficiuntur: *Barto. in l. capitalium, §. famosos. ff. de poen.* concordat ius Saxo. *in Arti. 13. lib. 2. Landrecht.* ibi: Die so einen Mann schlahen vnd fahen / oder berauben / etc. denen soll man allen die Häupte abschlagen vnd ob er gleich an Leib vnd Leben gestrafft/ soll nicht weniger dem Beraubten sein geraubtes Gut wieder geben/ vnd jhm nicht von dem Richter vorenthalten werden / so er sich auch innerhalb Jahr vnd Tag/ wie Recht/ darzu ziecht: *textus est ibi in gloss. fina. Arti. 13. lib. 2. LandRecht.* Auch ein solcher / der einem etwas nimbt/ dadurch er den Landfriedẽ bricht/ ist vmb solchs Landfriedebruchs willẽ/ mit dem Schwerte an Leib vnd zu Leben zustraffen: *d. Arti. 13. lib. 2. Landrecht: prout etiam notaui sup. in lit. P. versi. de pace & treuga, in fin.* De forma libellandi in ista actione vi bonorum raptorum contra raptorem, notauit Angel. *in §. ex malefi. versic. nunc descendamus, insti. de actio.*

Dominus territorij an teneatur depraedato resarcire rapinã in territorio suo com- 6
missam? Respondet (*quòd sic, dummodò per viam solitam iter fecerit.*) Geyl. *in obseru. 64. lib. 2. obseru. Came. Impe.*

De Raptu foeminarum.

COntra raptorem virginum honestarum 7
vel ingenuarum: siue iam desponsatae fuerint, siue non: vel quarumlibet viduarum foeminarum, licet libertinae vel seruae alienae sint, poena capitis in iure cõmuni est statuta: *prout est textus clarus in l. vnica, in prin. C. de raptu virgin.* quam approbat constitutio criminalis *Caroli V. Arti. 118.* declarando, cui competat talis accusatio, nempè marito vel patri.

Et haec vera sunt, si rapiantur cum vio- 8
lentia: si verò volentes, tunc est poena fustigationis: *declaratur in addi. latina, litera M. ad Arti. 13. lib. 2.* ¶ Et quando propriè fit raptus, vel saltem stuprum: quae requirantur, vt pro raptu habeatur, nempè quod per vim rapta fuerit mulier, & transducta de loco ad locũ, ad effectum abducendi, non autem causa cõmodioris coitus, docuit Hippo. *de Marsi. in singula. suo 65. incip. statuto cauetur, Iul. Clarus in lib. 5. sententiarum, §. raptus in prin.* Sed d. constit. *Carolina, in Arti. 118* vult, quòd accusatio de raptu habeat locum, etiamsi foemina abductioni consenserit.

Simile, si virgo per vim fuerit rapta, & ad- 9
huc poena capitis habet locum: *vt in §. item lex Iul. de vi, Institut. de publ. iud.* ¶ Sin autem, quando virgo sine vi rapta fuerit, si rapiens sit honesta persona, irrogata est ipsi poena publicationis partis dimidiae bonorum: si humilis, corporis coërcitionẽ cum relegatione sustineat: *§. item lex Iul. in fi. Institut. de publ. iudi. omnino tex. est clarus in d. l. vnica, C. de raptu virgi.* Pulcherrimè de stuprante virginẽ vel viduam, honestè viuentem, loquutus est Matth. *de Mathesil. & ibi in addi. Gabri. Saraij. in singul. 99. incip. nota textum, quem pauci sciunt.* Et ibi poenam stupri pro qualitate per-

sonarum

sonarum & circumstantiarum imponenda inuenies benè tractatum. ¶ Quando autem aliqua mulier vel virgo rapta fuerit cũ datione pecuniæ & blandis verbis, an rapiens incidat in pœnam? l. vnic. *C. de rap. virg.* Respondet, quòd sic ex comuni sententia, Iul. *Clar. in lib. 5. sentent. §. raptus, n. 3.* & etiamsi fœmina consenserit, locum habet accusatio: *in const. crim. Carol. V. Art. 118.* ¶ Et quatenus fœmina dicatur cum violentia rapta, notauit Hip. *de Marsi. in rep. p. l. vnic. C. de rap. virg. nu. 14. & in sequentib.* quodq; violentus coitus, etiã sine raptu factus, ad mortẽ puniatur, dixit d. Clar. *in d. §. raptus, n. 1. in fin. tex. est in Art. 13. lib. 2. LandR. const. Electo. Art. 30. parte 4. const. crimina. Carol. V. Art. 119.*

11 Sed testes volentes probare violentiam, quomodo & qualiter deponãt de illa, quòd possit locũ habere pœna, *dixit eleganter Math. de Mathesi. & ibi Gabr. Saraij in sing. 102. inc. nota. quòd si capitulum, Bar. in l. 2. §. fi. ff. de duob. reis, cum multis Dd. ibidem allegatis.* ¶ Sed rapiens aliquam, & non cognoscens illã, (*Quia non potuit, & nihilominus ordinariæ pœnæ locus est: Sin quia non voluit, mitiganda est pœna: ita Clarus contrarias opiniones, quarũ vtraq; communis asseritur, conciliat.*) quatenus pœna ordinaria raptus, vel mitiùs puniatur, docuit Clar. *in d. §. raptus, num. 4.*

12 Meretricem rapiens iam meretricantẽ, vel emendatam, an incidat in pœnam, quæsiuit & declarauit idem Hip. *in d. l. vnica, à n. 19. vsq; ad nu. 32.* & ibi vide pulcherrima de meretrice emendata, & de regula vulgari: cessante causa, cessat effectus. ¶ Quòd autem rapiens meretricem per vim, alia pœna, scilicet iniuriarum teneatur, & pro iniuriæ atrocitate etiam pœna capitali quòd possit puniri, tenuit Matth. *de Mathesil. in singu. suo 101. inc. nota vnum,* & ibidem Gabr. *Saraij in sua addi.* docet distinguendo inter iam meretricantem, inter nuptam & non nuptam: & ibi vide de signis emendationem & pœnitentiam designantibus, & apparentib. vel non de deflorata vel tractata ab alio, vide Hip. *de Marsi. in pract. sua crimin. §. diligenter, mihi n. 106. eundem Hip. in sing. 74. incip. tu habes in medio, Gandi. in tracta. malefi. Rubr. de aliquibus quæst. varijs, mihi n. 3. De pœna rapientis publicam meretricem,* (*Vbi extraordinem coërceri docet.*) *Clar. in lib. 5. sent. §. raptus, n. 5.*

13 De meretrice stante in lupanari, quid iuris, vide Dec. *in l. inuitus nemo, ff. de reg. iur. in fin.* qui vult, quòd cogatur inuita se volenti prostituere: sed negat Mathesil. *in d. singu. 101. in fin.* & dicit, non videri verum, ne sic cogatur ad delinquendũ: *per Alcia. in l. rogasti, in pr. in fi. ff. si cert. peta vide.*

14 Concubina coniugati, vel soluti, reputatur mulier inhonestè viuens, ita quòd rapiens illam non puniatur pœna istius legis: sed fallit, *prout declarat idem Matth. de Mathesi. in singula. suo 100. incip. nota quòd concubina, & Gabr. de Saraij.* ¶ De iure Saxonico meretricem & concubinam rapiens, pœna capitis puniatur: *Art. 46. lib. 3. LandR. & ibi in gloss. 1. declaratur ibidem, & in addi. latina, quòd intelligatur de meretrice emendata.*

De Raptu monialis.

Vide Hip. *de Marsi. in d. l. vnica, à n. 37. vsq; ad n. 43. & in seq. alia de monialib. vel religionem ingressis.* ¶ De raptu viduarum, idem 15
Hip. *in d. l. vn. n. 47. & in seqq. inuenies multa alia,* quæ priuilegia perdat vidua honestè & inhonestè viuens, & quatenus inhonestè viuere dicatur, honestè autẽ viuens quæ iura primi matrimonij retineat. *Vide vsq; ad n. 62.*

De rapientibus sponsam suam, *idem Hip.* 16
in d. l. n. 68. ¶ Sed auxilium & opẽ huic delicto præstans, quòd regulariter simili pœna puniatur, habetur *in hac d. l. vnica, C. de raptu virg. & in Art. 13. lib. 2. LandR. Sed quomodo intelligatur, declarat Hip. ibidem, nu. 80. & in seqq.*

Qui commisit crimen raptus, non habet 17
beneficium fugientis ad Ecclesiam: *Hip. in d. l. n. 109. & ibi multa bona* vide de ijs, qui confugerunt ad Ecclesiam: *Clar. in lib. 5. sentent. §. fi. quæst. 30. versi. quæro nunquid, n. 10.* ¶ Condemnatus de tali crimine raptus, non habet beneficium appellandi, sed sibi præclusa est ista via, propter delicti enormitatem: *Hippo. in d. l. secundùm & post textum clarum, voluit n. 138. sed ibi in sequentib. vide multos alios casus, in quib. appellare non licet: limitationes per eundem Hip. tamen vide n. 158. & in sequentibus.*

An hoc casu masculinum compre- 18
hendat fœmininum. (*Fœminam rapientem ext. ordinem puniri Clarus concludit, d. §. raptus, n. 6.*) idem *Hip. n. 223.* ¶ Quòd si committens raptum non habeat declaratoriam, propter delicti atrocitatem & magnitudinem, idem *Hipp. n. 232.* ¶ Parentes non possunt facere pacem de raptu filiæ vel alterius mulieris, & si per precium remiserint hoc crimen, puniendi sunt: *Hipp. per gloss. in d. l. n. 241. versi. venio ad glossam.*

Rapta non potest nubere raptori, de iu- 19
re ciuili: *Bal. in summa, ad d. l. vnicam:* secus de iure Canonico *c. deniq;, c. tria, & c. fin. ext. de rapto. declaratur in gloss. Art. 1. lib. 3. LandR.* Clarus *in lib. 5. sententia. §. raptus, num. 7. & 8.* vult, quòd non obstante matrimonio puniatur pœna confiscationis bonorum. ¶ In hoc crimine affectus sine effectu an puniatur, notauit Hip. *n. 254.* ¶ Filius ex raptu vel violento coitu natus, an dicatur spurius, idem *Hipp. in d. l. n. 257.* ¶ Wie das Sachsen Recht den Nothzöger mit der Straff verfolget/ also das es auch die Gebewde vnd Thiere entgelten

ten müssen/ habetur *in tex. Art. 1. lib. 3. Land-Recht, & ibidem in gloss. colum. 1. 2. & 3.* Wie aber gleichwol der Notzoger zu vberwinden sey/ notatur *Art. 66. lib. 1. LandRecht.*

De Ratione.

20 QVando ratio legis amplior est dicto legis, extenditur dispositum legis ad amplitudinem rationis: *l. regul. ibi Barto. & Bal. ff. de iuris & fac. igno. l. pater filium, §. fundum, ff. de lega. 3.* ¶ Ratio naturalis habet vim legis: *Borch. c. 2. num. 32. de feud.* ¶ Cessante ratione legis, cessat & ipsa lex: *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patro. & l. quòd dictum, ff. de pactis.* E diuerso cessante lege, cessat & eius ratio: *l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr.* Ex quo & illud consequens fit, vt correcta ratione legis, lex ipsa correcta censeatur: *voluit gl. in l. 1. in prin. in verb. prouidentia, & ibi Alex. in addi. Bart. in prin. ff. de leg. tuto. l. 1. C. eo.*

21 Ratio est: Nam legis ratio est mens legis: *Dyn. in c. vlt. ad fin. de regu. in 6. Cyn. Barto. & Bald. in l. non dubium, C. de legibus.* Et ratio legis est sicut anima, verbum sicut corpus siue superficies: vt scribit Bald. *in l. si quis seruo, colum. vlti. versi. ex his apparet, C. de furtis.* Imò ratio legis debet attendi, tanquam virtus intrinseca legis, & tanquam genus prædicans de singulis suis specieb. *vt probatur in §. 1. Institut. de legi. patro. tute. & in c. 1. §. & quia vidimus, colum. antepe. versi. extra quæritur, tit. qui feudum dare poss.* dicit, quòd essentia legis vel statuti, consistat in mente statuentium: declarat hanc materiam rationis legis, Tyraquellus *in regulis fallen. regula. cessante causa, lit. L. num. 130. versi. legis causa, Decianus in consi. 43. vol. 2. n. 152. & in alijs.*

22 De rationis identitate: vbi eadem ratio, ibi non dicitur fieri extensio: *gloss. in c. 1. in verbo Italiæ, de tempo. ordi. in 6. Bald. in l. data opera, in 9. colum. C. de his qui accusa. non possunt.* Et vbi est eadem ratio, ibi dicitur mens cõuenire: *l. cum mulier viri lenocinio, ff. solut. mat. & ibi Bartol. in prin. Dyn. in c. fina. de regu. iur. in 6.* Vbi eadem ratio, ibi idem ius: diuersitas autem rationis, diuersum facit ius: *habetur in c. 1. de const. in 6. Decian. in consi. 43. volu. 2. num. 19. 20. & in sequentibus.*

23 De ratione in teste, quomodo sit reducenda ad sensum proprium, *vide Bald. in l. non ignorat, colum. 3. versi. de factis, quæ ætatem hominis, C. de his qui accusa. non poss. ideoque ibidem omnium sensuum obiecta recenset, & cuilibet sensui sua obiecta attribuit, ead. col. 3. versi. obiecta oculorum.* ¶ Et nota: ratio visus simpliciter probata intelligitur de visione perspectiua, seu intuitiua, non de visione intellectiua, abstractiua à præsentia corporalis obiecti: *Bald. in d. l. non ignorat, col. 3. versi. verbum tamen visus, C. de his qui accusa. non pos.* De ista ratione, notaui *infrà, in lit. T. versi. de teste.*

24 Ratio dispositionis vbi vnica tantùm potest reddi & excogitari, habetur pro expressa: *Raud. de analog. lib. 1. c. 15. numer. 9.* ¶ Ratio naturalis tunc inspicitur, vbi alia non apparet: *Raud. de analog. lib. 1. c. 33.* & præsumitur finalis, ibi *num. 151.* ¶ Irrationabilia non præsumi, *Menoch. lib. 6. præs. 31.* ¶ In ll. Iustiniani non semper est arguendum ab illarum ratione, quia multoties carent viua ratione: vt inquit Corn. *l. fin. C. ad Tertull.* & plerumque fiebant pro arbitrio Triboniani, qui modò vnum, modò aliud pro lege dictabat, auaritiæ studens plus debito: *Thesau. decis. 156. num. 4.* ¶ Dialecticorum tendicula, non tam sunt vincula appellanda, quàm phasmata, id est, vmbræ quædam & imagines, quæ citò pereunt atque resoluuntur: *c. vino. dist. 37.* ¶ Rationes reddere quomodo quis teneatur, *Viuius lib. 1. decis. 153.*

De Ratihabitione.

25 REgula est: ratihabitio retrò trahitur, & mandato comparatur: *c. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. l. semper, qui non prohibet, §. sed si quis rationi, ff. eo. tit.* ¶ Quòd hæc regula habeat locum, etiam in requirentibus speciale mandatum, & in delictis, notat Dec. *ad prædictam l. semper, numer. 7. & 8.* Et ibi de delictis, Hieron. Cuchalion. *in apostill. litera B. in verb. delictis,* multa bona & vtilia: limitationes remissiuè saltem, & inter alia, quòd ratificatio non extendatur ad ignorata, quæ sint necessaria ad hoc, vt ratificatio teneat, & quibus modis fiat, docuit idem *Cuchalion in apostill. ad dict. l. num. 6. liter. B. verb. retrò trahitur, ff. de reg. iuris.*

26 Quòd autem ratihabitio fiat verbis, & factis, puta perceptione fructuum, receptione census, actione ex contractu, exactione rationis administrationis, item quòd possit fieri pendente iudicio, & parte absente, notauit Decius *ad dict. l. semper, num. 8. 9. & 10.*

27 In quibus autem casibus, non possit fieri ratificatio, examinat ibidem idem *Decius per l.* sex limitationes seu fallentias principales, *à numer. 11. vsque ad finem.* Et vide de quinque fallentijs, traditis & deductis ab Alexand. *de Imo. in consi. 78. colum. 4. & 5. versi. nec prædictis obstat, & in versi. sequenti, volum 5.* ¶ In dubio autem ratificasse quis non videtur, etiam per secundum mandatum, vbi ratificantis præiudicium, præter eius propositum versari poterat, & quando actus tempore mandati superuenientis, non in totum erat consummatus: hæc & alia de ratificatione in causa matrimoniali, notauit Alexand. *de Imo. in consi. 146. colu. 3. versi. secundò potest, & in sequenti vol. 5.*

28 De ista materia ratihabitionis, vide quædam apud Bart. *in l. si pupilli, §. sed si ego, circa finem, & in §. item quæritur, ff. de negot. gestis.* De ratihabitione, approbatione, seu repudiatione, vide plenius eundem *Bartol. in l. Pomponius, ff. eo tit. Dynum in regula, ratihabitionem, de reg. iur. in 6.* ¶ Sed nota: ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum: *c. ratum, & ibi Dyn. eo. tit. de reg. iur. in 6.* ¶ Procuratoris falsi gesta, an & quamdiu ratificari possint, (*Possunt tàm ante, quàm post sententiam quæ sententia benignior est: in consistorio tamen principis acta à falso procuratore non ratificantur.*) notauit Mynsing. *in obser. 44. cent. 1. obser. Cam. Imp.*

29 Non suo nomine gestum, ratum haberi non potest: si suo sit nomine gestum, ratum haberi potest: & ratihabitio retrò trahitur, & mandato comparatur: *Bened. Capra. concl. & regu. 54. vbi ampl. & lim. Pecc. reg. 11. & seq.* ¶ Sciens & tacens actum geri suo nomine, videtur illum ratum habere: *Capra. d. lo. reg. 55.* ¶ Tempus quod sit datum domino, ratificanti solutionem, falso procuratori factam: *Menoch. lib. 2. centu. 1. c. 32.* item sententiam sub falso procuratore latam. ¶ Ratificatio tacita, an idem operetur quod expressa, ita vt inanis sit oppositio, quæ contra falsum procuratorem fit, cum iam in meritis processum est, *Thesaur. decis. 7.* ¶ Actus nullus, ex facto à potestate mea non dependente, à me ratificari, nec nullitas suppleri potest: *Vant. de nullit. rubr. vlt. num. 18. fol. 633.* ¶ De ratificatione, vide vtilia in Giac. *consi. 1.* post Iulium Clarum, *posito num. 55. 56. 57. 58. 59.*

De Reaccusatione.

30 DE anticategorijs, vide Cuiac. *lib. 20. obseruat. 7.* ¶ Pendente accusatione, accusatus regulariter non potest accusatorem suum reaccusare: *l. 1. & ibi notant Salicetus, Bald. Bartol. & alij Dd. C. de his qui accusa. non poss.* sed demum & euentu causæ iudex existimauit, an accusato permittendum sit eundem accusare: *est tex. dict. l. 1.* concordat ius Saxonicum, *iuxta textum, additionem latinam primam, & glossam 5. Artic. 12. lib. 3. Land-Recht, glossa allegat ad hoc d. l. 1. C. de his qui accusa. non poss.*

31 Et absolutus, non potest de eodem crimine reaccusari ab eodem, vel ab alio: nisi fuerit ignorans & suam iniuriam prosequatur: *Barto. in l. si cui, §. 1. ff. de accusatio. pro declaratione, vide glossam & Dd. Iacob. Nouellus in tracta. suo defensio. in capit. quæ personæ accusare non possint, num. 24.* ¶ Et an post purgationem obtentam, denuò quis ab accusatore super eodem crimine accusari possit, declarat (*Quòd sic, modò paratus sit docere de periurio.*) Mynsinge. *in obseruatio. 82. centur. 2.* VVesenbec. *in paratit. de accusatio. nume. 10. in fin.* tenet regulariter, quòd non: *Decius in regula, bona fides, ff. de reg. iuris.* ¶ Reconuentio de iure Saxonico prohibita non est: *vt apparet ex allegatis textibus in diff. iur. ciuil. & Saxon. lib. 1. diff. 4. 6. & 7. parte 4. d. 4.* Sed aliter quàm de iure ciuili proceditur.

Sed quandò, qualiter & quomodo nomen accusati, dicatur inter reos receptum, 32
ita quòd reaccusatio non possit habere locum; & quòd valeat alios producere effectus, & quos producat, *vide Salicet. in d. l. 1. C. de his qui accusa. non poss. colu. 15. & 16. versi. quæro nunc quandò, & versi. duos producit effectus, C. de his qui accusa. non poss.* Apostilla latina, *litera B. ad Arti. 12. lib. 3. LandRecht*, vult, quòd etiam supplicatio principi seu præsidi eius prouinciæ oblata, dicatur facere litem pendere: ita vt alter, contra quem supplicatum est, reconuenire non possit: nisi prius à causa ventum sit, contra quem supplicatum fuerat: sicque pronunciari attestatur: & inducitur tanquam extensio tituli, C. quando libellus principi datur, contra *l. 1. ff. de offi. præfect. præto. Orien. & contra Dd. communiter, in l. 1. C. quando libellus prin. datus.* Et de hac materia reaccusationis, vide Robert. *Marantam in Specu. suo ordi. iudi. parte 4. distinctio. 6. principa. mihi num. 55. & in sequentibus.*

De Rebus, & primò de Rei transitione.

NOta: rem transire cum onere suo, tenet Ioan. *de Platea, in l. 1. C. de præ. & omnibus rebus nauicu. lib. 11.* Et *in l. 2. ibidem, versi. secundò nota*, docet, quatenus reale vitium afficiat personam, seu possessorem nouiter acquirentem. Sed huius materiæ vide pulcherrimum exemplum, & declarationem non negligendam, *per Hippol. de Marsil. in singula. suo 334. incip. pendet nunc de facto, & Ludoui. Roman. & ibi Pigno. in additio. in singula. suo 70. incip. concedo, allegat textum singularem in l. penult. ff. de serui. rusti. prædio.* Et vide *Pet. Gerar. de Petra Sancta, in singulari suo 10.* vbi onus prædij descripti in æstimo transit ad successorem, si sit soluendo. 33

Sed an propter possessoris depauperationem, vel rei diminutionem, diminuatur onus, vide ibi. ¶ In transitione onerum publicorum à venditore ad emptorem, consuluit Decianus *in consil. 55. numer. 21. volum. 1.* 34

Res quando succedat loco rei, notauit Ioan. *de Platea in l. 1. versi. quartò nota, C. de Castr. peculio, lib. 12.*

De Re inter alios acta.

35 RES inter alios actas vel iudicatas, alijs non nocere, habetur *in Rubro & Nigro, C. toto tit. Et vide ad hunc titulum tractatum And. Tyraquell. inuenies doctissima.*

De Re integra mandatum.

36 MAndatum de re integra, domini morte finitur: *l. mandatum, C. mandati.* alias secus, quia non finitur morte: *gloss. 1. ibidem.* ¶ Sed quærit ista glossa, quando dicatur res integra? Respondet: in causis ante litis contestationem: *l. & quia, ff. de iurisdict. omn. iudi.* In negocijs autem potest quæri, an incepetit aliquid, vel præparamenta fecerit: *l. 1. §. cepisse, ff. de pollicita. l. & si pecunia, ff. de condic. pecu. ob. caus. data.* ¶ De rebus quæ cui per alluuionem applicantur, vel quæ quis inuenit, quomodo restituat, vel faciat, vt dominus ea recipiat, *vide text. additiones, & gl. in Art. 29. lib. 1. LandRecht.*

De Rei statu.

37 REi status qui est tempore contractus consideratur, non autem qui esse potest. *Decian. in consi. 59. vol. 1. num. 11.*

De Rebus alienis.

38 NOn caret culpa, qui se immiscuit rei alienæ ad se non pertinenti: *l. culpa est, ff. de reg. iur. & in c. culpa non caret, in 6. eo. titulo.* ¶ De rebus corporalibus & incorporalibus, *vide plenius in titu. Instit. & ff. de rerum diuisio. & ff. de acqui. rerum domin.* ¶ De rebus pro mobilibus vel immobilibus æstimandis. Annui redditus, ex communi Dd. opinio. si non sint ad modicũ tempus constituti, inter immobilia computantur: *per tex. in l. iubemus, C. de S S. Eccles. & vide optimas declarationes per Geyl. in obseruat. 10. lib. 2. pecuniæ ad emptiones prædiorum destinatæ.* Item actiones vel nomina debitorum, an censeantur res immobiles, (*Vbi docet, sequi eas naturam rerum pro quibus competunt.*) *idem Geyl. pulcherrimè in obseruat. 11. lib. 2.* ¶ De pecunijs destinatis ad prædiorum emptionem, (*Communis & verior opinio inter mobilia refert, Geyl. teste.*) *Decian. in consi. 59. volu. 1. num. 13.* & de alijs in casu destinationis, *vide Geyl. in d. obseru. 11. & Roman. in singula. 104. notaui quædam supr. in lit. A. versi. de annuis redditibus.* ¶ Bergtheyle/ res metallicæ, quòd computentur inter immobilia, reditus percepti autem quòd inter mobilia, *docet constitu. Electo. Saxo. Arti. 25. parte 3.* vtilitates quædam eius nosce. Quæ sint mobilia, & quæ immobilia, *notauit Geyl. in d. obseruat. 10. lib. 2. in fin.*

De Rebus proprijs & pro arbitrio in illis disponendis.

REi suæ quilibet moderator & arbiter: *l. in re mandata, C. manda. & l. nemo exterus, C. de iud.* Potest ergo quilibet super re sua ponere legem, & conditionem, in pacto, puta dotali vel aliàs, quam velit: *c. verum, de condi. appo. l. quoties, C. de dona. quæ sub mo. consi. l. ob res, §. 1. ff. de pac. do.* Rolan. à Valle. *in consi. 62. num. 13. & in sequentib.* docet, verbum disponere, quomodo & per quos actus vltimæ voluntatis & inter viuos verificetur, *num. 15. & 16.* 39

Ingenuis hominibus non est auferenda libera administratio bonorum suorum: *dicit textus in d. l. exterus, C. de iudi. etiam abutendo, l. sed & si lege, §. consuluit, in versi. cum se abuti putant, ff. de peti. hæredi.* Et licitum est vnicuiq; bona sua vendere & alienare, sine alterius præiudicio: *l. dudum, C. de contra. emp. l. nec emere, C. de iu. delibe. Roland. in consi. 62. num. 21.* ¶ Et ex sup. dictis infertur, quòd statutum, auferens alicui liberum disponendi in rebus suis arbitrium, dicatur contra ius, odiosum, & restringendum: *Roland. à Valle in consi. 63. nu. 6. Decian. in consi. 1. vol. 3. num. 25. de dispositione paterna.* 40

Et in ista materia, quòd mater in dote sua, mortuo marito, salua legitima liberis manente, possit pro arbitrio disponere, *consuluit idem Decian. in consi. 94. in prin. vol. 3.* 41

De Re iudicata.

REs iudicata pro veritate accipitur: *l. res iudicata, ff. de reg. iur. l. ingenuum, ff. de statu. homi.* Et licèt res se aliter habeat, tamen re iudicata ius factum est inter litigantes: *c. inter vos, de re iudica.* & per ea, quæ postea emergunt, sententia non retractatur: *c. inter monasterium, & c. fina. eo. tit.* & talis error detectus rem iudicatam non retractat: *l. cùm putarem, ff. famil. hercisc. l. 1. C. de condic. indebi.* Imò sententia iniqua facit ius: *est text. in l. 1. §. in hoc interdicto, ff. de libe. exhiben.* 42

Hæc procedunt: dum tamen sententia sit ritè & solenniter, iuris ordine obseruato, promulgata & publicata: *l. 4. §. condemnationem, & l. si cum nulla, ff. de re iudi.* vel nisi per collusionem fuerit lata: *titu. ff. de collusio. delegen.* vel nisi pro præsente, absente aduersario dicta fuerit: *l. qui repudiantis, §. fin. ff. de inoffi. testa.* Et dicas, quòd propter probabilem errorem benè retractetur sententia: *gloss. est in c. fraternitatis, in verb. per errorem, de furgi. & malefi. & in c. 2. de purga. vulga.* Declarat Abb. *in d. c. fraternitatis,* procedere, nisi quando detegeretur error per probationes non admittendas; quia posset excipi, vt non admitterentur, ꝓpter transitũ in rem iudicatã: *c. cum inter, de re iud.* sed quando aliàs in 43

ipsa re appareat de errore, *Anth. Corset. in sing. suis in verb. sententia, 6.*

44 Et vlterius nota, quòd sententia notoriè iniusta, vel notoriam iniquitatem continens, reuocetur, & sit nulla, licèt ab ea non sit appellatum: quia tunc cessat præsumtio pro iudice: *idem Corset. in singula. suis, in verb. sententia, notat Robert. Maran. in prima sua disputatione, incipien. plerumq; contingit, nu. 36. & nu. 37.* ¶ Et quæ sententiæ, appellatione omissa, nihilominus non transeant in rem iudicatam, vide Hipp. *de Marsi. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virgi. mihi à num. 144. vsq; ad n. 155.*

45 Et de sententia, quæ propter notoriam & manifestam iniquitatem non possit fieri res iudicata, vide eundem *Hippo. in singula. suo 473. incip. memini.* ¶ Et sententia vel res iudicata, contra ius litigatoris lata, licèt ordinario iure rescindi non potest: tamen potest peti aduersùs illam in integrum restitutio: *Abbas in c. 2. in fin. de purga. vulgari, Anton. Corset. in sing. suis, in verb. sententia, 8.*

46 Et licèt ex re iudicata oriatur præsumtio iuris, & de iure, quòd bene sit lata: tamen nihilominus admittitur partis confessio in contrarium, & tollitur sic ista præsumtio: *idem Corset. in singula. suis, in verb. sententia, 12.*

47 De rei iudicatæ exceptione, & modis proponendi eam, *vide Ferrar. in sua pract. de forma responsi. rei conuenti, versi. reiq; iudicatæ, notauit Oldendor. in Enchiridio exceptio. vers. de excep. rei iudic.* ¶ De executione sententiæ, quæ res iudicata est facta, *vide ea, quæ notaui supr. in lit. E. vers. de executione in ciuilib. & criminalibus.*

De Rebus, miscellanea.

48 SI vna res potest referri ad duo, debet referri ad illud, quod est antiquius: *l. infinalibus ff. fin. regund.* ¶ Res semel mea, non ampliùs potest fieri mea, ex pluribus tamen causis deberi potest: *l. & an eadem, §. 1. de re iudic. §. sic itaq; Instit. de act. §. sed si rem legatarij, Inst. de legat. vide in verb. mens.* ¶ Rem alienam aduersùs Domini voluntatem attingens, furti tenetur: *l. fin. C. vnde vi. §. furtiuæ, Institut. de vsucap.* ¶ Et in alienis rebus contra voluntatem Domini aliquid fieri vel pacisci non licet: *l. fin. C. de pact. l. si hominem, in princ. ff. Deposit.* ¶ Hinc est, quòd rei ad se non pertinentis se intromittere, culpa est: *ff. de iudic.* ¶ Hinc dicitur: vim alieni facti alteri repellere non licet: *vide Soc. in Reg. 444.* ¶ Et res nostras nobis inuitis retinere nemo debet: *l. si filiusfamilias, §. maritum, ff. solut. matr. gloss. in l. rem alienam, de contrah. empt.*

49 Et ergo dicit tex. *in d. l. si hominem. Deposit.* Quòd misericordiam in re aliena exercere intempestiuè, dolus est præsumptus: *adde text. in l. & eleganter, §. item Labeo, de Dolo, per quem text. Angel. ibi mirabilem colligit decisionem, de qua vide per Goz. in l. si quis nec causam, in princ. ff. si cert. pet. qui Angel. reprobat.* ¶ Hinc est, quòd rem suam vendere nemo compellitur: *l. nec emere, C. de iur. delib. Limita per Soc. in reg. 43.* ¶ Et in re sua quisque est Moderator & Dominus: *clarus tex. in l. nemo, C. de Iudæis, & l. in re mandata, C. Mand.* Etiam abutendo: *l. sed & si leges, §. consuluit, de petit. hæredit.* ¶ Imò iniquum est, ingenuis hominibus non esse liberam suarum rerum alienationem: *l. non vsque, ff. si quis à par. fue. man. vide Iaso. in l. 1. C. qui test. facer. poss.*

Expedit reipub. ne quis malè vtatur re sua: *§. sed & maior. Institu. de his qui sunt sui vel al. iur.* ¶ Suum enim quis iactare non debet, nec id facere præsumitur: *l. cum de indebito, de probat. vide Ioan. de Platea in l. 2. C. de consu. lib. 12.* ¶ Rei suæ quisque præsumitur scire vires, meritò & emolumenta: *l. quisquis, de rescind. vend.* ¶ Rem meam propria authoritate non licet mihi ab alio auferre: quod si fecero, dominium perdo: *Institu. vi bon. rapt. §. quantum, l. si quis in tantam, C. vnde vi.* ¶ Sic etiam rem restitui debitam: *l. extat, ff. quod metus caus. vide in verb. Creditor.* 50

Res mea dicitur, cuius vtilitas vel commodum ad me pertinet: *l. 1. §. in proprio, ff. quando appell. vide Carol. in l. si prius, in 6. opp. secundæ partis, De op. nou. nunc.* Quod nota ad multa, quia nemo in re sua potest esse iudex, testis, &c. ¶ Si res, in qua, vel pro qua ius habeo, ad me sub spe restituendi peruenit, possum per retentionem ius meum conseruare: *l. si seruus Titij, de leg. 1. quem tex. ibi Barto. ad hoc somniat, vide ad hoc etiam Barto. in fin. 2. colum. & Alex. ibi in 6. colum. circa medium ibi. sed Imol. ad hoc plenè, vide Barto. distinguentem in l. si non sortem, §. si centum, de cond. indeb. in fin. vide supr. in verb. creditor.* ¶ Res si dolo ad aliquem peruenit, ille secundariò & in subsidium conueniri potest: *l. fin. ff. de eo per quem fact. est, vide Socin. in reg. 340.* ¶ Rem suam vendicans possessori, precium, quod alij dissoluit, auferre non videtur: *l. si mancipium, C. de rei vendicat. vide limitat. per Socin. in reg. 439.* ¶ Si pro re tua inuenienda aliquid expendi, teneris mihi negociorum gestorum actione: *ita Barto. in l. falsus, §. qui alienum, de furt.* ¶ Qui accipit rem perferendā, tenetur de periculo duobus casibus, scilicet custodiam suscepit, vel pretium: *Bartol. in l. eum qui, §. si epistola, de furt.* ¶ Res faciliùs conseruatur, quàm quòd extincta resuscitetur: *l. cum quis, §. si quis pro eo, ff. de solut. vbi gloss. & Bart.* 51

52 Res aliena vendi potest: *l. rem alienam, de contrab. emp.* Sic & res aliena legari potest: *l. non dubium, de legat. 3. l. si inquilinos, §. 1. de legat. 1.* ¶ Res vilis est, quæ non valet duos aureos: *l. si oleum, §. 1. cum seq. ff. de Dol.* Et pro tali re vili parcitur famæ hominis, multò magis ergo vitæ: *l. si adulterium cum incestu, §. libertos, de adult.*

53 De iure communis rei, locus est ordinarius in l. *serui electione, §. Labeo, de legat. 1.* ¶ Turpis rei nullum est mandatum: *l. si remunerandi, §. rei turpis, ff. Mand. l. si mandauero, §. qui ædem, ff. eod.* Item nec societas: *l. nec prætermittendum, pro Socin.* Item nec emptio: *§. veneni, de contrab. empt.* ¶ Res facilè redit ad naturam suam: *l. si vnus, §. pactus ne peteret, vbi Moder. de Pact. adde Goz. in l. omnes populi, in 4. q. 3. q. princ. de Iust. & iur. fol. 26.* ¶ Res magis quàm verba intuenda: *l. promittendo, ff. de iur. dot. gloss. in l. 1. in verb. hæres, ff. de hær. inst. facit c. ad nostram, de vsur. vide in verb. verbum.*

54 Rerum precia non ex affectione singulorum, sed communiter funguntur: & hæc precia rerum secundùm diuersas nationes variantur: *vide supr. in verb. precia.* ¶ Res si peruenit ad eum casum, à quo incipere non potest, an vitietur, *vide Pet. q. 47.* ¶ Rei restitutio si agitur rei vendicatione, an veniat officio iudicis, vel iure actionis, *vide latè post Barto. Modern. Iaso. & Carol. in l. si prius, in 17. colum. de oper. nou. nunc.* ¶ In rebus de iure diuersitas præsumitur, nisi identitas probetur: hoc est, si disputatur de veste, & testis disponat de veste, non deponendo de identitate, præsumitur de alia veste: *ita Alex. in consi. 266. vol. 2. num. 23. in causa.*

55 Rei appellatione, venit tota: *l. si in rem, vbi gloss. in verb. totum, ff. de rei vendit. ita dicit text. ad lit. in l. planè in fin. de leg. 1. vide Carol. vbi refert ad q. in l. 1. §. si stipulante, fol. 65. fal. 2. de verb. obliga.* Sic appellatione rei, venit proba, apta, & bona: *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* ¶ Hinc est, quòd appellatione nummorum, veniunt probi, & non reprobi: *l. eleganter, §. qui reprobos, de pig. act.* Frustra ergo adijcitur in stipulationib. tot florenos boni auri, & iusti ponderis: *secundùm Barto. in l. lecta. in 2. colum. numer. 11. & 12. si cert. petat.* ¶ Vnde appellatione animalis, non venit mortuum: ergo qui tenetur dare par Caponum, debet dare viuos, nec liberatur dando mortuos: *ita Barto. post Guilhelmum, per illum text. in l. qui decem, §. promissor, ff. de solut.* ¶ Rei appellatione quid contineatur, an nomina debitorum, & quæ? *vide Moder. omnes in l. 1. in princ. ff. si cert. pet. post Barto.* ¶ Rei appellatione, res ficta non continetur: ergo statutum puniens mulierem portantem perlas, non comprehendit fictas: *Bartol. in l. 1. §. 1. De font. vide in verb. mulier.*

De Rebellionibus.

Qui sint rebelles, quomodo cōtra ipsos procedatur, & quæ sint pœnæ rebellionis: *vide text. in extrauaganti, qui sint rebelles, & ad eam explicationem Bartoli, quæ vnà cum explicatione extrauagantis ad reprimendum extat.* 56

Sed per rebellionem subditorum, dominus non priuatur sua possessione: *vt inquit Bald. in l. 2. in 11. colum. versi. tertiò quæro, an per negligentiam, C. de seruitut.* nisi eum expellerent de territorio, vel caperent & ponerent in carcerem: *argumen. l. 1. §. pen. ff. de vi & vi arma. l. moueor, C. de seruis expo. per ista Alexand. de Imo. in consi. 94. colu. 1. versi. nec non, volum. 5. adde l. 1. C. de seditiosis, de pœna eorum ibi habetur, & notatur per illam in gloss. 9. Articu. 16. lib. 1. LandRecht.* 57

Rebellis nemo præsumitur: *Mart. Laud. consi. 2.* nec hoc crimen præsumptionibus probari potest: *Francis. Catius, in annot. ad d. consi. 2.* imò istud crimen cùm sit valde pœnale & odiosum, strictissimè est intelligendum: *Catius d. lo.* imò assertioni Principis aliquem esse rebellem, non standum, nec per hoc rebellis quis probatur: *Catius ibid.* 58

De Receptatoribus.

De receptatoribus malefactorum: quòd sit prohibitum, ne quis receptet eos: hisce prohibitionibus autem contrauenientes, quòd præsumatur contra illos: & conuicti, quòd simili pœna puniantur, qua receptati, habetur *in iure communi, in l. 1. C. de his, qui latro. occulta. in l. 1. ff. de receptatoribus, & in l. 2. §. non tantum, ff. de incen. ruin. & naufrag.* concordat ius Saxonicum, *in Articu. 13. lib. 2. LandRecht, ibi, Wer Diebe behauset, oder Raub holet, oder einen mit hülffe darzu stercket, wird er deß vberwunden, man soll vber ihn richten, als vber ienen, der es selbst gethan hat.* 59

Et pro indicio ad torturam, tradit receptationem Bonifac. *de Vitell. in tractat. malefic. in Rubr. de maleficijs, in prin. Gand. de Malefic. Rubr. de præsumptio. & iudic. mihi nume. 12. & per illos Blancus, in repe. l. fin. ff. de quæst. mihi num. 202.* Statuit contra istos receptatores similem pœnam, idem *Bonifac. de Vitell. in dict. tractat. malefic. Rubri. de receptato. furum & aliorum malefacto. in pr. Impera. Alber. in constitutio. 11. incip. Wir vorbieten, post Lehnrecht, Gand. de Malefi. in Rubr. de furibus & latronibus, mihi in num. 30. & in sequentibus.* 60

De re-

61 De receptatore rei furtiuæ, & eius pœna, habetur *in l. eos, C. de furtis, & ibi Bald. item notauit Bal. in l. crimen, C. ad leg. Iul. de vi publ. in l. 1. C. de crimi. pecula. in iure Saxonico, habetur in Arti. 13. lib. 2. LandRecht, Arti. 35. eo. lib. 2.*

62 Sed rem furtiuam receptans vt puniatur, requiritur de iure, quòd probetur ſcientia receptantis, nempe quòd ſciuerit, rem fuiſſe furtiuam, nec ſufficit, quòd ſuſpicatus ſaltem fuerit: *Rolan. à Val. in conſ. 55. incip. viſa inquiſitione, num. 11. lib. 1.* Imò duo copulatiuè probari debent, vt similẽ patiatur pœnam: ſcilicet, quòd ſcienter receptauerit & cælauerit: aliàs alterum ſine altero non ſufficit: *tex. eſt in §. præterea, in verſ. ſuſceperit & cælauerit, Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſcunt. Rolan. in d. conſi. 45. num. 25. lib. 1.* 2. requiritur, quòd receptauerit animo & intentione lucrandi: ſecus, ſi gratis feciſſet: *d. Rolan. n. 28.*

63 De receptatore banniti, notaui remiſſiuè, *ſuprà in litera B. verſi. de bannito.* vide Conſtitut. Albert. Imper. *12. incip. Wir ſetzen vnd gebieten*, volens quòd receptans bannitum ſimili pœna puniatur: Wann ein Geechter auff einer Burg/Schloß/ oder in einer Stadt wird auffgehalten/wie wieder die Burg/Stadt vnd Einwohner zuuerfahren / habes *in iſta Conſtitut. 12.*

64 Intelligitur de verè & non de fictè bannitis receptis, & de receptatore voluntario, non de eo, qui coactè receptauit, & contra cuius voluntatem quis ingreſſus eſt ædes: *Rolandin. à Valle conſuluit, in conſilio 45. num. 65. vſque ad finem.* Receptans bannitum an excuſetur propter ignorantiam, notauit Ioan. *de Arno. in ſingula. ſuo 9.*

65 Tandem, qui malefactores non ſint receptandi, enumerat Gandi. *in tract. maleſi. Rubri. de furibus & latronib. mihi nu. 15. & in ſeqq.*

Sed omnia iura, modò contra receptatores, quò ad pœnam ordinariã, inducta, intelligas & accipias ſic: ſi tempore receptationis delictum fuerit perpetratum, & receptator eius delicti fuerit conſcius, & habuerit ſcientiam: quia aliàs hominem recipere eſt humanum: *vt per Bal. in l. quicunq; in prin. C. de ſeruis fugi.*

66 Requiritur etiam, quòd non ſit conſanguinitas vel affinitas inter receptantẽ & receptatum: *declarauerunt Gandi. in d. tract. malef. in Rubri. de furib. & latro. mihi num. 13. Boniſ. de Vitella. in d. tract. malef. in Rubr. de recepta. fu. & alio. malefacto. in prin. Et per totum, ibid. nu. 5.* quid de vxore receptante maritũ: limitat tamen ibi, & dicit, niſi ſint participes, & quòd pœna tamen arbitraria puniantur: *Hippo. de Marſi. in repe. l. vnic. C. de raptu. virgi. mihi num. 197. & in ſequentibus, vide Roland. à Valle conſulentem in conſ. 45. num. 11. 25. & 48. lib. 1.*

De receptante ſcienter rem furtiuam, 67
quòd mitiùs puniatur: niſi ſit particeps: & declarationem l. eos, C. de furtis, *vide per Hippo. de Marſi. in repe. l. ſi in rixa, ff. ad leg. Corneliam de ſica. mihi à num. 50. vſq; ad num. 63. & vnam limitationem in tex. Arti. 35. lib. 2. Landr. & ibi in gloſſ. 3. verſic. Zum dritten.*

De receptante mercatorem fallitum, vel 68
eum, qui fregit fidem, an poſſit conueniri, vt exhibeat vel teneatur ad intereſſe? Hipp. de Marſi. *in ſing. ſuo 366. incip. aliena tibi dixi*, tenet, quòd non: & ex iſto dicit, quòd titulus de receptatoribus, non habeat locum in ciuilibus, ſed ſolùm in criminalibus.

Bannitorum receptatores, quomodo pu- 69
niantur, *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 348.*

De Reconciliato & Reconciliatione.

Reconciliatio non tollit præſumptio- 70
nem mali animi, ex inimicitia maximè, ſequuta homicidiũ, & ſi reconciliatio facta ſit de recenti: præſumitur enim, quòd ille læſus ſe voluerit vlciſci: *vt eſt tex. loquens in teſte, in c. 2. 3. q. 5. Et ibi gloſſ.* dicit, quòd ex recentia temporis aliquid præſumendum ſit: *per text. in c. ſi viuente 31. q. 1.* ¶ Idem in iudice de recenti reconciliato, quòd non poſſit eſſe iudex, & tanquam ſuſpectus quòd repellatur, voluit Iaſon *in l. apertiſſimi, colum. 2. in fi. C. de iudicijs.*

Idem in teſte determinatur: *per d. c. 23. q. 5. & per gloſſ. in c. per tuas, de Simonia, hæc Blancus in repe. l. fina. ff. de quæſt. nume. 161.* ¶ Quòd per reconciliationem inter coniuges redintegrentur matrimonia, maximè ſi non ſint iudicio Eccleſiæ ſeparata, *eſt tex. & gloſſ. in c. Apoſtolus 32. q. 7. Authen. ſed hodie, C. de adulte. Kling. in ſuo tract. matrimoniali, in c. de redintegratione, Mynſing. conſuluit in reſponſ. 1. decadis 1. num. 33.*

De Reconuentione.

Reconuentio debet fieri ante litem con- 71
teſtatam: *c. 1. & 2. de mut. pet.* vel antequam ſit iuratum de Calumn. *ſecundùm Bald. in c. cum veniſſent, in pen. col. de iudic. Iaſ. in l. edita, in 5. col. C. de Edend.* ¶ Reconuentio actoris per reum coram eo iudice, quo conuentus eſt, licèt aliàs ſit iudex incompetens, etiam pro cauſſa diuerſa & ſeparata à cauſſa conuentionis, locum habet: *l. cum Papinianus, C. de ſent. & interl. omn. iudic. vide 18. limitat. per Socin. in Reg. 332.*

De Recuſatione.

Qualiter, quando, vel nõ, poſſit iudex or- 72
dinarius ſeu delegatus recuſari propter ſuſpiciones, notaui *ſuprà in lit. I. verſ. de iudice.* ¶ Sed in iſta materia quæritur, an regimen, vel

Vel totus senatus possit de suspecto argui, & propterea recusari? Respondet, non nisi ex iustissimis & probabilibus causis, Decia. *in consi.26.vol.1.per totum: & ibi habentur bona de iuramentis iudicis & regimina tenentium.*

De recusatione iudicis, notaui *sup.in lit. I. vers.de iudice ordinario.*

De Reditibus.

73 Reditus nomine propriè significantur pensiones, quæ ex locatione rediguntur, impropriè fructus omnes: *Cuiac. in para. ff.de vsu & vsufr. leg.per L.17.25.ff.eod.*

De Regalibus.

74 Regalia propriè sunt res regni, quæ specialiter pertinent ad ipsum regem seu Imperatorem: *Aluoro. in tit. quæ sunt regalia, in vsib. feudo. in prin.* Non solùm autem ad Imperatorem Romanum spectant, sed etiam ad quemlibet alium regem, in cuius regno regalia reperiuntur: cùm quilibet rex dicatur Monarcha in suo regno: *c.scitote 6. q. 1.* & regalia rex quidem inuestire potest: non tamen sic, quòd abdicet à se & transferat totale dominium: quoniam hoc esset diminuere, & deformare iura regni. quod rex facere non potest: *vt notabiliter probat, & dicit Iacob. de S. Georgio, in tractatu suo feudo. in gloss. super verb. in feudo. in prin.* & eorum inuestitura, debet fieri cum clausula, Motu proprio, vel ex certa scientia: *idem Iacob. de S. Georgio in d. tracta. feu. super verb. in feudum, per l. 1. C. de peti. bono. sublata, lib. 10.*

75 Sunt autem regalia, 1. Armandiæ, est nomen certæ gabellæ, quæ fortè debetur ex armentis animalium: *iuxta l. 1. ff. de abigeis.* Vel Armannicè est gabella, quæ soluitur ex licentia faciendi Arma, quòd solum principi licet: *in Authen. de armis.*

76 Imò maiestatis crimen esse constat, iniussu principis bellum gerere, delectum habere, exercitum comparare: *l. 3. ff. ad l. Iul. maiestat.* Quin etiam militem nullum sine ipsius principis probatoria fieri licere, *Zeno. sancit, l. penul. C. de re milit.* ¶ Et arma vendere Barbaris, Martianus prohibuit, scilicet sine principis permissu: *L.2.C.quæ res ex portu, hæc Hotoman. in comment. primu, ad tit. quæ sunt regalia, in vsibus feudo. quædã. VVesenb. in consi. 45. parte 1. num. 48.*

77 2. Viæ publicæ dicuntur regalia: Et tales viæ publicæ, tanquam spectantes ad principem, non possunt alterari sine suo iussu: *argumen. l. quòd principis, cum ibi notatis, ff. de aqua pluuia arcen.* ¶ Vnd es sol auch derowegen kein newer Zoll oder Wegepfenning / auff gemeinen Landstrassen / von newes gelegt werden / sondern mag denselben zugeben ein jglicher sich weigern. *Hæc & alia voluit Hennin. Göden in consi. 11. de publica via.* Von stetem Friede auff Königs strassen / in Wasser vnd in Felden / habetur *Arti.66. lib.2. LandRecht.*

Von der Breite der Landstrassen / (*vt videlicet currus alteri cedere possit.*) vnd wie einer dem andern darauff zu weichen schüldig sey / (*currus non oneratus onerato, & minus oneratus magis onerato, eques currui, pedes equiti cedat. Si autem in viâ arctâ consistunt, vt supra pontem, aut si equitans vel transiens persecutionẽ patiatur ab inimico, currus tàm diu stet, donec per transierint incommoda fugientes.*) notatur *in Arti.59 lib. 2. Landrecht, vers. Des Königs Landstrassen*, vnd daselbst auch / wie einer vor dem andern vber Brücken fahren solle / (*Currus prius pontem ascendens, primus transeat, siue sit vacuus siue plenus.*) vnd von der Breite der Landstrassen vnd Stege / *Vide tex. arti.130. Weichbild.* Et ibi in gloss. declaratur, Das solches von Strassen / in Wälden / Wassern vnd Städten zuuornehmen. 78

Quæ tandem dicantur viæ publicæ, & quæ priuatæ, habetur *in titulo, ff. ne quid in via publica, in l.2.§. prætor.* ¶ Et viæ publicæ, quòd ad regalia pertineant, & ideo etiam, quòd debeant à magistratu tutæ seruari, notauit Geyl *in obs.64. lib.2. obseru. & ibi de transeuntib. vias insolitas, & de vijs in mari.* 79

De refectione viarum pub. destructarum, quòd debeant refici à dominis domorũ iuxta viam sitarum, & non à dominis reip. notatur *in l. ædiles, §. construat, ff. de via publ. Bart. in l. per Bithiniã, C. de immu. nemi. conceden.* ¶ Sed quid si tales domini domorum non sint soluẽdo, an tale onus spectet ad rempubl. Dic, quòd non, sed incumbit alijs vicinis: *gloss. est singula. in l. fin. ff. de via publ.* per illam notauit Lud. Rom. *in sing. suo 817. incip. nota, quòd via publica. Et ibi in addit. per alios signauit Nicol. Pigno.* quòd via publica non claudatur, & quòd cõtradictio vnius etiam de alia contracta plus operetur, quàm consensus omniũ illius cõtractæ: allegat ad hoc pro singulari gloss. fin. *in l.2. ff. ne quid in loco pub. fiat.* 80

De differẽtia stratæ & viæ, & statutũ disponens de strata an verificetur in via, vide (*quòd non.*) Corset. *in singula. suis, in verb. pœna 4.* 81

3. Flumina publica, nauigabilia vel apta ad faciendum aliud flumen, in quo ingreditur nauigabile, & talia flumina pertinent ad regalia, & sunt iuris publici, & ideo nullus potest ea impedire, sine licẽtia Imperatoris: *probatur in l. quo minus, ff. de fluminib.* ¶ Vnd daß solche Wasser / welcher Strom frey fleust / einem jeden zufahren vnd zufischen frey sein / es were dann ein Hegewasser / oder es hette es einer vorwahrt / habetur *in tex. & gl. 8. art. 28. lib. 2. Landr.*

Vtrum autẽ & qualiter ex publicis fluminibus possint duci aquæ ad fundos priuatos, & quomodo in eis molendina fiant, & de materia molendinorũ plenè ponit, Bart. *in d. l. quo-* 82

l. quominus, ff. de flumi, & in trac. Tyberiadis per Bal. in Rubri. & in l. 3. ff. de rerum diuisio. notaui suprà in litera D. versi. de domino, circa prin.

83 Sed alueo fluminis mutato, cui acquiratur verus alueus: dato, quòd modica adhuc aqua in eo reperiatur, quærit? Et respondet, quòd antiquus iste alueus efficiatur eorum, qui propè ripam dicti aluei veteris prædia possident: Decia. *in consi. 58. num. 3. vol. 1. ibi in isto consilio multa bona consuluit de fluminibus & stagnis.* ¶ Nota: habens molendinum in flumine, an possit prohibere, ne aliud insuper ædificetur, (*Non potest prohibere ædificantem in flumine etiā publico non nauigabili, & multò minus in priuato.*) notatur *in l. manifestè C. de seruitu. & pulcherrimè consuluit VVesenbe. in cons. 67. par. 2. item in consi. 34. parte 1.*

84 4. Portus est locus cōclusus, vbi rates morantur, & in quo merces portantur, & inde exportantur: *ita describitur per tex. iuncta gloss. in l. portus, ff. de verbo signifi.* & secundùm text. tituli, *quæ sunt regalia, in vsib. feudo.* pertinet ad regalia: vnde etiā reditus seu vectigal huius portus proueniens ex dictis mercib. est regale: *Aluor. in d. titu. quæ sunt rega. per text. & per l. inter publica, §. fin. ff. de verbo. signi.*

85 5. Ripæ quantū ad protectionem, vt nemo vsurpet ripas, censentur esse inter regalia, sicut ipsa flumina publica: *Rubri. ff. ne quid in flumi. publico ripáue eius fiat.* vel intelligas id, quod ex consuetudine, vel vsu soluitur de ripis: *Aluoro. in d. tit. quæ sunt regalia.* ¶ Der Fischer mag auch wol das Erdreich nützen an dem Gestade/ als fern er eins geschreiten mag/ aus dem Schiffe an das Gestadt: *est tex. in verbu fina. Arti. 28. lib. 2. LandRecht, & notatur ibi in gloss. fin. de riparum dominus, quo ad vsum, & in gloss. fina. Arti. 56. eo. lib. 2.*

86 6. Vectigalia sunt de regalibus: *iuxta text. & Dd. ad d. titu. quæ sunt regalia, in vsibus feudo. VVesenbe. in consi. 45. parte 1. num. 45.* & ideo non potest constitui vectigal, vel pedagium, sine Imperij concessione: *l. vectigalia, & l. non solent, C. vectiga. noua insti. non poss. & l. vectigalia, in prin. ff. de publicanis.* & quot sint necessaria ad hoc, vt vectigal imponi possint, notant gloss. & Barto. *in l. minus, ff. de verbo. signifi. Canonistæ in c. innouamus, extr. de censibus.*

87 Vnde dicatur vectigal, docet gloss. *in Rubric. C. de vectiga.* ¶ An vectigalia possint esse in commercio, ita quòd possint vendi, (*Bald. loco allegato docet, iurisdictiones vendi non posse, quòd sint principis.*) & an præscribantur, & hoc quanto tempore fiat, (*Requiritur tantum tempus, cuius initij non extat memoria.*) item an fiat sine scientia Imperatoris, (*Scientiam principis requiri in huiusmodi præscriptione, Henning. Göden tradidit: contrarium in Camera seruatum, Mynsing. tradit. cent. 5. obseruat. 29. vbi docet, alterutrum sufficere, vel quòd iussio siue concessio principis interueniat, vel antiqua consuetudo.*) benè examinat Bald. *in d. tit. quæ sunt regalia, in vsib. feudo. vide de materia vectigalium Henning. Göden in consilio 11. de publica, per totum, consi. 7. & 8. de teloniis & de vectigalibus.* & habes pulcherrima *in constitu. 7. & 8. Alberti Imperatoris, hinderm Lehnrechte.* Das auch niemands einen mit seinem Gute geleiten soll/ er habe dann das macht vom Reich oder vom Keiser/ habetur *in Constit. 5. eiusdem Imperat. Alberti, hinderm Lehnrechte.* Von Peen vnd Straff derer/ so die Zolle verführē/ vñ was nach Sachsenrechte einer zu Zolle geben sol/ vnd welche Personen Zollfrey sein/ habetur *in Arti. 21. lib. 2. Landrecht, glossa est in Arti. 8. Weichbildt.* Et ibi, Von Geleiten/ das ist/ von Geleitsbrieffen/ spectantur latissimè constitutiones, priuilegia & regionum consuetudines: *prout notauit Mynsinger. in obserua. 24. cent. 4. obseru. Came. Impe.*

88 7. Auctoritas cudendi & formandi monetam publicam, est de regalibus, & ad solum Imperatorem pertinet: *vt in d. tit. quæ sunt regalia.* Pertinet etiam ista potestas ad alios reges in regnis suis: *vt in c. quanto, de iureiur.* Spectat etiam ad alios principes & communitates, ex priuilegio & concessione Imperatoris: *l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11.* vel ex consuetudine: *gloss. l. penult. C. de falsa moneta. Et notauit Mynsinge. in obserua. 24. cent. 4.*

89 De fabrificantibus monetam etiam bonam, tingentibus & tondentibus eam, & de Alchimistis, vide Aluoro. *in d. titu. quæ sunt regalia, & vide Constit. Alberti. Imperat. 9. incip. Von setzen, hinderm Lehnrechte. latiùs istam materiam prosequitur & examinat Hippo. de Marsil. in l. qui falsam, ff. de leg. Cor. de falsis, num. 60. & in sequentibus, notaui suprà in litera M. versic. de moneta.*

90 8. Pœnarum & mulctarum exactiones & receptiones, etiam ad regalia spectant: *prout est tex. in d. titu. quæ sunt regalia, & in l. mulctarum, C. de modo mulcta.* ¶ Quæ sint differentiæ inter pœnas & mulctas, à quo & quando possint imponi, notauit Aluoro. *in d. titu. quæ sunt regal.* Das die Gewetten an die hohe Obrigkeit gehören/ vom vnterRichter nicht mögen erlassen werden/ vnd warumb die Gewetten genommen werden/ *habetur in gloss. cap. 65. LehnRecht, colum. 10. & 11. versic. Der Herre soll seines Gewettes. Et facit Constitutio 4. Alberti. Imperat. hinderm Lehnrechte. vide sententiam, hinderm Weichbild,* von Verwundenen Straffen/ Bussen vnd Gewette derselben. Vmb was Sachen einer dem Richter Wetthafftig wird/ oder nicht/ *habetur in Arti. 53. lib. 1. Landrecht, & ibi in addi. & glossis habes per se, vel remissiuè saltem, præcipuam mulctarū materiam: notauit aliqua*

aliqua Petr. de Rauenn. in suo alphabe. litera M. versi. mulcta.

91 9. Bona vacantia sunt de regalibus: *iuxta tex. d. titu. quæ sunt regalia*: sunt autem vacantia, in quibus non existit aliquis hæres: quia vltimo loco succedit fiscus: *l. 1. & l. vacantia, C. de bonis vacantibus, lib. 10.* ¶ Sed bona peregrinantium, der Pilger oder Walfahrends der Leut/ non veniunt ad fiscum, sed ad Christum, hoc est, in Episcopum loci, qui dispensat ad pias causas: *Aluoro. in tit. de statutis & consue. contra liber. Eccles. tollendis, §. omnes peregrini.* Et quòd etiam alijs modis bona possint fieri vacantia, & quibus, *notat d. Aluor. in d. tit. quæ sunt regalia: ibi, bona vacantia.*

92 Bona per mortem, & non existentiā hæredis vacantia, an Erbe/ Geräde/ vnd Hergewette/ die nimbt nach Sachsenrechte der Richter/ qui ibi supremam iurisdictionem obtinet: inde patibula, compedes & id genus alia, quæ ad iudicium sunt necessaria, parare ac conseruare cogitur. ¶ Das aber dem Richter gebühre/ die Güter Jar vnd Tag nachzuhegen/ ob sich ein Erbe fünde / *notatur in Arti. 28. lib. 1. LandRecht, & ibi in addi. latina lit. P. vide gloss. in Arti. 59 Weichbild.*

93 10. Bona, quæ vt ab indignis legibus auferuntur, (*de quibus in ff. & C. titulus de his, quib. vt indign.*) & fisco applicantur: *l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffi. testa. Bal. & Aluoro. in d. titu. quæ sunt regalia*: *also nimbt der fiscus der vnehrlichen Erbe, gloss. 1. in Arti. 28. lib. 1. Landr.*

94 11. Bona contrahentium incestas nuptias confiscantur, & pertinent ad regalia: *tenet textus, Aluor. & Bald. in d. titu. quæ sunt regalia: facit tex. l. qui contra, & Authen. incestus, C. de incestis nuptijs. Idem dicunt Dd. de eo, qui committit incestum sine nuptijs.* Imò, quòd maius sit delictum, dicit Aluoro. *in d. titu.* Quando autem, & inter quas personas dicatur committi incestus, *habetur per glossam in Authen. de incestis nuptijs, in prin. vide ea, quæ notaui supr. in l. 1. versi. de incestu.*

95 12. Bona proscriptorum & damnatorum quatenus ad fiscum deueniant, de iure communi, *habetur in Authen. bona damnatorum, C. de bo. proscripto. seu damnato.* ¶ Et bona eorum, qui sibi mortem consciuerunt, quatenus deueniant ad fiscum, *habetur in titu. C. de bonis eorum, qui sibi mortem consciue.* ¶ Sed quid iuris de iure Saxonico, de proscriptorum bonis, *est tex. & notatur in addi. & gloss. Arti. 38. lib. 1. LandRecht. gloss. penul. Arti. vltimi, lib. 1. LandRecht.*

96 De bonis damnatorum & eorum, qui sibi mortem consciuerunt, *habetur in Arti. 31. lib. 2. LandR.* per distinctiones, quatenus pertineāt eorū bona ad fiscū, vel cedant hæredib⁹. Et bona committentium crimen læsæ maiestatis, quòd pertineāt ad fiscū, & sic ad regalia, *est text. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiesta. notaui suprà in litera M. versi. de maiesta.* & de bonorum confiscatione seu publicatione, notaui quædam *sup. in lit. B. vers. de bonorum publica. seu confiscatio. & vide Aluoro. in tit. de pace tenenda, §. si verò pacis, versi. oppono, quòd imò: in vsib. feudo.*

13. Præstationes angariarum, vel parangariarū, quòd pertineant ad regalia, dicit tex. *in d. titu. quæ sunt regal.* ¶ Est autem angaria onus merè personale, videlicet, vt quis seruiat cum persona, ipsi Imperatori transeunti, per loca, cum expeditione & expensis Imperatoris. 97

Parangaria est onus mixtum, scilicet, vt seruiat cum persona expensis proprijs, vel quòd etiā soluat pecuniam vltra seruitia personalia: *Aluor. in d. tit. versi. ibi angariarum, & habetur de his in l. neminem, C. de SS. Eccles.* 98

14. Præstationes plaustrorum & nauiū, in portandis armis & alijs rebus, ad expeditionem necessarijs, *tex. & ibi Aluoro. in d. titu. quæ sunt rega. per l. neminem, C. de SS. Ecclesiis.* ¶ Sed quòd aliqui istas præstationes habeant gratis aliqui sint immunes ab illis. ¶ Fiscus autem quòd debeat dare precium, *notat Aluor. ibidem versi. ibi præstationes, per argumen. gloss. l. si locus, ff. quemadm. serui. amitta.*

15. Impositio collectarum extraordinariarum pro defensione Imperij, censetur inter regalia, quæ soli Imperatori licet imponere per suum rescriptum: *vt probatur in l. vnica, C. de super indictis, lib. 10. tex. est in d. titu. quæ sunt rega. & ibi Aluoro.* ¶ An autem Ecclesiæ, vel possessores rerum Ecclesiasticarum, ab eiusmodi collectis sint immunes, *vide cons. Henn. Göden inter consi. de regalib. cons. 9. de collectis & Sylua. in consi. 73. lib. 2. notaui suprà in lit. C. versi. de collectarum solutionibus & actionibus: consuluit & docuit VVesenb. in cons. 27. par. 1.* quis posit collectas imponere, nempè princeps: & quibus casib. inferior à principe, *num. 25. & 26. idem VVesenb. in consi. 45. num. 1. & in alijs multis sequentib.* 99

Sed in hac materia impositionis onerū, collectarum & angariarum, quærendum venit, qualiter acquirantur? & respondetur, quòd quatuor modis: primò priuilegio habentis potestatem concedendi tale priuilegium: *de isto priuilegio notant omnes in Rubrica, C. de vectig. noua insti. non poss. gloss. in l. forma, §. si verò quis agrum, ff. de censibus,* & de isto priuilegio, consuluit Decian. *in consi. 41. volu. 2. vsq; ad num. 88.* examinando priuilegij & clausularū eius materiā benè: secundò istud ius collectandi acquiritur ex cōuentione & assensu istorū subditorū: *de isto modo loquitur tex. in l. vlti. §. præterea, ff. de mune. & honorib. & docuit optima D. Decianus in d. cons. 41. à nu. 8. 9. vsque ad nume. 100. & ibi habes de tacita inter domi-* 100

dominum & subditos cõtracta conuentione. 3. consuetudine. *d. Decia. in d. consi. à num. 101. vsq; ad num. 110.* 4. præscriptione: *à nu. 111. vsq; ad finem, ibi habes bona de præscriptione.*

101 16. Etiam potestas constituendorum magistratuum, ad iustitiam expediendam, pertinet ad regalia: *tex. in d. tit. quæ sunt rega. & notatur in Authen. de defenso. ciuita. colla. 3. per totum.* Nam omnis iurisdictio & districtus apud Principem est. Et omnes à principe administrationem accipere debent, & iuramentum præstare, quale à lege constitutũ est: *prout notatur in tit. de pace iuramen. firmanda, §. iudices, in gloss. incipiente. Et ita nota in vsibus feudo. & in d. §. iudices, dicunt Bal. & Aluoro. quòd de iure sic debeat fieri confirmatio magistratus.* ¶ Sed dicunt quòd de cõsuetudine nõ obseruetur in regis ciuitatibus, quę habent sua regimina & merum Imperium, sicut olim præsides: *per gloss. l. fina. C. de præscrip. longi temporis. Dixi aliqua suprà in litera I. versi. de*

102 *iurisdictione.*

17. Creare tabelliones an sit de regalibus, quòd soli principi, vel ei, cui concessit, cõpetat, *quærit Aluoro. in d. titu. quæ sunt regal. & dicit secundùm Barto. in l. nec ei, §. eorum, in fin. ff. de adoptio.* quòd etiam magistratus possit constituere, sed eius officium se non extendere, vltra istius magistratus territorium vel iurisdictionem: *Barto. in allegato loco, notaui suprà in litera N. versic. de notario.*

103 18. Auri & argenti fodinæ pertinent ad regalia: *prout est text. in d. tit. quæ sunt rega.* ideò non nisi ad Imperatorem vel regem spectant, nisi specialiter alij sint inuestiti, isto casu transit vtile dominium ad inuestitum manente directo apud inuestientem: *Henning. Göden in consi. 1. de auri & argenti fodinis. VVesenb. in consi. 45. part. 1. num. 24.*

104 Decima semper spectat ad superiorẽ, & quando foditur in fundo priuato, datur domino loci pro suo interesse: *l. 1. l. cuncti, & l. per annos, C. de metalla, etc. lib. 11.* Tamen semper circa hæc metallica respiciendũ esse ad consuetudinem, *est textus in l. ob metallicum, C. eo. tit. lib. 11.* nota, quòd metalla collecta plerumq; solent vendi fisco: die Obrigkeit wil gemeiniglich den Silber oder vorkauff haben: *l. 1. in fin. C. d. tit. lib. 11. vide Aluoro. in d. tit. quæ sunt regal. versi. ibi argentarie.*

105 Et vide quinq; consilia pulcherrima Henning. Göden metallaria, *de auri & argenti fodinis. Item VVesenbe. in consi. 60. par. 2. in iure Saxonico, vide tex. glossas, additio. & Apostillas, Arti. 35. lib. 1. LandRecht.*

Quatenus ex inuestitura vel concessione fodinæ metallicæ pertineant ad Vasallũ, etiã sine decimæ solutione, vel non, & quid iuris in vilioris metalli fodinis, an pertineãt ad regalia, *vide, quæ consuluit Mynſ. in resp. suo 40. per tot.*

19. Omnes insulæ principis sunt: declarat Bal. *in tit. quæ sunt regal. in vsib. feudor.* 106

20. Et palatia sunt de regalibus secundùm 107 tex. *d. titu. quæ sunt rega. Bald. ibi declarat de palatijs deputatis in ciuitatib. pro iustitia exhiben. Aluoro. addit,* quòd etiam intelligatur de domibus, quas principes habent in ciuitatibus: quærit hîc Aluoro. an per non vsum palatia præscribantur? Respondet, quòd non.

21. Reditus consuetus vel vectigal pisca- 108 tionum: in quibus tamen piscationibus attendi consuetudinem, dicit Aluoro. *per iura in d. titu. quæ sunt regal.* & licèt flumina publica sint communia, tamen protectiones & iurisdictiones eorum spectant ad principem: *Aluoro. cum textu, notaui sup. in hoc versic. de flumine publico.*

22. Item, Reditus salinarum publicarum 109 spectant ad regalia: *text. & Aluoro. in titul. dicto.* Sed sicut in superioribus, ita & in his, spectari & attendi consuetudinem, voluit Aluoro. *ibidem secundùm Andr. de Ysernia, vide pulcherrimum consil. Henning. Göden de Salinis Hallensium scriptum, consil. 6. de regalibus, de salinis inscriptum, Mynsinge. in responso. suo 40. num. 8.*

23. Thesauri in terris reconditi, quatenus 110 & quando pro ratione terræ & modo inuentionis pro parte, vel in totum pertineant ad regalia, *dicit Aluoro in d. titu quæ sunt regal. versi. ibi Thesauri, & ibidem notauit, de ista materia bona. Concordant iura Saxonica cum iure ciuili, prout declarauit gloss. 1. Arti. 35. lib. 1. LandRecht, nota. in §. Thesaurus, Insti. de rerum diuisio.* Das aber der textus, *Arti. 35.* alleine von Bergwerck vnd Erz zuuerstehen sey / non etiam de thesauris reconditis, *declaratur in Consti. El. Sa. Saxo. Arti. 23. parte 2.* Vnd darumb wird das selbst geordent / das durch das SachsenRecht / die distinction der gemeinen Rechte nicht auffgehoben / sondern nach denselben sol gesprochen werden.

De Regaliorum diuisione & causæ con- 111 tinentia, & an diuiso territorio, intelligantur etiam diuisa regalia, consuluit *(quòd non.)* VVesenbec. *in consil. 32. parte 1. Et ibi inuenies,* in qua dispositione regalia censeantur esse comprehensa.

De pluribus alijs, quæ spectent ad so- 112 lum Imperatorem, & sic pertineant ad regalia, notauit remissiuè d. Aluoro. *in d. text. quæ sunt regal. circa finem, versi. vltimò ad materiam.* ¶ De regaliorum acquisitione, & de multis alijs bonis in ista materia, *vide VVesenb. in consi. 45. parte 1.*

De Regalibus Papæ vide Specul. in tit. 113 de legato, *§. nunc ostendendum, inscrip. quæ sint legato interdicta, & soli sedi Apostolicæ reseruata.*

De Re-

De Regimine ciuitatis, vel alterius Reipublicæ, *notaui suprà in litera G. versi. de gubernatoribus.*

114 Petr. Greg. *de Repub. lib. 3. c. 4. n. 6. Andr. Knich. in priuil. Duc. Saxo. c. 5. fol. 223.* ¶ Rex regalia non potest alienare in præiudicium successoris: *Sebast. Med. reg. 5. n. 178. fol. 207. Marsil. de bannit. verb. alienata. n. 119.* Vnde non potest aliquam ciuitatẽ regni alienare: *ibid. lim.* ita si minima res imperij donaretur: *ibid.* item si esset donatio remuneratoria: *ibid.* item si donaret Ecclesiæ: *ibid.* ¶ Iura regni quæ ad regiam dignitatẽ pertinent, nõ possunt alienari: ex quo sunt potius regni quàm regis: *Seraph. priuil. 75. nu. 45. fol. 467. lim.* nisi modicum afferret præiudicium regno: *ibid.* & princeps multa sibi reseruat in signum supremæ autoritatis, quæ non pręsumitur velle alienare, nisi exprimantur: *ibid. n. 46.* ¶ Regalia tempore immemoriali pręscribuntur: *Pruckm. §. soluta potestas, ff. 7. rat. contract. nu. 111. fol. 608.* ¶ Concessis regalibus ipsi baroni, quid intelligatur concessum, *Viuius decis. 208.* ¶ Ambulans per viam insolitam, arguit suspicionem, & tenetur si damnum aliquod emergit: *Viuius decis. 190. lib. 1. Knich. d. lo. fol. 138. Item de flum. publ. fol. 135.* ¶ Vectigal vbi soluitur, dominus tenetur de damno in territorio dato: *Mars. de bannit. verb. villa, n. 8. 9. 10. 11. 12. Knich. d. lo. col. de process. execut. p. 1. c. 2. num. 196. & seqq. Geyl. obseru. 64. lib. 2.* & ad plura obligatur: *Pet. Greg. in Syntag. iur. lib. 1. c. 2. idem de repub. lib. 1. c. 9. n. 13. 14.*

115 Tributi solutio est signum subiectionis: *Petr. Greg. de Repub. lib. 3. c. 4. n. 15.* ¶ Vectigal an etiam soluendum pro qualibet re ad vsum proprium, *Guido Papæ decis. 4.* regulariter non: *Seraphin. priu. iur. 15.* vbi, quòd res ad proprium pertineat vsum, probatur iuramento: *ibid.* ¶ Quamuis bona sint exemta à solutione gabellarum, & sic priuilegiata, tamen semper debet adiri datiarius, ne bona incidant in commissum: *Viuius decis. 156. lib. 1.* ¶ Subhastatio requiritur in venditione gabellarum: & quando vltimus licitator priorem repellat, *Viuius decis. 359. lib. 2.*

De Regula.

116 QVid sit Regula, quid per eam tractetur, & quando perdat officium, *habetur in tex. l. 1. & ibi notat Decius. ff. de regulis iuris.* Nota: in casibus non determinatis, fundatam habet intentionem ille, qui habet regulam pro se: *gloss. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iuris, & in rubrica eo. tit. in 6. & ideo dicit Barto. in l. quoties, ff. si quis cautio. quòd res dicatur certa esse pro eo, qui habet regulam pro se. Elegans habetur singula. 19. incip. nota, quòd sententia Matthæi de Matthesila. & pulcherrima adduxit Gabriel. de Saraij in additione:* & ibi præcipuè notant, quòd sententia contra regulam iuris lata, regulariter sit nulla: *Decianus in consi. 53. num. 8. vol. 1.*

Limitationes non debent operari destructionem regulæ: *Knich. d. lo. c. 8. fol. 210. & fol. 112.* 117

Regulam non fallere, si æquitas videatur, ineptum est: *tex. & ibi gl. in Auth. vt sine prob. matri. debit. in princ.* ¶ Regulæ iuris sunt tenaces, & ab eis non est recedendum, nisi contrarium expressè reperiatur in iure: & dicens contra regulam, debet hoc probare: *l. ab ea parte, ff. de prob. c. ad Decimas, de restit. spoliat. lib. 6. Bald. ita dixit in l. 1. vers. quid de Deportat. C. de hæred. inst. & in l. tutor, C. de ser. pig. dat. ma. Ioh. de Mont. Ferrar. in l. 1. in princ. 8. colum. ibi, quintò potest sic argui, De verbor. obligat.* 118

Regula, quæ habet limitationem alioquin bonam, tamen si talis limitatio habuerit aliam qualitatem adiectam, tanquam exorbitans, tunc nõ habebit locum. Hoc probatur in c. statutum, de Elect. *lib. 6.* volens, quòd c. licet canon, quod loquitur in Ecclesia parrochiali, non extendatur ad Ecclesiam parrochialem, quæ habet aliam qualitatem annexam: vt puta, quia est etiam collegiata: hanc conclusionem voluit etiam Soc. *in Rubr. de verb. oblig. col. 15. ibi præterea, & tertiò regula est.*

Standum est Regulæ, nisi exceptio lege probetur: *c. ad Decimas, in fin. de restit. spoliat. in 6. & in l. suus quoq. vers. puto, ff. de hæred. inst. Bald. in l. si tutor, in fin. C. de seru. pign. dat. ma. vide Ias. in l. fin. in 3. colum. C. de Testam.* ¶ Pro regula præsumitur: *vt gloss. in l. omnis definitio, de Reg. iur. & in Rubr. eod. tit. lib. 6.* ¶ Et secundùm regulam pronunciandum est, in contrarium probetur: *ita Bald. in c. 1. in 2. col. de alien. iudic. mut. causs. fact. & Bald. in l. si tutor, in fin. C. de seru. com. man. de hoc vide Dec. cons. 142. vol. 1. & pro tenui.* ¶ Sic etiam is, qui dicit esse fallentiam ad Regulam, debet eam probare: *Bart. in l. 2 ff. si quis in ius vocatus non ierit, in 1. col. refert Ias. in l. qui se patris, in 28. colu. C. vnde liber.* ¶ De hac materia ipsius regulæ, vide pulcerrimè & plenissimè Nicol. Euerhard. *in aur. suo libell. de locis legalibus, in loc. 3. cui titulus est de Exceptione ad regulam, col. 29.* vbi omnia in hac materia cumulata, & ita ordine singula diligentissimè, & ad amussim congesta habes, vt nihil reliquum desiderare possis. ¶ Regulam exempla non restringunt, sed declarant: *vide suprà in verb. exemplum.* 119

De Reiteratione in agendo, actus addendo, vel multiplicando illos.

DE legitimando, secundò legitimando: de baptizato, secundò non baptizando: & de 120

& de adoptato, secundò non adoptando: de excommunicato, iterum excommunicando: de instituto in beneficio, iterum instituendo: & de limitibus, consuluit Decia. *in consi. 49. volum. 2. num. 38.* Fictionis fictio non conceditur: *Cyn. in l. si nondum, C. de furtis:* Seruitutis seruitus non datur: *l. 1. ff. de vsufruct. lega.*

121 Fideiussor fideiussoris, beneficium epistolæ diui Adriani non habet: *l. si plures, §. fin. ff. de fideiusso.* Sic etiam fructus fructuum non dantur: *l. videamus, in fin. prin. ff. de vsuris.* Tacitum taciti non datur: *notant Dd. in l. si quid. ff. si certè peta.* Vsuræ vsurarum nō dantur: *l. improbum, C. ex quibus caus. infa. irroga.* Sic pariter vicarius vicarij non datur: *c. Clericus, & ibi Rubr. de officio. vicar.* Mutua petitio contra mutuam petitionem non conceditur: *Specul. in titu. de reconuen. §. nunc dicamus, in fin.* Delegatus non potest alium delegare: *l. 1. vbi omne, ff. de offi. eius cui manda. est iurisd.* Decimæ decimarum nō possunt constitui: *Abbas in c. 2. in fin. de deli.* ratio est, quia specialia, maximè pœnalia, non sunt multiplicanda: *Decia. declarat in consi. 49. vol. 2. n. 47.*

De Relatione ad aliud.

122 Confirmatum, vel aliud factum per relationem ad aliud, dicitur specificè & clarè factum: *vide Barto. in consi. 196. incip. ciuitati Camerensi, in 2. colum. in vers. super quarto.* In teste & notario quid iuris, qui se referunt ad priùs dicta & scripta, (*Vtrumq; admittitur, quanquam testis à iudice cogi possit, vt ad articulos propositos disertè respondeat.*) *vide Geyl. in obseruat. 104. lib. 1. obser. Cam. Imp.*

123 Contractus habens relationem ad alium perficiendum, nunquam perfectus dicitur, sed conficiendus tantùm attenditur, *Decian. in consil. 36. volum. 2. numer. 5.* Paul. *de Castro, in l. cum res, C. de proba.* declarat sic: quotidie contingit, quòd partes faciant contractum venditionis coram testibus de aliqua re pro tanto pretio, & vtraque pars quidem consensit, sed agitur, quòd debeat fieri solenne instrumentum, quòd non dicitur prima venditio perfecta, & poterant partes pœnitere: & qui sibi reseruat testamenti factionem super isto, quod testatus est coram testibus, non dicitur testatus decessisse: habetur *in l. is qui, & in l. ex ea, ff. de testamen. & in alijs ibi per Decian.* ¶ Relatio facta ad instrumentum nullum, nullius est operationis: *Bald. in l. 2. C. de erro. aduo. Decian. consi. 7. numer. 92. volum. 1. consi. 91. num. 30. volum. 3.*

124 Relatum est in referente: vide Medic. *de reg. iur. habes in tr. reg.* ¶ Instrumentum faciens mentionem de alio instrumento, regulariter non probat absq; relati productione: (nisi referens referat se ad aliud cum clara facti narratione, quod continetur in instrumento relato vel principali: *Coler. p. 3. c. 1. num. 50. & 53. & seq. & num. 44. & seq.*) nam relatiuum nil probat, quando de relato non apparet: *Raud. de analog. lib. 1. c. 18. num. 38.* ¶ Clausula in fine posita, ad omnia præcedentia refertur: *Gabr. concl. de clauf. 9.* ¶ De clausula, vt suprà, vide Raud. *de analog. lib. 1. c. 15. num. 87. & 296.* vbi eius importantia, *& num. 304. & num. 326. & seq.* vbi remissiue de clausulæ huius vel similis restrictione: *Vide tr. reg. regula, relatum est in referente, secund. Medic. vt ibi.*

De Relatiuis.

Vnum relatiuum, præsupponit seu dat 125
intelligere aliud: *Dd. in l. generaliter, in §. cum autem, per illum tex. C. de instit. & substit. sub condi. factis, & in l. legem Iuliam, C. de indic. viduita.* & ideo si dicimus, talis res non sua, puta Titij, præsupponimus illam esse alienam. Ex quo inferunt Dd. quòd stante statuto, quòd si quis per vim arripuerit filium non suum, capite puniatur, quòd si quis rapuerit filium carentem patre, & sic non alienum, non incidit in pœnam statuti: *per iura sup. dicta, notauit Hipp. de Marsi. in singula. suo 308. incip. dicunt Dd.*

De relatiuo, referente & relato, *vide A-* 126
lex. in consil. 3. colum. 3. versi. ita ergo, volum. 5. Bald. Barto. & alios Dd. in l. 1. C. de summa trinita. & fide catho. ¶ Nota: quando indefinita refert se ad aliam dispositionem, omnia quæ in dispositione ad quam fit relatio continentur, dicuntur propriè contineri in ipsa indefinita referente: *Aretin. in l. serui electionem, §. 1. ff. de lega. 1.* & expressim nominari verè dicitur in referente id, quòd expressum & nominatum est in relato: *l. asse toto, ff. de hære. instit. Decian. in consi. 56. volum. 2. n. 11. 12. & 13.* Relatum dicitur in referente & pars ipsius: *l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iudica.* ¶ De relatione nuncij, de citationis executione, *vide quæ notaui supr. in lit. C. versi. de citatione.*

Relatiuum, quis, qui, vel simile, cuius im- 127
portantiæ sit, *Marsil. de bannit. verb. cuius, per totum.*

Relatio semper est facienda ad proxima: 128
l. si seruus plurium, §. fin. de leg. 1. l. seruum, filij, de leg. 1. l. hæredes, §. sed si notam, de testa. Hos tex. ad hoc allegat gloss. in §. æquè, in verb. sed iste, Inst. de Act.

Relatio censetur facta cum omnibus 129
suis qualitatibus: & quando dispositio dicatur habere locum, licèt non reperiatur illud, ad quod fit Relatio, *Dec. consi. 325. volu. 2. in casu proposito: idem Dec. consi. 73. volum. 1. in 1. colu.* ¶ Quando vnum refertur ad aliud,

 secundùm

ſecundùm illud debet intelligi: *l. aſſe toto, de hær. inſt. ita Bartol. ad hoc allegat illum text. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 7. q. circa medium, de verb. obliga. l. inſtitutio talis, de cond. inſtitu. vide poſt gloſſ. Bartol. & maximè Moder. in l. petens, C. de pact. circa primum intellectum illius legis, vide pulchrè Zaſ. in l. præſes, colum. 15. de re iudic.*

130 Et relatio facta ad teſtamentum regulatur ſecundùm id, quod in teſtamento continetur, licèt aliud dictum fuiſſet: *Dec. conſi. 63. volum. 1.* ¶ In vno correlatiuo ſtatutum cenſetur ſtatutum in reliquo: *Iaſo. in l. vnum, in 5. colum. ſi cert. petat. & in l. fin. C. de iud. vid. toll. & in l. ſancimus, in 2. col. C. de iud.*

131 Fallit hoc tamen, niſi diuerſa ratio reddi poſsit, quia tunc illa regula non procedit: *Iaſo. in l. transſigere, ſuper gloſſ. magn. in princ. in 3. colum. in fin. C. de Tranſact. Vide pulchrè de hac limitatione, & eam bene declarantem, Franciſ. Curt. in conſi. 6. fol. 75. colum. 3. vide Goz. in l. imperium, lect. 2. de iurid. omn. iudic. vide de hoc Abb. in c. 1. de locat. Carol. in l. 1. de acq. poſſeſ.* ¶ Prædicta regula etiam locum habet in pœnalibus: *Alex. & Iaſo. in l. ſi prius, in 7. q. Bartol. de oper. nou. nunc.* ¶ Hanc materiam correlatiuorum, vide latiſsimè per Iaſo. *in dict. l. fin. C. de ind. vid. toll. & in l. transſigere in 2. colum. de Tranſact. & in Authen. quas actiones, C. de SS. Eccleſ. vide gloſſ. & Socin. in Rubric. ff. de acqui. poſſeſ. an frater & ſoror ſunt relatiua.*

132 Et communis & vera concluſio eſt: Quòd ſtatutum loquens in vno correlatiuo, etiamſi ſit correctorium iuris communis, tamen habet locum etiam in alio: *l. fin. in princ. vbi Barto. & omnes, C. de indict. vid. toll. l. 1. & ibi Bartol. C. de cupreſſ. lib. 11.* ¶ Quòd ſi ſtatutum aliquid diſponit de muliere, intelligitur etiam diſponere de viro: & Barto. *in l. 1. per illum tex. ff. quod met. cauſſ.*

133 Quòd ſi ſtatutum diſponat de vxore, debet etiam intelligi, vt loquatur in viro, cum vxor non poſsit eſſe ſine viro. De hoc vide pulchrè Franciſ. Curt. *conſi. 6. fol. 74. colu. 1.* vbi multa de hoc egregia dicta habes: & quomodo intelligi debeat, *vide eundem eod. conſi. fol. 70. colum. 4. vide præterea etiam valde multa cumulantem in hac materia correlatiuorum, Hippo. de Marſi. in l. ſi quis viduam, numer. 14. cum multis ſeqq. ff. de quæſt.* ¶ De hac materia correlatiuorum latiſsimè, & omnia ferè quæ in hac materia dici poſſunt, vide ante omnia Nicol. Euerhard. *in loc. legal. loco 76. cui titulus eſt, à correlatiuis,* vbi ad ſacietatem, quicquid voles, oſtendet.

De Religione.

134 SVmma eſt ratio, quæ facit pro religione: *l. ſunt perſonæ, ff. de Reli.* ¶ Religio in Deum, obedientia inter prælatū & ſubditum, reuerentia inter maiorem & minorem, dilectio inter conſanguineos, obſequium inter libertum & patronum, ſeruitium inter Dominum & ſeruum, officium inter homines: *gloſſ. in c. non eſt ſine culpa, de hære. lib. 6.*

De Remedijs.

REmedium c. reintegranda 3. q. 1. quando locum habeat, *vide Dec. conſi. 252. volum. 2. agitur cauſa magni ponderis, eundem in conſi. 362. volum. 2. & pro tenui, & Alex. integrum conſilium 259. volum. 2. viſo proceſſu.* ¶ De illo remedio c. reintegranda, & l. ſi coloni, C. de agri. & cenſ. vide latè Alex. *conſi. 345. volum. 2. viſo & diſcuſſo, latè & pulcrè D. Iaſo. in l. rem quæ nobis, in 4. & 5. colum. ff. de acq. poſſeſ. vbi conſilia Alex. adducit.* ¶ Et an etiam locum habeat in laicis & rebus prophanis, item an competat pro ſpoliatione facta à iudice, *vide Socin. in conſi. 12. volum. 1. in 3. colum.* ¶ An in laicis locum habeat, vide etiam Alex. *conſi. 6. volum. 3.* vbi etiam habes, quid in hoc probandum ſit. ¶ Et quo tempore huic remedio præſcribatur, *vide Corne. conſi. 18. volum. 1. per totum, Abb. in c. cum ad ſedem, de reſt. ſpolior. & Philipp. Dec. conſi. 136. volum. 1. in fin. plenius in conſi. 57. eod. volum. 1.* ¶ Remedium c. reintegranda non infamat, licèt interdictum vnde vi: *Alex. conſil. 6. volum. 3.* 135

136 De remedio, l. diffamari, C. de ingenu. manum. an intentando ſit adeundus iudex illius, qui attentat, an iudex aduerſarij, & de materia vide Alex. *conſi. 103. volum. 5. conſideratis.* ¶ Et an ille terminus ſtatutus ad agendum actori, de quo in d. l. diffamari, ſit peremptorius, *vide latè Iaſo. in l. fin. ff. de Ferijs.* ¶ De remedio, l. diffamari, C. de ingenu. manum. vide pulcrè & latè Ange. *Inſtitu. de Except. in princ. fol. 274. colum. 2. in fin.* Vbi etiam tradit formam petitionis, & concluſionis libelli ipſius rei, qui diffamatur, *vide omnino.*

137 An remedium petitorium & poſſeſſorium ſimul intentari poſsint, & quomodo iudex ſuper vtraque pronunciare debeat, vide Alex. *in conſi. 218. volu. 2. in cauſa & lite, per totum.* ¶ An iuramentum tollat remedium, l. 2. C. de reſcind. vend. *Alex. in conſi. 37. volum. 2. Goz. in l. 2. §. 1. lect. 20. in gloſſ. fin. ſi cert. petat.*

138 An per iuramentum ruſticus excludatur à remedio, l. 2. C. de reſcind. vend. Item an & quando poſsit tale remedium competere, vel non? *vide Alex. in conſi. 269. volum. 2. viſo proceſſu cauſæ principalis.*

De diſ-

De dispositione
- Legis,
 - *1. Si vnquam, C. de reuoc. donat.*
 - *2. Penultimæ, C. depositi.*
 - *3. Quodam, ff. de arbitr.*
 - *4. Confirmatur, ff. de iur. codicill.*
 - *5. Sciant cuncti, C. de leg. tutor.*
 - *6. Cum auus, ff. de cond. & demonst.*
 - *7. Octaui, ff. vnde lib.*
 - *8. Si quis in tantam, C. vnde vi.*
 - *9. Extat, ff. quod met. cauß.*
 - *10. Quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.*
- Authenticæ,
 - *11. Res quæ ex comm. de leg.*
 - *12. Sacramenta Puberum.*
 - *13. Si qua mulier, C. ad Velleian.*
- Capituli,
 - *14. Quia propter, de Elect.*
 - *15. Finalis, de præscript.*
 - *16. Quanquam, de vsur.*

Vide in indice super consilijs Dn. Soc. in v. Dispositio.

139 De remedio l. 2. C. de pact. conuent. *vide repetitionem Lud. Goz. & Hieronym. Schurff. in consi. 3.* vbi deciditur, quòd qui potest reemere, intelligatur saltem de vno actu denunciationis, & oblationis pretij, & non vltra, *vide etiam Philipp. Dec. magni nominis ICtum, in consil. 80. volum. 1. colum. 1. & 2. vbi adducit fallentiam.*

De Relegato.

140 AN relegato simul possint confiscari bona, (*Relegatorum bona iure ciuili non poterunt confiscari,*) & an confiscata censeantur? (*Bona damnatorũ nunquam confiscata censentur, nisi id expreßè in sententia dictũ sit,*) sed relegato quando restitutio est facta, an ei debeantur fructus bonorum publicatorum? Respondet, quòd sic, Decian. *in consi. 56. vol. 2. à nu. 58. vsq. ad finem.*

141 Pœna relegationis, an & quare & per quos possit imponi aut mutari, suspendi aut tolli, & an dicatur sententia aut condemnatio, *Antho. de Butr. consi. 74.* ¶ Bannum & relegatio in quibus conueniant & differant, *ibid. num. 2.* ¶ Relegare & deportare quid olim, & quid his successerit, *Menoch. lib. 2. centur. 2. c. 330. Dauth. de testam. num. 210. in fi. & seq. fol. 249. ibid. differentiæ.*

De Remißionibus.

142 IN quibus casibus, & quando remissio malefactoris ab vno iudice ad alium sit facienda in criminalibus, à iudice domicilij, ad iudicem delicti, vel etiam in ciuilib. notat Hippol. *de Marsil. in practica sua crimin. §. oportune, à numer. 32. vsque ad numer. 38. Anthon. Corset. in singula. suu, in verb. remißio,* Albertus de Gandi, *in tractatu suo malefic. in rubri. vbi puniatur delinquens, & ibi numer. 4.* dicit de casu, quando mandatum, de delinquendo factum, sit in vno loco, & effectus sit sequutus in alio loco, vbi debeat fieri executio pœnæ, (*Concludit ex Dyni sententia, mandantem in loco mandati puniendum.*) ¶ De relegatis in Gypsum & Oasin, quæ fuit culicibus, & muscis grandioribus infesta, *vide Cuiac. lib. 8. obseruat. 27. Gothofr. ad l. 7. §. 4. de interd. & relegat. l. 26. C. de pœnis.* ¶ De Remissione delinquentis vagabundi, quo casu sit facienda, vel non, docuit Ioan Bernadicit in regulis fallen. *regula. 609.* in vna ampliatione, & in quatuor fallentijs.

De Remissione fienda in ciuilibus, notauit Corset. *in singula. suu, in verb. contumacia 2.* dicens, licèt in ciuilib. remissioni non sit locus, quòd tamen propter nimiam contumaciam reus remittatur: *allegat text. singul. secundùm Bald. in l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex.* Quòd incidens quæstio spiritualis coram iudice seculari, ad iudicem spiritualem sit remittenda, & interim suspendatur ciuile iudicium, refert sic obseruatum in Camera Mynsing. *in obserua. 100. centur. 1.* & ibi, quòd idem in quæstione præiudiciali. 143

De Remissione damnorum, interesse seu iniuriarum per has remissiones, an dicatur vel intelligatur adeò esse remissum, quòd in causa principali non possit quid peti seu vendicari, & per remissionem iniuriæ, an videantur damna & interesse remissa, *vide Alexand. de Imol. in consil. 20. per totum, volum. 5.* Per quos actus iniuria intelligatur remissa, notauit Bonifac. de Vitel. *in tract. suo maleficio. Rubrica de iniurijs, nume. 45. 46. & 47. & vide ea, quæ notaui suprà, in litera P. versi. de pace inter offensum & offendentem facta:* ibi inuenies, quomodo fiat pax vel remissio, ita quòd non possit quis accusari de occiso: *vide.* 144

Sed nota, quòd remissio iniuriæ in foro conscientiæ, non operetur in foro contentioso, nisi plenè sit facta: *Hippol. de Marsil. in singula. suo 246. incip. remißio iniuriarum: habetur per Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iura. firman. in vsibus feudo. Ludoui. Roman. in l. 2. ff. ad Sylleia. Bartol. in l. non solùm. ff. de iniurijs, & in l. si tibi, §. 1. ff. de pactis.* Ista autem plenaria remissio exprimatur verbis: prout dixit Hippol. *in dict. singula. 246.* Et tenuit ibidem, de simplici pœnæ remissione, quòd non inducat bonorum restitutionem, nisi princeps 145

ceps dixerit, (facimus tibi plenam gratiam) quia tunc etiam recuperabit bona, non alienata à fisco: voluit Hippol. *per Bald. in titu. de pace constant. in verb. in plenitudine gratiæ nostræ, in vsib. feudo.*

146 De remissionibus faciendis in foro pœnitentiali, *vide titu. ext. de pœniten. & remißionibus, præsertim in c. nostro, & quæ ibi notantur in gloss. & per Scriben. isto titulo.*

147 An contra delegatos qui dederunt fideiussores de finibus seruandis, ijs non seruatis, pœna irremissibiliter veniat exigenda, *Viuius decis. 505. lib. 3.* ¶ Remittere crimina Princeps tantùm potest: *vide verb. principi.* ¶ In impetratione gratiæ à pœna perpetrati criminis, quæ qualitates sint exprimendæ, *Menoch. lib. 2. centu. 2. c. 203.* ¶ Remissio in criminibus locum habet, non in contractibus: hoc, vbi in contractu interuenit iuramentum: *Seraph. priuil. 105. lim. vide Couarr. c. 10. pract. quæst. Clarum in praxi cri. quæst. 58. vers. est autem tantæ potentiæ, & vers. sequent.* ¶ Transmissiones istas de iure, consuetudine non seruari: ait Pet. Greg. *de securit. promiss. præst. 7. fol. 27. in pr.* ¶ Sex requisita habet remissionis, Guid. Papæ, *dec. 102.*

De Remotione.

148 NOtaui suprà, *in litera O. versi. de officio.*

De Remuneratione.

149 NOtaui suprà, *in litera B. versi. de benefaciente, & in litera I. versiculo de ingratitudine.* ¶ Remuneratoria concessio quòd non possit reuocari, neque per principem ex plenitudine potestatis, & quòd habeat multa specialia, consuluit & refert Decianus, *in consil. 25. numer. 30. & in sequentibus volum. 1.*

150 Et quòd propter remunerationem multa sint concessa, quæ aliàs non conceduntur, neque aliàs concederentur, *eleganter idem Decian. in consi. 27. volum. 3. nume. 23. & in sequentibus.* ¶ Sed vt concessiones vel donationes censeantur remuneratoriæ, nō sufficit, vt generaliter de eis fiat mentio in instrumento fortè donationis, vel concessionis: sed requiritur ad effectum impediendæ reuocationis, quòd specialiter de remunerationibus & benemeritis fiat expresio.

151 Et iure ex eo, quia aliâs non posset fieri consideratio, an donatio vel concessio excedat remunerationem, vel benemerita: sed in quantum excedit donatio, in tantum censetur simplex & reuocabilis, non remuneratoria & irreuocabilis: Socinus sic, quòd generalis enunciatio non sufficiat, sed specialis requiratur expresio, consuluit *in consil. 295. lib. 2.* contra Decium, Iasonem & Ripam: & istum Socinum sequutus est Menoch. *in consi. 112. vol. 2.* & ibi de benemeritorum & beneuolentiæ expresione. Et ibi habes, quòd concessio, vel donatio remuneratoria, ꝓbetur, adeo vt valeat in vim remuneratoriæ, & possit reuocari, si ex remuneratione seu cōtractu oneroso sit cōcessa: *Roland. à Valle in consi. 5. vol. 1. Menoch. in consi. 156. vol. 1. Alex. de Imo. consi. 30. vol. 5. quæ notaui suprà, in litera C. versi. de donatione remuneratoria.*

Assertio inter personas suspectas, non probat ea, quæ asseruntur, nisi aliter probentur: *Seraph. priu. 40.* hinc nec filij merita probat. 152

De Renunciationibus.

DE Renunciatione in iudicijs, quæ habetur pro conclusione, *de qua Bal. in addi. ad Spec. ad tit. de renun. & conclusio. de qua in gloss. c. fina. de in integ. restit. in 6. in c. pastoralis, de causa possessio. & proprie. in l. iubemus, C. de iudi. notaui supr. in lit. C. versi. de conclusione.* 153

Sed de cæteris renunciationibus vide hîc. Et stat communis Theorica, quòd quis regulariter iuri pro se introducto possit renunciare: *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, sed istius legis in glossa magna ibidem, & per Dd. vide limitationes & declarationes plurimas, quibus specialiter adde ista.* 154

Reus in criminalibus, non potest renunciare termino defensionis, vel ipsi defensioni: *Barto. in l. custodias, in fi. ff. de pub. iudicijs, & in l. non tantùm, ff. de appel.* Qūod credo verum, dicit Bald. *in l. raptores, C. de Episc. & Cleri.* quòd hoc sit verum, nisi dicat inquisitus vel reus sciens, se non habere aliquam defensionē, imò carere omni defensione, spontè, & ex certa scientia dicto termino defensionis renunciauit, tum talis renunciatio valet: vel quia constat, sibi non competere defensionem, quia fortè est insignis & famosus latro, vel est in crimine flagranti deprehensus: hæc dicunt Angel. *de Maleficijs in vers. qui iudex dictus inquisitus, & cuilibet eorum statuit terminum, n. 6. 7. & 8. Antho. Corset. in sing. suis, in verb. defensio. 1.* Hipp. *de Marsi. in pract. sua crim. §. examinanda, per totum:* imò dicit, non tantùm potest fur famosus, vel insignis renunciare defensioni, sed iudex etiam non debet pati, vt aduocetur pro eo: *n. 20.* vnam ampliationem & declarationem posuit idem Hip. *in sing. suo 361. incip. extat crimen.* ¶ Sed quot modis dicatur flagrans, vel manuale crimen, Handthafftig gethat/ & qualiter, neq; appellando, vel etiā aliter, in crimine flagranti reperto, nō competat defensio, sed statim quòd veniat condēnand. *vide tex. gl. & ad. in Art. 35. lib. 2. LandR.* 155

& sic

& sic nota, quòd talis etiam de iure Saxonico possit renunciare defensioni.

156 De Renunciatione exceptionis, non numeratæ pecuniæ, vide Aretin. *in titu. Institut. §. idem iuris, de exceptio. 36.* & mouet secundùm Cynum hoc casu quæstionem, de renunciatione iurata, an videlicet & quando ea operetur? (*Tandem concludit, iuramentum non excludere hanc exceptionem.*)

157 De Renunciatione priuilegij, vel exceptionis fori, à quo (*Non potest fieri à clerico, vel alijs, quorum ordini priuilegiũ concessum est: secus, sicui vt priuato concessum sit,*) quatenus, & qualiter (*Renunciatio fori, non videtur facta per generalem renunciationem omnium exceptionum,*) possit fieri, vel non, docuit d. Areti. *in d. §. idem iuris, nume. 42. versi. visis regulis*: & ibi dixit de prorogatione iurisdictionis. (*Prorogatio facienda est cum consensu iudicis, qui patrimonialem iurisdictionem habet.*) ¶ Et exemtus priuilegio fori, an possit renunciare? *ibidem num. 44.* (*Distingue, an exemptio ordinem respiciat, fauoremq́ superioris, an verò fauorem alicuius priuati, vt primo casu non procedat, secundo verò valeat: Angel. & Geyl.*) ¶ Sed quòd renunciatio exceptionis fori regulariter non valeat, tenet Specul. *in titu. de renuncia. §. 1. num. 5. & nume. 32. Geyl. in obseruat. 40. lib. 1.* ¶ Statuto loci, (*Et hic inter publicam priuatamq́ vtilitatem distinguendum erit,*) beneficio restitutionis in integrum, quatenus (*si fiat cum decreto iudicis,*) possit renunciari, *idem Areti. in d. §. num. 45. & 46.*

158 Renunciare quòd quis possit omni tempore, etiam in die feriato, *idem Areti. in dict. §. id. iur. numer. 47.* ¶ Cessioni bonorum, & exceptioni, ne quis conueniatur, nisi in quantum quis facere valeat, an renunciari possit? notat (*Non valere, nisi cum iuramento fiat,*) idem Areti. *in Insti. in tit. de actionibus, §. fina. num. 13. vsq. ad finem.*

159 Ordini iudiciorum quatenus possit renunciari, ita vt teneat tacitè, vel expressè, (*Substantialibus iudiciorum renunciari non potest, cæteris potest,*) *idem Areti. in §. idem iuris, titu. de exceptio. in Inst. num. 52.*

160 De Senatusconsulto Macedoniano: de priuilegio fori, quòd competit Clerico: de Senatusconsulto Velleiano: de priuilegio religiosorum, de non dandis decimis: & iure constitutionis principis: quatenus, qualiter & quando hisce beneficijs, priuilegijs, & constitutionibus possit renunciari vel non, docuit eleganter Specula. *in titu. de renuncia. & conclusio. à numer. 8. vsque ad nume. 10.* de renunciatione beneficij Velleiani eleganter Geyl. (*Vbi tradit communem opinionem esse, quòd valeat, dummodò mulier prius de hoc beneficio certiorata sit, vel iuramentum renunciationi apponatur, quia id loco certiorationis habetur:*) *in obseruatio. 77. lib. 2. obseruat. Camer. Imper.* & qualiter debeat renunciari, vt mulier possit obligari pro viro, vel extraneo, præscribitur in Constitu. *Elect. Saxo. Art. 16. parte 2.* (*Iure communi, ait constit. si pro merito obligetur, iuramentum requiritur: si pro extraneo, etiam non iurata promissio post biennium repetita valet: ex consuetudine Saxoniæ, quæ ibi approbatur, etiam non iurata renunciatio in iudicio cum consensu curatoris facta obtinet, præterquam in casu dotis & donationis propter nuptias.*)

De beneficijs fideiussorum, quomodo & qualiter illis à fideiussoribus renunciari possit: & qui sint renunciationum effectus, vide eundem Specul. *in dict. titu. de renun. & conclusio. à num. 10. vsq. ad numer. 15. & ibi vide Bald. in additione, versi. quatuor sunt beneficia*: & in eadem additione tenuit, quòd istis beneficijs benè possit renunciari: *per notata per l. nisi, ff. de pactis, & in Authen. de fideius. in prin.* non tamen (dicit) præsumitur, aliquem renunciasse, nisi de illa appareat. Et modus renunciandi fideiussoribus, præscribitur in Constitut. *Electo. Saxo. in Articul. 17. parte 2.* vult, quòd generalis renunciatio non, sed specifica, teneat: vel vt specificentur aliqua beneficia, & subdatur clausula generalis: *vide quæ notaui in sequentibus.* 161

De Renunciationibus condictionis indebiti, condictionis sine causa, exceptionis doli, condictionis incerti iuris, Hypothecarum, secundarum nuptiarum: De renunciando beneficio redhibitoriæ, quanto minoris, feriarum, restitutionis in integrum quòd competit minoribus: beneficio, vt quis condemnetur, in quantum facere possit: beneficio, quòd dicit, ne liber homo ob æs alienum obligetur: non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis: priuilegio fori: quibus possit renunciari vel non, *Spec. in d. titu. de renun. & conclusio. à nu. 25. vsq. ad num. 33.* 162

De Renunciatione generali, an quis iuri, quouis modo sibi competenti, in genere possit renunciare? quærit & per optimas distinctiones respondet Angel. *Aretin. in §. idem iuris, Institu. de exceptio. mihi nu. 41. versi. nunc generaliter quæro.* 163

De iuribus competentibus, & competituris, cogitatis, & non cogitatis: an omnibus possit renunciari, docuit idem Agel. *in dict. §. num. 5. versi. quæro, an omnibus, Bald. in addi.* Specul. *in titu. de renun. & conclusi.* voluit, quòd non teneat in competituris, & *Specu. in isto titu. num. 6.* 164

Quid si renuncietur aliquibus beneficijs, vel exceptionibus in specie, & demum subdatur clausula generalis: videlicet & omni legum, & statutorum auxilio: tene- 165

menti, quòd ista clausula semper debet apponi; quia in immensum operatur: *vt eleganter dixit Barto. in l. si quis sub conditione, ff. de testa. tutel. versi. quæro, quid si renunciauit Velleia.* ¶ Quatenus autem sic futuris videatur renunciatum, *dixit Areti. in d. §. idem iuris, n. 50.* Si autem subdatur clausula generalis, & omnibus alijs sibi competentibus, & competituris: videtur renunciatum esse alijs defensionibus non specificatis, similibus tamen expressis vel minoribus, non autem maioribus, *argumento l. sed & si quis, §. quæsitum, cum ibi notat. per gloss. & per Dd. ff. si quis cautio. c. qui ad agendum, de procura. in 6. cum ibi notat.* & prædicta procedent in iure competenti de præsenti: *Aretin. in d. §. idem iuris, num. 53.*

166 Sed an per simplicem renunciationem iuri futuro intelligatur renunciatum, docuit idem Ange. distinguendo sic: quædam iura competunt nobis verè, re & spe: quædam sunt, quæ nobis competunt spe, & non re: quædam re, & non spe: quædam nec re, nec spe: *de quibus per ordinem potes videre apud Angel. in sæpe dicto loco, num. 54.*

167 De clausulæ importantia, omni scilicet legum & iuris auxilio, pro se faciente, notat Hippo. *de Marsi. in repet. rubricæ, ff. de fideiuss. num. 35. versi. restat modò.*

168 An autem valeat renunciatio, si renuncians nesciuerit sua iura, priuilegia, & beneficia iuris, neque de illis certioratus fuerit? & dic, quando interuenit persona renuncians, quæ præsumitur, ius ciuile ignorare, vt mulier, vel minor, vel rusticus, & tunc exigitur certioratio: non enim præsumitur quis renunciare iuri, quòd ignorat sibi competere: *l. mater decedens, ff. de inoffi. testam. argumento l. fina. C. de furtis.*

169 Quando autem interuenit persona, cui non conceditur ius ignorare, & tunc non est necessaria certioratio: *Bal. in addi. ad Specula. in d. titu. de renun. & conclusio. versi. sed an valeat:* facit Hippo. *de Marsi. in repet. rubric. ff. de fideiusso. n. 36. versi. modò visis,* dicens, quòd in qualibet renunciatione requiratur certioratio: imò illam sine certioratione non tenere, (dicit) etiam cum iuramento, in se-
170 quen. *n. 37. & 38.* Et *in versi. sequenti,* ponit optimam cautelam, ad faciendum sic corruere vel obligationem vel instrumentum: facias enim, quòd iudex interroget notarium, qui attestatus est, se certiorasse partem, seu illum, qui renunciauit beneficio, quid sit illud beneficium, de quo asserit, ipsum certiorasse partem: si ipse notarius nesciat, non valebit tale instrumentum, nec talis obligatio: quia non potuit certiorasse partem, de eo, quod ipse ignorauit: sed non facta certioratione, non valet renunciatio: *allegat Alb. de Rosa, in l. final. §. fina ff. ad Velleia.* & licèt contraria obijciantur, tamen ea soluit. ¶ Et quòd sic propter repertam notariorum ignorantiam multi contractus annullentur, *dicit idem Hippo. de Marsi. in singu. suo 18. incip. quotidie, Geyl. de illo in obseruatio. 77. lib. 2.*

De renunciationibus exceptionum, in- 171
uenies aliqua apud Ferariensem *in practica sua, in forma exceptionis rei conuenti, in §. saluis alijs exceptionibus, colum. 5. in fine versi. vltimò quæritur.*

Iuri suo quilibet renunciare potest: quo- 172
modo hoc procedat, cum ampliationibus & limitationibus, *Viuius lib. 2. dec. 316.* ¶ Renunciatio à constituto in mortis articulo vel valde sene facta, non valet: *Fæn. de mom. semp. c. 7. num. 47.* ¶ Renunciatio quarum rerum possit fieri, vel non, *Medic. tr. de accept. lat. q. 9. p. 1.* ¶ Renuncians vni iuri, non censetur renunciasse alteri: *Seraph. priu. 95. n. 6.* ¶ Renunciari non potest legi prohibitiuæ: *Seraph. priuil. 160. nume. 3.* nisi accedat iuramentum: *ibid.* Et legi prohibitiuæ actumq; annullanti renunciari nō potest, etiam cum iuramento: *ibid. num. 5. Dauid Moll. in lib. semestr. 1. c. 12. num. 2.*

Legi prohibitiuæ in odium prohibiti, 173
etiam cum iuramento renunciari non potest: *d. priuil. 100. num. 7.* ¶ Iuri futuro & quærendo faciliùs renunciatur, quàm quæsito: *Moll. lib. 2. Semestr. c. 6. num. 3.* ¶ Renuncians omni iuri, quod habet vel habere sperat: haud quaquam iuri quod sperat de futuro ex noua causa, sed tantùm iuri de futuro, prouenienti ex causa de præterito vel præsenti, renunciasse intelligitur: *Dauth. l. fi. c. de pact. num. 38.* ¶ Si quis habet plura iura, renuncians vni, non censetur renunciare reliquis: *Seraph. priuil. 83. num. 11.* Et renunciatio est stricti iuris, in qua non veniunt nisi expressa: *num. 12.* ¶ Renunciatione generali quæ non veniant, *Seb. Med. de reg. iur. reg. 1. num. 99. & de amitt. poss. gloss. 3. nu. 322.* vbi 14. casus, qui in generali renunciatione non veniunt, & tres, qui veniunt.

Renunciare liti & causæ, non est renun- 174
ciare iuri sibi competenti: nam aliud est renunciare liti, aliud iuri: renunciare tamen causæ, est renunciare liti: *Seb. Med. de amitt. poss. gloss. 3. numer. 319. fol. 770.* quæ quidem renunciatio potest fieri parte absente: *ibid.* Nec non potest fieri renunciatio vnius actionis propositæ, saluo Iure proponendi aliam: *ibid.* & renunciatio instantiæ & actioni in totum, dummodò fiat coram iudice causæ; aliâs non valet: *ibid.*

ibid. & tunc pœnitere non poterit, & ad litem redire: ibid. nisi sit minor vel Ecclesiæ, quæ restituatur aduersus renunciationem: ibid. ¶ Renuncians tamen liti, non videtur fateri aduersario fouere ius, licet sibi præiudicet: ibid. Condemnari autem debet in expensis, nisi causa de nouo superueniat: ibid. Item renunciatio litis non requirit causam: ibid. n.320. nisi fiat ab antiquo administratore. Et fieri non potest in præiudicium aduersarij: ibid. Et causa facta, nõ statim cogitur renuncians, per iudicem ad satisfaciendũ aduersario: ibid. ¶ Qui renunciat liti, & causæ videtur renunciare instantiæ, & non iuri: ideo per aliam instantiam denuò agere potest, sine metu exceptionis renunciationis: Capyc. dec. 156. n. 17. & 18.

175 Liti renuncians, non tantùm instantiæ, sed toti causæ & omni iuri, quod in iudiciũ deduxit, renunciasse censetur, etiamsi ob causam de futuro renunciatio facta fuisset: Moll. lib. 4. semestr. c. 1. n. 3. ¶ Renuncians exceptionibus, nõ intelligitur renunciare, exceptionis causam ab aduersario habentib. Seraph. priuil. 10. n. 9.

176 Renunciatio præiudicat, rebus sic stantibus & permanentibus: c. peruenit 2. de iureiur. ¶ De hac clausula, rebus sic stantibus, quæ etiam in iuramento intelligitur, vide multa suprà in verb. clausula, & in verb. iuramentum. ¶ Absurdum est, quem redire ad hoc, cui renunciauit: l. si quis iusiurandum, C. de iureiur. ¶ Expressè renunciare iuri suo, & scienter tacere per annum & diem, de iure Saxonum paria sunt: lib. 1. art. 34. vbi text. cum gloss. Et quicunq; per annum & diem possedit sine iusta contradictione, bonam in eis habet & iustam possessionem: in Spec. Saxo. lib. 2. art. 44.

177 Renunciare iuri & fauori suo vnusquisq; potest: l. penul. C. de pact. l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. iudic. l. pactum, quòd inter hæredem, ff. de pact. vbi locus ordinarius, vide ad hoc Soc. vbi 10. limitationes habes, in reg. 339. ¶ An iuribus pro se introductis quis renunciare possit, vide gloss. in Auth. vt sine probi. ma. deb. vel cred. vide suprà in verb. ius. ¶ Hoc fallit in criminalibus. In his enim reus suis defensionibus renunciare non potest: l. si non defendantur, ff. de pœn. gl. in d. l. pactum, quod inter, de pact. Iason. vide in Auth. iubemus, C. de Iudic. Bart. in l. publicas, de publ. iudic. Dec. in l. 1. in 2. colu. C. qui admitt. vbi limitat. ¶ Quando vni competunt duo iura, vni renunciando non videtur alij renunciare: l. si domus, vbi not. Bart. ff. de seruit. vrb. præd. l. si mihi, eod. tit. & l. hæres meus, de cond. & demonst. vide Ias. in l. vnic. in 6. not. C. quando non petent. part. ¶ An post renunciationem litis vel actionis postea quis agere possit, vide Petr. not. 11.

Renunciatio simplex iuri de futuro non valet: l. is qui hæres, de acq. hæred. vide Soc. in regul. 338. ¶ Renunciatio iuri de futuro, extra iudicium est nulla: l. si ita scriptum, §. si sub conditione, de leg. no. Bart. in l. postquam liti, C. de pact. Sed si fiat in iudicio, est valida: gloss. fin. in l. in plurium, ff. de acq. hæred. gloss. in l. 1. de curat. bon. dand. vide Io. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. col. 9. ibi vltimò possunt, ff. de verb. oblig. ¶ An ad hoc, vt valeat renunciatio iuris alicuius: necesse sit, vt renuncians sit de hoc iure specialiter certioratus, vide Io. Petr. Ferr. in pract. in form. libell. contra plures reos deb. fol. 134. col. 3. 178

De Renunciatione successionis.

Filia renuncians, cum iuramento hæreditati paternæ, ampliùs succedere non potest: text. est in c. quamuis, de pactis, in 6. sed istius regulæ vel Theoricæ, vide limitationes seu fallentias per Socin. in regulis fallenti. reg. 194. ¶ Et de ista iurata renunciatione hæreditatis, & an filiæ contra eã venire possint, docuit VVesenbe. in consi. 23. parte 1. & ibi multa habes de vi & efficacia iuramenti, etiam vt hæredes istud teneant: Decianus latè in consi. 6. volum. 1. per totum. Item, de Renunciatione successionis maternæ, & quatenus ea filiæ in auita hæreditate obstet, (quatenus videlicet successionis, non quatenus suo iure filij renunciantis veniunt.) consuluit idem VVesenbec. consi. 11. parte 1. 179

Sed in foro Saxonico quomodo successionis possit fieri renunciatio, (nimirum in iudicio, vel extra iudicium, adhibitis tamen testibus.) ita vt teneat, habetur in tex. Arti. 13. lib. 1. Landr. & ibidem in addi. latina, litera F. & vide consil. Schurff. 74. cent. 1. incip. Auxilio domini. 180

Et de renunciatione futuræ successionis, an valeat, vide, quæ notauit Zas. in l. stipulatio hoc modo, ff. de verbor. obligat. vbi tractauit de pactis futuræ successionis. ¶ Nota tamen, quòd renunciatio successionis paternæ, etiam iuramento formata: non prohibeat, quin possit quis petere legitimam, eiúsue supplementum: nisi specialiter sit renunciatum: Mynsing. in obserua. 36. cent. 1. obseruationum: Schurff. in cons. 96. cent. 1. num. 1. optimè Decian. in d. consil. 6. volum. 1. idem Decianus de fratre, renunciante hæreditati, feudo & fideicommisso, cum iuramento, consil. 39. volum. 2. 181

Quatenus eiusmodi renunciationes valeant: & quæ requirantur, vt coniunctim vel separatim quæque per se valeat, vide per Decian. Et optima docuit de læsione enormissima: renunciationem dolosè extortam, etiam iuramento firmatã, non subsistere, ne iuramentũ iniquitatis sit vinculũ: 182

c. quanto de iureiur. Deci. ibi in consi. 39. num. 10. vol. 2. & ibi inuenies, quibus alijs rationibus renunciationes, etiam iuramento vallatæ, possint impugnari: num. 14. & in sequ. Afflict. decis. 118. num. 3. vbi videndum latiùs. ¶ De Renunciatione successionis in feudo, (renunciauit quis successioni in parte feudi paterni fratribus suis, postea filius renunciantis vult succedere patruo suo: quæritur, quid iuris?) pulcherrimè disputat & decidit, (quòd non, ex dispositione iuris Saxonici.) VVesenbe. in consi. 15. parte 1.

183 Nota: legibus prohibitiuis non potest renunciari: Barto. notabiliter in l. de his, ff. de transactio. ¶ Videtur tamen magis communiter cōcludi, quòd talibus legibus possit renunciari cum iuramento: Imol. in c. cùm contingat, de iureiur. Petr. de Rauen. in suo aureo Alphabeto, litera N. versi. ne fideiussores dotium dentur? de hac renunciatione vide gloss. in l. libertorum, C. de testib. in Authen. imò, C. de actio. & obliga.

184 Sed pro sustinenda renunciatione hac, quòd valeat, conclusit iste Decianus in d. consi. 39. num. 39. vsq. ad finem, per multa ingentia & vtilissima, de quibus ibi videre licet. ¶ Renunciatio autem non habet locum, nisi de illius expressione probetur: nam cùm sit donatio & dilapidatio, non præsumitur: Decian. in consi. 45. vol. 2. num. 4. & in sequen.

185 De renunciatione successionis, Capyc. decis. 159. ¶ Si pater minus relinquit filio, vel donat per legitimā, atque paciscatur, vt sit cōtentus cum reo, necesse est, vt filius in specie renunciet legitimæ, non in genere vel per verba æquipollentia: Raud. de analog. lib. 1. c. 34. n. 199. Vide resol. Teub. quæst. 3. fol. 10. Seraph. de iuram. priuil. 70. n. 10. & seqq. Gabriel de leg. conclu. 8. ¶ Renunciatio facta à sorore pacto adiecto, quòd mortuo Titio & Sempronio sine liberis, liceat sibi redire ad bona sua: an subsistat mortuo vno istorum liberis, ita vt altero superueniente à mortui hæreditate excludatur, Tess. dec. 189. ¶ De pacto renunciatiuo, Dauth. de testam. tit. de mutando testam. potest. nu. 104. fol. 156. ¶ Filiæ maritatæ debetur legitima per patrem in bonis maternis: Viuius decis. 187. lib. 1. ¶ Filia donata à patre vel fratre de bonis paternis cum renunciatione, succedit fratri ab intestato, quamuis bona paterna peruenissent ad fratrem: Viuius decis. 188. lib. 1.

De Reo & de eius defensionibus.

186 REus alius est necessarius, alius voluntarius: necessarius est, qui inuitus trahitur ad iudicium, & conuenitur: de quo in l. interstipulantem. §. si Stichum, ff. de verb. oblig. Innocen. in c. cum inter, de exceptio.

Alius est reus voluntarius, qui fortè comparet in iudicio pro suo interesse, & iste debet paratus venire ad iudicium, sicut actor: aliàs repellitur: Abb. Felin. & alij in d. c. cum inter, de exceptio.

Rei fauorabiliores potius, quàm actores habentur: l. 125. de R. I. in caussæ decisione: non tamen in præparatorijs iudiciorū: l. 8. qui satisdar. lib. 66. de Iudicijs, l. 85. §. 1. de v. obl. in media verò caussa actor reo edere tenetur: non econtrà: l. 4. 5. C. de edendo, ad caussæ decisionem id pertinet: nā illo non probante reus absoluitur. Fauorabiliores igitur rei, in re dubia, & testimonijs hinc & inde paribus: aliud est, si pro actore plenè sit probatum, tunc enim lis dubia esse desinit, cùm certa apparet: vide Gothofr. ad d. l. 125. de Reg. Iur. 187

Sed quòd competant reo necessario defensiones, ratione sui priuilegij, ratione iudicis, respectu sui status, dignitatis, officij, negocij, ætatis, conditionis, infirmitatis, fori: & quòd sit paratus soluere, ista omnia tradit Specula. in titu. de reo, per totum. Adde quòd etiam ratione sexus exceptio opponi possit: puta, quia mulier vel fœmina vult ad iudicium trahi, & petit se restitui: Arti. 46. lib. 1. LandRecht. 188

Et ad hoc potest induci, quod traditur, quòd reo nō possit obijci inhabilitas: quia quilibet potest cōparere in iudicio, respondere ad actionem, & se defendere: quia defensio est iuris naturalis, quæ nemini debet auferri: l. vt vim, ff. de iusti. & iure. Abb. in c. 1. in 4. notab. de causar. posses. & propriet. Quia eo ipso reus trahitur per actorem ad iudicium, persona eius satis est habilitata: Innoc. in c. cùm inter, de exceptio. Igitur, qui velis mulierem vel fœminam trahere ad iudicium, petas ipsi constitui curatorem ad lites, quem facias citari ad iudiciū: aliàs videris approbasse personā mulieris, & facile potest corruere iudicium: tex. est & ibi faciunt addi. glossæ & apostillæ d. Arti. 46. lib. 1. Landr. Chilia. Kön. in suo processu, in cap. 8. de reo. 189

De Repetitione.

PRælegatum, factum in institutione, videtur repetitum in substitutione, inter easdem personas: & de probanda & præsumenda repetitione, multa bona consuluit Decian. in consi. 102. vol. 2. num. 9. & in seqq. & ibi inuenies, in quibus casibus non censeatur facta repetitio: idem Decia. docuit de repetitione præsumenda, inuenienda, vel non, in consil. 34. volum. 3. num. 108. & in multis sequentibus. De repetitione qualitatis, an & quando, posita in vna dispositione, censeatur esse repetita in secunda dispo- 190

dispositione, vel non, *Menoch. cons. 111. volum. 2. num. 24.*

De Repressalijs.

191 Repressaliarum vsum non nouitia receptum esse cõsuetudine, quod Bartolus voluit, sed à vetustissimis Romanis legibus radicem sumsisse, tradidit Zasius *in l. 2. §. & ita leges, ff. de orig. iur.* vocabulum tamen ipsum fœdum & barbarum: *Geyl. de pignorat: obseru. 2. vide etiam Henning. Göd. consil. 5. de iur. ciuit. n. 38.*

192 Bartolus, *in tractatu suo repressaliarum*, tractauit hanc materiam per decem quæstiones principales, quas per particulares quæstiones clarè & benè examinauit.

1. Quærit, an repressaliæ sint licitæ; & circa istam quæstionem primam principalem examinat: primò, an sint licitæ in foro conscientiæ? (*quòd sic, modò absit animus iniquus, & omnia requisita concurrant.*) 2. An sint licitæ in foro ciuili? 3. An statuta super repressalijs possint fieri licitè, vltra casus à iure communi permissos, & an extendant se ad non subditos? 4. An statuta, quæ circa hanc materiam repressaliarum fiant, possint exerceri extra territorium? 5. An per pactum repressaliæ possint fieri licitè?

193 Secunda principalis quæstio est de causis concedendarum repressaliarum, quare scilicet possint concedi? Et conceduntur, quando gens vel populus iusticiam facere neglexerit vel recusauerit, & superioris copia haberi non possit: oriuntur quæst. quinque. Primò, quis debeat requirere dominum, populum seu gentem, vt faciat iustitiam? 2. An possit requiri, vt alterius iudicis iurisdictionem proroget, vel arbitros eligat, cùm in dicta ciuitate nequeat actor litigare securè? 3. Quis requiratur, vt iustitiam faciat? 4. Quæ iniustitia sit sufficiens causa concedendarum repressaliarum? 5. Quomodo intelligatur, quòd superioris copia haberi non possit? *VVesenbe. in consi. 46. parte 1. vide F. Schenck. & alios feudistas, in §. illud tamen, n. 4. quæ fuit prin. causa benef. amitt. in vsib. feud. lib. 2.*

194 Tertia principalis est quæstio, per quem iudicem repressaliæ possint concedi? Circa quam quærit: 1. Quo iure adeatur quis, vt concedat repressalias? 2. Quis sit ille iudex, (*Supremus videlicet magistratus, adeò vt eò inclinet, nec electores quidẽ repressalias concedere posse*) cuius potestas debeat implorari pro repressalijs cõcedendis? *VVes. in d. cons. 46. par. 1. vide eund. Schenc. n. 5. & alios Dd. in d. §. illud tamẽ.*

195 Quarta principalis quæstio est, qualiter & quo ordine repressaliæ concedantur? circa quod quæruntur plura: 1. quo ordine cõcedantur ab eo, qui recognoscit superiorem? 2. quis sit ordo, quando petuntur ab his, quibus est concessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius Domini? 3. Parte requisita, quis possit comparere ad defensionẽ, ne repressaliæ concedantur? 4. Si aliquis compareat, quibus defensionibus vti possit? 5. Qualiter iniustitia facta, vel iustitia denegata probetur? 6. An, quãdo repressaliȩ cõceduntur, permittatur capi & detineri, vt ex primo & secundo decreto?

Quinta principalis quȩstio formatur, quibus repressaliæ sint concedendæ? Circa quòd quæruntur sequentia: 1. Quando repressaliæ sint concedendæ, an sint concedendæ incolis? 2. An ciuibus nõ subiectis iurisdictioni seculari, & non facientib. factiones communes, sint repressaliæ concedendæ? 3. An ciuibus nostris ex conuentione possint concedi repressaliæ cõtra ciuitatem originis, vel econtra? 4. An ei, qui (postquam passus est iniuriam vel iniustitiam) factus est ciuis, sint repressaliæ concedendæ? 5. Quid de his, qui pro ciuibus habentur ex lege, vel statuto? 6. Quæritur, si ciues vnius ciuitatis, in alia debent tractari, vt ciues illius ciuitatis ex pacto vel statuto, an ibi possint petere repressalias contra tertiam ciuitatem? 196

Sexta principalis quæstio est, contra quos repressaliæ concedantur? circa quod quæritur: 1. An contra rectorem ciuitatis forensem, qui iniustitiam fecit, vel iustitiam facere denegauit, possint concedi repressaliæ? 2. An contra officiales dictæ potestatis seu rectores possint dari? 3. An contra Consules, vel priores ciuitatis? 4. An contra singulares homines, vel priuatos incolas, qui non sunt de consulibus, rectoribus, vel prioribus ciuitatis, concedantur repressaliæ? 5. Vtrùm possint concedi contra homines subditarum terrarum, quò ad quædã, non simpliciter? 6. Vtrùm repressaliæ possint concedi cõtra certũ genus hominũ ciuitatis, denegantis facere iustitiam? 197

Septima principalis quæstio, si repressaliæ simpliciter concedantur contra homines & personas alicuius terræ, cõtra quas personas possint exerceri? & quæruntur circa illam quæstionẽ plura: 1. An cõtra incolã ciuitatis possint exerceri? 2. An cõtra ciues illius ciuitatis alibi morã trahẽtis? 3. An repressaliȩ possint exerceri contra ciues illius ciuitatis, qui sunt ciues vel incolæ illi⁹ ciuitatis? 4. An repressaliæ possint executioni mandari contra mulieres? 5. An contra Clericos? 6. An contra Scholares? 7. An cõtra ambasiatores? 8. An contra euntes ad nundinas? 9. An cõtra euntes ad indulgẽtias? 10. Vtrùm contra homines nauigantes, qui vi ventorum impelluntur in aliquẽ locum? contra hos an repressaliæ possint exerceri, vide, 11. An contra eos, qui in ius 198

vocan-

vocantur? ibi in hac quæstione vide de eo, qui duceret vxorem,& de vna ciuitate ad aliam faceret nuptias: item si aliquis iret ab vna ciuitate ad aliã ad funus consanguinei, si quis esset furiosus,vel infans,vel impubes: quia contra tales repressaliæ non possent exerceri: *allegat l. 2. & 3. & l. impubes, ff. de in ius vocand.*

199 Octaua principalis quæstio est, si repressaliæ simpliciter concedantur, contra quas res posint cõcedi? & examinantur sequentia dubia: 1. An res dictarum personarũ, contra quas non possunt exerceri repressaliæ,posint pro repressalijs capi. 2. Si dictæ personæ,contra quas non possunt exerceri repressaliæ, captent res alienarum personarũ,cõtra quas posint exerceri? 3. An posint capi res existentes in territorio ciuitatis,contra quam repressalię conceduntur, & duci ad ciuitatem concedentis? 4. An posint capi res sitæ in territorio alterius terræ ciuitatis, scribendo iudici illius ciuitatis?

200 Nona quæstio principalis, qualiter repressaliæ exerceantur? 1. An quis posit capere homines, & res vrgere repressaliarum per se, an per ministros? 2. An homines &res captas teneatur quis iudici præsentare, an verò posint in suo priuato carcere & custodia retineri? 3. Qualiter res captę vendantur & æstimẽtur,ita vt sibi quis eas accipiat in solutum? 4. An repressaliæ posint exerceri, capiendo homines, & res in die feriata, etiam in honorem Dei? 5. Si aliquis vult defendere se,& res suas occasione repressaliarum captas,qualis cognitio debeat adhiberi?

201 Decima principalis quæstio, de remedijs exacti per repressalias: circa illa quæruntur plura: 1. An exacto succurratur in ciuitate propria, contra illum priuatum, cuius occasione concessæ sunt repressaliæ? 2. An exacto succurratur contra rectorem, qui neglexit facere iustitiam? 3. An talis exactus posit sine alia concesione capere homines & res ciuitatis, in qua iste captus fuit, exactus occasione repressaliarum? Sic volui notare quæstiones Bartoli in hac materia repressaliarum,& remitto lectorem ad istarum quæstionum examinationes d. Dn. Bartoli, & inueniet occasionem cogitandi de ipsa materia, & de incidentibus circa illam: *vide tractatũ repressaliarum Ioan. de Lignat, & Bertach. in suo repertorio, litera R. versi. repressaliæ. Vide VVesenbe. in d. consi.46. parte 1. per totum.* ¶ Et duo esse probanda, vt posit decerni à sequestrato, 1. Quòd iusta subsit causa. 2. Vt causa illa cognita fiat, *consil. d. VVesenbec. in consilio. 48. parte 1. num. 32.*

Repressaliæ non sunt de iure ciuili aut canonico permissæ:& quæ sit iusta caussa concedendi repressalias, *Guid. Papæ decis.32.* & an superior primò adeundus: *decis.33.* repressaliæ possunt concedi contra clericos & quomodo: item contra eum, cuius culpa conceduntur: *dec.34. Vide pulcrè Coler. de process. execut. p. 1. c.2. n. 269. vsq. ad fin.* 202

Repressaliæ concedi possunt contra ciuitatem, quæ denegat facere iustitiam, si non potest haberi recursus ad superiorem: *Bart. in l. generali, C. de Decur. lib. 10.* Imò propter solũ delictũ iudicis, puniuntur omnes ciues ciuitatis: proinde & propter negatam à iudice iustitiam possunt repressaliæ concedi contra omnes ciues: *ita dixit Bart. in l. fin. C. naui. seu naucl. lib. 11. & ibi Io. de Plat. & per Bart. in tract. repress. in 6. q. princ.* ¶ Quia factum iudicis factum populi censetur,& imputatur, cur talem huic officio propoluerunt. Hinc etiam videmus econtra, quòd, vbicunq; offenditur iurisdictio iudicis,quilibet de populo agere potest: *l si quis id quod, vbi Ias. in princ. not. post Bald. & Dyn. ff. de iurisd. omn. iudic.* ¶ An autem & quando & in quib. casibus posint repressaliæ concedi, & quæ requirantur ad eas concedendas,& an si iniustè concedantur, impetrans teneatur, *vide per Fel. in c. Rudolphus, de Rescript. & ibidem remissi. in Apostill. vide Bart. in l. 1. in 2. col. in princ. ff. quod quisq; iur.* 203

De Repugnantibus.

NOta: Repugnantia in omni materia est euitanda per distinctionem, si fieri posit: *Alex. in l. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est, eximat, & per illum Sylua. in consi. 63. num. 20. parte 2.* 204

De Residuis.

APpellatione residui totum continetur, quando non reperitur pars, in cuius defectum posit verbum illud verificari *Alexan. de Imo. in l. 2. C. de hæredi. instituen.* vel sic appellatione residui venit id totum, quod supererat: *idem Alexan. de Imo. in consi. 26. vol. 4. per d. l. 2. C. de hære. insti. facit l. vxori, in prin. ff. de lega. 3. cum ibi notatis: & l. qui non militabat, §. fina. cum duabus ll. sequentibus, ff. de hæred. instituen.* 205

De Restitutione in integrum.

QVid sit in integrum restitutio, nempè prioris status, vel iuris, vel audientiæ redintegratio, *c. ex literis, ext. de in integ. resti. l. 1. C. de sententiam passu.* ¶ Quis & quando posit in integrnm restitutionem petere, qualiter in integrum restitutio petatur, intra quod tempus restitutio danda sit, quis posit in integrum restituere, & de effectu restitu-

restitutionis in integrum: *vide Specul. in titu. de restitutione in integrum, per totum, parte 2.* vide Decian. aliqua consulentem de restitutione à principe facta, quousque se extendat: *alia bona in cons. 23. num. 57. & in sequentibus, vol. 1.*

207 Qualiter pro petitione restitutionis in integrum, formentur libelli ab actore, & defensiones à reo, vide eundem Specul. *in tit. de in integr. restitu. per totum, parte 4.* & ad ista, vide Mynsing. *in obseru. 18. cent. 4.* Vbi docet, restitutio in integrum quale sit beneficium, an personale vel (*Crebrius in Camera obtinuit reale esse.*) reale? &, distinguendo benè, docet: item tradit, quæ in restitutionis libello sint necessaria. (*probanda est minor ætas, læsio, & quòd dolo vel facilitate aduersarij contigerit. Nam tempora restitutionis in integrum nondum esse lapsa non cogitur probare actor, sed reus lapsa illa esse probabit.*) & *in seqq. obserua. 19.* docet de istius beneficij transitione, an videlicet tam transeat in hæredes, quàm in successores vniuersales? (*Respondetur, etiam in alios successores vniuersales transire, veluti in eum: cui restituta est hæreditas.*)

208 De tempore isto quadriennij petendæ restitutionis, & de instantia in isto, & in alijs casibus, de iure ciuili, & de iure Cameræ Imperialis, (*quo iure Mynsing. ait quadriennij tempus non obseruari.*) vide Mynsing. *in obseru. 51. cent. 1.* Nota: semper restitutio tantum restituit, quantum id, aduersus quod restitutio petitur, abstulit: *Barto. in l. fin. col. 3. C. de senten. pass. per c. venerabili, & per notata Abba. ibidem, de offi. delegat.* non enim dicitur, quis restitutus, nisi consequatur plenam restitutionem, & sic, vt etiam fructus restituantur: de fructuum autem restitutione, *vide tex. in l. in condemnatione, §. cum verbum, ibidem Decium & apost. ff. de reg. iuris.*

209 Volens petere restitutionem in integrū, tanquam procurator, non admittitur cum generali mandato, sed requiritur, quòd ad hoc habeat speciale: affirmat & assignat rationes Mynsing. *in obserua. 26. cent. 2. obserua. Came. Imperia. Menoch. in cons. 100. vol. num. 291. & in sequentibus,* ibi multa bona de restitutione minoris ex clausula saltem generali, si quæ mihi iusta causa, quo tempore petenda, & personaliter quòd petatur non per procuratorem, nisi ad hoc speciale mandatum habentem: & *nota ibi 301.* quòd nullitatis iudicium & petitio restitutionis in integrum se non compatiantur, sed vnum alterum quòd excludat. (*Eodem tamen libello proponi possunt, ex sententia Guid. quam Domini Camerales secuti sunt, sicut etiam restitutio in integrum & rei vendicatio rectè coniunguntur, quæ opinio communis est: Mynsinge. obserua. 25. centu. 2.*)

Sed læso vltra dimidium iusti precij, per 210 compromissum vel transactionem, quòd competat restitutio, dixit Mynsing. *secundùm alios in obseruat. 33. centu. 1.* (*Geyl. tamen 20. obserua. pract. 70. negatiuam in Camera approbatam esse docet: modò vera sit non ficta transactio, neque dolus verus vel præsumptus intercesserit.*) ¶ Ecclesia & minor, an & quando contra tres conformes sententias possint petere restitutionem, & an impediat executionem, (*non impediri executionem, nec locum restitutioni esse Bald. voluit, propter præsumptam à iure calumniam, atque ita sæpè in Camera iudicatum est: sanè præsumptione eâ cessante, contrariam Saliceti opinionem Camera secuta est.*) notauit, quid iuris & quid sequutum in Cam. Imperiali, Mynsing. *in obserua. 84. cent. 3.*

Quatenus & quando contra contractus, 211 & rationes maiorum fratrum, minoribus fratribus detur in integrū restitutio, *optimè docuit & consuluit VVes. in cons. 3. par. 1. suo consilio.*

Sed petitio restitutionis in integrum, an 212 faciat differre executionem, (*Impedit eam, nisi calumniæ præsumptionis subsint, quo casu præstita à victore cautione, sententia executioni mandatur.*) declarauit idem Mynsing. *in obserua. 48. cent. 1.* & ibi idem, quid de supplicatione. (*Non impedit restitutionem.*)

Et quo ordine (*Plenario nimirum, adeoque lis contestanda erit, etiam parte altera per contumaciam absente.*) procedatur in obtinendo 213 beneficio restitutionis in integrum, docuit idem Mynsinge. *in obserua. sequenti 49. cent. 1.* ¶ Sed in hac materia venit notandū, quòd restitutio secundaria sine nouis defensionibus non concedatur: *l. vlti. C. si sæpiùs in integ. restitu. postu. neque in Came. Impe. d. Dn. Mynsinge. in obserua. 52. cent. 1.* & ibi remissiuè, quæ dicantur nouæ defensiones. Restitutionem non dari contra præscriptionem, ex capite ignorantiæ, conclusum est in constitu. *Elect. Saxo. Arti. 9. parte 2.*

Restitutus à Principe an recuperet fru- 214 ctus, medio tempore perceptos, *Fach. lib. 1. controuers. iur. c. 38.* ¶ Vtrum restitutus recuperet hæreditatem alteri delatam, *Fachin. lib. 1. controu. c. 39.* ¶ Restitutio in integrum in quibus casibus detur, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 33. n. 131. vsque ad 138. & n. 206.* ¶ Quibus restitutio in integrum detur, *Med. de cons. poss. gl. 2. p. 3. n. 190. fol. 684. & n. seqq.* vtpote minori 25. ann. *n. 190.* furioso: *191.* prodigo: *n. 192.* muto, surdo, vel simili morbo laboranti: *n. 293.* miserabili personæ: *n. 194.* Ecclesiæ: *n. 195.* Reip. villæ, castro, vniuersitati, collegio, fisco: *n. 196.* Rusticis: *n. 197.* vbi lim. 14. & ampl. 7. *n. 198.* mulierib. *199.* militib. *n. 202. & seqq.* vbi ampl. & lim. infirmo: *n. 204.* occupato circa plura negotia: *num. 205.* excommunicato: *n. 206.* bannito: *n. 207.*

rele-

relegato: *n. 208.* carcerato: *n. 209.* detento à latronibus: *n. 210.* iuranti non discedere de loco, propter metum periurij: *n. 211.* litiganti in alio loco, vbi adesse compellitur, si alibi reperitur: *n. 212.* Peregrino ex voto: *n. 213.* Scholari absenti: *n. 214.* mercatori caussa mercaturæ absenti: *n. 215.* forensi propter ignorantiam iuris municipalis: *n. 216.* absenti: *n. 217.*

215 De caussis, quibus restitui quis possit, *Medic. de consf. poss. gl. 2. p. 3. n. 220. & sequentib. fol. 691.* ¶ Restituere qui possint, *Med. de conf. poss. gl. 2. p. 3. n. 234. vsq. ad 251. fol. 694.* & qui non possint, *n. 251. & seqq. fol. 695.* ¶ Restitutionem rectè petit minor cum tutoris autoritate: *Seb. Med. d. lo. n. 255. fol. 696.* item tutor vel curator: *n. 256.* Syndicus: *n. 257.* Oeconomus & prælatus Ecclesiæ: *n. 258.* pater pro filio: *n. 259.* procurator, vbi lim. *n. 260.* non potest autem excommunicatus: *n. 261.* item nec bannitus: *n. 262.* item nec consanguineus: *n. 263. vbi lim.* ¶ Restitutio contra quos detur, *Medic. d. lo. n. 264. & seqq. fol. 697.*

216 Restitutio aduersus malè gesta quando debeatur, *Med. d. lo. n. 269. & seqq. fol. 697.* tam minoribus quàm maioribus. Et de restitutione aduersus obligationes ex contractibus descendentes, *d. n. 270. vsq. ad n. 293.* ex quasi contractib. *n. 293. vsq. ad n. 297.* de restit. aduersus vltimas voluntates, *n. 297. vsq. ad n. 311.* aduersus amissam bonor. poss. *n. 312.* aduersus iudicialia, *n. 313. vsq. ad n. 356.* aduersus distractus, *n. 357.* aduersus delicta, *n. 362. & seqq. & ibid. in seqq. n. plures casus aliar. materiarum.* ¶ Restitutio in quibus casib. cesset & quomodo tollatur, *Med. d. lo. n. 382.* ¶ Restitutionis effectus, *Med. d. lo. n. 405.* & quomodo petatur, *ibid.* eius requisita, *n. 405. vsq. ad 414.* effectus, *n. 415.* ¶ Fœmina faciliùs restituitur in integrum, quàm mas: *Pruck. l. in multis, de stat. hom. p. 2. art. 16. vbi declarat.* ¶ Restitutio in integrum minori non datur, nisi sit læsus in aditione hæreditatis omissione inuentarij: *Guid. Papæ dec. 141.* & beneficium restit. in integrum an cedi possit: *ibid. n. 2.* Minor quomodo probetur læsus: & quomodo probetur, facultates non sufficere ad credita: *quæst. 142.*

217 An minori sit concedenda restitutio absque alia læsionis probatione, *Ioseph. Ludou. concl. 49. Gabr. lib. 2. de min. concl. 1.* ¶ Coram quo iudice restitutio petenda, *Couar. var. resol. c. 4. lib. 1.* ¶ Minore enormiter læso in spiritualib. an is restituend. *Couar. var. Resol. c. 5. lib. 1.* ¶ Restitutio in integrum an à Iudice ex officio possit fieri: *Asin. de execut. §. 3. c. 190.* ¶ Ex officio in spoliatione potest inquirere: *c. 92.*

De restitutione in integrum aduersus præsumtionem iuris, & de iure, *Menoch. lib. 1. præs. quæst. 70. 71. 72. 73. 74.* ¶ Renunciari potest restitutioni in integrum: *Med. de conseru. poss. fol. mihi 712. n. 401.* ¶ An tempus restitutionis in integrum, sit quadriennium continuum, *Mynsing. cent. 1. obseru. 51.* ¶ Restitutio secundaria sine nouis defensionibus nō conceditur: *obserua. 52.* ¶ Sit ne habenda ratio fructuum in restitutione, quæ in integrum caussa ætatis fit, *Couar. Var. resol. c. 3. lib. 1.* 218

219 Numquid hodie magistratus municipales in integrum restituant, *Vand. lib. 1. quæst. 22.* ¶ Restitutio per viam gratiæ à Principe concessa condemnato, non trahitur ad bona medio tempore alienata: Secus, si facta fuerit per viam iustitiæ, condemnato pro asserto delicto, non prætextu alterius iuris: *Plot. de in lit. iur. §. 1. n. 5.*

220 Restitutio in integrum an detur minori post publicationem attestationum, vt de nouo testes producat, itē, an maior, si ignorauit se habere testes, & post deducta testificata primùm cognouit se habere, an in integrum restitui debeat ex clausula generali, *l. 1. §. fin. ex quib. caus. mai. vide in verb. Testis, & in verbo minor, & in verb. ignorantia.* ¶ Restitutio in integrum, ex edicto, ex quib. caussis maiores, est fauorabilior restitutione, quę competit ex edicto de minoribus: quia illa est magis fundata in priuilegio speciali, cùm solis minoribus conueniat, & sic odiosa, & restringenda: *l. ius singulare. de L L.* ¶ Sed altera est fundata in iure communi. Nam omnibus competit, dummodò subsit caussa probabilis: *vide Alex. post gl. in l. cum quidam, de acq. hæred.* Contrarium consuluit Curt. *cons. 18. col. 3. in fin.* ¶ Restitutio rei, si agatur rei vendicatione, an veniat officio iudicis vel iure actionis, *vide latè post Bart. Modern. Ias. & Carol. in l. si prius, in 17. col. de oper. no. nunc.*

221 Restitutio in integrum debet peti infra quadriennium à quibuscunque, quo elapso peti non potest: *l. fin. C. de temp. in integr. rest. pet. c. 1. de rest. lib. 6.* ¶ Hic nota, quòd tale tempus quadriennij, quoad initium, est vtile: *vt probatur in d. l. fin. in vers. quemadmodum, ita dicit Bald. not. in l. falsam, C. si ex fals. instru. & ideò secundùm Alex. in cons. 39. vol. 2. num. 17.* Si quis probabiliter ignorans se læsum, stetetit per centum annos, quòd restitutionem non petierit, semper poterit illam petere: *secundùm Bald. in d. l. falsam.* ¶ De hoc quadriennio quòd sit vtile, & quid si maior succedat minori, *vide Francisc. Curt. cons. 6. fol. 78. col. 2. in fin. Vide ad hoc Bart. & Alex. in l. cum filius, §. ne hac, de verb. oblig. Bart. in l. 1. §. si quis autem, de itin. actuq. priu. vide suprà in verb. ignorantia.* ¶ Ad hoc, quòd restitutio competat,

tat, oportet quòd minor probet, se læsum, vel dolo aduersarij, vel ætatis facilitate: Nec decretum iudicis impedit restitutionem: item formam libellandi, *vide per Franc. Curt. consi. 6. fol. 77. col. 3.* ¶ Petens restitutionem in integrum, aduersùs contractum mero iure validum: debet satisfacere de omnibus impensis siue melioramentis, tam necessarijs, quàm vtilibus: aliàs non potest obtinere: *l. intra vtile, §. 1. de minor. & in c. 1. vbi omnes can. de in integr. rest. vide Curt. in d. consil. 6. fol. 78. col. 4.*

222 Restitutionis beneficium, iuramentum excludit etiam minorum: *vide Curt. consi. 18. colum. 3. prope fin. colam.* ¶ Restitutio in integrum debet peti officio iudicis, non iure actionis. ¶ Item minor læsus etiam sine dolo aduersarij restituitur. ¶ Restitutionis beneficium ad hæredes transfertur. ¶ Loco anni vtilis hodie est surrogatum quadriennium continuum ad petendam restitutionem in integrum: *de his omnibus vide Hieron. Schurff. in consi. 28.* ¶ Restitutio in integrum datur huic, contra quem præscriptũ est ratione ignorantiæ: *Hier. Schurff. in consi. 61. n. 10.*

De Rescripto.

223 DE rescripti præsentatione, vide Specu. *in tit. de competen. iudicis aditio. §. viso cui, n. 1. versi. si autem iudex:* deq; eius receptione eundem Spec. *in Rubr. tit. de rescripti præsentatione, receptione & impugnatione.* De multiplici eius impugnatione. 1. Ratione falsi. 2. Quomodo impugnetur ratione formæ. 3. Ratione impetrantis. 4. Ratione eius, ad quem impetratur. 5. Ratione eius, contra quem impetratur. 6. Ratione quoq; defectus, seu taciturnitatis primi rescripti, vel alicuius alius articuli, impugnatur. 7. Ratione causæ: *Spec. in d. tot. tit. de rescripti præsentatione, receptione, & impugnatione.* Adde: impugnatur etiam rescriptum ratione præsentationis, quia iudici incompetenti est præsentatum: præsumitur enim obreptitiè impetratum: *Ioan. de Platea in l. si quis per diuinam, C. de aquæ ductu, per gloss. in verb. elicitum.* Sic etiam priuilegij præsentatio facit hoc præsumi: *per d. gloss. Lud. Roma. in sing. suo 818. incip. præsentatio.* Idem in publicatione & insinuatione testamenti: *l. testamenta, & l. consulta diualia 23. C. de testamen.* Imò quòd rescriptum subrepticium nullũ possit operari effectum, *consuluit Decian. in consil. 98. volum. 2.*

224 Et rescriptum causæ auocatorium, quòd nullam tribuat iurisdictionem: & conditionale rescriptũ quòd non valeat, nisi cognitione existente & impleta: *consuluit d. Decian. in consi. 35. vol. 3.* Nota: rescriptum seu priuilegium contra ius Dei, Euangelistarũ, Apostolorum, Prophetarum: contra ius humanum, vel vtilitatem publicã, per mendacium, seu tacita veritate impetratũ: quatenus valeat, vel non: & rescriptum vel priuilegium impetratum, vt valeat, quid continere debeat, *notatur in titu. C. si contra ius, vel vtilita. publi. & in tit. de diuersis rescriptis, & ibidem docuit Sebast. Brand. in explicatio. titulor.* ¶ Mandata & rescripta, tacitè illam conditionẽ, Si preces veritate nitantur, cõtinent: *per. c. 2. & c. super literis, de rescriptis.*

Et notandum est, quòd semper debeat 225 inseri conditio, Si preces veritate nitantur: & si non monstretur inserta, non valeat rescriptum: *l. vltimo, C. de diuer. rescrip.* Item intelligi debent rescripta cum iusticia, & saluo iure tertij: *notauit Mynsing. in obseru. 8. centu. 4.* ¶ Nota, quòd annotatio dicitur rescriptum principis, proprio motu indultũ. ¶ Pragmatica autem sanctio est, quod princeps consilio procerum statuit & sancit: nec indulgetur super priuatis negocijs singulorum, sed vniuersitatum: *d. Sebast. Brand. in explica. titulorum, tit. C. de diuersis rescript. per l. fin. in §. fin.*

Intentio principis nunquam videtur talis esse, quòd velit iuri alteri quæsito derogare: 226 quia eius rescripta cũ iusticia, & saluo iure tertij, hoc est, ita intelligenda sunt, vt nemini iniuriã faciant, nec ius tertij lædant, sed saluum & illæsum relinquant: *c. sup. eo, §. hoc tuam, de off. iud. deleg. gl. ibid. in v. intentionis, l. nec auus, C. de emanc. l. 2. §. merito, & §. si quis à principe, ff. ne quid in loc. publ. tex. notab. in l. ex facto, ff. de vulg. subst. & Dd. in l. rescript. l. fi. C. si contr. ius.* ¶ Princeps enim non præsumitur velle aliquid statuere cõtra ius: & siquidem aliquid concesserit, hoc præsumitur per importunitatem partis concessisse, & ex falsis narratis supplicantis circumuentum esse: *c. si. De rescript. in 6. & in l. 1. C. de pet. bon. sublator. lib. 10.* ¶ Hinc etiam dicitur, non valere Rescriptum, quo ius alteri aufertur: *l. 1. c. si de mom. possess. furt. appell. l. 1. l. sed etsi, §. 1. de carbon. edict. l. 3. §. hoc de lib. ban. exhib. l. Titia, §. pen. ff. de leg. 3. Fel. in c. veniens, ext. de testib. Cyn. in l. rescripta, l. fi. C. si cont. ius vel vtil. publ. Sichard. in l. prolatam, C. de sentent. & interloc.*

Vide omnino Capram, *tr. reg. vbi variæ quæst.* 227 Pet. *Frid. Mind. lib. 1. de process. in Cam. extrah. c. 15.* ¶ Vide *huc de præceptis fol. 398.* ¶ Rescripto si non pareat quis, causas suppliciter debet significare superiori: *Coler. n. 247. p. 1. c. 2.* Vide item de rescriptis Coler. *p. 3. c. 6. n. 19. & p. 1. c. 2. nu. 231. & seqq. pass.* ¶ Iudex ex officio potest punire impetrantẽ rescriptum obreptitium: *Asin. de exec. §. 3. 199.* ¶ Importunitas petentium, non concedenda impetrat: *c. si. de rescriptis, in 6. & l. fi. C. de pet.*

de pet. bon. sublat. ¶ Rescriptum contra ius impetratum per importunitatem censetur: *Bl. l. 3. de minor.* & est nullum.

228 Mandatum iniustum Principis iudex exequi non debet: *Thessaur. in præfat. decis. n. 24. ibi allegat Bodin. lib. 3. de Repub. c. 4.* ¶ Rescriptum per suggestionem impetratum vitiatur, siue quis scienter siue ignoranter falsa suggesserit: *Schrad. l. admonendo, nu. 17. de iureiur.* ¶ Exceptiones contra rescriptum: *Nepos de Mom. Alb. art. 1. de except.* ¶ Rescriptum cum clausula perinde valere, quomodo interpretandum: *Seb. Medic. de conseru. poss. gl. 2. p. 3. n. 5. 6. 7. 8. 9. 10. fol. 630.* ¶ Rescriptum surrogationis quid continere debeat: *Med. d. lo. n. 11. 12. 13.* ¶ Rescripti impetratio, non facta mentione de sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, non tenet: *Capyc. dec. 69. nu 25.*

229 Rescripti verba non extenduntur vltra in rescripto contenta: *Caualc. decis. 21. in Iudic.* ¶ Rescriptum re integra finitur morte eius, contra quem conceditur: *Capra reg. 34.* ¶ Successor vel hæres an agere vel conueniri possit in vim rescripti per prædecessorẽ impetrati vel in eum obtenti: *Capra reg. 35.* ¶ Rescripta non extenduntur ad causas nouiter ortas: *Capra reg. 36.* ¶ Rescriptorum dato concursu quod sit præferendum: *Capra conclu. 39.* ¶ Rescriptũ si concurrat cum priuilegio, quod præferendum: *Capra concl. 40.* ¶ Surreptio in rescriptis, an vitiet ipso iure, an ope exceptionis: *concl. 41.* ¶ Rescriptum primum, per secundũ faciens inventionem de primo, an tollatur ipso iure, licèt non excipiatur: *concl. 42.* ¶ Processus in vim literarum obreptitiarum agitatus, an valeat: *ibid. concl. 43.* ¶ Taciturnitas quæ inducat surreptionem, & vitiet rescriptum, à quo & qualiter probanda: *Capra reg. 44.*

230 Falsa latinitas quando vitiet scripturam, præsertim in rescriptis: *concl. 45.* Et contra ius quando valeat: *concl. 46.* Et quando contra ius commune: *concl. 47.* ¶ Et vide ibid. plures quæstiones de rescriptis: *conclu. seqq.* ¶ Quando vnum rescriptum alteri præferatur, vel ratione datæ, vel ob prærogatiuam concedentis, vel prius adeptæ possessionis, vel ob horam in vno eorum ascriptã: *Menoch. lib. 2. cent. 5. cas. 48.* ¶ Quæ sint qualitates, quibus non expressis rescripta gratiæ surreptitia dicantur & reddantur: Et ibid. de differentijs rescripti genere vel iustitiæ. Et quid sit surreptio, an ab abreptione differat: *Men. c. 201.* ¶ Et quæ sint qualitates exprimendæ in rescripto iustitiæ: *Menoch. c. 202.* ¶ Qualitates quæ sint exprimendæ in impetratione legitimationis, dispensationis, matrimonij, salui conductus debitoris, ac gratiæ à pœna perpetrati criminis: *Menoch. c. 103.*

Quando negligens quis dicatur in rescripti præsentatione: *c. 104.* ¶ An vitium in exprimenda causa impulsiua, vel ea tacenda contingens, concessioni Principis noceat: *Couar. var. resol. lib. 1. c. 20.* ¶ Rescripta principum præsumi concessa, & iuri & æquitati conuenit: *Men. de præsumpt. lib. 2. præsump. 9.* ¶ Item quando princeps præsumatur rescripsisse secundùm ius commune, vel speciale, *præs. 12.* ¶ Item quando præsumatur concessum ad postulationem partis, quando item motu proprio, *præsum. 13.* ¶ Rescriptum apostol. impetratum, non facta mentione litis pendentiæ coram iudice seculari, super spolio beneficij, an sit surreptitiũ: *Aluarus Valasc. consult. 11. tit. 1.* ¶ Rescripti principis conclusio potiùs attenditur, quã partis petitio: *Viuius dec. 205. lib. 2.* 231

De Reseruatione.

NOta: reseruatio quando est contra naturam actus, & contra legis prohibitionem, non valet: *Ioan. And. in addi. ad Spec. tit. de na. ex libero ventre, in vlt. addi.* Et reseruatio nullum ius de nouo tribuit, sed tantùm cõseruat ius, si quod erat, & nihil prorsus addit: *l. an si quis, §. plerique, ff. de religio. & sump. fu.* Et reseruatione absentib. nihil quæri, *est tex. in l. 2. C. de hæredi. & ac. vendi. Decian. in consi. 13. num. 25. vsque ad finem.* ¶ Sed de bonis reseruatis cui accrescant in donatione, nempe hæredi ab intestato: *sup. dec. de dona. §. alia, n. 94. vide Const. Saxo. par. 3. Art. 2.* aliàs disponitur de reseruato vxoris: *secundùm Art. 31. lib. 1. LandRecht.* 232

Reseruatum principi in declarando: quæ declaratio sufficiat, an generalis, vel an requiratur expressa & specifica, vide Decian. *in consi. 56. vol. 2.* concludit, quòd sufficiat indefinita & generalis per rationes optimas. Facto reseruato in genere, intelligitur reseruata esse quarta pars bonorum: nam quisque intelligitur, se conformare iuri communi: & quòd de reseruato in donatione omnium bonorũ possit testari, *voluit Schneidew. cum VVes. in apostil. de dona. §. alia, d. n. 94.* 233

De regula, quæ ait, resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *colligitur ex tex. & est gl. in §. fi. si controu. feudi de inuest. fuerit.* Et *in §. rursus quibus modis feudum amittatur, in vsibus feudo.* consuluit pro isto: in casu quando res erat subiecta restitutioni ex pacto retrouẽditionis, non potest hypothecaria effici. 234

De Responsis ICtorum.

REsponsa prudentũ sunt pars iuris ciuilis, vsque adeo, vt olim iudicib. à responsis ICtorum siue prudentum recedere non licuerit: *Tiber. Dec. in anal. aduers. Alciat. c. 6. num. 9.* 235

num. 9. ¶ Etsi verò mutata sit forma imperij, nec ampliùs penes prudentes potestas leges condendi, magna tamen authoritas adhuc illis tribuitur, adeò vt iudicibus, nisi meliores posſint adducere rationes, recedere non liceat: *Dec. c. 9. de auctoritat. Responsorum ab Irnerio vsq; ad tempora nostra, n. 7.*

De Retentione.

236 HAbetur *in l. fin. C. de commoda. & per Bar. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condic. indebi.* quòd quis non potest retinere rem non debitam pro debita. Sed hoc fallit fauore dotis: casum habes notabilem, *in l. si filiosamil. in prin. ff. solu. matri.* vbi per Bartol. & nisi fuerit res cum delicto, vel vicio deuenerit ad me: tali enim casu retentio non habebit locum: *c. fina. de ordi. cogni. l. 1. §. rediguntur, ff. quæ legato*; Petr. de Rauen. notauit *in suo alphab. litera R. vers. res seu retentio.* Vtilitatem retentionis, in quibus casibus, contra quos, & de quibus rebus retentionis exceptio competat, *vide Oldendorp. in Enchirid. exceptio. vers. de exceptione retentionis.*

De Retorsione, seu Retortione.

237 INter reum & actorem qualiter in iudicio locum habeat retorsio, ita, quòd reus obstrictus personaliter comparere in iudicio ciuili, non aliter tenetur, nisi actor idem faciat, *& de alijs, (Veluti, si actor vi rescripti summariè procedere velut, in causa, quæ plenarium processum requirit, causa pariter reconuentionis summariè expediri debet.) vide Mynsing. in obseruatio. 4. cent. 3.* ¶ Ob/ vnd wie weit das ius retorsionis stat haben soll/ in denen Fällen/ da man etwa die Erbschafft/ legata, fideicommissa, oder Vbergaben auff den Todesfall nicht ohne abzug/ oder keine Geräde oder Hergewette/ aus einem Ort in den andern folgen lest/ *vide Const. Electo. in Articul. 38. parte 3. (Si hæredes eo loci degant, vbi hæc hæreditati annumerari solent, eo in casu hæreditati res expeditoriæ vel Gerada annumerantur, & hæredes sequuntur: sin nulli hæredes sint, vel ibi domicilium habeant, vbi exclusis hæredibus alterius loci fiscus ea occupat, & hoc casu iuri retortionis locus erit.)*

De Reuelando delicto & secreto.

238 SCiens delictum, non reuelans, posito, quòd eius ſcientia sit probabilis, vel improbabilis, an non reuelans puniatur capite, vel quo casu, an mitiùs, puta relegatione, vel aliàs, *(Variant in hac quæstione Dd. sed Bartol. rigidiorem sententiam Angel. & August sequuntur.) vide, quæ notauit Angel. de Malefi. in vers. che hai tradito la tua patria, mihi n. 10. versi. quod crimen, & ibi Augustin. in addi. sequutus est Hipp. de Marsi. in sing. suo 164. incip. nemo debet se submittere: & vide ad Angel. apostillam Bern. lit. B. & lit. A. incip. opinio.*

Reuelans ilicò tractatum, contra principem vel rempubl. habitum, debet habere præmium: ex interuallo autem saltem reuelans non puniatur, sed perdat præmium: *Bald. Bartol. & Cyn. in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiesta. & in dictis locis* collige, quatenus delictum reuelans habeat præmium, vel non. ¶ Sed iurans, non reuelare secreta consilij, quòd illicita posſit reuelare, & non incurrat periurium, (*dummodò reuelet illi, cui prodest,*) *notauit Lud. Roman. in singula. suo. 512. & ibi Pignol. in addi. Mynsinge. in obseruatio. 78. centu. 2. obseruatio. Camer. Imper.* ¶ Quatenus consiliarius Principis & Vasallus posſint pro ipsorum salute reuelare secreta, *consuluit (Vbi concludit, si ex reuelatione leue damnum oriatur domino, sibi maximum commodum, reuelare eum posse: Sin ingens domino detrimentum, sibi leue commodum inde resultet, non posse. Sed & de voluntate domini reuelare ea potest.) Decian. in consi. 27. circa finem, vol. 1.* Non reuelans res furtiuas, in domo sua fortè repertas, quatenus habeat contra se indicium, consuluit Decian. *in consi. 92. volum. 2. num. 118.* Et *ibidem num. 121.* voluit, quòd sacerdos vel aduocatus non teneantur, apud se in secreto deposita reuelare & propalare: puta, si commissa sint sub sigillo confeſsionis: *vide quæ notaui supr. in lit. C. versi. de confessione pœnitentiali.* 239

Reuelans secreta consilij aduersæ parti, sit proditor & periurus, & venit puniendus pœna depositionis: *Decian. consi. 48. volum. 3. numer. 23. & in sequentibus.* An quis posſit compelli detegere illum, qui falsò retulit verba, ab aliquo ꝓbata in consilio? respondet, quòd non, Menochius *in consil. 107. volum. 2. num. 48.* 240

De Reuerentia.

NOta: reuerentiale ius pacto remitti nō potest: *l. alia, §. eleganter, ff. soluto matr.* Ex quo inferunt, ibi Angel. & Imol. quòd si Ecclesia est exempta per pactum ab Episcopo, tenetur tamen eidem episcopo reuerentiam exhibere: *Bald. in l. fin. C. de quæ. liberto. Modern. in l. sed si hoc, §. patronum, ff. de in ius vocando, CC. in c. cum venerab. de censibus, & in c. pastoralis. de dona.* Et quòd tale pactum etiam non firmetur iuramento, voluit gloſ. *dict. §. eleganter, in fine, notauit remiſsiuè Petr. de Rauen. in suo alphab. litera R. versic. reuerentiale ius, Ludou. Roman. in singula. suo 486. incip. Episcopus:* Et ibi Nicol. Pigno. in addi. facit remiſsiuè mentionem de tribus fallentijs. Sed debetur reuerentia à Vasallo domino feudi: *prout videre licet ex cap. 3. & 22. LehnRecht, in* 241

textu & glo. Debetur etiam reuerentia & honor parentibus à liberis,& patronis à libertis: *l. venia,C. de in ius vocan. & ibi per Dd.* Debetur etiam magistratui à subditis, quemadmodum hi & plures alij comprehenduntur in quarto præcepto decalogi: collige ex istis, quæ notaui suprà, *in lite. B. vers. de benefaciente.*

242 Præsentia eius, cui debetur reuerentia, quatenus inducat metum iustum, & sic actus vel contractus rescriptionem, *vide Bartol. in l. ad inuidiam, ff. quòd metus causa, Bartol. Socin. in regulis fallent. regula. 379. incip. præsentia, fall. 671. colum. 1.* Menoch. *in consi. 1. lib. 1. num. 492. ibi,* quòd ob metum reuerentialem non valeat renunciatio.

243 Testis, qui non debuit examinari ob reuerentiam, non facit indicium contra illum, cui debet reuerentiam: quia de illo non debuit interrogari, & prohibetur respondere: *tex. est in l. 1. §. diuus, ff. de quæstio. l. diuus, §. ex quibus, ff. eo. l. libertorum, C. de testi. Saly. in l. seruis, C. eo.* ¶ Et infertur ex his, quòd filius non possit testificari contra patrem, propter reuerentiam. Idem in quocunque, qui reuerentiam exhibere debet, vt examinatus non faciat indicium: *Blanc. in l. fina. ff. de quæstio. num. 344. & 345.*

De Reuocatione.

244 De hac notaui supr. *in litera C. versi. de inconstantia, in litera M. versic. de mutatione instituti. & in litera D. versic. de donationibus inter viuos, & alijs locis conuenientibus.* ¶ Sed reuocatio alicuius concessionis, ex quibus causis non possit subsistere & valere, consuluit Menoch. *in consi. 1. lib. 1. n. 394.*

De Rixa & Rixoso.

245 Nota: renuncians ante tempus societati, propter rixosum socium, non tenetur pro socio: & ideo dixit Bartol. *in l. fin. ff. de collegijs illici.* quòd rixosus possit prohiberi intrare collegium: *gloss. & Barto. in l. iubemus, C. de S. S. Ecclesijs.*

246 Quòd minor possit prouocare ad diuisionem, propter rixosum socium, *notatur per Barto. in l. qui habet, §. fin. ff. de tute. & per Bald. in l. fin. C. commun. diuidun. Abbas in c. nosti, de electio.* Ratio est: Quia multa permittuntur timore rixæ & scandali, quæ aliàs non permitterentur: *vt est text. glossa, & nota. Abb. in c. considerauimus, de electio. text. est in l. æquissimum, & ibi per Bart. & Bald. in ff. de vsufruct. vide, quæ notaui supr. in lit. C. vers. de communione, & communitate.*

247 Quæ personæ, existentes in rixa, possint compelli ad pacem & transactionem, *notauit Petr. de Rauen. aliqua in suo alphab. litera R. vers. rixa & rixosi.* ¶ Rixæ inceptor, (*Puniri hunc posse capitis pœna Geyl. tradidit, si non constet, ex cuius ictu vulneratus mortuus sit. Idem Rixosum hominem torqueri posse tradit, si non constet cuius ictu homicidij commissum sit.*) quando plures fuerunt in rixa, quomodo iste solus, vel alij simul puniantur, quando nescitur, cuius ictu occisus perierit, *Hippol. in singula. suo 403. incip. superioribus annis, Geyl. in obseruatio. 109. num. 3. lib. 2. idem Hippol. in singula. 217. incip. ter vel quater ibi. (quòd pro alijs possit poni ad torturam.) Decian. in consi. 4. volum. 3. num. 58. ibi.* Rixæ inceptor quatenus teneatur de omnibus vel non in rixa sequutis, est textus optimus contra aggressorem, *in l. quoniam multa, C. ad l. Iul. de vi publica, notaui suprà, in litera D. vers. de defensionibus, & in litera H. vers. de homicidio: (ibi, quando defensio formetur, quia plures fuerunt in rixa.)*

Iudex ex officio rixas pro viribus tollere potest: *Ajin. de exec. §. 3. cap. 122.* & si non prouidet, ne deueniatur ad arma, officio priuandus est: *infer hinc, vt c. 122. 123. 124. 125. 126. & multis seqq. poss.* 248

De Roma, Romulo, & Romanis.

Roma est caput orbis: *l. 2. C. de consu. lib. 12. & ibi Iohan. de Plat. l. 1. §. sed & si quæ, C. de veter. iur. enuclean. l. Roma, ad Municip.* ¶ Roma ll. patria, & fons sacerdotij: *in Authe. vt Roma Ecclesi. cent. anno. præscrip. gaud. l. 2. §. sed etsi, C. de vet. iur. enucl. vide Barto. in l. 2. C. quæ sit long. consuet.* vbi allegat illud vulgare: Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Hunc versum ego vidi inscriptum aureis sigillis Friderici II. Rom. Imperatoris, & Ludouici IIII. Rom. Imp. appensis in priuilegijs, datis Magistro & Ordini Theutonicorum in Borussia. 249

Romulus Remum fratrē occidit, quòd muros transcendisset: *l. 1. de Sena.* ¶ Romani singulis 15. annis tributa de toto mūdo recipiebant, primo lustro ferrum, secundo argentum, tertio aurum: *vide gloss. in Authen. vt præpo. nomen Imper. in verb. indictionis.* ¶ Romanæ Ecclesiæ feudum est Apulia: *Bart. in Auth. post fratres, C. de legit. hæredibus, & in l. is potest, ff. de acq. hæredit. & ibi Abb. vide Archid. in c. si quis Diaconus 50. dist. Paul. de Castr. in l. cogi. de petit. hæredit.* ¶ Titulum suæ possessionis dicere nemo tenetur: *l. cogi, de petit. hæredit. vide fall. per Soc. in reg. 430.* ¶ Titulum habens, & malæ fidei possessor, longo tempore non præscribit: *l. an malæ fidei, C. de præscript. longi temp. vide Socin. in reg. 431.* 250

De Rubri-

De Rubrica seu Rubro.

251 QVando rubrica est generalior nigro, non debet restringi per nigrum, specialius loquens: imò sufficit ad decisionem causæ, si habeat verba perfecta, seu orationem perfectam: *ita notant Dd. in l. 1. ff. si cert. peta. Alex. de Imo. in consi. 1. volu. 4. Paul. Castr. in consi. 334. incip. præsens casus modicam dubitationem*: pulcherrimè Pet. Gerard. *de Pet. Sanct. in singula. suo 7. incip. quando Rubrica*: facit ibi mentionem de sex contrarijs, quæ soluit Iason, *in d. l. 1. ff. si cert. peta. sed contra ipsum Iaso. ibi Petr. Gerard. tenere intendit, quem videre licet. Vide Mynsing. in obseruat. 89. cent. 1. obseruat. Camer. Imper. (Vbi docet, in dubio concordandum esse nigrum cum rubro, ne oriatur contrarietas.*

252 De rubrica, ne quis in sua causa iudicet: & de rubrica, ne fideiussores dotium dentur: vide istarum rubricarum declarationes, & limitationes, apud Petr. *de Rauen. in suo alphab. litera N. vers. ne quis in sua causa: &, ne fideiuss. dot. den.*

De Rumore.

253 VIde quæ notaui suprà, *in litera P. vers. de probatione per famam.*

De Rusticis.

254 RVsticus, (*Propriè est ille, qui in rure habitat, tanquam agricola,*) quis sit, quot nominibus appelletur in iure: quæ ignorantia, & quatenus rusticum excuset, (*Ius ciuile ignorare ei conceditur, non verò ius naturale.*) quodq; ipsi rustico sit interdictus armorum vsus: & de rusticorum materia, notauit remissiuè Aluar. *in titu. de pace tenen. & eius viola. in vsibus feud. §. si quis rusticus: item Petr. de Rauenna in suo alphab. lit. R. vers. rusticus.* Et excusari rusticum à præsumta fraude vsurarum in contrahendo, emendo, vel vendendo, voluit Ioan. *de Arno. in singula. suo 91. incip. quotidie.* ¶ Rusticitas non excusat in delictis, quæ naturali ratione prohibentur: *l. 2. C. de in ius vocando, Cuiac. lib. 10. obseruat. 10.*

255 Gloss. 3. *in Art. 79. lib. 3. LandRecht*, ponit quatuor rusticorum iura singul. & dicit: Die Bawren aber/ so auff Zinßgut sitzen/ haben vielerley sonderliche Recht/ das 1. ist/ das kein Zinßgut mag ledig werden/ vnd dem Herrn heim fallen/ alldieweil jemand darzu geborn ist/ darumb man sie dauon nicht weisen/ noch abdringen mag: *facit Art. 21. lib. 1. LandRecht*: sed ibi *in additione latina, litera I.* dicitur & declaratur, quòd iste tex. intelligatur de emphyteutis. ¶ Sed quid iuris, etiam de iure cõmuni isti habeant, *habetur in l. 1. C. de iure emphyt. & habes elegans cons. 4. Hieronym. Schurff. in cent. 2.*

Das ander Recht ist/ das sie entschuldiget sein/ ob sie nicht alle gesetzte Rechte gleichwol wissen: doch müssen sie die natürlichen Rechte wissen: *habetur in gloss. fin. Art. 28. lib. 1. LandRecht, l. venia, C. de in ius vocan. in l. 2. §. fin. ff. de iur. fisc. vbi & notat gloss. in c. super literis, in ver. simplicitatem, ext. de rescrip.* Ergo neq; excusatur in illis, quæ sunt contra honestatem: *Bald. in l. 1. C. de interdict. matri. & in l. quicunq, col. fin. versic. & nota. C. de seruis fugit. notaui supr. in lit. I. vers. de ignorantia.* 256

Das dritte Recht ist/ das man jhnen in jhren Klagen schleunigst Rechtens verhelffen sol: also/ das sie die Klage zuhandt bekennen/ oder verneinen sollen: auff das der Ackerbaw dadurch nicht verseumet werde/ *vt in Authen. de quæstio. §. 1. col. 6.* 257

Das vierdte Recht ist/ das man sie in dem Augst/ das ist/ in der Erndten/ nicht zu Gerichte laden mag/ *vt ff. de ferijs, l. 1. & l. si feriatis, c. vlti. de ferijs.* De alijs vide suprà, *in litera A. versic. de agricola, cum priuilegijs, & de agricultura: & supr. in litera F. versic. de ferijs.* ¶ De rusticis nota vnum notabile, quod remissiuè dicit Sylua. *in consi. 61. num. 33. part. 2.* quòd rusticis, tanquam alienæ felicitatis impatientissimis, semper sit fastuosus animus, extinguendi nobilitatem. 258

Rustici in quibus excusentur, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 194. latè.* ¶ Rustici sæpè nobiles: *Caualc. de test. secunda parte, p. 1. de testium quantitate, fol. 31. nu. 55.* ¶ Rustici semper excusantur propter ignorantiam & rusticitatem, maximè quando non possunt consulere peritos: *Viuius dec. 318. lib. 2.* 259

In rustico, an & quibus casibus iuris ignorantia toleretur, *vide supr. in verb. ius, & in verb. mulier, vide Ias. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. & in l. si quis id quod, de iurisdict. omn. iud.* ¶ Rustico non subuenitur, nisi in casibus in iure, (sicut & mulieri & minori.) expressis: *Alex. in l. 1. §. nunciatio, in fin. vbi pulcrè de oper. nou. nunc. vide Iaso. in d. l. si quis id quod, in 7. & 8. col. de iurisdict. omn. iud. vbi Alex.* ¶ Et an rusticus post didicita testificata in integrũ restitui possit, vt de nouo testes producat: *vide Barto. in d. §. nunciatio, in vlt. colu. & quid in muliere & minore*: & ibi Alex. vbi dicit, quòd in his, quæ concernunt formã actus, & rigorem iudiciarium, rusticitas non excusatur: *idem Alex. in l. iuris ignorantia, C. qui admitt.* ¶ Rusticos ignorantia iuris excusat, si non poterant consulere peritiores: *gloss. & ibi Iaso. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. in bonorum, ff. de bonor. possess.* Et quòd eos ignorantia iuris non excuset, *tex. est in l. 2. C. de in ius vocand.* 260

Hoc intellige, si potuerunt consulere peritiores. Nam sicut mulieres vadunt ad ciuitatem pro indulgentijs, & rustici ad ne- 261

mus por lignis, ita debent ire ad ciuitatem pro capiendis consilijs, aliâs non excusantur: *ita dixit Bald. Sal. Rom. vt refert Ias. in d. l. iuris ignorantia.* ¶ Rustici tamen subtilitatem legum custodire non possunt: *l. fin. in princ. C. de codicill. vide Soc. in reg. 348.* ¶ Magis fauetur rustico in iuris ignorantia, quàm mulieribus: *Iaso. in d. l. iuris ignorantia, C. qui admitt. & in d. l. si quis id quod*: vbi etiam, An Rusticitas excuset à dolo, & ab ignorantia iuris: quam regulam ibi Ias. limitat 7. modis. ¶ Rusticitas dicitur innocens & quieta: *l. 3. C. de defen. ciuit.* ¶ Rusticorum simplicitati subueniendum est: *l. fin. C. de Testam.* ¶ Rusticitas sancta omnia palàm habet, nec culmen diuitiarum habet, nec nouerunt nisi ligones, aratra, & similia ad cultus agrorum deputata: *l. certi iuris, C. locat.*

862 Quæcunque dicuntur de rusticis, quòd eorum simplicitati parcatur, semper intelligitur de rusticis non sagacibus: *gloss. in l. athlethæ, §. de rusticis, in verb. interdum, de excus. tut. Alex. in l. 2. si quis in ius vocatus non ierit, nu. 3.* ¶ Rustici non optabunt pecunias: *l. Domini prædiorum, C. de agri. & cens. gloss. in §. si quis rusticus, de pac. tenend. in vsib. feud.* ¶ Rustici non debent ferre arma, sub pœna amissionis eorundem, vel 20. solidorum: *d. §. si quis rusticus.* ¶ Rustici grosso pane vtuntur, nec delicatis cibis, sed cæpis, caseo, fabis vescuntur: *gloss. in l. seruis vrbanis, de legatis 3.* ¶ Rusticus porcellum tanquam oculum obseruat: *gloss. in l. illicitas, §. ne tuis, de off. præsid.* ¶ Rustici partes concordare volentes, quæstiones per medium diuidunt: *gloss. in l. Nesennius, de negot. gest. vide supr. in verb. causa.* Sicut & nos facere debemus, quando cõtrouersia est dura & rigorosa: & hoc suadet Imp. *in l. congruentius, C. de patr. potest. Dec. in consi. 232. volum. 2. vide supr. in verb. causa, in verb. Doctor, & in verb. medium.*

Sacer-

Sacerdos.

1 SAcerdotes multi, pauci sacerdotes: *c. multi, 40. dist.* ¶ Sacerdotes sacris DEI vacare oportet: *l. non distinguemus, §. sacerdotes, ff. de Arbitr.* ¶ Sacerdotes prandere non debent, nisi hymno dicto: *c. non licet, 44. q.* ¶ Sacerdotes Dij sunt, ideo ipsis non est detrahendum, etiamsi simplices & ignorantes sunt: *c. cum ex iniuncto, de hæred.* ¶ Sacerdotalis ordo altior est regia potestate, quantum aurum preciosius est plumbo: *c. duo sunt 96. distinct.* ¶ Sacerdos non debet habere concubinã, etiam de iure ciuili: *l. eum qui probabilẽ, C. de Episcop. & Cler.* ¶ Sacerdotes Christi, patres & magistros regum & principum, omniũq; fidelium esse, nemo dubitat: *c. qui dubitet, 96. dist.* ¶ Sacerdotibus Ecclesiæq; illatas iniurias, quilibet tanquam publicum crimen prosequi potest: *l. si quis in hoc, C. de Episc. & Cler. gl. in l. 1. §. hi studij, de Iust. & iur.* ¶ Quando ordo incepit in nouo testamento: *vide in c. in nouo 21. dist.* ¶ Sacerdos si est visus amplecti mulierem, debet intelligi, vt eam benedicat: *c. in scripturis, 96. distinct. Alex. refert in cons. 126. vol. 3. in 4. col.*

Sacrilegium.

2 SAcrilegium est disputare de factis principis: *l. 2. C. de crimin. sacrileg.* ¶ Sacrilegi non sunt ipso iure excommunicati, sed excommunicandi: *c. conquestus, de foro compet. vide fall. per Soc. in reg. 350.*

3 Sacrilegi exemplo furum in furcas suspendantur: Iure Saxon. etiam rota velut grassatores concutiuntur: *Landrecht, lib. 2. art. 13. Fuchs. diff. 60. VVesenb. in par. ad l. Iul. peculat. n. 4.* ¶ Sacrilegus non est qui pecuniã priuatam in æde sacra depositam abstulit: *Cuiac. lib. 13. obseru. 19.* ¶ Sacræ res & DEO semel dicatæ, non vlterius ad vsus humanos transferri, sed in pietatis caussas conuerti debent: *c. aurum, c. de rebus, 12. q. 2. c. 2. ext. de reb. Eccles. non alien. c. semel Deo, 51. de R. I. l. in tantum, 6. §. sacræ autem, ff. de rer. diuis. §. sacræ, & ib. Schneid. in vlt. VVesenb. n. 2. Inst. eod. Schurf. cons. 48. n. 11. cent. 1.* Alienari quoq; & obligari huiusmodi res non possunt: nisi id fiat in redemptionem captiuorum, aut intoleranda fames postulet, aut æs alienum Ecclesiam vrgeat, aut deniq; conditio Ecclesiæ melior reddatur inde: *l. sancimus 17. C. de SS. Eccles. No. 7. c. 8. n. 120. c. 9. & 10. Schneide. in §. sacræ, n. 8. & 9. Inst. de rer. diuis.*

Sapiens.

SApientis est emendare errorem & pec- 4
cata: *c. inter hæc hircum, el. 1. de pœn. dist. 3. facit c. non debet, de consang. & affinit.* ¶ Sapientis est mutare consilium: *gl. in l. quòd sæpe, in fin. in verb. adnumeraueris, ff. de contrah. emp. gl. in l. nonnunquam, in princ. ff. de coll. bonor. text. in Auth. de nupt. §. 1.* Vbi Iustinianus & suum & aliorum errorem emendare non erubuit. ¶ Et Doctor, qui vno modo consuluit, potest postea contrarium consulere, si sibi cõtrarium iustius videbitur: *vide in verbo Doctor.* ¶ Pauca sapienti dicas, & multa intelliget: *gloss. in §. peruenit, in verb. opinari, de cons. & vlt. fra.*

De Satisdationibus.

DE ista materia notaui suprà, *in litera C.* 5
vers. de cautionibus, vers. de caut. de non molestando in futurum, in vers. de caut. vsufructuaria, & in h. lit. de securitate præstan.

Satisdare promittens liberatur dando 6
pignora, nisi expressè promisisset dare fideiussores: *Seb. Med. de cons. poss. gl. 2. p. 1. n. 240. fol. 495.* item liberatur, si sit valde diues. Sed si tenetur quis dare pignora, non liberatur, etiamsi sit diues: *ibid. 241.*

De Satione.

NOtaui suprà *in litera D. vers. de dominio,* 7
ibi, sexta species est satio.

De Salarijs.

QVæstio est, an aduocatus vel alius, te- 8
nens officium & decedens, pro futuro tempore debeat habere salarium, si officiũ non impleuerit? examinat & respondet (*distinguendo, vt si vna præstatio facienda fuerit, totum habere debeat: si annua saltem, pro illo anno, qui cœpit.*) *Bart. in l. 1. §. diuus, el. 2. ff. de var. & extraord. cogn. & Ioan. de Plat. in l. 1. C. de anno. ciuil. lib. lib. 11.*

9 Sed quando moritur ante finitum officium, an hæredibus eius debeatur totum salarium? dicitur quòd sic, per l. *si quis in sacris, C. de prox. sacro. scrineo. lib. 12.* & quòd ista sit verior opinio, quòd debeatur isto casu hæredibus totum salarium, affirmat Pet. *de Rauen. in suo aureo alphab. lit. O. vers. officium, eleganter Barto. in l. diem functo, ff. de offi. assesso.*

10 Quid in domestico & protectore, (*huius hæredibus etiam vnius anni post mortem salarium soluitur.*) quid de locatore operarum suarũ, (*si ipse moriatur, non debetur ei salarium, indemnio tamen præstari debet. Sin is, qui conduxit operas, debetur.*) & quid in officiali, decedente in itinere, antequàm officium ingrediatur, (*non deberi respondit.*) an ipsis debeantur salaria? *dixit benè Anto. Corset. in singul. suis, in verb. salarium 3.* ¶ Et quòd electus ad officium, non autem ingressus, licèt se præparauerit & decesserit, non debeat habere salarium, *Pet. de Rauen. in aureo suo alphab. litera O. versi. officium:* & ibidem dixit, quale salarium perdat officialis, propter delictum ab officio remotus.

11 An iurisperito vel medico dietim, dies in itinere confecti, numerentur? quæritur: & respondet, quòd sic, Ludou. Roma. *in singular. suo 393. incip. medico existenti, & ibid. Nicol. Pignol. in addi. Bal. in l. 1. C. de suffragijs, Felin. in c. 1. in fine, de libelli oblatio.*

Sed in qua parte anni salaria seu pensiones sint soluendæ, (*In locatione rerum in dubio merces soluitur in fine anni: In operis liberalibus initio anni, seu mensis.*) notat Bart. *in l. 1. §. diuus, ff. de varijs & extraord. cogni.*

12 Doctor seu stipendiarius tempore peregrinationis debent habere salaria, si de licentia domini peregrinentur: item, si tempore vacationis, etiam sine domini licentia: *Ludou. Roman. in singul. suo 453. incip. doctor. & ibi Pignol. in additio.*

Doctor reconductus, non nominato salario, an ad primum salarium intelligatur reconductus, *vide Anto. Corset. in singul. suis, in verb. salarium, 4.* tenuit Bald. quòd sic, *in l. etiam, in fi. C. de iur. dot. vide declaratum à Dn. Corset. in d. singula.*

13 De salarijs aduocatorum & medicorum, vide pleniùs apud Speculat. *in tit. de salarijs, & bona apud Petr. à Duen. in reg. fallent. regula 572. fol. 771.* ¶ Sed in qua parte litis aduocato debeat solui salarium, (*Crebriùs censuerunt Dd. finitâ demum lite deberi, quæ sententia quoq; frequentius in Camerâ obtinuit. Pendente tamen lite ex officio iudicis ei debetur.*) item quando procuratori, vel nuncio seu alij, vide Mynsing. *in obser. 7. cent. 3. & in obseru. sequen. 8.* an & quale salarium (*Salarium videlicet illius anni quo decedit, non sequentium annorum.*) Aduocati transmittatur ad heredes: vide VVes. *in para. ff. tit. de var. extraord. cogni.* inter alia, *ibi num. 3.* quòd salarij causa sit tam fauorabilis, vt si decesserit, nondum absoluto officio, qui ea gratia honorarium accepit, ab hæredibus eius nihil repeti queat: *l. 1. §. diuus, ff. de var. & extraord. cogni.*

Salaria ab aduocatis, qui aduocationib. 14
vel in consilijs dandis, operam suam venditant, benè salaria petuntur: dum tamen illud legitimam summam, videlicet centum aureorum pro singula causa non excedat, nec improbè sit promissum: *l. 1. §. in honorarijs, d. tit. ff. de var. & extra. cog.* ¶ Item salaria petuntur ab assessoribus & comitibus iudicum: *d. l. 1. §. item comites.* Item Schöpffen nehmen jhr gebühr billich: *Arti. 11. & in gloss. col. antepenul. in prin. Sverchb.* Dann es ist niemands pflichtig der gemeine zu dienen bey den seinen: *192. c. Cler. omnes, Authen. de consulib. in prin. Geyl. in obserua. 151. lib. 1.* de expensis & earum taxatione siue æstimatione: *num. 10.*

Item à Studiosis iuris, qui mercedis cau- 15
sa praxin exercent: *l. 4. ff. d. tit. de extraord. cogn. & ibi VVesenbe. in parat. num. 2.* ¶ De salario proxenetæ, quæ proxenetica merces vocatur, & quòd licitè exigatur, declarauit idem VVesen. *in par. ff. tit. de proxeneticis.* ¶ De contributione salariorum Dd. publicè in Gymnasijs profitentium, quòd etiam Clerici cõtribuere teneantur, voluit Decian. *in cons. 14. vol. 1.* ibi multa bona docet de fauore salariorum Dd. propter studiorum promotiones.

De salarijs famulorum & mercenariorũ, 16
vide Arti. 22. & ibid. in gloss. 4. lib. 1. Landr. & in apostil. notatur, quando, (*vsq; in diẽ obitus patrisfamilias, & quidem in eo cæteris creditoribus omnibus præferuntur.*) quomodo sit soluendũ: quæ & qualiter pro eius consecutione sint probanda, (*Iuramento probare possunt deberi sibi salarium, dum tamen duo concurrant, primũ, vt salarium illis promissũ sit, alterum vt tempore mortis defuncti in eius familiâ fuerint.*) vide. *Et notaui quædam supr. in lit. F. vers. de familiarib.* ¶ Sed salarium prohibitum comprehendit etiam vltrò oblatum, & quibus casibus id non procedat, (*Si videlicet agatur de interesse publico, & in casibus à iure expressis, aliàs secus.*) item quando iudici liceat aliquid accipere vel nõ, notauit Mynsin. *in obseruat. 75. cent. 2.* Quòd publicè salariatus non possit recipere salariũ, etiam spontè oblatum, *Hippo. de Marsi. in repe. l. vnicæ, C. de raptu virgi. nu. 238. in seq. declarat ibi exemplũ gloss. & ibi Ioan. de Plat. in l. vnica.*

De Salario Aduocatorum, *Iacob. Ayerer.* 17
in process. c. 1. §. obserua. 7. ¶ Salarium, prouisio, & domus officiali dari solita vtrum diuidatur, accedente altero officiali, deputato per alium dominum loci eiusdem, *Cappc. decis. 27. num. 20. & 21.* ¶ Salarium de quo nulla facta est mentio & conuentio, an &

cui

cui per Iudicem concedendum, *Gran. theor. 12.* ¶ Iudex in decernendo salarium aduoto quomodo se geret, *Guid. Papæ decis. 190.* & quid, si cliens promisit magnum salarium cum iuramento, *ibidem Seraph. priuil. 170.* ¶ Salaria constituere an possit administrator habens arbitrium, *Menoch. lib. 1. q. 46.* ¶ Salarium quomodo augeri & minui oporteat, auctis & diminutis laboribus, *Menoch. 2. cent. 3. c. 223.*

18 Salarium assessoribus non præstitutum, quantum esse debeat, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 244.* ¶ Tutor, Curator, Consul, Syndicus, Procurator ad negotia, testes, Iudices delegati ad vnam caussam: non possunt salaria petere, sed tantùm expensas: *Guid. Papæ dec. 68. vbi declara.* ¶ Mortuo officiali in administratione, hæredib. datur eius anni, quo administrauit, integrum salarium: *Pet. Greg. lib. 27. c. 2. n. 9. Mynsi. cent. 3. obseru. 8.* Sed & mortuo officiali domestico & protectore Principis, hæres eius non tantùm salarium anni, intra quod moritur, & præcedẽtia debita cõsequitur, sed & alterius post mortẽ anni: *ibid.*

19 Procurator & aduocatus possunt petere salarium pro mercede: *Caualc. dec. 41. alias 12. in contract. limita, vt Ayer. in processu & quantum. Seraph. priuil. 170. ibid.* Quòd iuramentum validet pactum inter aduocatum & clientulũ, aliàs prohibitum: *Ayer. d. lo.* ¶ Aduocatus non potest pacisci de quota litis: *Ayer. in process. c. 1. obseru. 7. n. 4. fol. 19. vbi ampl. 3. & lim. 4.*

20 Aduocatus causæ, qui interuenit vsq; ad medium iudicij vel conclusionem in causa: debet habere salarium totius causæ non expectata sententia, si partes veniant ad concordiam: *Marsil. de bannit. verb. expectatur, n. 49.* ¶ Idem est iuris in iudice: *n. 50. Pecc. in c. per quem non stat, de R. I. n. 6.* ¶ Es soll des Taglöhners Lohn nicht bey dir bleiben/ bis an den Morgen: *lib. 3. Moysis cap. 19. vers. 14. Hart. Pist. lib. 1. quæst. 8.* ¶ Exceptio moratoria, non habet locum contra die Liedlöhner: *Moller. lib. 4. semestr. c. 6. n. 2.*

De Saluo conductu.

21 SAluus conductus est publica fides seu securitas: quæ datur illi, qui timet se offendi vel grauari. & ista fides tanquam publica est seruanda, etiam hosti & bannito: *sic dixit Barto. in l. non fuit, & ibi Barbat. in apostilla, litera c. ff. de dolo, Menochius cons. 100. vol. 1. n. 216.* Et ad hoc vide, quod quæritur, an occidens bannitum, habentem saluum conductum, teneatur de occiso, (*non tenetur, si ignorauit eum habuisse saluum conductum, nisi iustam causam habuisset inuestigandi veritatem, puta quia quis protestatus sit, eum esse rebannitum, vel habere saluum conductum. Et tamen hoc ipso casu non de dolo, sed culpâ punitur.*) *per Paul. Castren. in cons. 199. (incip. In Christi nomine Amen. Licèt ista quæstio, &c.) volum. 1. per totum.*

Die Sächsische Rechte haben auch gesatzt/ vnd wollen/ das einer/ der sich zu seiner defension erbeut/ vnnd Bürgen setzt fürzukommen/ sollen vergleitet werden: *habetur in Arti. 13. lib. 3. & in Arti. 4. lib. 2. Landrecht.* ¶ Das aber die Burgschafft zu peinlichen Sachen/ höher sich nit erstrecke/ dann auff sein Wehrgeld/ In Bürglichen aber auff die gantze Sache/ dicit textus *in Arti. 10. lib. 2. Landrecht*, & ibi declarat addi. lat. *lit. B.* dicens: in ciuilib. fideiussor tenetur ad totam causam: in actione criminali autem, si fideiussor principalem, prout promiserat iudicio, sistere non possit, cogi non potest quicquam soluere: vltra eius legitimum vverigeldum. 22

Et hæc vera sunt, quando fideiussor absq; dolo reum non exhibet: si enim dolo faciat, potest extraordinariè puniri, vel ad tempus relegari, vel fustigari, vel fortè acriùs contra eum procedi: *l. si quis reum, ff. de custo. & exhib. reorum, l. si barsatorem, C. de fideius. l. 2. C. ad Turpillia.* non etiam fideiussor, qui reum nõ exhibet, est occidendus, *23. q. 5. c. cùm fideiussor, facit (de ista materia sistendi principalem in iudicio, vel non, per fideiussorem,) textus cum additio. & gloss. in Arti. 65. lib. 1. LandRecht, ibi.* Et *in d. Arti. 10. lib. 2.* inuenies, vsque ad quæ tempora fideiussor sit obligatus, reum sistere in iudicio. 23

Et in addi. *2. d. Arti. 4. lib. 2. litera B. ibid.* statuitur pœna aduersus non seruantẽ saluũ conductum, Da die addition also sagt: So jhm Geleite zu Rechte gegeben ist/ vnd er sich eines Todtschlages entschüldigen/ oder aus der Acht mit Rechte ziehen wil: vnd des entleibten Freundschafft das Geleite nicht halten wolten/ sondern stünden jhm nach Leib vnd Leben: so soll jm der Richter vor gehegtem dinge einen Friede wircken: vnd so denselben jemands an jhm breche/ so gienge es jhm zu Leib vnd Leben: & ita obseruari in pract. dicit. 24

Imò iura communia volunt, quòd eiusmodi securitas, & fidantia data, non debeat infringi, vel viol. *tex. est in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. & ibi Bart. Angel. & alij Dd.* Et ob id offendentes eos, qui habent saluum conductum, incidunt in crimen læsæ maiestatis: *secundùm Dd. præsertim Angel. Barto. & Ioan. de Plat. in l. nullam vim. C. de nauicula, lib. 11. notauit Petr. à Duen. cum duabus ampliationibus, & cum decem fallent. in reg. fallent, regul. 571. fol. 770. vide Angel. in tract. malef. & ibi in addi. August. vers. quod fama publica præcedente, num. 60. & 61. Anto. Corset. in singul. suis, in verb. securus, Paul. Castrens. in cons. 34. in antiquis per totum. Et Bart. cum apostilla, Barba. in l. non fuit ff. de dolo, & in ista materia, vide plura apud Barto. Cyn. & alios in l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccles. confug.* 25

Sed nota: quando datur alicui securitas, vel saluus conductus, tunc intelligitur solùm de violentia, quæ de facto contra ius infertur, Zu Rechte für vnrechter Gewalt: *declarauit Mynsing. in obseru. 82. cent. 1.*

26 Sed notandum est, quòd saluus conductus datus alicui, intelligatur tam in eundo, quàm in redeundo: *secundùm Alex. de Imo. in cons. 46. in prin. vol. 2. per text. in l. 1. C. de nauicula. lib. 11.* ¶ Item securitas data viro, intelligitur etiam concessa vxori: *per text. in l. 2. §. fin. C. de Episc. & Cleri.* item comprehendit bona & accessoria: *Bal. in cons. 414. per tot. vol. 5.*

27 Item debitor habens saluum conductum, ne à creditoribus conueniatur intra quinquennium, intelligitur, quòd neq; à creditoribus ratione delicti possit molestari: *Roma. in singulari suo 182. incip. quid si Titius.* Hæc & alia in hac materia salui conductus docuit Petr. à Duen. *in regulis fallentiarum, regul. 445.* quis possit concedere, quis in perpetuum, & quis ad tempus saltem, & quòd omnino debeat seruari: sed quòd in casibus non sit seruandus, notauit idem Petr. à Duen. *in regula 571. ponendo 10. fallent.*

28 Et saluus conductus datus bannito veniendi, intelligitur in dubio pro prima vice: *Abb. & Felin. in c. innouamus, de treuga & pace, Petrus à Duen. in regulis fallent. regula 571. in 2. ampliatione: sed limitat ibi sex modis, vt videlicet non intelligatur de prima vice.* Notabilis vertitur quæstio: aliquis confitetur homicidium commissum, quòd possit puniri pro illo: cùm autem de robaria simul infamatus esset, & se ab illa infamatione robariæ vellet purgare, & peteret saluum conductum sibi concedi pro homicidio confesso, an sibi esset iste saluus conductus ad purgandum sese à robaria concedendus, quærit, & respondet, quòd sic, Decian. *in consil. 96. vol. 3. num. 3.*

29 Denegato saluo conductu sæpius petito, & propterea non comparens, an possit, tanquam contumax, condemnari? dicit, quòd non, Decian. *in d. consil. 96. volum. 3. num. 12. & in sequentibus,* Menochius: plurima bona in hac materia de saluo conductu impetrando, concedendo & obseruando vel non, Menochius *in cons. 100. vol. 1. num. 166. ibi qui possint saluum conductum concedere, num. 167. 185. 206. 216. & ibi de salui conductus obseruantia multa bona.* Nota: saluus conductus in dubio præsumitur concessus ad postulationem partis, non motu proprio: *c. si motu, de præben. in 6. l. 1. C. de petitio. bono. sublata, lib. 10.*

30 *Vide huc Pet. Premum, & remißiuè Alex. Raud. c. 11. n. 30. vsq; ad finem, Marsil. de bannit. verb. iudice, n. 239. VVesenb. in suppl. ad Schneid. tit. Inst. de satisdat. n. 5. Afflict. decis. 45.* ¶ Pro conductibus, Fuhrgeleit exactiones inconsuetæ non sunt extorquendæ: *Aurea bulla Caroli IV. Anno 1356. edita, tit. 17. de diffidationib. in fin.* ¶ Securitas concessa bannitis vel delinquentib. intelligitur de prima vice: *Raudens. in tr. de analog. vniu. & æqu. in iure lib. 1. c. 11. n. 28.* ¶ Saluus conductus, concessus pro eundo semper liberè & redeundo, intelligitur pro prima vice, vel saltem pro duabus: *ibid. n. 27. 28. & contr. n. 30.* ¶ Securitas oratori concessa, consumitur in primo actu: *ibid. n. 31.*

De saluo conductu concesso debitorib. & decoctorib. *ibid. n. 32. Menoch. in arb. casu 245. lib. 2. cent. 3.* ¶ Securitas eundi & redeundi pro pace tractanda concessa, non intelligitur solùm pro prima vice: sed quòd semper, eo tractatu durante, possit ire liberè & redire: *Raud. ibid. lib. 1. c. 12. n. 18.* ¶ In impetratione salui conductus quæ exprimere debeat debitor, *Men. lib. 2. cent. 3. c. 203* & quòd Saluus conductus nõ prosit creditorib. *ibid. n. 27. Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 335.* ¶ De salui conductus cõcessione, & pœnis eorum, qui illos violant, *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 336.* ¶ Saluus conductus quando bannito concedi possit, & de pœnis illorum, qui illos saluos conductus violant, *Menoch. c. 337.* ¶ Saluaguardia quid, quibus & qua forma conceædatur, & de pœnis eorum, qui illã violant, *Menoch. c. 338.* 31

Saluaguardiæ pœna & cognitio an ad supremum dominum, an verò ad Vasallũ spectet, si per subditum Vasalli & in suo territorio rupta fuerit, *Thess. decis. 132.* ¶ Iter facientibus illud esse tutum debet, nec molestabitur à quouis sine permissu magistratus: *Reformation Keiser Friedrichs, Anno 1442. fol. mihi 11. tit. Von Reisigen knechten, fol. mihi 10.* ¶ Wie man geleit geben soll / *ibid. in der Reformation, fol. 10.* 32

De Salutationis effectibus.

De effectu salutationis, vide gloss. *in c. cum Adrianus, 63. distinct.* ¶ Eo ipso, quòd quis salutat alium, præsumitur ei consentire: *24. q. 1. c. omnis,* nec iniuriam ad animum reuocauit, quòd ex sola salutatione præsumitur, illam remittere: *ita notabiliter in c. olim, de iniur.* ¶ Et ex eo, quòd quis non vult alium salutare, præsumitur eius inimicus, & ideo potest, vt suspectus, recusari: *facit, quod habetur in c. cum super abbatia, de officio delega.* quod intellige verum, quando à principio solitus erat salutare, & postea cessat: secùs in eo, qui non consueuerat salutare: *tenuit Andr. Barba. Siculus in proœmio, Clemen. in §. salutem, in prin. notauit similiter Anto. Blanc. in repe. l. fin. ff. de quæstio. num. 109. vers. non loquens.* 33

De San-

De Sanguine.

35 NOta: iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt: *l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* Igitur multi casus colliguntur, qui ratione sanguinis fieri prohibentur, vel permittuntur, nō obstante prohibitione, seu præcepto iuris ciuilis: *colligit casus aliquos Hippo. de Marsi. in repe. l. diuus Adrianus, ff. ad l. Pomp. de parricid. idem Hippo. in sing. suo 210. incip. iura sanguinis, & in singul. 164. in fine, notaui suprà in lit. R. vers. de exceptatorib. Nouellus in tractat. suo defensio. in capi. de responsio. reorum, in constitutis, num. 48.*

36 Inter alia de onere alimentandi sanguine iunctum, Hippo. de Marsi. collegit casus de receptando Bannitum, & de alijs non negligendis, *in repe. l. vnicæ, c. de raptu virgi. num. 197. Roland. à Valle in consi. 45. num. 46. & in seqq. lib. 1.* Et ratione sanguinis, quomodo pro testamento, respectu hæredis instituti, vel legitimati sanguine coniuncti, iudicetur, vt magis valeat, consuluit Decian. *in cons. 46. vol. 2. num. 54.*

37 Statutum de sanguinis effusione, quando videatur vel dicatur verificatum, *vide Anto. Corset. in singul. suis, in verb. effusio.* An verificata sint verba, sanguis exiuit, quando gutta saltem sanguinis exiuit, *notauit (quòd sic.) Angel. in tractat. malefic. in vers. sanguis exiuit, & ipsum percussit.* ¶ Et præterea, si statutum dicat, quòd Syndici teneantur denunciare percussiones sanguinolentas, non tenentur denunciare percussiones, vbi est leuis cutis scissura: *Hippo. de Marsi. in repe. l. fratrem, ff. ad l. Corne. de sica. num. 12.*

38 Excapillans aliquem in pilis vel barba, sine effusione sanguinis, tenetur in libr. 10. parti, & in 20. fisco: *Ludou. Roma. in singul. suo 569. incip. expilans, & ibi Pignol.*

39 Sanguis interfecti, profluens ante oculos, & ad tacturam diffamati de homicidio, facit cum alijs indicium ad torturam: *Petr. à Duen. regul. fallent. regula 573. fol. 771. Anto. Blanc. in repe. l. fin. ff. de quæstio. num. 408. Hippo. de Marsil. in practica sua criminal. §. diligenter, num. 181. versic. & memini. Vide de hac quæstione tractatum Libanij de cruentatione cadauerum inscriptum.* ¶ Nota: sanguinem suum quomodocunque licitum est alicui redimere: *l. 1. ff. de bonis eorum, qui sibi ante senten. mor. consciue. declarat Nouell. in tract. suo defensio. in cap. de responsio. reo. in constitutis, num. 48.*

De Scholaribus.

40 DE Scholarium priuilegijs & indultis, vide textum valdè notabilem, *in Authent. habita, C. ne filius pro patre, & in notatis Dd. circa istam Authen. inuenies multa bona, & scitu dignissima.*

Sed qui Scholares gaudeant priuilegijs scholariū, quid iuris de desistente à scholis, de intrante, & ad lectionem nō aduertente, qui numerat tegulas tecti, & ædificat castra in aëre, de matriculato, de inhoneste viuente, de vago, de Clerico existente in studio, de non apto ad discendum, de negligente vel non studente, de eo, qui simul exercet officium aliquod, vel qui practicat, an gaudeat priuilegio? Et an appellatione scholaris veniat doctor, vel licentiatus? de his omnibus vide pulcherrima per Andr. Sicul. Barbar. *in proœmio Clementin. in secunda lectura, §. salutem, colum. 18. vsque ad colum. 22.* & ibi scholaris per doctoratum desinit esse scholaris: *Anto. Corset. in singula. suis, in verbo statutum 15.* ibi, scholaris coram quo iudice, & quatenus sit conueniendus, etiam in criminalibus. 41

Sed an bidelli & scriptores scholarium, gaudeant scholarium priuilegijs? respondet quòd sic, Petr. de Rauen. *in aureo suo alphab. litera B. vers. bidelli:* & ibi simul notat, an familiares ambasiatorū gaudeant priuilegijs, & an priuilegium trahatur ad familiares. 42

Vxor, familia, vel qui sunt in seruitio, quatenus gaudeant priuilegijs dominorum suorum, notatur per Bald. *in l. 1. C. de Episcop. & Cleric.* 43

Von Schulen vnd Stipendiaten, wie denen im Fürstenthumb Anhalt soll vorgestanden werden/ ordinatum est in Constit. Anhaldina, *Art. 7. Von Schulen vnd Stipendiaten.* ¶ Scholares in Academijs an habeant domicilium, & vbi conueniendi sint, *vide sup. lit. D. dictione Domo.* 44

Si Scholaris vagus, nunquam efficitur magister: *gl. l. 1. C. de tyran. lib. 10. refert Raudens. de analog. lib. 1. c. 37. nu. 92. vbi allegat ex Barbat.* quantò minùs Doctor: *n. 93.* nā monachum nō facit habitus, sed professio: *ibid.* & dicitur, *in c. cauete 22. q. 5.* mendacium esse, se Christianum dicere, & Christi opera non facere: *ibid. plura Raud. de Scholarib. vagis, & quando Scholaris priuilegio non gaudeat.* 45

Scholaris veniens contra iuramentum Rectori præstitum, non fit periurus vel infamis: *vide Ias. post Paul. ibi in l. si quis, C. de Transact.* ¶ Scholares non gaudent priuilegijs Doctorum vel magistrorum: *Bart. in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor.* ¶ Scholaris existens in studio, est in dignitate, nam de iure Canonico Papa causas non delegat, nisi in dignitate existenti, sed Papa caussas scholari interdum delegat, erit ergo in dignitate: *vide de hoc c. statutum, §. insuper, in verb. propter caussam, de Rescr.* ¶ Scholaris aliū scholarem molestans, ita quod propter strepitū studere non possit, expelli debet: *Alex. in Apostill. ad Bart. in l. 1. C. de stud. lib. vrb. Rom. lib. 11.* 46

vbi

vbi dicit Bart. quòd, quicquid fit circa scholas, per quod lectura impeditur, officio iudicis remoueri debet. ¶ Scholaris potest agere, vt decancelletur ex matricula: *Bart. in l. cum decurionatus, C. de Decu. lib. 10.* ¶ Scholarem se fingens, & intrans, non tamen studens, non gaudet priuilegijs scholariũ: *Ioan. de Plat. in l. quidam ignauiæ, C. de Decur. lib. 10. & in repertor. suo in verb. scholaris, Bart. arg. illius tex. in l. qui sub prætextu, C. de SS. Eccles. Idem de militibus, Bart. in l. sermiarios, C. de testam. vbi Ias. Bart. in l. ex eo tempore, de acq. hæred.*

47 Scholares non dicuntur constituere domicilium in loco studij, nisi ibi stent per 10. annos: *l. nec ipsi, C. de incolis, lib. 10.* Tamen si scholaris per centum annos staret in loco studij, & constaret de mente sua studendi, non contrahit domicilium: *ita Io. de Plat. in d. l. nec ipsi*, & Bart. *in l. quæsitum, de legat. 3.* dicit, quòd si scholaris staret in studio per mille annos, non efficeretur ciuis, ex quo habet animum ad domum redeundi, & retinendi domicilium.

Scholaris non potest conueniri in lòco studij, pro delictis vel contractibus antea commissis: *vide Ioan. de Plat. in d. l. nec ipsi.* ¶ Si statuto cauetur, quòd scholares tractentur vt ciues in omnibus: per hoc tamen non perdunt priuilegium, quod habent vltra ciues tanquam forenses: *Bart. in l. non tantùm, §. si emancipatus, in fin. de contra tab. Alex. in l. 1. in 4. col. de leg. 1. vbi omnes Mod. clariùs Alex. in l. Ruffinius, C. de testam. milit. vbi pulcerrimè loquitur.* ¶ Scholares, apti fideiussores non sunt: quia dificulter conueniri possunt: *gl. in l. 2. ff. qui satisdar. cog.*

48 Ludus scholaribus interdictus est: *§. pen. in procem. ff.* ¶ Scholares debent esse soliciti ad indagandum, ne lenti efficiantur: *gloss. in c. 1. de fra. de nou. benef. inuest. in vsib. feud. & dicit Salic. in l. si ex cautione in vlt. col. de no. nunc. pecu. in C.* Sileant, qui scripturas tantum transcurrunt, & propter stomachi frigiditatem in eis contenta non digerunt. Et curiosus lector multa inuenire potest: ita dicit gloss. *in l. actus legitimi, de Reg. Iur.* ¶ Scholares malè attenti, dicuntur facere castra in Hispania, vel tegulas numerare: *gl. in l. vnic. C. de Stud. lib. vrb. Rom.* ¶ Scholares desides & pigri transitorio vtuntur studio, qui negligunt suas lectiones repetere & recordari: *gloss. in Auth. de quæst. in verb. transitorio.* ¶ Scholares faciliùs addiscunt, quando soluunt Dd. solaria. Ergo scholares subtrahentes solaria tardiùs addiscunt: *ita dicit Ioan. de Plat. in l. medicos in fin. C. de Profess. & Med. lib. 10.*

49 Scholarium arma sunt libri: & sicut arma sunt propria & necessaria militibus, ita libri scholaribus: *gloss. in l. nepos proculo, de verb. signif.* Et sicut in condemnatione militi relinquuntur arma: *l. miles, de re iudic.* sic & scholari libri: *d. gloss. in l. nepos. vide Ias. in §. item Seruiana, num. 56. & in §. fin. num. 6. Inst. de Act.*

Scholares habent tres iudices: *Auth. habita, C. ne filius pro patre, vbi habes priuilegium scholarium.* ¶ Scholares subsunt iurisdictioni potestatis: *gloss. in Auth. de Sanctiss. Episcop. §. si quis contra, in verbo. ciuilem.* ¶ Priuilegio scholarium debet gaudere Bibliopola & ligator librorum: *vide dicta per me, in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic.*

Scholares suis priuilegijs possunt renunciare: *l. penult. C. de pact. l. si conuenerit, de iurisd. omn. iudic.* ¶ Scholares diebus feriatis possunt legere & scribere: *gloss. in l. Diuus, de ferijs, in verb. militare:* vbi dicit Ias. quòd scholares, qui obseruant festa, malè sciunt Codicem & Digesta. ¶ Scholaris indignus petens insignia doctoralia, peccat mortaliter: & an de licentia superioris possit sibimet scholaris conferre insignia Doctoratus, *vide Ias. in Rubr. C. vt ne liceat sine iudic. auct.* 50

Iuramentum scholaris, canonici vel prælati, seruandi statuta: intelligitur de statutis rationabilibus & licitis: *c. 1. de iureiur. lib. 6. vbi hoc not. Ioan. Andr.* ¶ Scholaris, qui iurauit non exire districtum Bononiæ sine licentia creditoris, donec sibi soluerit: si iussu patris, vel superioris exiuerit, à periurio excusatur: *vide Ias. in l. fin. vbi refert alios, ff. qui satisd. cog. eundem in l. quòd Seruius, ff. de con. causs. dat. causs. non sec.* ¶ Scholaris licentiatus iurans non assumere gradum extra illud studium, non obstante illo iuramento, si alibi subiret examen, posset ibi Doctorari propter illud examen: quia in iuramento intelligitur clausula: Rebus sic se habentibus, prout nunc se habent. *De hoc vide Ias. in l. quòd Seruius, ff. de cond. causs. dat. vide Bonifac. de Vitell. in tract. crim. in princ. vide suprà in verb. iuramentum.*

Notitia Scholarium in scholis multum operatur: *secundùm gloss. in c. innotuit, de Elect.* Sic etiam militaris notitia: *l. miles, filiusfamilias, ff. de Castr. pec. vbi gloss. not. adde l. librorum, §. quòd tamen Cassius, de leg. 3.* ¶ De scholari glorioso, & inanis laudis cupido, vide gl. *in l. cum ea, C. de Transact.* ¶ Scholaris quando alloquitur puellam, non debet credi, quòd dicat sibi Pater noster: *ita Bal. in l. neq; natales, C. de Probat.* Sed sacerdos si est visus amplecti mulierẽ, debet intelligi, quòd eam benedicat: *c. in scripturis, 96. dist. Alex. refert in consi. 126. volum. 41. in 3. col.* ¶ Rector scholarium habet iurisdictionem: *Bart. in l. fin. de* 51

fin. de coll. illic. An Laicus posit esse Rector vniuersitatis scholariũ? vide ibi, Et an scholares Rectorem habere possint? vide gloss. *in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic.*

De Scientia.

51 SCienter faciens aliquem actum, non potest illum actum postea improbare, & non debet audiri illum improbando: exemplum datur de faciente citari inhabilem ad iudicium, de contrahente cum minùs idoneo, de producente instrumentum à notario inhabili factum, & de approbante personam legatarij in fauorem testamenti in quo hæres est institutus: *Hippo. de Marsi. in repet. l. qui ignorans, ff. ad l. Corn. de fals. à num. 6. vsq. ad num. 12.*

53 De probatione scientiæ, quòd scilicet probetur iuramento, est textus *in c. præsentium, de testibus, & in c. pastoralis, de exceptio. tradit & declarat, Hippo. de Marsi. in dict. l. qui ignorans, ff. ad l. Cornel. de fals. numer. 30. & in seqq.* ¶ Nota: supina, crassa & affectata ignorantia æquiparatur scientiæ: *Hippo. in d. l. qui ignorans, num. 24. & 25. & ibi etiam habetur materia ignorantiæ.*

54 De scientiæ præsumtione, quomodo quis quid præsumatur sciuisse, vel non sciuisse, ratione distantiæ locorum, vbi quis moratur: notauit aliqua Alexand. de Imol. *in consi. 16. colum. 3. vers. quòd autem, volum. 5. & in colu. 7. vers. fortius.* ¶ De vicino, quòd præsumatur scire facta vicini, habetur *in c. quosdam, & in c. quanto, de præsumtio.*

55 Scientiæ vel doctrinæ triplex grad. *Thessaur. de error. Notar. num. 8.* ¶ Scientia sola delicti futuri vtrùm puniatur, *Capyc. dec. 149. num. 2.* reg. quòd non nisi maleficium debeat committi in eum, cuius potestati quis est subiectus: vt pote in dominum, patrem, dominum feudalem, ciuitatem vel principem cuius est ciuis vel subditus, *vt ibid.* item eum qui alicui est subiectus alicuius officij genere: sublim. modò scientia hæc etiam sit probabilis: *Capyc. dec. 155. num. 10. & 18.*

56 Scientia inflat: *gloss. in l. licet, C. de acqui. possess.* ¶ Scientia tanto nobilior, quanto subiectum nobilius: *arg. c. Clerici, de iud. vbi Abb. not. in 2. notab.* ¶ Scientia ex vicinitate loci præsumitur: *c. 1. & 2. de præsumt.* Barto. *in l. si cui crimen, §. in ijsdem, de accusat.* vbi pulcre quærit, si quis dicit se ignorasse, quomodo ego debeo probare eum sciuisse de primo: *vide omnes in l. 1. in princ. si cert. pet.* ¶ Sic etiam scientia ex sanguinis coniunctione præsumitur: *l. octaui, ff. vnde cognat. l. de tutela, cum ibi not. C. de in integr. restit. vide Curtius consi. 6. fol. 78. colum. 2.* ¶ An potius scientia præsumatur, quàm error, *vide gloss. in l. si hæres, §. 1. in verb. per errorem, ad Trebell.* ¶ Sciens se facere debere, si omittit, præsumitur in dolo: *l. dolus, ff. Mandat. Bartol. in l. dolum, C. de dol.* ¶ Imò qui non facit id quod scit, aut scire debet, se teneri ratione officij sibi iniuncti: est in dolo præsumpto: *ita not. Barto. in l. tutor qui repertorium, in 3. colu. ibi venio ad secundam particulam, ff. de administ. tut. vide supr. in verb. Dolo.*

Scire est rem per causam cognoscere: 57
ità dicit Alex. *in l. 1. in princ. numer. 24. allegat Philosoph. & Arch. in c. in domo, de pœn. dist. 4.* ¶ Quid scire, & quomodo scire dicimur, vide pulcrè Bartol. *in l. pupillus, de acq. hæred. & gloss. in l. 2. §. idem labeo ait, in verb. sciat, ff. de aq. pluu. arc.* ¶ Scire quis diuersimodè dicitur, quandoque per veritatem ex suo proprio & immediato sensu corporeo, quandoque per vehementem opinionem tantùm: *l. cum falsum, & l. Pantomim, §. rei perduellionis cum gloss. in verb. quærere, de acq. hæred. vide Alex. in l. 1. in princ. num. 20. si cert. pet. vbi latè Alex.* & vide Socin. *ibi in 4. colum.* qui dicit, quòd præsumpta scientia, qualis est vicini, vel consanguinei, tollitur per iuramentum partis: *c. cum in tua, ex quibus ma. accusare poss.*

Scire præsumitur quis illud, de quo est 58
publica vox & fama: *de hoc vide supr. in verb. fama.* ¶ Scire præsumitur quilibet illud, quod publicè dicitur: *gloss. & Barto. in l. si tutor, C. de periculo tutorum, Bald. in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthum. idem Bald. in c. vigilanti, de præscript. Barto. in l. Celsus, de vsucap. Bald. & Dd. in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acq. hæred. vide Francis. Curt. consi. 6. fol. 78. colum. 3. eundem Curt. consi. 20. fol. 96. volu. 2.* ¶ Scientia & patientia eius, qui prohibere potest, pro consensu habetur: *l. sæpe, ff. de re iudic. vbi Alex. allegat alia numer. 18. fol. 188. colum. 3. in princ.* ¶ De certa scientia, quomodo probetur, *vide Alex. consi. 18. volum. 6. nu. 7. viso statuto.*

Paria sunt scire, & scire debere: *l. quod* 59
te, ff. si cert. pet. l. qui cum alio. & ibi gloss. not. de reg. iur. l. idem iur. §. 1. ff. ad l. Aquil. Sic paria sunt, quod quis scit, vel scire potuit: *l. si duo, ff. de acq. hæred.* Et paria sunt, scire & scire debere *dict. l. qui cum alio. gloss. in l. quod te, si cert. pet. vbi Soc. not.* Et paria sunt, intelligere, & intelligere debere: *l. idem iuris, §. mulierem, ad l. Aquil. & Iaso. in dict. l. quod te, in 3. colum. multa allegat.* ¶ Paria sunt, scire ab initio, & postea scire & pati: *l. cum ancillis, C. de incest. nupt. vbi gloss. not. vide Ias. in l. si quis id quod, in 4. not. ff. de iurisd. om. iud.*

De Scriptura.

SCriptura probationem rei gestæ solet 60
continere: *l. cum te transegisse, C. de transact.* ¶ Scripturæ in dubio stari debet, etiamsi aliud

aliud sit actum, dummodò de illo non constet: *l. si alij, de vsufr. leg.* ¶ Scripturam totam scribere, vel se subscribere, paria sunt: *l. si quis ex argentarijs, §. 1. de Edend. vide in verb. Notarius, vide Socin. & ibi fall. 385.* ¶ Per scripturas facilè, quod actum est, probatur: *l. in re, de fid. instrum. l. contrahitur, de pignor. l. Publia, in fin. Depos. ita Barto. in l. 1. in princ. de verb. oblig.* ¶ Scriptura in quibus casibus requiritur, habes 33. *in c. Romana in gloss. in verb. inscript. de censibus, lib. 6. vide gloss. in dict. l. contrahitur, de pignor.* ¶ An subscriptio noceat, quando apparet subscribentem non habuisse noticiam cōtentorum in scriptura, *vide latißimè Alex. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verb. obliga. in princ. & ibi multa alia.* ¶ In vna scriptura videtur contineri illud, quod in alia, ad quam refertur, continetur: *l. asse toto, vbi gloss. & Barto. de hæred. instit. l. institutio talis, de cond. inst. vide Moder. & maximè Alex. in l. petens, circa primum intellectum, C. de pact.*

61 Scribens an propriè loqui dicatur, *vide Dd. Modern. Alex. & Socin. in l. 1. in princ. in 3. colum. de verb. obliga. vide supr. in verb. litera.* ¶ Scriptura quando dicatur Authentica, *vide Dec. consi. 97. volum. 1.* ¶ Scriptura publica publicatione non eget, cum de se sine adminiculo probet: *vide Socin. in Regu. 351.* ¶ Scripturæ Archiui publici alicuius ciuitatis seu communitatis, non faciunt fidem, nec probant extra ciuitatem, nec contra homines non suppositos iurisdictioni illorum: *ita not. vide Alex. in consi. 16. volum. 5. in causs. & lite. volum. 2.*

62 De diuersorum librorum, & scripturarum antiquarum auctoritate, an probent, *vide latißimè Felin. in c. ex parte, in 23. colum. de Rescript. Barto. in l. legata, de supell. leg. & latè D. Alex. in l. 1. in princ. colum. 8. numer. 30. ff. si cert. petat. post Barto. ibi & omnes Modernos.* ¶ Item regulæ Cancellariæ Apostolicæ non sunt constitutiones generales: *secundùm Pet. de Anch. in consi. 292. efficacius, & Card. in consil. 101.* ¶ Idem & multò fortius in decisionibus Dn. de Rota, quæ licet sint probabiles, tamen non sunt necessariæ, nec allegabiles ad decisiones causarum: eò, quòd Domini de Rota debent iudicare secundùm iura, nec habent legis condendæ potestatem: *ita Seminianus in c. duobus, 11. colum. de Rescript. & in c. neque, 9. dist. vide Iaso. in l. 1. si cert. pet.*

63 Scripturæ & authoritates Poëtarum, & aliorum auctorum, & Philosophorum, in causarum decisionibus allegari possunt: *l. in tantum, §. fin. ff. de rer. diu. l. septimo mense, de stat. hom. l. si pater, de solut. vbi pulcer casus.* ¶ Libri antiqui, & scriptura quantumuis antiquissima, plenam fidem non facit, sed præsumptionem inducit, quæ arbitrio iudicis relinquitur: *l. in coniunctionem, C. de Rell. & sumpt. funer.* ¶ Hoc tamen fallit in duobus casibus: *vide Socin. in reg. 238. vide sup. in verb. probatio.* ¶ Sicut deponenti sine iuramento nulla fides adhibetur, ita etiam ipsius scripturæ: quia non plus debet credi viuæ voci, quàm mortuæ: *Alex. in consi. 276. colu. 2. numer. 9. in causa.* ¶ Ex propria scriptura creditoris non conuenitur debitor, etiam in fiscali debito: *l. exemplo. C. de probat.*

Diuersitas manuum arguit scripturam suspectam: Additiones in margine suspicionem faciunt: Scriptura cancellata suspecta est: Cancellatio quid, & quando scripturam suspectam reddat? si vna pars instrumenti legi non potest, totum instrumentum nū vitietur? an prothocollum, vel abbreuiatio fidem faciat? & multa alia de instrumentis, & notarijs, *vide Alex. consi. 14. volum. 6. per totum, visis.* 64

Dic, quòd non faciunt fidem, sicut priuata scriptura, nisi contra scribentem: vide de hoc pulcrè, & meliùs, quàm alibi, vbi habes pulcras quatuor limitationes, siue determinationes per Oldendorp *in 8. act. class. 1. fol. 111.* ¶ Item an statuto vel moribus induci possit, quòd libris negociatorum priuatis credatur: *ibidem & alia pulcra.* ¶ Scripti vel instrumenti probatio quomodo fiat, *vide latiß. ibidem in eadem actione fol. 109.* 65

Quatuor genera sunt scripturarum, quorum editiones desiderantur. 1. Actionis in iudicio. 2. Instrumenta, chirographa, literæ sigillatæ. 3. Rationes negociationis. 4. Testamentum. De quibus, & de materia scripturarum, vide plenè per Iohan. Oldendorp. *act. 8. claß. 1. per totum,* vbi latißimè habes materiam omnem omnium instrumentorum editionis. 66

Quid sit priuata scriptura, & quotuplex, & an probet, *vide Barto. in l. nuda, de Dona. & in l. admonendi, de iureiur.* ¶ Scriptura priuata fidem facit contra producentem, non pro eo, nisi ab aduersario fuerit approbata: *l. Publia, §. fin. Depos.* Et de triplici priuatæ scripturæ specie, & an probet saltem semiplenè, *vide pulchrè Bartol. in d. l. admonendi, & in l. comparationes, & in Auth. & si contractus, C. de fid. instrum.* 67

Quid sit Apocha? Est enim scriptura, qua creditor confitetur sibi debitum solutum, & datur debitori, vulgò dicitur quittantz. 68

69 Antipocha contra fit, quæ datur creditori à debitore, in qua debitum fatetur: *vide pulcram gloss. in l. fin. acceptilatum, vbi text. in verb. apocham. ff. de accept. gloss. in l. pecuniæ, de solut. C. gloss. in l. plures, C. de fid. instru.* ¶ Cancellatio instrumenti debiti arguit solutionem, etiamsi apud alium reperiatur, quàm creditorem: *Alex. in consi. 18. volum. 6. colum. 4. in princ.*

70 An ordo scripturæ seruari debeat semper, & quando non seruetur, *vide latè Iaso. in l. Gallus, §. quidam rectè, in fin. 8. colum. & 9. de liber. & posthum.* ¶ Materiam ordinis, quomodo argumentum ab ordine sumatur, an ordinis peruersio actum annullet, & multa pulcra, & quicquid ferè in ordinis materia dici potest, *vide latissimè cumulata, & per multas elegantissimas theoricas & doctrinas deducta, per Nicol. Euerhard. in aureo suo libello de locis legalibus, in loco primo, cui titulum fecit, ab ordine, quem omnino vide.* ¶ De subscriptione multa pulcra, & an subscribens, in dubio præsumatur scire contenta in scriptura? & quòd subscribens se propria manu alterius scripturæ, omnia in ea contenta fateri, & approbare dicatur, & quòd ea subscriptio tantum operetur, ac si totum scripsisset, *vide latissimè Hieron. Schurff. consi. 17. num. 1. col. 94. num. 11. 12. & seq.*

De Securitate præstanda.

71 QVi timet se offendi, potest implorare officium iudicis, & eo mediante cogere aduersarium, vt sibi præstet securitatem de non offendendo: vel potest petere à iudice, vt sibi associetur familia: *dicit Ioann. de Arnold. in singula. suo 30. incip. vulgata conclusio:* & præstans debet eam præstare cum fideiussoribus, si non possidet immobilia, quam debet promittere pro se, familiaribus, & complicibus suis, & pro me, & amicis meis. Tenetur, etiamsi offenderit me in alieno territorio.

72 Quanto tempore ista securitas duret, relinquitur arbitrio iudicis, & effectus cautionis erit, quòd iudex acriùs puniet eum, non seruantem securitatem, notat eleganter Barto. *in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de officio præsidis.*

73 Hæc cautio, autem non exigatur, nisi iusta causa subsit: quia grauare quem ad satisdandum sæpè laboriosum est: *dicit idem Ioann. de Arnold. in singula. suo 53. per l. 2. si dubitetur, ff. de iudic.* vel nisi sua culpa timet: *l. qui bona, §. si quis, ff. de damno infecto.* Notat: quando aliquis promittit, facere securum aliquem in aliquo facto, debet intelligi, quòd non fiat sibi aliqua exceptio iuris: & & debet promittens ita ipsam rem disponere, vt nihil de iure possit sibi obijci, ita quòd possit sentire læsionem: *Abb. in c. quotiens, ext. de pactis; & ibi de securitate in singula. suis, in verb. securus.* Et de hac cautione quando decernenda & præstanda, & quòd quadruplex sit, docuit Geyl. *in lib. 1. de pace pub. c. 2. in prin.*

Latiss. *de ea Francis. Hercul. de caut. de non offendendo, Coler. dict. lo.* ¶ Securitas, satisdatio, fideiussio, pignorum datio, cautio, quomodo differant, & quid vnumquodque sit, *Seb. Med. de conseru. poss. gloss. 2. p. 1. num. 157. & seqq. fol. 466.* ¶ Securitas quid, *Sebast. Med. de conseru. poss. gloss. 2. p. 1. numer. 388. fol. 534.* vt securitas præstetur, 4. requiruntur: *ibid. numer. 389. & numer. 158.* Frangentes securitatem puniuntur secund. facti qualitatem: *ibid. numer. 391.* ¶ De securitate vel saluo conductu, *Coler. p. 4. cap. 1. nu. 170. & seqq. vsq; ad finem.* ¶ Cautionem præstitam non seruans, qua pœna coërcendus, *Menoch. lib. 2. cent. 4. c. 335.* 74

De Seditiosis.

QValiter moueantur seditiones, in vel cum populo, & quæ sit pœna mouentium seditiones, habetur *in l. 1. & 2. C. de seditiosis.* ¶ Sed an tota vniuersitas, vel omnes, qui interfuerunt seditioni, puniantur morte? vide pulcherrimè Salicetum *in l. 1. C. dict. titu. de seditio.* volentem, quòd principaliores capite puniantur, istis punitis, in alios pœna alteretur in pecuniariam, vel aliam, ne fiat tanta strages: *argument. l. qui cædem, ff. ad l. Corn. de sica, & vult gloss. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis.* 75

Seditio nihil aliud est, quàm quietis publicæ perturbatio, vt docet *Nicol. Boer. in tract. suo de sedit. vers. secundò præsuppono.* Vnde & dicit gloss. *in Rubric. C. de seditios.* quòd seditio dicatur, quasi seorsim itio, quia in diuersum vadunt: *Archidiac. & Card. in c. seditionarios, 46. dist.* ¶ Addit enim Nicol. Boër. *in loc. iam allegat.* quòd differat seditio à bello, & rixa: quia bellum propriè est ad extraneos hostes, quasi multitudinis ad multitudinem: rixa verò vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos: seditio verò propriè est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, puta, cum vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam: *Iaso. consi. 167. num. 1. lib. 4. Dec. in l. non est singulis, ff. de reg. iur.* Et seditiosus dicitur is, qui dissensiones amicorum facit, & discordias gignit: *Nicol. Boër. in dict. tr. de seditios. in d. §. præsuppo. nume. 1. Bonifac. de Vitel. in tr. crim. de sedit. Bald. consi. 59. lib. 5.* 76

Quibus pœnis seditiosi homines, & pacis publicæ turbatores puniendi sint, appare t *ex l. 1. & 2. C. de sedit. cum ib. not. per Dd.* 77

& in l. 1. & 3. in pr. l. qui cœtu &c. ff. ad leg. Iul. De vi publ. & l. fin. C. eod. Et in l. capitolium, §. solent, vbi Barto. & alij notant, ff. de pœn. & in l. 3. §. qui seditionem, ff. de re mil. cum concordant. citat. per gloss. in dict. §. solent, super verb. cum sæpius, & per Monder. in dict. l. 1. & 2. & l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccles. confugiunt. De causis seditionum ni Rep. & principatu, generaliter vide Petr. Greg. De republ. lib. 23. c. 1. per tot. & seq. Idem in Syntag. lib. 35. c. 6. Dec. in l. non est singulus, 136. ff. de reg. iur. Idem consil. 256.

De Scandalo.

78 PRopter scandalum euitandum aliqua permittuntur, quæ aliàs non concederentur: notat aliqua Petr. de Rauen. in aureo suo alphab. litera R. versic. rixa & rixosus, notaui suprà, in litera I. versic. de infectionis timore, & in litera R. versic. de rixa, infr. in lit. T. versic. de tumultu populi.

79 Tanta autem vis scandali est, quòd si ex persona Episcopi imminet scandalum ciuitati, vel Ecclesiæ: potest cogi Episcopus ad renunciandum: vt dixit Innocen. in c. cùm pridem, de renuncia. Scriptum est enim: Si oculus tuus scandalizauerit, erue illum. 24. q. 2. & ideo licet summus Pontifex à nemine debeat accusari & iudicari, tamen fallit in crimine scandaloso: vt per plura consuluit Decian, in consi. 151. volum. 2. ¶ Et propter scandalum potest quis expelli de ciuitate: Decian. in consi. 63. vol. 3. n. 10. & in alijs.

Senes, Senectus.

80 SEniores iunioribus præferendos, docet Borchold. c. 1. num. vlt. de feud.

De Sententia, & de his, quæ ipsam sequuntur.

81 QVid sit sententia, quot sint species sententiæ, à quo sententia ferenda, an à delegato, vel quomodo debeat esse iudex qualificatus, quando sit ferenda, qualiter autem promulganda & publicanda? de diuersis sententiarum formis, quis sit sententiæ effectus, qualiter sententia in iudicio prolata impugnetur, quibus modis valida sententia sublevetur, impugnetur seu retractetur? de his omnibus, vide Specula. in tot. titu. de sententia, & quæ ipsam sequuntur.

82 Ex quibus rationibus & fundamentis sententia non solùm, sed totus processus impugnari & annullari possit, & raptus qualiter defendatur à plurimis nullitatibus obiectis, doctè consuluit Decian. in consi. 18. per totum. volum. 1. Ibi multa docuit de defectu mandati procuratorij, de indocto & illiterato iudice, de citatione, de sententiæ confirmatione principis, & restitu. in integrum: & de alijs bonis quàm plurimis, quæ pro instructione vel sustentatione processuum prodesse possunt, ibi inueniet lector. Idem Decian. consi. 43. volum. 3. num. 39. & in sequen. Item Menochius consuluit pulcherrimè, defendendam sententiam contra nullitates, num. 33. illi obiectam consi. 100. vol. 1.

De sententiæ executione, notaui suprà, in litera E. vers. de executione. Et pro istius materiæ tenore & complemento, vide Specul. in toto titu. de executione sententiæ, tenentem istum ordinem: 1. Quæ sententia sit executioni mandata. 2. A quibus. 3. In quibus, & qualiter sententiæ executio fiat. 4. Post quod tempus exequatur. 5. Qualiter, & quo iure sententiæ executio petatur. 6. Qualiter sententiæ executio impediatur. 83

Et de executione, (Pro qua decernuntur executoriales, vel mandatum executoriale sine clausula iustificatoria: quibus si intra tempus præfinitum non pareatur, nec iustæ non parendi causæ allegentur: arctiores executoriales vel mandata sub pœna banni decernuntur.) executorialibus, (Tunc dantur, cum executio ad Cameram spectat, veluti si sententia aliqua in Camerà confirmata fit.) & mandatis executorialium, (Tunc dantur, cum executio pertinet ad iudicem à quo, veluti cum appellatio pronunciatur deserta, vel etiam non deuoluta vigore priuilegij, aut ex alia causa.) quid in Camera, & de iure obseruetur, docuit Geyl. in obser. 113. lib. 1. obseruat. Came. Imper. 84

Sed istis omnibus, quæ Speculator in d. titu. de sententia tradidit, multa ex alijs locis, eiusdem Specula. & ex alijs Dd. textibus, & gloss. addenda esse censui. ¶ Sententia diffinitiua est, quæ principalem quæstionē decidit: l. 1. ff. de re iudica. Et appellatione sententiæ, propriè venit sententia diffinitiua: text. est in c. super eo, de appella. 85

Et valet sententia prolata per verbum præsentis temporis: condemno vel absoluo, condemnamus vel absoluimus: l. 1. ff. de re iudica. sed quatenus, (Si videlicet iudex potestatem habeat condemnandi vel absoluendi de præsenti, vsusq; sit verbo infinitiui modi, quod omnia tempora comprehendere aptum est. Idq; maximè, si ex alijs quoq; circumstantijs appareat, eam iudicis mentem fuisse.) valeat sententia per verba futuri temporis prolata, condemnabimus, vel absoluemus: & per verba infinitiui modi, consuluit Decian. in consi. 57. volu. 2. Et sententia, quò ad expensas, quòd valeat, etiam omisso verbo condemno vel absoluo, si possit ex præcedentibus colligi, tradit idem Decian. in d. consi. 57. vol. 2. n. 20. 86

Etiam de sententia interlocutoria, vide apud Andr Siculum, Barba. in repe. Rubric. Clemen. de seques. possess. & fructuum: & ibi 87

yult,

vult, quòd etiam in possessorio feratur sententia diffinitiua.

88 Quæ sit sententia diffinitiua, vel quæ sit interlocutoria, in quib. differant, quomodo quælibet cognoscatur, & ex quibus actis posśint iustificari: & à sententia interlocutoria quatenus posśit appellari, nec ne *vide dn. Matth. de Mathe. in singula. suo 39. incip. nota, quòd ab interlocutoria, & ibi Gabr. de Saray. in suis addi.* Inuenies ibi aliquot casus specificatos, qui habentur pro interlocutorijs, vel diffinitiuis. vide quia sunt vtilisśima. Docuit Robert. Marant. *in suo Speculo. ordi. iudi. parte 6. in cap. de sententia, à num. 9. vsq. ad num. 22.* tredecim differentias inter sententiam diffinitiuã & interlocutoriam. Item, *à n. 24. vsq. ad n. 41.* declarat per duodecim quæstiones, quomodo quælibet sententia cognoscatur, quæ sit diffinitiua, & quæ interlocutoria: Et *à n. 42. vsq. ad n. 46.* posuit Dn. Maran. quatuor conclusiones, per quas cognosci posśit, quando interlocutoria sententia habeat vim diffinitiuæ, & quando non. Idem post illum & alios, declarauit Mynsi. (*Omnis interlocutoria, quæ non sperat aliam sententiam post se, vel per quam finitur officium iudicis, aut quæ diffinit vnum articulum causæ principalis, in quo victoria causæ pendet, vel quæ continet aliquid dari vel fieri, dicitur vim definitiuæ habere. Cum Mynsing. consentit Geyl. 1. obseruatio. pract. 130.*) *in obseruat. 88. cent. 3.*

89 De sententia, lata super executione rei iudicatæ, quòd sit interlocutoria: quando autem, in quibus rebus, & contra quos posśit fieri executio, notat Petr. à Duen. *in regulis fallen. in regul. 586. fol. 777.*

90 De sententia interlocutoria nota, quòd bis confirmata sit irreuocabilis: *gloss. in verb. super ea, in fine Clement. final. de appellatio. & per illam Ioann. de Arno. in singula. 37. incipiente, tritum est.* ¶ Scripturam aliquam priuatam, si testes probare volunt, ab aliquo scriptam fuisse manu propria: necesse est, vt illi testes deponant, se fuisse præsentes, quando ille scripsit talem scripturam & vidisse scribere: nec sufficit, si præsentes non fuerint, si probarent, se vidisse aliàs scripturas scribere, & manum suam cognoscere: *§. si quis igitur, in Authen. de Instr. cautel. & fid. Zas. lib. 2. consil. 3. numer. 62. per Dd. ibi allegatos.*

91 Sententia ex instrumentis de nouo repertis potest retractari: *Seb. Med. de reg. iur. reg. 1. num. 55.* ¶ Sententia Principis & Senatus in vna causa, facit ius quoad omnes: *l. fi. C. de ll. & ibi Doctor. per illam legem, Plot. §. 4. num. 42. de in lit. iur.* & hoc procedit, siue sint interlocutoriæ, siue definitiuæ: *Plot. d. lo.* ¶ Sententia, condemno te in 20. reseruata tibi exceptione solutionis, non valet: *declara vt Guid. Papa 67.* ¶ Sententia, per quam absoluitur reus, alio non edocto, vel stantibus actis, pro vt stant, an sit definitiua, *Thessaur. dec. 81.* ¶ Sententia etsi sit generalis, restringitur ad specialem petitionem: & quando sententia interlocutoria habeat vim definitiuæ, *Viuius dec. 302. lib. 2.*

Sententia simpliciter prolata, intelligitur de diffinitiua: *Viuius decis. 315. lib. 2.* Et debet esse conformis libello: *Viuius de. 315. lib. 2.* ¶ Formiter & specialiter parendum est sententiæ: *Menoch. consi. 762. num. 9. vel 8.* Cùm eius verba strictè proprie & ad vnguem, vt est litera, & verborum proprietas sonat, sint intelligenda: *Barto. in l. Iulianus, n. 5. ff. de condict. indeb. Alex. consi. 108. numer. 2. vol. 5. Abbas in c. delictus, numer. 2. de officio. ord. Philipp. Dec. consi. 322. numer. 1. Curt. iun. cons. 153. num. 19. Ripa l. 2. nume. 26. C. de edendo. Ich Petr. Surd. decis. manu. 261. num. 6. Meno. consi. 80. num. 39. & consi. 611. num. 15. & alibi sæpius, per text. in l. diui. ff. de lib. causa, l. si à te, ff. de except. rei iudicatæ, l. 1. C. si plures vna sent. condem.* 92

Vnde Br. *in l. si expreß. ff. de appel.* scriptum reliquit, quòd, si iudex pronunciauit Malè appellatum, & non dixit Bene iudicatum, non dicitur confirmasse primam sententiam: cùm sermonis proprietate aliud sit dicere malè appellatum, aliud benè iudicatum. Et Bartolum sequuntur, Cardinalis *consi. 11. colum. 2. vers. quanto scilicet,* & Abb. *consi. 3. quæst. 12. lib. 2.* Hinc etiam respondit Alex. *in consil. 46. numer. 6. lib. 1. & prin. Bl. in consi. 150. in fi. lib. 5.* sententiam æquiparari contractibus: vt quemadmodum in contractibus strictè intelliguntur verba, & eorum proprietas maximè obseruatur: ita etiam in sententia: idem Alex. *in consil. 123. num. 8. C. lib. 1. & consi. 49. numer. 1. & consi. 164. num. 1. lib. 7.* Et idem *Alex. in l. à diuo pio, §. si pignora, numer. 10. ff. de re iudic.* docuit, non esse recedendũ à proprietate sermonis in sententia: etsi verba libelli aliud suadeant. Et sententiam, quoad hanc obseruationem proprietatis verborum, æquiparari contractibus, respondit Natta, *in consi. 474. num. 5. lib. 2.* qui egregiam facti speciẽ diffinit. Est huic traditioni similis illa Ruini, *in consi. 72. nu. 8. lib. 2.* cùm respondit, sententiam æquiparari statuto: vt quemadmodum in statutis non recedimus à proprietate verborum, ita nec in sententia. Ita etiam, spectandum esse in sententia sermonis proprietatem, respondit Curt. *sen. num. consi. 74. suprà memorata columna vlt. vers. quia verba.* 93 94

Et ob id, ait ille, sententia, quæ reseruat proprietatem legitimandi filios Illustrium Principum, non comprehendit filios Ducũ, cum Duces propriè Principes non sint. Ita respondit Ruin. *in consi. 116. n. 6. & n. 19. lib. 4.* verba

4. verba sententiæ esse strictè intelligenda, & ab eorum proprietate non esse recedendum. idem respondit Cœpolla, *in consi. 57. n. 5. in ciuil.* Quinimò sententia strictam adeo recipit interpretationem, vt tantum ex ea solummodò inferatur, quantum vrget necessitas: *ita probat lex, si iudex de his qui sunt sui vel alieni iuris: l. 2. de ord. cognit.*

95 Quæ in rem hanc citauit Br. *in d. l. Iulia. n. 5. ff. de condict. indeb. Ioh. Pet. surdus, d. decis. 261. n. 1. & Barto.* secutus est Fulgos. *in consil. 139. præsuppositis duobus col. pen. vers. ad secund. &c.* qui respondit, sententiam latam in causa principali, non continere condemnationem restitutionis fructuum & expensarũ: cùm tamen hæc à causa ipsa principali dependere videantur. Ita etiam respondit Cardinalis, *in consi. 72. in nouo dubio*, sententiam latam super vna parte rei petitæ, non extendi ad alteram partem. Hinc Paul. Castr. *in consi. 296. viso. 5. scripto, n. 4. lib. 1.* respondit, sententiam adeo strictè interpretari, vt præsentia tantùm, non futura comprehendat.

96 Hinc etiam respondit Soc. senior, *in consi. 18. n. 8. lib. 3.* sententiam latam super re principali, non comprehendere accessoria & re ipsa dependentia, veluti fructus & illis similia. Hinc etiam respondit Riminal. *sen. in consi. 71. nu. 15. lib. 1.* sententiam non cõtinere, nisi id, quod ex verbis percipitur: & ideò lata super vna re, nullo modo comprehendit etiam ab ea separatũ, & sine qua esse res illa potest. Ita etiam respondit Dec. *consi. 43. n. 4. & consi. 322.* sententiam latam super re principali, non comprehendere interesse. Simile respondit idem Dec. *in consi. 348. ad fi.* & simile docuit idem Dec. in ius nostrum, *n. 10. de reg. iur.* Hinc etiam respondit Gozad. *in consi. 50. n. 12.* quòd sententia qua pacta ademta sunt fœminis, ob id, quòd incapaces sunt, intelligatur de incapacitate respectu masculinitatis tantùm, non autem de alia.

97 Imò respondit Soc. senior, *consi. 134. col. 2. vers. præter. lib. 1.* verba sententiæ adeo ad literam, vt iacent & scripta sunt, esse intelligenda: vt nec iuxta petitionẽ libelli debeant interpretari. Et idem docuit Alex. *in l. à Diuo Pio, §. si pig. n. 10. ff. de re iud. & Nic. Boer. dec. 59. n. 8. Bart. l. Paul. n. 2. ff. de re iud. & apertius in l. 1. n. 2. vers. nam verba, C. si plures vna sententia.* Simile est, quod scripsit Socin. iun. *consil. 181. n. 67. lib. 2.*

98 Simile etiam respondit Grauett. *in consi. 10. n. 3. & in consi. 88. n. 6. & consi. 216. in fi.* qui post alios, quos recenset, dixit: Sententiam adeo strictã interpretationẽ recipere, vt lata pro debitore principali, non prosit eius fideiussorib. Cùm tamẽ debitor & fideiussor videantur duo esse connexa & indiuidua: sicuti docuit Br. *in l. Græcè, §. illud, nu. 4. ff. de fideiussor.* Idem Grauetta de antiquit tempor. *in 4. par. principali, n. 64.* qui asserunt, esse ad literam intelligenda, & ad accessoria & dependentia non extendi: nisi id omnino & necessariò cõprehendatur: vt, quando necessarium est antecedens, & necessariũ consequens. Idem etiam respondit Rol. *in consi. 79. n. 10. & ibi n. 12.* Et Ruinus *consi. 146. col. vlt. lib. 1.* respondit, in sententia tantùm illud contineri, quod verbis expressum fuit.

Et verba sententiæ subauditionem non recipiunt, sed literaliter vt scripta sunt debent intelligi: *l. 2. vbi Bl. n. 6. C. de sent. ex breuic. recit.* Et in specie annotauit Steph. *de Federic, in tract. de interpr. iur. p. vlt. n. 103.* quo loco dixit, sententiã statuto ita æquiparari, vt quemadmodum in verbis statuti nulla admittitur verborum subauditio, ita nec in verbis sententiæ. 99

Sententia non potest pro parte valere, & pro parte non valere: *l. in hoc iudicio, famil. hercis.* ¶ Fallit, nisi species essent diuersæ in sententia. *l. etiam, §. 1. de minor. l. non idcirco, ff. de iud. l. de vnoquoq. de re iud. Bar. in l. edita, in 6. col. C. de edend. vide tamen c. Raynucius, de test.* vbi sententia pro parte cõfirmatur, & parte iniqua iudicatur, *vide Moder. in l. 1. §. si stipulatum, in limitationib. de v. obl.* ¶ Sententia debet esse conformis libello: *l. fi. C. de fideicom. libert. l. vt fundus, ff. com. diuid. c. licet bell. de simo.* De hac regula cum 13. fallent. vide Ias. *in l. vnum, in 13. col. ff. si cert. pet.* & vide etiam 13. limitationes ad hoc per Soc. *in reg. 357.* ¶ Et stultus est iudex, qui aliam fert sententiam, quàm petitum est: *d. l. fin. ita dicit gloss. in l. si cum exceptione, §. sed & si quis, quod met. caus.* 100

Sententia debet referri, & restringi ad prosecuta tantùm: *l. licet, & ibi not. C. de iudic. & quod not. in l. sub prætextu, C. de transact. vide Ferr. in pract. in form. libell. in act. reali in verb. dominij.* ¶ Sententia debet ferri adhibito consilio prudentum, & hoc debet scribi in sententijs: *tex. cum gl. in § 2. in Auth. de Appell. l. humanum, C. de LL. vide supr. in verb. consilium.* ¶ Et si sententia contrà lata fuerit, si statutum hoc dicit, est nulla: *Bart. in l. 1. §. plures, de Exercit.* 101

Sententia vt valeat, citatio peremptoria requiritur: *l. ad peremptorium, & l. cessante, C. quomod. & quand. iudex. vide fallentias per Socin. in reg. 252. & 27.* ¶ Sententia potest ferri super equo & curru; *gloss. in l. 1. C. de sent. ex per. recitand.* ¶ Sententia de nocte ferri non debet: fallit, vt per Socin. *in reg. 359.* gloss. tamen, *in c. consuluit, in verb. tenebras, de officio delegat.* voluit, quòd sententia de nocte lata valeat: *vide Bald. in marg. in verb. Testis.* 102

Sententia

103 Sententia sub conditione non est proferenda: *l. 1. §. biduum, quand. appell.* & intra quæ tempora, *vide Soc. in reg. 369.* Tu dic, quòd imò possit: *l. 1. §. biduum, ff. quand. appell. & gl. in l. cum iudex, in verb. palàm, in fin. C. de sent.*

Sententia incerta non debet ferri, aliàs non valet: *l. in summa, §. 1. de re iudic.* Ergo definitiua, quæ condemnationem vel absolutionem non continet, pro nulla habetur: *c. ei qui, §. definitiua, 2. q. 5.*

104 Sententia debet ferri per iudicem. Nam sententia in scripturam redacta, & per alium lecta, quàm per iudicem, est nulla: *c. fin. de re iudic. lib. 6. l. 3. C. de sent. exper. recit. in Auth. de Appell. §. illo.* ¶ Sententia non debet ferri in confitentem: *l. si debitori, de iud. l. proinde, §. fin. cum l. seqq. ad l. Aquil. vide in verb. Confeßio.*

105 Sententia potest ferri, prout conuenerit inter partes: *l. si non conuenerit, de re iudic. ita Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 9. q. de verb. obligat.* ¶ Quomodo hoc intelligatur, declarat ibi Carol. *lect. 62.* dummodò scilicet substantialia iudicij non omittantur. ¶ Iudex potest etiam sententiare super illis, quæ accidunt post litem contestatam, licèt in libello non sint petita: *l. vinum, Si cert. pet. l. ædiles, §. item sciendum, de ædil. edict. Bart. vbi suprà, & Carolus etiam hoc declarat.* ¶ Si maior summa petitur, & fit condemnatio in minori summa, est necessarium, quòd iudex à residuo reum absoluat: *secundùm gloss. Bart. & Dd. communiter, in l. 1. §. si stipulanti, de verb. obligat. fol. 70. fallent. 2.*

106 Arbitri, ordinarij, delegati, si sunt discordes in sententia, quid iuris, vide text. *in c. fin. de re iudic. & pulcrè Carol. in d. §. si stipulanti.* ¶ Sententia contra vnum lata valet, si caussa est inchoata contra duos. Sententia absque probationibus lata valet. Sententia contra rem iudicatam non valet: *Dec. cons. 295. vol. 2. in caussa.*

107 Vide practicam, quomodo sententia ferri debeat, *per Bart. in l. 2. num. 14. ff. de iudic. & per Ferr. in form. sent. de fin. in verb. visa litu contest.* ¶ Sententia venalis, vel prætextu falsorum instrumentorum vel testium lata, reddit iudicium nullum: & ipsius nullitatis exceptio opponi etiam potest post sententiam: *l. venales, C. quando pro. non est neceß. & tot. tit. si ex fal.* vel si à non compet. iudice lata fuerit: *tot. tit. C. si à non compet. iud.* ¶ Et hæc est vna peremptoriarum exceptionum, quæ potest opponi post sententiam: alias habes 6. in gloss. *magist. in §. appellantur, Inst. de Except. contra regulam l. peremptorias, C. sent. rescind. non poss.* ¶ De hac materia nullitatis sententiæ, & quomodo sententiæ iudicum à nullitate conseruari possunt, *vide Zas. in l. cum prolatis, ff. de re iudic. vbi breuiter, & clarè loquitur.*

Sententia si feratur incerta, & possibile fuit ferre sententiam certam: si talis sententia incerta ex actis probatorijs in ipsa caussa factis non redditur certa, sententia erit nulla: *vide Alex. in cons. 42. vol. 6. & primò allegantem Bart. & alios.*

Sunt & alij modi nullitatis sententiæ: vt quando profertur super inepto libello: *gloss. in verb. secundùm, Instit. de oblig. in princ.* quam gloss. Bald. *in l. actori, C. de reb. cred.* ad hoc dicit in mundo singularem: *vide Dd. in l. 1. de off. asseß.* vel quando procederetur omisso libello, *Auth. offeratur, C. de lit. contest.* 108

Sic & sententia lata contra legem est ipso iure nulla: *l. si expressum, ff. de Appell. l. 1. §. item cum contra, ff. quand. sent. sine appell. rescind. l. 2. C. quando pro non. est neceß.* Hoc tamen est verum, si lex illa est in corpore iuris inclusa: secus, si est extrauagans; *secundùm Bart. in l. cum prolatis, de re iudic. Alex. in cons. 221. volum. 2.* ¶ Licèt sententia sit ipso iure nulla, quando error iuris est expressus in ea: *l. 1. C. quand. pro non est ne.* hoc tamen fallit, quando est expressus circa ius non clarum: Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. opp. Quod sequuntur communiter cæteri: de verb. oblig. vide Francisc. de Curt. in cons. 6. fol. 77. col. 1.* 109

Tamen si est lata contra consuetudinem, valet, tanquam lata contra factum: *c. venientes, de iureiur.* Licèt appellatione possit rescindi: *vide pulcrè Ias. in Auth. iubemus, C. de iudic.* ¶ Simonia & Barataria committitur, cùm precium iudici datur, vt sententiam etiam iustam & bonam ferat: *vide Soc. in Reg. 37. vide multa suprà in verb. iudex, & in verb. Doctor.* ¶ Vt sententia dicatur ipso iure nulla, requiruntur tria: 1. dolus aduersarij corrumpentis. 2. quòd aduocatus corruptus fecerit falsas allegationes. 3. quòd sententia fuerit lata contra absentem: *Bart. in l. 1. in 2. opp. C. de adu. diuer. iud.* 110

Sententia debet ferri in personam procuratoris, aliàs est ipso iure nulla: *l. 1. C. de Sent. vide Soc. in reg. 316.* executoria tamen verba debent dirigi in personam Domini: *vide Bart. in d. l. 1. vide Alex. in cons. 237. vol. 2. fol. 84. num. 17.* ¶ Sententia contra grauiter infirmum lata scienter, est nulla: *l. quæsitum, & ibi gloss. ff. de re iud. Ioh. de Plat. in l. à muneribus, C. de Decur. lib. 10.* ¶ Sententia lata super inepto libello, est ipso iure nulla: *vide Soc. in reg. 368.* 111

112 Sententia per errorem iuris tacitum non vitiatur: secus, si in ea error sit expressus: *gl. & Dd. in l. ex diuerso, §. fin. solut. matr. vide Doct. Carol. in l. 3. de leg. 1. Lect. 22.* ¶ Sententia contra sententiam non valet, & est nulla: *vide Soc. in reg. 353. Dec. cons. 295. volum. 2. in caussa istorum.* ¶ An & quando valeat sententia lata contra sententiam, vide Bart. *in l. ait prætor, §. sed si damnetur, ff. de iureiur.* ¶ Sententia nulla, consensu partium potest validari: *l. 1. C. comm. vtriusque iudic. Abb. in c. fina. de confirm. vtil. volum. inut. & in c. in prudentia, de offic. deleg. vide Carol. in l. 1. §. si quis ita, lect. 28. in princ. de verbor. obligat. colum. 53.*

113 Sententia nulla vel iniusta non meretur nomen sententiæ: *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. c. fin. de re iudic. lib. 6. gloss. fin. in Clem. vnic. de sequestr. quam gloss. Can. ad astra tollunt.*

Sententia nulla extinguit iurisdictionem iudicis delegati: *l. si vt proponas, La. 1. C. quomod. & quand. iudic.* sed non ordinarij: *l. si præses, eod. tit. vide Bart.* Si sententia est lata nulliter contra me, possum te conuenire coram alio iudice, vt cognoscat de nullitate sententiæ: *Paul. de Castren. in l. si idem cum eod. de iurisdict. omn. iudic. & Ias. in l. imperium, in 15. col. eod. tit.*

114 Sententia quando sit nulla propter temporis breuitatem, vide Dec. *cons. 295. vol. 2. in caussa istorum.*

Pendente nullitate, executio in bonis fieri potest, non in captura personæ: *Dec. consil. 73. volum. 1. Præstantissime Doctor. Vide ad præmissa, & ad hanc materiam nullitatis sententiæ, indicem meum in Practicum Papiensem, in verbo sententia, in tit. de nullitate Sententiæ, ibi multa pulcra habes.*

115 A sententia lata super possessorio, non potest appellari de iure Ciuili: *l. vnic. Si de mon. poss. appell. fuer. app.* Potest tamen dici nulla: *vide Ias. in l. 1. de Iust. & iur. in 5. col.* ¶ Sententia lata super crimine, etiam ciuiliter intentato, infamat: *Bart. in l. infamem, de public. iudic.* ¶ Iudex sententiam suam reuocare vel corrigere non potest: *l. 1. §. fin. in fin. de quæst. l. iudex, de re iudic.*

116 An, detecto crimine procuratoris vel aduocati, sententia retractetur, & an sit ipso iure nulla, vide Paul. *de Castr. in l. si patronum, C. de aduoc. diuers. iudic.*

Quando est sententia lata per sordes, vel per gratiam, potest peti restitutio in integrum: *l. sed si perpetratorem, §. ait prætor, el. 2. item per ingratum, vbi Bart. not. ex quib. causs. maior.* si verò est lata per pecuniam, est ipso iure nulla: *l. venales, C. quand. pro. non est necess. vide Bart. ibi.*

Sententia lata prætextu falsorum instrumentorum, debet retractari, etiamsi fuisset lata virtute iuramenti: *de hoc per tot. tit. C. si ex fals. instrum. vide Soc. in reg. 361.* ¶ Sententia definitiua potest retractari, etiamsi transierit in rem iudicatam, per restitutionem in integrum: *Dd. de falsitat. probat. vel de errore, Alex. in cons. 39. volum. 6. num. 20. & sequentibus.* ¶ Item quando per facti euidentiam constat, & constare potest de iniquitate sententiæ, talis sententia nunquã transit in rem iudicatam: *d. cons.* ¶ An propter instrumenta de nouo reperta aduersus sententiam, quæ transit in rem iudicatam, detur restitutio in integrum: & quid in caussa fiscali, reipub. Ecclesiæ pupilli, & quid in priuato, *vide pulcrè Franc. Curt. in cons. 18.* 117

Hinc transactio inita virtute falsorum instrumentorum, etiam iurata, est rescindenda: *l. penult. C. de transact.* ¶ An sententia lata per legitimas probationes, possit tandem per noua instrumenta retractari? Dic, quòd non, *per l. Imperatores, de re iudic. vide Curt. consil. 18. c. cum inter, de re iudic. l. res iudicata, ff. de re iud. l. ingenuum, de stat. hominum.*

Quia sententia tribuit ius, & facit ex 118 albo nigrum: d. iurib. *vide Ias. in §. item si quis postulante, Inst. de Act.* Etiam iudex, siue benè, siue malè iudicauit, functus est officio suo: *l. iudex, de re iudic. vide Soc. in reg. 361. & regul. 365.*

Sententia & pacto amicabili finita, nullo modo sunt resuscitanda: *l. 2. circa fin. C. de vet. iur. enucl. l. qui res, §. aream, ff. de solut. l. fratris, C. de Transact.*

Nec sententia ritè lata rescindi debet 119 virtute rescripti Imperatoris: *l. fin. C. senten. rescin. poss.*

Sententia lata per plures arbitros electos, quorum vnus condemnat in 15. secundus in 10. tertius in 5. præualet illius sententia, quæ minorem summam continet: *l. diem proferre, §. si plures, de Arbitr. Soc. in reg. 359.*

Ex sententia pro alio lata, siue iusta, siue iniusta, alium prægrauari non oportet: *l. Lucius Titius, ff. de insa. c. cum inter dilectos, de fid. instrum.*

Ex sententia oritur actio in factum: 120 *Bart. in l. nam & postea, §. fin. de iureiur. vbi gloss. & Dd. Bart. in l. miles, §. iudicati, de re iudic.* ¶ Sententia in dubio iusta præsumitur: *Soc. in reg. 362.* ¶ Sententia in caussa beneficiali in rem iudicatam transit: *Socin. in Reg. 363.* ¶ Quòd aliquid per sententiam fiat, vel ipso iure: multum interest, suntque multi iuris effectus: *de quibus vide in verb.*

verb. ius. ¶ Sententiam esse latam, & conclusum esse in caussa, paria sunt: *Bart. in l. mater, §. eandem, de Except. rei iudic. Abb. in c. pastoralis, de Except. Ias. in l. error, C. de iur. & fact. ignor.*

121 Conclusum autem tunc dicitur in caussa, quando renunciatur omnibus defensionibus: *vide pulcrè Alex. cons. 77. volum. 1. num. 10.* ¶ Postquam in caussa est conclusum, nullæ sunt partes iudicis, nisi in pronunciando: & ideo, postquam est conclusum in caussa, clausus est processus, & nulla allegatio à modo fieri debet, nec in re, nec in facto: *vide de hoc & alijs Bald. in Marg. super Innoc. in verb. conclusio.* ¶ Executio sententiæ an veniat iure actionis, an officio iudicis; & an nobili, an mercenario, *vide latè Moder. in l. si prius, in 3. q. de oper. no. nunc.* vbi Iason multa cumulat, & saluatur Bart. à contrarietate, qui in hoc articulo fuit sibi contrarius, quem etiam ibi Carol. saluat; *vide etiam D. Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, in 6. q. fol. 121. de verbor. obligat.* ¶ Sententia debet executioni mandari infra tempus quadrimestre, postquam transiuit in rem iudicatam; *l. 2. & fin. C. de vsu. rei iud. Alex. in cons. 219. volum. 2. in caussa, num. 15.*

122 Iudex, qui exequitur sententiam in capitalibus pendente appellatione, incidit in pœnam capitis: item quando iudex non vult deferre tali appellationi in criminalibus, tunc amici possunt executioni resistere: & Clerici, si vident, aliquem iniustè damnatum, possunt talem eripere de manibus familiæ; *de quib. omnibus vide suprà in verb. Appellare.* ¶ An tertius comparens in iudicio post sententiam latam, quæ in rem iudicatam transiuit, posit impedire executionem sententiæ, vide Dn. Alex. *in cons. 15. volum. 6. in 2. colum. viso,* vbi determinat, quòd sic; *& Lanfranc. in c. quoniam contra. in verb. interlocutiones, colu. 17. & Bart. in l. si perlusorio, de Appell. & Paul. in l. si suspecta, de inoff. test.*

123 Quando sententia dicatur definitiua, & quando interlocutoria, & quomodo differant, vide gloss. *in clem. 1. de seqq. poss. & fruct. Mod. in Rub. de re iud. Can. in Rub. ext. eod. per Fel. aliquid per Goz. in l. 1. de iurisdict. omn. iudic.* ¶ Sententia definitiua duabus de caussis definitiua dicitur: *vide Alex. in l. imperium, in 3. col. de iurisd. om. iudic.*

124 Sententia lata in caussa summaria, licèt negotium diffiniat, non tamen est merè definitiua, sed mixta: *ita vide Ias. referentem Ang. in d. l. imperium, in 4. colum. & in fin. l.* ¶ Sententia lata in caussa ordinaria, & libellus fuerit nullus, sed fuit ex confessione partis lata, non est definitiua, sed interlocutoria. Et sententia lata in criminibus ex inquisitione iudicis, est interlocutoria: *vide Ias. vbi suprà.* ¶ Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, est interlocutoria: *gloss. & Bart. in l. & harum, si seru. vind. Ias. in l. argentarius, §. cùm autem, de Edend. in 2. notab.* ¶ Vires sententiæ absolutoriæ, habes per Bart. *in l. Iulianus verum debitorem, ff. de condit. ind.* ¶ A sententia interlocutoria non appellatur, text. est *cum gloss. in l. ante sententiæ, C. quæ appell. non recip.* vbi bona additio, quæ inter ius Canonicum & ciuile distinguit. ¶ A sententia excommunicationis non appellatur: quia trahit secum executionem paratam; *c. pastoralis, de Appell.*

De Sententiæ interpretatione, & quis possit interpretari, & an ad eam pars citari debeat, & an iudex prædecessoris sui sententiam possit interpretari, *vide not. per Bart. in l. ab executore, ff. de Appell.* ¶ Sententia definitiua, licèt reuocari non possit, potest tamen declarari: *vide Fel. in c. super quæstionum, in princ. de off. deleg.* ¶ An præsumatur pro rititudine & rectitudine sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, *Alex. in integro cons. 25. volum. 6.* 125

De verbis sententiæ, quæ strictè debent interpretari, & quando contineat condemnationem, *Dec. cons. 332. volum. 2. visis consilijs.* ¶ Sententia est stricti iuris, & in suis terminis est seruanda; & ex verbis sententiæ nihil infertur, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate inferatur: *Bart. in l. Iulianus, ff. de cond. indeb. col. 4. & Bart. in l. cum de in rem verso, ff. de vsu, ante finem, text. est in l. vna, C. de plu. vna sen. Bart. in l. si impressum, in 2. colum. ff. de Appell. Abb. in c. auditis, in princ. de præscript.* ¶ Verba sententiæ etiam improprianda, ad hoc, vt potius valeat, quàm pereat: *Cepoll. cons. 17. col 4 fol. 18. num. 4.*

An sententia dicatur esse nulla, si perempta instantia ab ipso iudice promulgetur? & multos vide modos, per quos quis dicitur acquiescere sententiæ, per Alex. *in cons. 278. vol. 2. in princ. in caussa & lite.* ¶ Consilium est, quòd in sententia caussa nō exprimatur: *c. sicut de re iudic.* quia ex expressione caussæ faciliter iniquitas sententię deprehenditur: *c. cū literis, de in integr. restit. gl. est in Clem. pastoralis, in verb. caussa, de re iudic. vide de hoc latè Dn. Fel. in d. c. sicut, de re iud. & Spec. in tit. de alleg. & disp. §. porrò, vers. qualiter. & in tit. de sent. §. in summa, vers. verum & per Io. Andr. in c. sicut, de app. & per Panor. ibi, & in cons. 2. incip. dum esset materia quæst vide Cor. in cōs. 163. vol. 3. incip. in cōs. decisiuis.* 126

An falsa caussa in sententia expressa sententiam vitiet, vide Fel. *in c. sicut, col. 11 n. 13. cum seqq. de re iudic.* vbi hanc materiam benè cumulatam habes. ¶ Per testes probatur senten- 127

sententia, perditâ scripturâ sententiæ: *Abb. in c. sicut nobis, nu. 2. de re iudic.* ¶ Si sententia fuit lata ad dicta testium inhabilia, an posit reprobari? *Abb. in c. super eod. de Test.*

De Sententia declaratoria.

128 NOta plures casus, in quibus quis incurrit pœnam Banni, excommunicationis bonorum, corporis, infamiæ: quòd tamen, etiam in notorijs, non ipso iure potuerit quis incurrere, sed quòd requiratur ad hoc sententia declaratoria, *tractauit Hippo. de Marsi. in pract. sua crim. §. aggredior, à num. 105. vsq; ad num. 135. idem Hippo. de Marsi. in repe. rubr. C. de probat. 226. versi. attende tamen.*

129 Sic Clericus homicida non est priuatus, ipso iure, beneficio suo, sed venit priuandus per sententiam: *celebre dictum fuit Innocentij, in c. cum nostris, de concessio. præben. quem referunt ibi, & sequuntur communiter Dd.* & intellige, hoc procedere in Clerico beneficiato. Et quòd homicidium vel irregularitas superueniens, non priuet Clericum suo beneficio, ipso facto, sed quòd opus sit sententia, facit *c. Clericis, in versi. honore priuetur & loco, ext. ne Clerici vel Monachi*: vbi exercens iudicium sanguinis, & incurrens irregularitatem, non est priuatus, ipso iure, beneficio suo, sed debet priuari per sententiam: *& hoc tenet ibi Dn. Abb. referens in c. in nostris, extr. de concess. præben. & videtur probari in c. ex literis, de excess. prælato. declarationes prædictarum, vide per Antho. Corset. in singula. suo, in verb. sententia 18.*

130 Sic, hæreticus vt repellatur ab actu ciuili, necessaria est sententia declaratoria: *iuxta c. fin. de homi. in 6.* ¶ Bona etiam hæreticorum, etsi sint confiscata ipso iure, tamen requiritur sententia declaratoria: *per tex. c. cum secundum, de hæreticis, in 6.*

131 Sic etiam in banno imperiali obseruatum est in Camera Imperiali: quia licet ipso facto incurrisset quis bannum, tamen necessaria erat declaratio, prout in ordinatione est expressum: hoc tamen à Cæsarea Maiestate & communibus statibus imperij hodiè, ob multitudinem violantium pacem publicam esse immutatum, ita vt non requiratur ampliùs declaratoria aduersus violatores pacis publicæ, prout habetur in recessu Augustano, edito Anno 1559. testante Mynsinger. *obseruat. 43. centu. 2. vide Geyl. in casu fractæ pacis, in obseruat. 3. num. 8. vsq; ad finem, lib. 1.* vide, in quibus casibus pœna dicatur imposita ipso iure vel quando requiratur sententia, per Matthe. de Matthesi. *in singul. suo 111. incip. nunc quòd vbicunq;, & ibi notat Gabr. Saraij, & in singul. 114.*

Et nota, quòd mulier, deprehensa in adulterio, ipso iure est infamis: *l. palàm, §. quæ in adulterio, ff. de ritu nup.* secùs in viro: quia ibi requiritur sententia: *gloss. est singularis in l. sed & si crimen, C. de adulte.* sic etiam côtrahentes incestas nuptias, ipso iure sunt infames: *Ludou. Roma. in singul. 825. & ibi Pignol. in addi.* & tandem in quibus casibus requiratur sententia declaratoria, in quibus verò non sit declaratoria, cumulauit Hippo. de Marsi. *in repe. rubricæ, ff. ad l. Cornel. de falsis, à num. 24. vsque ad num. 54. & ab isto num. vsque ad num. 65.* vide casus, ab ipso collectos, in quibus sententia declaratoria non sit opus: in seqq. specialiter decidit, quid in crimine falsi. 132

De sententia reformatoria, quòd in totum, vel pro parte posit reformari, (quoniam continet plura & diuersa capitula, seu diuersas species) notauit Geyl. *in obseru. 110. lib. 1. & ibi num. 5. vide declarationem l. in hoc iudicio, ff. fami. hercisc.* & ibidem in fine de expensis à sententia reformatoria, an compensari posint. (*respondetur, quòd sic, quia vterq; victor & victus sit.*) 133

De Sententia, quæ se refert ad acta, puta, quantitatis debitæ.

SEntentia, qua iudex pronunciat: condemno te ad id, quod debes, an valeat, si certa quantitas in actis appareat, *vide gloss. & Barto. in l. 3. C. de senten. quæ sine certa quant. proferuntur*: & pulcherrimû singulare habes Anto. Corset. *in verb. sententia*, & ibi videbis, qualiter sentêtia incerta, referens se ad acta, nedum assertoria, sed probatoria valere, saluari & sustineri posit: quodq; in iudicio vniuersali & generali, (*de vniuersali id verum est, de generali controuertunt Dd. & videtur eò inclinare Geyl. quòd in hoc lite contestata res exprimi debeant, & si libellus incertus admittatur.*) vel quando expêsæ & interesse, vel aliquid aliud accessoriè petatur, incerta sententia dari posit, & liquidetur saltem post sententiam, vel in termino executionis, docuit Schneidevvi. *in Instit. titulo de actionibus, §. curare. Geyl. in obserua. 68. lib. 1.* secus, si in particulari iudicio & principaliter quid petatur: *Mynsinge. reg. 21. num. 89. Alex. de Imo. consi. 109. volum. 5. Hippo. de Marsi. in repe. rubri. C. de prob. num. 364. Specula. in tit. de sententia, §. qualiter.* ¶ Item debet esse certa: *gloss. & Barto. in d. l. C. de senten. quæ sine certa quan. proferun.* 134

De Sententia super exceptione.

SEntentia lata super exceptione, inducit exceptionem rei iudicatæ, si illud postea 135

per

per modum actionis proponitur: *Barto. in l. si pupilli, §. si quocunque, ff. de nego. gestis.* Et ex isto *ibi* notat Barto. quòd illud, quod proponitur per modum exceptionis, post litem contestatam, potest per sententiam diffinitiuam terminari, licet per se principaliter posset in iudicium deduci: *allegat l. Papinianus, §. fin. ff. de inoffi. testa.* & ad ea se refert, quæ ipse dixit, *in l. nam & postea, §. sic minor, ff. de iureiur. & vide in d. §. si quocunque, per d. Barto. de perpetuanda actione, per modum exceptionis.*

136 De sententia pro mortuo lata, quòd non valeat, tenet Barto. *in l. in summa, §. vlti. ff. de re iudi.* ¶ Sed in Camera Imper. transfertur ad hæredes, & sic sustinetur: *Mynsing. in obserua. 85. cent. 1. (Et hoc maximè, si iudici, vt iudici, de morte non constabat: quo casu sententia per interlocutoriam in hæredem transfertur. Cæterùm, si de morte ex actu constet, siquidem post conclusionem in causa, citabit hæredes ad audiendam sententiam, si ante conclusionem ad reassumendum processum: Geyl. 1. obseruat. pract. 109. n. 4. & seqq.) à Quo, & Qualiter sit ferenda sententia.*

Vide Specula. *in §. sequitur, in titu. de sententia:* & inuenies ibi, an sententiæ prolatio possit alteri committi vel delegari: de quo idem Specula. *in titu. de requisitione consilij.*

137 In criminalibus à quo sit ferenda, notat Angelus *de Malefi. in versic. hæc est quædam sententia condemnatoria, cum Augustino in addit.* ibid. volens, quòd sententia mortis, vel membri mutilationis non possit dari, nisi per potestatem vel prouinciæ præsidem: nam (dicit) per eius Vicarium, seu per eius vices gerentem, sententia corporalis executiua fieri non potest: Sin autem esset substitutus, vel subrogatus à superiore, in locum potestatis mortui vel absentis, tum talis substitutus, etiam vices gerens, potest quoque executionem facere in causis meri imperij: *dicit per Bartol. & gloss. in l. 1. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdict.*

138 Est etiam sententia ferenda, iudiciario ordine seruato, in suis substantialibus, & auditis partium allegationib. & sic, quando sit ferenda, notat Specul. *in d. tit. de senten. §. nunc videndum.* ¶ Sed an, & quando sententia lata, sine citatione præuia valeat, vide Mynsinge. *in obserua. 71. cent. 3. & Geyl. in obser. 109. lib. 1.* & *ibi*, an citatio ad sententiam audiendam in Camera requiratur. (*Iure communi specialis citatio ad sententiam audiendam requiritur: cuius tamen contrarium in Imperiali consistorio, tàm in summarijs quàm ordinarijs iudiciis obseruatur: sufficit enim generalis citatio ad totam causam; nisi citatio illa generalis per edictum facta fuisset: quo casu, speciali demum citatione ad audiendam sententiam præmissâ, in Camerâ definitiuè pronunciatur.*) ¶ Adde, non sit præcipitata voluntas iudicis, sed cuncta rimando demũ iudicet: *docuit Hippo. de Marsi. in pract. sua crim. §. occurrunt, in prin. Schneidevvi. in Instit. de actionib. §. curare:* potest autẽ de iudicis præcipitantia probari vel præsumi, & temporis breuitate, & actus celeritate: *de quo infrà in litera T. versi. de temporis breuitate.*

Debet super sententiæ formatione iudex deliberare cum peritis: *prout tradidit Specul. in tit. de requisitio consilij.* debet ferre cum consensu, & deliberatione suorum iudicum & assessorum: *Angel. in tract. malefi. in versi. de consensu omnium suorum iudic. & assessor.* Et in Apostilla ibid. dicitur, Oldradum in quodã consilio reprobare quandam sententiã Episcopi Regini latam contra Clericum. Quando iudex debet ferre sententiam de consilio sapientis, an sufficiat, si habeat casum expressum in lege? respondetur, quòd non: *prout notauit Anton. Corset. in singul. suis, in verb. sententia.* 139

Debet iudicare iudex secundùm allegata & probata, non secundùm conscientiam: *l. illicitas, §. Veritas, ff. de offi. præsid. Coras. lib. 4. miscell. c. 20. gloss. art. 45. Landrecht, lib. 1. Cuiac. 12. obseru. 19. Hotom. Illust. quæst. 27. Zanger. in tract. de quæst. c. 2. num. 39. Vasq. illustr. contr. c. 4. Oldendorp. in libell. de iure & æquit. tit. 3.* ¶ Secundùm iura, & non per exempla: *2. q. 7. c. lator, in vltimis verbis, dicendo, non exemplis, sed legibus agamus.* ¶ Debet esse conformis libello, & non debet iudex iudicare vltra petita: *l. vt fundus, ff. commu. diuidun. Decian. ampliat. in consi. 116. vol. 3. num. 8.* 140

Debet fieri in publico loco, hoc est, in loco solito: *Angel. de Malefi. in versi. nos, T. potestas prædic. sedens pro tribunali.* 141

Quatenus debeat dari sententia in personam procuratoris, Syndici vel Domini, docuit cum alijs Geyl. (*quòd in Camerâ distinctio iuris communis, an cum procuratore iudicium agitatum sit, non obseruetur, sed in domini personam nihilominus sententia concipiatur: præterquam in actionibus iniuriarum, in quib. in arbitrio iudicis est, an in procuratorem sententiam ferat.*) *in obseru. 111. lib. 1. obserua. Came. Imper.* quòd debeat esse certa: quando tamen incerta valeat. (*dictum supr. hac ipsa literâ S. cap. de sententia, quæ se refert ad acta &c. vers. quodque in iudicio vniuersali.*) Cæterùm iudex in prolatione sententiæ de actis sic referat: viso libello, exceptione. ¶ Et in quibusdam casibus requiritur exprimere rationes, quæ ipsum sic ad sententiandum mouerunt: dicit Angelus *de Malefic. in versic. & quia nobis constat:* & omnia modò dicta, deducuntur & probantur per Specula. *in titul. de sentent. §. quali-*

qualiter autem, per tot. (*Regulariter non est necesse exprimere caussam.*)

142 Sed nota: quando in Cam. Impe. constat de meritis causæ principalis, & de veritate cognoscendi, vt, quia partium iura sunt clara: non attenditur nullitas, commissa in processu, sed de meritis caussæ diffinitur nihilominus: idq; expresse habet ordinatio Cameræ, & notauit secundum illam Mynsing. *in obserua. 27. centu. 1. obserua.* De nomine iudicis in sententia ponendo, vel non, vide in Constit. Electo. Saxo. *Arti. 26. parte 1.* (*quæ statuit, quòd etiam sententia nomine Consultoris lata valeat.*)

143 De sententiarum formis & effectibus earum, & quot modis sententia dicatur ipso iure nulla, remisi sup. *ad Spec. in tit. de sententia, §. qualiter autem, de quibus ibi vide. Item vide Oldendorp. in Enchiridio exceptio.*

144 Quatuor causas nullitatis sententiæ, 1. ratione incompetentiæ iudicis, 2. ratione eius, quod sit vltra petita pronunciatum, 3. ratione non factæ citationis, 4. respectu bonorum, super quibus est iudicatum: posuit Mynsinge. *in respons. 47. à nu. 3. vsq; ad n. 10.* De plurimis sententiæ nullitatibus consuluit Decian. *in consi. 18. vol. 1. idem Decia. consi. 43. volu. 3. num. 39.* primò ob defectum mandati, secundò propter defectū citationis, 3. propter falsam causam, super quo est lata. De sententia annullanda ex falsitate causarum expressarum, *idem Decian. consi. 49. volu. 3.*

De remedijs aduersus iniustam Sententiam.

145 Remedium primum est Appellatio, *de qua Specul. in tit. de appella. per tot. lib. 2. & notaui suprà in litera A. versi. de appellatio. Oldendorp. in Enchirid. excep. de exceptio. & reme. contra. senten. Rober. Maran. in suo ordi. iudi. parte 6. c. de appella.*

146 2. Est Supplicatio: à quibus autem possit supplicari, & quando, & in quibus casibus, quæ differentia sit inter appellationem & supplicationem, & quis sit supplicationis effectus: hæc omnia notat Specula. *in titul. de supplicatio. lib. 2. habetur in l. 1. ff. à quibus appella. non lic. argumento, l. non distinguimus, §. cum quidam, ff. de recep. arbi. item de hoc remedio Oldendorp. in d. Enchirid. excep. de remedi. & excep. aduersus senten. num. 3. Rober. Maran. in 6. part. de de appella. num. 12. & in seqq. Mynsing. in obserua. 48. cent. 1. in fine.* (*vbi docet, quòd executionem non impediat.*)

147 3. Remedium est Restitutio in integrum: *de isto per Specula. in titu. de restitut. in integrum, per tot. & per illum notaui sup. in litera R. versi. de restitutio. in integrum, Oldendorp. & Rober. Maran. in locis suprà allegatis, num. 3. & num. 77. & in sequentibus.* ¶ An per petitionem restitutionis in integrum executio sententiæ differatur, docuit (*quòd non.*) Mynsinge. *in obserua. 48. centu. 1. obseruat. Came. Impe.* ¶ Sed quis ordo (*plenarius videlicet, tàm in processu, quàm probationib.*) seruetur in obtinendo beneficio restitutionis in integrum, cōtra sententiam, præscribit idem Mynsin. *in obser. 49. cent. 1.* & de isto remedio restitutionis in integrum, contra sententiam, vide in ordina. Came. Imper. *parte 3. capi. 52.*

4. Remedium est Querela falsi: *de qua Spe-* 148
cul. in titu. de senten. §. quoniam, num. 8. versi. in summo, Rober. Maran. in c. de appell. mihi n. 102.

5. Imploratio tristis auxilij: *de qua in l. Ser-* 149
ui. ff. de appella.

6. Remedium est, retractari sententiam 150
comperto Errore, vel super falsis præsuppositis latam: *probatur in c. Bertoldus, in versi. licet autem, ext. de re iudi. & in c. 2. de purga. vulga.*

Et de multis alijs modis, quibus retractari & impugnari possit sententia, docuit Spec. *in tit. de sententia §. quoniam, num. 3.*

Sed Rober. Maran. *in dicto loco ordi. sui iu-* 151
di. part. 6. cap. de appell. ordine deduxit & explicauit 10. actus sententiæ suspensiuos: 1. Appellationem, 2. Prouocationem, (*quòd nomen generalius est appellatione, iudicialem & extraiudicialem complectens, cum appellatio in strictâ significatione non comprehendat extraiudicialem.*) 3. Relationem, (*Cùm caussa vel ad superiorem, vel consilium iurisperiti decidenda remittitur.*) 4. Reclamationem, (*generale nomen est, habetq; locum vbi cessat appellatio, vt in sententijs arbitrorum.*) 5. Supplicationem, (*penè coincidit, cum reclamatione, & habet locum, quoties ob excellentiam iudicis appellari non potest, sed idem iudex pro causa denuò cognoscendâ imploratur.*) 6. Recusationem, 7. Restitutionem, 8. Querelam, (*quando oppressus, qui appellare non potest, reclamat, vt sibi per viam iuris succurratur.*) 9. Reductionem, (*ad arbitrium boni viri.*) 10. Dilationem. Consilium est, vt de his consulat & legat quis Dn. Rober. Maran. & inueniet materias scitu dignissimas: nam tractat de vnoquoq;, quid iuris, & de differentijs earum inter se pulcherrima docet. ¶ Sed omnibus hisce remedijs suspensiuis addas remedium declarationis, quod obseruari consueuit in foro Saxonico, prout communis experientia attestatur. Et videre licet ex Constit. Dn. Augusti Electoris Saxoniæ, *par. 1. cap. 19. Von den Leuterungen.*

Da ist zuuerstehen / wie viel Leuterungen 152
allein zuzulassen / vnd wie in Leuterung Instantz zu procediren, vñ zur iustification anzuhalten vnd zuschreiten / in jhrer Churf. Gn. Landen. Schneidevvi. de leuteratione eiusq; effectu, bona docuit *in commenta. Institutio. tit. de actio. §. curare.* Adde: si sententia prior sit nulla, an

la, an (*Potest in honorem iudicum super iniquitate sententiæ pronunciare, etiamsi nullitas sola fuisset proposita.*) & qualiter iudex, ad quem super ea teneatur pronunciare, refert Mynsi. *in obser. 72. cent. 3.*

153 Reductio ab arbitramento, ad quem iudicem (*Rei videlicet, qui in illa causa iudex fuisset, si compromissum non intercessisset: idq; frequentius obtinuit, & in Camerâ approbatum est.*) fieri debeat, & quomodo super illa sit iudicatum in Camer. Imper. tradit Mynsing. *in obseruatio. 61. centu. 2. & Geyl. in obseruatio. 149.* (*Vbi etiam tradit, à iudice reductionis appellari posse, eamq; sententiam, velut æquiorem, & à multis probatissimis authoribus probatam sequitur.*) & *150.* (*Vera & magis communis conclusio est, quam etiam Camera sequitur, reductionem vsq; ad 30. annos peti posse.*) *lib. 1.* ¶ De reuisione actorum, vide in ordinatio. Camer. Imper. *par. 3. cap. 53.*

154 Ad sententiæ reuocationem, iudex, qui illam dedit, an debeat citari, docuit (*Communior distinctio est, si de simplici reuocatione agatur, citatione opus non esse; sin de pœna iudici infligenda, eam requiri.*) Mynsing. *in obseruatio. 82. cent. 3.* ¶ An præscribatur iuri dicendi sententiam nullam? quòd non, docet distinguendo de nullitate velata, (*seu de qua non constat ex actis, cui spacio 30. annorum præscribitur,*) & de nullitate manifesta, Mynsinge. *in responso. 17. deca. 2.*

155 Licèt de sententiæ iniquitate, quæ in rem iudicatam transijt, conqueri non liceat: si tamen hæc querela admissa sit, & super ea parte aduersa non opponente rei iudicatæ exceptionem, probationes productæ sint, ex quibus appareat, sententiam iniustam esse: licèt hæ probationes admitti non debuissent, admissæ tamen fidem plenam faciunt: & propterea sententia rescindenda venit: *Schrad. l. admonendi, n. 172. ff. de iureiur.*

De Sententia lata pro commodo bursæ publicæ.

156 VBi agitur de his, quæ concernunt commodum bursæ publicæ, ibi sententia in delicto lata contra vnum, nocet tertio: adeò, quòd sine nouo processu vigore dictæ sententiæ potest deueniri contra tertium: qui se tueri non potest ex eo, quòd non fuerit citatus, (*Si iudici de impedimento constiterit, sententia est ipso iure nulla: sin iudex ignorauerit impedimentum: valet, sed per restitutionem rescindi potest,*) *habetur in l. 1. C. vbi caus. fisca. in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. in c. cùm secundùm, de hæreticis, in 6. Bartol. in disput. incip. Perusinæ ciuitatis statuto.* ¶ Sed fallit in sententia inualida, quia nunquam præiudicat tertio: *Hippol. de Marsil. in singula. suo 216. incip. vbi agitur.*

De Sententia contra indefensum & absentem.

SEntentia contra indefensum non con- 157
uictum, neque confessum, est ipso iure nulla: *c. inter cæteras, de sentent. & re iudica. vide consi. Schurffi. 76. centur. 1. & ibi de sententiæ nullitate habentur alia bona.* ¶ Sed de sententia contra absentem, ex iusto impedimento lata, an & quando sit nulla, (*Contra matrimonium lata nunquã transit in rem iudicatã: pro matrimonio lata transit, nisi ex causa canonica, puta consanguinitatis, &c. matrimonium non subsistat.*) & de impedimenti probatione, (*quæ & per iuramentũ fieri potest: quæ tamen res est in arbitrio iudicis:*) notauit Mynsing. *in obseru. 57. cent. 4. Art. 7. lib. 2. LandRecht.*

De Sententijs, quæ non transeunt in rem iudicatam,

VIde Hippol. de Marsil. *in repet. l. vni. C.* 158
de raptu virgi. à numer. 144. vsq; ad numer. 155. ¶ De sententia continente manifestam & notoriam iniquitatem, *Hipp. de Marsil. in singula. suo 473. incip. memini, notaui suprà, in litera R. versi. de re iudica.* ¶ Et in causa matrimonij sententia quatenus transeat in rem iudicatam, vel non, docuit eleganter Geyl. *in obseruat. 112. lib. 1. Corset. in sing. suis, litera S. vers. sententia 7.*

De strictissima sententiarum interpre- 159
tatione, consuluit Menoch. *in consi. 110. volum. 2. numer. 17. & insequentibus,* & ibi *in d. consil.* quærit, an condemnatus ad fructus perceptos, intelligatur etiam condemnatus ad illos fructus, qui percipi potuerunt: & respodet quòd non. Sed sententia erit exequenda eo modo, quo est pronunciata.

Vide quæ notaui ad König. *c. 102. nu-* 160
mer. 1. & 2. Sententia lata de consilio peritorum vel sapientis, an transeat in rem iudicatam: *Thessaur. decis. 25.* ¶ Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, nunquã transit in rem iudicatam: quia vsque ad mille annos & vltrà, talis sententia potest retractari, superuenientibus veris & proprijs probationibus contrarijs: *Schrad. in l. admonendi, num. 212. ff. de iure iur. infer & amplia vt ibid. & limita 3. mod. vt ibid.* Hinc infertur ad sententiam ex aspectu latam, *nume. 213.* ad sententiam ex consilio peritorum latam, *num. 214.* ad sententiam latam secundùm consilium sapientis, puta Doctoris iuris, Collegij scabinorũ vel IC. Nã quandocunque retractari potest, si alius Doctor magis peritus, vel collegium magis celebre vel maioris autoritatis, contrarium consilium reddat: *num. 215. contrar. ibid.*

De Separationibus.

161 Habes tex. *in l. 2. C. de separat.* quòd creditores defuncti habent beneficium separationis, contra creditores hæredis: vt facta separatione bonorum, præferantur in bonis defuncti creditoribus hæredis: nisi ex legis prouidentia, fidem hæredis secuti sint: *Butrio. & Bal. secundùm illum*: & cum hoc casu *l. 2. C. de separa.* adhuc septem enumerat casus, in quibus separatio bonorum impetrari posit: *gl. l. 1. in pr. ff. eo. tit. de separatio.*

De Sepulturis.

162 Interest reipublicæ, ne corpora maneant insepulta: *l. sunt personæ, & l. ne corpora*: imò non minus interest, cadauera mortuorum humari, quàm viuentes tueri & conseruari: *Bald. in l. fina. 2. col. C. de negot. gestis, ff. de religio. & sumti. fune.* adeò etiam, quòd non auditur creditor appellans, ne corpus debitoris sepeliatur: quod procedit, nisi creditor haberet instrumentum, per quod debitor capi possit ad omnem instantiam creditoris; quia tunc creditor cum licentia iudicis, potest sequestrare corpus mortui debitoris, ne sepeliatur, donec sit sibi satisfactum: *vide tamen Hipp. de Marsi. in singu. suo 199. incip. in iure expressum est.*

163 Occidens semetipsum, carere debet sepultura: *23. q. 5. c. placuit.* Et alios casus eorum, qui debent carere sepultura, vide in glossa, & per Dd. *in c. ex parte 2. de sepult. Lud. Rom. in sing. suo 268. incip. fui interrogatus, & ibi Pignol. in addi. declarans, quando habeat locum*: *vide quæ notaui supr. in lit. C. versi. de cadauerib.*

164 De expensis in sepultura faciendis ab vxore vel vidua, quòd consilio hæredis sunt faciendæ: quatenus repetantur, vel quando præsumantur ratione pietatis factæ fuisse, & cesset repetitio earum: *tex. est in Art. 22. lib. 1. LandRecht, ibi in addi. latina lit. S. & in glossa 1.* ¶ Et eiusmodi expensæ funerales deducuntur præ omni alio debito ex hæreditate: *glo. 2. Art. 6. lib. 1. LandRecht, concordat ius commune, prout est in l. scimus, §. in computatione, l. penul. & l. funeris, ff. de relig. & sumt. fune.*

165 Sed expensæ funerariæ fieri debent, pro modo facultatum & dignitate illius qui funerandus est: *l. at si quis, §. hæc actio, ff. eo.* plus debet expendi pro nobili, quàm pro ignobili. ¶ Et respicitur ad conditionem temporis: plus enim expenditur in hyeme, quàm in æstate: *gloss. in d. §. hæc actio.* Et de expensis, factis in hæreditate, statur iuramento hæredis, tutorum, vel administratorum eorum, seu commissariorum defuncti: *gloss. notab. in l. nulli, in fi. C. de Epis. & Cler. l. si quis pro redemtione, & ibi gloss. C. de dona. Weichbild, Art. 26. in gl. col. 4.* ¶ Qua autem actione expensæ circa sepulturā repetantur, vide apud Spec. *in tit. de sepulturis, §. 1. versi porrò qui funus,*

Datur autem actio funeraria contra hæredem bonorum vel possessorem, ac reliquos successores defuncti: *d. l. at si quis, in fi. ff. eo. de Clerico successore, Abb. & Fel. in c. ex præsentium, de pigno.* ¶ Impeditus funere domestico, si ad iudicium non venerit, datur ei exceptio: *l. sed & si quis, §. præterea, ff. si quis cautio. in fin. non obtem.* ¶ Item maritus tenetur sepelire vxorem, etiam quando dotem non habet, & econuerso: *l. sed si nulla, ff. eo. Petr. Duen. in regulis fallen. regula. 416.* 166

Vom Begräbnüß der Erschlagenen vnnd Gefundene / das einer daran nit mißthut / der jn begräbet / vnd das jm seine Erbgelassen den Kosten wieder legen sollen: auch vom Begräbnüß der Vorurtheilten zum Tode / vnd Gerichteten / *habetur in tex. & gl. Art. 90. lib. 3. Landr.* Das einer mit Begraben ein gut Werck der Barmhertzigkeit begehe / *allega. c. 1. & 2. Tobiæ.* 167

Imò quod causa funeraria sit causa pia, dicit Pet. Duen. *in regulis fallen. in reg. 416. in vltima fallentia.* ¶ Sed nota, quòd quis non debet sepeliri in aliena parochia, nisi fiat ad requisitionē, & consensu rectoris istius parochiæ seu Ecclesiæ, aliàs agi iniuriarum, *Oldradus in consi. 82. incip. an fratres.* 168

Quæstio est, quando multi sacerdotes diuersarum Ecclesiarum conueniunt ad sepulturam, quis eorū sit præferendus? & respondet Decia. *in consi. 67. vol. 2.* quòd presbyteri istius parochiæ, ad quā cadauer defertur, præferantur cæteris plebanis aliarum Ecclesiarū, qui saltem venerunt ad orandū: speciosis defendit argumentis, simul remouendo vitium ambitionis in illo, qui statum & ordinem suum sic tenet & defendit: *notaui supr. in lit. B. versi. de bona fama.* 169

Vide *Pet. Greg. lib. 1. part. iur. Cano. tit. 15. ibid. de cæmiterijs.* ¶ Corpori mortuo potest sepultura denegari: *l. 1. & 2. de cadau. punito. Marsi. de ban. verb. mortui, n. 102.* ¶ De sepeliendis, sepultis, sepulchris, horū violatorib. non inconcinna, vide in Husano, *de homin. propr. c. 8. q. 5. n. 57. & seqq. fol. 186.* Clerici occasione funeris, vel ratione terræ, in qua defunctus debet sepeliri, vel ratione officij, nil quicquā exigere debent: *c. abolendæ pen. de sepulturis, Schneid. §. relig. n. 10. Inst. de rer. diu.* 170

Sequentia.

Sequentia clara, declarant limitant & restringunt præcedentia dubia: *not. in l. 1. vbi Soc. de reb. dub. not. in l. si seruus patronum, & in l. talis scriptura, de leg. 1.* ¶ Sequens clausula in fine posita, non refertur ad aliā clausulam, quæ habet propriā & specialē determinationē. & clausula specialis discretiua, non refertur ad præcedentia: *vide Ias. in l. si quis id quod, in 3. col. in 3. lim. de iurisd. omn. iud. vide ad hoc multa supr. in verb. clausula.* 171

De Se-

De Sequestro.

172 SEquestratio est contractus, iure gentium introductus: *l. labeo 19. de V. S. l. propriè 6. l. licet. 17.* Depos. *§. præterea, Instit. quibus mod. contract. obl. Gód. de sequestr. poss. & fruct. c. 1. num. 156. §. ius autem gent. vers. & ex Iure gent. & ibi Institutistæ, Instit. de iure Nat. gent. & ciu.* ¶ Sequestratio necessaria regulariter prohibita est: *Mynsing. cent. 5. obseruat. 35. nu. 3. Geyl. lib. 1. obseruat. 148. num. 7. Ioh. Sichard. in l. vn. num. 2. de prohibit. sequest.* voluntaria verò semper & vbiq; permissa est: *l. si solutu-rus 39. in fin. de solut.* ¶ Dissent. *Ioh. Robert. lib. 1. sent. c. 5. Iacob. Couar. in par. C. de probib. sequest.* ¶ Quando constat, debitorem vel reum conuentum egestate laborare, vel ad inopiam vergere: quia fortè rebus suis malè vtitur, aut perditæ est vitæ: sequestratio fieri potest: *Matth. Coler. in pro. exor. p. 1. c. 2. num. 102, arg. l. nam is, de dolo malo, Guid. Papæ. decis. 246. per tot.* ¶ Allegans verò probare tenetur: *c. olim, de rescript. c. 2. de dol. & cont.* ¶ Propter malam administrationem sequestratio rerum fieri debet, ne pereant: *l. 21. §. 3. de appellat. vide l. 22. §. 8. soluto.*

173 Sequester ille dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deponunt: *gloss. definit in l. vnica, C. de probibit. sequestra. pecu. per l. sequester, ff. de verbo. signifi. vbi Petr. Rebuff. Fomer. & alij: explicauit illam definitionem Klingius in repe. c. examinata, ext. de iudi. mihi num. 26.*

174 Est autem sequestratio duplex, voluntaria, & necessaria. Voluntaria dicitur, quæ fit cum consensu & voluntate vtriusq; partis: *prout notant Dd. in d. c. examinata, de iudicijs: & Barto. in l. interesse puto, ff. de acqui. possess.* & hæc sequestratio semper est permissa: *l. si soluturus, & quæ ibi nota. ff. de solutio. Bart. in d. l. interesse puto, ff. de acqui. possess. Schneide. §. prætorem, num. 3. Inst. quib. mod. re. contr. obl. Mynsinge. centu. 5. obseruat. 35. Coras. lib. 13. miscell. cap. 2.*

175 Et in hac sequestratione regulariter transit possessio in sequestrum: *d. l. interesse puto: & ibi Bartol.* & gloss. *in l. 1. C. de probib. sequestra. pecu.* dicit: nec possidet reus, nisi hoc esset actum in sequestratione, vt custodiæ tantùm causa fiat depositio: *allegat l. licet, §. rei depositæ, ff. depositi, & d. l. interesse puto, ff. de acqui. possess.* & de ista sequestratione spontanea aut voluntaria, intelligitur definitio prius posita.

176 Necessaria dicitur, quæ fit per iudicem, partibus etiam non consentientibus, & fit duobus modis. ¶ Quandoque enim iudex ex officio, à partibus ad hoc non requisitus, facit sequestrationem: vt si videt inter duos esse contentionem super re aliqua, vtroq; contendente, possessionem ad se pertinere, & est timendum, ne veniant ad arma & rixas, potest iudex officium suum interponere, & rem litigiosam sequestrare: *l. æquissimum, in prin. ff. de vsufruct. & notant Dd. in c. 2. ext. de seques. possess. & fructuum*: & hæc sequestratio quoq; est permissa: *vt in d. l. æquissimum, ff. de vsufruct.* & testatur de illa Menoch. *in commen. recupe. possessio. in 1. remedio, num. 323.* dicens, sic apud iudicem esse sequestro retinendam possessionem, quando aliàs inter partes contendentes futurum esset scandalum: *inducit Decium in l. vlt. num. 6. C. de edict. diui Adria. tollen. in l. si super possessione, num. 7. C. de transact. & alios Dd. quos ibi vide. Vide Geyl. in obseruat. 5. lib. 1. obseruat. & in seq. obser. obseruat. 6. docet de processu litigiosæ possessionis.*

In casu verò, quando omninò ignoratur, quis sit in possessione, iudex potest sequestrari facere possessionem apud se, donec in iudicio possessorio ordinario constet, quis verè possideat: docuit idem Men. *in commentarijs retinendæ possessio. in vlt. remedio, de officio iudicis, mihi num. 45. Bal. in l. vnica, C. de probib. seques. pecuniæ.* 177

Quandoque autem fit talis sequestratio per iudicem, ad requisitionem vel instantiam vnius partis, altera non consentiente: vt si actor petit sequestrari bona rei: & hæc sequestratio regulariter prohibita est: *vt in C. per tot. de prohibita seques. pecuniæ, & Geyl. in d. obseruat. 5, num. 5. lib. 1.* Sed quatuor casus enumerat gloss. *d. l. vnicæ, C. de prohib. seques. pecu.* in quibus compellatur quis concedere sequestrationem contra se, etiam inuitus. 1. Quando scilicet suspicio est de fuga. 2. De dilapidatione capitalis, vel fructuum. 3. Vel quando est contumax in non cauendo, de collatione facienda. 4. Si oriatur contentio de possessione rerum, inter dominum & seruum, ad libertatem proclamantem: de istis *gl. d.* Adde: quando maritus vergit ad inopiam, potest mulier instare, vt pro indemnitate reditus bonorũ sequestrentur: *secundùm tex. in l. si cum dotem, §. si verò dotem, ff. sol. matr. Cyn. in l. vbi adhuc, C. de iure dotium; alios casus vide in gl. c. 2. de sequest. poss. & fruct.* 178

Et tandem, quando iudex possit sequestrum voluntarium vel necessarium ordinare, concedere, seu non, vide Petrum à Duen. *in regulis fallentia. cum ampliationibus & fallentijs, in regula 588. incip. sequestrum, fol. 778.* 179

De sequestratione possessionis, vel rei litigiosæ, tempore perituræ, lite pendente, (*quòd nimirum pretium rerum distractarum sequestratur,*) per iudicem fienda, vel non, (*Regulariter prohibita est sequestratio: fallit in suspecto de fuga vel dilapidatione: deinde si ab executore appellatum* 180

pellatum sit, neq; appellatus cautionem præstare paratus sit: tertiò, si aliud statuto vel priuilegio sit inductum.) docuit Geyl. *in obserua. 147. & 148. lib. 1.*

Quòd non posit iudex concedere, sequestrum fieri, de re alicuius: nisi per publicum instrumentum ostendat, petens debitum, notat Barto. *in l. per hanc, C. de eroga. milita. anno. lib. 12. per illum, & per alios, dixit Antho. Corset. in sing. suis, in verb. sequestrum.*

181 An requiratur citatio partis, quando debet fieri sequestratio? Barto. *in l. fideiussor, §. final.* tenet, quòd non: Abb. *in c. 2. de seques. pos. & fruct.* Contrarium tenet Ioan. Andr. *in regula locupletari, de regu. iur. in 6.* Possunt conciliari. An periculum sit in mora, vel non, *Petr. de Rauenna. in aureo suo Alphab. litera S. versi. 1. sequester. Menoch. notabiliter in suis commenta. de adipiscenda posses. in 6. remedio, mihi num. 18.*

182 Quando contra vsufructuarium debent fieri sequestrationes, & apud quem, pro qualitate rei, *vide ibi eundem Petr. de Rauenna.* ¶ Sed volens impedire sequestrum, vel reuocari facere, quomodo specificè caueat, qualiter talis cautio differat à cautione, iudicio sisti, & quandiu duret, *vide apud Ioann. de Plat. in l. litibus, versi. quartò nota. C. de agri. & censi. lib. 11.* Sed, petens tolli & reuocari sequestrum, an hoc debeat fieri, dato libello, *vide Menoch. in commen. de adipis. possessio. remedio 6. mihi nume. 20. allegat Abb. in c. 1. de libelli oblat. & Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc dicendum, versi. 22.*

183 Et pro materiæ complemento, *vide Dd. in d. l. vnica, C. de prohibi. seques. & ext. in c. 2. de seques. posses. & fructuum.* ¶ Quòd sequestrum tollatur per iuratoriam cautionem, est gloss. singula. *in l. 1. in verb. iuratoriæ, C. de asser. tollen.* (*Consentiunt Geyl. & Mynsing. qui tamen hoc iudicis arbitrio relinquunt.*) ¶ Et, vt posit licitè fieri sequestrum, quæ requirantur, (*Vt saltem summariè de iure petentis constet, isq; non calumniæ causa sequestrationem petat, & eo nomine iuret, citetur is, contra quē petitur sequestratio, & deniq; iusta suspicionis causa subsit.*) docuit Mynsing. *in obser. 11. cent. 2.*

184 Vnd welcher gestalt ein Kummer/ krefftiger vnnd bestendiger weise geschehen soll/ im Churfürstenthumb Sachsen/ auch wie auff den Kummer zuuorfahren/ *præscribit Consti. in Art. 29. parte 1.* ¶ Item wie weit/ vnd in welchen Personen/ der Kummer/ sonderlich in wehrenden Märckten zugestatten/ disponit eadem Constitu. *Art. 30. d. par. 1. notaui supr. in lit. C. versi. de creditore, quomodo debitum suum persequatur: item in litera D. versi. de debitore fugitiuo.*

185 Et tandem aliquis princeps sequestrauit alicui sua bona, prætendens, quòd non sint alterius, sed sua, vel ad se spectantia; qua actione iste dominus bonorum agere: vtrùm petitorio, an possessorio dictum principem sequestrantem conuenire posit? qua forma agendi, probandi, quibus argumentis, medijs, rationibus, meritis causæ principalis iudicium instrui, & vnde victoria sperari & obtineri posit, docuit (*Quòd videlicet iudicis officium ad relaxationem arresti implorari tutißimum sit.*) VVesenbe. *in consi. 7. parte 1. de iure sequestrationis, & quibus ex causis fieri poßit, vel relaxari debeat.*

186 De sequestro multa: *Seb. Med. tr. de conseru. poß. n. 288. & multis seqq.* ¶ Tutor ex officio, pendente lite cui puella sit iungenda: item quis debeat esse tutor, puellam deponere & sequestrare potest: *Asin. de exec. §. c. 106. n. 6. & 7. l. deinde, §. pen. de lib. hom. extr.* ¶ Creditor potest sequestrare bona forensis in loco contractus, vel vbi sunt ratione hypothecæ: *Caualc. dec. 3. circa iud. & ibi plura de sequestr.*

187 Sequestrum factum contra formam statuti est ipso iure nullum. ¶ Sequestrum in causa appellationis fieri nō potest, nisi probetur summariè, quòd sit timor dilapidationis, aut barrattationis fructuum, aut quòd possessor non sit soluendo. ¶ Sequestrum in causa hypothecaria aut executiua potest semper fieri, etiam, quòd quis sit soluendo, vel non sit timor dilapidationis & satisdationis, non relaxatur: *Caualc. dec. 23. in iud.*

188 Sequester est penes quem res litigiosa deponitur: *l. sequester, de v. sig.* ¶ Sequestratio regulariter est prohibita: *c. 2. de seq. poß. & fruct. vide Soc. in reg. 371.* ¶ Et an posit fieri fructuum sequestratio pendente appellatione, *in reg. Soc. 372.*

De Seruitutibus.

189 SEruos Germani nunquam habuere, *Zas. in sing. respon. lib. 1. c. 3. n. 76. Bodin. de Repub. lib. 1. c. 5.* ¶ Seruitus an ipso iure constitui posit, & quare ad diem, vel conditionem non constituatur, *vid. Zas. lib. 2. singu. c. 30.* ¶ Omnes seruitutes natura sua continuam ac perpetuā causam habent: *l. foram. 27. ff. de seruit. vrb. præd. VVes. in par. de seruit. n. 5. Cuiac. lib. 11. obs. 3.* Et hac ratione in continuas, & discontinuas nimis rectè à Dd. distinguuntur: *Geyl. lib. 2. obs. 66. n. 7. Dd. com. per l. seruitutes, 20. ff. de seru. præd. vet. l. 14. de seru. l. cum vsusfr. 13. de vsu & vsufructu. leg.*

190 Prima distinctio est: seruitutū aliæ sunt reales, aliæ personales; reales aliæ sunt rusticæ, aliæ sunt vrbanæ; *de quib. in titu. Inst. de seruitutib.* ¶ Sed seruitutū rusticorum prædiorū sex frequentiores species enumerantur: 1. Iter. 2. Actus. 3. Via. 4. Aquæ ductus. 5. Aquæ haustus. 6. Seruitus pascendi.

De iti-

191 De itineris seruitute, quòd sit ius eundi, ambulandi hominis per fundum vicini, non etiam iumentum agendi; nec vehiculum ducendi, *est text. in princ. Institu. de serui. rustico. prædio. & in l. 1. ff. eod. titu.* ¶ In iure Saxonico diffinitur sic: Ein Steig ist/ darauff man gehen oder reiten mag: *gloss. 7. Art. 27. lib. 2. LandRecht.* De latitudine eius, nemlich das er soll haben in der weite drey Füsse/ *dicit tex. in Articul. 130. Weichbild.* ¶ De iure communi non habet determinatam latitudinem, sed à partibus statui, vel à iudice determinari debet: *l. certo generi, §. latitudo, ff. de serui. rust. prædio.* ¶ Qui iter habet, cum alio ire potest: *Castel. in l. 2. de ser. rust. præd.*

192 De seruitute actus, quæ est ius eundi, ambulandi hominis, agendi iumentum, vel vehiculum ducendi, *Instit. de seruit. rusti. prædio. in princ.* In iure Saxon. diffinitur sic: Ein Weg ist/ darauff man mit einem Wagen fahren mag: *gloss. 7. Art. 27. lib. 2. LandRecht.* & neq; in iure Saxon. neq; in iure Ciuili determinatam habet latitudinem: vnde, si à partibus non fuerit statuta, à iudice erit determinanda: *l. certo, §. latitudo, ff. de seruitut. rusti. prædio.* ¶ Es muß aber gleichwol einer also sich einer Trifft gebrauchen/ das er nit schaden thut/ vnnd auch der/ so die Trifft vber seinem Acker leiden muß/ soll mit Zeunē oder Graben vorwahren/ das nicht schaden geschehen kan/ sonsten ist er denselben zu leiden schuldig: *colligitur ex Art. 51. lib. 2. LandR. & ex Art. 49. eod. lib.* Fundatum in theoricis, quòd factum vnicuiq; suum, non alij nocere debet: & dans causam damni, damnum emendare tenetur: *supr. in lit. D. versi. de damno.*

193 De seruitute viæ, quæ est ius eundi, vel agendi, & ambulandi hominis: & via iter & actum in se continet: *Institu. de serui. rusti. prædio. in pr.* in Iure Saxonico sic: Eine strasse ist/ darauff man Vihe treiben/ vnd ein Wagen dem andern weichen kan: *d. gl. 7. Art. 72. lib. 2. LandR.* ¶ Ein solcher Weg/ soll haben in der weite acht Fuß/ vnd in der wende oder krümme sechzehen Fuß: *l. viæ latitudo, ff. de seruit. rusti. prædio. in iure Saxon. Articu. 130. Weichbild:* pes autem dicitur 15. digitorum, secundùm *gl. in c. sicut, 17. q. 4.* Paulò tamen latior, vel angustior via constitui potest: si tamen vehiculum trahi possit, aliàs esset iter: *l. via constitui, ff. eo. titu.* ¶ Et hæc de via priuata: quid iuris de via publica, *vide quæ notaui supr. in lit. R. in verb. de regalibus, versi. de via publica.* De discrimine verò Viæ actus, & itineris, vide Cuiac. *lib. 22. obser. c. 35.*

194 Transiens viam insolitam, vt sic non soluat vectigal, incidit in pœnam: *de qua suprà, in litera R. in verb. de regalibus, versi. vectigalia, numer. 6.* facit quis contra se indicium delicti vel maleficij: *de quo Blanc. in repe. l. fin. ff. de quæstio. mihi numer. 70. versi. transitus non solitus.*

Et ex viæ frequentatione, quòd præsumatur de animo & proposito occidendi, 195
notauit idem Blanc. *in dict. repe. l. fina. ff. de quæstio. num. 72. versi. frequentatio viæ.* ¶ Wer auch nicht auff rechtem Wege fehret/ sondern vber geahrent Land/ vor jeglich Radt soll er geben einen Pfenning zur busse/ der reitende Man einen halben/ vnnd sollen darzu den schaden gelten/ ob Saat darauff stehet/ dauor mag man sie denn auch pfenden: *text. est in Articu. 27. lib. 2. LandRecht, circa finem, & circa istum articulum in fine vide, von denen, so Pfand zu geben sich weigern.*

De seruitutibus prædictis concedendis, 196
vel non, habetur bona gloss. *num. 7. Art. 27. lib. 2. LandRecht.* Da sie also sagt: Du solt wissen/ das ein jeglicher Acker pflichtig ist/ zu dulden eines Steiges/ vnd ein jegliches Dorff zu dem andern eines Weges/ eines Steiges vnnd einer Strassen in der Noth/ so man es anders nicht haben kan: aliàs secùs, dicit glossa, & allegat *l. si locus, §. fin. ff. quemad. serui. amit.*

Et circa istarum seruitutum acquisitio- 197
nem notandum est id, quod dicit gloss. 7. *versi. mag man sie auch wol pfenden, dict. Art. 27. lib. 2.* ¶ Welchen Steig/ Weg oder Strasse/ einer vber einen Acker ein Jahr im gebrauche gehabt/ ohne gewaldt/ auch nicht durch erlaubnüß/ noch heimlichē/ dem mag niemands nachmals verbieten/ vnd dadurch hat er jhm desselben eine gewehr/ aber nicht einen Titel erlangt: *textus est in Art. 44. in princ. eodem lib. 2. & ibi in addi. & gloss. l. 1. ff. de itine. actuq; priuato. De alijs modis acquirendi, notaui supr. in litera D. versic. de dominio. Sunt enim notati modi acquirendi dominij, tam de iure gentium, quàm de iure Ciuili, tam rerum corporalium, quàm rerum incorporalium.*

Seruitutes olim non vsucapi, *l. seruitutes* 198
14. ex. de seruit. l. 4. §. fi. de vsuris & vsucap. sed longo & diuturno vsu acquiri potuerunt: *l. si quis diuturno, 10. si seruit. vind. l. 1. & 2. C. seruit. & aqua, l. 1. §. fin. de aqua & aqua pluu. arc. Borch. Inst. de vsucap. in pr. Cuiac. ad l. 4. §. fin. ff. de vsucap.* ¶ Hodie vero vsucapio illarum à Iustiniano introducta est: *l. fin. in fin. C. de long. temp. præscript. Couar. in par. C. eod. VVesenbec. in par. de seruit. numer. 6.* Dissentit *Duar. lib. 1. disput. 34. Donell. lib. 11. com. cap. 11. & lib. 5. cap. 22. Costal. in l. 14. & l. 24. de seruit. Vrban.* qui seruitutes quasi vsucapi dicunt. *Mynsinge. ex com. Dd. sent. centu. 4. obseruat. 53. quem VVesenb. d. loco refutat.*

De seruitute aquæ ductus, quæ est ius, 199
seu facultas ducendi aquam per fundum alterius, siue ex capite, siue ex quocunque loco, *§. aquæductus, Institu. de seruitu. rustico. prædio. & in l. seruitus, ff. eod. tit.* quando constituta

stituta est seruitus hæc de ducendo aquam per fundum tuum ad fundum meum, & vbicunque & quomodocunque voluere, an transeat ad hæredes? dixerit quis, quòd sic: sed dicitur contrarium, quòd non, *ex l. penult. ff. seruitu. rusti. prædio. & ibi per multa notauit Cremen. in sing. suo 61. incip. constituta.*

200 De seruitute aquæ haustus, quæ est ius hauriendæ aquæ ex fonte priuato, vel alia aqua vicini, quæ non est publica, pro vtilitate fundi, vel pro laborantibus in fundo, *de qua in §. inter rusticorum: Inst. de serui. rustico. prædio. vide Schneid. in commenta. Inst. in tit. de seruitu. rusti. prædio. à principio vsque ad num. 27. & Cæpoll. in suo tracta. de seruitu. rustico. prædio. c. 2. 3. 4. & 6.*

201 Wie aber ein jeglicher sein Wasser das er leitet/ seine Brunne oder Pfüle/ zu bewahren vnd zu bewircken schuldig sey/ habetur *in Art. 38. lib. 2. LandRecht, & ibi in addi. litera* C. in materia retinendæ quasi possessionis harum seruitutum, *notaui supr. in litera P. versic. de remedijs possessor. in remed. primo retinendæ possessionis. Et de aqua vide VVesenbec. in consi. 58. parte 2.*

202 De seruitute pascendi pecora sua in alieno fundo: *de ista habetur in l. pecoris, ff. de seruitu. rusti. prædio. & vide Schneidew. in commen. Institu. titu. de serui. rustico. prædio. mihi num. 28. & eodem titu. cap. 9. numer. 24. cum sequentibus, qui tradunt ibi, quæ requirantur ad istam seruitutem.* Qualiter & quomodo cōstituatur, (*Per tempus nimirum, cuius memoria non extet: nec sufficit 30. annorum præscriptio, quia hæc seruitus discontinua est.*) Mynsinge. *in obseruatio. 53. centur. 4.* tradit, quòd ad probandum seruitutem pecoris pascendi vel aliam, habentem causam discontinuam, requiratur inter cætera tempus, cuius initij in contrarium non existit memoria, & non sufficere dicit, licèt probent, se fuisse in dicta possessione triginta annis. Et de operatione illius temporis, (*Habet vim priuilegij & concessionis, nec in ea requiritur tituli allegatio, nec scientia eius contra quem præscribitur.*) deque eius probatione & requisitis, (*Quòd testes ad minimum sint 52. annorū, & de 40. annis testificentur, quod testes necessariò dicant communiorem opinionem esse, quòd de contrario vsu non existat memoria, quòd testes ita semper viderint & audiuerint à suis maioribus, quod nunquā fuerit obser. contrariū.*) docet idem Mynsinge. *in obseruatio. 30. centur. 1. consuluit Decian. in consi. 13. volum. 1. num. 19. & refert, quòd pro isto secuti sint assessores in Camera.*

203 Item, Das die Weiden nicht zu schmelern/ sondern im alten stande billich zulassen/ oder auch zum vorigen stande zu restituiren sein: quatenus tamen, respondet per distinctiones Schneidevv. *in dict. titu. de serui. rusti. prædior. §. 1. numer. 32. & 33. cum sequent. vide l. si eo loco, in princ. ff. si serut. vendice. & l. manifeste, C. eo. titu. & facit Constitut. Augusti Elector. Saxoniæ, in Art. 41. parte 2. sic dicens,*

Der Grundtherre kan zu nachtheile dem/ 204
so das ius pascendi seruitutis erlangt/ den grundt vnd die leyten/ nicht vmbreissen/ oder zu Acker machen/ vnd wo solch vmbreissen geschehen/ so muß der Grundtherr/ die vmbgerissene Felder wieder zu der Weyde liegen lassen. Nota: es were denn an dem/ das sonsten der Orter genung Weyde vorhanden/ das durch solch vmbreissen dem jenigen/ so die Seruitut hat/ dieselbe nicht geschmelert/ noch eingezogen: dabey wie vnsere gelahrten einig/ wir es auch wenden lassen.

Econtra volunt & statuunt iura, ne do- 205
minus seruitutis vlterius progrediatur in vtendo illa, quàm sit constitutum & acquisitum. ¶ Er soll auch mehr Vihe zuhalten nicht befüget sein/ denn vor alters gehalten/ oder mit so vielem Vihe die Ecker zubetreiben/ man sich vertragen/ oder sonsten erlangt: quantum enim possessum, tantum præscriptum. ¶ Et præscriptio sicut possessio, proprios limites & terminos non excedit: *l. 1. §. si quis, & ibi Bartol. ff. de itin. actuq; priua. l. nam modus, C. de seruitu. & est text. in l. 1. §. Treba. ff. de aqua quoti. & æstiua. & vide ad hanc sententiam, post Weichbild, Wie eine Schäfferey möge getheilet werden, Schneidew. in dict. titu. §. 1. mihi numer. 31. & in sequent.* Et de modo libellandi, de probationibus de possessione, præscriptione & iudicio possessorio iuris pascendi, consuluit VVesenbec. *in consi. 18. parte 1.*

Pascuum aliud dicitur priuatum, aliud 206
publicum: quid iuris de vnoquoque secundùm ius commune, vide *nota. ad titu. C. de pascu. priua. & public. lib. 11. & habetur in iure Saxonico, Articul. 54. lib. 2. LandRecht, de pascuis priuatis, in princ. per hæc verba:* Niemand mag auch einen sonderlichen Hirten haben/ so er dem gemeinen Hirten sein Lohn damit mindere/ er habe denn drey Hufen Landes/ die sein eigen/ oder sein Lehen sind/ wer aber die hat/ der mag wol einen sonderlichen Hirten haben. ¶ Scias tamen quòd ille, qui habet tot mensuras tantùm, in agris suis, non etiam communibus pascere debet, per proprium pastorem: ratio detur per sequentia: *text. dict. Articul. 54. lib. 2. LandRecht, & per l. qui seruandorum, §. si glans, ff. de præscript. verb. & habetur apud Cæpollam lib. 2. seruitu. cap. 9. colum. 3. vbi est de iure pascendi, quòd potest alicui competere ratione certæ quantitatis agrorum.*

207 De pascuis publicis, dicit idem text. *Arti. 54. lib. 2. Landr. in isto Arti. & in Arti. 48. eo. lib. 2. habetur de custode publico animalium, & iuxta istos tex. notaui suprà, in litera C. de custodia, circa fin.* ¶ Wie ein Viehe vmb schaden zu pfenden/ wer den zugelten schüldig/ vnd was man nicht pfenden kan/ das mans mit Hunden möge hetzen/ habetur *in Arti. 40. & Arti. 41. lib. 2. Ladnr. notaui suprà in litera D. versi. de damno, & suprà in litera A. versi. de animalibus.*

208 De seruitute lignandi, & quatenus seruitus, realis vel personalis (*Si ad vsum personæ concessa sit, personalis est: sin prædij respectu, vtut personæ inhabitantes vtilitatem percipiant, realis.*) cognoscatur, realis quòd transeat etiam ad fiscum & omnem successorem, consuluit VVesenbec. *in consil. 69. parte 2. idem VVesenbec. in consi. 39. parte 1.* ¶ Testes in materia possessionis, vel quasi, iuris pascendi qualiter deponant, qui testes, & quæ dicta eorum præualeant cæteris, vide Alexan. de Imol. *in consi. 88. volum. 5. per totum.* ¶ Et quòd etiam reus in negatoria probatâ de dominio agentis, probet de titulo suæ possesionis, consuluit Decianus *in consi. 53. num. 20. vol. 1.*

209 In hac specie seruitutis nota vnum, vbi iura videntur velle, quòd in casu, quando in agris deficiant pabula, Weyde/ das auff den fall / die gerechtigkeit zu Hüten abgethan werde/ dem Guts-Herrn zum besten: *allegatur textus cum glossa in c. suggestum, extr. de decimis:* gloss. ibi in argumentum inducit, quòd secundùm diuersitatem temporum, & varietatem rerum priuilegia sint varianda: vel sic causa noua superueniente benè perditur priuilegium: alio modo dic, quando enorme præiudicium inducitur: *gloss. in c. quid per nouale, ext. de verb. significatio. c. dilect. de decimis.* vel propter euidentem vtilitatem receditur ab eo, quòd diu æquum fuit visum: *l. penul. ff. de constit. prin.*

210 De seruitutibus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, cretæ vel lapidis eximendi, figulinæ habendæ, ius secandi ligna ex sylua vicina, & de cæteris, habetur *in §. inter rusticorum, Institut. de seruitut. in l. 1. & in l. veluti, ff. eo. & Cæpoll. in tractat. de seruitutib.* ¶ Et his, secundùm Klingium, connumerari poterit ius venandi & aucupandi in alieno fundo, & ius piscandi in alieno flumine.

211 Seruitus quomodo cōseruetur, *Seb. Med. de conseru. poss. gl. 2. p. 3. n. 134. 135. & seqq. fol. 674.* ¶ Seruitus non præsumitur, sed benè libertas: *Menoch. lib. 3. præsumt. 89.* ¶ Ad conseruandum ius itineris & actus quod competat remedium, & eius requisita, *Seb. Med. de conseru. posseß. gloss. 2. p. 3. nu. 139. & seq. fol. 676.* & cui competat, *num. 141. fol. 676.* & cui non, *num. 142.* & hìc agitur ad interesse: item potest cumulari petitoriū & possessorium: *num. 143.* datur & pro refectione: *ibid. num. 144. Sebast. Med. de acquir. poss. gl. 1. verb. siue ius aliquod, p. 3. n. 292. fol. 361.* & quæ sint requisita quasi possesionis itineris, *ibid. num. 300. fol. 363.* ¶ Seruitus rustica discontinuam habens causam, an & quatenus perdatur propter opus in loco seruiente factum, & quanto tempore amittatur, *Thom. decis. 54.*

Aquæ ductus pluribus concessus quo- 212
modo diuidendus, *Men. lib. 2. cent. 2. c. 128. Seb. Med. de acquir. poss. fol. 364. num. 302.* vbi quæ sub hac seruitute veniant, & quomodo pro ea cōseruanda agatur, *Med. de conser. poss. gloss. 2. p. 3. num. 146. fol. 677.* vbi requisita: *n. 148. & seq.* & hæc seruitus est rustica & vrbana: *ibid.* item quando concedatur vel non, *num. 148. & 149.* ¶ Item pascuorum diuisio quomodo fiat, vbi seruitus pascendi pluribus est conceſs. *Menoch. d. casu 128.*

Seruis nequaquam est permissum accu- 213
sare dominos: *l. vnic. §. quòd autem, de off. præfect. vrb.* ¶ Serui non debent torqueri contra dominos: *l. 1. & l. seruos, de testib. in C. tamen casum specialem nota in l. quicunque, C. de seru. fug.* vbi contra Dominum torquetur, & sibi creditur soli, cum alijs indicijs in præiudicium Domini: *vide ibi gl. & Paul. de Cast. & Apostill. ad text.* ¶ Seruus caput nullum habet: *§. seruus, Inst. de cap. dim. l. quod attinet, de R. I.* ¶ An seruus post manumissionem ex facto suo teneatur, *vide Petr. q. 23.* ¶ De seruorum delicto quando quis tenetur, vide Bart. *in l. 1. §. familiæ, de publ.* vbi dicit quòd si quis proponit familiam, ad officium sibi commissum tenetur. Seruitus morti assimulatur: *l. intercidit, in fin. de cond. & demonst.*

An seruitus aquæ ductus sit personalis vel 214
realis, & ad hæredem transferatur, *vide Dec. cons. 272. vol. 2. in caussa magnifica.* ¶ In seruitutibus patientia habetur pro traditione: *l. pen. de seruit. l. ratio, §. cum iter, de act. empt.* ¶ Seruitutes sine titulo præscribuntur: *l. si quis diuturna, & ibi gl. Dd. & Apostill. si seru. vend. vide Apostill. ad Bart. per me scriptam, vbi habes contra hoc quandam difficultatem:* secus in aliarum rerum præscriptione: *vide suprà in verb. præscriptio.* ¶ Seruitutes causam discontinuam habentes, tanto tempore præscribuntur, cuius initij memoria non extat: *vide Soc. in reg. 373.*

Non multùm à specie seruientium dif- 215
ferunt, quibus non datur facultas recedendi à loco: *l. 2. ff. de lib. hom. exhib.* ¶ Hinc est, quòd, quando quis est obligatus ad factum dispositione testatoris, licèt præcisè com-

compelli ad factum possit, nec soluendo interesse liberetur. Hoc fallit tamen, quando in dispositione testatoris induceretur perpetua seruitus: & quòd quis in aliqua ciuitate perpetuum domicilium habeat, *l. Titio, §. 2. de condit. & demonst. vide Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 8. q. ibi, quid ergo dicimus, vers. fallit, si induceret, de verb. oblig.* & ibi Carol. dixit, se consuluisse contra patrem, qui legauit filio, ne domicilium mutaret.

216 De hoc articulo, an dispositio de morando in certo loco valeat, vide pulcrè & plenè Practicum Papiensem, *in form. lib. quo vx. agit ad Do. in verb. Si habitaculum. fol. 110. col. 1. per totum*: vbi distinguitur, aut hoc disputatur per modum obligationis, conditionis vel modi. ¶ Ius pascendi oues, quod cōpetit Domino fundi, sicut quodcunque aliud ius, potest præscribi triginta annis, contra Dominum fundi: ita quòd ipse postea illo iure, etiam in proprio fundo, vti non potest, per regulam, quòd omne ius sit præscriptibile, hoc pacto, quòd post completam præscriptionem seruitutis per alium, ipse Dominus ius pascendi amittat, & ab illo, qui sic præscribit, penitus excludatur: *de quo vide pulcrè Hier. Schurff. cons. 69. col. 391. num. 21. & col. seq. num. 26.* quod benè nota, quia est singulare, & hoc ita decisum fortè alibi non inuenies. ¶ Quòd vnaquæque res, libera & seruituti non obnoxia præsumatur, quære suprà, *in verb. libertas, & in verbo feudum.* Cui consequens est, seruitutē non habere caussam naturalem, sed vel impositiuam vel præscriptiuam; *Inst. de seruit. rust. præd. §. fin. Hier. Schurff. cons. 69. colum. 306. nu. 1.* ¶ De seruitutum & rerū incorporalium præscriptione, *vide suprà in verb. præscriptio.*

De Seruitute vrbanorum prædiorum.

217 SVnt, quæ ædificijs inhærent: *§. prædiorum Instit. hoc tit.* ¶ Et enumerantur septem principaliores: 1. Oneris ferendi. 2. Immittendi tigni in parietatem vicini. 3. Stillicidij auertendi, & non auertendi. 4. Altiùs tollendi, & non altiùs tollendi. 5. Ne luminibus officiatur. 6. Seruitus est luminum. 7. denique Prospectus.

218 De seruitute oneris ferendi, habetur *in §. prædiorum, Institut. de serui. rusti. & vrbano. prædio. & in l. eum, ff. eo. & ibi notat Schneidewi. versi. de seruitu. vrbano. prædio. mihi num. 3. Cæpoll. in tractat. suo, de seruitutibus, cap. 37. In iure Saxonico habetur de hac seruitute, in gloss. 4. Arti. 49. lib. 2. Landrecht.*

219 De seruitute tigni immittendi in vicini parietem, *est textus in d. tit. Institut. §. prædiorum, versic. vt in parietem eius, declar. Schneidewi. in d. loco, mihi num. 5. versic. secunda seruitus, & Cæpoll. de seruitut. vrbanor. prædior. c. 30. In iure Saxon. habetur de illa, in d. gloss. 4. Artic. 49. lib. 2. LandRecht.*

De seruitute stillicidij auertendi, vel non auertendi, est text. *in d. §. prædiorum, Insti. hoc tit. vers. stillicidium, & ibi Schneidewi. num. 7. & de ista seruitute, notauit Cæpoll. in c. 29. In iure Saxonico disponitur de illa in textu, Arti. 49. lib. 2. Landrecht. sic dicens:* Es mag kein Mann hengen seine Trauffe in eines andern Mannes Hoff: *& ibi glossa 4. sic dicit, referens se ad priores vrbani prædij seruitutes.* 220

Niemand aber mag seine Trauffe/oder Vberhang/oder Balcken/ oder dem gleich/ auff seines Nachbarn Hoff oder Gebewde hengen oder legen/ es geschehe denn mit seinem willen/ oder were zuuor/ durch dieses Vorfahren also vorwilliget oder zugegeben worden/ als ob er dienstbarkeit verkaufft/ oder willig gestattet vnd verliehen hette/oder auff andere wege einem eingereumet: *allegat d. glossa §. si quis velit vicino, Instit. de seruitu. rus. & vrbano. prædio. & sic nota modos constituendi seruitutes.* 221

De seruitute altiùs tollendi, vel non altiùs tollendi, *d. §. prædiorum, Institut. d. titu. de seruitut. ff. eo. tit. tenet Schneidewin. in d. loco Institut. tit. de seruitu. versic. de seruitu. vrbano. prædio. num. 15. & de illa seruitute habetur in l. altiùs, C. de seruitut. & in iure Saxo. in d. gloss. 4. Arti. 49. lib. 2. Landrecht, ibi:* Hie wisse/das ein jeder auff seine Gründe vnd Boden/wol in die höhe bawen/wie hoch er will/ob es gleich seinem Nachbawrn an seinem Liecht hinderlich sey: *per l. fin. §. penult. & l. penul. §. penul. ff. quod vi aut clàm, l. si in meo, ff. de aqua plu. arcen. c. significantem, in prin. de appella. addit & declarat apostilla, ad d. glossam. 4.* Vernimb/ so fern er seinem Nachbawrn keiner Dienstbarkeit verpflicht ist: *per l. altiùs, C. de seruitu. vide ea, quæ notaui suprà in litera A. vers. de ædificijs extollendis.* 222

De seruitute, ne luminibus officiatur, *in d. §. prædiorum, Institu. de serui. rust. & vrba. prædio. & in l. 1. ff. eo. tit.* ¶ Et dicitur: in hac seruitute quilibet potest ædificando obscurare lumina vicini: *l. cum eo, ff. eo. tit.* nisi seruitus, ne luminibus officiatur, sit imposita: *Schneidewi. in d. §. Institu. num. 22. versic. quinta seruitus, Cæpoll. in c. 35. in fine de serui. vrba. prædio.* 223

De seruitute luminum dicitur, quando vicinus cogitur habere fenestram apertam, aut formam in suo pariete, quo meæ ædes tantum luminis habeant, vt aliquanto lucidiores sint: *tex. est in l. luminum, ff. hoc titu. Cæpoll. in d. c. 35. de serui. vrba. præd.* 224

De seruitute prospectus, *vide Schneidew. in d. §. prædiorum, de serui. vrba. prædiorum, nu. 26.*

habe-

habetur de illa in l. seruitutes. & in l. seq. ff. de serui. rust. & vrban. prædio. Capolla in c. 33. & 34.

225 Qui possint prædio seruitutem imponere, & qui possint acquirere, *habetur in §. ideo autem, Institu. hoc titulo.* ¶ Qualiter seruitus acquiratur & constituatur, est *in §. si quis velit, Institu. eod. tit. & ibidem in dd. §. §. Schneide. notauit, quod acquirantur præscriptione: habetur & notatur in Arti. 29. lib. 1. Landrecht. Et extat pulcherr. cons. 69 cent. 1. Schurff. notaui suprà in lit. P. versic. de præscriptio.*

226 Quomodo amittatur vel extinguatur seruitus, *vide Schneide. in d. titu. Institu. de seruitutibus, §. fina. versic. quomodo extinguatur vel amittatur seruitus, num. 20. vide in iure Saxo. Arti. 29. lib. 1. Landrecht, & Schurf. in d. cons. 69. cent. 1. Kling. in commen. Institut. ad d. titu. Insti. de seruitu. versic. amittuntur autem: est materia tituli, ff. quibus mo. serui. amitt. & sic de seruitutibus realibus.*

De Seruitutibus personalibus, &c.

227 QVæ sunt, quando res seruit personæ, & ideo personalis dicitur, quia tantũ personæ inhæret, & non rebus, ideò cum persona intermoritur & enumerantur tres earum species, 1. vsusfructus, 2. vsus, 3. habitatio.

228 Habitans rem alterius, regulariter ei tenetur ad pensionem: *Granut. theor. 2. n. 7.* & quid, si amicus ex necessitate domum amici inhabitet? quòd pensionem teneatur, *ibid. remiss. num. 8.*

De Seruitute vsusfructus.

229 VSusfructus quid sit, quotuplex sit, qualiter constituatur vsusfructus, in quib. rebus constituatur, quos fructus vsufructuarius acquirat, quibus modis finiatur, & amittatur vsusfructus, *de his omnibus vide Schneide. post text. & alios Dd. in titulo Institu. de vsufructu per totum.*

De seruitutibus vsus & habitationis: vsus est ius vtendi rebus alienis ad quotidianum vsum, salua rerum substantia: extat gloss. *in princ. titu. Institut. de vsu. & habita. & in l. 1. ff. eo. tit.* ¶ In quo conueniant vsus & vsusfructus, & in quibus differant, quomodo & in quibus reb. constituatur, & qualiter finiatur, notauit Schneid. & Kling. *in commen. Institu. titulo de vsu & habitatio. vsq; ad §. sed si cui habitatio.*

230 De seruitute habitationis quid sit. ¶ Habitator ad instar fructuarij cogitur ad satisdandum: quomodo constituatur amittatur & finiatur, in quib. conueniat & differat ab vsu & vsufructu, notauerunt Schnei. & Kling. *in d. tit. de vsu. & habita. §. sed si cui.*

231 De cautione vsufructuaria, quam vsufructuarius & vsurarius habitator præstare coguntur, habetur *in l. huic, §. sed & si vsu, ff. vsufruct. quemad. cauea.* De habitatore, notauit Mynsing. *in commen. Insti. titu. de vsu & habitat. §. sed si cui, in prin. vide quæ dixi suprà in litera C. versic. de cautio. vsufructua. & ibi, quæ ex illa cautione nascantur actiones.*

De vsufructu bonorum mariti, quòd potest vocari dotalitium eine Leibzucht / quid iuris? *notaui aliqua supr. in litera D. versic. de dote, donatione propter nuptias, & de dotalitio. infrà in lit. V. vers. de vsufructu bonorum mariti, vide in materia præsenti vsusfructus, vsus & habitationis, totum, lib. 7. ff. veteris, & titu. in C. de vsufr. vsu. & habita.* 232

De materia seruitutis personalis, quæ debetur personæ à persona, notatur *in titu. Instit. & ibi post Schneide. in iure Saxon. habetur de illis in gloss. 5. Arti. 42. lib. 3. Landrecht,* & ibi de seruitutibus, quæ debentur à persona personæ, vel rebus propter res, quas possident, vel quæ possidentur. Wie die Bawren den Edelleuten müssen dienen / etc. Imò de origine eius, & tota materia istius seruitutis, *text. & gloss. d. Arti. 42. lib. 3. Landrecht.* 233

Sed actionem negatoriam intentans (per quam prædia nostra, si forte quis ea seruire prætendat, in libertatem asserimus) an necessariò dominium fundi, in quo seruitus prætenditur, probare teneatur? (*si non sit in possessione, tenetur probare: si sit in possessione, non tenetur, quia ex possessione Dominium præsumitur.*) ostendit Mynsing. quomodo sit decretum in iudicio Cam. Imper. *obseru. 19. cent. 1.* 234

Liber homo, in territorio nobilis vel alterius habentis hoc priuilegium si resederit, de consuetudine Germaniæ fit proprius: quia cũ lex positiua ex libero, qui se ad precium participandum vendidit, seruum facit *§. serui autem, Inst. de iure person.* etiam Cæsar id potest, qui supra legẽ est: ita tamen, quòd libero homini de priuilegio constet, cùm sub terram nobilis traducere se vult: tum etiam accedit consensus, & quasi participatio precij videtur: *Vdal. Zasius lib. 2. singul. respons. c. 12.* 235

De Sessione seu prælatione, & in capitulo, & in alijs actibus publicis.

QVòd si Episcopus est Canonicus, non debet sedere primus in capitulo, sed antiquus Canonicus ipsum præcedere debet: *gloss. vnica est singularis in c. à collatione beneficij, de appellatio. in 6. & addit notabiliter*, quòd ex modo sedendi cognoscatur an ibi stet vel sit vt Episcopus, vel an vt Canonicus: *notauit per istam gloss. Andr. Sicul. Barba. in prima lectura proœmij Clemen. in 6. colum. in fine.* Refert ibi Dominicum per istam glossam dicentem, se de 236

se de facto habuisse, quòd cùm Canonicus fuisset vicarius Episcopi, in choro vellet sedere inter Canonicos, vt Canonicus, & alios præcedere, quòd non debuit: quod est benè notandum, dicit.

237 Sic etiam in actibus Scholasticis rector scholarium debet præcedere Episcopum ibi morantem, vt scholarem: *Barba. per cardinalem, in d. loco procemij Clem. & ibi vide.* ¶ Doctor quatenus sit præferendus scholari vel non, *facit c. sit rector 43. distinct. notat idem Barba. in 2. lectura d. procemij Clemen. colum. 13. circa medium, & in seqq.* ¶ Et tandem quis in sessione & in alijs actibus publicis præferri debeat, nobilis nobili, miles militi, doctor doctori, vide ea, quæ eleganter consuluit Decianus *in cons. 21. volum. 1. per totum, & cons. 7. volum. 3.*

238 Item qui præsbyterum præferantur in sepulturis? quis ratione sui domicilij in sua domo? quis ratione collegij vel vniuersitatis? ¶ Abb. etiam licèt præferatur Canonico singulari, tamen in capitulo vel Ecclesia capitularium non præfertur: *Decia. in cons. 67. volum. 2.*

239 Et nota in hac materia, quòd vrbanitas & modestia non inducat obligationem: *l. si operis, ff. de oper. liberto. Decia. in d. cons. 67. nu. 16. vol. 2.* & Comes quòd præferatur in sessione & alijs publicis actibus equiti, consuluit idem Decian. *in cons. 7. vol. 3. ibi multa de dignitate comitatus, & num. 15. qualiter quis Comes probetur.* Et quòd prælatio in dignitatib. nō dependeat à voluntate partium, sed vel à iure communi, vel consuetudine generali, vel à nutu Imperatoris, tradit Bartolus *in l. 1. C. de dignita. lib. 12. & in c. 1. quis dicatur Dux in vsibus feudo.* ¶ Item quòd prælationes, & ea, quę ad dignitates pertinent, sint iuris publici, sicut & magistratus, *l. 1. §. illius studij, ff. de iusti. & iure, Barto. in d. l. 1. C. de digni. lib. 12. ibi etiam Ioan. de Platea, & Lu. de Pen.*

240 Ordines enim & gradus dignitatum inducti sunt fauore publico: vt dū minor maiori præferri non tentat, sed quilibet suum seruat gradum, societas hæc humana in pace & concordia conseruetur: *text. est aureus, in c. vltimo, distinct. 89. in Authen. quomodo oper. Episcop. in prin.*

241 Et quòd talis ordo in præcedendo secundùm gradus dignitatum sit iuris naturalis & publici in omnibus rebus, probatur *in c. est ordo, 33. q. 5.* ¶ Infertur ex istis, quòd per contrarios actus, patientiā, vel etiam renunciatione & consuetudine, huic prælationi non derogetur: *optimè refert & extendit Decian. in d. cons. 7. volum. 3. num. 69. & in multis sequentibus, num. 75. dicit bona de renunciatione, quousq; saltem operetur, & num. 77.* *quòd vrbanitas hoc casu non præiudicet: Menochius pulcherrima in cons. 51. vol. 1.*

Plura in hac materia prælationis, *vide apud eundem Decian. in cons. 19. & vol. 3. vbi respondet, Ducem Ferrariæ præferendum esse Duci Florentiæ. Multa in isto consilio sunt bona de Principatus & Ducatus dignitatibus, & vter alteri præferatur. Lege & inuenies bona.* ¶ De nomine & dignitate, Primas seu Primatus, consuluit *in hoc cons. 19. vol. 3. nu. 154. Decian. idem in h. materia, in cons. 21. eodem vol. num. 3.* 242

De Signo seu Sigillo, vel etiam de Stigmatibus.

PLuribus annulis signatorijs vti olim infame erat: duobus virginib. vti poterant, ijsq; à sponso acceptis: *vide Gothof. l. 74. de V. S.* ¶ Signa seu sigillum apposita seu apposi-tum ballis mercatorum, indicant & arguunt eorum dominium, & eorum præsumuntur, quorum sunt signacula: *ita Bald. in Rubri. colum. 1. C. de periculo, & commo.. rei vendi. Iason in l. quotiens, in 6. limitat. C. de rei vendica. idem Bal. in Authen. dos data, C. de dona. ante nup. Barto. in l. eum qui, §. fina. ff. de furti.* Hoc idem in arboribus incisis, quæ illorum præsumuntur, quorum sunt ligna: *l. quòd si neque, ff. de peri. & commo. rei vendi. notauit Dn. Petr. Duen. in regulis fallentia. rep. 575. fol. 772. & ibi docuit quatuor limitationes, in quib. eiusmodi signi vel sigilli appositio non transferat dominium, de quibus vide.* 243

De signo notariatus, an sit de substantia instrumenti? quòd sic, vigente consuetudine, dicit Rolan. à Valle *in cons. 44. num. 40.* 244

Sigilli ostensio an inducat probationem de mandato, ita quòd quis possit admitti, tanquam procurator, saltem cum cautione de rato, *vide Ludou. Roman. in singular. suo 643. incip. nunquid, num. 4.* ¶ De signis mercatorum & artificum, vide Varia. *apud Marantam par. 4. dist. 4. n. 25. & seqq.* 245

Sigilli appositio priuatæ scripturæ, quomodo probet, notauit Hippo. de Mars. *in repe. Rubricæ, C. de probatio. mihi num. 300. versic. his expeditis. Bal. in l. in fraudem, ff. de testa. milit.* dixit, quòd appositio sigilli sit signum ratificationis & confirmationis. Et multas alias operationes sigilli, vide *ibi in d. loco, per Hippo. de Marsi. quia ibi tractat materiam probationis per sigillum, qui multa allegata ibi inducit.* 246

Item quatenus & quando alieni sigilli appositio plenè probet, notauit Panorm. *in c. 2. colum. penult. versic. ad tertiam quæstionem, extr. de fide instrum. & est glossa in c. distinct. 98.* 247

Qualiter per signa vel stigmata cognoscatur corpus mortuum vel animal aliquod, & qualiter super istis testis deponens 248

faciat

faciat fidem, notauit Anto. Corset. *in singul. suis, in verb. testis 19.* qualiter recognoscatur equus sic signatus, *habetur in l.3.C. de frumen. Alexan. lib. 11.* potest animal peti, exhiberi: vt per talia signa vel stigmata possit cognosci: *notat Alexan. in l. stigmata, C. de fabric. lib. 11. secundùm l.si cum exhibuisset, §. 1 ff. de publica. Bart. in tract. de teste, colum. 2.*

249 Plura de sigilli operatione contra sigillantem, scilicet quòd probet, *notantur in c. inter dilectos, de fide instru. & in 1. distinctio. de consecratio.* ¶ Sed sigillum, cuius non potest legi scriptura, non probat, nec meretur dici sigillum: *d.c. inter dilectos.* Et quòd sigilli appensio faciat consensum, voluit Barto. *in c. 1. §. præterea quib. mod. feudum amitta. in vsib. feudo.*

250 An autem credatur sigillo ignoto, vel obscurè scripto, vide per Dd. *in c. quòd super his, & de fide instru.* & *ibi* etiam, quomodo neganti verum sigillum, incumbat probatio. ¶ Et quòd benè & qualiter recognoscatur sigillum, & inspiciatur cum scriptura, cui est appositum, *vide gloss. 7. Arti. 42. lib. 2. Landrecht.* Inter alia ista glossa sic dicit: Siehe auch wol zu / ob es der Fürsten rechtes Insigel ist: auch ob es nicht zubrochen sey / an den Buchstaben / oder anderswo: dann da des etwas daran zusehen / hilfft es jhnen nicht: *allegat c. 2. de fide instrum.*

251 Sigillare quis etiam potest schedulam, licèt non legit eam: *c. quando, de his, quæ fiunt à præla.* Contrarium autem notatur *in d. c. 2. de fide instru.* quia non videtur sigillasse ille, qui non vidit: sicut nec dicitur subscripsisse, qui erravit. ¶ Sic etiam sigillum domino ignorante appositum, non præiudicat: *l. Caius Seius ff. de pigno. actio.* Vide de sigilli appositione & eius operatione, Scurf. *in cons. 7. num. 5. & in cons. 17. nu. 13. cent. 1.* omninò *Chil. Kön. in pract. sua, c. 9. per totum.* ¶ Et de sigillo principis habes casum, *in Arti. 42. lib 2. Landr.*

252 Von Straff derer / so falsche Insigel machẽ / oder raht darzu geben / *habetur in gloss. 9. Arti. 16. lib. 2. Landrecht.* ponit pœnam mortis vel relegationis, secundùm conditionẽ personæ: *allegat §. item lex Cornelia, de falsis Instit. de pub. iud.* ¶ Sed in foro Saxonico communiter pronunciatur fustigatio cum relegatione, tanquam pœna falsi: *iuxta Arti. 13. lib. 2. Landrecht.* Similis pœna statuta est contra negantem suum sigillum: *l. eos, ff. ad l. Corn. de falsis, in 1. respons.*

253 Wie einer der nicht gestehn will / das ein auffgedruckt oder anhangend Siegel seine sey / oder mit seinem willen nicht sey hinan kommen: nemblich / das er selb dritte / vermittels Eydes soll abziehen / *habetur in gloss. colum. 4. in princ. cap. 19.*

Insignia imperij Germanici esse duas aquilas, non vnam bicipitem, *D. auth. de testam. fol. 215.* ¶ Signato continente, censetur signatum contentum: *D. aut. l. ad testium 22. §. fi. n. 14. de testam.* Hinc infertur, acta dici clausa & sigillata, siue imprimatur sigillum chartæ, siue linteo, quo acta inuoluta sunt. II. infertur, illum dici captũ in persona, qui fuit retentus suis vestimentis. III. infertur quoad notarium, qui omninò protocolla in folia redegerat. Cùm autem illa folia nõ essent authentica, & magna pestis grassaretur, ipseq; correptus peste fuisset, ita vt singula folia authentica facere nõ posset: omnes illas chartas vno sacculo inclusit, addito pergameno, paruo authentico: in quo scripsit, illa folia esse suas rogationes: tandem os sacculi chorda conclusit, & chordæ signũ impressit. Dicit Angel. omnia illa protocolla pro authenticis fuisse habita: quia paria sunt, si continens signetur vel contentum: *D. auth. d. lo.* ¶ Per sigillum appositum in scriptura, præsumitur consensus eorum, quorum est sigillum. Et quando sigillum vniuersitatis & aliorum probet, *Viuius lib. 1. decis. 54.* 254

Sigillatio denotat certissimam contractus conclusionem: *secundùm Bald. in l. contractus, C. de fid. instrum.* Nec mirùm, cùm ex ea præsumatur quis consentire in contenta: *per l. tribunus, §. 1. ff. de testam. milit. nota Bart. in l. quæ dotis, ff. solut. matr. per tex. in l. 2. C. de reb. alien. non alien.* ¶ Et hoc est verum, nisi aliquis error intercedit. Nam tunc nõn potest dici consensus: *per l. 1. in princ. ff. de pact. coniunctus notatis, in l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic. benè facit l. non fatetur, ff. de Confess. & l. error, C. de iur. & fact. ignor.* ¶ Item sigillatio nõ obligat sigillantem, nisi is prius legerit, & intellexerit contenta in instrumento: secus, si id faciat, alij habens fidem: *text. est in l. 2. C. de reb. alien. non alien. & in l. fin. C. plus vale quod arg. vbi Bart. Bald. Paul. de Castr. notat plenè, Alex. & alij in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verb. obligat. Cano. in c. 2. de fide instrum.* 255

Sigillans, in dubio præsumitur habuisse notitiam contentorum in instrumento: *per not. per Bart. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadm. test. aper. & l. non est ferendus, ff. de Transact. not. Alex. in d. §. Chrysogonus. & in cons. 147. vol. 2.* ¶ Duo testes derogant literis sigillatis: *Abb. in c. à nobis, de Test.* quia viua vox est probatio vera & plena, sigillum verò præsumpta est probatio: sed vera probatio derogat præsumptæ: *ita vide Bald. in Marg. in verb. testis.* ¶ Obseruabis itaq; ex præmissis, sigillum vel sigillationem esse solùm præsumptam, & non veram probationem. 256

De Simi-

De Similibus.

257 QVando casus non est decisus à lege, nec à consuetudine, sed reperitur simile legis aut consuetudinis, vtrùm attendatur, est quæstionis? Resp. Dd. *in l. de quib. ff. de ll. c. fin. extr. de constit.* communiter concludunt: si casus occurrens est de materia consuetudinis, attendi debet simile consuetudinis: si verò casus propositus est de materia legis, recurritur ad simile legis. Et si materia est indifferens, recurritur ad simile magis rationabile: si autem vtrumque est rationabile, recurritur ad simile legis: *Nicol. Euerhard. in loc. 79. à rationib. leg. n. 77. 78. & seq. Curt. de feud. p. 1. q. 3. num. 1. Vasq. de testat. pat. §. 5. num. 6. & 9.* ¶ De arg. à simili non requiritur, quòd in omnibus sit similitudo, sed satis est similitudinem esse in eo respectu, de quo agitur: *ita ex Panorm. notat Cagnol. l. 1. n. 30. de R. I. Sim. de Præt lib. 1. de interp. vlt. volunt. fol. 48. nu. 11. solut. 1. Cicer. ad Heren.*

258 Non res tota toti rei similis sit necesse est, sed eius, quod confertur, similitudinem habere potest. Hinc etiã illa peruulgata: Nullum Simile currit cum quatuor pedibus. Simile non est idem. Similitudo claudicat. ¶ Allegans similitudinem, debet eã probare coloratè, ostenso, quòd aliqua sint similia: nam tunc standum est similitudini: nisi dissimilitudinis ratio reddatur. Vnde tunc neganti similitudinem, incumbit onus probandi. Debet ergo ille, contra quem allegatur similitudo, esse cautus & vigil ad ostendendam dissimilitudinem: nec sufficit allegare aliquam dissimilitudinem in genere, sed debet esse dissimilitudo in eo, in quo fit comparatio; *Ita post Spec. Host. Ioh. And. Panor. tenet Euerh. in Top. loc. à simili, num. 6. Sim. de Præt. supr. cit. loc.* ¶ Similitudo superflua est reijcienda: *Dd. in proœm. Decret. Rex pacificus, &c. per ill. text. vbi Felin. num. fin. ponit fallent.*

259 De similibus semper idem est iudicium, de iure diuino: *Gen. 2.* Canonico: *c. inter cætera, suprà de rescript.* Naturali: *Cic. lib. 3. de orat. & l. 1. §. ius aut. De iust. & iur.* Ciuili: *l. non possunt. de ll. l. leges 1. C. eod. titu. Euerh. in loc. à simili, num. 5.* ¶ Similia sunt, quorum vna est qualitas: *Zas. cons. 9. lib. 1. num. 5. Alb. l. non possunt, de ll. Euerhar. in loc. à simil. num. 5.* ¶ Similibus similia ritè sunt applicanda: *l. 1. §. sicut autem, C. de vet. iur. enucl.* ¶ Similis æquitatis ratio similia iura suadere debet: *l. illud, ad l. Aquil.*

Paritas rerum arguit paritatem iuris: Diuersitas rerum arguit diuersitatem iuris. ¶ In similibus facilior est transitus & coniunctio: *l. si rem, §. quicunque de rei vindicat. l. an inutilis, §. actio. De accep. vide Seb. Med. p. 2. Reg. 1. de R. I.*

De similibus idem est iudicium: *c. inter corporalia, de Translat. l. 3. C. de const. pec.* ¶ Et an simile allegans vel dissimile, teneatur illud probare, *vide Abb. in c. translato, de Constit. ibi pulcrè loquitur & latè.* ¶ Nullum simile est idem: *l. quod Nerua, Depos. vbi glos. & Bart. gl. in c. capitulum sanctæ crucis, de Rescript. Ias. in l. 5. de verb. oblig. Alex. in Auth. ex testamento, C. de collat. in 2. col.* ¶ Et figura & imago rei non est id, quod figuratur: *Bart. in l. Labeo, de suppell. leg. vbi allegat l. 2. ff. de iur. aur. annulor. & l. imaginaria, ff. de re iudic.* ¶ Dictio similiter in similitudinem significantibus, inducit repetitionem omnium qualitatum præcedentium, & similitudinem per omnia: *Bart. in l. 1. de Recept.* probatur in l. si prius: *de oper. nou. nunc. si subtiliter textus ponderetur, vt ponderauit Carolus.* ¶ Similitudo an in dubio debeat referri ad omnia, *Bart. in extra, ad reprimendum, in verb. perinde, Alex. in l. in quartam, in 2. colum. in gloss. in verb. imputatur, ad l. Falcid.* A similibus pulcrè arguit ICtus, *in l. qui res, §. aream ff. de solut.* 260

De Symbolo.

IN Symbolum habentibus facilior est transitus, & transmutatio: *l. in rem, §. item quicunque, ff. de rei vendit.* 261

De Simonia.

QVid sit Simonia, qui actus dicantur simoniacè contracti, & quæ sit eius pœna, habetur *in toto titul. extr. de simonia.* 262

De eius detestatione & terrore, adeò quòd cætera crimina respectu eius nulla dicantur, *dicit tex. & assignantur rationes in gloss. c. fin. 1. q. vltima.*

De modo libellandi in crimine isto, vide Specul. *in tit. de Simonia, lib. 4.* 263

Nota: amicus meus expendit aliqua simoniacè, vt tibi conferatur beneficium, an possit à te repetere illas expensas? dic, quòd non: quia iniustas illas fecit, nec etiam haberet actionem mandati, si tu mandasses illi, vt illas expensas faceret: quia ex turpi mandato non oritur actio: *l. si verò non remunerandi, §. rei, ff. mandati, & gloss. notabilis in l. quod vtiliter, ff. de nego. gest. faciunt ea, quæ notantur in c. bonæ memoriæ, el. 2. de postula. prælato. & ibi Abb. notauit hæc Anto. Corset. in singul. suis, in verbo simonia.*

Simoniã ne fit, aliquid accipere pro ingressu monasterij, *Guid. Papæ decis. 80.* 264

Simonia grauissimum est crimen, respectu cuius adulterium, furtum, & cætera crimina quasi pro nihilo reputantur: *c. per tuas, de Simo.* 265

De Simplicitate.

SImplicitas legibus amica est: *l. 1. in prin. ff. de dolo. 3. §. sed quia, 7. Inst. de fideicom. hær. & §. cæterùm,* 266

cæterùm §. Institu. de leg. ag. succeß. intellige de simplicitate, quæ est contraria fraudi: non antem de fatuitate, quia illa est damnabilis: *l. 3. §. fin. ff. de suspect. tuto. gloss. & addi. in §. sed quia, Inst. de fideicom. hæred.*

267 Simplicitati semper succurrendum est, nec simplices sunt decipiendi: *secundùm Cor. in Clemen. 2. in 2. notab. de pœniten. & remißio. & dixit Bald. in l. 1. in prin. C. ne filius pro patr.* Simplices homines circumuenti, restituuntur, tanquam errantes. Et propter simplicitatem sæpe recedimus à regulis iuris communis: *notauit Hippo. de Marsi. in singu. suo 450. incip. simplicitati: & ibi adduxit* pro exemplo, quòd aduocatus vel procurator possit respondere positionibus pro clientulo simplici, qui propter simplicitatem respondere non potest: *allegat Abb. in c. pastoralis, ante fin. & in c. dilecti, in 6. col. de iud. Specu. in tit. de positio. §. 7. versic. 17. & ibi Bald. in addi. in 4. colu. versic. quando clientulus.*

268 Et istud est notandum pro mulieribus, minoribus, & rusticis, in quibus præsumitur simplicitas: *Bald. in Rubr. C. de rerum permuta. ante finem, vide eundem Hipp. in sing. suo 287. incip. tetigi, ibi de præsumtione cessantis doli in delinquendo.* Idem Hippo. *in singu. 18. incip. quotidie,* docet de renunciante clausulæ contractus, quam ob simplicitatem renuncians non intellexit, quòd non præiudicet renuncianti: cogita eadem ratione de similibus.

269 Simplicitas, non dolus in muliere præsumitur: *Pruck. l. in multis, de statu hom. p. 2. Art. 22. num. 3.* ¶ De simplicitatis effectu, & qui simplices iudicari debeant, *Menoch. lib. 2. cent. 2. c. 193.*

270 Simplicitas aliqua est amica ll. contraria fatuitati: *§. sed quia Insti. de fideicom. hæred. & in l. 1. de Dolo, §. Cæterùm, Inst. de leg. agnat. succeß.* ¶ Aliàs est, quæ est idem, quod facultas: *l. seruus, ff. quod vi, aut clam.*

De Simulatione.

271 QVi allegat contractum simulatum, vel in fraudem, debet allegare simulationis speciem, & eam probare: *Castren. in l. iuris gentium, §. dolo, ff. de pactis.* Sed quomodo sit probanda, (*Scilicet per coniecturas euidentes: quod tamen pro qualitate negotiorum exaudiendum est, vt docet addit. ad d. consi. 389. incip. plus quatuor modis.*) & alia circa eam, vide apud Paul. Castrensi. *in consil. incip. plus quatuor mod. in meo est consi. 389. nume. 2. volum. 1. consi. 109. incip. visa petitione, & consi. 319. incip. visis & examinatis, num. 3. vol. 2. Decian. in consil. 20. vol. 2. num. 26. ibi quòd coniecturis probari poßit, & in consi. 68. vol. 2. nu. 2. & in sequentib. & Barto. in consi. 65. incip. Petr. Nicol. consuluit idem & Decian. in consi. 59. volu. 1.* In specie in casibus permutationis, & pacti retrouenditionis, & alia generalia, docet ibi idem Decian. *in consi. 105. vol. 2. & ibi multa bona de contractibus simulatis docuit, quæ vide.* Et tandem, qualiter simulatio contractus in fraudem vsurarum legitimè sit probata, consuluit eleganter d. Decian. *in consi. 62. vol. 3.*

Quòd contractus simulatus non vale- 272
at, in tantum etiam, quòd non operetur iuramentum illi appositum, est gloss. singularis *in l. emptione, ad fin. & ibi Bald. C. plus val. quod agi. quàm id, quod simu. conie.* quia iuramentum interpositum super actu simulato non validat actum, nec ligat iurantem. In tantum etiam non valere, quòd non requiratur absolutio ab illo, notauit per iura & Dd. Hippo. de Marsi. *in singula. suo 327. incip. exceptio non numeratæ pecuniæ de iuramenti appositione.* Vide tamen declarationem per eundem Hippol. *in singula. suo 474. incip. contractus simulatus.*

Ibi, nisi in tali contractu esset appositum 273
iuramentum, omnia contenta in tali contractu fuisse & esse vera: quia tunc contractus non præsumitur simulatus, sed verus. *Ita dixit Anthon. in c. cum contingat, ibi Imo. & Abbas, de iureiuran. Bald. & Salic. in l. fi. C. de non num. pecu. vide Bart. Cæpollam in tractatu suo de simulationibus contractuum.*

Nota: in dubio autem, contractus non 274
præsumitur simulatus, sed verus: *probatur in l. sed si maritus, in fin. ff. qui & à quibus:* maximè hoc verum, quando de contractu apparet confectum esse instrumentum, quia pro instrumento præsumitur: *vt in Authen. de fide instrumen. §. si moriantur, colum. 7. & est textus cum glossa, & ibi notatur in l. cum precibus, C. de proba.*

Vnde, qui allegat instrumentum simu- 275
latum, illud probare tenetur: *probatur etiam in l. patronus, ff. de proba.* & tantò magis, quando constat de veritate: *secundùm Bald. in l. hi qui, circa fin. C. de distrac. pigno.* nec constet ex qualitate personarum, præsertim si sit solitus contractus: *Bald. in l. 1. in 3. quæst. in 10. colum. ff. de his quæ pœnæ nomi. notaui supr. in litera P. versic. de præsumtione pro contractu, habetur de ista materia simulationis in titu. C. plus valere quod agit. quam id quod simula. commisit.*

Contractus simulatus quibus probetur 276
coniecturis, *Menoch. lib. 2. centu. 3. c. 247. & 217. Item centu. 1. c. 13. Ioseph. Ludou. concl. si vbi multæ conclusiones & simulatione contractuum. Vide & Caball. mille vers. 582. & 584. & 416. Gabr. lib. 2. de act. conclus. 5. & seraph. priuil. 59. paßim, Cauale. decis. 69. fol. 158. vide infr. 196. Capra. reg. 87. num. 161. vsq. ad 186. Menoch. lib. 1. præsumt. quæst. 58. num. 9. & lib. 3. præsumpt. 65. Zoann. de pacto retrou. numer. 55. vsq. ad 70.* ¶ Simulatus contractus, quòd ex pacto de

retrouendendo in continenti vel ex interuallo apposito delegetur, *Menoch. in arbitr. lib. 2. cent. 1. c. 13.* ¶ Quod sit tempus intra quod possidens rem alienatam, contractū simulatum præsumere faciat, *Menoch. lib. 2. cent. 1. c. 39.* ¶ Simulatus contractus non meretur executionem, & fructus compensantur cum sorte: *Caualc. decis. 48. alias p. 2. dec. 2.* ¶ Modicum precium quod dicatur in simulatione contractus, *Menoch. lib. 2. cent. 3. c. 217.*

277 Plus consideratur, quod verè agitur, quàm quod agi simulatur: *C. plus valere quod agitur, toto tit.* ¶ Simulans se mulierem, vt corrumpat monacham, an compelli possit ad monachatum, vide Bart. Brix. *in q. dominica, quest. 81.* vbi latè arguit & concludit, quòd sic, per text. *in c. quod interrogasti, 27. dist. vbi pulcra glossa.* ¶ De simulatione ex causa honesta, quæ non nocet, & de simulatione ex causa inhonesta, quæ nocet, vide ad hoc suprà, *in verb. Monachus.*

De Syndico.

278 SYndicus dicitur quasi singulorum causas dicens. appellatur etiam defensor vniuersitatis: *gloss. in l. 1. in fin. in verb. Syndicum, ff. quod cuiusq. vniuersi. nom. habetur in c. 1. in text. & glossa, ext. de Syndico.* Nonnunquam etiam procurator pro syndico vsurpatur: *c. quia in causis, ext. de procura.*

279 Qualiter constituatur syndicus, & qui constituant, qualis & quis debeat syndicus constitui: quomodo reuocetur, & quæ illi possint opponi, & ad quas causas possit constitui, item contra quos, notauit Chil. Köning. *in pract. sua, c. 19. von dem syndico, Specul. in titul. de syndico per totum, & ibi ponit formam instrumenti syndicatus.*

280 Sed quomodo ab vniuersitate constituatur, in causa criminali vel ardua, vt teneat constitutio, dixit Ioan. de Arno. *in singula. suo 79. incip. circa regni, & Bal. in l. 1. ff. de magist. conue.* An & quando omnes de vniuersitate sint nominandi in illa, notauit (*In collectiu nominibus non opus esse speciali nominum expreßione: secus, si per singularia nomina, singulares personas designantia, talis constitutio fiat: nisi ea talia sint, quæ æquipolleant collectiuo, vt omnes canonici, omnes ciues.*) Mynsinge. *in obseruat. 18. cent. 3.* ¶ Et qualiter vniuersitas constituat syndicum ad alienandum res vniuersitatis, ita vt eius alienatio teneat, docuit Roland. à Valle. *in consi. suo 90. num. 17. & in seq. & ibi multa de alienatione rei vniuersitatis.*

281 Syndicus pro vniuersitate quòd possit agere, accusare, defendere, habetur apud Specu. *in titu. de accusato. numer. 3. & in seqq.* ¶ Quòd iuret in animam suam, cùm vniuersitas non habeat animam, dixit Specul. *in titu. de senten. excommu. vers. item nota quod, Barto. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis. Innocen. in c. grauem, de senten. excommu.* vbi vniuersitas non habet animam intellectiuam. Si autem haberet mandatum speciale iurandi in animas constituentium, posset in ipsorum animas iurare: *Abbas in c. in pertractandis, in 1. notab. de iura. calum.*

De eius Constitutione & potestate, dicit VVesenbec. *in paratit. & titu. quod quisque vniuersita. nomine.* 282

Syndicus vniuersitatis scholarium, censetur quasi priuatus procurator, ergo requiritur in eo speciale mandatū: secus in syndico ciuitatis & villarum: *vide Iaso. in l. præses, C. de transact.* ¶ Syndicum tres simul habitantes facere possunt, qui eorum nomine agat & conueniatur, quia tres faciunt vniuersitatem: *l. Neratius, de verb. signifi. Barto. in l. fin. de coll. ill.* ¶ Syndicus est ille, qui nomine vniuersitatis agit & conuenitur: *vide gloss. Rub. ff. quod quisq. vniu. nom.* ¶ Confessio syndici nocet communitati: *Dec. consi. 221. volum. 2. non patitur, & eundem consi. 297. eod. volum. non patitur.* ¶ An duo ex tribus syndicis, habeant potestatem illis tribus concessam, *ibidem.* ¶ Syndicus à quibus constitui possit, *vide Alex. in consil. 17. volum. 6. in prin.* ¶ Syndicus qui tenetur denunciare delicta, an suorum consanguineorum denunciare teneatur, *vide suprà, in verb. consanguineus.* 283

De Societate & de Socio.

SOcietas est duorum pluriumue conuentio, honestè contracta, ad vberiorem quæstum & commodiorem vsum: *Accursius secundùm Ciceronem in continuatione Rubr. Instit. de societate.* Sed pro pleniori expeditione totius istius materiæ societatis, notabo quindecim principaliores quæstiones, motas, disputatas & decisas per Petrum de Vbal. de Perusio, *in suo tractatu de duobus fratribus, & alijs quibuscunq. socijs.* 284

1. Consideranda esse is arbitratur societatum genera sex. 2. Societas qualiter contrahatur? consensu scilicet. 3. Quod genus societatis contractum esse intelligatur? 4. Qualiter inter socios portiones societatis sint faciendæ? 5. Quæ lucra inter socios veniant communicanda? 6. Quæ expensæ de communi fieri debeant? 7. Qualem diligentiam in re communi socius adhibere teneatur? 8. Damnū, quod contigit in societate, vel vni ex socijs, an debeat cōmuniter imputari? 9. An facto vni ex socijs alij obligentur? & ibi de ære alieno, contracto ab vno ex socijs, vel ab institore. 285

10. Si

10. Si vnus ex ſocijs, in ſocietate alium ſocium, ſine conſenſu ſociorum, aſſumpſit, an ex facto aſſumpti, aſſumens, vel ipſe aſſumptus teneantur? & econtrà, an cæteri ex eorum factis, aſſumenti vel aſſumpto teneantur? 11. Qualiter & quando ſocietas finiatur? & ibi vide de ſocij hæredibus. 12. Quis rationem geſtionis reddere teneatur? 13. An & quando iuri reddendi rationē præſcribatur? 14. Quæ actio competat inter ſocios, quando vnus ab alio conueniatur? 15. Qualiter ſocius ſocio teneatur? & ibi vide de ſocij fideiuſſoribus: *vide textus gloſſ, & notata Dd. ad titu. Inſtitu. de ſocietate, titulos ff. & C. pro ſocio, vide Gōd. conſil. 10. de ſocietate.* Si quis prædictas quæſtiones Vbaldi, & dictos titulos examinauerit, habebit iſtam materiam ſatis & plenè expeditam. Notaui autem ſic quæſtiones, vt habeas occaſionem deliberandi & cogitandi de grauioribꝰ ſimilibus, & de alijs ad iſtam materiam pertinentibus ſeu ſpectantibus.

286 An teſtator poſsit iubere, vt fratres aut hæredes in ſocietate perſiſtent, quæritur? In hac quæſtione duo caſus diſtinguendi ſunt: aut enim ad certum tempus in communione hæredes eſſe iuſsi ſunt, & voluntati teſtatoris parendum eſt: *l. ſi qui ita ſunt inſtituti, 4. de cond. inſt.* aut in æternum teſtator iuſſit eos à communione non diſcedere, & non valet iuſſus: *l. in hoc iudicium 14. §. ſi conueniat com. diuid. & ibi Coſtal. Paul. & Iaſo. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, de cond. indeb.*

287 Sed ſocietas cōtracta ad tēpus, quando per lapſum tēporis finita, & ipſo iure reſoluta, vel potius renouata cenſeatur, conſuluit Decian. *in conſi. 60. vol. 2. nu. 30* ibi vult, quòd definito tempore liberum ſit recedere à ſocietate, quòd ex ſola abſtinentia vlterioris negociationis vel contributionis, ſeu ex repetitione capitalis apparere poteſt. ¶ Sed ex quibus renouata ſocietas cenſeatur, refert iſte Decian. *in d. conſil. 60. vol. 2. n. 33. & in multis ſequentibus.*

288 An ex iuſſu patris inter filios continuata paterna ſocietas cenſeatur, ex quibus & adita hæreditate paterna, quòd illam continuare debeant, *voluit Decia. in conſi. 22. vol. 3. num. 11. & in ſeqq.* & quibus coniecturis probari poſsit, ſocietatem eſſe contractam & continuatam, conſuluit Menoch. *conſil. 12. vol. 1.* ¶ Et lucrum, factum in ſocietate, quomodo diuidi debeat, *vide ibi in dict. conſi. Menochij, num. 23.*

289 Adde: ſocius tenetur de negligentia & culpa: vt habetur *in l. cum duobus, §. venit, & ibi Bart. ff. pro ſocio, & in l. ſocius ſocium, eo. titu.* & ideo negligens exigere debita à debitoribus, cùm eſſent ſoluendo, & interim cùm ſint facti non ſoluendo, tenetur ob negligentiam & culpam ad ſolutionem iſtius debiti: *ſingulariter dixit Paul. Caſtr. in l. ſi fideiuſſor, ff. de fideiuſſo. & per illum ſic notauit Hippo. de Marſi. in ſing. ſuo 281. incip. ſocius, dicens, ſic inter duos ſocios macellarios Bononiæ eſſe iudicatum, vide in l. contractus, & ibi Decium, ff. de reg iuris.* Nota: ſocius alicuius rei communis, non contribuens ſocio ſuo partem expenſarum alicuius neceſſariæ refectionis infra quatuor menſes, res communis in totum fit reficientis: *tenuit Nicol. Pignol. in additione ad ſing. 653. Lud. Roman. docuit Hipp. de Marſi. in ſingul. ſuo 369. incip. mille hominum, Franc. Cremen. in ſing. ſuo 98. inci. decidi, Iaſ. in l. quo minus, quæſt. 17. ff. de flumi. Capoll. in cautela 85.*

290 De erogatione expenſarum, & repetitione earum, quæ ſunt factæ in lite, mota ſuper re communi, *vide ſingu. Lud. Roman. 653. incip. expendens.* ¶ De pacto ſocietatis, quòd inæqualitatem damni & lucri admittat, eſt text. *in l. ſi non fuerit, ff. pro ſoci.* Cæterū vt quis partē lucri, nullā damni habeat, accipiendū eſt de eo, qui operam poſuit: & alia multa bona in cauſa ſocietatis, docuit Geyl. *in obſer. 24. lib. 2. obſer. Came. Impe. Petr. Gerar. de Pet. Sanct. in ſingu. ſuo 68. incip. nota quòd ſingulariter. Et vide bonum in hac materia ſocietatis conſi. 31. part. 1. VVeſenbec. vbi licet videre de diſtractu ſocietatis per tranſactionem, & cauſa debitionis ex illa, quatenus ſocius ſocium vel ſocietatem poſsit obligare, (Vbi contrarias ſententias refert, an contrahens ſocius, mandato cæterorum contrahere videatur. Sanè is cui adminiſtratio commiſſa eſt, cæteros obligare poteſt, & loco inſtitoris erit: ita tamen, vt omnes pro ea parte, quā in ſocietate habent, teneantur, non in ſolidum: Geyl. 2. obſer. pract. 24. num. 8. & 9.) & qualiter tacitè intelligatur coita, (Probatur ſatis ex actibus negationis etiam difformibus,) & alia bona in iſta materia ibi vide.*

291 *Et vide optima in iſta materia ſocietatis apud Decian. in conſil. ſuo 11. per totum, volum. 1. ibi num. 119. docet, quando priuata ſcriptura ſocietatis probet.* ¶ Item de ſocietate omnium vel partis bonorum paternorum, quando contracta videatur inter fratres, quæ requirantur, (*Conuictus diuturnus, cum hæreditate patris indiuiſa, vel alio capitali exiſtente communi: ſecundò, quod lucra omnia vndicunq; obuenientia cōmunicauerint: tertio, quòd nunquam inuicē rationes reddiderint, circa eas perſonas, bona & res vtriuſq; familiæ.*) quòd contracta ſocietas præſumatur, cōſuluit idē Decia. *in conſi. 36. per totum, vol. 1. & n. 35. ibi vide,* quid iuris quiſq; eorum inde conſequatur vel non, qualiter finiatur, (*Societas morte finitur,*) & alia multa bona in iſta materia vide.

292 Item quæ requirantur, vt ſocietas omnium bonorum inter fratres contracta dicatur, quæ lucra, quæuè damna veniant communicanda inter fratres, ita vt quilibet teneatur.

neatur ad debita contracta in solidū: quòd sic, nisi aliter conuentum sit, respondet Decian. *In consi. 85. vol. 2. num. 5. & in sequentibus, quæ bona in hac societate veniant conferenda & communicanda, vel non. (Omnia videlicet, quocunq; titulo acquisita.)* ¶ An & per quos actus, *(Si videlicet pupilli eadem agunt, quæ viuus pater eorum egit, & per communes administros cum patruis rem administrent.)* post mortem patris etiam cum pupillis fratribus videatur continuata, quæ lucra, quæ damna similiter in ea veniant, *num. 16. & 20.*

293 Pro tutore se gerens ad quid teneatur, *(Rationis videlicet reddere,)* & tenetur ad ea, ad quæ tenetur is, qui verè est tutor: de quibus autē teneatur, docuit consulendo inter alia d. Decian. *in d. consi. 85. vol. 2. num. 20. & in sequentibus: vide.* Idem Decian. *in consi. 97. volu. 2.* consuluit de causis, ex quibus in dubio videatur inter duos contracta societas: *& ibi in d. consi. vide multa bona, conferentia ad hanc societatis materiam.*

294 Et huius materiæ concordantias iuris Saxon. vide & collige ex text. *Artic. 12. lib. 2. LandRecht.* Da er also sagt: Wo Brüder oder ander Leute jhre Güter zusamen haben/ verwalten sie dieselben mit gleichem Kosten/ oder mit gleicher Arbeit/ der Fromme ist jhrer aller gemeine/ deßgleichen auch aller schade. Was aber einem Manne mit seinem Weibe wirdt/ das theilet er mit seinen Brüdern nicht. Verspielt ein Mann sein Guth/ oder verhuret ers/ oder bringt es sonsten bößlich vmb/ mit vbrigem Kosten oder Gaben/ darinn sein Bruder/ oder die mit jhm jhr Guth gemein haben/ nit gewilligt/ den Schaden den er daran nimbt/ soll allein tragen/ vnd nicht zugleich auch seine Brüder/ oder seine Gesellen/ die jhr Guth mit jm gemein haben: *in gloss. ibidem vide de sex modis dissoluendæ societatis, & de custodia socij rei communis: præterea habebis vtilissima in additionibus latinis ibidem, d. Art. 12. lib. 1.*

295 De diuisione in societate fienda, an fiat in stirpes, vel in capita, seu pro rata capitalis, vel pro industria, aut pro maiori vel minori labore, & illa in diuisione societatis consideranda esse, etiam inter alios, qui nō sunt rustici, consuluit Decia. *in consi. 39. vol. 1.*

296 Sed quæritur, an libris rationum stetur socij, cui societatis administratio est mandata & commissa? respondet quòd sic, Decian. *in consi. 60. in prin. vol. 2.*

297 Dans bona mobilia, specciarias, & debitores, vasa & alia quæ quis habet in vna apotheca specciariæ æstimata, cum termino ad soluendum, & ad rationem octo pro centenario, pro lucro societatis: ne recipiens teneatur singulis annis reddere rationem societatis: an intelligatur vendidisse ista bona, & contractum vsurarium fecisse, aut veram & licitam societatem contraxisse: *Caualc. latè decis. 59. aliàs p. 2. decis. 13. in contract.* ¶ Cuiusmodi censeatur esse contractus quando merces æstimatæ sic traduntur alicui vendendæ vel permutandæ, vt lucrum inde perceptū cōmunicetur: si hoc incursu prædonum illi sit ereptum, qui merces distrahendas vel permutandas suscepit, *Thoming. decis. 44. & Ioseph. Lud. dec. Perus. 10.*

Socius inuito socio vtitur re cōmuni ad illum vsum destinata: *Thessaur. decis. 41. vbi ampl. 5. & lim. 6.* ¶ Socius non vtitur inuito socio re communi ad vsum non destinata: *Thessaur. d. decis. 41. numer. 13. cum ampl. 6. & lim. 2.* ¶ Socio contrahente, nulla facta mentione societatis, & non apparente de vtilitate sociorum ex eo contractu: an ex dicto contractu alij socij remaneant obligati, *Thess. dec. 136.* 298

Socius alicuius rei si possidet, potest intentare iudicium communi diuidundo contra alium consocium: Si non possidet, agat rei vendicatione, vel alia actione: *Caualc. decis. 18. in iudic.* ¶ Pactum quòd capitale semper sit saluū, in societate animalium, & in simili casu, non tenet, & est inualidum, & semper per recipientem animalia potest annullari: *Viuius decis. 180. lib. 1.* Vtrùm autem dominium exinde transferatur in accipientem: *Viuius decis. 142. lib. 1.* ¶ Societatis diuisio quando præsumatur, *Menoch. lib. 3. præsum. 60.* ¶ Societas omnium bonorum vel alicuius negotiationis, quando contracta præsumatur inter fratres, vel alios sanguine iunctos, *Menoch. lib. 3. præsu. 56.* ¶ Societas dissoluta, quando renouata præsumatur, *ibid. præs. 57.* ¶ Librum societatis & mercatorum præsumi scriptum consensu sociorum, & ob id probationem inter eos facere, *Menoch. lib. 3. præs. 62.* ¶ Socius in re communi, non potest ædificare inuito socio: & quomodo socius teneatur concurrere pro parte sua, in resarcienda re communi, *Viuius dec. 217. lib. 2.* 299

Duo socij vel fratres habentes commune castrum, vnus non potest partem suam alicui vendere, quando talem venditionem facit solum ad emulationem Socij, & non ad commodum principaliter: *ita Bald. & post eum Ias. in l. 1. in fi. C. qui test. facere poss. quod est limitatio ad l. in re mandata, C. mandat.* ¶ Socius ab iniuria tenetur defendere socium, & est licitum sibi suum auxilium impertiri. si verò potest & negligit, videtur iniuriantem fouere, & culpæ est particeps: *c. dilecto, de sent. exc. lib. 6. Abb. in c. cum non ab homine, n. 13. & 14. de iud. idem in vicino.* ¶ An socius in causa socij testimonium facere possit, *vide Petr q. 30.* ¶ Et an socius criminis possit testificari contra socium, *vide Dec. consil. 234. volum. 2.* 300

¶ De

¶ De societate, quæ morte vnius socij finitur, & quando renouata sit, *vide Dec. consil. 213. volu. 2.* ¶ Societas omnium bonorum ex quibus tacitè contrahi videatur, *Dec. consil. 21. volum. 1.* ¶ Societas quando dicatur obligare societatem, *Dec. consi. 98. vol. 1.*

De Socijs in criminalibus.

301 AN, quando, & in quibus delictis seu maleficijs quis de consocijs sit interrogandus, vel non, vide Antho. Blanc. *in repetit. l. fina. ff. de quæstionibus, num. 370. & in sequentib. Angel. de Malefic. in versicu. & Sempronium Rudolphi, mihi nume. 4.* & ibi August. *in additio.* vult, quando criminis immanitas tale quid suadet, quòd bene interrogetur de consocijs: *Dd. in l. fina. C. de accusa.*

302 Sed dictum socij in tortura vel sine tortura factum, quatenus, quando & in quibus casibus faciat indicium ad torturam contra socium, vide Antho. Blanc. *in repet. d. l. fina. ff. de quæstio. mihi num. 358. vsq. ad numer. 390. & Hippo. de Marsi. in pract. sua crim. §. diligenter, mihi num. 59. & 60. vsq. ad nume. 69.* ¶ Sed quòd dictum socij nunquam sufficiat ad condemnandum, dixit idem Hippol. *in dict. §. diligenter, numer. 68. idem remißiuè saltem: vide, vbi hæc materia sociorum in delictis sit inuenienda.*

303 De sociorum pœnis, & alia de socijs, *vide gloss. in verb. desensaué, in Clemen. 1. de pœnis, & habetur in Art. 13. & ibidem in addi. latina litera B. lib. 2. LandRecht, & in gloß. 3. Artic. 32. lib. eo. LandRecht, l. vtilißimum, ff. si fam. fur. fecis. dica.*

304 Socius criminis confitendo contra socium, facit tantùm indicium ad inquirendum: *Viuius decis. 216. lib. 2.* ¶ Confessio mulieris stupratæ facit indicium ad torturam contra stuprantem, ex quo delictum est occultum: *Viuius decis. 247. lib. 2.* ¶ Sententia absolutoria socij criminis, alteri consocio non prodest. Quod fallit in absolutoria adulteri, quæ & adulteræ prodest: *Pruck. l. in multis, de statu hom. p. 2. Art. 8.*

De Solennitatibus.

305 SOlennitas est duplex: intrinseca, & extrinseca: quid quælibet sit, quando præsumatur in dubio interuenisse vel nõ, quando eius omissio vitiet seu non, & de differentia solennitatis intrinsecæ & extrinsecæ, vide eleganter ista tractata per Zasium, *in l. sciendum, ff. de verb. oblig.* & de præsumenda solennitate extrinseca, si non opponatur, (*Solennitas extrinseca regulariter non præsumitur, ideoq. ea omissa instrumentum vitiat: fallit, si de hoc non opponatur. Deinde, in antiquis, etsi 30. anni elapsi sint, quia tunc interuenisse præsumitur: contra quam tamen præsumptionem probatio in contrarium admittitur.*) de illa habes pulcherr. sing. 12. Matth. de Mathesi. *& ibi Gabr. de Saraij, & notauit Geyl. in obs. 71. lib. 2. obseruat. Cam. Imp.*

Sed nota, quòd omissio leuis solennitatis non vitiet actum: *l. 1. §. fi. ff. de vent. inspi. & dicit ibi Bart.* quòd leuis solennitas illa dicatur, cuius omissio nullum vel paruum præiudicium generat. Sed grauis dicitur illa, quæ omissa multum obstat personæ: *l. cùm hi, §. si prætor, ff. de transac. & Bald. in l. hac consultißima, in princ. C. qui testa. fa. poß.* dicit, quòd illa dicatur leuis, quæ non est fundata in aliqua vrgenti ratione, vel vtilitate: quod est notabile: *vide Petr. de Rauen. in suo aureo alphab. lit. O. versi. omißio, & iste ibi notauit bona.* 306

Quoties lex solennitatem requirit in aliquo actu, & in defectu solennitatis ipsum actum annullat, consensus partium nihil operatur: *gl. & Dd. in c. dilecto, de præbend. & in l. 1. de lib. & posth. & in c. 1. & in c. dispendia, de rescript. in 6.* ¶ De solennitatib. testam. *vide testamentum.* ¶ Ad essentiam rei non sufficit veritas absq; solennitate: *Raud. de analog. lib. 1. c. 28. n. 83.* nam altaria iustitiæ spolianda non sunt suo ornatu & decore: *n. 89.* 307

Omissio modicæ solennitatis non vitiat dispositionẽ, nisi aliàs dispositio careret forma: *Seb. Med. reg. 5. n. 140. fol. 194* & solennitas iuris in modicis non seruatur: *nu. 192. fol. 210.* ¶ Statutum requirens solennitatẽ super acta, non intelligitur de paruo: *Sebast. Med. reg. 5. n. 195. fol. 211.* ¶ Solennitas per se non requisita ad aliquem actum, si interueniat & vitiosè & minus solenniter, non ideo reddit actum nullum: *gl. magna in l. vinum, si cert. pet. Coler. p. 3. c. 7. n. 11.* ¶ Quæ sit præsumtio pro solennitate actorum, & processu iudicij, *Men. lib. 2. præs. 68.* 308

Solennitas quæ in ipso actu requiritur, & in ijs quoq;, quæ istum actũ antecedunt, & per quæ ad istum actum peruenitur, requiritur: *Schrad. in tr. feud. p. 5. c. 1. n. 14.* 309

Solennitas extrinseca an præsumatur, & quid de intrinseca, vide Soc. *in Reg. 375. & seq. latè Dd. in l. sciendum, de verb. obl. Fel. in c. quoniã contra, col. 18. de probat.* ¶ Et an solennitas longi temporis cursu interuenisse præsumatur, *vide Ias. in l. 1. in 5. colu. C. qui admitt. vide aliquot huc spectantia supr. in verb. Actus.* 310

De Solutione.

SI soluitur id, quod debetur, vel aliud loco illius, consentiente creditore, omnis tollitur obligatio, tam rei principalis, quàm fideiussoris: *Ang. post tex. in tit. Inst. quib. mod. tollitur oblig. in prin.* ¶ Item correi debendi in solidum obligati, vno soluente omnes liberantur: *§. ex huiusmodi, Inst. de duobus reis.* 311

Et ista Theorica etiam locum habet in
312 obligatione ex maleficio, vel quasi *vt dicit gl. 2. in d. tit. Instit. quibus mod. tollitur oblig. in pr.* quia sæpius de eiusdem hominis facto non quæritur: vt dicitur in *l. licet, §. fi. ff. nau. caupo. & stabula. l. si cui, §. ijsdem, ff. de accusa.* Et si accusatus fuerit absolutus, an possit accusatio replicari, *c. de his de accusa. ampliat Dec. in l. bona fides, n. 5. de reg. iuris.*

Sed allegans solutionem, illam proba-
313 re tenetur: *l. 1. C. de proba.* quia reus in exceptionibus fit actor: *l. in exceptionibus, ff. eo. tit. & in iure Saxo. est tex. clarus, in Art. 6. lib. 2. LandRecht, ibi.* Alle vergoltene Schuldt/ sol der Mann beweisen selb dritte der Leutte/ die es sahen oder hörten/ das er sie vergaldt: *& Art. 65. lib. 1. LandRecht.*

314 Probari autem potest solutio eiusmodi modis, quibus probatur numeratio: *de quibus notaui supr. in lit. M. vers. de mutuo.* per instrumentum publicum, quod cantat, solutioné fuisse factam, quia tenor instrumenti apparet per lectioné eius: *Bal. in l. ad probationem, el. 2. C. de proba.* Imò potest iuuari indicijs, testibus, vel alijs argumentis: *apostill. ibid. ad Bald.* Per testes, qui deponunt, se interfuisse solutioni. quia ratio de visu debet procedere per scripturam priuatam, puta quietationem sua requisita habentem: per iuramentum decisorium litis, vel suppletorium, à parte seu iudice delatum: per confessionem: per rei euidentiam: per sententiam: per notorium, vel præsumtionem violentam hominis vel iuris: per rationem in libro creditoris scriptam: per plura indicia: eo ipso, quòd non probatur contrarium: & de istis omnibus, tanquam de modis probandi, docuit & tractauit Hippo. de Marsi. *in repet. Rubr. C. de probationibus: & per istum notaui supr. in d. versi. de mutuo.* Adde istis in specie quæ sequuntur.

315 1. Solutio est probata, quando debitor instrumentum debiti habet penes se, seu cancellatum: debitū enim eo ipso præsumitur fuisse solutum, nisi creditor possit ostendere (*Quod fortioribus etiam præsumptionibus fieri potest,*) de contrario: *l. si Chyrographum, ff. de proba. l. pecuniæ, & gl. in l. quòd debitori, C. de solutio. l. Labeo, ff. de pact. c. penult. vt lite penden.* & nisi euidens in contrarium præsumtio obstet: *notat Cyn. in l. si de possessione, C. de prob. Masuerius in sua prax. titu. de solut. compen. & libera. eleganter docuit Geyl. in obseru. 37. lib. 2. obser. Cam. Imp.*

316 2. Probata oblatione, consignatione, & depositione, solutio etiam est probata: quia contigit liberatio ita, quòd potuerit petere literas obligatorias: *Masue. in d. tit. num. 23. per obsignationem, C. de solutio. & quòd probent hoc casu testes, habetur in text. iuris Saxo. Art. 65. lib. 1. LandRecht.*

3. Quietatio, data debitori per trigin- 317
ta dies, inducit veram solutionis probationem: *tex. est in l. in contractib. §. super cæteris, C. de non numera. pecu.* quia tunc amplius exceptio non soluti debiti non competit creditori: *Lanfr. de Oria. in sua praxi, cap. de confessio. num. 22.* ¶ Sed ista quietatio seu liberatoria scriptura, quatenus probet de solutione cōtra pupillum, Ecclesiam, vel Monasterium: & cuius sit talis scriptura importantiæ, *vide Paul. Castr. in antiquis, in consi. 1. per totum: & notaui sup. in lit. Q. versi. de quietatione. Geyl. alt qua in obs. 37. lib. 2. in obs. Cam. Imp.*

4. Probata datione pignoris vel fide- 318
iussoris, probata est solutio: quia pro solutione habetur, vbi creditor consenserit: *l. item liberabitur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solui.* & probata datione in solutū: *Decia. in consi. 108. vol. 3. n. 15. & in seqq.*

5. Probata præscriptione: cùm solutio- 319
ni æquiparetur: *l. sicut, C. de præscrip. 30. vel 40. annor.*

6. Probato quolibet modo, quo res ad 320
creditoré peruenit sine illius damno, probata est solutio: *l. in perpetuum, ff. de solutio.*

7. Per iuratam morientis depositioné, 321
etiam debitori contra hæredes paratur securitas: *gl. Auth. quod obtinet, C. de prob.*

8. Confessione creditoris pro fideiuss- 322
sore probatur solutio, ita quòd fideiussor possit agere contra debitorem.

Et confessione mariti, probatur solutio 323
dotis contra hæredes suos: *Hippo. de Marsi. in repe. Rub. ff. de fideiusso, n. 265. & Ang. in Instit. tit. de act. §. fuerat.* De quatuor modis probandi solutionem, habetur *in gl. 3. circa medium, Art. 6. lib. 2. LandR. & ibi inter alios de delegatione crediti, per l. ex contractu, C. de noua.*

Solutionis instrumentum totius vel par- 324
tis debiti quomodo conficiatur, tradidit Spec. *in tit. de oblig. & solutio. n. 3. & 4.*

An ei, qui per magistratum compulsus 325
est soluere alij debitum vel sibi magistratui, competat contra principalem creditorem suum exceptio solutionis? mouet & respondet Spec. *in d. titu. de obligatio. & solutio. §. nunc aliqua, num. 6. & ibi in additio. habentur bona.* ¶ Et quando tertio possit fieri solutio vel non, notauit aliqua Hippo. de Marsi. *in sing. suo 368. incip. libet.*

Item, quòd in terminis executorijs et- 326
iam exceptio solutionis possit opponi, atq; per illū impediri executio, ex regula, quòd bona fides non patitur, vt idem bis exigatur, docuit Ioan. Andr. *in addi. ad Spec. §. si. lit. B. in fin.* quem tamen ad illud, vt impediat executionem, oportet, vt in continenti offerat se probaturum: *in add. seq. habetur, allegatur*

allegatur Clemen. de sentent. & re iudica. Oldra. consi. 106. & alij, declarat Decius in l. bona fides, num. 3. de regul. iur.

327 De moneta, in qua fieri debeat solutio, quæritur: & respondetur, Es soll oder mag geschehen mit Silber vnd mit Pfenningen / die genge vnd gebe waren: *dicit Arti. 65. circa finem, lib. 1. Landrecht, notaui suprà in litera M. versi. de moneta, per c. maiores, de baptis. & c. ad audientiam, de decimis.*

328 Et quòd solutio debeat fieri in moneta, quæ fuerit tempore contractus: item in solutione legati, quòd attendatur moneta, quæ fuerit tempore conditi testamenti: & in casu, quando amplius nō extat talis moneta, fiat solutio, in vsuali, tamen ad valorem intrinsecum antiquæ monetę, *Gayl. in obseru. 73. lib. 2. obser. Cam. Impe.*

329 Sed est quæstio, si quis debeat certam summam pecuniæ, an satisfaciat soluendo massam auri, vel argenti, vel metalli, eiusdem quantitatis & qualitatis? decidit per Dd. quòd non, Arius Pynelius, *in 3. capite 1. partis Rubricæ, C. de rescindend. vend. num. 14.* ¶ Item an debitor certæ pecuniæ vel massæ certi metalli, possit soluere in pecunia diuersi metalli? vult quòd sic: quia non sic consideratur qualitas, atque forma & valor monetæ: *Arius Pynelius in d. 3. cap. 1. partis Rubr. C. de rescinden. vendi. num. 16. & ibi num. 17. docet de solutione cum proba, minuta & nigra pecunia facienda.*

330 De loco solutionis fiendæ. Qui in certo loco dare vel soluere promisit, ibi det & soluat, & non cogitur in alio loco soluere vel dare, nisi ex certa causa: vt quia creditor nō potest ire vel mittere ad locum solutioni destinatum: *l. vsuras, C. de solutio.* vel alia sit causa: *de quibus notant ibi Dd. & gloss.* ¶ Sic etiam creditor nō tenetur alibi recipere solutionem: *l. 2. qui. ff. de eo, quòd cert. loco.* Contraria, quæ volunt, quòd debitor vbique possit soluere, *vt in l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. obl.* soluit gloss. *fin. in fin. d. l. vsuras, C. de solutio.*

331 Quando autem gratia debitoris locus solutioni fuerit nominatus, potest soluere vbique: intelligendū tamen, vbi creditor domicilium habeat: *gloss. fin. in finalibus verbis, d. l. vsuras, C. de solu. Innocen. in c. significante, ext. de pign.* cōcordat ius Saxo. dicens: Zu des Haus se soll man alles gelten / dem man es schuldig ist / bey Sonnenschein / als ob er ein Haus hat: In dem Gerichte / oder zu des Richters Haus / das nechst dabey ob jener da vnbehauset ist.

332 Sed cuius expensis solutio debeat deportari ad domum creditoris, notauit Bart. *in l. item illam, ff. de constit. pecu. & Bal. in l. acceptam, C. de vsuris.* ¶ Et debitor nunquam tenetur sequi vagabundum creditorem: *Anton. Cors. in singul. suis in verb. vagabundus.* Et in casu, quando debitor vellet soluere in alio loco, quàm de quo est conuentū, vel in loco domicilij creditoris: tum tamen teneretur ibi soluere, vbi creditor soluta securè deportare posset: *argumen. eorum, quæ notantur in l. obsignatione, C. de solutio. & in l. si soluturus. ff. eo tit. concordat ius Saxonicum in text. Artic. 65. lib. 1. LandRecht.*

De tempore fiendæ solutionis, vide ea, 333 quæ notaui *suprà in litera M. versic. de mora, & inuenies, qualiter quis ad interpellationem hominis vel diei, vel etiā sine aliqua interpellatione teneatur soluere, & non soluens constituatur in mora: item vide suprà in litera D. versicu. de debito confessionato conuicto, vel liquido, & in versic. de debitore ad diem, vel sub conditione.* ¶ Wie vnd wann der Schuldiger / dem Glenbiger möge an die Hand gegeben / oder zum Gefengnus gebracht werden / *notaui in d. versi. de debito confessiona. & in versic. de debitore fugitiuo.* Et tandem faciunt ad hanc solutionis materiam ea, quæ etiam notaui supr. *in lit. D. versi. de liberatione debitoris.*

De soluente partem debiti dic. Soluens 334 debiti partem intelligitur agnoscere totum debitum: ita etiam, quòd pro residuo non potest allegare exceptionem nō numeratæ pecuniæ: *est textus in l. cum fidem, C. de non numera. pecu. vide tamen ibi Dd. & Angel. in Institut. in tit. de exceptio. §. idem iuris est, versic. quæro, an alio modo, num. 38.*

De solutione particulari dic. Particula- 335 ris solutio damnosa est creditori, & fieri inuito non debet: *vt in l. planè, ff. fami. hercisc.* sed de eius voluntate benè fieri potest: *vt in l. qui Romæ, in prin. ff. de verb. obligat. Henning. Göden in cons. de præscrip. pigno. in 4. quæst. nu. 66.* ¶ Quis dicatur soluendo esse, vel non, & quomodo hoc probetur, notaui suprà *in litera P. de probationibus, vers. de modis probandi, aliquem esse soluendo. Vide.* ¶ De soluente, qui plures summas vel capitale & lucrum simul debet, & soluit aliquid: quid soluisse credatur? & præsumitur, dedisse in antiquius debitum: *l. in his, in prin. & l. si ex pluribus, in fin. ff. de solutio.*

Sed in dubio antiquius debitum est ca- 336 pitale vel sors. ¶ Item solutio præsumitur facta in durius debitum: *l. cæterùm, quæ est 3. ff. de solutio. Barto. in l. 1. ff. eo.* ¶ Sed grauior est causa debiti capitalis, quā lucri: quia in causa lucri lucrum tantum consideratur, in causa autem capitali damnū: & grauior est causa damni, quā lucri *l. vlti. §. licentia, et l. 1. C. de iure deliber.* ¶ Item in electione debitoris est, in quam causam voluerit cedere solutionem: *l. 1. 2. & 3. l. Paulus, ff. de solutio.* ¶ Item solutio præsumitur semper facta in illa causa, quæ erat magis certa & efficax: *textus est & ibi notat Bart. in l. si is cui, ff. de sol. consuluit Decian. in cons. 60. vol. 2. num. 22. & in seqq.*

337 Soluendi impotentia an probetur per creditorem vel debitorem; *Coler. de process. execut. p. 1. c. 6. n. 137.* Et soluendo quomodo quis dicatur, *p. 1. c. 10. n. 341.* ¶ Liberatio obligationis, fit per vnicum implementum: *Seb. Med. reg. 4. n. 59. fol. 138.* ¶ Solutio, quæ ex pacto durat vnum momentum, non inducit liberationem; *Seb. Med. reg. 5. n. 193.* ¶ Solutio facta paulò post promissionem metu factam, ipsa quoq; metu facta dicitur: *Medic. reg. 5. num. 194.* ¶ Per liberationem transfertur dominium: *Seb. Med. de amitt. poss. gl. 3. aut in minuendo, n. 18. & 19. vbi 6. ampl. & 7. lim. fol. 732.* ¶ Debitum si est contractum scriptura solutio etiam scriptura vel quinq; testibus probari debet; *l. testium, C. de testib.* intellige debitū ex dispositione hominis, non verò legis: *Menoch. lib. 1. præsumt. quæst. 46. n. 44.* ¶ Solutio si fit à debitore, qui bona sua hypothecauit pluribus, posteriori creditori, an anterior possit solutam pecuniam auocare? *Capyc. dec. 78.*

338 Confessio creditoris dicentis, sibi à Titio debere solui centū, an præiudicet sibi, si debuisset consequi plus, *Capyc. decis. 180. n. 16.* & quid si recipiat partem debiti, an ad residuū postea possit agere, *Guid. Papæ decis. 177. Seraph. priuil. iuram. 13. n. 33. & 34.* ¶ Promittens soluere tribus terminis, quomodo termini illi intelligantur, *Men. lib. 2. cent. 1. casu 53.* ¶ Soluens procuratori, de cuius mandato non constat, quando liberetur, *Guid. Papæ decis. 173.* Solutio facta falso procuratori, intra quod tempus debeat ratificari, & ratificata censeatur, *Menoch. lib. 2. cent. 1. c. 32.* ¶ Debitum totum vbi est liquidum, non admittit particularem solutionem: *l. tutor, §. latius, de vsur.* ¶ Solutio particularis affert incōmoda: *l. planè fam. herc.* ¶ Pecuniam solutioni paratam fuisse, quando præsumatur, *Menoch. lib. 3. præsumt. 58.* ¶ Mercator an præsumatur soluendo, vel non, *Menoch. lib. 3. præsumt. 59.*

339 Mandatum habens ad exigendum, quando confitendo de acceptis obliget dominū, *Granut. theor. 6. vbi ampl. & lim.* ¶ Liberatio ex quibus probetur & inducatur, *Med. de acceptilat. q. 11. fol. 148.* acceptilatione apochæ instituta: *n. 1. vsq; ad 4.* cancellatione apochæ vel instrumenti: *n. 5. & plura ibid. n. seqq. ibid. de effectu.* ¶ Meliùs est, non soluere, quàm solutū repetere: & soluens scienter indebitū, videtur donare: *Viuius dec. 218. lib. 2.* ¶ Denunciatione facta debitori debitoris, hic quando parere teneatur, *Constant. Roger. de protest. rubr. 3. §. 1. n. 6. ad fin. vsq;.* ¶ Num pro libris & marcis auri argentiue debitis, possit solui æstimatio in pecunia numerata, *Thomingius dec. 19. quòd sic l. 1. §. cui certum de auro & arg. leg. Bachin. lib. 2. controu. iur. c. 58. fol. 338.*

Vtrùm ei, qui mutuò aureos nummos accepit, liceat reddere creditori inuito æstimationem & precium in alia materia, puta in argenteis nummis: *Bachin. d. lib. 2. c. 20. fol. 223. Knich. d. lo. fol. 155.* ¶ Vbicunq; realis solutio est facienda, non sufficit facere depositum: quamuis depositum iudiciale obtineat vicem veræ solutionis: *Viuius decis. 192. lib. 1.* ¶ Solutionis probatio per indicia & coniecturas inducitur, præsertim vbi diligentia creditoris & temporis longinquitas concurrunt: *Viuius decis. 481. lib. 3.* 340

Creditor remittens partem debiti suo debitori, vt residuum soluat, poterit partē remissam etiam repetere condictione ob turpem causam: *Plotus de in lit. iur. §. 4. num. 65. per l. fin. de condict. ob turp. causam, & ibid. Dd. Capyc. decis. 95.* ¶ Qui complurium annorum spacio, reditus annuos redimibiles in minori summa aut viliori moneta simpliciter sine contradictione vel protestatione recepit, num possit etiamnum petere integros reditus in summa vel pecunia ab initio in contractum deducta: *Thom. decis. 33.*

Pro datione in solutum, cum decreto facta præsumitur: *Decius cons. 219. vol. 2. in casu proposito.* ¶ In datione in solutum habet locum: l. 2. C. *de rescind. vendit. Dec. cons. 308. vol. 2. num. 2. in casu ad nos transmisso.* ¶ Datio in solutum facta per iudicem pro pluri, quàm sit debitum, in totum viciatur: *Franc. Curt. char. 14. col. 2.* ¶ An statutum in venditione habeat locum in datione in solutum, vide Dec. *cons. 18. vol. 1.* ¶ Quando cessio actionis videatur data in solutum, *Dec. cons. 99. vol. 1.* ¶ Solutionem alleganti incumbit probatio: *l. 1. C. de prob.* ¶ Minus soluit, qui tardiùs soluit: *l. si cui, in fin. de verb. oblig.* ¶ Solutio habet vim litis contestatæ: *l. ampliùs non petitum, Rem rat. hab. Bart. in l. si insulam, in 3. q. de verb. obl.* 341

Solutio probatur, quando debitori chirographum est redditum: *l. pecuniæ, C. de solut. cum l. seq.* ¶ Si rei per me amissæ Domino æstimationem solui, & res ad Dominum redierit, pretium repetere possum actione ex priore contractu, vel condictione sine caussa: *l. si fullo, ff. de cond. sine causs. Bart. in l. Iulianus, in 5. col. de cond. ind. & in l. in commodato, in fin. ff. commod.* ¶ Non soluendo non solùm quis dicitur ex facultatibus, sed etiam ex conueniendi difficultate: *vide Ias. in §. item si quis in fraudem, Inst. de Act.* ¶ Solui aliud pro alio regulariter inuito creditore nequit: *vide Soc. in Reg. 377. Bart. & alios, in l. 2. §. 1. Si cert. petat. & ibi vide omninò Zas. qui pulcrè loquitur, & in l. Paulus de solut. & Dd. in l. non amplius, §. fin. de leg. 1. Fel. in c. si cautio, de fide instrum. Dd. in c. olim, de Cens. Abb. in c. quanto, de iureiur.* 342

Ad sol-

343 Ad soluendum terminus 4. mensium debitoribus regulariter datur: *l. eos, C. de Excep. rei iud. l. 2. C. de vsu. rei iud. l. Debitoribus, & ibi gloss. in verb. dandus, ff. de re iud. vide gl. in l. si cum exceptione, §. quatenus, quod met. causs. clarus tex. de hoc in c. quærenti, de off. deleg. vide plenè Bart. in l. ita stipulatus, in 1. q. de verb. oblig. vide etiam fallentias per Soc. in reg. 396.* ¶ Soluere qui statim debet, cum quodam temperamento temporis intelligendum est: quia non cum sacco adire debet: *l. quod dicimus, ff. de solut. l. diuortio, ff. de neg. gest. vide Dec. in l. quòd te, ff. Si cert. petat.* ¶ Et est hoc temperamentum 10. dierum: *secundùm Francis. ibid. l. promissor, de Const. pec. l. si debitori de iudic. l. ratum, de Solut. vide tex. in l. 4. §. condemnatum, de re iudic. De his vide pulcrè Bart. in l. ita stipulatus, in 16. col. de verb. oblig. num. 3. ibi modo ad propositum.* ¶ Soluenti debet fieri cessio, & quis videtur soluere de pecunijs proprijs, *Dec. cons. 99. vol. 1.*

344 Alleganti solutionem incumbit probatio: *l. 1. C. de solut. & l. 1. C. de probat. in Spec. Saxo. lib. 3. num. 85. & num. 2. Art. 6.* Solutio probatur, quando debitori chirographum est redditum: *l. pecuniæ, cum l. seqq. C. de solut.* ¶ Et facta solutione nihil nocet, quòd chirographum apud creditorẽ reperitur, dummodò solutio probetur: *l. inductum, C. de solut. & l. dissolutæ, C. de Cond. ex lege.* ¶ Item probatur debiti solutio, si testator fatetur in vltima voluntate, solutionem esse factam, quæ tamen reuera facta non est; nam tunc censetur legata liberatio deberi: *l. 1. & l. si dotem, C. de fals. causs. adiect. & l. Lucius Titius, §. quisquis, la. 2. ff. de leg. 2. & Lucius Titius, § sempronia, de leg. 3. l. si donatio. C. de Donat. vide infrà in verb. Testamentum, & suprà in verb. Confessio.*

De Solido.

345 DE Solido, vide gloss. *in l. fin. de in ius voc. gloss. est in §. & iudicare, in Auth. de defens. ciuit. & gloss. in l. quicunque, C. de seru. fugit. gloss. in §. pen. Institu. de Att. tut.* vbi dicit, quot solidi faciant libram: & solidus aureus, & numisata sunt idem: & 20. lib. æris æquiualent solido auri, & 72. solidi faciunt libram auri, & 10. auri faciunt libram argenti: *De his Ioh. de Plat. in l. 1. C. de collat. æris lib. 10. vide Bart. in Rubr. C. de vet. nu. potest.*

Species.

346 SPecie non differunt, quæ solùm secundùm maius & minus differunt: *l. fin. de fund. instrum. Bart. ita dicit per illum tex. in l. Imperium, in 4. col. ibi quinto me cum, de iurisdict. om. iud. vide Car. in l. 1. §. si quis simpliciter, fol. 60. de verb. obl. allegat etiam illum tex. vide Bart. & Ias. in l. in primo, col. 18. de acq. poss.* ¶ Singularia inter se specie non differunt *gl. in l. 1. ff. si pars hæred. pet. quæ allegat Aristotelem.*

Spes.

SPes in contractum deduci potest: *l. nec emptio, de contrah. empt. l. spem, C. de Dol. l. ne venditio, de Act. emp. vide Ias. in l. fin. in 2. not. C. de pact.* 347

De Spoliato.

SPoliatus, ante omnia, siue in temporalibus, siue in spiritualibus restituendus est: *c. fin. ext. de ordine cognitio. c. 2. & in literis, c. item cum quis, c. conquerente, & c. sollicitè, de restitut. spoliato. l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ.* imò ante omnia debet restitui, etiam facto iudicis, iuris ordine non seruato, spoliatus: *Decian. consil. 36. vol. 3. num. 27. & ibi in isto consilio, de materia spoliationis & restitutionis, pulcherrima consuluit per tot.* Schurf. *in cons. 73. cent. 2. à num. 10. vsq. ad finem*, pulcherrimè deduxit ista, quòd sit restituendus; in tantum etiam, quòd spoliato non obstet exceptio dominij, etiamsi spoliatus offerat, se in continenti probaturum de dominio suo: *d. l. si quis ad se fundũ, & ibi Bart. in C. ad l. Iul. de vi pub. l. si maritus, ff. de dona. inter vir. & vx. l. 1. in fin. & ibi Bart. in 3. notab. C. si per vim, vel alio modo.* & in isto casu possessorium recuperandæ non habere locum, *dicit l. dolo facit, ff. de except. & regula dolo petit, de regul. iuris, in 6.* 348

Et regulariter conuentus super spolio siue possessione recuperandæ, quòd ante restitutionem non sit audiendus, & quòd in hoc ista actio spolij sit in hac priuilegiata, est tex. *in c. fin. extr. de ordi. cogn. & habetur in c. super spoliatione, ext. eo titu.* Geyl. *in obserua. 75. & 76. lib. 2. obseruat.* tradit ibi, quòd spoliatus, etiam à iudice, ordine iuris non seruato, ante omnia sit restituendus. 349

Sed istius theoricæ, quòd spoliatus ante omnia sit restituendus, vide limitationes seu fallentias 12. *Bart. Socin. in regulis fallent. regula 466. incip. spoliatus, fol. 757.* vide Anto. Corset. Sicul. *in regulis fallentia. ad regulam, spoliatus ante omnia restituendus*, 50. limitationes seu fallentias: & sic inuenies ibi istã materiam bene cumulatam. Iacob. Venet. adduxit *in tractatu suo de annua præstatione, in prima parte, quæst. 25.* fallentias 6. Hippol. de Marsi. vnam docuit fallentiam, *in repe. rubri. C. de probatio. mihi num. 163.* ponit 2 limitationes, idem Hippo. *in singula. suo 11. incip. regula vulgata est*: & adhuc vnam, *in singula. 199. incip. in iure expressum*, & ibi non datur restitutio, ne vexetur mortuum corpus. Alexand. de Imol. refert 12. limitationes; *secundùm Bald. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. in 8. colum. cum seqq.* Specul. *in titu. de petit. & possesso. & spolia. in §. quoniam.* in superioribus docuit casus 16. in qui- 350

in quibus nō habeat locum restitutio: & 8. casus, in quibus viro restitutio denegetur vxoris: *num.2.* & ibi *in d. §. num.4.* docet, quatenus contra spoliationem iudicis detur restitutio.

351 De restitutione alicuius potentis domini in castro vel fortilitio munitissimo, quatenus deneganda sit restitutio, vel non, (*Si nimirum in continenti de dominio docere paratus sit possessor, & restitutio esset difficilima: quæ tamen exceptio eo ipso, quòd vterq; litigantium subsit eidem principi, à quo cogi posit ad restitutionem, item per oblationem cautionis de restituendo eliditur.*) notauit Rolan. à Valle *in consi. 1. mihi num.32. & num. 77. vol. 1.*

Sed spoliatus, qualiter agat vel excipiat, quid debeat probare, scilicet possessionem & spoliationem, & qualiter illa probet, notaui suprà, *in litera P. de possessorijs remedijs, versi. possessionis recuperandæ remedia:* & ibi notatum est de pœnis spoliantiū, vide ibi simul, quid in iure Saxonico sit depositum.

352 Et tandem, in quibus casibus posit spoliatus agere vel excipere, vt ante omnia restituatur, *vide Menoch. in comment. de recuperan. possessione, in 1. remedio, per totum.*

De probatione exceptionis spolij, quòd scilicet spacio 15. dierum spolium probari debeat, *habetur in textu & gloss. c. 1. de restit. spolia. in 6.* & de hac exceptione spolij, vide Oldendorp. *in Enchirid. de exceptione spolij, notaui suprà in litera E. versi. de exceptione spolij.* ¶ Et de probatione spolij, quid probare sufficiat, & an spoliatus propria auctoritate potuerit recuperare bona, à quibus prætendit se spoliatum, notauit (*quòd sic, dummodò talis recuperatio fiat in continenti. In continenti autem facta videtur, etiam quæ post decennium facta est, dummodò prius recipiendi facultatem non habuerit, quod ex qualitate personarum æstimandum erit: atque ea sententia communis est.*) Decianus *in consi. 23. nume. 98. & in sequentibus, vsque ad finem, volum. 1.*

353 Non oportet declarare tempus spolij, quando imploratur officium iudicis, & quomodo probetur spolium, *Viuius decis. 219. lib. 2.* ¶ Spolians aliquem possessione rei mobilis, tenetur restituere possessionem rei cum fructib. *Viuius decis. 228. lib. 2.*

354 Spoliatus ante omnia restitui debet: *l. si quis à se fundum, C. ad l. Iul. de vi, c. fin. de ord. cogn. c. reintegranda 3. q. 1. Dyn. in c. qui ad agendum, de R. I. lib. 6. Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. possess. vbi Alex. latè, & alij Mod.* Et hoc est verum, siue in temporalibus, siue in specialibus: *vide Soc. in Reg. 379. latè Ias. in l. rem quæ nobis, in 4. colum. de acquir. poss.*

Spoliatus restitui non debet, quando constat de dominio spoliantis: *c. cum Ecclesia, de causs. poss. & propr. c. cum super, eodem tit. c. decimas, de rest. spolia. in 6. Paul. de Castr. consi. 40. in caussa capturæ, in fin.* ¶ Quod est verum, si etiam spoliatus probet de possessione & spoliatione: *gloss. in d. c. 2. in fin. de rest. spol. in 6. in gloss. in verb. præsumitur.* ¶ Exceptio opposita contra spoliatum, si non requirit probationem, restitutio fieri non debet. Et sic, quando de Domino constat: *Bald. in l. pen. in vlt. col. versiculo vlt. no. C. si à non comp. iud.* ¶ Spoliatus in 28. casibus restitui non debet: *vide Specul. in fin. de petit. & poss. §. fin. per tot.* ¶ Remedia spoliati 8. vide *in Specul. de restit. spol. in princ. per tot.* ¶ Spoliatio probatur eo, quòd spoliatus probat de antiquiori possessione: *Bald. in l. penult. in vlt. col. C. si à non comp. iud. Alex. in l. si duo, ff. vti poss. vide Specul. de restit. spol. & in tit. de pet. & poss. §. 1. per totum. Alex. cons. 51. volum. 1. & in §. nil commune.* Exceptio dominij notoria & obstat agenti interdicto, vnde vi: *c. ad decimas, de restit. spol. lib. 6. Inno. in c. constitutus, de fil. præsbyt. Alex. cons. 75. vol. 4. Alex. post Bart. in §. Cato, in 4. col. de verb. oblig.* 355

Quando remedium *c. Reintegrandæ, 3. q. 1.* habeat locum, vide Dec. *consi. 252. volum. 2. agitur, & cons. 302. eod. volum. & pro tenui facultate, & in cons. 12. volum. 1.* ¶ An competat pro spoliatione facta à iudice, *vide suprà in verb. Remedium.* ¶ In caussa spolij testes de auditu admittuntur: *vide in verb. Testis.* ¶ Materiam spoliationis, vide latè per Alex. & *Mod. in l. rem, quæ nobis, de acq. possess.* ¶ In caussa spolij aliud est speciale, quòd in libello, quando agitur interdicto vnde vi, non est necessaria conclusio, sed sufficit narrare spoliationem c. in literis, vbi Abb. *no. in 1. not.* cùm tamen in alijs libellis sola conclusio inspiciatur. ¶ Spoliatus possessione, vigore processus iudiciarij, in quo iuris ordo non est seruatus, habet interdictum possessorium: si verò ordo iuris est seruatus, licèt iniustè processit, non competit hoc interdictum; *ita pulcrè vide Soc. in cons. 12. volu. 1. in 3. col.* 356

Et interdictum vnde vi, dicitur etiam ei, qui vigore decreti iudicis non ritè & rectè latè est spoliatus: *ita Ang. in §. quadrupli, in 8. col. Inst. de act. nu. 26. vide Dec. in cons. 12. vol. 1. & in cons. 252. vol. 2. agitur, & in cons. 302. eod. vol. 2. & pro tenui.* ¶ An tale interdictum vnde vi, dicatur famosum, & multa alia per Alex. *in cons. 6. vol. 3. circa processum,* & an in eo requiratur expressio loci & temporis? Spoliato agenti ad restitutionem, obstat exceptio excommunicationis: *Abb. in c. decernimus, ext.* 357

ext. de iudic. ¶ Per vim occupans terram vel castrum, si postea per superiorē sibi in feudum concedatur, nō valet concessio: Quia spoliatus ante omnia est restituendus: *vide Alex. cons. 11. vol. 6. per tot. & Specul. in tract. de primo, & secundùm Decret. §. iam de effectu, vers. quid si missus.*

De Spontaneis actibus.

358 NOta: non dicitur quis spontè fecisse, qui sciebat, se ad id posse per iudicem compelli, dato, quòd compulsus non fuerit: *Petr. de Anchor. consi. 159. col. 2. quem refert & sequitur Areti. consi. 24. textus est in l. nouissime, ff. quòd falso tuto. aucto. gest. vbi etiam Baldus dicit, paria esse, quid fieri coactè, vel fieri metu coactionis*: & dicit Ioan. And. *in regula, bona fides, in princ. de regul. iur. in 6.* quòd si quis soluit mulctam coactus, vel sententia praecedente, dicitur tantùm inuitus soluisse: *Decianus in consi. 68. volum. 2. num. 20.*

359 Per actus spontaneos, qui sequuntur violentiam, an, & quatenus ista violentia, per istos actus videatur purgata vel non, *vide Hippo. de Marsi. in singulari suo 89.* ponentē exemplum de solutione spontanea, quae est facta ad promissionem soluentis, violenter extortam. Et etiam spontaneam solutionem in casibus non esse concedendam, notauit idem Hippo. *in repe. l. vnicae, C. de raptu virgi. & ibi de theorica, quòd volenti non fiat iniuria, in num. 237. vsq. ad num. 241.* Idem Hippolitus *in l. lege Cornelia, §. constitutum, ff. ad l. Corne. de sicarijs.*

360 Secundùm ista nota, quòd prohibitus petere, exigere vel accipere, prohibetur etiam à spontè dare volentibus recipere: *l. 1. C. de Salgamo hospi. non praeben. lib. 12.* & secundùm Ioan. de Platea. *ibi*, quòd si Vasallus concubuerit cum vxore domini, ipsa volente, nihilominus amittit feudum. Qui aliquid requisitus fecit, quod recusare potuisset, & non recusauit, non coactè, sed sponte fecisse dicitur: *Decianus in consi. 48. vol. 3. num. 26. & in sequen.*

De Sponsalibus.

361 PErtinet ad materiam matrimonialem, *de qua suprà in litera M. versi. de matrimon.* sed non inconuenienter hîc materia sponsaliorum potest notari, & caeteris addi. ¶ Et dic: sponsalia sunt futurarum nuptiarum repromissio: *l. 1 ff. de sponsal. c. nostrates, 30. q. 5.* Verbi gratia, si dicat masculus foeminae, promitto tibi, quòd accipiā te in meam: & ipsa vice versa dicat idem masculo: *c. penul. ext. de sponsa.* ¶ Et per quae verba sponsalia contrahantur, *vide Spec. in rubr. tit. de sponsa. & matr.*

362 Consensus parentum necessariò requiritur in nuptijs & sponsalibus liberorū, non solùm quò ad ius diuinum & ciuile, verū etiā quò ad ius Canonicum: *§. 1. Inst. de nupt. l. 2. de ritu nupt. c. honorandum 32. quaest. 2. c. aliter, c. nostrates, 32. quaest. 5. Borchol. in tr. de grad. fol. 39. & seq.* ¶ Sponsus & Sponsa post acceptam benedictionem, eadem nocte pro reuerentia illius benedictionis in virginitate permanere debent: *c. sponsus 5. & c. aliter, in fin. 30. quaest. 5.* ¶ Lite super Sponsa duorum pendente, copula interdici, & puella sequestrari debet: *c. cum locum, de spons. & matr. c. tenor, §. fin. de sent. & vid. Hostiens. de seq. possess. num. 4. Natt. cons. 251. n. 9 par. 2. Geyl. lib. 1. obser. 102. n. 15.* ¶ Si pater spōsalia, quae filia se inscio & inuito, cum proco quodā contraxit, irrita & inualida esse, & insuper se iustas dissentiendi causas probaturum affirmat, puella penes honestum virum, honestamuē foeminam sequestrari potest: *c. cum locum ext. de Spons. & matrim. c. hortamur, 3. q. 9. c. siue 33. q. 2. Torner. in l. sequester, versic. idem vsu venit, de V. S.*

De instrumentis & libellis super sponsalibus & arrhis conficiendis & formandis, docuit & praescripsit formas Specul. *in d. tit. de sponsalib. §. 1. & §. 2. per totum.* 363

Qualiter contrahantur matrimonia per verba de praesenti: & quomodo isto casu in petitorio formentur libelli, vide Specul. *in d. tit. §. sequitur videre.*

Quando vxor recedit à domo viri, proprio motu, consilium est, quòd agat vir possessorio, vel quasi: *vt in l. si is, qui, ff. de rei vendica.* consuluit Specu. & tradidit isto casu formam libellandi; econtra, quomodo in simili casu vxor agat possessorio contra virum, vt ipsam recipiat, & vt vxorem suam tractet, *in §. porrò, à prin. vsq. ad num. 3.* 364

In casibus, quomodo agas & libellos concipias contra te molestantem, quae dicit & asserit te esse maritum, cum non sis, & contra illum, qui tibi detinet vxorem tuam, *vide Specul. in d. titul. de sponsa. d. §. porrò, num. 4. vsq. ad finem.* 365

Ad praedictam actionem in possessorio quatenus fiat restitutio vel non, quae probentur, qualiter & cum qua cautione viri, ne velit saeuire in vxorem, notauit idem Specul. *in d. tit. §. postremo, & ibi in principio vult,* quòd istae causae matrimoniales, tractentur per iudices discretos & literatos; *allegat c. 1. extr. de consangui. & affi.* & *ibidem* tradit, quòd detur libellus; *vide.* 366

De sponsalibus impuberum, quo casu possint dissolui vel non, *habetur in gloss. penul. & vlt. c. de illis, ext. de desponsa. impube. & per illos & alia vide*, quomodo concipiantur libelli: Specul. *in tit. vel rubrica de desponsa. impube. & facit tex. c. continebatur, ext. eo. titu.* 367

De

368 De desponsationibus clandestinis, docuit idem Specu. *in rubri. de clandestina desponsatione, & toto tit. ext. eod. & notaui sup. in litera C. versi. de clandestinitate.*

De sponsalibus cum duobus contractis, quæ valeant, & qualiter concipiantur libelli, *idem Specula. in rubri. de sponsa. duorum, & ext. eo. titu. per totum.*

369 De conditionibus appositis in desponsationibus, Specu. *in ista rubri. & ext. tot. titul. de alijs vide Klingium, in tractatu suo matrimoniali, secundùm quem notaui sup. in litera M. versi. de matrimonio.*

Adde in ista materia sponsaliorũ, sponsalia de futuro, quatenus soluantur, vel non, & quando propter copulam carnalem transeant in vim præsentiarum, ita, quòd nullatenus possint dissolui, iuxta dictum: quos Deus coniunxit, homo nõ separet: *per Hippo. de Marsi. in singula. suo 500. incip. Sponsalia, & ibi vide de vi & potentia copulæ carnalis.*

370 Adde, qui dicantur sponsus & sponsa, item coniuges: & an statutum in sponsa, vel sponso verificetur: (*Affirmatiuam veriorem & æquiorem esse Geyl. asserit: quamuis negatiuam magis communem & consuetudine approbatam esse, Papiens. & Corneus testentur.*) optimè tradidit Geyl. *in obserua. 80. lib. 2.* & ibi inuenies benè tradita, quatenus sponsus vel sponsa pro cõiugibus habeantur. & an sicut consensu cõtrahuntur, dissensu vnius vel vtriusque distrahantur: (*Matrimonium sponsa monasterium ingressura non cogitur consummare: consummatum per ingressum monasterij non nisi vtriusque consensu soluitur.*) *vide præterea ext. eodem ibid. glossas & Abba. item Decia. in l. nihil tam naturale, num. 8. ff. de regu. iur.*

371 Wie man sich Ehelich verloben sol/ verlobte Personen auffzubieten/ vnd denn von Straffe derselbigen/ so sich mit zweyen verloben/ de pœna eius, der solches wissentlich gestattet/ vorhelet/ relegationis: Die Straffe derer/ so sich vor dẽ Kirchgange zuhauffe finden/ ist 30. Thaler/ vnd von mehrer Straffe der vnzucht/ *habetur in consi. Anhal. in Arti. 3. Von Ehesachen.*

De Sponsione, von Wetten.

372 IN magnis ciuitatibus mercatores sic concertant, & alter alteri per solennem stipulationem aliquid promittit, si hoc vel illud factum fuerit, veluti: promitto tibi decem, si hoc mense finiantur comitia. Et habetur sic ista conditio loco caussæ, ita quòd ea extante, efficaciter promissa peti possunt. Et dicit Paulus de Castr. quòd plures viderit inter Mercatores Florentiæ ita iudicari. De Iure Saxon. Soll kein Richter vber Doppeln vnd Wette richten: *Weichbild, Arti. 101.* Quod intelligite, nisi sponsio vel ludus de iure cõmuni sit permissus: *de quo vide König. in process. c. 57.*

De Spurio.

SPurius potest esse decurio: *l. 3. §. Spurius, ff. de decurio. VVesenbec. ibid. n. 2.* ex legitimo autem matrimonio natus ei præfertur. 373

Spurius an possit esse testis, etiã ad hoc, vt delatio iuramenti suppletorij habeat locum, an possit esse notarius, an possit institui hæres fratri, ne competat querela: & alia bona de spurio, vide apud Hippo. de Marsi. *in singul. 237. incip. notissimum.*

Et quòd regulariter non possit doctorari, *dixit Andr. Sicul. Barba. in procemio Clemen. colum. 25.* ¶ Quòd non possit patri succedere, & legitimatio eius, quòd legitimè natis in successione non præiudicet, nisi in casu, (*quo Imperator proprio motu & ex certa scientia eum ad hoc legitimaret. Impuberi tamen fratri substitutus à patre, fratris intra tempora legitima morientis, non tamen patris capere potest.*) notauit Zasius *in l. stipulatio hoc modo, num. 46. ff. de verbor. obliga. per illum & alios Mynsing. in obseru. 35. centu. 1. suarum obseru.* 374

De eius legitimatione & successione ex illa, *Decia. in consi. 3. vol. 1. num. 98.* quòd non possit spurius legitimari, voluit idem Decia. *in consi. 91. vol. 2. num. 20.* iubet considerari personam patris in procreando spurium: nam peccauit, qui omnib. odio est: *c. nasci. & c. seq. dist. 56. & num. 21.* refert sic: nisi appareat de excellenti virtute, & singularibus moribus spurij, semper de eo malum præsumitur: quia non sunt Deo amabiles, nec Hominibus honorabiles, nec Bello fortes, nec Fide stabiles: *secundùm Bal. in l. 1. C. de his, qui pœn. no. tex. est in c. si gens Anglorum, 56. dist.* ¶ Et nil magis Rempublicam inficit, quàm multiplicatio spuriorum: sic refert Decian. ibi: & quæ spurij legitimationi obijci possint, inuenies ibi. 375

Sed qualiter cum socio possit patri succedere, notauit Anton. Corse. *in singula. suis, in verb. spurius 1.* ¶ Et quòd ratione alimentorum ipsi aliquid possit relinqui, voluit idem Corse. *in singula. suis, in verb. spurius 2. notaui aliqua sup. in litera B. versi. de bastardo.* ¶ Alimenta quando & quanta debeantur spurio, consuluit Decian. *in consi. 30. volum. 2.* & quòd sit attendendum in taxatione alimentorum filio spurio clerico, idem Decianus *in consi. 29. vol. 3.* 376

Et quòd nec spurio competat ius προτιμήσεως, voluit Mynsing. *in d. obserua. 35. cent. 1. in fine.* ¶ Sed nepotem ex spurio an auus hæredem instituere possit, (*Communis & benignior opinio est, quam etiam Camera approbauit, quòd possit non existente prole legitima: dummodò hoc non faciat contemplatione filij naturalis vel spurij, vel nisi ex incestuoso genitus sit.*) & ibi multa de spurijs & bastardis, Geyl. *in obser. 115. lib. 2. obs. Cam. Imp.* 377

An spu-

378 An ſpurij ſint infames, vide Mynſinge. *cent. 4. obſeruat. 31. Geyl. 2. obſeruat. 88. latè & doctè in vtramq; partem diſputat Hartm. Piſt. lib. 1. quæſt. 30. Marquard. Fiuber. lib. 3. de infam. c. 23. num. 26. Menoch. 7. de arbitr. iud. quæſt. cent. 5. caſ. 464. num. 7. Gabr. Palæot. in tr. de nat. & ſpur. c. 55. Pet. Ioan. Anchor. lib. 3. q. 6. num. 17.* Spurius, id eſt, vulgò quæſitus, nullam aliam, quàm matris conditionem, ſequi poteſt: *l. 24. de ſtat. lib.* Ergo & nomine, & nobilitate, & armis matris ſpurius vtetur: quod tamen penè omnes interpretes negant, iure ciuili receptum eſſe. Fatentur tamen hodie, conſuetudine omnium penè prouinciarũ eos admitti ad ſuperiora omnia: *Guido. Papæ. quæſt. 580.* etiamſi Cardinalium, Epiſcoporum, & ſimilium liberi ſint: *Pap. 3. Notar. 7. c. d. de annotaliſſem, fol. 515. Gothofr. ad l. 1. ff. ad Municipalem.*

379 Filij ſpurij non merentur inter nobiles computari, nec debent portare arma nobilium, nec ſuccedunt in his, quæ ſunt honoris & cognominis: *Antho. de Butr. conſi. 54.* ¶ Spuria vtrum pro infami habenda: *Couar. pract. quæſt. c. 19. num. 6.* Et num à matertera hæres inſtitui, ſuiſq; præferri ſororibus iuſtè potuerit, *Thom. dec. 48. Theſſ. dec. 126.* ¶ Spurius an poſsit Doctor creari, *Raud. de anal. c. 37. n. 33.* ¶ Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe non poterit; quæ vulgaris dicitur, an inſtituta turpi perſona faciat locum ſubſtituto, an fratri querelanti, *Theſſaur. dec. 127.* ¶ Spurijs an aliquid dari poſsit, *Mynſinger. cent. 1. obſ. 35.* ¶ Mulier innupta pariens & non probans, filium eſſe alicuius certæ perſonæ, partum tenetur alere: *Antho. Theſſ. dec. 3. nu. 4.* nec ſtatur hoc caſu iuramento mulieris: *ibid.* & quid ſi cum pluribus habuerit rem, cuius eſſe partus probetur, *ibid.*

380 Spurius quot modis dicatur, *vide in tra. Dyn. de ſucceſſ. ab inteſt. qui eſt inter tractatus, Bart. inſertus gl. in c. niſi de Renunc.* ¶ An valeat priuilegium, quòd ſpurij in defectum legitimorum admittantur, *vide Dec. conſi. 71. volu. 2. in caſu tranſmiſſo.* ¶ An filius natus ex coniugato, & ſoluta ſpurius ſit, & ſucceſsibilis, *Dec. conſi. 306. vol. 2. in caſu propoſito.*

De Statutis.

381 STatutum, id eſt, ius municipale **wilkühr.** Ab initio ius Romanum non aliud fuit, quàm municipale, nec 12. tab. leges aliud fuere, quã id, quod hodiè ſtatuta vocantur: perpurgatis enim imperij finib. communiter orbis Romani populus eſſe cœpit. Materiam ſtatutorum plenè tractauerunt Bar. & Bald. *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* & poſt illas illam examinauit Ang. Aret. *in §. ius autem ciuile, Inſtit. de iur. natu. gent. & ciuil.* per ſeptẽ quæſtiones & concluſiones principales, declarando & docendo illas.

382 1. De cauſa efficiente, quis poſsit facere, vel condere ſtatuta, *nu. 3.* & ibi, *n. 4.* vide de ſtatutis mercatorũ, an ſint ſeruanda.

2. De cauſa formali, quomodo fiant ſtatuta, *n. 6.*

383 3. De cauſa materiali, ſuper quibus videlicet poſsint fieri ſtatuta, Ang *nu. 7.* & ibi in fine quærit, an valeat ſtatutum, per iudicem inferiorem factum, nec appelletur ad ſuperiorem. ¶ Imò de hac quæſtione, an valeat ſtatutum recognoſcentis ſuperiorẽ, ne appelletur, ſupplicetur, neq; officium iudicis imploretur, regulariter, quòd non valeat, conſuluit adducendo rationes ſoluendo contraria, & declarando, Roland. à Valle, *in conſi. ſuo 29. inuenies pulcherrima, Abb. docuit, in c. veniens de iureiur.*

4. Principalis eſt quæſtio, à quo tempore ſtatuta ligent: *n. 13. & in nu. ſequenti 14.* quærit, quatenus publicatio ſit neceſſaria, vt ſtatutum liget? *notaui ſupr. in lit. S. verſi. de publicatione actus.*

5. Quæſtio principalis eſt, an ſtatuta trahantur ad præterita, vel ſaltem ad futura? *num. 16.*

6. Principalis eſt quæſtio, an recipiant interpretationem, puta, interpretationem correctoriam, extenſiuam & reſtrictiuam? quatenus ſtatutum patiatur tales interpretationes, vel non, declarat hic Ang. *à n. 18. vſq; ad nu. 25.* quatenus declaretur per ſtatuentem vel conſuetudinem, conſuluit Decian. *in conſi. 44. vol. 2.*

384 7. Quæſtio principalis eſt, quod remedium intentari debeat, ad conſequendum id, quod in ſtatuto continetur? *n. 26.* & ibi, *n. 27.* incidenter Ang. quærit, an & quando ſtatuta debeant produci? & ſtatuta limitata vel correcta, an poſsint allegari? & ibi inducit pœnam allegantis legem vel ſtatutũ correctum: *allegat l. fin. & ibi Bart. ff. de falſis.*

385 Adde præmiſsis alia, quæ alibi in iure ſparſim ſunt notata: & primò, de ſtatuto, quòd extra territorium ſtatuentis non poſſit ligare non ſubditum vel forenſem: *l. fin. & ibi Bal. cum alijs Dd. ff. de iurud. omn. iud.*

386 Extende, nedum non ligat territorium, ſed etiã intra territorium, in loco exempto exiſtentem: paria enim ſunt, eſſe extra territorium, vel in territorio, in loco exempto: *c. cum Epiſc. & ibi gl. de officio. ordina. in 6. Ioan. And. & Geminia. in c. 2. de Conſt. in 6. in 5. colu.* & quòd ſtatutũ extra territorium non poſſit ligare non ſubditũ, notauit Alex. de Imo. *in conſi. 16 col. 2. verſi. & idem dico, volu. 5.* ſed iſti⁹ regulæ vel theoricæ refert ſecundũ Iaſ. Hip. de Marſi. *in l. fi. ff. de iurud. omn. iud. 18.* fallentias, limitationes ſeu declarationes, *à*

num. 6. vsq. ad n. 26. dicit, quòd regulariter citando ex aliena iurisdictione, etiam in suum subditum non possit exercere iurisdictionem.

387 Statuta an & quando ligent forenses, vel non, in contractibus, delictis, vel vltimis voluntatib⁹: & an forenses, & existentes in territorio, obligentur statutis, proclamationibus, & mandatis ius dicentis, notauit & optimè docuit Hipp. de Marsi. *in d. l. fin. ff. de iurisdict. om. iud. à n. 52. vsq. ad n. 114.* Et ibidem, *nu. 95.* quærit, disputat, & deducit: an testamentum vigore statuti conditum, se extendat ad bona, extra territorium statuentis existentia? & decidit affirmatiuè, quòd sic, fauore vltimæ voluntatis: vide tamen, & cogita: multas vtiliss. quæstio. & materias ibi habes per Hipp. quas videre licet.

388 Vide Geyl. *in obser. 123. lib. 1. obseru.* vbi quærit, an testamentum, secundùm consuetudinem loci factum, vbiq; valeat? decidit, quòd sic, (*Etsi condens testamentum forensis sit, item, vt extendatur etiam ad bona extra territorium sita.*) Et *in sequenti obser. 124.* quærit, an statutum de rebus, (*Non extenditur vltra res in territorio statuentiũ sitas: exemplũ est in successione coniugum iure Saxonico, item in statutis filias dotatas excludentibus.*) vel personis (*Statutum habilitans personam, non extenditur ad bona immobilia extra territorium statuentium sita, vt statutum, quòd filiusfam. testari potest. Sed nec forensem habilitat, nisi quatenus bona immobilia in territorio habet. Sanè mobilia, vbicunq; sita sunt, personam sequuntur: quod & de nominibus Alex. tradidit.*) disponens, se extendat extra territorium? quòd non in causa intestati: sed benè in causa testati quòd extendatur, respondet: *notaui supr. in litera B. versi de bonis extra territorium situatis.*

389 Statutum, excludens fœminas à successione, & præferens masculos, an sit odiosũ, vel fauorabile, disputat (*Vbi ex parte succedentis fauorem, ex parte exclusi odium, continere dicit.*) Bal. *in l. penul. circa finem, versi. & per hoc arguitur, C. de in ius vocan.* ¶ Quòd autem statutum, sic vel alio modo factum ad familiæ seu agnationis conseruationem, dicatur fauorabile: non attento quòd excludat fœminas: dicit Petr. Gerard. de Petra Sanct. *in sing. suo 7. incip. rubr. nu. 16. per Dd. in l. 2. ff. de in ius vocan.* Latè istud statutum approbat & commendat, vt tamen dotentur filiæ, Decian *in consi. 6. vol. 1. per totum.* Et multa bona de isto statuto, consuluit idem Decian. *in consi. 16. & 17. vol. 1.* Ibi multa bona docuit de familiæ & agnationis conseruatione: propter quam masculi potiùs in successione præferantur fœminis, idem Decia. *in consi. 43. vol. 2. n. 26. & in sequentibus.* vbi vult, quòd masculorum successionibus & per bonorum mobilium communitates maximè conseruentur familiæ: & ibi refert, ad quid prosint diuitiæ, & qualiter diuisionib. dilacerentur bona & in consequentiam familiæ. Optimè declarat Mynsing. *in obs. 26. cent. 3.* docens, quæ tamen requirantur, (*Vt filia exclusa congruenter dotetur, item, vt supersit masculus, etsi is sit clericus, qui filiã excludit. Sanè in legitimato indistinctè prorsusq; cessare statutum, magis communis opinio est, eaq; in Camera approbata est, Mynsing. teste. Sed Geyl. licèt legitimatos per rescriptũ excludat à statutorum beneficio, tamen Cameram in quodam casu approbasse dicit eorum opinionem, qui legitimatos per subsequens matrimonium statutis comprehendi volunt. eamq; sententiam tuetur.*) vt illud statutum habeat locum. Item an habeat locum extantibus filijs legitimis, vel naturalibus tantum: & quid iuris de legitimatorum existentia: Geyl. aliqua, *in obser. 33. lib. 2. pleniùs Geyl. in obser. 140. & 141. lib. 2.*

Sed semel sic exclusæ propter masculos, 390
an perpetuò censeantur exclusæ, (*In statutis distinguendum est ex communi sententia, vtrùm simpliciter fœminas excludant, & perpetuo exclusæ censebuntur: an verò verbis temporalibus statutum vtatur, videlicet, quousq; vel donec masculi extent, & magis communis opinio est, deficientibus masculis succedere. In feudis communis conclusio est, semel exclusas perpetuò exclusas censeri: quod tamen fallit in feudo improprio, aut si adiectum sit, vt fœmina non succederet, donec masculus superesset. Per renunciationẽ deniq; perpetuò exclusæ minimè censentur.*) docuit idem Geyl. *in obseruat. 148. lib. 2.* Et vsque ad quem gradum agnationis eiusmodi statutum sese extendat, consuluit Decian. *inter alia in consi. 17. volum. 1.* ¶ Sed quatenus in familia consuetudo, excludens fœminas, valeat, (*Valere ait si ea familia habeat merum & mixtum imperium, quia & tunc statuta condere potest: sin eam non habeat, saltem consuetudine immemoriali id obtinebit.*) consuluit Mynsinger. *in responso suo 49. numer. 19.* Sed prædictum statutum de masculorum prælatione, & fœminarum exclusione: an censeatur sublatum esse paciscendo, vt frater succedat fratri, & soluat annuam pensionem: voluit (*quòd non,*) Decian. *in consil. 45. volum. 2.* dicens, quòd clausula accessoria, locationis naturam sapiens, non plus operetur, quàm principale. ¶ An statutum, excludens fœminas, comprehendat bona emphiteutica Ecclesiastica, Decian. *in consi. 30. volum. 3. num. 38. & in alijs, & ibi multa adducit de familiæ conseruatione.*

Statutum

391 Statutum quibus casibus comprehendat vel includat forenses, quomodo contra illud forenses possint petere restitutionem in integrum, vel illos excuset statuti ignorantia, & quòd non teneantur ad munera personalia, vide Hip. de Marsi. *in d. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. à n. 175. vsq. ad nu. 182. pertinet propriè ad versi. de forensib. sup. in lit. F. notatum.*

392 Statutum an valeat, quòd instrumentū non registratum, nec positum in memorialibus ciuitatis, sit nullum, & si de dicto statuto opponatur contra laicum, agentem in foro Ecclesiastico, cui incumbat onus probandi obseruantiam dicti statuti, vide Paulum de Liazaris, *in quæstione sua 6. per totum, mihi fol. 51.* vult valere statutum tale ad euitandas fraudes, & vt obuietur hominum malitijs.

393 Nota: statutum recipit interpretationē restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur; *l. adigere. §. quamuis, ff. de iure patrona. Alex. de Imo. in consi. 36. col. 3. circa medium, vol. 4.* ne inducatur absurdum, inconueniens, vel illicitum; *Bart. in l. non dubium. C. de legibus, idem Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. institu. Pet. de Rauenna in suo Alpha. lit. S. verb. statutum, in 2. colu. versi. si statutum, cum versi. sequent. Geyl. declarat in obser. 33. lib. 2. obseruat. Cam. Imp.*

394 Et statutum correctoriū debet restringi, vt minùs corrigat ius comune, quàm sit possibile. *l. 2. & ibi Bal. & Dd. C. de noxalib. c. cùm dilectus, ext. de consue.* Imò debet intelligi strictissimè, & nequaquam extendi vltra verba sua; *Bart. Alexan. de Imo. & alij Dd. in l. si verò, §. de viro, ff. sol. matr.* etiam non ex identitate vel maioritate rationis; *Ioan. de Anania in quodam suo consi. incip. viso casu mihi proposito:* & quòd in correctorijs non debeat recedi à verbis statuti, notatur *in l. constitutionib. ff. ad municipa. in l. quòd constitutum: & vtrobiq. Bart. ff. de milita. testa.* & vbi cessant verba statuti, ibi cessat eius dispositio: *l. furiosi, & ibi Bald. C. de nuptijs,* & idem Bal. dicit de isto elegantia verba, *in l. contractus, C. de fide instru. in fi. 1. col. consuluit Henning. Göden. in consi. suo 1. octaui vol. n. 14. & 15. de hypothe.*

395 Item statutum derogans iuri tertij, simul & iuri comuni, non est extendendum vltrà, aut præterquam verborum proprietas patiatur: *l. quod verò, ff. de legib. gl. & omnes in Auth. quas actiones, C. de S. S. Eccl.* ¶ Et quòd statutum non dicit, nec nos dicere debemus: *l. quod constitutum, & ibi Barto. ff. de milit. test.*

396 Imò seruandum est, prout iacet, & nihil penitus addendum. *refert Dec. in consi. 13. vol. 3. n. 11.* In specie in hoc consilio Decia. quærit, & respondet quòd exclusa matre à statuto, stantibus agnatis, non intelligatur exclusa auia; quia de illa specificè mentio in statuto non est facta.

Sed quando statutum censetur fauorabile multum, largè intelligi debet: secundū *Bart. in d. 1. C. de sum. trini. & fid. Catho. Bal. Salyc. & Modern. in l. 2. C. de in ius vocan.* ¶ Et quando non disponit contra ius comune, quòd trahatur ad similes casus, notat Bart. *in l. si verò. §. de viro, in fin. ff. sol. matr.* 397

Item potest dici, quod recedatur à verbis statuti, & patiantur extensionem, quando apparet, quòd statuentes, si de hoc fuissent interrogati, verisimiliter ista statuissent: *gl. in l. tale pactum, ff. de pactis.* Et de mente statuentis consideranda consuluit Decian. *in consi. 43. vol. 2. & notaui secund. illum sup. in lit. A. versi. de animo.* Hæc omnia prædicta, multùm eleganter & extensiuè dixit dn. Pet. Gerard. de PetraSancta, *in sing. suo 7. incip. quando rubr.* & *ibi* dixit, *in d. singu. n. 15.* quòd mens statuti semper sit attendenda, etiamsi verba statuti offendantur. 398

Et statutum exorbitans à iure comuni, quòd sit restrictiuum strictè, in casu vero & proprio: non autem in casu ficto vel improprio seu largo intelligendum, cùm sit strictissimi & præcisi iuris, adeò, quòd omissum debeat haberi pro omisso: *habetur in l. commodiss. ff. de liberis & posth. & notauit Rolan. à Valle in consi. 63. n. 6. & 20. cum multis seqq.* & ista deciduntur ab Ang. *in d. §. ius autem ciuile, Inst. de iure natu. gen. & ciui. in 6. quæst. prin. Hip. de Marsi. l. in sing. suo 39. incip. capitis vnum, Geyl. in obs. 140. n. 11. lib. 2. obser.* 399

An statutū permittens proscriptos necari, valeat, *vide Coras. lib. 2. de Arte iur. c. 16.* vbi dicit, ea esse nullius momenti, velut cum naturæ ratione, & Dei lege pugnantia nisi fortè respectu eorum, qui ob capitalia crimina, mortis pœnam ingerentia, exilium patiuntur. 400

Quæritur, statuto an pœna mortis possit alterari in pœnam pecuniariā? & respondetur, valet, quando pœna pecuniaria non statuitur contemtibilis, si fiat ex causa, vel si non sit delictum qualificatum: *notat Ludou. Rom. in sing. suo 714. incip. iudex potestatis, & ibi Pig. in additione:* & referendum est ad causam materialem statutorum. 401

Statuto an possit derogari iurisdictioni, quam aliquis ex consuetudine habet? tenet, quòd non, Cors. *in sing. suis in verb. statutum, 16.* ¶ Statutū an valeat, quòd vno de agnatione delinquente cæteri de agnatione teneantur? probatur, quòd sic, *per tex. in arg. l. iure prouisum, C. de fabric. lib. 11. & hoc colligit ibi Bart.* ratio dicitur in l. quia alij curabunt, ne facilè aliquis delinquat: & sic nota ibi casum. vbi vnus pro alio tenetur: *vide Anthon. Corset. in singula. suis, in verb. statutum.* 402

tum, 10. Hippo. tenet de patre pro filio, & econtrà, in sing. 361.

403 Statutum an comprehendat minores & infantes, vide Hipp. de Marsi. in sing. suo 481. incip. communis opinio, & notauit benè Ludo. Rom. in sing. suo 816. incip. tu audiuisti; & ibidem in additione, Pignol. posuit 6. casus, in quibus statutum non comprehendat minores: d. Hipp. de Marsi. notauit vnum casum, vbi non includat minorem: in sing. suo 361. incipien. statutum.

404 In statutis, masculinũ an concipiat fœmininum, notauit Decius in l. fœminæ, ff. de reg. iur. transeundo ad speciem. An appellatione fratrum veniant sorores, Hipp. de Marsil. in sing. suo 39. incip. cape vnum; & Alexan. de Imol. in consi. 39. incip. capias vnum.

405 Statuta Laicorum, an & quando comprehendant clericos, & eorũ bona, docuit Rober. Maran. in disputatio. sua 8. incip. assiduè in pallatijs: per totum ibi inuenies bona. Hippo. de Marsi. in sing. 29. incip. statuta Laicorum. ¶ Et quatenus includant clericorum consanguineos, notauit Pet. de Rauen. in suo Alphab. lit. S. in verb. statutum, col. penul. versi. si statuta Laicorum. Imò de hoc statuto vide ea, quæ eleganter, docuit Geyl. in obs. 32. lib. 2. obser. Cam. Imp. (Statuta laicorum non ligant clericos, si in specie disponunt de ecclesiasticis personis: secus si generale statutum sit, & clericorum fauorem concernat, vel etiamsi respiciat vtilitatem publicã: vndè in Camera approbata sunt statuta, quibus clericis in acquirendis prohibetur alienatio extr. familiam,) & notata sunt aliqua sup. in lit. C. versi. de clericis.

406 Et quatenus clerici possint vti statutis Laicorum, notauit Mathesila. in singula. suo 110. & ibi Gab. Saraij. ¶ De statuti verificatione, quando statutum, disponens de procuratore, dicatur verificatum, ita quòd quis secundùm statuti verba habeatur pro vero procuratore, docuit Rober. Maran. in repet. l. si actor, ff. de procu. mihi n. 18.

407 Statutum volens, quòd mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, & propinqui nolint consentire, quomodo statutum tamen in contrahendo verificetur, vel quid agendum sit, docuit Bar. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matr. Bald. in l. transactionem, C. de transactio. (Quòd si ij absentes sint, & in remotis partibus agant, sine ijs contrahi potest: sed tutius est, vt iudicis autoritas adhibeatur.) Abbas in c. nullus, de iure patronat.

408 Si loquatur statutum in plurali, & non reperitur nisi vnus, an sufficiat? Bal. quòd sic, in l. 1. C. vnde vir & vxor: & faciunt notata per Bart. in l. Stichum, qui meus erit, ff. de leg. ¶ Sed quid, si stante dicto statuto non inueniantur propinqui? de isto Bal. & Ang. in. l. turpia, ff. de lega. 1. & ibi dicit Angel. quòd mulier poterit contrahere: Bald. in l. furiosi, C. de nuptijs.

Et nota: statutum isto casu quando disponit, vt contrahatur cum consensu alicuius propinqui, quòd verificetur per propinquiorem, est bonus tex. & ibi Salyce. in l. fina. C. de verbo. sig. idem Salyce. in l. fina. C. de testa. milit. ¶ Non etiam verificatur statutum isto casu per solam præsentiam: sed etiam per intelligentiam & consensum eorum, quæ acta sunt: l. 1. in pr. & l. 3. ff. de auctor. tuto. & quando requirit alicuius licentiam, verificatur in expressa: Roman. in l. 2. §. voluntatem, solu. matrimo. 409

Verificatur etiam statutũ in verbis proprijs, non fictis, vel interpretantium intellectum habentib. Abb. in c. cum inter Canonicos, ext. de electione, voluit Bart. in l. 1. ff. de confessis: in casu proprio & vero, non autem in casu ficto: l. vltima, C. de his, qui veni. ætatis impet. Pet. de Rauen. in aureo suo Alphab. in liter. S. in verb. statutum, versi. in statutis verba. Robert. Maran. in repe. l. si actor, ff. de proc. mihi num. 18. ¶ De statuto, si quis inuentus fuerit cum armis, habetur per Barto. in l. si barsatorem, C. de fideiuss. & ibi notatur, quòd inuenire non verificetur in solo aspectu, sed requiri apprehensionem: de quo etiam per Barto. in l. nunquam nudo, ff. de acquire. domi. adde notata per Ang. in l. 1. §. hæc verba, ff. quòd quisq; iur. ¶ Quòd si statutum dat præmium capienti bannitum, non habebit, qui non cepit cum effectu, quia non tenuit. 410

Statutum, puniens extrahentem sanguinem in palatio, non habet locum in barbitonsore, vel phlebotomante; verificatur enim in sanguine iniurioso, alias contineret absurdum: ita Barto. in l. non dubium, C. de legib. in l. omnes populi, in 6. pr. ff. de iust. & iure. 411

Item statutum non verificatur in illicitis, sed saltem in licitis: Barto. in l. si quis sub conditione, ff. de condi. institu. ¶ Statutum prohibens portare perlas, intelligitur in veris, & non in fictis: Barto. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fon. & plura, vide apud d. Pet. de Rauen. in suo Alphab. in lit. S. in verb. statutum. 412

De statutis circa ordinationes vltimarum voluntatum, præsertim inter coniuges, an valeat statutum, ne vxor sine consensu mariti testetur? & respondetur per meliores rationes, quòd sic: per Pet. Peckium in tr. suo de testamentis coniugum, lib. 3. c. 1. per totum, dicentẽ, tale statutum esse æquum, & non iniquum, quare seruandum. 413

An autem tale statutum habeat locum, si vxor in alio loco, quàm statuentis, testetur, (Docet, quòd quò ad bona in territorio statuentium sita, etiam ext. territorium ligetur statuto.) notauit idẽ Peck. in d. tr. de test. coniug lib. 3. c. 17. 414

¶ An

¶ An tale statutum se extendat ad testamentum, antè factum, quod ipsa post statutum mutare potuit? & dicit, quòd sic, *Peckius in lib. 3. c. 10.* & ibi potes videre declarata, quomodo intelligendum sit: quòd statuta tantùm trahantur ad futura, & non ad præterita.

415 Statutum, requirens consensum mariti, an locum habeat, si vxor testetur inter liberos? declarat & decidit, quòd sic, si agatur de mariti præiudicio, *Peckius in d. lib. 3. c. 11.* & ibi vide de testamento, inter liberos facto, quòd procedat etiam sine solennitatibus iuris ciuilis. ¶ Quid? an ratione statuti sit necessarius consensus mariti, vxori testanti ad piam causam? concludit, quòd sic, Peckius *in c. 12. lib. 3. & ibi inuenies aliqua de fauore piæ causæ.*

416 Statutum, requirens cõsensum mariti, an locũ habeat, si testetur vxor de eo, quod debet? *Peck. (quòd non, respondit,) in c. 15. & ibi vide de illis, quæ ob necessitatem fiunt.* ¶ Statutum, requirens præsentiam filiorum in testamento matris, an valeat? respondetur, quòd sic: *Peck. in d. lib. 3. c. 14. & ibi ad nepotes proximiores extendi statutum tenuit.*

417 Statutum an requirat consensum fœminarum, respondet Peck. *in c. 15. & ibi, quatenus fœmina testamento possit adhiberi.* ¶ An valeat statutum, vel consuetudo, ne coniunx coniugi quid leget? notauit Pet. Peck. *in tr. suo de testamentis coniugum, lib. 4. c. 1.* & *ibi* vide, quomodo vxor sit socia mariti, & non extantib. agnatis vel cognatis, excluso fisco admittatur ad hæreditatem mariti.

418 Satutum vtrùm valeat, quòd vir vxori testamento aliquid relinquere cogatur, & quomodo intelligi hoc debeat, *Peck. in c. 2. d. lib. 4. ibi de iudicis æstimatio. vel arbitrio.*

419 Si statutum vetat, ne maritus vxori leget, an econtrà vxori prohibuisse videatur, ne marito leget? Peck. *c. 3.* ibi, an statutum, locum habens in vno de correlatiuis, an etiam habeat locum in altero? & sic ibi vide de statuti restrictione vel extensione, & etiam de eius ratione, & eius rationis extensione, propter identitatem: de qua idem Peck. *in c. 4. n. 8.*

420 Statuto prohibitus legare coniugi, an possit prohibere, ne hæredes bona sine cõsensu coniugis superstitis alienent? vel an possit relinquere vxori certam partem, ad distribuendum pro anima sua? *Peck. d. lib. 4. c. 8.* ¶ Ex statuto, quando saltem vsusfructus venit relinquendus, an possint relinqui alimenta, *Peck. in c. 9. lib. 4.* & ibi vide de legatis ad piam causam, inter quæ censentur & alimenta.

421 Statutum, quòd coniunx coniugi legare non potest, an extendatur ad res alibi sitas? *Peck. c. 10. d. lib. 4.* ¶ Statutum, ne maritus leget vxori, an contineat maritum forensem? *Peck. c. 11. d. lib. 4.* & ibi vide, quatenus statutum comprehendat forenses, vel non contineat.

Statutum, an sit in foro conscientiæ obseruandum? & sic, an lex humana obliget quantùm ad animam? *Peck. in c. 13. d. lib. 4. de test. coniugum*: & ibi de anima, & eius fauore. ¶ Statutum, quòd vxor pro marito obligetur, valere: item mercatorum filios ex statuto teneri ad debita patris, notauit Mynsi. *in obs. 29. cent. 1. obs. Cam. Imp.* 422

De statuti expositione, si statutũ dicat, 423 quòd intelligi debeant statuta, prout iacẽt ad literam, nec glossentur: non sublata tamen intelligitur expositio literalis: *Paul. de Castr. in l. ff. si cert. peta. Bal. Auth. si qua mulier, C. de S. S. Ecclesiis*: & si statutum loquatur per verbum PRÆCISE: *Bal. in l. 2. C. de execu. rei iudi. l. clari, C. de fidecom.*

De statuti ignorantia, si statutum pro- 424 hibet factum damnatũ à iure, & addit pœnam: an liget probabiliter ignorantem respectu pœnæ? docet distinguendo Petr. de Rauen. *in aureo suo Alphab. liter. S. verb. statutum, in versi. si statutum prohibet, col. 9.*

Sed quatenus statutum liget ignorantes, 425 vel non, notat Bal. *in l. quandiu, C. qui admit. ad bo. poss. Barto. in l. genera, ff. de his, qui notan. infamia, & in l. generali, C. de tab. lib. 10. Bal. in l. 1. in 3. col. C. de adu. tollendis, Salyc. in l. ingenitus, C. de his, qui sibi assur. vbi notabiliter loquitur per Rom. in l. si potest, ff. de acquiren. hæredita.*

Et nota, quòd de statutis debeat fieri 426 mentio in accusationib. vel inquisitionib. sic: & delinquit contra formam iuris, & statutorũ, puta Bononiæ. Et ista verba sic ponantur, vt videatur, an delictum sit punibile, nec ne: quia licèt fortè de iure comuni esset punibile: tamen ex forma statuti, quæ derogat iuri comuni, non esset punibile: & de isto notat Ange. *in tractatu suo maleficio. in versi. contra formam iuris, & statutorum communis Bononiæ, & ibi August.* Et pœna legali vel statutaria, an quis veniat puniendus, notauit Hipp. de Marsi. *in pract. sua criminali, §. quæritur, mihi fol. 110.*

Sed secundùm quale statutum? an se- 427 cundùm statutum loci, vbi accusatur, vel secundùm statutum loci delicti, delinquens puniatur, notauit *(quòd secundùm statutum loci delicti,)* Ang. *in d. tracta. malefi. in versi. existens Florentiæ, in hospitio Leonis, n. 3.* ¶ Quodq; pœnæ per statuta possint mutari, tradidit Bal. *in l. data opera, col. 5. versi. item notandum, C. qui accusa. non possunt.*

Faciens contra statutum, regulariter 428 punitur: *Bal. in l. data opera, in 5. col. C. qui accusa. non pos.* etiamsi saltem simpliciter sine

pœna prohibuerit: quia nihilominus contrà faciens extraordinariè punitur: *gloss. est ordinaria in l. nemo Marty. C. de S. S. Ecclesi. facit tex. & ibi Saly. in l. 1. C. de sepul. violand.* in cõtrarium facit tex. *in l. sed & si quis, §. diuus, ff. de religiosis*: vbi habetur, quòd cùm pœnæ fiat odiosæ, non habent locum, nisi in casibus à iure expressis: & ideo Bald. *in d. l. nemo Martyres*, dicit, quòd illa glossa habet locum, quando illud prohibitum si fiat, habet in se delictum, secùs, vbi non.

429 Statuta iudex seruare iurans, an sit periurus, si iudicet contra statutum, idẽ quod ius comune continens? notauit Ludo. Roma. *in sing. suo 308. incip. iudex iurat.* & quomodo iudex isto casu euitet periurium, notatur *ibidem* remissiuè, *in additione.*

430 Et iuramentum super statutis præstitum, intelligitur falrem super licitis iurasse: *Lud. Rom. in sing. suo 512. n. 1.* ¶ Statuta quòd sint stricti iuris, & ad aliã personam non extendantur, quodq; tantũ disponunt, quantum loquuntur, notauerunt Lud. Roma. *in sing. suo 609. & Pet. Gerar. de Petr. Sanct. in singula. suo. n. 10.*

431 Statuti verba debent intelligi secundùm comunem consuetudinem loquendi in patria, vbi est statutum: *l. cùm de lanionis, §. asinam, ff. de fun. instr.* nisi in volumine statutorum dicatur, quòd verba statutorũ debent intelligi nullo extrinseco addito vel diminuto: tum enim intelliguntur secundùm iuris interpretationem; ratio est, quia vsus comunis loquendi est quid extrinsecũ: notauerunt Lud. Rom. & ibi Pigno. *in addi. in sing. 422. incip. communis.*

432 Et quòd statuta debeant intelligi secundùm comunem vsum loquendi, qui est vel fuit tempore statuentium, dixit Pet. Gerar. de Pet. Sanct. *in sing. suo 14. incip. notant. n. 8.* ¶ Mercatorum legitima congregatio statuere potest, Mercatores ex nudo pacto & naturaliter & ciuiliter obligari, aut eorũ priuatam scripturam plenè probare. Et quoniam istiusmodi statuta ad litis decisionem pertinent: non modò coram mercatorum consulibus, verùm etiam coram alio quocunq;, videlicet Ecclesiastico, locum habebunt: *Coras. lib. 2. de arte iur. c. 15.*

433 Suprà notaui, an ignorans incidat in pœnam statuti, & quædam supr. *in lit. C. versi. de ciue.* Sed his adde, quòd statuto contrafaciens casu fortuito, vel ex necessitate, nõ incurrat pœnam statuti, notauit Guliel. de Lud. *in sing. suo 18. inc. lex est, quòd si sit statutum: allegat l. si quis post hanc. C. de ædifi. priua.*

434 Tandem qui possint condere statuta, de modo & forma condendi ea, de statutorũ obseruantijs, sublatione, mutatione vel renunciatione earum, *vide Alber. Gand. in tract. suo malefi. in rubr. de obseruantia statutorum, per totum*: & quid in iure Saxon. sit dispositum, *habetur in tex. Art. 55. lib. 2. LandR. Art. 79. & ibi gl. 4. lib. 3. LandR. bona habentur in tex. & gl. Art. 43. Weichbild, & ibi,* Von Straff derer/ so mit falschem Speisekauff/oder sonstẽ den Wilkör brechen: vnnd wie ein Wilkör sol geschaffen sein/ *habetur ibi in gl. in col. 5. & 6.*

De pœnis imponendis, vel nõ, qui extra 435 ciuitatem quid traxerint vel portauerint, contra statuti prohibitionẽ, inuenies vtilissimè apud Alber. de Gand. *in tr. suo malefi. in rubr. de rebus non portandis contra, &c.* & *ibi n. 9.* quærit & respondet de eo, qui cum licentia potestatis quid extrahit de ciuitate, an incidat in pœnam. & *ibi n. 3.* de extrahente ante pulsum campanæ. & allegans absentiam tempore banni missi per ciuitatem, an excusetur, tradit idem Gand. *in d. rubr. de rebus non portandis, n. 9. in fine.*

Nota in hac materia istam theoricam: 436 casus omissus in statuto, habetur pro omisso, & remanet in dispositione iuris comunis: *l. si extraneus, ff. de condic. ob causam, l. si cum dotem, ff. solu. matr.* fallit, quando statuentes verisimiliter statuissent: *Petr. Gerar. de Petr. Sanct. in sing. suo 7. incip. quando, n. 9. & 10.*

Statutum vt rectè conditum dicatur, 437 quæ requirantur, & quando publicatum dicatur, *Thess. dec. 249.* ¶ Capitulum sine consensu Episcopi, quando & quomodo facere possit statutum, & factum reuocare, & quid in vniuersitate. ¶ Laici an in præiudicium alterius statuere possint, *Capra reg. 10.* ¶ Laicorum lex vel statutum, an porrigat effectũ suum ad personas Ecclesiasticas & eorum bona, *Capra concl. 15.*

Statuta strictè & secundum ius commu- 438 ne interpretanda, maximè quando aliâs quis indebitè pateretur damnum; *Geyl. lib. 1. obs. 50. n. 8. Coler. p. 2. c. 3. n. 303.* Interpretatio verò restrictiua statuti fieri nõ potest, in quo quidem sunt geminata verba: *Seb. Med. de reg. iur. reg. 3. n. 58. fol. 99.* ¶ Statutũ loquens in materia iuris communis, recipit omnes interpretat. iuris comunis, ampliationes & limitationes actiuè & passiuè: *Seraph. priu. 13. n. 21.* Et tamen interpretandũ, vt operetur aliquid vltra ius comune: *n. 22.*

Propriè intelligenda: *Asin. de execut. c. 1.* 439 *vbi plurimæ illat.* ¶ Et in specie quòd ius Saxonicum, quoad fieri potest, secundùm iura comunia intelligi debeat, *Const. Elect. 45. p. 2. refert in similia Moller. lib. 1. Semestr. c. 3. Geyl. lib. 1. obs. 50. n. 8.* ¶ Statutum non comprehendit forenses & casum mixtũ in odiosis, *Caualc. dec. 52.* ¶ Forenses in his, quæ sapiunt delictũ, ita obligantur & ligantur statutis sicut ciues; *Seraph. priu. 4. n. 159.* ¶ Statutũ ignorantes non ligat: *Seraph. p. 4. n. 175.* Ignorantia

rantia statuti quando præsumatur inferenti, *ibid. Coler. de processs. execut. p. 1. c. 3. numer. 159. & seqq. & præcipuè numer. 168. & seqq.* vbi quòd sic, & ad contr. *ibid.* respondetur: *n. 179.* & sic, quando afficiat passiuè, sed actiuè quando, vide ibid. *n. 184.* & sic, vt noceat & prosit.

440 Statutum in rem loquens, afficit bona in loco statuentium situata, siue possideantur à ciue, siue ab aduena: *Coler. p. 1. c. 3. n. 218. & 225.* Siue à subdito, vel non subdito: *ibidem n. 218.* siue à Doctorib, siue ciuib. *ibid. & p. 2. c. 3. n. 8. & seqq. & n. 13. & seqq. & 20. & seqq.* An vxores clericorum secundùm statuta & consuetudines locorum succedant, *M. Pist. p. 1. q. 41.* ¶ Num in Castro ad Episcopatum pertinente, in alia tamen prouincia extra Episcopatū sita, seruari debeat ius Episcopatus an prouinciæ in qua positum est Castrū, *Thoming. decis. 41.* ¶ Statutum excludens fœminas à successione masculis extantib. qualiter intelligendum, *Aut. de Butri, cons. 20.* & ibi addit. & an sit odiosum, *Tiraq. in ll. connub. l. 1. gloss. 1. p. 1. n. 88. & seqq.* ¶ Exclusa à statuto qualiter repudiantibus masculis succedat, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 33. n. 61. & seqq. Gabriel de stat. concl. 4. nu. 22. lib. 6.*

441 Statutum excludens dotatam seu maritatam à successione bonorum, an censeatur excludere à bonis dotantis tantùm, an verò ab hæreditate etiam aliorū: *Tessaur. decis. 62. Gabriel lib. 6. de statut. concl. 7.* ¶ Dotata seu maritata, quę à statuto excluditur, an succedat, cum nupta & indotata, fratri dotanti de bonis paternis, & mortuo post aditam ab ipso hæreditatem, *Thess. dec. 63.* ¶ Statutum excludens maritatam à successione patris vel matris, an vt locum habeat, requiratur, quòd filia tempore mortis patris maritata reperiatur vel dotata, *Tess. dec. 101.* ¶ Non valere statuta opificum, quibus prohibent, ne, quod vnus cœpit, alter perficiat, *Moller. lib. 2. semestr. cap. 15.*

442 Statutum disponens, quòd potestas non cognoscat de ijs maleficijs, quæ sunt commissa 6. mensibus, ante introitū officij, quomodo intelligatur: *Fœn. de mom. temp. c. 10. n. 38.* ¶ Lex vel statutum non dicitur sublatum, licèt non fuerit practicatum, si casus nunquam euenerit: *Raud. de analog. lib. 1. c. 33 n. 162.* item licèt euenerit, si pars non petijt: *n. 163.* & consuetudo, desuetudo & non vsus differunt: *d. n. 163. vsq. ad 67. Seb. Med. de consuet. ll. & stat. quæst. 37. p. 4.* ¶ Statutorum contrarietas est euitanda, quādo aliqua distinctione iuuari possunt: *Caualc. decis. 6. circa iudicia.*

443 Statuti qualitates sunt obseruandæ ab eo, qui vult vti statuti beneficio. *Caual. dec. 23.* ¶ An in defectū statuti loci inferioris, recurri debeat ad statuta ciuitatis dominantis, vel ad ius ciuile Romanum, *Ioseph. Ludou. concl. 55. egregiè, vide Thoming. decis. 41.* ¶ Statutum, quòd, donec soluatur precium rei emtę, soluantur tot pro centenario, non valet: *Ioseph. concl. 56.* ¶ Statuta Comitum, Ducum, Marchionum & similium, sunt ius prætorium: *Schrad. in l. vn. de cond. ex leg. n. 58. fol. 410.* Plus præsumitur pro statuto facto à ciuitate, quàm à comite vel simili: *ibid. nu. 59.* Hi item nihil contra ius ciuile, nisi ex causa statuere possunt: ciuitas verò potest *ibid.* Nec illi superiorem recognoscentes, ordinem iudiciorū tollere possunt: & tamen hoc ipsum ciuitas statuto facere potest: *ibid.*

Statutum exorbitans quid, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 15. n. 265.* ¶ Statuentes an sua statuta reuocare possint absq; superioris authoritate, licèt ille confirmarit, *Dauth. in l. omnium, n. 1. ibi addit. marg. C. de testam. fol. 568. & n. 6. fol. 573. vers. tam quod interpretes.* ¶ Statuta ciuitatis an ligent iudicem non ciuem, sed superioris locum tenentem, *Modest. Pist. p. 2. quæst. 85.* ¶ Statutum aliquid operari debet vltra ius commune: *Marsil. de bannit. verb. de capitali. n. 4. vbi plurima allegata.* 444

Statutorum verba propriè intelligenda: *l. non aliter de leg. 2. l. 3. §. hæc verba, de negot. gest. l. 1. §. si is, qui nauem, de exerc. Bart. in l. omnes populi, in 6. q. princ. de Iust. & iur.* Etiamsi statutum loquatur per verba generalia, & in materia fauorabili: Quia semper debet fieri restrictio ad proprium significatum: *vide ibi Goz. lect. 25. vbi refert ex hac reg. 13. pulcras decisiones, quem vide omnino.* ¶ Quòd statutum ad literam obseruari debeat, qualem effectum habeat, *vide Curt. consil. 6. fol. 74. colum. 3.* 445

Verba statutorum debent intelligi simpliciter sine aliqua adiunctione: *casus est in l. hoc legatum, de legat. 3.* Hinc dicit Bart. *in l. Lucius, §. quæsitum, de legat. 3.* ¶ Quòd si statutum faciat mentionem de fratre, quòd excludat sororem, non habet locum in proprio fratre: *vide Soc. in l. 1. in princ. in vlt. colum. Si cert. pet. vide suprà in verb. Frater.* ¶ Statutum licèt loquatur vniuersaliter cum clausula per omnia, quæ dictio significat adæquationem factam præcisè, vt nulla sit differentia, tamen recipit restrictionem, ne sequatur absurdum vel iniquum: *Soc. in l. 1. in 1. col. de leg. 1.* 446

Verba in statutis debent intelligi vt aliquid operentur, ne sint vana: *c. si Papa, de priuileg. lib. 6. vide Apostill. ad Bart. in l. Diuus, ad l. Falcid. vide Goz. in l. si quis id, quod in fin. de iurisd. omn. iudic.* ¶ Fallit hoc, nisi fieret præiudicium tertio, quia tunc potius fiet interpretatio, vt verba sint superflua, quàm quòd quis indebite prematur, vel quòd iniquitatem contineant: *Baldus in l.* 447

 termi-

terminato, C. de fruct. & li. expens. Io. de Mont. Ferr. in l. omnes populi, in 5. q. princ. ibi limitatur secundò, de iust. & iur. ¶ Fallit illa fallentia, nisi hoc præiudicium tertij esset modicum: secundùm Bart. in l. fin. C. si cont. ius vel vtilit. publ. vide Goz. in l. 5. q. in l. omnes populi, Lect. 18.

448 Statuta debent interpretari secundùm ius commune: l. si seruum vestri, C. de nox. c. dilectus, de consuet. Alex. in l. 2. in 2. colu. in fin. de ferijs, Senens. cons. 38. vol. 1. Bald. in c. sicut, de prob. Abb. in c. proposuisti, de probat. ¶ Statuta si disponunt aliquid contra ius commune, per verba generalia etiam: tunc debent interpretari, vt faciant contra ius commune, ne sint superfluæ: quia interpretatione facta debent restringi, quantumcunque est possibile, ne lædant ius commune: secundùm Dd. in c. cum dilectus, de consuet. vide pulcrè Curt. cons. 7. fol. 79. col. 3. vide Goz. in l. omnes populi, in 5. q. princ. Lect. 14. Vide Philipp. Dec. in l. 1. in princ. colum. 3. in princ. Si cert. petat. De hoc, quòd statutum, si est contra ius commune, debet restringi: hoc est verum, si per aliam regulam iuris esset facta restrictio: alleg. not. in c. cum dilectus de consue. aliàs secus, quia tunc generalitas attenderetur.

449 Statutum contra ius commune debet restringi, vt habeat solum locum in prima vice, & non vlterius: Alex. cons. 13. vol. 3. Curt. cons. 7. fol. 79. col. 3. facit, quod vult Bart. in l. hoc articulo, in vlt. col. de hæred. inst. ¶ Si statutum disponit, Qui primò ceperit vexillum Florentinorum, habet solùm locũ in prima vice. De hoc plenißimè vide Alex. & alios, in l. diuortio, Solut. matr. quòd si damno, Felin. in c. 2. de tranq. & pac. Moder. in c. quanto, de iudic. alleg. l. Boues, §. hoc sermone, de verb. signif. vide Goz. in d. l. omnes populi, in 6. q. princ. circa restrictiuam interpretationem. ¶ Statuta, licèt sint stricti iuris, tamen possunt extendi ad alios casus similes ex identitate rationis: & hoc verum, dummodò ille casus non habeat legem cõtrariam: ita dicit Abb. in c. translato, de Const.

450 Statutum quando inducit nouum delictum, & sic est præter legem: fit extensio in eo, de casu vero ad casum fictum; Io. Andr. in c. fin. de Consuet. facit l. si per alium, ff. ne quis eum, & l. si quis id quod, de iurisdict. omn. iudic. Vt quando statutum puniret contrahentem cum bannito, haberet etiam locum in contrahente cũ procuratore banniti: quia fictè dicitur contrahere cum bannito: vide Soc. in l. si mihi & tibi, §. regula, de leg. 1. De quo etiam, vide Bart. in l. 3. §. liberis, de leg. præst. Mod. in l. 1. in princ. de verb. oblig. ¶ Sic etiam in statuto speciali fit extensio, quando alioquin dispositio fieret elusoria: vt est gloss. Auth. rea. in c. quoque, de vsu. lib. 6. vide in verb. correctorium: vide de hac materia extensionis statutorum multa pulcra, per Nicol. Euerh. in aureo libello de locis legalibus, in loc. 4. cui titulus est à contrario sensu locus. ¶ Statuta in foro conscientiæ seruanda: gloss. in c. quæ in Ecclesiarum, de Constit. Ias. in l. post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor. vide in verb. leges. ¶ Statuta quò ad subditos habent vim Apostolici: gloss. in l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. vide intellectum huius gloss. Ias. qui alios refert in Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.

Statutum, quod nunquam fuit receptum in obseruantiam, nec moribus vtentium approbatum, nullas vires habet: ita est gloss. reputata singularis, in c. 1. de tranq. & pac. vbi communiter Dd. vide Alex. in consi. 6. vol. 1. viso themate. ¶ Hinc nota vnum, quod voluit Io. And. in c. Ioannes, in 4. col. vers. vbi verò vsus, de Cler. coniug. vbi dicit, quòd non vsus non tollit legem; quando homines non sunt vsi, quia casus non accidit: vide Matth. in l. 1. §. præterea, nu. 38. de quæst. Pro hoc ego adduco glossam: in §. pen. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. in verb. tacito, quæ vult, quòd ad hoc, vt lex, statutum vel consuetudo tacito populi consensu tollatur: requiratur contraria lex, vel consuetudo. Ergò requiritur, quòd in illa desuetudine, id est, non vsu, sit implicitus vsus contrarius. Aliàs enim per solam desuetudinem, vel tacitum populi consensum, non fit sublatio legis vel consuetudinis. Et istam gl. ad hoc Ang. dicit esse singularem, & notandam. ¶ Quod dictum optimè probatur per text. in §. pœna Inst. de Iniur. sic inducendo: l. 12. tab. qua quis ad membrum pro membro puniebatur, in desuetudinem abijt; & prætores permiserunt, vt iniuriam passus ipsam posset æstimare, vt iudex tanti vel minoris condemnet: & sic pœna talionis, vt membrum pro membro amputetur, non solùm desuetudine sublata est, sed etiam contraria consuetudine, quæ est, quòd iniuria affectus eandem æstimaret: De hoc vide latè Angel. in proœm. Instit. in §. igitur, in 2. colum. vide per me scripta in d. §. penul. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. 451

An stante statuto, quòd extantibus masculis fœminæ excludentur, an intelligatur, si dotatæ fuerint, vel propter solam existentiam masculorum simpliciter excludantur, vide Dec. cons. 261. vol. 2. superioribus. ¶ Statutum excludens fœminas filias dotatas à successione, est fauorabile ratione agnationis conseruandæ: vt per Dd. in l. meminimus, C. de leg. hær. Alex. & Moder. in l. 2. C. de in ius voc. Mod. in l. 1. C. de success. edict. vide Goz. consilia allegantem, in l. 1. in princ. Lect. 3. 452

Lect. 3. Si cert. pet. tex. est in l. 1. §. pen. in verb. vt familiarum, ff. de vent. insp. vide Ias. in l. si is, qui pro emptore, colum. 57. de vsuc. ¶ Statutum, quòd extantibus agnatis, mater & linea materna non succedat, est fauorabile: *Curt. cons. 9. volum. 91.* ¶ An stante prædicto statuto legitimati excludant fœminas, *vide Ias. vbi suprà in verb. filius.*

453 Præmissum statutum (extantibus masculis fœminæ non succedunt) habet locum ab intestato tantùm, non in caussa testamenti. Vnde infert Bald. *ad q. in l. falsus, in 2. col. de furt.* Quòd stante præmisso statuto, si testator instituat filios in parte, eos tangente scilicet de iure communi, veniunt etiam fœminæ, sicut masculi. Quia intelligitur in parte eos tangente, scilicet de iure communi, non statuto. Nos autem sumus in caussa testati: *vide Carol. in l. hæredes mei, §. cum ita, chart. 34. in fin. chart. ad Trebell. vide aliquid per Bart. in l. fin. in 1. q. C. de Pact.* ¶ Statuta exclusiua fœminarum, quantum ad caput inclusiuum masculorum, sunt fauorabilia; licèt quò ad caput exclusiuum fœminarum, dicantur odiosa: *ita dicit Bald. in l. venia, & ibi communiter Moder. de in ius voc. vide Curt. cons. 7. vol. 79. col. 1.*

454 Statutum excludens fœminas propter masculos, in dubio debet intelligi, Quòd ille masculus sit in pari gradu cum fœmina: non autem, vt ille masculus, qui est in gradu remotiori, excludat fœminam existentem in propinquiore: *Curt. d. consi. 7. fol. 79. col. 3.* Et an tale statutum sit fauorabile, vide Curt. *cons. 9. col. 2.* ¶ An statutum prohibens maritum relinquere vxori, censeatur etiam prohibere, econtrà vxorem relinquere marito: *vide Curt. cons. 6. in princ.*

De statuto, quòd mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum, vide aliqua pulcra suprà, *in verb. mulier, vbi habes 6. limitationes.* ¶ Item stante præmisso statuto: Pone, mulier vendidit fundum sine consensu consanguineorum, contractus est nullus, tamen ex isto contractu est factum instrumentum, in quo mulier est confessa, se recepisse partem pretij, an vitiato contractu principali etiam illa confessio erit nulla: Ang. *in l. 1. C. de præscrip. 30. annor.* dicit, quòd confessio probabit, & erit valida, quem refert (& hæc decisio ibi bene probatur ex not. per Bart. & Dd.) Ias. *in l. certi conditio, §. si nummos, in 6. col. ibi successiuè in quantum, Si cert. petat.* Quia etsi contractus est nullus, tamen confessio in tali contractu est valida: *vt ex not. ibi, & in l. 1. §. si quis ita, de verb. obl. & Bart. & latè Alex. in l. stipulatio ista, §. Chrysogonus, eod. tit.*

¶ Statutum prohibens mulierem vel minorem alienare, an habeat locum in alienatione, quæ fieret ad pias caussas vel in Ecclesiam, *vide suprà in verb. priuilegium, & in verb. alienatio.*

An legalis significatio Iurisperitorum, 455 an communis vsus loquendi in statutis sit sumenda, *vide Franc. Curt. cons. 1. fol. 68. col. 1.* ¶ An statutum porrigat effectum extra territorium, vide Bart. *in l. 1. in 6. q. princ. C. de summ. Trin. & fide Cath. Curt. cons. 9. fol. 81. col. 2.* ¶ Casus omissus in statuto, remanet in dispositione iuris communis: *l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matr. l. si extraneus, ff. de cond. ob causs. Curt. cons. 11. fol. 83. col. 4. & 3.*

De Stupro.

Stuprum committitur in puerum: *l. stuprum, de Adult.* & etiam committitur in 456 viduam: *l. inter liberas, de Adult.* vide alia *in verb. adulterium*, vbi pulcra habes, quæ sit pœna stupri, cùm videatur haberi de hac textus in iure contrarios.

De Sterilitate.

De materia sterilitatis, an & quando 457 propter illam fiat remissio canonis pro parte, vel in totum, siue non, habetur *in c. propter sterilitatem, ext. de loca. in l. licèt, l. ex conducto, in §. fina. & in l. si merces, §. vis maior, ff. eo. tit. Hippo. de Marsi. in singula. suo 85. incip. tu scis.*

Nota: prædia sterilia ad frugem reducentes, non debent post meliorationem 458 magis vel in plus grauari, ne diligentia sua sit ipsis damnosa: *l. fina. C. de allu. & palu. & l. pe. C. de omni agro deserto, lib. 11. vide, quæ notaui suprà in lit. C. versi. de canone soluendo, adduxi ibi aliquas fallentias, & vide, quæ eleganter docuit Geyl. in obserua. Cam. Impe.*

Sterilitas vnius anni, cum vbertate alterius est compensanda: *Quint. Mandos. in annal.* 459 *cas. n. 4. & 5. vbi 5. ampliat. lim. vt Med. de compens. quæst. 45. n. 9. Caroc. tr. lo. & 9. d. p 3. tit. de remiss. incrad. fol. 300. Viuius decis. 264. lib. 2.*

De Stipulationibus.

Stipulatio est verborum conceptio, qua 460 aliquid dare vel facere promittimus: *l. 5. §. stipulatio, ff. de verbor. obliga.* & nascuntur ex illa actiones: de quibus vide *in text. & gloss. in prin. Institu. de verb. oblig.* ¶ Quibus verbis contrahatur, declarat tex. *d. tit. Instit. de verb. obliga. §. in hac re.* ¶ Quot modis fieri possit, aut purè, aut in diem, aut sub conditione, dicit tex. *in §. omnis stipulatio, & in sequentibus declarantur per exempla.*

Qualiter serui dominis acquirant per sti- 461 pulationes suas, *vide titu. Institu. de stipulat. seruo.* ¶ Diuisio stipulationum, quarum aliæ

aliæ sunt iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, tam prætoriæ, quàm iudiciales quid quælibet sit, & quos producat effectus, *habetur in titu. Institut. de diuisione stipula.*

462 Redditur autem stipulatio inutilis multis ex causis & rationibus. ¶ Ratione rei, quę non est, vel esse non potest in rerum natura: *Instit. de inutilibus stipula. in prin.* ¶ Ratione rei, cuius commercium quis habere non potest, id iuris est *d. tit.* ¶ Ratione facti alieni, quod in stipulatione deduci non potest, *Aret. in §. si quis alium, d. titu.* ¶ Sed non redditur in totum inutilis, sed censetur facta, se curaturum & facturũ, vt alter faciat vel præstet: *Angelus ibi in hoc §. Schneidewi. in titu. Instit. de actio. §. in personam, num. 44. Abb. in c. gemma de sponsa.*

463 Ratione stipulantis: quia fortè alteri per alium facta est stipulatio: ista enim regulariter non valet: *vt in §. si quis alij, & §. alteri stipulari d. tit.* sed glossa *d. §. si quis alij,* ponit 16. casus, in quibus alteri per alterum possit stipulari: *& in dd. §§ vide Angelum:* vltra autem istos casus, vide ampliationes & fallentias, apud Zasium: *in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verbo. obliga. Bart. Socinum in regulis fallentiarum, regula 470. incip. & dicente:* stipulari alteri nemo potest, nisi eius potestati subiectus sit: cui addidit tres ampliationes, & 6. fallentias: vide vnum casum, *in l. quotiens, C. de dona quæ sub mo. consi. sunt valdè bona.*

464 Ratione diuersæ vel inconuenientis respõsionis stipulatio redditur nulla, item ob discordiam in qualitate: *§. præterea inutilis, d. tit.* ¶ Ratione personarum inter se stipulantium, videlicet quando fit inter dominum & seruum, inter filium & patrem: *§. item inutilis, d. titu.*

465 Item fit nulla propter naturale vitium, seu defectum stipulantis, puta, quia est mutus, surdus, furiosus, pupillus vel infans: *§. mutum, §. Furiosus, & §. pupillus d. tit. Instit.* Propter impossibilem conditionem stipulationi adiectã: *§. si impossibilis, d. tit.* propter absentiam, *§. item verborum.*

466 Item redditur nulla stipulatio, quando stipulor rem meam: quia, quod est meum, ampliùs meum fieri non potest. *§. item nemo, & ibi gloss. d. tit. Insti.*

Item dissensus in corpore vitiat stipulationem: *§. si de alia, & ibi Aret. d. tit.* Sic etiam stipulatio turpis, vel ex turpi causa descendens non valet: *§. quòd turpi, d titu.*

467 Hæres quòd ex stipulatione defuncti agere & conueniri possit, *habetur in §. cum quis.* ¶ Item nota: stipulatus in dubio, pro se stipulari intelligitur: *l. stipulatio ista, §. hac quoq, & §. si quis ita, ff de verbor. obligat.* limitat illam theoricam quatuor modis, Socinus *in regulis fallen. regula 469.* in filiosfamilias, in seruo, in procuratore, & in dote. ¶ Quo tempore ex stipulatione possit agi, notatur *in §. qui hoc anno, & in §. si fundum, d. tit. Instit. de inutilibus stipula.* & de hac stipulationis materia, vide Zasium *in tit ff de verb. obligat. eruditè enim ad istum tit. commentatus est.*

Pet. Greg. lib 3. part. iur Can. tit. 10. ¶ Verbum, dabo, obligationi insertum, an importet stipulationem, *Modest. Pist. p. 1. quæst. 49.* ¶ Stipulatio si super contractu ponitur, vtraq; actio tam ex stipulatu quàm ex contractu oritur: *Schrad. l. vn. n. 57. de cond. ex lege, fol. 407.* 468

De Studijs.

IN fauorem studiorũ pro studioso canonico, absente eorum causa, puta studiorum, quatenus illi debeantur decimarum & præbendarum fructus, & quòd ex quotidianis distributionibus percipiat, cõsuluit Decian. *in cons. 45. vol. 1.* moderanda sunt hæc secundùm consuetudines Ecclesiarum & statuta, & considerandum, an de licentia superioris absit. 469

De studio iuris Canonici multa bona, nempe quòd æquipararetur iuri diuino, & de commendatione iuris ciuilis quoq;, tradit *ibidem*, Wie eins ohne das ander nicht sein kan: & *num. 20.* dicit, quòd senectus non impediat studendi facultatem: & referuntur ibi plura exempla antiquorum, qui licèt grauati ętate studijs incumbere cœperunt: facit pro studiosis senibus, qui non & pudescunt ingredi ludum doctoris hæc & alia Decia refert *ibidem, num. 20.* 470

Pater tenetur subministrare expensas & alimenta filio studenti, etiam inuitus: *tex. est in l. de bonis, §. non solùm, ff. de Carbo. edicto* & de alijs bonis in minifirandis & continuandis expensis pro studijs, consuluit d. Decia. *in consi. 15. num. 8. in sequen. vide VVesemb. in consil. cons. 80. 2. part. Hart. Pistor. lib. 1. quæst. tur. q. 19.* 471

In dubio etiam iudicandum est pro studijs, pro dote, & pro alimentis: quia sunt piæ causæ: *in d. consi. 15. nu. 14* & quòd pater summam pro alimentis studiorum constitutam teneatur augere, si non sufficiat, consuluit idem Decia *in cons. 38. per totum vol. 2.* & ibi nota: pacta semper intelliguntur, nisi noua causa interueniat *l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca.* item etiam iuratum nunquam trahitur ad non cogitata: *c. quinta vallis, de iureiu.* & ibi pro nobili studioso vide. 472

Studium res sacra dicitur: *gl. in l. 1. §. an & philosophi, de varijs cognit.* ¶ Studiorũ causa fauorabilis est: *Bart. in l. 1. solut. matr. l. sed Iulian. §. proinde, ad Senat. Maced.* ¶ Turbare studium, est turbare vtilitatem publicã: *secundùm gl. in l. stipulatio, §. siue autem, de oper. nou.* nunc. 473

qui

qui dicit: Quòd si scriptor promisit scholari scribere librum, potest cogi præcisè ad scribendum, & poni in compedibus; vel si scholari libuerit, tenetur ad interesse; & ita dicit, concordare omnes Dd. Bononiæ residentes, & subiungit rationem: Ne turbetur vtilitas publica, id est, studium.

474 Caussa studiorum qui abest, iustissimam absentiæ habet caussam: *l. nec non, §. quod dicitur, ex quib. causs. maior.* ¶ Imò caussa studiorum qui abest, non abesse dicitur: *Ioh. de Plat. in l. nec ipse, C. de Imol. lib. 10. & Bart. in l. quæsitum, in princ. de leg. 3. & in l. Seie, §. Pamphilo, de fund. instruct.* ¶ Caussa studiorum & dotis æquiparantur: gl. *in l. 1. sol. matr.* per quam Bald & Ang. ibi determinant: Donationem factã filio à patre caussa studiorum, statim valere: *vide Ias. in Auth. ex testamento, C. de Collat.* Et paria sunt, esse debitum caussã dotis, & caussa studiorum: *secundùm Bart. in d. l. 1. solut. matr.* ¶ Non diu studuisse sufficit, sed benè, nec Hierosolymis fuisse: *gl. in l. vnicuiq., C. de prox. sacro scrinio, lib. 12. c. gloria Episcopi 12. q. 2.* Nec repente aliquis fit summus: *de pœn. dist. 2. §. hæc, quæ de charitate, gl. in c. ex literis, de in integr. restit.* Et non potest quis modico tẽpore plura addiscere: *60. dist.* Ergo diligens scholaris diebus feriatis studere debet, propter rei difficultatẽ, & temporis penuriam: imò Iulianus ICtus, *in l. apud Iulianum, ff. de fideicommiss. liber.* dicit: Si vnum pedem in sepulcro haberem, adhuc quidem addiscere vellem.

De Stultis.

475 Notaui suprà *in litera F. versi. de fatuo & fatuitate, & in versi. de furiosis & furore.*

De Stylo curiæ obseruando.

476 Stylus & consuetudo curiæ habetur pro Lege. *Guid. Papæ in præfat. suar. decis. Tess. decis. 1. num. 9.* Adeò vt sententia contra stylum curiæ lata sit nulla, ac si esset cõtra legẽ lata, cùm vicẽ legis obtineat: *Guid. Pap. d. loco Tess. d. nu. 9.* Et quòd iudex, qui contra stylũ curiæ procedit, litem suam faciat. *Tessaur. d. nu. 9.*

477 Stylus curiæ regulariter est attendendus & obseruandus: *l. Labeo, versi. morem agentium sequi debemus, ff. de statu liberis, habetur in c. quàm graui, de crimi. falsi, Cynus in l. 2. versi. secundò quæritur, C. quæ sit long. consuetu.* & ideò teneas menti: quòd excusatur à contumacia, qui est citatus sed non secundùm consuetum stylum citandi. *Angel. in l. fin. C. de Cano. præf. lib. 10.*

478 Quod dictum pro singulari refert & sequitur Felin. *in c. quoniam contra, in 7. colum. ext. de prob.* Dixit prædicta Hippo. de Marsi. *in singul. suo 118. incip. stylus curiæ.* Et de ista materia styli vide Felin *in c. ad hæc, de senten. excom* Signauit Guliel. de Ludo. *in singul. suo 66. incip. lex est, allegat l. 1. §. nullum, in versic, sed si quæ legis, C. de vete. iure enucl. l. fin. C. de fideiusso. l. Imperator, §. 1. C. de appella.*

& meliùs & copiosiùs quàm alibi habes, vide eum o-
mnino. ¶ Succedens in iuribus defuncti,
præscribere non potest, si à defuncto inci-
pere vellet: *Soc. in Reg. 389.*

De Superfluo.

SVperflua sunt reijcienda: l. *qui bis idem, de* 566
verb. obl. l. bona fides, de R. I. §. si enim, in Auth.
de consul. l. vnic. C. de vsucap. transfor. facit text.
in l. quæ extrinsecus, de verb. oblig. Hinc est, quòd
secunda venditio eiusdem rei nō valet. *Bart.*
in l. iuris gentium, §. igitur, de Pact. Goz. in l. singula-
ria. Si cert. pet. Lect. 16. ¶ Superfluū est, pre-
cibus impetrare, quòd iā est concessum: *l. 1.*
C. de thesaur. lib. 10. Bart. & Carol. in l. 1. §. nun-
tiatio, de oper. nou. nunc. l. si creditori, de leg. 1. l. 1.
in fin. ad mun. vide suprà, *in verb. ius in mate-*
ria, quando quis propria auctoritate ius di-
cere possit, & in verb. contractus, circa ma-
teriam casuum singularium. ¶ Superflua
non sunt, quæ ad maiorem declarationem
dicuntur: *not. in l. si quando, de leg. 1. & in c. si*
Papa, de princ. lib. 6. facit l. 1. §. sed sciendum, de
ædil. edend. ¶ Idem potest bis dici, ad eui-
tandam malam & Sophisticam interpre-
tationem: *Iohan. Andr. in c. minus, de excess.*
præl.

Sic etiam, gratia dubitationis tollendæ 567
bis dictum, non est superfluum: *d. l. 1. §.*
sed sciendum, de Edend. ¶ Si exprimitur illud
explicitè ad maiorem declarationem, quod
impli-

implicitè inerat, non est expresio vel dispositio superflua: *secundùm gloss. in c. 1. in verb. ex filio, de Summ. Trin. & fid. Cath. in 6. Io. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. de verb. obl. col. 11. in fin. & Dom. de San gen. ibi suprà dicta gl. no. & Dec. in l. 1. in princ. 3. col. ibi in gloss. 1. Si cert. pet. idem Dec. in d. l. 1. §. fin. in fin. eod. tit.* ¶ Expresio illorum, quæ insunt tacitè, non est superflua: *Aret. in l. liber homo, §. possum, de verb. oblig. Bald. in Rub. in 9. q. C. de contr. empt. Car. in l. 3. de leg. 1. lect. 22. Goz. in l. omnes populi, in 7. q. 1. q. princ. in fin. fol. 10. de Iust. & iur.*

568 Item, nullum verbum positum intelligitur sine mysterio, etiam syllaba non debet esse superflua: Et in tantum hoc procedit, quòd etiā argumentū à contrario sensu sumitur ad correctionē iuris antiqui, ne verba sint superflua, & nihil operarentur in sensu directo: *vide in verb. verbum, & in verb. statutum, & in verb. argumentum. & latissimè Nicol. Euerh. in loc. legalibus, loc. 4. cui titulum fecit, à contrario sensu.*

De Surrogatis.

569 SVrrogatum in locum alicuius, ipsius officium & naturam assumit: *§. fuerat. Inst. de Action. l. 1. C. de rei vx. act. Bart. in l. infamem, de publ. iudic. vide latè Ias. in d. §. fuerat, & per Bart. in l. 1. §. hæc actio, ff. si quis test. lib. esse iuss. fuer.* ¶ Hoc tamen non semper est verum: *vide Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, Lect. 38. in princ. de verb. obligat.* Quia tantùm procedit, quando in accessorio est eadem ratio, alioquin non sequitur naturam principalis.

Et quando duo remedia vel actiones sunt diuersæ naturæ, & diuersi effectus, & vnum surrogatur in locum alterius, tunc vnum non sapit naturam alterius. Mod. omnes *in l. si quis filium, C. de inoff. test.* qui per hoc reprobant Bart. tenentem, quòd ex quo ius petendi legitimæ supplementum surrogatur loco querelæ. Ergò durat solùm per quinque annos, sicut querela. Reprobant, quia ius petendi supplementum & querela sunt diuersæ naturæ, item diuersi effectus. Quia vnum est odiosum, alterum fauorabile: vnum ad scindendum testamentum, alterum ad confirmandum: *vide Goz. in l. certi conditio, Lect. 50. in princ. Si cert. pet.* ¶ Surrogatum in locum alterius, non debet plus habere iuris, quàm illud, in cuius locum surrogatur.

De Suffragio.

570 SVffragium dicitur illa scriptura, quam quis facit, cùm de aliquo eligendo consentit: & sic ponitur, *in l. de quibus, ff. de legibus.*

Sed patris suffragium quòd proderit filio, & econtrà filij suffragium patri, nisi lex municipij, vel perpetua consuetudo prohibeat, item fratris suffragium fratri, *habetur in text. & gloss. l. illud, & l. sequenti, ff. quòd cuiusque vniuersita. nomi.* mouet & respondet per dicta iura Ludou. Roman. *in singul. suo 813. incip. an in collegio, & ibi addit Pignolius.* 571

Sed dicit gloss. *ad l. item, ff. quòd cuiusque vniuers. no.* quod intelligatur de publico saltem suffragio, non autem de priuatè petito: imò dicit, quòd incidat in legem Iuliam ambitus vel simoniam: *l. 1. ff. ad l. Iul. ambit. & l. 1. §. si quis, ff. de postlimit. citat. notaui suprà in litera A. versiculo de affectantibus honores.* 572

De Supernumerarijs.

SVpernumerarius admissus in collegio, non gaudet beneficio collegij: *tex. est in l. 1. C. de collegia. & certo pa. lib. 11.* & *inibi in 2. notabili*, dicit Ioan. de Platea, quòd non gaudebunt priuilegio illius collegij seu corporis: sed de corpore collegij sunt tales supernumerarij eximendi & remouendi, nec prodest eis patrocinium de domo principis, nec reuerentia Ecclesiarum, nec alicuius alterius potentia: habetur de illo *in l. non plures, C. de Sacrosanct. Ecclesijs.* 573

Ex quo apparet, quòd illi, qui quandoq; reperiuntur vltra numerum de consilio ciuitatis, non sunt ex consilio, nec ex hoc aliquod priuilegium consequuntur: *secundùm Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de collegia. lib. 11.* simile dicit de numero Canonicorum: *facit Authen. vt determina. sit numerus Clerico. §. non autem, colla. 1. & ibi Iacob. de Belui. habetur in c. quoniam, de vita & honesta. Clerico. c. cum M. Ferrariensis, & quæ ibi notantur, extr. de constitu. c. fina. de verb. sign. & c. auctoritate, de institu. cum similibus, notauit Anto. Corset. in singul. suis, in verb. supernumerarius.* 574

De Suitate.

QVid sit suitas? quo gradu ius suitatis quis habere censeatur? quo iure sit introducta? quot sint eius species? qui sint, aut appellentur sui hæredes? vnde suitas originem sumpsit aut causata fuit? an sui hæredes habeant beneficium abstinendi? & quid circa illos beneficium abstinendi inducat, faciat vel operetur? quot sint suitatis effectus? quot & quibus modis suitas tollatur vel impediatur? ista omnia per decem quæstiones principales examinat, explicat & docet Angelus de Periglis Perusinus *in tractat. suo de suitate.* 575

Sui

576 Sui qui propriè dicantur iure ciuili, & qui contineantur Suorum appellatione; & verbum Suus in instrumento prolatum, ad quos censeatur relatum, an ad hæredes testatoris vel institut. docuit Ioan. de Raynan. *in tract. suo de suitate & extraneitate, à num. 16. vsq. ad finem.* ¶ Ex iure suitatis qualiter hæreditas non adita transmittatur, & quomodo filius ex iure suitatis fingatur dominus bonorum paternorum, etiam patre adhuc viuente, scripsit pulcherrimè Ioannes Pyrrh. *in tractat. suo, de suitate & hæreditate per fictionem transmittenda, per totum: & ibi vide bona de hæreditate transmittenda, vel non etiam ad extraneos.*

577 Sed suitas per substitutionem vulgarem tollitur: *l. filius hæres, ff. de libe. & posthu. docuit Socin. in regulis fallent. regula 483. cum septem fallentijs.*

De Supellectile.

578 Appellatione supellectilium continentur lecti, culcitræ, arcæ, scamna & huiusmodi, non autem complectuntur vestes: *l. si quis in fundi vocabulo, ff. de lega. 1. ibi Alexan. & Iason colum. 4. vers. quartò nota*; nec animalia comprehendit; *vt per Bart. in l. 1. ff. de supellect. lega.* Nam solùm, quòd olim nomine supellectilis significabatur, hodie vulgari Massaricarum nomine continetur: *secundùm Bart. in d. l. 1 & Iason in d. l. si quis in fundi vocabulo, Abb. in cons. 88. incip. casus in facto, lib. 2. hoc refert Ioan. Dilect. in tract. suo de arte testandi, in tit. 6. de legatis, in cautela 53. num. 4. sed vide tex. ll. in toto titulo, ff. de supellect. legata.*

De Supplicatione.

579 Cui sit supplicandum, qualiter hoc fiat, de quibus rebus, & quomodo supplicationes de iure & consuetudine Principi offerantur, pro quibus personis sit supplicandum, demonstrat *tit. C. de precib. Imperatori offerendis, & ibi Sebastia. Brand. in explicatione titulorum, cum alijs Dd.*

580 Sed aduertendum est, vt supplicatio veritate nitatur, & non sit iuri contraria: aliàs rescriptum ad eam impetratum non valet, & dicitur sub & obreptitium: *l. rescripta, C. d. tit. de prec. Imp. offeren.*

581 De effectu autem supplicationis, qualiter & quomodo per eam, & per alios modos perpetuetur actio, quando inducat litis contestationem, item quamdiu, intra quæ tempora, & in quibus terminis liceat supplicare, docet titulus *C. quando libellus princip. fac. litis contestat. titulus C. vt lite penden. vel post prouocatio. aut diffinitiuam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare.*

De alio effectu supplicationis, quomodo vel quæ suspendat sententiam, & in quid differat supplicatio ab appellatione, docuit Specul. *in tit. de supplicatione per totum, lib. 2.* Robert. Marant. *in ordine iudic. par. 6. c. de appellatione, versic. supplicatio, nu. 12.* dicit, supplicationem etiam nominari reclamationem, & facit differentias eius ab appellatione octo, & vnam conuenientiam: vide. 582

Sed supplicatio aduersus sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quando admittenda, vel non, (*si intra decennium proponatur, suspendit executionem: si post decennium non item, admittenda tamen erit.*) consuluit Decia. *in cons. 47. vol. 1.* ibi bona, de supplicatione admittenda vel non: item de differentijs supplicationis & appellationis, docuit Decian. *ibidem, num. 18. num. 31.* putat illam in dubio semper admittendam; & fatalia decem dierum quomodo currant in supplicatione, sicut in appellatione, consuluit *nu. 30.* 583

Et nota: supplicans debet omnia specificè narrare, & exponere: etiam cum omnibus qualitatibus, quæ faciunt ad rē, de qua supplicatur: *c. pastoralis, & c. super eo, de rescrip.* aliàs enim, si rescriptum ad illud impetrauerit, dicitur subrepticiè impetratum, & non valet: *Hippo. de Marsi. declarat per exempla in singul. suo 111. incip. supplicans.* 584

Nota aliud: supplicans principi, vt retractetur sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, non solùm caret impetratis, sed etiam incurrit in infamiam: *dicit Paul. Castr. in l. fi. C. vt lite penden. per tex. l. fi. C. senten. rescin. non posse.* quod verum fertur, quando talis sententia est lata ex veris & proprijs probationibus: secùs, si esset lata, ex probationibus priuilegiatis: quia tunc non transit in rem iudicatam; & quandocunque talis sententia superuenientibus proprijs & veris probationibus contrarijs retractari possit, *vt in c. 2. ext. de purg. vulgari, & ibi Abbas.* item quando sententia est lata ad consilium sapientis, declarat & refert Petr. Gerar. de Pet. Sanct. *in singul. suo 20. incip. sicut non valeat: & sic notata sunt aliqua de supplicatione.* 585

Supplicare Principi, vbi copia est Iudicis inferioris, & hic facit officium, non licet: *l. 2. vt lite pendente.* ¶ Supplicare de iure Can. mentione tamen facta litis pendentiæ, quocunque licet tempore: *c. dilectus, de rescriptis, c. inter Monachos de Iudicijs.* ¶ Non licet supplicare post rem iudicatam: *l. 2. C. vt lite pend. nisi à pœna indebitè decreta, l. 1. in fi. de quæst. Platea in l. quòd in libellum, C. de fide instrum.* ¶ De Supplicationibus ad processus ex Camera extrahendos, *Petrus Friderus tract. de extrah. process. c. 1. & seqq. lib. 1.* 586

De Ta-

De Tabellionibus.

Notaui supra in litera N. versic. de Notario.

De Tacito, Taciturnitate, & de Tacente.

1 TAciti & expressi idem est iudicium: *l. cùm quid, ibi glossa & Dd. ff. si cert. pe. l. quanquam, ff. de ritu nupt.* Datur exemplum: quòd sicut per confessioně expressam validetur processus nullus, ita etiam per confessionem tacitam: *refert Hippo. de Marsil. in singul. suo 387. incip. taciti & expressi.*

2 Sed quando & quibus casibus in contractibus tacitum habeatur pro expresso, vel non, habentur quædam, *in gloss. & per Dd. in d. l. cùm quid, ff. si cert. peta. notauerunt Bart. & Zasius in l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig.*

¶ In vltimis voluntatibus tacitum semper pro expresso haberi, vbicunque tacita mens testatoris conijci possit, tenuit d. Zasius, *in d. l. quicquid, ff. de verb. oblig. num. 16. in fin. per l. inter vestem, & ibi per Bart. ff. de auro & argento legato, l. voluntatis, C. de fideicommiss.*

3 Nota: taciturnitas est magni effectus & importantiæ: *l. cùm ostendimus, ff. de fideius. tut. & vide ea, quæ notaui supr. in lit. P. vers. de patientia, & in vers. de probatione per taciturnitatem, ib. quomodo præiudicet & probet, vel non.*

Inter alia vide, quomodo taciturnitas fratrum pro filia in dote inducat donationem, excuset & releuet filiam dotatã à collatione dotis? docuit Hippo. de Marsi. *in singul. suo 344. incip. taciturnitas.*

4 Et notauit aliquos casus, qui valent parte tacente, & non contradicente, cùm alias non valerent: *Hipp. de Mars. in pract. sua crim. §. sequitur, num. 8. & in seqq.*

Sed tacens quando habeatur pro contradicente, & quando pro consentiente, docuit aliqua Anto. Corse. *in sing. suo, in verb. taciturnitas,* distinguendo de actib. onerosis, concupiscibilibus seu honorabilibus, & cõmodũ afferentibus: *vide l. n. de ætate, qui tacuit 40. ff. de interrog. in iur. fac.* Mynsing. *in 2. respons. num. 33. decadis 1. respon. suorum,* consuluit de taciturnitate reuerentiali & multùm præiudiciali: quia dicit potius haberi pro dissensu, quàm pro consensu: *vide etiam VVesenbec. in parat. ff. de pact. num. 7. in fin.*

In *Clemen. 1. de procur.* habetur, quòd si quis scienter recipit instrumentum, quo constituitur procurator, videtur tacitè se obligare ad illud officium: & hoc ideò, quia vltra taciturnitatem interuenit actus positiuus: *Corset. in d. singul. per c. ex ore, ext. de his, quæ fiunt à maio. parte capitu.* & (dicit) ex hoc cape vnam bonam theoricam, quòd vbi tractatur de præiudicio alicuius, si vltra taciturnitatem faciat aliquem actum, qui videtur venire ad probationem actus, videtur ad hoc consentire: *textus est in l. filiusfamilias, ff. ad Maced. & ibi per Bart.* quem tex. reputat Corset. ad hoc meliorem in corpore iuris, addit *in d. singul. in fi.* de recipiente, legente & retinente apud se, nec contradicente literas cambij, quòd videatur eas acceptare & approbare: *vide Pet. de Rauen. in aureo suo alphab. litera T. versic. taciturnitas.* 5

Quatenus dominus feudi tacens, in eligendo à paribus curiæ iudicem, videatur consentire, vide Curt. *part. 7. n. 19. item Dn. Ioan. Borcholt. in tract. suo feudal. c. 10. num. 30. qui hoc prò & contrà eleganter disputant.* Curt. vult, quòd litigantes pares curiæ alium iudicem eligere non possint, nisi dominus feudi expressè consentiat, & argumenta contraria refutat: Borcholten verò est in ea sententia, quòd sufficiat taciturnitas & scientia domini, ac optimis rationibus suã opinionem muniuit. 6

Quando protestatio præiudicet tacenti, docuit gloss. cum textu *in l. fin. §. item si prædixerit, ff. nau. caup. & stabula. in l. 1. §. pœna, ff. de lib. agnoscen. Bart. in l. non solùm, §. morte, ad fin. ff. de oper. noui nun.* fauore religionis, quando tacens videatur cõsentire, habetur apud Bal. *in l. iubemus, §. 1. C. de Episc. & Cleri. & ibi per illum textum tenuit, quòd sic.*

Sed pro melioti expeditione, vide Socin. *in regulis fallent, regula 484.* primò sic dicentě, taciturnitatem, quò ad alicuius iuris diminutionem, seu actionis competentis sublationě, pro consensu non haberi: *per l. inutiũ, ff. de serui rusti prædio. & per l. in eo, §. penul. ff. de ritu nuptia.* sed adducit sex fallentias. 7

Secundò

8 Secundò dicit, *in regula 485.* taciturnitatem, quò ad alterius delinquentis excusationem, etiam pro consensu non haberi: *l. penul. & l. inter eos, §. velare, ff. de furtu*: ponit ibi vnam fallentiam.

Tertiò, *in regula 586.* taciturnitatem ad aliquem obligandum non haberi pro consensu, cum 5. fallentijs.

9 Quartò, *in regula 587.* tacentem in obligatione personali pro consentiente non haberi: *l. non solùm, ff. de procu.* cum duabus fallentijs.

Quintò, *in regula 588.* dicit: tacens contradicere videtur: *Cynus in l. mutus, C. de procura. per textum in l. per quas, §. Neratius, ff. de furtu, CC. in c. nonne, de præsump.* ponit d. Socinus quinque fallentias, de quibus *in loco allegato*, vide per ipsum Socinum.

10 Taciturnitas quatenus, & quando faciat iudicium contra domesticum, tacentē de homicidio, in domo in qua moratur facto, notauit & docuit Anton. Blanc. *in repe. l. fina. ff. de quæst. mihi num. 275. versic. taciturnitas domestici, allegat Bal. in l. excipiuntur, ff. ad Sylle. & alios, quos ibi vide: vide quæ notaui supr. in litera P. versi. de patientia, & in vers. de probatione per taciturnitatem.*

11 De tacito, taciturnitate, & de tacente, *vide Euerhard. in Topic.* ¶ De maiori virtute expreßi, quàm taciti, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 23. n. 35. & seqq.* ¶ In vltimis voluntatibus casus omissus habetur pro expresso: in contractib. verò non expressum habetur pro omisso: *Moller. lib. 5. semestr. differ. 15.* ¶ Ibid. Remißiones de tacito & expresso, & quando omissum habeatur pro expresso. ¶ Præsentia cum taciturnitate, habetur pro contradictione: quin imò pro consensu. vtrumque verum regulariter, sed limitandum: *Capra latè reg. 56. fol. 65.* ¶ Tacens an & quando consentire præsumatur, *Menoch. lib. 6. præs. 99.* ¶ Taciturnitas & patientia eius, qui ius suum vbique saluum fore scit, nullius est momenti: *Pruckm. de regal. c. 5. num. 59.* ¶ Si actus est annullandus in fauorem certæ partis, hoc ita demum locum habet, si ille, cuius fauore hoc introductum est, hoc petat: aliàs, si taceat, secus est: *Schrad. l. admonendi, nu. 172. in fi. de iureiur.*

12 Tacitè quædam fiunt, quæ expresè fieri nequeunt: *l. filiusfamilias, §. veterum, de Procur. l. ita demum, C. eod.* De hoc brocardico, (licitum est expresè, quod tacitè non licet,) *vide Bald. in c. 1. §. filia, de succeßion. feud.* ¶ Sic filiusfamilias tacitè repudiando bonorum possessionē vel hæreditatē, patri præiudicat: *l. 1. C. qui ad*, expresè autem præiudicare nō potest *l. fin. in prin. C. de bon. quæ liber. vide Mod. in d. l. 1. C. qui admitt.* Vbi habes, an tacitum minus operetur, quàm expressum.

Sic iuramentum calumniæ tacitè remittitur, quòd expresè remitti non potest: 13
c. 1. §. 1. de iudic. lib. 6. l. 2. §. sed quia, C. eod. nec valet consuetudo de ipso non præstando: *c. cæterum, de iureiur.* ¶ Optimum casum nota, quo Clericus tacitè suo priuilegio, & ordini renunciat. si negociationibus secularibus se implicans, & tertiò monitus non desistit, tunc ipso facto subiacet statutis laicorum: *c. fin. de vi & bon. Eccles.* Quòd expresè non potest: *c. si diligenti, de for. comp. ita dixit Io. de Plat. in l. quidam ignauiæ, C. de Dec. lib. 10. in verb. final.* ¶ Sic etiam in consequentiā multa permittuntur, quæ principaliter non concederentur: *l. 1. ff. de vsufr. l. 1. in pr. ff. de auct. tutor. gl. in c. per venerabilem, qui filij sunt legit. in verb. habent potestatem, Ias. in Rub. Act. fol. 13. num. 45.* Vnde debet inspici, quod principaliter fit: *De hoc latißimè vide Ias. in l. si quis nec caussam. Si cert. pet. vide suprà in verb. consequentia.*

Expresso vitiato & sublato, tollitur tacitum: *l. 3. §. qui habet, de seruit. rustic. præd. Ias. in l. precibus, C. de impub. & alijs subst.* ¶ Expresso vitiato, non vitiatur tacitum æquè principale: saltem, vbi non militat eadem ratio vitiandi tacitum: *l. si fideiussor, in princ. & ibi Bart. de leg. 1. l. 1. quib. mod. pig. vel hyp. sol. not. Alex. in l. 1, §. nunciatio, in 8. colum. de oper. no. nunc.* 14

Expressum dicitur illud, quod est de mente legis: & quod sub generalitate verborum continetur, expressum est. Sicut euidens, quod ex coniecturis colligitur: *l. prætor ait, vbi gloss. & Bart. not. de oper. nou. nunc. vide de hoc Goz. in l. si quis id, quod, in 2. Lect. vbi in Lect. sua de iurisd. omn. iudic.* ¶ Ex vi verborum tantùm veniens, expresso æquiparatur: *l. ex empto, de Act. empt. Bald. in l. 1. §. fin. C. de rei vx. act. And. Sicul. in c. translato, de Const. vide Goza. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. princ. Lect. 22. de Iust. & iur.* 15

Quando natura importat illud, non dicitur tacitum, sed expressum: *Bart. in l. vxorem, §. agri plagam, de leg. 3. l. si fideiussor, §. meminisse, de leg. 1. vide Ias. in l. 1. in 9. col. in princ. de leg. 1.* ¶ Expressum aliquid esse potest, non tamen per verba, sed signis & nutu: *ita est gloss. aurea in l. item quia, ff. de Pact. quem refert Dom. Carol. in l. 1. §. si quis simpliciter, fol. 61. de verb. obl. & in §. si quis ita, chart. 40. fa. 2. de verb. oblig.* 16

An taciti & expresi sit par virtus, *vide omnes Dd. & maximè Ias. in l. cum quid, Si cert. pet.*

pet. in 2. lectur. si cert. pet. & ibi Dom. Goz. eum in multis taxat.

17 Sic & dies tacita, & expressa idem operantur: *l. 1. de pec. leg. ibi nisi fortè Bartol. in l. si insulam, in 5. opp. 1. partis principalis, de verb. oblig.* ¶ Quando illud, quod tacitè subintelligitur pro expresso habeatur, *vide Petr. in q. 44.* ¶ Expreſsio illorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur: *l. hæc verba, de leg. 1. vbi latè omnes, l. non rectè, C. de fideiuſ.* Tamen talis expreſsio non est superflua: *Aret. in l. liber homo, §. possum, de verb. oblig. Bl. in Rubr. C. de contr. empt. in 9. q.*

18 In omni dispositione habetur pro expresso illud, quod est verisimile disponentes fuisse expressuros, si de eo cogitassent, vel si de eo interrogati fuissent: *l. Titius, §. 1. & ibi not. Dd. ff. de lib. & posthum. & est gloss. not. in l. tale pactum, §. 1. ff. de pact. vide Alex. consi. 188. vol. 2. in princ. ponder. verb.* ¶ Nonnunquam expressa nocent, quæ non expressa non nocerent, vide pulchrè Zas. *in l. præses, ff. de re iudic. colum. 115.* vbi etiam habes, quòd taciti & expreſsi sit diuersa ratio.

19 Ad hoc procardicum, an tacens videatur consentire, *vide Philipp. Dec. in consil. 98. volum. 1. in fin. & Bartol. in l. quo enim, ff. rem rat. hab.* ¶ Quando illud, quod tacitè subintelligitur, pro expresso habeatur, *vide Petr. in q. 464.*

20 Quando & an taciturnitas pro consensu habeatur, *vide Socin. in Regul. 391. & seq.* ¶ Quando geritur actus me absente, si ego cognoui, & taceo, an videar approbare? Et quid, si geritur me præsente, & taceo, an reprobare vel improbare dicar? & quid in præiudicialibus, & quid in commodum afferentibus, *vide Bartol. in l. quo enim, ff. rem rat. hab.* ¶ Tacendo quis, in his, quæ sunt ei præiudicialia, non videtur consentire: *l. qui vas, §. vetare, de Furt. Ioann. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colum. 9. de verb. obliga. vide supr. in verb. consensus.* ¶ Quando tractatur de lucro & commodo alicuius, & is est præsens, semper in sui fauorem videtur consentire: *l. qui patitur, l. si remunerandi, §. qui paſ. ff. Mand. Bartol. in l. quæ dotis, solut. matr. Carol. in l. 1. §. si quis simpliciter, fol. 61. in princ. de verb. oblig.* Secus, si de præiudicio: quia non præsumitur consentire: *l. qui vas, §. vetare, de Furt. l. mutus, C. de procur. l. qui tacet. de Regul. iur. l. Gaius, de pig. act. Paul. in consil. 74. in 5. colum.*

21 Item quando patientia sine contradictione, pro expresso consensu habeatur, *vide pulcram gloss. & ibi Bald. in c. 2. si de inuest. inter dom. & vasall. lis oriat. l. cum plures, §. locator, ff. locat. l. 1. §. magistrum, de Exercit. Bartol. in l. de quibus, in 1. q. 5. q. prin. de legibus.* ¶ Item ad hoc, aliquid per Bartol. *in l. 1. post gloss. de negot. gest.* vbi dicit, quòd quando aliquid agitur ad commodum meum, tunc mea præsentia & taciturnitas inducit mandatum. ¶ Qui consentit alteri, sua iura perdit, siue tacitè, siue expressè: *c. 1. §. præterea, vbi gloss. Bald. & alij quibus mod. feud. amitt.* ¶ Plus operatur expressa voluntas, quàm tacita vel præsumpta: *l. qui liberis, §. hæc verba, de vulga. & pupill. & in l. vera, §. testamento, de leg. 2. vide Carol. Ruin. in consi. 10. num. 10. vol. 2.*

Talis, Tale.

Talis quis esse præsumitur, in quo habitu reperitur: *l. apud labeonem, §. si quis virgines, de Iniur.* ¶ Aliud est esse tale, & haberi pro tali: *l. mercis, la. 2. ff. de verbo. signifi.* Et hoc est verum in his, quæ facti sunt: sed in his quæ iuris sunt, idem est esse tale, & haberi pro tali: *vide pulcrè & latè Bartol. in l. si maritus, §. legis Iul. de Adult. vide Socin. in l. 1. in princ. numer. 43. ff. si cert. pet. Bartol. in l. si is qui pro emptore, in 2. q. princ. numer. 6. de vsuc.* ¶ Propter quod vnumquodq; tale, & ipsum magis: *l. an multo magis, C. de S. S. Eccles. l. cui licet, de regul. iuris.* ¶ Cum quid est tale propter aliud, cõsideratur id, propter quod est: *l. & si non sunt, §. perueniamus, de aur. & arg. leg. Bart. in l. legatum, de leg. 3.* 22

Quicquid est secundùm quid tale, & non simpliciter, non dicitur propter tale: *l. hoc legatum, de leg. 3. Bartol. in l. si maritus, §. legis Iul. de Adult. vide Socin. in l. 1. in 7. colum. in princ. de Acq. poſ. Alex. in consi. 30. volum. 4. & consi. 178. volum. 2. Socin. consi. 129. volum. 1. & consi. 7. volum. 3. vide Goz. in l. omnes populi, in 6. q. princ. circa proprietatem vocabuli, de Iust. & iur. lect. 26.* ¶ Quicquid profertur non simpliciter, sed cum adiuncto, non est propriè tale: vt frater patruelis non propriè dicitur frater, & frater consobrinus: *doctrina est Bartol. in l. Lucius, §. quæsitum, de leg. 3. Iaso. in l. 1. in 2. colum. C. de succeſ. edict.* ¶ Quicquid est tale in potentia, & non actu, non est propriè tale: *Goz. in dict. l. omnes populi, gloss. in l. fin. de hæred. vel act. vend. Bartol. in l. emptor, §. Lucius, de pact. Alex. in consil. 46. volum. 1. adde Goz. in l. 2. §. creditum, in princ. si cert. pet. vide supr. in verb. potentia.* 23

Licèt aliquid actu non sit tale, vel fiat, tamen sufficit aptitudine tale esse posse, vel fieri, quia aptitudo non actus attenditur: *l. labeo, ff. de stat. lib. Car. in l. stipulationes non diuiduntur in 8. q. lect. 62. fol. 131. de verb. obliga.* ¶ Non sequitur illud: est largè tale, ergo impropriè: *vide in verb. verbum, & supr. in verb. argumentum.* ¶ Quis non debet admitti, vt talis, nisi probet se talem: *l. non ignorat. vbi Bartol. C. qui accuſ. non poſ. quod facit ad quæſt.* 24

Statutum dicit, quòd nullus faciat actum nisi ciuis: *& Bartol. in l. falsus tutor, ff. de fals. tut. vide Dec. consi. 321. vol. 2. nu. 2.* ¶ Quando quis debet reputari, vt alius, propter fauorem sui, & in priuilegium debet talis reputari, quando hoc est sibi vtile, & in ipsius commodum: aliâs secus: sic etiam per contrarium, quando quis in sui odium reputatur, vt alius: procedit hoc si esset ei damnosum, non si sibi esset vtile. ¶ De illis duabus regulis, vide Goz. *in l. qui se patris, colum. 3. & 5. vbi insert. ad q. C. vnde liber.*

De Tempore.

25 ET primò de temporis breuitate. Actus breui tempore expeditus, facit cessare præsumptionem, quòd causæ cognitio actui sit adhibita: & sic actus sine causæ cognitione factus, regulariter non valet: veluti sententia, habito processu in continenti lata, dicitur fulminatoria, & non valet propter breuitatem temporis: *Hippol. de Marsil. in practica sua criminali, §. nunc videndum, num. 32. & 33.* Sic etiam consilium consultoris, repentè consultum, reputatur nullum ipso iure: *Alex. de Imol. in l. prolatam, C. de senten. & interlo. omn. iudic.* Imò plura circa temporis breuitatem adduxit idem Hippol. de Marsi. *in l. statu liber, in penult. colum. ff. de quæstio. vbi videas, & in dict. §. nunc videndum, dict. num. 32. 33. & in seqq.* dicit de importantia causæ cognitionis, & nota huc textum, *50. distinct. c. ponderet,* sic dicentem: nos tempore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus: non præcipitemus opera, & consilia nostra, neque eorum ordinẽ corrumpamus est bonus text. præcipitantiam & celeritatem in omnibus operibus & consilijs nostris prohibens.

26 Et breuitas temporis quæ faciat præsumi, enumerat in aliquibus casibus idem Hippol. de Marsil. *in repet. Rubric. ff. de fideiusso. numer. 76. 77. 78. 79. & vlteriùs.* ¶ Et quæ propter temporis breuitatem possint impugnari, & quòd non præsumantur legitimè facta, sed mutila, sed potiùs durare primam causam, consuluit Decian. *in consil. 34. volum. 3. numer. 31. & in seqq.* ¶ Item celeritas actus inducit suspicionem fraudis, *probat text. iuncta gloss. in l. si ventri, §. eorum, ff. de priuilegijs credito.* ¶ Et id, quod in continenti fit, præsumitur præordinatum, præcogitatum & simulatum, per exemplum declarat Antho. Corset. *in singu. in verbo præsumptio 3. incip. celeritas actus.*

27 De temporis angustia. Quæ durant tantùm momento temporis, non sunt in consideratione, & aliquid non disponunt: ita dixit Bald. *in c. 1. §. cum etiam, titu. Episcopo. vel Abba. in vsibus feudo, l. ex facto, §. fina. ff. ad Trebell. notauit Hippol. de Marsil. in repet. l. qui falsam, ff. ad l. Corn. de fals. numer. 50.* Imò, dicit, debet durare effectus, aliâs non est satisfactum legi: eò quia non dicitur factum, quod non durat factum: *allegat Bart. 1. in l. gerit, ff. de acquir. hæred. & dict. Hippol. num. 55. & 56. in d. l. qui falsam, Decian. in consi. 34. vol. 3. num. 31. & in seqq.*

De proximitate temporis. De proximo vel de breui fiendum, an, quando, & in quibus casibus pro facto, vel iam fieri habeatur, vide eundem Hippol. de Marsil. *in repe. l. vnicæ, C. de raptu virginum, numer. 69. 70. & in seqq.* ¶ Nota dictum: qui de proximo est cingendus, habetur pro cincto: *l. penult. ff. de testa. mili.* ¶ De proximo condemnandus, habetur pro condemnato. *Abbas in c. Ecclesia, in 3. notabi. de immu. Ecclesiæ, text. allegatur notabilis, in l. qui pœnæ, §. diuus Pius, ff. de manumissio. & alia dicta, vide plura per Hippo. in dict. l. vni. C. de raptu. virgi. nume. 70. & in seqq.* ¶ De proximo carceribus relaxandus, habetur pro relaxato, & potest relaxari. *Ludo. Roman. in singula. suo 496. incip. Accusatus. Hippol. de Marsil. in singula. 381. incip. licèt reus, qui dicit ibi, se pluries illa practicasse, & obtinuisse pro fideiussore: vide eundem Hippol. in repet. rubric. ff. de fideiusso. in 31. quæst. principa. numer. 217.* ¶ De Banniendo, an possit occidi sicut Bannitus, & de fideiussore condemnando, *vide Ioann. de Arno. in singula. suo 80. & 81.* 28

De temporis diuturnitate. Diuturnitas tẽporis operatur præsumi, omnia solenniter esse acta: *l. filiusfam. & ibi Dd. C. de petitio. hæredita. Bald. Angel. & moder. in l. sciendum, ff. de verbo. obliga.* ¶ Tene tamen mente perpetuò, quòd mandatum ad vendendum, emendum, vel compromittendum, vel ad similia, nunquam præsumatur ex diuturnitate temporis, etiam ex cursu centum annorum, nisi probetur: *secundùm Bald. in l. 2. C. si ex fal. instru. in versi. quæro quid sit dominus*: & adde, quòd ex diuturnitate temporis non præsumatur, quòd in contractu interuenerit consensus propinquorum: *ita dixit Bald. in l. C. de legiti. hæredi.* Istas declarationes, notauit Hippol. de Marsil. *in singula. suo 323. incip. diuturnitas: & vide notata Zasii ad dict. l. sciendum, ff. de verbo. obliga. generaliter dicentem, quòd facta, vel solennitas extrinseca non præsumantur.* Sed resolutiones istorum iurium, volentium, quòd præsumatur ex diuturnitate temporis solenniter aliqua esse acta, vide inter alios apud Roland. à Valle, *in consi. 2. num. 127. lib. 1. sunt benè notanda.* 29

Tempus si fuerit fortunatũ & felix, quadruplex decorũ obseruandum est. Primũ, non nimium exaltari & gaudere, dum arridet successibus nostris fortuna: Secundum, alium 30

aliū cui aduersatur fortuna non irridere, & contemnere præ nobis, tanquā ipso simus feliciores. Tertium, timere & semper solicitum esse, ne nobiscum immutetur fortuna: vento namque in constantior est, & rotæ insistere dicitur, sic vt in eodem statu sistere nequeat. Quartum, gratiam referre Deo de largito nobis secundo successu, ne ingrati videamur, sed DEVM, vt maiora conferat, illectemus, Dei non obliuiscamur præ fortunæ felicitate, & temporis.

31 Tempus & locus, non sunt de substantia in priuata scriptura: *vt in l. cùm tabernam, §. id. quæsiit, ff. de pigno.* sed in publi. sunt de substantia: *vt l. optimam, C. de contrahend. & commit. stipula.* vide limitationem vnam per Matth. Mathesila. *in singula. suo 45. incip. nota quod tempus.* ¶ Et licèt in scriptura priuata, ad probationem debiti non requirantur dies & locus, *vt in l. publica, in fi. ff. depos.* quòd autem ad probandum prioritatem vel posteritatem temporis requiratur dies, quia aliter apparere non potest. Et alium casum in legitimatione filiorum naturalium, quòd videlicet in ista scriptura legitimationis requirantur dies & locus, notauit per iura Gabr. Saraij. *in addi. ad d. singula. 45. Matthe. de Mathesila. vide.*

32 De tempore instantiæ quando incipiat currere, & quando finiatur, & alia notaui supr. *in lit. I. versi. de instantia.* ¶ Sed de tempore, seu instantia prosequendæ appellationis, quòd quidem per compromissum suspendi, sed non prorogari possit, notauit, & assignauit rationem diuersitatis, Matthe. Mathesila. *in sing. suo 24. incip. nota quod tempus:* & disponitur de ista materia ad plenum, & est ibi bonus tex. *in Clem. quamdiu de appella.* secùs est in tempore dato ad appellandum, quia non potest per aliquem partium consensus suspendi, prout singulariter notat Bal. *in Auth. ei qui, C. de appellatio.* & istud sequitur per rationem paul. Castr. *in l. 2. ff. de re iudica. & ibidem,* tenet Roman. subdens, quòd tamen tale tempus ad appellandum poterit consensu partium minui. *per l. fin. §. fin. C. de temp. appella. docuit Gabr. Saraij. in add. sua ad sing. 22. Matth. Matthesila.*

33 De temporum extensionibus. Dispositum à testatore, mandatum, confirmatum, concessum, vel aliquid aliud simile factum, ita, vt habeat robur, vel valeat de tempore præsenti, an extendat se ad facta de præterito, vel relatum ad futurum, an se extendat ad præteritum, vel præsens, & econtrà, declarant pulcherrimè per exempla, *Alexa. de Imo. in consi. 146. vol. 5. col. 2. in prin. cum sequen. & Hippo. de Marsi. in repe. Rubr. ff. de fideiuss. à num. 78. vsq. ad num. 87. vide.*

34 Et de tempore præsenti benè argumentatur, & ducitur argumentum à præsenti tempore ad tempus præteritum: *tenent glo. Bal. & alij in l. ex persona, C. de proba.*

De tempore, & prioritate temporis. 35 Fundans intentionē suam in tempore, debet illud probare: *l. cum actum, ff. de nego. gestis, l. matrem, l. 2. & ibi nota. C. de proba. l. de rebus, C. de dona. ante nupt.* ¶ Et sufficit, quòd probetur prioritas temporis per diem antè, vel per horam seu momentum: argumen. *l. inter eos, ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si fundus, §. si duo, in gloss. ff. de pigno.* si autem vterq; probat de tempore per instrumentū, in eadem charta conscriptum, præualet illud, quod præcedit: quia prioritas scripturæ denotat vel donat isto casu prioritatem temporis: *argumen. l. si seruus communis, ff. de stipula. seruo. Bald. in l. de rebus, C. de dona. ante nupt.* ¶ Et probans de tempore obtinet, aduersario nihil in contrarium probante: *Cyn. in d. l. de rebus.* ¶ In dubiò autem iudicamus de prioritate temporis, pro fisco, & pro dote: hæc omnia notat Ioan. de Plate. *in l. 1. in 2. colum. C. de iure fisci, lib. 10.*

36 Imò publicatis etiam attestationibus, potest de nouo super tempore, vel qualitate eius, quod primò fuit inductum, etiam in eadem instantia, fieri probatio: *d. Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. in princ. 3. colum. c. ex tenore, extrà de testibus: vbi tamen vide glossam & Abbatem:* videndum & considerandum tamen erit, vt cesset timor subornationis: *secundùm Clemen. 2. de testibus, & ibi per notata Francis. de Zabarellis.* ¶ An, quando, & in quo casu ex temporis prioritate detur creditori prælatio, *vide notata supr. in lit. C. versic. de creditore & præla. eius.*

37 De cursu temporis, quando fuit antiquum factum, an & quando pœna eius propterea debeat mitigari, notauit Hippo. de Marsil. aliqua, *in singula. suo 454. incip. cursus temporis.* ¶ Temporis lapsus, ex quo mora apparet, in quibus casibus alicui noceat, vide aliqua, quæ dixit Hippol. de Marsil. *in singula. suo 284. incip. tolle mora, & notaui supr. in lit. M. versi. de mora.* De temporibus præscriptionum, *supr. in litera P. versic. de præscriptionibus.*

38 Et post temporis lapsum, quòd postea quis non admittatur ad faciendū id, quod infra tēpus facere debuisset, notauit aliqua Hippol. de Marsil. *in singula. suo 489. incip. quando à lege.* ¶ De tempore exequendi sententiam, habetur in gloss. fin. *l. fina. C. de executio. rei iudica.* dicit, quòd sit spacium quatuor mensium regulariter: quandoq; tamen iudex arctat prædictum spacium, quandoque prorogat, pro causæ qualitate, vel quantitate, vel personarum obsequio, seu contumacia: sed perrarò, (dicit) intra statutum

statutum tempus iudices exequentur: veluti si alimenta aliquibus constituantur, vel minori subueniatur: *l. 2. ff. de re iudica.* & si aliàs fieret abbreuiatio, supplet lex vsq; ad quadrimestre tempus: dicit gloss. *per l. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudica.*

39 Sed in foro Saxonico comuniter tempus ad exequendum obseruatur, sex hebdomadarum & trium dierum: nominatur eine Sächsische frist/ ad stylum fori referirt vnd gezogen. ¶ De tempore intra quod debeat peti restitutio in integrum, notaui sup. *in lit. I. versi. de Restitu. in integrum.* Vide de têporibus, intra quæ quid sit agendum, Dyn. de Muxella. & Oldend. *in tractatib. præscriptionum. & Rogerium in suo dialogo præscriptionum.*

40 Tenor inuestituræ semper est attendendus quippe qui adeo est potens, vt deroget omni naturæ feudorum: *vt docet Bald. in prælud. feud. in 4. diuis. nu. 47. per c. 1. de duobus fratrib. de nou. benefic. inuestit. 16. propter tenorem inuestituræ.*

41 De tempore, *Marsi. multa de ban. v. tempus & verb. expectatur, n. 4. & seqq.* ¶ De eius effectu multa, *Marsi. d. lo. n. 74. & seqq. vsq; ad 83. Fœn. c. 27. de mom. temp.* ¶ Temporis longinquitas non rarò minuit pœnam: *Couar. var. resol. lib. 12.* de temporis longinquitate, *Marsil. d. lo.* ¶ Tempus quod dicatur Modicum siue Momentaneum, Breue. Mox Statim in continenti & simil. quod item longũ: *Fœn. de mom. temp. c. 11. per tot. & c. 12.* vel vno momento vno contextu, *c. 16. n. 5.* ¶ Quis probet tempus magnum vel modicum, & quæ iudicis sint partes circa illam qualitatẽ: *Fœn. c. 13.* ¶ Et quot modis eod. momento quid dicatur factum: *Fœn. de mom. c. 16.* ¶ Temporis prioritas quomodo detegatur vel probetur: *Fœn. c. 18.* ¶ Quando plures in puncto temporis concurrunt & disputant, quæ decisio facienda. *Fœn. de mom. c. 24.* ¶ Tempus immemoriale alicuius rei quomodo probetur, *Capyc. dec. 193. Guid. Papæ dec. 193. n. 3.* ¶ Tempus antiquum quod dicatur in materia probationũ, *Men. lib. 2. c. 3.* quod item in sententia lata, *c. 4.* ¶ Tempus longũ quod dicatur in locationib. bono. Ecclesiæ: *Men. lib. 2. c. 4.* ¶ Antiqua iura non debent ignorari, vide in hanc sententiam Laurent. Castell. *in pr. tit. Inst. de testa. ord. n. 18.* ¶ Et antiquitas semper veneranda: *ibid. fol. 28.* & antiquitatis gratia multa in iure disposita inueniri, *ibid.* ¶ Tempus contractus attendi debet: vt puta, minoris Læsio tempore contractus, Donatio in officiosa tempore donationis, Instrumentum liquidum tempore executionis: *Seraph. priu. 77. nu. 10. & Seraph. priuil. 83. nu. 91. & seqq. vbi plura exempla, declara vt n. 95. ibid.* ¶ Præsumtio in antiquis quid valeat, *Afflict. dec. 13.* ¶ Tempus probatur meliùs scriptura, quàm testib. *Marsil. de ban. in verb. tempus, n. 35.*

Tempus in dubio semper accipitur pro côtinuo, nisi expressè dicatur, quòd sit vtile: *Coler. p. 4. c. 1. n. 200.* ¶ Tempus ad aliquid faciendum de iure præfixum, dicitur vtile, nec currit ignoranti, vel impedito impedimento facti vel iuris: *Coler. p. 2. c. 3. nu. 378. fol. 537.* ¶ Tempus indeterminatum est in arbitrio iudicis: *Marsi. de ban. verb. tempus, n. 1.* sicut res, *n. 2.* & pœna, *n. 3.* ¶ Tempus facilimè cadit è memoria testis: *Marsi. de ban. verb. tempus, n. 29.* & magis creditur testi deponenti dubitatiuè de tempore, quàm ei qui certitudinariè, *n. 30.* & testis qui non recordatur de tempore, tamen probat, *nu. 31.* lim. nisi tempus esset de substantia probationis, *num. 32.* item nisi omnes dicerent se non recordari, *n. 33.* ¶ De annorum computatione, *Couar. var. resol. c. 12. lib. 1.* ¶ Verba præsentis & præteriti temporis quando trahantur ad futura: *Marsil. de bannit. in verb. expectatur, num. 4. & multis seqq.* ¶ Tempus in iudicio deductum, an & quando præsumatur, *Men. lib. 2. præsumt. 49.* 42

Tempus testamenti vel mortis quando inspiciatur, quoad augmentum vel diminutionem legatorum: *Dauth. de testam. n. 169. & seq. fol. 320. ibid.* quando dispositio præsentis temporis trahatur ad futura. ¶ Tempus si non adiectum sit obligationi, quando quis interpellari possit, vt morosus: *Coler. p. 3. c. 3. nu. 5.* ¶ Tempus quod statuendum promissori, vt quod in loco dare promisit soluat: *Men. lib. 2. cas. 2.* ¶ Tempus immemoriale censetur 100. annor. *Marsi. de ban. v. tempus, n. 36.* ¶ Tempus solum non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis: *Pruck. de regal. c. 5. n. 50. latè.* 43

Quando tempus est fundamentũ Intentionis alicuius, tunc tenetur ille tale têpus præcisè probare, aliàs succũberet: vt si dico, me tibi tali têpore mutuasse, si de hoc têpore nô probo, succumbere debeo: *l. matr. C. de prob. gl. in l. eum actum, vbi Bar. de nego. gest. vide Ias. in Rub. C. qui admitt. & ibi Goz. Fel. in c. 2. in 13. col. de Rescrip. Alex. in consi. 16. volu. 5. fol. 18. n. 1. in causa & lit.* 44

Ex têporis diuturnitate præsumuntur omnia solenniter acta: *l. 1. §. 1. de acq. hær. vide l. aduersus, C. de vsuc. l. cum de in rem vers. de vsu.* ¶ Mandatũ tamen nunquã ex diuturnitate têporis etiam centũ anno. præsumitur, nisi probetur: *vide sup. in v. Mand.* ¶ De hac regula, an ex diuturnitate temporis præsumatur Authoritas vel præsentia iudicis interuenisse, *vide latè Ias. in l. 1. in 4. & 5. col. C. qui admitt. Br. in l. si filius, C. de pet. hær. & in l. sciend. de v. obl. vbi omnes & Fel. in c. sicut, de re iud. vide latè Goz. in d. l. 1. C. qui admit. vid. sup. in v. solennitas.* 45

¶ Tempus

¶ Tempus à lege vel statuto præfixum, quando ignoranti currat? vide cum mille concordantijs, D. Alex. *in l. quamdiu*, C. *qui admitt. post Bal. & Salic. & post illos Ias.* ¶ Quòd debeat attendi, vide Alex. *in consi. 40. volum. 6. num. 7.* ¶ Et in omni materia, tempus statutum ad aliquid faciendum, non currit ignoranti, sed incipit currere à tempore scientiæ: *vide latè Francisc. Curt. consi. 7. fol. 81. colum. 1.*

46 Tempus vtile quid sit, *vide gl. in §. fi. Inst. de bon. poss.* ¶ Tempus à lege statutum in actibus fiendis vel complendis, non potest per iudicem prolongari: *vide Abbreu. glo. est in Auth. offeratur, C. de lit. contest.* ¶ Tempus indefinitum decennio finitur: *l. fine defuncto, de pœn.* ¶ Ad tempus prohibita, post tempus videntur concessa: *l. Imperator, ff. de postul.* ¶ Qui tempore nundinarum promittit, ante vltimũ diem nundinarum conueniri non potest: *l. eum qui certarum, ff. de v. obl.* Sic & illa conditio, si ad annum 15. peruenerit, non dicitur impleta, quando is est ingressus 15. sed requiritur, quòd vltimus annus sit completus, quanquam sufficit cœptum esse vltimum diem: *l. non putabam, de cond. & demonst.* ¶ Quando adijcitur tempus certæ ætatis, vltimus annus debet esse completus: *Barto. in l. si cui legetur, la. 1. de leg. 1. l. qua ætate, de Testa.*

47 Tempus præteritum, de propria significatione non claudit præsens: *l. si quis id quod, vbi Bart. & Moder. not. vbi inducit ad q.* ¶ Tu tamen vide tex. *in l. si quis, §. fin. ff. de incend. rui. nauf.* quem Barto. ad hoc dicit mirabilem & singularem: quòd participium præteriti temporis verificatur ex tempore præsenti, vel in continenti elapso: quod nota. ¶ De præteritis ad præsentia præsumitur: *l. non ignorabit, ad exhib. l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ex quibus cauß. vide in verb. præsumptio.* ¶ Præterita & præsentia semper certa sunt in rerum natura, licèt quandoque quò ad nos incerta sint: *l. cum ad præsens, ff. si cert. pet. Barto. in l. ventre, in 3. colu. in 1. opp. de acq. hæred. vide Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in vlt. q. ad fin. ibi ad rationes, de verb. oblig.* ¶ Tempus illud frustra expectatur, cuius euentus nihil operatur: *arg. c. cum contingat, de off. delegat. Goz. in l. omnes populi, fol. 24. fa. 2. de iust. & iur.* ¶ Tempora distingue, & cõciliabis scripturas: *gl. in l. 1. C. de accus. gl. in l. 3. de supell. leg. Bart. in l. apud antiquos, §. nos autem, C. de furt. gl. in c. si Ecclesia 23. q. 4.*

48 Interuallum temporis modicum est vnus dies: an autem dies artificialis vel naturalis, *vide Soc. in l. 1. §. 1. de verb. obl. vbi Bar. & alij.* ¶ Quale sit tempus modicum? Dic, quòd hoc relinquitur arbitrio iudicis: *vt per gl. in l. si ita quis, §. Seia, in verb. modicum tempus, de verb. obl. & Bart. in l. si insulam, in 2. oppos. 1. part. eod. tit.* ¶ Sic etiam quæ causa sit Minima, arbitrio iudicis relinquitur: *vt per Ias. latè post alios in l. Imperium, in vlt. colu. ff. de iurisdict. omn. iud.*

Serò & Manè quando dicatur, & quando Nox: vt sciatur, an delictum de nocte, an die, an serò, an manè sit comissum, *vide sup. in verb. Dies, & alia pulcra.* ¶ Quando aliquid dicatur de sero factum, declarat Barto. *in l. qui duas, §. hac conditio, De ma. test.* ¶ In computatione temporis limitati à iure, sufficit tangere vltimum diem, & annorum vltimũ annum: interdum tamen de momento in momentum quærimus: *vide supr. in v. Dies.* ¶ Tempus quo nox efficitur, est dies: & tẽpus, quo dies efficitur, est nox: *Bar. per illum tex. in l. qui duas, §. hæc conditio, De ma. test. Bar. in l. aut facta, §. tempus, ff. de pœn.* ¶ Paria sunt, aliquid fieri tempore licito, vel etiam illicito, & conferre in tempus licitum: *l. in tempus, ff. de hær. inst. Br. & Bl. vide de hac regula in l. quod sponsa, C. de Donat. ante nupt.* Hoc limitatur, nisi de præsenti aliquid turpe contineat, *ita limitat post Alex. Ias. per illum text. in l. fi. C. de pact. in 4. not. in 3. col.* ¶ Quando aliquid confertur in tempus prohibitum vel illicitum, non valet actus: *l. Stichus seruus, ff. de ma. test.* 49

Tempus belli & tempus pestis æquiparantur: ergo sicut vno tempore non currit præscriptio, sic nec altero: & vtroq; tempore valet testamentum cum minori numero testiũ, quam septẽ: *vide Ias. latè in l. fi. C. de test.* 50

De Terminis.

Vide quæ notaui suprà, *in lite. D. versi. de dilationibus, ibi dixi* de dilationibus concedendis ad probandum, iuramentũ præstandum, beneficium acceptandum, & de multis alijs. ¶ Istis autem addas huc: quando diffamanti aliquem, ad instantiam diffamati, ad actionis vel accusationis prosecutionem, terminus à iudice fuerit præfixus, & diffamans non prosequatur sine causa, ampliùs elapso termino non audiatur: adeò quòd iudex interloquendo, & imponendo ipsi perpetuum silentium, potest eum priuare effectu actionis: *Ieron. Schurff. in consi. 75. n. 6. 7. & vlterius, & consi. 34. nu. 3. & 4. cent. 1.* Iudicis enim auctoritas non debet esse ludibrio: *l. si prætor, ff. de iud.* & si non agat, vtiq; contemnitur auctoritas iudicis: *c. pastoralis, de except.* ¶ Et ex prædictis nota practicam, l. diffamari, *C. de ingenuis manumissis.* 51

De termini lapsu. Termini lapsus præcludit viam contumaci: *l. mancipium, & ibi Bart. ff. de optio. lega.* Necesse tamen est, quòd contumacia sit accusata, & iudex super cõ- 52

tumacia interloquutus fuerit, *prout notaui supr. in lit. C. versi. de contumacia.* ¶ An autem post termini lapsum, etiã statutarij, possint produci publica instrumenta? notat Hipp. de Marsi. *in sing. suo 283. incip. lapsus termini, remittit legentem ad multa iura, inter alia in fine, in quibus casibus admittatur probatio post terminum.*

53 Sed nota, quòd induciæ probationis sint arbitrariæ de Iure Canonico & ciuili, adeò quòd sint in arbitrio iudicis repositæ, pro qualitate personarũ, & loci distantiæ cõcedendæ. *Bal. & moder. in l. 1. C. de dila.* ¶ Nach Sachsen Rechte / seind es regulariter Sechs Wochen vnd drey Tage: *Art. 62. lib. 1. LandR.* Vnd fehet der termin an nach den zehen tagen / wann das Vrtheil sein krafft erreicht / dann vor der zeit mag es kein Vrtheil genant werden: *de quo plenè per Abb. & alios in rubr. ext. de re iudica.* Vnd solchs wann das Parth bedenckzeit der Vrtheil genommen / sonsten wann das Vrtheil acceptirt vnd gelobt / gehet auch von stund an die zeit der beweisung / weil es darmit sein krafft erreicht: *adde gl. fina. in Art. 6. lib. 2. LandR. & gl. in c. 70. LehnR. tenet Chilian. Köning.* in practica sua, in cap. 7. Von der beweisung der Gezeugen vnd dem termin.

54 Die Rechte haben heilsamlich versehen / disponiren vnd wollen / quòd qui debuit aliquid facere in termino, si intra illum facere neglexerit, postea non audiatur: siquidem præfixio termini ad aliquid faciendum excludit facultatem faciendi post terminum: *vt probat Salyc. in l. scimus, §. similiq; modo, & Bl. in §. cum igitur, in ead. leg. C. de iur. delib.* Et lapsus Termini renunciationem inducit: *asserente Bald. in sua pract. in quæst. circa appellationem q. 3. nu. 3. per l. fin. C. de his qui à non, & l. quam diu, in fin. De. acquir. hæred. fac. l. ab accusatione, §. destitisse, ff. de Turpill.*

Et quòd terminus probatorius sit peremptorius & exclusiuus, notauit Abba. *in c. cum in tua, ext. qui matr. accusa. non poss.* Intellige omnia, non probato iusto impedimento: *Art. 7. & ibi gl. lib. 2. LandR.*

55 Et quòd terminus probatorius legatis nunquam sit peremptorius, quando probari potest de legitimo impedimento, dixit Aluaro. *in titu. quo tempore miles, in vsibus feudo. c. 1. col. 3. versi. nota argumentũ, in vsib. feudo.*

56 Sic potest dici, quando nuncius fuit in mora, vel ex parte iudicis prouenit parti impedimentum: quia tunc terminus non habetur pro circumducto: dicit, sic de nuncio decisum esse in Camera, Mynsing. *in obseruat. 62. centu. 2.* ¶ Et casus plures, in quibus tempus ad probandum non currit, cõscripsit idem Mynsing. *in obseruat. 99. cent. 2.* ¶ Propter termini lapsum in obligationib. dandi vel faciendi, quomodo quis constituatur in mora, & ad quæ teneatur, vide ea, quæ notaui supr. *in lit. M. vers. de mora, & in lit. O. versic. de obligationibus.*

57 Dies assignationis termini, an computetur in terminum, *Vant. Rubri. de null. ex defectu iurisdict. ord. nu. 160. fol. 264.* ¶ Iudex ex officio reo debet terminum dare in delictis ad suas defensiones: *Asin. de exec. §. 3. c. 158.* ¶ Auditur quis semper post terminum, siue ad agendum, siue accusandum, siue testes inducendum, siue proponendum, siue ad probandum, vel aliud faciendum, quousq; decretum interpositum fuerit, eum cui terminus stabilitus fuerit, esse contumacẽ, & de cætero non audiendum: *Viuius lib. 1. dec. 187. n. 9.* ¶ Sententia non valet, nisi proferatur die assignata in citatione: *Viuius lib. 1. dec. 154.* ¶ Non currit terminus datus, donec disputatur de alijs impedientibus probationem ipsam: *Viuius dec. 286. lib. 2.*

58 Terminus potest statui per iudicem, vt actor agat, & de iure suo proponat: *l. diffamari, C. de ing. ma. gl. in l. sed & si per prætorem, §. sed & si cum decreto, ff. ex quib. caus. mai. vide Dyn. in c. indult. de R. I. lib. 6.* De hoc termino, & an sit peremptorius, vide Ias. *in l. fin. in 3. col. de Fer. & Latè Dec. in c. licet causam, in 4. not. ext. de probat.* ¶ Et talẽ terminum agendi vel docendi de iure suo, iudex statuere nõ potest, nisi saltẽ bina monitio interueniat: aliàs per lapsum termini non excluderetur: *vide pulcrè Ias. post alios in l. rem quæ nobis in fi. ff. de acq. possess.* ¶ Termino ad accusandũ dato si quis non accusat, postea non auditur: *l. si ea, C. qui accus. non poss. & l. Titia, ff. de accusat.* ¶ Sic & in ciuilib. si daretur terminus ad agendũ, postea quis nõ audiretur: *l. si eo tempore, C. de remiss. pig. l. diffamari, C. de inge. man. & not. in l. 1. C. vt nemo inuitus, & per Dyn. in c. indultum, de R. I. lib. 6. per gl. & Bart. in l. Papinianus, §. si quis post rem, ff. de inoff. test.*

59 Si iudex cum causæ cognitione statuat tempus actori, intra quod agat, vel reo, intra quod exceptiones opponat, repellitur post illud tempus, quasi lapsus tẽporis tacitam renunciationẽ inducat: *ff. de hær. inst. l. si quis instituatur, §. item si conditioni, C. qui accus. non poss. l. si ea, vide Dyn. in c. indult. de R. I. & in c. mora, in fi.* ¶ Et debet iudex in assignando talẽ terminum dicere, & si infra assignatum terminũ non egeris, ex tunc prout ex nunc te in futurum non esse audiendũ: *ita Cæp. in cautela 167. vide de hoc termino sup. in verb. actio.* ¶ Quando aliquid debet fieri infra terminum, tunc pars aduersa non est citanda, si hoc fiat vltima die termini: *ita Bar. in l. 2. in 1. not. C. de tẽp. appel.* ¶ An dies termini cõputetur in termino, *vid. Ias. in l. 1. col. 4. si quis cautio.*

60 Terminus 4. mensiũ ad soluendum debitorib. datur: *vide Soc. in reg. 396. vide sup. in v. solu. & in v. Debitor.* ¶ An lapsus termini in contractu expressi liberat ab oblig. *vide Abb.*

post

post gl. in c. sicut. ext. de Sponsal. ¶ Post terminum licèt aliquid fieri non possit, tamen, quod factum est, post terminum declarari potest: *Ioan. Andr. in Add. Specul. in tit. de Test. §. nunc videndum, not. Bald. in l. 1. §. huius studij, col. 1. ff. de iust. & iur. vide Philipp. Dec. in cons. 26. vol. 1. in 4. col. prope finem*, ad quod optimè facit Reg. Quia declaratio nihil noui tribuit, sed tantùm illud, quod est, ostendit: *l. adeò, §. cum quis, ff. de rer. dom. l. hæres palàm, §. si quid post in fin. ibi.* Nihil enim nunc dat, sed datũ significat: *ff. de Testa. vide supra in verb. declaratio.*

61 De termino statuto à iudice ad probandũ siue ab homine, siue à lege, *vide Ias. in l. admonendi, in Repet. col. 35. ff. de iureiur. vbi effectus mirabiles habes, vide etiam in verb. testis, supr.* ¶ De termino illo statuto ad probandum, quòd sit peremptorius, etiãsi hoc nõ dicatur cum ampliat. & lim. *vide D. Ias. post Bart. & alios, in l. fin. vbi latè, ff. de Ferijs.* ¶ Si terminus datus est ad probandum, sufficit infra illum terminũ testes iurasse, licèt non deponant, sed post terminũ, quia iuramentũ, non depositio, in testibus attenditur: *not. in l. damni, §. Sabin. de damn. infect. vbi Bart. & Ang. Alb. de Ros. in tract. suo de Testib. in 1. part. princ. fol. 23. col. 2. in fin.* ¶ Termino ad probandũ assignato, pendente termino, testes non possunt produci, nisi pars citetur ad videndum iurare testes: *Alb. in Ros. in tract. de testib. in 3. part. fol. 53. col. 3.* ¶ Dispositio, quæ habet locum in existente in termino, habet etiam locum in existente in via, & prohibitum in termino, intelligitur etiã prohibitum in via: *l. quò minus, ff. de flum. vbi Ias. not. in 9. not. in fin. 4. col.* Contrarium tamen huius voluit, idem Ias. *in l. 2. in fin. ff. de iurisd. om. iudic. & in l. si quis id quod, eod. tit. vide in verb. iter.* ¶ Et an prohibitum in termino, censeatur prohibitũ in via, *vide infr. in verb. via, & sup. in verb. iter.*

De Tertio, seu de Tertia persona.

62 QVando tertia persona interuenit processui, & producit articulos interuentionales, qualiter examinentur, an sint pertinentes, an verò impertinentes, & quo casu reijciantur, quomodo contra tertiã personã excipiatur, & quòd de suo interesse probare debeat, saltem summariè docuit Geyl. *in obseruat. 69. lib. 1.* sed quòd tertius pro suo interesse ad caussã interuenire possit, (*summatim sciendum, interuentionem fieri ad triplicem effectum, vt agentem remoueat, vt eum defendat, eiuè assistat, vt exetutionem latæ sententiæ impediat.*) & quomodo ad causam admittendus, (*In eo statu assumat caussam, in quo reperit eam.*) in quibus casibus interueniens iure speciali vtatur, (*quòd tertiò prouocare potest, impedire executionem trium sententiarum conformiter latarum, inhibitio vel reuocatio attentatorum contra eum non procedat, iudicem post litis contestationem recusare possit, clausulâ rescripti, appellatione remotâ, non obstringatur.*) de istis notauit d. Geyl. *in obserua. 70. 71. & 72. d. lib. 1.*

An & quando tertia persona possit impe- 63
dire executionẽ vel non, (*distinguendũ primò, an in alia re executio fiat, quàm super qua sententia lata est, & impediet tertius executionem: an super eadem, & subdistinguo: inter possessionem vacantem, & impediet tertius executionem, nisi vel præsumptio calumniæ contra eum sit, vel sciens controuersiam tacuerit, & inter possessionem, quam alius tenet, & non impeditur executio, sed præstatur tertiò interueniẽti cautio: G. & M.*) docuit Mynsing. *in obserua. 73. cent. 3.* ¶ De annotatione rei, à tertio possessore, & quousq; prescribat hypothecariam, notauit Cremen. *in singul. 62.*

Vide Couar. pract. quæst. c. 13. & 14. & c. 15. de 64
illo, qui à sententia inter alios lata appellat, quia eius intersit, *& c. 16.* de tertio, qui vult executionem sententiæ inter alios latæ impedire: *c. 16. Caual. decis. 10. de Iudicijs, fol. 35. Asin. d. §. 4. c. 129. n. 3.* licèt ille tertius tantũ habeat ius pignoris: *ibid. & c. 132. n. 2. & 3. vbi lim. Andreas Fachin. in lib. 1. controu. iuris, c. 5. Asin. de exec. c. 88. §. 4. & c. 129. n. 3.* ¶ Oppositio de iure tertij, (*Rosenth. de feud. c. 6. concl. 77.*) quãdo valeat, & an in petitione hæreditatis insolidum per cohæredem facta possit opponi de iure alterius cohæredis, *Anton. Tessaur. decis. 4. Vide item Caualc. in indice, verb. Exceptio de iure tertij. VVesenb. ad Schneid. §. retinendæ, n. 64. Inst. de interd. fol. 1044. Br. ad l. 2. de except. rei iud. & Ludol. Schrad. in tract. feud. p. 10. sect. 15.* ibid. notat sedes huius materiæ.

Iudex de iure tertij ex officio potest op- 65
ponere, quando in iudicio de eo constat: *Asin. de exec. §. 3. c. 29. & c. 230. item pars ibid.* ¶ Itẽ tertium particulare iudicium mouentẽ reijcere potest: *Asin. d. §. 3. c. 75.* ¶ Ex iure tertij si quis iuuare non potest, à quo nullum ius habuit: *Raud. de anal. lib. 1. c. 25. n. 13. lim. 8. modu, vt Thess. dicto loco.* ¶ Ex iure tertij nulla cuiquã oritur exceptio: *VVesenb. in paratit. tit. de except. in ff. n. 8.* ¶ Exceptio de iure tertij obijci potest, quando est exclusiua intentionis agentis: *Men. de præs. lib. 3. præs. 51. n. 20. fol. 793.* ¶ Conuentio de iure tertij facta, mutari & reuocari potest, re adhuc integra: *Moll. lib. 4. semestr. c. 9.* ¶ Tertiò, res inter alios acta, neq; extra iudicium, neq; in iudicio nocet, ita vt huic liceat, quod principali nõ licet. Vide *10.* illationes *in Schra. ad l. admon. n. 180. ff. de iureiu.*

Tertius pro suo interesse nõ citatus, potest 66
adesse liti motæ per aliũ: *vide Bart. in l. si. susp. ff. de inoff. test. vbi Paul. & l. si perlusorio, ff. de Appell. vbi latè Bart. Can. in c. cum super, de re iud. Lanfr. in c. quoniam contra, de probat. in fin. c. vide supr. in verb. Sententia, vide Alex. in cons. 30. vol. 6. in fi. cons.* ¶ Et tertius potest comparere in iudicio post sententiam, quæ in rẽm iudicatã transiuit,

ſuit, & impedire executionem: *vide Alex. in conſ. 15. vol. 6.* ¶ Res inter alios acta, quando tertio præiudicet, & quando non, *vide Anto. de Tremol. in add. ad Vber. de bona curſo, in tit. de Excep. & beneſi. quæ poſt diff. ſent. opp. in verb. & interdum.*

De Territorio.

67 TErritorium quid ſit, & quę comprehendantur ſub iſta voce, & vnde deriuetur, & in quibus differat territoriū à iuriſdictione, vide Decianum *in conſ. 123. vol. 3. num. 17. & 23. cum alijs ſeqq.* Quidq́; conceſſo territorio conceſſum intelligatur? nempe omne ius, quo ipſe vti poterat in loco conceſſo, excepta ſuprema poteſtate: *l. traditio, ff. de acq. rerum dom. l. in modicis, ff. de contrah. emptio.*

68 Venirent etiam in conceſsione territorij emolumenta in mari & aquis: mare & aquæ enim veniunt ſub nomine territorij: *Geminia. in c. vbi periculum, §. porrò, per gloſſ. ibi, de Electo. in 6.* Quid conceſsio territorij cōprehendat, quando addita ſunt verba, cum pertinentijs, declarat Decian. *in d. conſ. 123. vol. 3. num. 27. & ibi in ſeqq. de pertinentijs pulcerrima docet.*

69 Conceſſo territorio, etiam quod alluuione vel fortuna accedit, dicitur cedere cōmodo Vaſalli, niſi ſit reſeruatū expreſsè domino: *c. 1. §. ſi quis de manſe. de controuerſia inueſtitu.* ¶ Et tandem quòd ſub conceſsione territorij confinali, omnium iſtorum bonorum intra confines exiſtentium: & non priuatorum emolumenta, incrementa, acceſsiones, pertinentiæ, præſentium & futurorum, in aucupationibus & præſtationibus prout concedens vti poſſet, ſi non conceſſiſſet, comprehendatur, conſuluit *in d. conſil. d.* Decian. *num. 30. & in pluribus ſeqq.* Et quæ deniq; videantur conceſſa per cōceſsionem territorij, colliguntur ex conſiderationibus Decian. *in d. conſ. num. 39. vſq; ad num. 74. & ibi multa bona de alluuione & incrementuo, quòd accedant beneficiato.*

70 Quòd conceſsio territorij etiam comprehendat ius piſcationis & venationis indefinitè, niſi præſeruatum ſit, vel etiam limitatiuè ſit conceſſum, Decian. *num. 75.* & habes in hoc conſilio bona de alluuionibus, acceſsionibus & incrementis, quòd omnino accedant bonis à principe cōceſsis, niſi ſint reſeruata principi, vel ſint priuatorum.

71 Sed alluuionis iuri an præſcribatur? quòd ſic, ſed quibus modis eiuſmodi præſcriptio interrumpatur, conſuluit Decian. *in conſ. ſequenti 124. vol. 3. per totum.*

De Teſtamentis.

72 TEſtamenti definitio, habetur *in l. 1. ff. de teſtam. & in §. ante hæredis, Inſtit. de lega. & in l. pe. §. Calphur. ff. de his, quæ in teſta. delentur:* & iſtius diffinitionis verba examinauit *Rolan. in tract. ſuo de teſtam. 1. parte, ff. Rubr. 3.* ¶ Quid ſit teſtamentū, & vnde dicatur, & ſecundùm l. 1. diffiniuit *Clar. in tract. ſuo de teſta. quæſt. 1. & in quæſtione 2. docet.* quo iure teſtamenti factio ſit inuenta.

Diuiſio teſtamentorū illa eſt, quòd aliud eſt conditum in ſcriptis, aliud nuncupatiuū ſine ſcriptis: *Rolan. in 4. Rubr. de teſtam. diuiſio.* ¶ Sed de teſtamento nuncupatiuo ſine ſcriptis, & de teſtamento in ſcriptis, qualiter cōficiantur, quomodo cum confectis procedatur, & quid iuris de vnoquoq; in ſuo genere, *docuit d. Rolan. in d. tract. ſuo de teſtam. in 1. par. ſſtorum, in Rubr. 62. & 63. Iul. Clar. in tract. ſuo de teſtamentis, lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum, in 3. quæſtione,* plures alias teſtamentorum fecit diuiſiones: *ibi vide.* 73

Teſtamentum autem poteſt impugnari multis modis: primò, ratione perſonę teſtatoris, cuius conditio eſt conſideranda, an ſit teſtabilis nec ne: poteſt autem teſtari, quicunq; non prohibetur: *l. ſtatim, C. de religioſis & ſumtibus funerum.* 74

Teſtari autem prohibentur aliqui ratione conditionis, vel alienæ poteſtatis: prout ſunt ſerui aſſcriptitij, Monachi vel Canonici regulares, filiusfamilias & alij, qui non habent proprium, nec arbitrium voluntatis: Item interdictus bonis à lege: ratione infidelitatis, nempe hæreticus, & fautor hæreticorū, nolens ſatisfacere infra annum: ratione incertitudinis de ſtatu ſuo: ratione ætatis, veluti impuberes; reſpectu imbecillis conſilij, vel vitij animi, vel mentis, prout ſunt furioſus & mente captus, prodigus, ſurdus, & mutus à natiuitate.

Item condemnati teſtari nō poſſunt, ad mortem ciuilem vel naturalē: quid de bannito & excommunicato, quid de obſidibus datis (*Certum eſt hos omnes teſtari non poſſe.*) pro captiuis populi Romani: item prohibentur damnati ob crimen famoſum, puta de crimine contra naturam: item rei perduellionis, id eſt, qui commiſerunt crimen lęſæ maieſtatis: quid de eo, qui eſt apud hoſtes, quid de cæco, vtroq; lumine carente, & quid iuris de exoculato propter crimē: *vide de iſtu Spec. in tit. de inſtr. editione, §. compendioſè, a nu. 1. vſq; ad num. 7. excluſiuè.* Et de iſtis omnibus, qui ita teſtari prohibentur, enumerat & declarat, *Rol. in tract. de teſtam. in 1. par. ſſtorum, in Rubr. 2.* quibus prohibitum ſit facere teſtamentum: *habes in gloſſ. fin. in §. fin. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſtamen. ſecundùm Roland. autem in d. Rubr. 2. num. 37.* 75

Vide addentem, quid iuris de vſurario, an, & quando teſtari poſsit, vel non: *& in num. 39.* quid de damnato ad perpetuos carceres: *& in additione fin. ad illum, num. 45.* de de- 76

de deferentibus arma ad infideles, Christianos expugnantes: ille dicit intestabiles sunt actiuè & passiuè: item serui eorum sunt ipso iure excommunicati, & bona eorum sunt confiscata: *c. ita quorundam, & c. ad liberandam, extra de Iudæis: sunt textus pulcherrimi.* Et de inhabilibus ad testamenti factionem actiuè & passiuè: nempe de filiofamilias, de bannito, de condemnato ad mortem, de deportato, de condemnato ad perpetuos carceres, de excommunicato, de infame, de vsurario manifesto, de prælato aut Clerico, de Monacho vel religioso, de spurio, de nepote legitimè ex spurio nato, de prodigo. *vide Iulium Clar. in tract. suo de testam. à quæst. 18. vsq. ad quæst. 33.*

77 Sed quæritur, an isti inhabiles de iure cõmuni possint testari, & testamenta eorũ an sustineantur, quæ sunt ad pias causas facta, & sic an fauore piæ causæ valeant? *vide Iul. Clar. in tractat. suo de testamentis, (vbi respondet, quòd non, præterquam in filiofam. qui accedente patris consensu ad pias caussas testari potest ex magis communi sententia; cætera tamen restitutio illo contenta non valeat.) in quæst. 5. & seqq. 6. & in quæst. 34.* quærit idem Iulius, an in testamentis ad pias causas factis, sint omnes solennitates iuris ciuilis sublatæ? & pulcherrimè respondet, (*quòd sic: solennitates enim iuris gentium duntaxat in eo obseruantur.*) vbi habes multos casus, in quibus fauore causæ piæ testamentum sustinetur, quod alias non valeret: *& in quæstione sequenti 7. habes quoq.*

78 Sed an prohibiti testari, possint, vel saltem disponere ad pias causas? *remittit Rolan. ad Panor. super Rubric. de testamen. vers. sed nunc quæritur de materia:* qui planè ibi materiam istam examinant: *vide Bart. in repet. l. 1. C. de SS. Eccles. post princip. apparatus sui, & ibi etiam per Bald. & aliquid per Ioan. Andr. in Nouell. in c. quanquam, in prin. 4. col. de vsuris, lib. 6.*

79 Sed testamentum cæci, licèt regulariter de iure communi non valeat: quomodo tamen in specialiter obseruandis sustineatur, vt bene valeat, & de forma testamenti à cæco conditi seu facti, *docet Rolan. in d. 1. par. flororum, in Rubr. 60. & 61.*

Quo remedio autem vltima voluntas filijfamilias, patre viuente, vires habeat & valeat, *notauit Ioan. Dilect. Durand. in tract. suo de arte testandi, cautela 1. de his, qui non habent factionem testamen.*

80 Mulier quo remedio possit disponere de rebus suis, sine consensu propinquorum, stante lege municipali, ne testetur sine consensu propinquorum, *idem Dilect. cautela 2.*

81 Quibus remedijs testari possint Clericus, Monachus, pupillus, furiosus, habens dilucida interualla, vsurarius, cæcus, non seruata forma seruanda, de qua suprà, surdus, mutus, & alij intestabiles, *docuit d. Ioan. Dilect. in d. tractat. in cautelis 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

De secundo modo impugnandi testamentum, *docet Specul. in titulo de instrum. editione,* & compendiosè *nu. 7.* & dicit ibi, quòd impugnetur ratione hæredis instituti, qui non potuit hæres institui: vel ratione legatarij, cui non potuit legari: hæc enim duo æquiparantur: *§. legari autem, Instit. de legat. & §. testamenti, Instit. de hær. qualita. & differen.* sed enumerat *ibi Specul.* personas vndecim, quæ institui, vel quibus legari nõ possit: 1. dicit, persona si sit incerta: 2. deportatus: 3. damnatus in metallum: 4. seruus de adulterio cum domina commisso si sit accusatus: 5. illicitum collegium, nisi probetur licitũ: 6. sunt incestuosi: 7. hæretici maioris hæresis fautores & receptatores: 8. apostatæ: 9. mulier infra tempus luctus nubens: 10. si institutus non sit in rebus humanis: 11. generaliter si est indignus: *ff. & C. de his quibus vt indig.* remissiuè subiungit de tabellione & testibus: nunquid possit illis in testamento, cui intersint, legari: de bannito, de deportato, de relegato, de condemnato ad perpetuos carceres, de excommunicato, de Monacho & religioso, an habeant testamenti factionem passiuam, ita quòd possint ex testamento capere & succedere: item de filio naturali & spurio, de nepote ex spurio nato: & tandem omnes personæ, quæ sunt Actiuè intestabiles, an sint etiam intestabiles Passiuè, quærit & respondet (*distinguens, an prohibitus sit testari ob crimen, & nec ex testamento capere poterit, an verò ob defectum aliquem, & hic capere potest ex testamento.*) de istis omnibus ordine, *Iul. Clar. in d. suo tract. de testamentis, à quæst. 19. vsq. ad quæst. 34. inuenies optima & scitu dignißima.* 82

Sed qua cautela excommunicatus testamentũ facere & incapacibus relinquere possit: Quo remedio relinqui possit fratribus minoribus annuus reditus, vel aliud immobile, *notauit Ioan. Dilect. in tract. suo de arte testandi, in cautela 10. & 11.* 83

Quibus remedijs possit pater in filios, non legitimos, sua bona transferre, *docuit idem Dilect. in cautel. 14.*

De tertio modo impugnandi testamentum, qui fit propter defectus solennitatum, respicientium formam probatoriã, & formã substantialẽ, *Decia. in cons. 86. vol. 2.* dicit, quòd testamentum imperfectum, ratione defectus voluntatis & solennitatis, nunquã possit sustineri, vel aliquem producere effectũ, neq; ratione liberorum vel piæ causæ. Et ibi in isto cõsilio *per Decia.* vide bona, tam de defectibus solennitatum iuris ciuilis, quàm statutarij. Et denuò dicit, *in nu. 5.* quòd actus defectiuus immutabiliter sit nullus, quando con- 84

concurrit defectus solennitatis iuris communis, ac etiam statuarij: *Specul. in d. tit. de instrum. editio. §. compendiosè, num. 8.* dicit de defectu solennitatis probatoriæ, vt quia testator non scripsit testamentum, seu ipse vel octauus pro eo non subscripsit, aut testes septem non sunt adhibiti: *l. hac consultißima, C. de testa. & l. fin. C. de codicillis.*

85 Et de ista solennitate probatoria in adhibendo septem testes, fecit mentionem *Iulius Clarus in tract. suo de testamentis, in quæst. 55.* & ibi tradit de qualitate testium, qui in testamento possint adhiberi, & esse testes vel non: imò *in sequenti quæstione 56.* dicit, quòd iste numerus testium septenarius, nō solùm sit de forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali: esse cōmunem opinionem, attestatur *secundùm Ripam, in l. nemo potest, ff. de lega. 1.*

86 Et circa istam solennitatem probatoriam, de testibus adhibendis, & qui adhiberi non possint, *docuit Roland. in 1. part. sstor. de testamentis in Rubric. 35.* de subsignatione & subscriptione, *in Rubric. 63.* de testamento in scriptis. In quam vim, & qualiter eiusmodi testamentum sustineatur, *consuluit VVesenbec. in cons. 85. par. 2. num. 14. & in sequen.*

87 Sed in quibus casibus, & quando numerus septenarius testium, vel aliç solennitates iuris cōmunis non requirantur, sed valeat testamentum etiā cum testium numero minori, & sine illis solennitatibus, *dixit d. Rolan. in de tractat. in Rubrica 35. de testibus*, in testamento adhibendis: *& Iulius Clarus in d. tract. de testamentis, quæst. 56. & 57. Speculat. in d. tit. de instrumen. editio, §. compendiosè, num. 9. & in sequentibus,* quærens ibi, an de consuetudine etiam, testamento carenti solennitatibus in numero testium, vel in alijs credatur & illud valeat. ¶ Sed quòd statutum, volens, quòd testamentum sustineatur cum vno teste, non valeat, *voluit Decian. in d. cons. 89. vol. 2. num. 6. vide.*

88 In testamento inter liberos sufficiunt & pauciores: *l. hac consultißima, §. ex imperfecto, C. de testa. ad pias caussas, c. cum esset ext. eod. Rustici, l. vlt. C. eo.* & eo, quod principi aut magistratui est oblatum & actis insinuatum: *l. omnium, C. eod. VVesenbec. in paratit. ff. in tit. de testamen. num. 10.* ¶ Sed error (*Cùm de probatione voluntatis agitur, septē testes requiruntur, & quidem ij ipsi, qui testationi interfuerunt: at cum de alijs qualitatibus vel solennitatibus extrinsecis, puta, numero aut rogatione testium, sigillo, &c. duo sufficiunt.*) omissæ solennitatis in testamento, quomodo probari debeat, & quot testes in eo probando requirantur, saltē videlicet duo quòd sufficiant, *voluit Mynsi. in obseru. 98. cent. 4. obseru. Cam. Imp.*

Requisitio vel rogatio testium quòd sit necessaria regulariter, vt valeat testamentum, *voluit d. Iulius Clar. in d. tract. in quæst. 58.* fecit ibi de aliquibus declarationes & limitationes, quando non requirantur testes rogati: & ibi simul notat de rogatione notarij. 89

Sed quibus remedijs testamentum in scriptis, vel nuncupatiuum, mortuo testatore, testium recognitione seu comprobatione non egeat, & consilium à notarijs in testium adhibitione seruandum, *notauit Ioan. Dilect. in tract. suo de arte testandi, tit. 2. de testamentis ordinandis, cautel. 1.*

Quibus remedijs, non adhibito solenni testium numero, vel si testes sint fœminæ, nō euanescat hæredis institutio, *idem Dilect. in d. titul. 2. cautela 2.* 90

Ex testamento minùs solenni, vt legata vel fideicommissa debeantur, quibus remedijs vtatur testator, vt scilicet stipulatione hæredis faciat vltimam voluntatem transire in contractum, vt det licentiā testator, quòd legatarij vel fideicōmissarij possint propria auctoritate ingredi possessionē, rerum relictarum, seu vt instituatur Ecclesia, *d. Dilectus, in d. titul. 2. in cautela 3.*

Quomodo caueat notarius scribendo, quòd plures testes inuenire non potuerit, & testamentū sustineatur, *d. Dilect. in d. tit. 2. cautela 5. & ibi de testamento facto ruri.* 91

Si non velit quis secundùm ius statutarium vel municipale condere testamentū, sed potiùs secundùm ius ciuile, quo remedio hoc quis faciat, *tradidit idem Dilect. in d. tit. 2. in cautela 6. & ibi de testamento peregrini.*

Qua cautela vel prouidentia sustineatur testamentum, à non notario scriptum, *docuit idem Dilect. in d. tit. 2. de arte testandi, in cautela 7.* 92

Suprà dictum est, quòd testes debeant esse rogati, & habetur in *l. hæredes palàm, §. in testamentis, ff. de testamen.* Sed qua cautela saluetur testamentū, etiamsi testes non sint rogati, vel nō potuerint testes à testatore rogari, videatur *idē Dilect. in d. tit. 2. in cau. 8. & in cau. seq. 9.* dat consiliū, quod testes potissimè adhibeantur ad testamentum, ne sibi hæredi vel legatarijs fortè deficiat probatio.

Et tandem, in scribendo testamento, non vtatur notarius verbis vel clausulis insolitis seu obscuris, vel ambiguis, sed potiùs his, quæ tendunt ad declarationem, confirmationem, & ad testamenti consummationem, videlicet factum, lectum, publicatum: nā imperfectum, in ratione voluntatis, non valet, etiam inter liberos: *l. si his, & ibi Bart. ff. de testam. Dilect. in d. titul. 2. de testamentis ordinan. in tractat. de arte testandi. in caut. 11.* neque *ad pias causas, Clarus quæst. 9.* 93

Quartò

94 Quartò testamentum impugnatur: quia caret hæredis institutione, quæ est caput & fundamentum testamenti: *vt in §. ante hæredis, Instit. de legat. & in l. 1. ff. de hæredi. institu.* ¶ Imò in tantum testamentum ex hæredis institutione dependet, vt sine ea nullum sit: *vt in l. fin. C. de iur. codicil. & in §. in primis, Instit. de fideicom. hæredita. & l. proximè, versic. Calpurnius, ff. de his, quæ in testa. delen. Decia. in cons. 86. num. 12. vol. 2.*

Quòd institutio sit duplex, expressa & tacita, quæ sit expressa, quæ tacita, & in quo casu sufficiat tacita saltē, quòd autore proprio exprimatur, quòd sit certa & iusta institutio, *docuit & declarauit Iul. Clar. Alexan. in tract. suo de testam. in quæst. 35. 36. & 37.*

95 Sed quo remedio relicta in testamento, quod caret hæredis institutione, valeant, *docuit Ioan. Dilect. in tract. suo de arte testand. tit. 4. de hæredibus instituen. caut. 1.* tradit de clausula codicillari, de clausula omni meliori modo. *& ibi per Dilect. vide alia remedia, circa hæredum institutiones.* ¶ Spurijs testamentum patris inofficiosum dicere non permittitur, licèt aliud in testamento matris sit receptū: *l. si suspecta, 29. §. de inoffic. ff. inoffic. test.* Quid in legitimatis iuris sit, vide *§. sed neq; hæc, n. 18. Gyl. lib. 2. obseru. 40. n. 2. & 3.* ¶ Inofficiosi querelam ex l. Glicia. Cuiacius introductam existimat, *lib. 4. obseru. 14. Dissent. Vulteius. de inoffic. test.*

96 Quid de filio vel filia an illis relinqui debeat titulo institutionis saltem honorabili? quòd sic, *tenet per iura & per Dl. Iul. Clar. in tract. suo de testam. in quæst. 38. & refert se ad communem in isto casu opinionem, idem Clarus in d. tract. quæst. 8 vers. sed pone, notauit,* quòd in testamento etiam condito inter liberos, debeatur omnibus liberis aliquid iure Institutionis, & de illis personis, quæ omninò instituti vel exhæredari debent, *docuit Rolan. in 1. parte storum de test. Rubr. 13.* ¶ Sed legitimatus ignoranter præteritus, an rumpat testamentum, sicut aliàs filius legitimus & naturalis, quærit & respondet *Decian. in cons. 37. vol. 1.* quòd sic.

97 Et vlteriùs ibi docet, quatenus testamentum præteritione, natiuitate vel legitimatione ruptū, sustineatur in vim fideicommissi. Et alia bona in materia legitimationis, præteritionis & testamenti rupti, ibi docet. ¶ De præteritione, *VVesenb. cons. 85. parte 2. num. 19. & in sequen.* ibi, per quæ verba liberi videantur instituti, ita quòd non habeant querelam ad testamenti rescriptionem, & in fine de institutione vsq; ad legitimam, & petenda suppletione eius. *Clarus,* de institutione liberorum, præteritione & exhæredatione eorum, *à quæst. 38. vsque ad quæstionem 47.* ¶ De præteritione matris, patris, aliorum ascendentium, (*In his vitiari institutionem, legata subsistere, magis communis opinio est. In fratribus verius est, vniuersum testamentum per querelam rescindi.*) collateralium, & liberti, an vitiet testamentum, *Clar. à quæst. 48. vsq; ad quæstionem 51.*

A testatoris voluntate iudex potest recedere ad euitandas rixas: *Asin. de exec. §. 3. c. 129.* ¶ Voluntati testatoris non potest senatus vel princeps derogare: *Raudens. de analog. lib. 1. c. 30. n. 117. & 124.* lim. ex certa scientia, & cum clausula, non obstante: *ibid. num. 117.* item limit. ex iusta caussa: *ibidem,* ampl. etiamsi contraueniendo resultaret vtilitas maxima: *ibid. n. 117.* ¶ Testatoris voluntas & potestas quomodo consideranda, *Seb. Med. de acquir. poss. gl. 1. verb. siue ius aliquod, p. 3. n. 17. fol. 328. & 18. cū seq.* vsq; ad eo testatoris voluntas potest declarari per duos testes, & per actum minùs perfectum: *Caualc. decis. 27. in iudic.* 98

Testamentum ante mortem testantis non est testamentum: *Raudens. de anal. lib. 1. c. 27. n. 2. & seq.* ¶ Testamentum vnum est, licèt plures sint copiæ: *Raud. de analog. lib. 1. c. 27. n. 22. 23. & 24. & n. 108.* ¶ Testamentum est facti, & non iuris: *Raudens. d. c. 28. n. 112.* ¶ Testamentū nō est scriptura, sed plena illa voluntas testatoris: *Raud. de anal. lib. 1. c. 28. n. 108.* Sicut aliud est instrumentum: aliud contractus: item aliud continens, aliud contentū: *ibid. & n seq.* ¶ Facultas testandi, numquid morte Papæ concedentis expiret? & an pro primo duntaxat testamento intelligatur? & num testamentum iam factum conualidare queat? *Granut. theor. 13.* ¶ Tabulæ testamenti debent esse penes masculum hæredē, non fœminam: *Pruck. l. in multis, de statu hominum, p. 1. n. 3. art. 38.* ¶ Testamentum diu occultatum, præsumitur falsum. *Menoch. de præsumt. lib. 2. præsumt. 91. n. 5.* 99

Statutū prohibens mulierem testari sine assensu propinquorum, non habet locum in testamento ad pias causas. *Viuius dec. 219. lib. 2.* ¶ Dispositio testatoris vti lex seruanda, & cur, & quando non attendatur, *Viuius decis. 265. lib. 2.* ¶ Attenditur mens & voluntas testatoris, & non verba dummodò verba non sint ita clara & aperta, quòd ex eis manifestè appareat mens testatoris: *Viuius decis. 281. lib. 2.* ¶ Casus omissus à testatore, habetur pro expresso, quando verisimiliter testator ita respondisset, si fuisset interrogatus: fallit tamen aliquot modis: *Viuius decis. 284. lib. 2.* ¶ Nō debet ex alterius arbitrio dependere testamentū; secus autē in donatione causa mortis, quæ prouenit per legem: *Viu. dec. 293. lib. 6.* ¶ Testamentū semper censetur factum secundùm dispositionē iuris, secundū quod viuitur in loco, vbi conditū est: & ideo si vocaret proximiores, censentur vocati, qui ab intestato proximiores essēt: *Viu. dec. 295. lib. 2.* 100

Testa-

101 Testamentum propter statuti formã omissam redditur nullũ: fauore tamẽ piæ causæ sustinetur: *Viuius dec.419.lib.3.* ¶ Testatoris voluntas in conditionibus licitis, non autem in illicitis seruatur: *Viuius dec.480.* ¶ Mulier meretrix publica, de bonis turpiter acquisitis testari potest: secus in meretrice occulta, cuius bona fisco applicantur: *Viuius decis.482. lib. 3.* ¶ Vide Nepotem *de Montalb. de except.* vbi de except. contra testamentum *c.20.* & contra nuncipatiuũ: *c.21.* ¶ Executor testamenti nõ potest alium substituere in suum locum, nec transmittitur in hæredes: *Viuius decis. 205. lib.2.*

102 Testamentorũ solennitates, prosequitur *Clarus §. testamentum, quæst. 55. vsq. ad 61.* & vide remisiones, quas habet Raudens. *de analog. lib.1. c.28. n.23. & seq. Nepos de Montalbo de except. c. 22. fol. 119.* ¶ Rasura & cancellatio quando vitiet totum testamentum, & quid, si sit correcta manu eiusd. Notarij, *Zuchard. de miss. in poss. n.327. 333. 335. & seq.* & ibid. plura de vitijs testamenti. ¶ Testamentis duobus confectis eod. die, ita vt non appareat, vtrum sit prius aut posterius an vtrumq; valebit, an neutrum? *Zuchard. de miss. in poss. n.454. fol.168. ibid.*

103 Testamenta quòd habeant executionem & effectum, Reipub. interest: *l. vel legare, quemadm. test. aper.* Vnde testantium voluntas circumueniri non debet: *l. si cui, de condit. & demonst.* ¶ Hoc autem debet intelligi, quando de illa apparet: ita declarat Dec. *in cons. 205. vol. 2. num. 5. & in cons. 291. vol. 2. visis diligenter.* ¶ Et verba testamenti debent interpretari, ne contradicant: *Dec. in cons.317. vol.2. visis quæ acutissimè.* ¶ In vltimis voluntatibus voluntas testatoris magis quàm verba inspicienda: *l. 3. C. de lib. præter, l. cùm virum, C. de fideicom. l. §. inter vestem, de aur. & arg. leg. l. in conditionibus primum locum, de condit. & demonst.* ¶ Quilibet potest relinquere in testamento, cui vult, & libera debet esse facultas testandi: *l. 1. C. de SS. Eccles. §. disponat, in Auth. de nupt.* ¶ Et hæc facultas testandi non dicitur restringi per statutum disponens, quòd maritus vxori nihil relinquere possit, vel eam non hæredem instituere. Non dicitur restringi libera voluntas & facultas testandi: *vt probat text. in l. Titio decem, §. 1. de cond. & demonst. vide pulcrè Curt. cons.6. fol.74. col.2. & suprà in verb. matrim.*

104 Testatoris verba vim legis habent: *§. disponat, in Auth. de nupt. l. 1. C. de SS. Eccles. vide gl. in l. 2. C. pro emptore, l. Bart. in l. omnes populi, in 2. q. princ. de Iust. & iur.* Dummodò illa voluntas non sit contra leges: alioquin non est lex: *tex. in Auth. de iureiur. à mo. præst. & in l. nemo potest, de leg. 1. & in d. §. disponat.* Sic etiam testatoris iussus & iudicis æquiparantur: *l. seruus hac lege, ff. de manu. l. non est mirum, vbi Br. not. de pignor. act.* ¶ Item factum testatoris & iudicis æquiparantur: *l. 2. vbi Bal. ad hoc not. C. de Diu. tutel. l. 1. §. si pupillus, vers. ergo, vbi Bal. not. de tut. & rat. distr.* ¶ Sic licitum est arguere à verb. Prætoris ad verba testatoris: *l. si quis legauerit, de leg. 1. l. qui filiũ, §. Sabinus ad Trebell. vide ad hoc in verb. argumentum.* ¶ Nemo potest cauere quòd leges in testamento suo locum non habeant: *l. nemo potest, de leg. 1. vide Carol. l. 2. lect. 1. de leg. 1. vbi pulcrè distinguit.* ¶ Testamentum, in quo nemo est hæres institutus, inutile est: *§. in primis, Inst. de fideicomm. hær.* vel si institutus non audit: *l. si nemo, de test. tut. l. eam, C. de fideiuss.*

Intestabilis dicitur, qui non potest testari: intestatus, qui potuit iure, sed non est testatus: *Bart. in l. 1. de Iust. & leg.* ¶ Quamdiu sunt hęredes ex testamento, ab intestato non admittuntur: *l. 1. C. de bon. poss. secund. tab. l. quamdiu, de acq. hæred. l. quam diu de R. Iur. l. quamdiu, C. qui admitt. l. antequam scriptus, C. comm. de Success.* ¶ Testamentum dici inofficiosum, est allegare caussam, cur exhæredari vel præteriri non debuit: quòd plerumque accidit, cùm falso parentes insimulati liberos suos exhæredant vel prætereunt: *l. in officiosum, ff. de inoff. test.* ¶ Testari 13. personæ prohibentur, quas habes in gl. *in l. si quæramus, ff. de testam.* ¶ Testator hæredis institutionem committere alteri nequit: *l. illa institutio, l. captatorias, de hær. inst. vide Carol. hoc pulcrè declarantem, in l. 2. lect. 1. de leg. 1.* 105

Testamentum largo modo est codicillus, & econtrà: *vide latè Ias. in Rub. de leg. 1. vbi infert ad q.* ¶ Statutum prohibens testari minorem 25. annis, vtrum prohibeat codicillari, *vide Bart. in d. l. 2. de leg. 1. vbi Mod. & præcipuè Alex. qui multa allegat.* ¶ Statuto potest introduci, quòd testamentum coram duobus testibus factum valeat: *secundùm Bal. in l. fin. circa 4. vel 5. col. C. de Fideicom. vide Moder. & Alex. in Rub. ff. de acq. poss.* ¶ An testamentum valeat coram 5. testibus tempore pestis, & an in terris Ecclesiæ valeat coram quinque testibus, *vide Dec. cons. 288. vol.2. viso puncto diligenter.* ¶ Quòd nullus testari possit, pulcrè & subtiliter arguit, & difficultatẽ mouet, *Ias. in Rubr. C. qui test. fac. poss.* 106

Damnatus ad mortem, testamentum facere non potest: *l. eius, §. 1. ff. de Testam.* Hoc fallit 8. modis, de quibus vide Soc. *in reg.76.* ¶ An & quando valeat testamentum illius, qui sibi mortem consciuit, *vide Alex. in l. 1. C. qui test. fac. poss.* ¶ Testatoris & hæredis censetur esse vna persona: *in Auth. de iureiur. à min. præst. l. fin. C. de impub. vide suprà in verb. filius, vbi* 107

vbi latè, & in verb. hæres. ¶ Hinc est quod si quis promittit tantum de facto suo, tenetur nihilominus etiam de facto hæredis: & hæres, qui promittit tantũ de facto suo, tenetur etiam de facto defuncti: quia defuncti factum reputatur factum hæredis: *vt est gl. in l. seruus, in pr. in verf. interest, & ibi not. Bar. & Bal. de cond. furt. vide de hoc Alex. in l. stipulatio ista, n. 7. de v. obl. Curt. in consi. 4. fol. 64. col. 4.* ¶ Si ego ab intestato decedo, dicor mihi succedentib. dare hæreditatẽ meam: *Franc. Curt. consi. 4.* ¶ An, si testator, morte præuentus non potuit perfectè disponere id, quod intendebat, eius dispositio tanquam imperfecta vitietur, *vide pulcrè Curt. consi. 12. fol. 85. col. 2.* ¶ In eodem testamento quis in parte institui potest primò, & postea in vniuerso: *vide Curt. consi. 13. fol. 87. col. 2.*

108 De clausula codicillari, vide Bar. *in Auth. ex causa, pen. col. C. de lib. præt. & latißimè in l. 1. de iur. codicill. & in l. fin. C. de codicill. vide Dec. consi. 320. vol. 2. dum legerem.* ¶ Clausula codicillaris operatur, quòd relicta debeantur à venientibus ab intestato: an autem hoc etiam habeat locum, quando hæres institutus mortuus est viuente testatore, *vide Dec. consil. 242. vol. 2.* ¶ Clausula codicillaris, in vulgari & fideicomissaria nihil operatur: *Dec. consi. 291. vol. 2. visis diligenter.* ¶ Testamentum si valet iure codicillorum, non valet, nisi testator hoc expressè dixerit: *Socin. in Reg. 398.* ¶ Cancellationes in testamento, in dubio præsumuntur factæ de voluntate testatoris: *Alex. consi. 14. vol. 6. visis & consideratis, vbi multa de testa. & instru.* ¶ Testatus pro parte, & pro parte intestatus decedere nemo potest: *l. ius nostrum, de reg. iur. vide fal. per Soc. in reg. 400.* ¶ An testator posit facere, quòd legata debeantur hæreditate non adita, vide supr. *in v. hæres:* & est opinio communis, quòd non. ¶ Testator Trebellianicam prohibere potest: *Authen. sed cum testator, C. ad l. Falcid. Paul. in consi. 8. in antiquis, Abb. in consil. 17. vol. 2. Soc. consi. 20. 21. vol. 2.*

109 Testamentum nullũ est, in quo filius est præteritus, & non sufficit, quòd iure legati aliquid sit relictũ: & agitur ad supplementũ legitimæ, non obstante prohibitione testatoris: *Dec. consi. 228. volum. 2. in casu proposito.* ¶ Quando secund. testamentum præualeat primo, & quando legitimatus posit impugnare testamentũ, *Dec. consi. 264. vol. 2. reuocatur.* ¶ In testamento hæres vendere vel alium contractũ facere iussus, an contractus talis inter viuos censendus sit, vel vltima voluntas, vide sup. *in v. contractus.* ¶ Testamentum potest fieri, ad interrogationẽ alterius respondendo simpliciter sic: *gl. in l. iubemus, C. de testa. de hoc vide Soc. in l. 1. §. si quis ita, de v. obl.* ¶ De donatione facta in testamento, in pœnam mutationis testamenti, *Dec. consi. 293. vol. 2. viso testamento.*

Quando vocati sunt proximiores, quomodo probetur, quem esse proximiorẽ, & 110
quòd gradus debeant computari, *Dec. consi. 321. vol. 2. in causa, quæ vertitur.* ¶ Testator si instituit vxorem suam hæredẽ vniuersalem, & in eod. testamento nepotes etiam hæredes instituit vniuersales; vxoris institutio, vt videatur vxor relicta vsufructuaria, resoluitur: *Dec. consi. 278. volu. 2. non leuis perplexitas.* ¶ Testatoris dispositio in dubio æquiparatur potiùs legis dispositioni, quàm contrahentiũ: *vide latè Dom. Carol. in l. stipulat. non diuiduntur, in 1. q. Bar. lect. 52. chart. 118. de v. obl.* ¶ Pro hoc potest adduci, quòd iussus testatoris & iudicis æquiparantur: *l. seruus hac lege 9. De manu. l. non est mirum, vbi Bar. not. de pig. act. vide sup. eod.* Hoc dictũ probatur per dictũ Bar. *in d. l. stipulat. non diuiduntur, in 8. q.*

An quis præcisè posit cogi ad factũ? distinguit inter obligationẽ legalẽ testatoris, 111
& contrahentium: in legali dicit, quòd quis præcisè cogi posit, *per l. si cum excep. §. sed & si quis, quod met. cauß.* & idem dicit in obligato ad factũ voluntate testatoris, quia præcisè cogitur: rationem ibi assignat Bart. qui a voluntas testatoris lex est: *§. disponat, Nouell. de Nupt.* Obligatus verò ad factum dispositione contrahentiũ, præcisè cogi nequit, sed soluendo interesse liberatur: per rationẽ, de qua ibi per eũ. Ecce quomodo pulcrè probatur, dispositionẽ testatoris potius & magis accedere dispositioni legali; & prohibitioni, quã cõtrahentiũ. Quod dict. Bar. ego ad hoc põderaui, & ibi annotaui ad lectur. *Car. in Apostill.* ¶ Per præmissa deciditur pulcra q. de qua per Card. vbi supr. Quòd sicut per legẽ potest fieri prohibitio diuisionis in perpetuũ: *c. imperial. §. præterea, de prohib. feud. alie. per Frid. Not. in c. licet, de vot. l. in commu. ff. com. diuid.* Ita & per testatorẽ, cuius voluntas etiam lex est, *vide latius Carol. & Moder.* Item pro hoc facit, quod soluit Petr. in 10. q. vbi dicit: prohibitio l. alienari rem, afficit rem ita, quòd alienari non potest; sic & testatoris.

Testator potest remittere inuentarium 112
& rationis redditionẽ, in præiudicium fideicomissarij; *l. nemo potest, ad fi. vbi Dd. communiter, ff. de leg. 1.* Tamen in præiudiciũ creditorum testator non posset remittere inuentarium & rationẽ: *ita Dd. vbi sup. post Bl. in l. fi. §. 1. C. de iur. delib.* ¶ Per compulsionẽ testium fit testamentũ nullũ. *l. qui testamento in fi. ff. de testa.* Et idem est propter compulsionẽ notarij: *Ludo. Roman. sing. 61. quæro.* ¶ Testes in testamento non probant, nisi viderint testatorem loquentẽ: *tex. est in l. si non speciali, C. de testa.* & hoc ideo, quòd vox testatoris

ſtatoris propter infirmitatē ſolet mutari: & ideo dictū teſtis, ſi teſtatorem audiuit, & nō vidit, non eſt integrum: de facili enim quis decipi poteſt in voce: *Abb. in c. ex literis, nu. 4. de conſue. & cum cauſam de teſtib. vide infr. in Miſcell. n. 83.*

113 Teſtator ſi teſtamento confitetur, ſibi debitum ſolutū, quod reuera ſolutum non eſt, dicitur & cenſetur legaſſe debiti liberationem, & debitū remiſiſſe: *l. 1. & l. ſi dotem, C. de falſ. cauſ. adie. leg.* Et vſq; adeò valet confeſsio teſtatoris in vltima voluntate, & ſeruanda eſt, quòd hoc non ſolùm procedit in liberando, ſed etiā in obligando ſeipſum, & hæred. ſuum, vt ſi dicat, lego tantùm, vel do Titio, cui per epiſtolā donaui, ſi etiā donatio per epiſtolā facta non appareat, verba tamen teſtamenti, quib. liberalitas teſtatoris confirmata eſt, continent fideicomiſsū: *l. ſi donatio, C. de Donat. ad idem eſt bonus text. in l. Lucius Titius, §. quiſquis, la. 2. de leg. 2. & in l. Lucius Titius, §. ſemproniæ, de leg. 3.* Vbi confeſſio debiti facta à teſtatore, licèt debitū non ꝓbet: inducit tamē fideicomiſsi petitionē.

114 Teſtamentū debet deponi vel apud ſeniorem hæredem, vel in æde ſacra: *l. 4. cum ſeq. ff. famil. herciſ. Hier. conſi. 50. col. 255.* ¶ Pater poteſt in ſuo teſtamento aliquib. ſuis liberis prærogatiuam facere, & reliquis ſuis liberis contrauenientib. pœnam priuationis bonor. ſuorum (excepta legitima) imponere: *l. vnica, C. de his quæ pæn. nom. §. ſi Iuſti, de leg. Hier. conſi. 50. fol. 255. n. 9.* ¶ Quòd mulieres ſine conſenſu maritorum teſtamenta facere non poſſunt, ſtatutū non valet. Hoc enim, tanquam iniquum, & liberam teſtamenti factionem auferens, eſt nullum: ſicut nec reſcriptum principis hoc diſponens valet: *Paul. de Caſt. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. in 2. col. verſ. in tex. ibi etenim iniquum.*

De Teſtamento patris inter liberos.

115 ET ibi in iſta quæſt. 8. vide Clarū per totum de teſtamento inter liberos condito, quatenus & quomodo valeat: *tex. eſt in l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto, ib. Bar. Bal. & alij Dd. C. de teſta.* & de iſto teſtamento paterno inter liberos, *vide plen. Geyl. in obſ. 112. lib. 2. obſ. Cam. Imp. Et vide VVeſ. in conſi. 90. par. 2. declarat ibi Authe. quod ſine, C. de teſta. Decian. in conſi. 34. vol. 1. & in conſi. 126. vol. 3.* quærit, an ſchedula manu patris ſcripta tollat teſtamentū priùs ſolenniter inter liberos factū? Reſpondet diſtinguendo. (*Regulariter nō tollitur, niſi ſecundum eſſet magis fauorabile ipſis liberis, vel niſi inter vtrumq; teſtamentū interceſsiſſet decennium.*) ¶ Item quærit, an ſcriptura patris, ſine tēpore valida ſit inter liberos? plus quærit, an teſtamentū imperfectum etiā inter liberos adoptiuos valeat? Reſpondet, (*in vtroq; caſu, quòd non,*) prò ut videbis. Et eſt materia bona de teſtamēto paterno, & qualiter poſterius tollat prius de liberis adoptiuis. ¶ Item de diuiſione paterna inter liberos facta, quatenus (*Si videlicet teſtamento vel codicillis confirmata ſit; tunc enim in vim prælegatorum vel inſtitutionis valet, prout teſtator vel verbis inſtitutionem inducentib. vſus eſt, vel non.*) ſeruanda, docuit *idem Geyl. in obſ. 116. lib. 2.*

116 Quid iuris, & qualiter ſuſtineatur teſtamentum deficiens in hæredis inſtitutione, & per quæ verba liberi directè inſtituti videantur, vnd das darnach möge geſprochen werden/ habetur *in Conſt. Elect. Sax. Art. 9. par. 3.* (*Præteritio liberorum vitiat inſtitutionem ſaluis legatis & fideicommiſsis: ſanè verba communia, nē relictum ſub titulo legitimæ vel dotis, pro inſtitutione habentur.*) *VVeſ. conſuluit in conſi. 85. par. 2. n. 19.* Ratione piæ cauſæ refert, *idem Clar. in tr. in quæſt. 6. verſi. ſextò infertur*; & ibi de teſtamentis, qualiter valeant & robur accipiant fauore piæ cauſæ: habetur *in iſta quæſt. 6. & in quæſt. 7. ſequenti per totum.*

117 Quid de teſtamento volentis ingredi religionem, an etiam valeat ſine titulo Inſtitutionis? quòd ſic, *tenet idem Clar. in d. tr. in q. 38. verſi. item quæro.* ſed plenius de teſtamentis Clericorum & Monach. *idem Clar. in q. 28. per totum, ſunt bona.* ¶ Et teſtamentum tandem, an & quando valeat ſine hæredis Inſtitutione, *vide addi. ad Roland. in 1. parte ſſtorum de teſta. in Rubr. 21. n. 2.* ¶ De modis inſtituendi liberos legitimos & naturales, iam natos, poſthumos nepotes, legitimos, tantùm, naturales tantùm, ſpurios, parentes, vel aſcendentes, & extraneos, *vide d. Roland. in 1. parte ſſtorum de teſta. à Rub. 14. vſq; ad Rub. 21.* & ibi habes bona de præteritione, de inſtitu. nepotis, & de ſpurio: *vide Gey. in obſ. 115. lib. 2.*

118 Sed quæritur, an quis poſsit inſtituere hæredes plures, vſq; in infinitum? Reſpondetur, quòd ſic, *in §. & vnum, Inſt. de hær. Inſtituen.* declaratur, modò tamen non vagetur voluntas ſub incerta dinumeratione: iſta inſtitutio enim nō videretur ſani hominis eſſe, & poſſet fiſcus vel Reſpublica admitti, qui vniuerſos ciues repræſentant: *dicit Viglius in commentarijs ad d. §. & vnum, Inſti. de hær. inſtituen.* plus volens, pium eſſe, tale hæreditatem diſtribuere pauperibus, ſi modò eſſet aliquod talis voluntatis indicium.

119 Pluribus autem hæredib. inſtitutis, qualiter fiat diſtributio, pro partibus æqualib. vel inæqualibus, habetur *in §. ſi plures, & ibi poſt alios Dd. Viglius, Inſt. de hær. inſtituen. & in iſto tit.* vide alia de modo & qualitate inſtituendi, deq; conditionib. inſtitutioni adiectis, & quos quis hæredes inſtituere poſsit, an etiam

an etiam ignotos? Respondetur, quòd sic, *vide VVesen. in materia institutionum, in consi. 28. parte 1. à prin. vsq; ad n. 11.*

120 Redditur etiam testamentum nullum per testatoris reuocationẽ: est enim hominis voluntas ambulatoria, vsq; ad supremũ vitæ exitum: *l. 4. ff. de adimen. legat.* & ideo potest vsq; ad mortem mutari, minui, corrigi & reuocari: *c. vlt. voluntas, 13. q. 2. d. l. 4. ff. de adimen. lega.* ¶ Sed qualiter reuocatio testamenti fieri debeat, vt valeat, & de alijs bonis in reuocatione fienda, *consuluit VVese. in consi. 88. par. 2.* de reuocatione testamenti, in quo postea monasterium, Ecclesia vel liberi sunt instituti, quòd valeat, *consuluit Decian. in consi. 31. vol. 3.*

121 Sed posterius testamentum, an & quando deroget primo, etiam iurato, solenni coram Cæsare, vel viginti testib. facto, vel etiã clausulam derogatoriam habente, *notauit Didacus Couarruuias in tr. suo, de testa. in 2. part.* Et in ista materia mutationis testamenti, & adeptionis legatorũ, *vide Ioan. Dilecti in tract. suo de arte testandi, tit. 10.* per octo cautelas, *& ibi cautela 4.* de testatoris cancellatione vel testamenti correctione. *Et in cautel. 6.* de notario, qui delet aliqua verba testamenti, vel addit: & de testamentis, quæ per posterius rumpantur, quæq; per testatoris capitis diminutionẽ, irrita fiant, sunt tex. *& ibi notant Dd. in §. posteriore, & §. alio autẽ modo, Inst. quib. mod. testa. infir. & in isto tit. vide §. non tamen, & ibi post alios Dd. Viglium declarantem, quomodo de testam. variatione, mutatione vel cancellatione appareat. Et ibidem, qua ratione posterius testamentum tollat prius, vel non.*

122 Sed tamen, quando secund. testamentum est factum cum clausula, Irritans, Cassans, &c. & non valeat, an maneat primum, clausula derogatoria non obstante, in suo robore? *& tenet Ioan. de Arno. quòd sic in sing. suo 55. inc. quidam fecit.* Et de testamentorum reuocationib. qualiter, & per quos actus vel verba reuocata censeantur, quousq; etiã secund. vel posterius tollat primũ, *docuit Clar. in d. tr. suo de testa. à quæst. 91. vsq; ad finem.*

123 Impugnatur etiam testamentũ per inofficiosi testamenti querelã, per illos, quib. nihil penitùs in testamento relictũ est: *§. sed hæc, Inst. de inoffi. testa.* ¶ Quando autẽ aliquid minùs legitima relictũ fuerit, querela inofficiosi quiescente, agatur ad legitimæ supplementũ: *§. sin verò, Inst. d. tit. de inoffi. testa. l. omnimodò, C. eo. tit. habetur in Const. Elect. Saxo. Art. 9. in prin. par. 3. VVes. in consi. 85. parte 2.*

124 Quæ sint istæ personæ, quib. competat inofficiosi testamenti querela, habetur *in §. 1. d. tit. Inst. de inoffi. testa.* liberi scilicet, parẽtes, fratres & sorores, & si turpem personã instituerit, suo modo: non autem veniunt cæteri cognati: *Ang. Aret. in d. §. 1. Inst. d. tit. de inoffi. testa.* ¶ Et competit non tantùm exhæredatis, sed etiam penitùs præteritis. ¶ An autem filio inofficiosi querela competat, quando est institutus sub conditione non potestatiua, consuluit *Decia. in consi. 50. vol. 2.* & dicit, quòd non, quantum ad testamenti rescisionem.

Fratri autem, cui, in quib. casib. & quando, contra testamentũ fratris competat inofficiosi testamenti querela, & quid consequatur, an legitimã, & ibi vide de fratris legitima: An autẽ totũ testamentũ fiat irritũ, vel saltẽ vsq; ad legitimã, hæc & alia bona, *vide post alios Dd. apud Bal. in l. fratres, C. de inoffi. testa.* Quid de testamento fratris, in quo instituit vsurarium, an contra illud fratri cõpetat inofficiosi testamenti querela, dixit *Matth. Mathesi. in sing. suo 49. n. 3. & ibi in addit. Gabr. Saraij.* 125

Sed nota, quòd filius qualitercunq; cõsentiat in testamento patris, siue expressẽ, siue tacitẽ, excludatur à querela: *est text. in l. parentib. C. de inoffi. testa.* & de ista regula cum suis limitationib. notat *Pet. Duen. in reg. falle. in regula 342.* & habetur de isto, *in Const. Elect. Sax. Art. 1. eo. par. 3.* ibi, si præteritio fuerit facta de voluntate filij, quòd valeat testamentum, saltem iure prætorio constitutum est. 126

Quid iuris inter liberos naturales, *Clar. d. q. 8. Thess. dec. 94.* ¶ Vide remiss. & alia huc spectantia in Raud. *de anal. lib. 1. c. 28. n. 24. & seqq.* ¶ Testamentum quomodo aperiri debeat, *Zuch. de miss. in poss. n. 345. fol. 134. & seq.* ¶ In testamento patris inter liberos, ad minus duo requiruntur testes: *Raud. de anal. lib. 1. c. 28. n. 25.* vbi plurima allegat. contr. *n. 96. & §. ex imperfecto, d. l. hac consultissima,* nõ habere locũ in nato ex adulterio: *n. 26.* ¶ Et qualiter hi testes debeant deponere, *n. 28.* & testes requirantur etiamsi sit factũ coram Principe: *n. 29.* vel per preces Principi oblatas: *n. eo.* vel in testamento militis: *n. 30.* & in testam. in actis corã iudice *n. 31.* ¶ De Testamentis priuilegiatis, veluti inter liberos, piæ causæ factis apud acta Principis, vel oblatis Principi precibus, & similibus, qui scripserint, refert Raud. *d. c. 28. n. 24. & seqq. & præcipuè n. 31.* 127

Testamentum scriptũ à Notario coram testib. si notarius legit testamentũ, &, antequam finiat, moriatur testator, valet inter liberos: dumodò probetur per testes, & dicitur defectus solennitatis, non verò voluntatis: *Caualc. dec. 27.* ¶ Quando secund. testamentum factum inter liberos annullet primum, & quantum tẽpus requiratur, *Viuius dec. 292. lib. 2.* ¶ Testamentum per patrem scriptum inter liberos probatur, etiã per filiorum confessionẽ: *Raud. de anal. lib. 1. c. 28.* 128

n. 121. item potest probari absq; testib. ex comparatione literarũ: *Raud. d. l. num. 141.* ¶ Prohibens aliquem testari incidit in crimen falsi: *l. Paul. de fals. & in casu vide Cor. consil. 56. lib. 1. & consi. 84. eo.* & plura de eius pœna, *vide Caball. in add. ad cons. stat. de Butr. cons. 83. v. probibentem.* ¶ Quemadmod. testamẽtum in scriptis aperiatur & describatur, *Rol. de testa. rubr. 64. fol. mihi 305.* ¶ De testamentis principum, & eorum probatione: *Raud. de anal. vniuoc. & æquiu. lib. 1. c. 28.*

De Testamento balbutientis.

129 Testatoris balbutientis testamentũ etiã non irritatur: dummodò benè possit colligi voluntas sua, licèt momenta verborum malè sint articulata: *l. quoniam indig. C. de testa.* Quod ita de testatore balbutiente intelligendũ est, nisi talis sit conditio testatoris, quòd iam sit penè mortuus: quia tũ d. l. *quoniã*, nõ procederet: *Bar. & Ias. in l. iubemus, C. eo. tit. de testa. Alex. de Imo. in consi. 12. vol. 1. pulcher. Zas. in l. mulier, n. 6. ff. de v. obli. & ibi vide de balbutientium stipulationibus.*

130 Sed quòd balbutientis testamentũ sustineatur per clausulam codicillarẽ, transeundo in fideicomissum, *notauit Ioan. Dilect. in tr. de arte testandi. tit. de hæredib. instituendis, in cautela 2.* & quæ sint consideranda, vt testamentũ infirmi sustineatur, *notauit Const. Elect. Sax. in Art. 5. par. 3.* 1. Appareat, quòd potuit articulatè loqui. 2. Quòd fuerit mens eius condendi testamentũ. 3. Quòd cesset præsumtio captatoriæ voluntatis, vel de ea non appareat: *consuluit Men. in consi. 45. vol. 1.* ibi præsertim de captatoria voluntate, Vel testamentum ad notarij vel alterius interrogationem factum an valeat? respondet ibi integerrimè.

131 De testamento tempore pestis condito, quomodo valeat, sine solennitatib. iuris Ciuilis vel statuti conditũ, *vide eleganter Rolan. à Valle in consi. suo 81. per totum, lib. 1. Parisi. in consi. 32. & 23. vol. 2. tenent Bal. & alij multi Dd. in l. si. C de testa.* sunt vtilissima: & enumerãtur, *à d. Dn. Rolan. à Valle in d. consi.* alia in materia pestis, quæ sunt notanda: vide vnũ *per Pet. Ger. de Petr. Sanct. in sing. suo 100. n. 24.* Et testam. tempore pestis valere, corã duob. testib. tantùm factũ, & sic in Camera fuisse iudicatũ, *testatur Mynsin. (cui consentit Geyl. 2. obs. pract. 118. n. 18. & 19.) in obs. 96. cent. 1. & sic concludit ibi in fi. licèt Bened. in c. Rayn. de testa. multa in contrarium allegat.* Et quòd duo, vel tres saltem sufficiant testes, ordinauit *Const. Elect. Sax. in Art. 4. par. 3.* ¶ De testamento actis insinuato. Testamentũ actis insinuatũ, vel in iudicio coram iudice factũ, valet: & tenet non minùs, quàm si fuerit confectum coram septẽ testib. *l. omnium, & ibi Alex. de Imo. C. de testa. & probatur in l. sancimus, C. eo. tit. & per illa consuluit Schurff. in consi. 77. cent. 1. vide Hip. de Marsi. in rep. rubr. C. de proba. mihi n. 84. notant Raphael Fulgo. Bald. & Salyc. in d. l. omnium, C. de testa. Alex. in l. pacta, C. de pact. facit Const. Elect. Sax. in Art. 3. parte 3.*

De testamento auiæ, vel aui nota: testamentũ horũ, in quo nepotes vel neptes ex filia, sine causa hæredes non sunt instituti neq; exhæredati, & sic præteriti, quòd sit ipso iure nullũ: adeò quòd nõ opus sit istud per querelã inofficiosi testam. expugnare: 132
Auth. ex causa, de libe. præt. vel exhæred. & Auth. non licet, C. eo. tit. alleg. gl. sing. in §. exhæred. in v. voluit, Aut. de hæred. & falci. disponens simile de nepote ex filio ab auo præterito: & per illa iura pulcherrimè *consuluit Schurff. in consil. 73. cent. 1. à pr. vsq; ad n. 8. & in d. consi. n. 5.* præteritionẽ describit, quòd nihil aliud sit, quàm sine causa neq; instituere neq; exhæredare: *per §. eadem, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* & de hac materia præteritionis, *vide VVes. in consi. 85. n. 19. par. 2. Clar. in suo tra. de testam.* de liberorum, ascendentium, collateraliũ & liberti præteritione, *à quæst. 38. vsq; ad quæst. 51.* & de exhæredatione liberorum, *elegans consi. 29. par. 1. eiusdem VVesenbecij.*

De testamento damnati ad mortẽ, quòd possit de bonis suis testari, nisi & cõdemnatio fuerit facta ad bonorum confiscationẽ, 133
habetur in Const. Elect. Sax. Art. 6. part. 3. Vnd also wird es zu Breßlaw auch gehalten: dz den jenigen/ so wegen jrer Mißhandlung das Leben verwircket/ auch schon zur Todesstraff verdammet: frey vnd offen stehe/ jren letzten willen vor denen Personen die sie darzu verordnen zumachen: es were dann ein solch verbrechẽ/ dadurch der Mißhändler nicht allein sein Leib vnd Leben/ sondern auch sein Haab vnnd Güter verwircket hette: *vide statut. Vratisl. Art. 5. von Testament.* ¶ De testamentis coniugum, nihil hodie dubitandum est, quin liceat alteri ex coniugibus alteri legare, & alterum hæredẽ scribere: quod prudentum responsis, & manifestis principũ placitis, ac constitutionibus clariùs decisum est, quàm vt de eo dubitari possit: *l. quæ dotis, ff. sol. matr. l. vxori meæ, ff. de vsufr. lega. l. vxori, §. 1. l. vxorem, ff. de lega. 3. c. si pater, de testa. in 6. l. si. ff. & C. si quis aliquem testa. probi. §. fina. in Auth. de exhiben. reis.* Intelligenda & accipienda tamen sunt prædicta, ne extorqueantur per vim & dolum: licèt ei maritali sermone placuerit, & sic assensus fuerit: *d. l. fina. ff. si quis aliquem testa. probi. l. fina. C. eo. tit.* Et de mutuo coniugum testamento. (*In quo tamen hoc obseruandum, vt notarij testiumq; subscriptiones & subsignationes vtriusq; nomine fiant, cum duo censeantur testamenta: ideoq; alter eorum vel solus voluntatem suam mutare potest*) *notauit Geyl. in obser. 117. lib. 2. obser. Cam. Imp.*

Vel

134 Vel nisi minæ præcesserint, quæ metum intulerunt: quia tunc testamentum non valet: *Castr. Ias. & alij in d. l. fina. ff. si quis aliquem testa. prohi.* ¶ Sed quando dicatur metus intercessisse, & metum durasse inter coniuges, *notauerunt Dd. in l. interpositas, C. de transactio. Ias. in §. quadrupli, n. 66. Inst. de actio. Bar. in l. penul. circa fin. ff. de condictio. ob turp. caus. Cc. in c. accedens, ext. de conuer. coniug. & plenius in c. veniens, ext. de offi. delegati. tenet Alex. de Imo. in consi. 47. vol. 4.*

135 Vel si non solùm blandis, & modestè conceptis verbis, sed assidua & importuna petitione, seu instantia, aliquid relictũ fuerit: quia tunc minimè procedit: *Segura. in repe. §. si vis, l. 1. ff. de acq. possess. fol. 12.* Decia. *optimè in consi. 65. vol. 2. per totum,* dicit testamentum nullum: quia captatum est malis artibus vxoris: & ibi dicit, quòd ex sollicitationib. molestijs & minis, factis contra grauiter infirmum, arguitur metus: *Innocen. in c. petitio, de iureiu.* Imò persuasiones, maximè reiteratæ & frequentes, habent vim coactionis & violentiæ: *l. 1. §. persuadere, ff. de seru. corrup.* & sic legata extorta non valent: voluntates enim testantiũ debent esse liberæ, nõ coactæ: *l. 1. C. de SS. Eccl.* & *in hoc consi. nota,* quòd ex multis machinatio dolus, fraus, & circumuentio coniecturetur: ex suggestione, ex requisitione notarij coniuncti, & ex requisitione legatariorum, & non per testatorem facta, vel quia testamentũ erat factũ de nocte, sine tribus luminarib. *nu. 20.* & ibi habet bonam materiam de captatoria voluntate: *vide quoq; Meno. in consi. 45. vol. 1.* ibi de testamento iterato ad interrogationem alterius, sic an valeat, & an tollat prius factũ.

136 Tertiò, vel nisi aliũ coniunx fecerat hæredem: quia tunc si blandis verbis, vel adulationib. induceret testatorem, vt eum instituere t. licèt testamentum valeat, tamen prius institutus reuocabit à secundo, per actionem de dolo, vel in factum: *est decisio Angel. in l. 1. C. de his quibus vt indignus. Notauit Ioan. Bernar. Diaz. in reg. fallentiarum, regul. 798. incip. vxori licitum est, Petr. Peck. in tract. suo de testa. coniug. lib. 1. c. 3. & 4.*

137 Quæ autem requirantur, vt possit dici, testamentum vel vltimam voluntatem inter coniuges legitimè esse conditam, vt valeat, *tradidit eleganter d. Pet. Peck. in d. tract. de testa. coniug. lib. 1. c. 5. & c. 6. & per eundem Peckium, vide in d. tractat.* multas vtilissimas quæstiones & decisiones, in ordinationibus testamentorum & vltimarũ voluntatum: & ex illis de successionib. in bonis coniugum, ita vt valeant, vel nõ, tradidit *de istis d. Peck. per 5. libros, quos non sine vtilitate videre licet.* ¶ Ob aber der Mann/ oder Weib/ von jren gemeinen Gütern ohne deß andern willen/ auff etwas können Testament machen vnd vergeben/ oder wie viel nach Sächsischen Rechten/ *vide text. & gloss. in Weichbildt, Art. 65. Art. 31. lib. 1. Land-Recht, & in d. gloss. Weichbildt.* Vnnd das aber ein Ehegatte dem andern seine anwartende gerechtigkeit/ durch Testament oder andern letzten willen nicht vermindern könne/ *habetur in Const. Elect. Art. 7. par. 3. in d. Art. 65. Weichbildt, inuenies,* Das einer/ da er nit mehr bey vernunfft ist/ das seine nicht vergeben könne.

Sed si coniuges faciant testamentum; vt 138
vtriusq; proximi hæredes dimidiam hæreditatis accipiant, an vno ex coniugibus mortuo superstes reuocare possit, quæritur? & respondetur, quòd sic, quò ad medietatem ipsum concernentem: *Mynsing. in obseru. t. 8. cent. 1. obser. (Consentit Geyl. 2. obser. pract. 117. num. 2.)*

De testibus adhibendis, subscriptione 139
fienda, & signaculis imponendis in testamenti confectione, vt valeat, *vide tex. in §. sed cum paulatim, Instit. de testa. & ibi notant gloss. & Dd. vide commentaria Viglij Zwichemi.* Et de solennibus vltimarum voluntatum, item pactorum, quæ illarum naturam induunt, *consulatis VVesen. in consi. 38. par. 1.* ¶ Sed qui non possint testes adhiberi in testamentis, *enumerat tex. in §. testes autem: d. titu. Inst. de testa. ordi. Clar. in d. suo tract. q. 55. in sequentib.* de numero & testium qualificatione, vide aliqua.

De testandi libera facultate, quòd non 140
possit aliquo pacto angustari vel tolli, & quòd debeat esse libera, non captatoria, *notat Zasius in l. stipulatio hoc modo, in prin. ff. de v. obligat.* & ibi aliqua habet de materia captatoriæ voluntatis: *est textus in l. captatorias, ff. de hæred. instituen.* ¶ An testamentum possit fieri irreuocabile contra communem theoricam: quæ est, quòd ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad supremum vitæ exitum, *vt in l. 4. ff. de adimen. lega.* docuit & dedit remedium vnum, *Dynus in c. quòd semel, de reg. iur. in 6.* Quid hoc casu iuris in pia causa, *vide d. Zasium, in d. l. hoc modo, nu. ff. 14. de v. obligat.* Et de libera testandi facultate, deque pacto contra illam, quòd non valeat, *Schneidew. de dona. §. aliæ, num. 93.*

Sed quæritur, an ex testamento nullo 141
debeantur legata & fideicomissa? respondet (*Distinguendo inter patrem scienter filium: prætereuntem, & si ignorauerit se habere filium, quia hoc posteriori casu nec legata debentur, nisi quæ necessariò relicta sunt, puta ad exonerationem conscientiæ, &c.) Geyl. in obser. 113. lib. 2. obseru. Came. Impe.* ¶ Qualiter autem testamentum rumpatur natiuitate posthumi, vel quibus alijs ex causis, *vide Geyl. in obserua. 114. lib. 2. num. 11. (Vbi similiter probat Bart. distinctionem, an pater de posthumo cogitauerit, & vi clausulæ subsistere istam dicit: an non cogitauerit verisimiliter*

liter de eo, & negat clausulam quicquam operari:) & ibi inuenies de clausula codicillari, de qua notaui *sup. in lite. C. versi. de clausula codicillari.*

142 De militari testamento, & ibi multa bona de militibus, *docuit Geyl. in obserua. 118. lib. 2. obseruat. Cam. Imp. vide quæ notaui sup. in lite. M. versi. de milite.* ¶ Consuluit de testamenti militaris confectione, eius validitate, & impugnatione, eleganter *VVes. in consi. 17. & 38. parte 1.* & testamentum militis quæ priuilegia habeat, & an miles possit pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus, *Clarus in d. tractatu de testa. quæst. 15. & 16.* ¶ De testamento secundùm loci consuetudinē facto, an vbiq; valeat, *decidit per Dd. quòd sic, (Idq; verum est, quò ad solennitates: secus, quò ad habilitatem personæ, vt alibi dictum est.) Geyl. in obseruat. 123. lib. 2. obser. vide quæ notaui sup. in lit. B. versi. de bonis in diuersis territorijs.*

143 De testamento scriptura priuata testatoris facto, an valeat in vim testamenti vel vltimæ voluntatis? quòd non, *deliberat Decian. in consi. 46. volum. 2. à principio vsq; ad nu. 25.* ibi bene refert modos impugnandi testamenta: sed qualiter & ex quibus eiusmodi testamentum, licèt priuata saltem scriptura de testatoris voluntate appareat, in fauorem liberorum masculorum, familiæ & reipublicæ, exequendum, *consuluit iste Decian. in d. consi. 46. vol. 2. à num. 26. vsq; ad fin.* addendo, quòd consuetudo excludens fœminas, maximè sit in consideratione habenda.

144 De testatore aliqua, quæ possit facere, ordinare, præcipere, vel prohibere in testamentis, & alia de eius voluntate, notabo. ¶ Voluntas testatoris pro lege habetur: *tex. est vulgat. in §. disponat, in Authe. de nuptijs.* ¶ Sed non potest facere testator, quò minùs leges in suo testamento locum habeant: *l. nemo potest, ff. de lega. 1. ita dixit gl. in l. 1. in verbo cautione, ff. de vsu & habita.*

145 Sed testator, an in testamento suo possit hæredi prohibere Trebellianicæ detractionem, expressè, vel etiam tacitè, *vide Iulium Clar. in tractatu suo de testament. in quæstio. 61. incip. dictum est, Bal. in l. iubemus, C. ad Trebell.* tenet quòd pater quidem non possit prohibere Trebellianicam filijs primi gradus: *Ias. in l. Marcellus, ff. eod. tit. Clarus in quæstione 62. versi. contrariam verò sententiam, & in quæstione 63. sequenti, Alex. de Imol. in consil. 29. volum. 5. colu. 2. versi. sed vbi. (Consentit Geyl. 2. obseru. pract. 138. n. 15. & seq. vbi ait, etiam quòd extraneis prohibere possit.)*

146 Testator, an possit prohibere insinuationem testamenti, quæ stante statuto fieri debebat? respondet, quòd non, *Clarus in tracta. de testament. quæstio. 65. incip. quæro si stat statutum, Bartholus tenuit in l. nemo potest, ff. de lega. 1.* ¶ Testator, an possit remittere confectionem inuentarij hæredi, (*In præiudicium creditorum non potest: in præiudicium legatariorum vel fideicommissariorum remittere eum posse, contra Bald. communis est opinio.*) vsufructuario, (*Communis opinio est, non posse,*) & tutori, (*Tutori remitti potest, siuè expressè prohibendo, quo casu vtilitatis pupilli ratio habita videtur, siue simpliciter remittendo; quæ opinio communis est, à qua in practica non recedendum. Iudex tamen, si ita expedire pupillo visum fuerit, nihilominus tutorem ad confectionem inuentarij cogere potest.*) examinauit *idem Clarus in d. tracta. de testa. in quæst. 66. VVesenb. consi. 86. parte 2.*

Testator, an possit in testamento tutori 147
remittere rationis redditionem, & quid operetur, *notauit Alexand. de Imol. in consi. 164. volu. 5. per totum.* ¶ An possit testator prohibere diuisionem inter hæredes? dic, quòd ad tempus benè, non autem in perpetuum: *d. Iulius Clar. in quæst. 67.*

Testator, an possit legatario dare licen- 148
tiam, vt propria auctoritate capiat possessionem rei legatæ, (*Respondetur, quòd sic. hæredi tamen possidenti per vim eripere non potest: eaq; communis est.*) *Clarus in dict. tractatu de testam. quæstio. 68.* ¶ Testator, an possit priuare hæredem hæreditate, si aliquid fecerit, vel non fecerit, contra eius voluntatem? respondet, quòd sic, *Clarus in quæstione 69. & ibi declarat, quomodo tamen ista priuatio intelligatur.* (*Vt videlicet per vim fideicommissi hæreditas restituatur substitutis, vel cohæredibus, vel his deficientibus, venientibus ab intestato.*) ¶ Testator, an queat prohibere in testamento, ne bona sua tacitè sint hypothecata legatarijs? respondet, quòd sic, *dict. Clarus in quæstione 70.*

An testator possit disponere de rebus 149
hæredis, ea expressè obligare, vel hypothecare? respondet variè loquendo, *dict. Clarus quæstione 71.*

An possit prohibere testator hæredi alienationem rerum ipsius hæredis? quærit & respondet, quòd non, *dict. Clarus in dict. quæstione 71. & ibidem in fine,* An possit grauare hæredem fideicomisso, super re iam per eum donata? dicit, quòd sic, *reprobatá gl. ſſā, quæ contrarium voluit.*

Testator, an possit in suo testamento 150
vsufructuario remittere cautionem vsufructuariam? respondet distinguendo in bonis immobilibus & mobilibus, (*Quanquam & in his non posse remitti, sicut in immobilibus, communis est opinio,*) *d. Clarus in quæstione 64.*

Testator, an possit filio prohibere alienationem legitimæ?

An possit

An poſsit hæredi prohibere, ne detrahat falcidiam, (*poteſt,*) & filio, (*Filio ipſi prohibere non poteſt: hæredi eius poteſt: ſin dubium ſit, à quo relictum ſit fideicommiſſum, interpretabimur ab hærede eius relictum, vt prohibitioni locus ſit.*) ne detrahat legitimã, de fideicommiſſo? reſpondet, quod ſic, *Clarus in quæſt. 72. & 73.*

151 An prohibere poſsit ius accreſcendi, latè diſputat *& docet* (*In legatis vel fideicommiſſis ius accreſcendi prohiberi poteſt. In hæredum inſtitutione, & maximè, ſi vnus ex re certa inſtitutus ſit, magis communis opinio Dyn. ſequitur, quòd non obſtante tali prohibitione iuri accreſcendi locus ſit, à qua nec in iudicando recedendum.*) *d. Clarus in quæſtione 74.* & ſecundùm Clarum de poteſtate teſtatoris aliqua dicta ſunt.

De teſtatorum præceptis, bona extra familiam alienari prohibentibus, *vide Barto. Romule. in tractatu ſuo ſuper §. Diui, l. filiusfamilias, ff. de legatis 1.* vide ibi pulcherrima, quæ faciunt ad familiæ & agnationis conſeruationem: & reduxit ibi illam materiam, per quatuor principales concluſiones, de quibus *ibi vide per illum, à num. 67. vſq; ad finem.*

152 Notabilem vide quæſtionem, *num. 227.* an princeps poſsit immutare teſtatoris voluntatem: vt non obſtante illius prohibitione in teſtamento facta, bona poſsint alienari extra familiam? affirmatiuè bona inducit argumenta. Sed ex melioribus rationibus refellendo cõtraria, in negatiua reſidet *à num. 235. vſque ad num. 246.* ſed in reliquis vſq; ad finem diſtinguit, & benè docet: eſt materia, docens, in quibus princeps poſſit diſponere, vel non.

153 De teſtatoris voluntate attendenda, circa collationem in ſucceſsione fiendam, vel non, *conſuluit Decian. in conſi. volu. 2.* ¶ Teſtator quòd diuiſionem bonorum legatorum, ne lacerentur poſsit prohibere, *conſuluit Decianus in conſi. 43. volu. 2. num. 28.* Sed quomodo plures legatarij vtantur iſtis bonis legatis? reſpondetur, quòd intelligatur legatus vſusfr. vt diuidatur, vel vt bonis alternis annis fruantur: *Decia. conſi. 71. vol. 3. num. 5.*

154 Teſtator ſi dixerit: (bona deueniant indiuiſa ad agnatum proximiorẽ,) & plures eiuſdem gradus agnati concurrunt, quis habebit? reſpondet, diuidant in portiones, *Decia. conſi. 71. vol. 3.* in alijs, vide ibi, quando duo vel plures æqualiter in alijs actibus concurrant. ¶ De voluntate & mente teſtatoris. Semper & ante omnia ipſius teſtatoris voluntas attendi debet: *l. non aliter, ff. de lega. 3. cum ſimilibus.* ¶ Imò non ſolùm attentendenda eſt teſtatoris voluntas expreſſa, ſed etiam illa, quæ ex coniecturis colligitur: *l. cum proponebatur, in fi. ff. de lega. 2.*

155 Imò plerunq; propter coniecturatam mentem teſtatoris, à vi & proprietate verborum eſt recedendum: *l. hæredes mei, §. cum ita, cum ibi nota, ff. ad Trebellia.* docuit pulcherrima per ſeptem regulas, *Iulius Clarus in tract. ſuo de teſtamen. in quæſt. 76.* & ibi vide de extenſione diſpoſitionis teſtatoris de vno caſu ad alium fienda. *habetur in l. commodiſsimè, ff. de libe. & poſthu. in l. Titius, §. Lucius, ff. eo. tit. & vide Hippo. de Marſi. in ſingula. ſuo 499. incip. licèt diſpoſitio.*

Mens teſtatoris in dubio præſumitur 156
conformis diſpoſitioni iuris communis; *ita allegatur Bart. dicens in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. Decian. in conſil. 107. vol. 2. num. 18.*

Et alia de præſumenda teſtatoris volun- 157
tate in materia, an liberi ſub conditione poſiti cenſeantur vocati, *vide apud Clarum in d. tractatu, in quæſtio. 77. vſq; ad quæſtionem 81. & alia apud Decianum in conſil. 3. num. 50. & in ſequentibus vol. 1.* & ibi de præſumenda mente teſtatoris, quòd voluerit potius maſculum præferri in ſucceſsione, quàm fœminam: *in conſi. 107. vol. 2. idem in conſi. 7. vol. 1. per totum,* & ibi conſiderandam ſic mentem contrahentium atq; teſtatoris, *idem Decian. conſi. 34. volu. 3.* Sed teſtatoris mens qualiter ex ſcriptura priuata ſic probetur, quòd poſsit executioni mandari, atq; ſi eſſet ſolenne teſtamentum factum, *optimè conſuluit Decia. in conſ. 46. vol. 2. num. 26. & in multis ſeqq.*

Et de voluntate & mente teſtatoris, quòd 158
ſit attendenda: quòd gubernet & regat ea, quæ ſunt in teſtamento: & quòd debeamus ſectari mentem teſtatoris, ſicut canis leporem in ſyluis, *dixit Barto. Romul. in tracta. ſuo de teſta. præcep. bona extra fami. aliena. prohiben. num. 93.* ¶ Sed voluntas teſtatoris ſcripta à notario, & non lecta, non valet, neq; iure teſtamenti, neq; iure codicilli: *gloſſ. eſt in l. fideicommiſſa, §. 1. ff. de annu. lega. & per illam Guliel. de Ludo. in ſingula. ſuo 148.*

Et notandum eſt, quòd voluntas teſta- 159
toris vel cuiuſlibet diſponentis intelligatur (ſtantib. rebus, prout ipſe cõſiderauit eas.) *l. ex facto, in princ. ff. de vulga. & pupilla. ſubſti. Decian. in conſi. 95. vol. 2. num. 4.* ¶ Et poteſt tamen interdum ex iuſta, legitima & probabili cauſa ſaltem iudex recedere à voluntate teſtatoris: quia videt fortè non expedire pupillo, vt iſta teſtatoris voluntas ſeruetur: *Decian. conſuluit in caſibus in d. conſi. 95. vol. 2. num. 14.*

De teſtatoris aſſertione quæro, ſi teſtator 160
aſſerit, quòd habeat tot bona & talia: quãdo qualiter & in cuius præiudiciũ probet eius aſſertio? (*verba teſtatoris enunciatiua contra filiorũ legitimã nihil operãtur, ſed agenti incumbit probatio.*) ita etiã, quòd non opus ſit probatione in contrarium, *vide Paul. de Caſtris, in conſ. 77. incip. viſo ſuprà ſcripto puncto primo, n. 2. & 3. vol. 1.*

De Testato & intestato.

161 AN aliud Intestatum mori, quàm Sine testamento: Imol. ait, *in l. 15. de vulg. Brissonius negat, vide Cuiac. 7. obseru. 16. Gothofr. ad l. intestat. 64. de V.S.* ¶ Pro parte quis non potest decedere testatus, & pro parte intestatus, & hoc regulariter: *in l. Ius nostrum, ff. de regul. iur.* vide autem istius legis ampliationes & limitationes, *per Decium ibidem, & Bertach. in suo repertorio, litera T. in versi. testator, & in versi. testator pro parte, declarat benè.* Posuit istam theoricā, (quòd quis pro parte testatus, & pro parte intestatus, non possit decedere.) *Socinus in regulis fallentia. regula 495. & adduxit fallentias 22. & addit Pe. Philip. Corne. in consi. 35. incip. in casu, in litera T. in 2. parte, & omnino in consi. 85. incip. plura, in lit. G. in 3. par.* ¶ Sed quot modis dicatur quis decessisse intestatus? notauit modos septem, *Schure. in suo tractatu de Successio. ab intestato, mihi folio 13.*

162 Causam testati & intestati non cumulari, *notatur per Dd. in l. fin. C. de codicillis, & per illos sic dixit Mynsing. in obseruatio. 25. cent. 3. cum vna (nisi videlicet probabilem & iustam ignorantiæ caussam habeat codicillorum postea factorum,) declaratione ibidem. Geylius in obserua. 124. num. 14. lib. 2. ibi,* quòd propter patrimonij diuersitatem, in diuersis locis latè situatis, quis possit mori pro parte testatus, & pro parte intestatus: item duplicem personam ex illo sustinere videtur.

De Testibus.

163 DE modo producendi testes, & formandi probationem per eos, *dixi & notaui sup. in litera P. versi. de probatione per testes:* hîc notabo, & addam aliqua circa productionem, personas testium, dicta eorum, & aliqua alia notatu digna.

164 Nota: testis ad testimonium ferendum est citandus. si autem non citatus deponat, non valet eius testimonium: *dicit Anauellus de Claris Aquis in singula. suo 103. per textum, l. si quando, C. de testib. & c. in nomine domini, ext. eo. tit.* quòd debeat citari testis, & de practica citandi, *docuit Geyl. in obserua. 100. lib. 1. nu. 9. & 10. Mynsing. centu. 4. obserua. 2.* Hoc tamen non procedit, si essemus in materia, in qua de euitando peccato ageretur: quia in tali casu testi etiam semel offerenti credendum esse, *Hippo. sing. 14. asserit.*

165 Sed testes quomodo compellantur ad ferendum testimonium veritatis, qui compellantur, (*Regulariter omnes, etsi iurauerint, se non prohibituros testimonium, aut non reuelaturos secreta.*) & in quo casu non, (*priuilegiatæ personæ inuitæ non dicunt testimonium, nec clericus aut laicus de ijs, quæ in confeßione audiuit, nec proxeneta, nisi vtriusq; partis consensu: quæ magis communis est.*) *vide textus & notata Dd. ad totum titulum, extra de testibus cogendis: & Geyl. docuit pulcherrimè, in obseru. 100. lib. 1. obseru. & ibi num. 20.* an in criminalibus compelli possint. (*Remittit se ad Panorm. atq; alios, qui varijs distinctionibus rem intricant: summa est, cogi posse testes, si agatur de puniendo delicto, vel etiam in exceptionibus, si aliter veritas haberi non poßit, magnumq; versetur eâ in re aduersæ partis præiudicium, quanquam in communis sanguinis clerici cogendi non sint.*)

Adde vnum: quando aliquis testis est citatus ad perhibendum testimonium, sed est contumax, & non vult comparere, potest propter eiusmodi contumaciam iudex illi imponere pœnam confiscationis bonorū: 166
Bal. in c. 1. & per illum textum, ext. de testib. cogendis, notauit Ioan. de Arno. in singula suo 98. incip. est citatus. De iure Canonico per excommunicationem, de iure Ciuili per pœnam vel mulctam cogitur: *Chilian. Köning in practica sua, cap. 82. Von dem Gezwange der Gezeugen.*

Sunt autem aliquæ personæ, quæ inuitæ testimonium dicere non coguntur: quæ personæ enumerantur, *in l. lege Iulia, & in l. inuiti, ff. de testibus.* 167

Sed intellige, quando potest per alios probari: aliàs secus: ratio est, quia non est angustanda facultas probationum: *l. quoniam, C. de hæreticis, Hostien. & Ioan. Andr. in c. 1. de testib. cogend. Geyl. in obseru. 100. lib. 1. nu. 14.* Sed cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non poßit, *notauit Romanus in singula. suo 398. incip. tu habes, & ibi in addit. Pigno.*

Potest etiam volens producere testes, alloqui eos, & dicere, vt dicant de causa sua veritatem: non autem permissum est, vt instruat eos, qualiter deponant: *Bal. in l. data opera, C. qui accusa. non possunt:* quia fraus nō est, parare probationes: *l. atqui natura, §. cum me absente, ff. de nego. gestis, Chilia. Köning tradidit in suo processu, cap. 81. nu. 3. in fi. aliud exemplum ponit idem Chil. in d. process. c. 75. num. 7.* 168

Sed iam testib. repertis producat eos suis sumtibus, ita quòd illis sumtus præstet *l. quoniam, C. de testib. l. eos, C. de appella.* sed deducat, quòd erant impensuri in domo: *tenuit Anauell. de Claris aquis, in sing. suo 14. allegans l. sed si hæred. ff. ad exhib. Geyl. in obseru. 99. lib. 1.* 169

Sed quando vnus procurator litem est contestatus, an alter procurator possit producere testes, *habetur in c. si duo de procura. in 6. notauit (quòd non poßit, aduersario contradicente,) cum vna limitatione Ludo. Roma. in sing. 246.* 170

Sed pro expeditione videndum erit, quæ personæ ad testimonium ferendū non admittantur: omnibus enim concessum est

est testimonium dare, nisi quibus id legē sit interdictum: *l. 1. ff. de testib.* & regulariter nō admittuntur. ¶ Minor quatuordecim annis, non potest esse testis, in causa ciuili: *l. iuncti, ff. de testib.*

171 Item minor annis viginti, non admittitur in testem, in causa criminali: *l. in testimonium, ff. eo. tit.* sed maior factus potest testificari de illis, quæ vidit in minori ætate: *l. excipitur, §. 1. ff. ad Syllania.* dum tamen proximus pubertati. Et quo casu minores possint testificari, *vide Hippo. de Marsi. in repe. l. si fortè mulier, num. 9. & num. 13. C. ad l. Corne. de sicarijs: item Angelum de Malefi. in versi. qui iudex statuit, num. 5. Blan. in repe. 2. fin. ff. de quæst. nu. 346. item Lancilo. in suo breuiario, in rubri. aggredien. perso. testium, in verb. pupillus.*

172 Infamis neq; de his rebus, quæ vidit, antequā infamis erat factus, potest esse testis: *l. 3. §. duæ, ff. de Carbonia. edicto, Alciatus in l. neminem ff. de verb. signifi. l. 3. §. leg. Iulia. ff. de testib.* sed in casu, quando veritas aliter haberi non potest, benè admittitur: *Hippo. de Marsil. in d. l. si fortè mulier, num. 7. C. ad l. Corne. de sica. & notauit Antonius Corset. in singularib. suis, in verb. mors, num. 3.* & ideò etiam homicida, tanquam infamis, non potest esse testis. fallit in occidente Bannitum: *Ioan. de Arno. in singul. suo. 71.*

173 Et in tantum infames non admittuntur, in criminali vel ciuili ardua causa, quòd neque numerus suppleat infamiam, ex qua sequi possit condemnatio: *Ioan. de Arno. in sing. suo 19 Bal. in c. ad nostram, de prob.* ¶ Quatenus autem, & an papa possit dispensare de infamia, *vide Corse. in singularib. suis. in ver. testis 14.* ¶ Infames infamia iuris qui sint, & quòd omninò sint à ferēdo testimonio repellendi, *docuit Lancilo. in suo breuiario iuris, in rubri. personæ testium aggrediendo, in verb. infamus:* vndecim casus tamen ibi posuit, in quibus infamis infamia iuris testificetur: *& ibidem, nu. 14* vide de infame infamia facti, in quibus casibus non admittatur. *Decian. in cons. 92. volum. 2. num. 37.*

174 Diffamatus, qui laborat mala fama: *in Authen. de teste, §. licere, in verb. nomine, Barto. & Bal. in l. 1. C. de summa Trinita. & fide Catho. Angelus de Malefi. in versi. nec non à maleuolis.*

Item opponitur, quòd sit accusatus vel inquisitus: *Angel. de Malefi in tracta. suo, in versi. comparuerunt dicti inquisiti, & totum negauerunt, num. 13.* vel quòd sit litium redemtor & perpetuus litigator, quia non potest esse testis: *Corset. in singula. suis, in verb. testis, 13.*

175 Periurus: *c. testimonium, & ibi glossa de testib. c. semel malus, de regulis iuris, in 6. in l. sed si quis maior, C. de transactio. Lancfran. in sua prax. cap. 8. num. 74. notaui suprà in litera P. versi. de periurio, Lancilo. in suo breuiar. iuris, in rub. aggrediendo personas testi. verb. periurus, ibi cum ampliationibus & declarationibus docet, qualiter quis fiat periurus, vel non.*

Excommunicatus: *tex. est, in c. veniens. el. 2. & Dd. notant in c. testimonium de testib.* item existens in mortali peccato, nisi pœniteat: *d. Ioan. in sua prax. c. 8. de testib. num. 72. & 73. Lancilo. in suo breuiario, rubri. aggrediend. perso. testi. in verb. excommunicatus suspensiuè, ibi inuenies 4. limitationes.* 176

Hæreticus & infidelis: *2. q. 7. c. si hæreticus, Angel. de Malefi. in vers. qui iudex statuit, num. 13. vide sup. in lit. H. versi. de hæreticis, Lancilo. in d. loco, in verb. infidelis:* limitat ibi octo modis in Iudæo; similiter de Iudæis, *Spec. in tit. de teste, §. 1. num. 59.* 177

Inimicus: intelligitur de inimico capitali: *Innocen. in c. inquisitio. de accusa. & in l. testium, ff. de testib. Angelus de Malefi. in d. versi. qui statuit, num. 14. vide bonum textum & glossam singularem in c. accusatores, el. 1. 3. q. 5.* non etiam reconciliatus: *vide suprà in litera I. versi. de inimico & inimicitia. Lancilo. in suo breuiario iuris, d. rubri. in verb. inimicus, ibi in fine, qualiter debent probari de inimicitia.*

Amicus magnus: *l. testium, ff. de testib. Feli. in c. quoties, ext. de testib. notaui suprà in litera A. versi. de amico & amicitia: vide Alexan. de Imo. in consi. 88. in 5. volu. Lancil. in verb. tantum, ibi in fine* vult, quòd numerus tamen amicorum suppleat. 178

Pater vel mater pro filio, & econtra filius pro patre vel matre, regulariter non admittuntur: *vt in l. parentes & liberi, C. de testibus,* nisi in causis, quæ respiciunt ætates vel matrimonia liberorum: *glossa est singula. in l. etiam, ff. de proba. text. gloss. & Dd. in c. videtur, ext. qui matrim. accus. poss.* 179

Sed licèt pater vel coniunctus non possit esse testis in causa filij vel coniuncti, tamen, si fuerit descriptus in instrumento vt testis, adminiculatur instrumento. ¶ Item quando concurrit cum alijs testibus idoneis, facit fidem: *Corse. in singul. suis, in verbo testis 11.* & ibi nota regulam, vbi testis non debuit examinari propter suspicionem: tamen si fuerit examinatus, facit aliquod indicium: *Barto. in l. maritus, ff. de quæstio. Lancilo. in suo breuiario, d. rubric. in verbo parentes,* declarat per ampliationes, & adducit nouem limitationes, quòd parentes pro liberis testes admittantur. 180

Liberi stantes in communione: *l. 2. C. de testibus, & secundùm Antoni de Butr. in c. cùm oporteat, de accusa. & in c. accusatores, el. 2. eo.* 181

Frater pro fratre vel alius coniunctus, non admittuntur: *l. 3. ff. de testibus, Angel. de Malefic. in versic. qui iudex statuit, nume. 9.* Sed quo casu in criminali, ad faciendam defensionem, frater pro fratre possit testi-

testificari, *vide Ioan. de Arno. in singula. suo 40. per Bal. in l. parentes, in prin. C. de testib. & Corset. in singularibus suis, in verbo testis 16. Mynsi. in 1. respons. decadis 1. num. 10.* quibus casibus frater pro fratre admittatur vel non, docuit per 6. limitationes & 8. sublimitationes: *Lancilo. in suo breuiar. rubri. aggredien. perso. testium, in verbo fratres, ibi similiter de agnatis, cognatis & affinibus.*

182 Consanguineus licèt admittatur, tamen non est testis integer, & omni exceptione maior: *Bal. in l. qui testamento, §. quæcunq., ff. de testa.* ¶ In causa criminali omninò non admittitur, nisi pro defensione formanda: *Bal. in d. §. quæcunq., & in l. lex Cornelia in prin. ff. de iniur. Alexan. de Imo. in consi. 5. & in consi. 18. volum. 1.*

183 Socer nunquid debeat admitti pro genero, *habetur in c. si testes 4. q. 3. §. lege Iulia publicorum, Alex. in d. consi. 18. volum. 1.*

Patronus admittitur quidem, sed non facit tantam fidem, atque alius testis integer: *Bal. in l. parent. C. de testib. vers. quæro igitur.* ¶ Sed in causa ętatis benè probat pro eo, quē leuauit de sacro fonte: *Barto. in consi. 92. incip.* in quæstione vertente inter dominū Simonē.

184 Maritus & vxor etiam non admittuntur: *gloss. & Cynus in l. 2. C. de testibus, Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 15. versi. sed quid de vxore, Angelus de Malefic. versi. qui iudex statuit, num. 9. & ibi Augusti. in addi. num. 32.*

185 Domesticus seu familiaris etiam non admittitur regulariter: *l. 2. C. de testib. c. in literis, ext. eodem, Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 11. versi. item excipitur*: & ibi declarat, qui dicantur domestici, (*qui videlicet sumtibus producentis alantur*,) simul de commensalibus, mercenarijs, famulis, & libertis, quòd sint domestici & sic non idonei testes, *habetur in l. præsenti, §. sic vbi, C. de his, qui ad Ecclesias confugiunt, tenet Lancilo. in suo breuiario iuris, in rubri. personas testium aggredien. versicul. domestici*: ibi ampliat, illam repulsam domestici procedere, etiamsi non opponatur à parte: & notauit ibidem viginti sex limitationes, in quibus non procedat ista conclusio, de non admittendo domesticos.

186 Aduocatus pro clientulo suo an possit esse testis, quæritur? & respondetur, quòd regulariter non, quando præstitit patrocinium: *gloss. est in l. fina. ff. de testib. est textus in c. mediatores, de testib. in 6. & sic concludunt communiter Dd.* vbi autem aliter veritas haberi non possit, potest aduocatus esse testis pro clientulo suo: *vide Lancfran. de Orian. in sua prax. cap. 8. de testium depositio. num. 64. Ioan. Andreæ in addi. ad Specul. in titu. de teste, §. 1. vers. quid si aduocatus, num. 75. Lancilo. in suo breuia. in d. rubri. in verb. aduocati*, ampliat aliquibus, & limitat 5. modis, cum vna declaratione.

Sic etiam procurator ad causam vel processum prohibetur esse testis: *d. l. fin. ff. de testib. Innoc. in c. super, de testib. est text. in l. deferre, §. item decreuerunt, ff. de iure fisci, Lancilo. in d. loco, in verb. procurator*, docet, in quibus casibus sit admittendus vel non. 187

In procuratore autem ad negotia, nulli dubium est, quin possit admitti, si non spectet ad eum commodum: *gloss. est, in c. 1. de testib. in 6. Lancfran. de Orian. in sua prax. cap. 8. de testib. depos. n. 65.* vide de aduocatis, procuratoribus & similibus, *Bonifa. de Vitella. in tract. suo malefi. in rubr. de testibus, num. 15. Angelum in tractatu maleficio. in versi. qui iudex statuit, nu. 10.* addit illis patrocinantes & sollicitatores in causa, tutores, curatores & administratores offensi: *allegat d. l. fin. & quæ ibi notantur, ff. de testib. vide Lancilo. in d. verb. procurator, in versi. procurator ad negotia.* 188

De sollicitatore salariato, vel non, *notauit Ioan. Andr. in addi. ad Specula. in d. tit. de teste, §. 1. nu. 75. ibi adde pro hoc*, & regulariter respiciunt & considerant iura, an quis habeat commodum, vel non: *Lancilo. in d. loco, in verb. sollicitator, ampliat & declarat.* 189

De tractante de se exonerando, quòd regulariter testis esse non possit, *notauit Lancfr. de Orian. in d. praxi in c. 8. de testium deposi. nu. 65. Barto. in l. deferre, §. idem decreuerunt, ff. de iure fisci, dixit aliqua pro intellectu eorum Paulus Castrens. in consi. 161. incipien. ad benè examinandum.* 190

Iudex quatenus in testem produci possit, *docuit Bal. in l. ne in arbitris, C. de arbitris, d. Lancfran. de Oriano, in d. cap. 8. de test. depo. num. 66. versic. quæro quintò, Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 76.*

De iudice arbitro, adsessore, & de similibus, an repellantur à testimonio, *notauit cum alijs Bonifa. de Vitella. in tracta. malefi. in rubri. de testibus. num. 43. Lancilo. in dicto breuiario, & d. rubr. in verb. iudex*, negat iudicem admitti: ampliat duobus, & limitat 10. modis. ¶ Wie ein Richter sampt seinen Schöpffen/ bey den Eyden/ damit er der Banck vorwand/ etwas Gezeugen solle/ das so oder so gerichtet worden/ *habetur secundùm Ius Saxonicum in Arti. 8. lib. 1. LandRecht, & refert glossa in Artic. 88. lib. 3. & ibi vide additionem latinam, litera A.* 191

Wie ein Rath vor Gerichte solle Gezeugnus geben: Nemlich/ das bekentnus sollen die Rähte thun in gehegter Banck/ alle mit einander vor Richter vnd Schöpffen/ nicht aber darff ein jeglicher sonderlich bekennen/ sondern der Bürgermeister thut das Bekentnus alleine/ vnd die andern geben alle jhre Jawort dazu: *gloss. est in Weichbild, Arti. 100.* 192

De proxeneta vel mediatore, qui est particeps muneris, quòd quoque submoueatur, nisi 193

nisi in casibus, docuit *Lancilo. in verbo proxeneta*: quòd non sit integer testis: *vult Decian. in consil. 55. vol. 2. num. 21.* Dicitur autem proxeneta ille, qui explorat voluntates hominum, an & quando velint contrahere, & qui contractus ipsos inter contrahentes ad cōcordiam redigere volunt: horum hominū in magnis Emporijs necessarius vsus: *Azo in summa, C. de sponsa. Decia. in d. consi. num. 20.*

194 De tabellione vel notario, an possit esse testis in causa, in qua adhibetur pro notario vel tabellione, *Lancfran. in d. sua praxi, cap. 8. de testi. deposi. num. 66. versi. consequenter dicitur.* Quo casu notarius actorū possit admitti, refert *Lancilo. in d. verbo iudex, in fine.*

195 De tutore, quòd possit esse testis pro pupillo, determinauit *Barto. in l. qui testamento, in prin. ff. de test.* & ibi quoque notat de actore Lancfrancus, *in d. cap. 8. num. 67. Angel. de Malefi. in tracta. malefi. in versi. qui iudex statuit, n. 10. Lancilo. in verbo. tutor.* Item excipitur cōtra testes, quòd sit administrator, Episcopus, Abbas vel alius prælatus collegiatus in causa Ecclesiæ suæ, quò ad bona mensalia: *dicit & declarat Lancilo. in verbo administrator.*

196 De legatario, quatenus pro testamento possit esse testis, vel non, docuit *Bald. in l. dictantibus, C. de testib. habetur in §. legatarius, Insti. de testamen. d. Lancfran. de Oriano in sua praxi, d. cap. 8. de testi. deposi. num. 67. versi. quæro vlterius, nunquid legatarius.*

197 De muliere, quòd non possit esse testis, *habetur in c. forus, ext. de verbo. signi.* Quatenus in ciuilibus, spiritualibus, matrimonialibus & criminalibus, *notauit Specula. in tit. de teste, §. 1. num. 83. versi. item quod est mulier, l. ex eo. ff. de testib. l. in testamento mulier, ff. de testa. Instit. eo. tit. §. testis, Angelus in tracta. Malefi. versic. comparuerunt dicti inquisiti, & totum negauerunt, num. 13. & 14. ibi dicit,* quòd in criminalibus, in quantum non prohibeantur esse testes, sint idoneæ: *per l. 1. ff. de testibus. Bonifa. de Vitella. in tract. Malefi. in Rubrica de testib. num. 37. & 38. vide ibi, quibus casibus admittatur, vel non, mulier.* ¶ Mulier in causa ciuili cōtra clericum potest esse testis: *Marant. par. 4. dist. 1. n. 41. & seq.* ¶ Nota, quòd pro defensione formanda: benè *Mynsinge. in 1. responso suo deca. 1. responsorum, num. 27.* Quatenus, quando, vel non, mulier admittatur pro teste, *docuit Lancilo. in d. breuiario, & rubri. in verbo mulier, & ibi de Hermaphrodito.*

198 Sed mulierum dicta an sufficiant ad condemnationem: puta: tres mulieres deponunt de Robaria, an ex earū dictis quis veniat condemnandus? *Vide quæstio. apud Gandinum de Malefi. in rubr. de furib. & latro. num. 8.* & decidit, quòd non: quia conditio mulieris vana est, instabilis & mobilis: *Bonifa. in d. rubrica. de test. num. 38.* arguendo à causa testamentaria ad criminalem: & de ista quæstione, an mulier possit esse testis, *disseruit Lancfran. de Oria. in praxi, cap. de testium depositio. num. 77. Bartholo. Socinus in regulis fallentia, regula 511.* vbi docet, in quibus casibus mulier pro testamento possit esse testis.

De paupere, qui non habet 50. aureos in bonis, quòd possit esse testis, nisi aliàs sit suspectus, *docuit Specul. in d. tit. de test. §. 1. num. 61.* Paupertas enim non est de genere malorum: *c. illa in fine 15. q. 1.* sed quòd ipsis minùs, credatur, quàm diuitibus, *voluit Alex. de Imo. in consi. 15. vol. 3. Angelus de Malefi. in versi. qui iudex statuit, num. 7. gl. in l. 3. ff. de testib. Lancfr. de Oriano, in d. ca. de test. deposi. num. 82. Bonifa. de Vitella. in tracta. Malefi. in rubri. de testib. num. 46. Lancilotus in citato loco, in verb. pauper.* 199

Quid de rustico, quòd neque ratione ignobilitatis repellatur, nisi sit suspecta persona, & cæteris paribus quòd minus illi credatur, *notauit Lancfran. de Orian. in d. cap. de testi. deposi. num. 82. sic intelligenda est gloss. in l. 3. ff. de testib.*

De Senibus, die von Siebentzig Jare seind/ 200
ij non quidem coguntur, sed tamen benè esse possunt testes: *Bal. Abbas, & Felinus in c. si qui testium, extr. de testib.*

De fideiussore, quòd pro debitore principali, quando est soluendo, possit esse testis: *notauit Bal. in l. si cui legatur. §. si Titio, in fi. ff. de leg. 1. sed contrarium tenent Ioan. And. & Feli. in c. insuper, ext. de testib. Specul. in tit. de teste, §. 1. versi. quid de fideiussore, Chilia. in cap. 75. num. 13. Lancilo. in d. loco, in verb. fideiussor.* 201

De eo, qui est de vniuersitate vel collegio, an possit testificari in causa vniuersitatis vel collegij in ciuili & criminali, *Specul. in d. tit. de test. §. 1. n. 22.* habetur, quòd sic, quando aliter veritas haberi non potest: *in c. insuper, & in c. cum nuncius, de testibus, in l. consensu, C. de diuor.* vide, cum distinctione quantum ad vtilitatem priuatam, Baldum *in l. parentes, C. de testib. Chilia. in d. cap. 75. num. 16. pulcherrimè, Alexan. de Imo. in consi. 99. col. 3. versi. nec obstat, & in sequentibus Lancfranc. de Oria. in sua prax. de testium depositione, nu. 70.* docuit per tres conclusiones, *Petrus Gerar. de Petra Sanct. in sing. 24. incip. vtrum ciuis, vol. 5.* in quibus casibus de vniuersitate admittantur vel non, tradidit per octo declarationes, *Lancilo. in superiùs citato loco, in verb. vniuersitatis.* 202

De subditis ratione iurisdictionis, quòd sint testes idonei pro domino, *voluit Cynus in l. eos, C. de testib. notauit Abbas in c. insuper, in c. cùm nuncius, ext. de testib.* si autem minæ & terror suspicari possint, diminuitur eorū fides: *Lancilo. in d. verb. vniuersitatis: & ibi in fine,* quid de dominis pro subditis. 203

Quid

204 Quid de confesso & conuicto de crimine, qui non est damnatus, an testis esse possit? de iure Ciuili benè, de iure Canonico verò non: *refert Lancfran. de Oria. in d. sua praxi, C. de testium depositione, num. 75.*

Vsurarius quoque ad testificandum non admittitur, quia est ipso iure infamis: *Lancilo. in loco citato, in verb. vsurarius.*

205 Item peccata non confessus saltem semel in anno. d. *Lancilo. in verb. peccata non confessus.*

Gulosi & popinones, perseuerantes in eo modo viuendi in tabernis & in popinis, non possunt esse testes: quia non emendati: *d. Lancilo. in verb. gulosi.*

Lusores quoque intemperantes & quotidiani, eadem ratione non sunt admittendi: *Lancilo. in verb. lusores.*

206 Supplicans contra sententiã, in rem iudicatam transitã; *idem Lancil. in verb. supplicans.*

Item naturales & spurij non probant: quia sunt infames saltem de facto: *idem Lancilo. in verb. naturales.*

207 Item publicani non sunt idonei testes, propter eorũ vilitatẽ: parua mercede mercenarij similiter repellũtur: *Lancil. in v. public.*

Itẽ fustibus cæsus à prætore, famosus est: ideo & ipse à testimonio repellitur: *l. fustibus, C. ex quib. caus. infam. irroget. Lancil. in verb. fustib.*

208 Accusatus & damnatus de publico crimine, & similes, repelluntur à testimonio ferendo: *Bonifac. de Vitel. in tractat. suo malefic. in Rubr. de testib. nu. 22. l. 3. §. lege Iulia, l. scio, & l. sequen. l. testimonium, ff. de testib. c. fin. ext. eo tit.*

209 Item condemnatus de adulterio, vel de falso, vel de publico iudicio: *l. quæsitum, l. scio, l. qui falsa, & l. eos, ff. de testib. Bonifac. de Vitel. in d. Rubr. de testib. num. 41.* ¶ Item remotus à dignitate, propter turpitudinem suam: *l. 2. C. de dignita. lib. 12. Vitellan. in d. Rubr. de testib. num. 23.*

210 Item socij criminis non faciunt fidem: *Angel. de Malefic. in versic. qui iudex statuit, nu. 11. l. qui filium, & ibi notatur, C. de libera. causa. notaui suprà in litera S. in verb. de socio & societate, in versic. de socij dicto.*

Item blasphemus non est idoneus testis: *Lancil. in verb. blasphemus:* sicque proditor non est admittendus in aliqua causa: *d. Lancilot. in verb. proditor.* Bannitus: *idem Lancil. in verb. bannitus.*

211 Imò quòd repellatur à testimonio ferendo, *dicit Lancilotus in suo breuiario, Rubr. aggrediendo perso. testi. in verb. socius criminis:* sed excipit ibi casus aliquos, in quibus illi socio criminis credatur.

212 Testis pecunia corruptus, repellitur à testimonio, etiamsi dixerit verum: nam eius dictum nullam facit fidem: *gl. est in c. licet causam, ext. de testib. Bart. in l. Diuus, ff. de re iud. declarat Lancfranc. de Orian. in sua prax. cap. 8. de testi. deposi. num. 76. Felin. in d. c. licet causam, in versic. nota nonò.* vbi an per solam corruptionem vitietur dictum eius: de quo pleniùs per eum *in versic. secundò concludo:* vbi etiam de sententia lata testibus corruptis: & an talis testis corruptus probet contra corrumpentem, *vide per d. Felin. in c. 1. de testib.* vbi an rogatus, vt testificetur, dicatur corruptus: & de materia ista, *vide per eum, in c. sicut, in gloss. penul. de testib.* ibi, an sententia data in causa matrimoniali retractetur sola corruptione: sed in quantum quis per solam pecuniæ datione, per promissionis, iuramenti, fideiussoris vel pignoris receptionem, dicatur corruptus, *docuit Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 49. in litera F. ibi non sequatur, notaui quædam supr. in lit. C. vers. de corrumpente.* Item repellitur à testimonio, qui accepit pecuniã, vt parti faueret, vel cõtrà faceret, *Bonif. de Vitell. in d. Rubr. de testibus, num. 44. facit c. fin. 1. q. 1.* De teste pecunia & precib. corrupto, quatenus eius inualidetur testimonium, *docuit Lancilo. in d. suo breuiario, & in d. Rubr. in verbo corruptus: vide, quæ notaui supr. in lit. M. vers. de muneribus.*

Sed de istis testibus, quibus opponuntur 213 crimina, nota: quòd non sufficit generaliter opponere, sed opus est specificare locum & tempus cõmissi delicti, & quòd tale crimen in specie sua specificetur: opponens etiam crimina, habeat probationes criminum in promptu: aliàs tenetur actione iniuriarum: *Clar. in prac. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 53. n. 2. & in seq.*

De carcerato in publico carcere, & de sti- 214
pendiario, *vide Lancfranc. de Orian. in sua prax. cap. 7. de test. depo. num. 78. & 80.* ¶ De illo, qui in vinculis publicáue custodia detinetur, quòd à testimonio repellatur, *dixit Lancil. in d. loco, in verb. carceratus;* rationem ibi assignat; quia, dicit, est suspectus de crimine, & quodammodo infamis: quia detinetur propter crimen, quo propter sententiã infamaretur: vel etiam propter notam vitæ, licet non sit infamis: vel quia præsumitur, quòd falsum testimonium diceret. De stipendiario *Lancil. ibid. in d. verb. carceratus:* item quid arenarius vel vilis persona, *Specul. in tit. de test. §. 1. num. 80. in fi.*

De socio omnium bonorum vel partis, 215
quòd non possit esse testis, *notauit Lancfran. de Orian. in d. prax. c. de testium deposi. num. 83. allegat Innocent. in c. in præsenti, ext. de testib. Lancil. in d. loco, in verb. socius, ibi simul de socio itineris, & de socio familiari.*

Monachi & Clerici, quòd non possint esse testes sine licentia sui superioris, *tenet idem Lancfran. per Specul. in d. cap. num. 84.* Clericus autem secularis benè potest esse testis: *vt in c. quicunque, 14. q. 2.* tamen debet examinari per iudicem Ecclesiasticũ: *vide Lancfran. ibid. notauit Angel. de Malefic. in vers. qui iudex statuit, nu. 4.*

nisi

nisi testificati sint de licentia sui superioris, vel aliter veritas haberi non potuit: istis enim casibus, dicit, eos admittendos, *Gey. in obser. 100. lib. 1. n. 16. pract. obs. Lancil. in d. loco in verbis, Monachus & Clericus, notauit aliquas fallent. de Monacho duas, de Clerico plures, examinando illas inuenies bona.*

216 Laicus contra Clericum repellitur in criminalib. nisi in causa hæresis, symoniæ, & in similib. *Bonifac. de Vitell. in tract. malefic. Rubr. de testibus, nu. 36. c. veniens, de testib. c. cum P. de accusa. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 83.*

217 De suspenso, an repellatur à testimonio, quòd sic, respondet *Host. in c. olim, ext. de accusa. c. appellet, de excep.* ¶ Apostata quia efficitur infamis, etiam arcetur à testimonio: *Bonifac. de Vitell. in d. Rubr. de test. nu. 5.* ¶ De denunciatore & accusatore criminis, an possit esse testis, concludunt Dd. & gloss. *in c. in omni, de testib.* & tenent, quòd sic, in denunciatione Euangelica: in alijs autem denunciationibus, quòd non possit esse testis, docuit *Lancfranc. in d. c. 8. de test. depo. n. 96. Lancilo. in d. suo breuiario, & in d. Rubric. in verb. accusator.*

218 Testis cæcus potest testificari de his, quæ vidit antequam fieret cæcus: *l. notionem, §. fin. ff. de verb. signifi. & ff. de test. l. 1.* vel si deponat de formalibus verbis contrahentium, quorum voces habet notas: *Petr. à Duen. in regul. fall. regula 605. in declaratione 4. Lancil. in d. loco, in verb. cæcus, de muto in verb. mutus.* ¶ Furiosus & mente captus etiam non sunt testes: *vt in c. tua, 3. q. 7. Angel. Malefic. in versic. qui iudex statuit, nume. 6. Lancilo. in d. breuia. in verb. furiosus, ib.* si tamen habeat intermissionem, eo tempore adhiberi potest. ¶ Ebrius similiter repellitur à testimonio: quia ieiunus testis debet deponere: *d. Lancilotus in verb. Ebrius.*

219 Item prodigus, vel is cui bonis est interdictum, non admittitur in testem: *Lancilo. in verb. prodigus.* Timens litigator & liberatus, non possunt esse testes: *item Lancilo. in verbis, timens litigator & liberatus.* ¶ Item reuelans dictum suum vtrique parti, affirmansque se scire, ad hoc vt produceretur in testem, &c. *Lancilo. in verb. reuelans.*

220 Item repelluntur testes obscuri vel ignoti: *vt in §. sancimus, Authen. de testib. Ange. in d. versic. qui iudex statuit, nu. 13.* ¶ Item non cognoscens personas, contra quas deponit: *vt in c. licet, ex quadam ext. de testibus.*

221 Itē repellūtur viles personæ: vt meretrix, lena, tabernaria, leno, & similes: *l. ob carmē, §. fi. ff. de test. l. humiliter, C. de secun. nupt. Bonif. in d. Rubr. de test. nu. 33. Lancilo. in d. loco, in verb. vilis, & in verbis leno & meretrix.* De concubinario non admittendo, *docuit Lancilot. in d. loco in verbo concubinarius.*

Item excipitur contra seruum, & contra illum, cui potest imperari ratione dominicæ vel patriæ potestatis: *Bonifac. de Vitell. in d. Rubr. de testibus, num. 51. & 52. Angel. de Malefi. in vers. qui iudex statuit, num. 2. Lancilo. in verb. serui.* 222

De Muto, Cæco, & Surdo, an possint testificari, *notauit idem Bonifac. in d. Rubr. de testib. num. 57. dicit*, quòd non naturali ratione. ¶ Item excipitur contra testem, quòd sit conspirator & coniurator: *c. conspiratores, 3. q. 5. c. cùm oporteat, de accusa. c. licet Hely, de simonia, & c. per tuas, ext. de re iudica. Lancilo. declarat in verb. coniurator.* 223

Item excipitur contra testē, quòd deposuit in re propria: *Lancilo. in verb. in re propria, ibi docuit*, quot modis quis dicatur deposuisse in re propria, & posuit quinque limitationes, *Decian. in consi. 25. vol. 2.* ¶ Item obijcitur illi testi, quòd sit hæres fideicommissarius vniuersalis: item quòd sit legatarius, & fideicommissarius particularis: limitat duobus modis, *Lancilo. in verb. hæres.* 224

De venditore, debitore, creditore, donatore, & cedente, quatenus possint esse testes, vel non, *notauit d. Lancilot. in verb. venditor, debitor, creditor, donator, & cedens.* 225

Item, quòd non iurauit: *l. iurisiurandi, C. de test. Mynsing. in obserua. 80. cent. 3.* ¶ Sed an dicta testium, non iuratò deponentium, si postea iurent, fidem faciant, (*Crebriùs obtinuit, quòd non: nisi in continenti post depositionem iuramentum præstent, & quidem vltrò: nam si iussi, non est verisimile, eos ab initio de iuramento cogitasse, adeoque attestationes eorum non valent. Ita contrarias opiniones Camera conciliandas putauit.*) *docuit Mynsing. in obserua. 77. cent. 4.* ¶ Et pulcherrima de testis iuramento, (*Quòd vtriusque partis consensu remitti possit: quanquam in matrimonialibus, alijsque animarum salutem concernentibus, eo non obstante, iudex iuramentum deferre debeat. Consuetudine etiam & statuto induci posse, vt testi iniurato credatur: dum tamen de hominibus fide dignis, non promiscua multitudine statutum vel consuetudo sit: Geyl. tradit in d. obser. 101. num. 11. & seqq.*) *vide apud Geyl. in obserua. 101. lib. 1. in obserua. præcedenti 100. in fin. dicit*, quòd in Austria & Bauaria nobilib. sit permissum deponere per scripturam sine iuramento corporali. ¶ Opponitur etiam testi, quòd non rogatus deposuerit in casib. vbi esset rogandus: *de quibus Lancilo. in suo breuia. in d. Rubr. in verb. rogati.* 226

Item excipitur, quòd varium dixerint: *l. qui falsa, ff. de testib.* quòd omiserint dicere veritatem, vel quòd eam occultauerint: *c. illi qui, 6. q. 1.* vel quòd non deponant verisimilia: *l. ob carmen, ff. de testib.* vel quòd dicant eundem præmeditatumque sermonem: *l. 3. §. 1. ff. de testib.* vel dicant de diuersis delictis, 227

litis, *c. licet de probatio.* vel de diuersis personis, *l. ad probationem, C. de proba.* seu de diuersis temporibus, quàm in accusatione vel inquisitione sit deductum: vel etiam inter se sint varij de loco, & tempore, de quibus deponunt: *argument. nota. per Barto. in l. denunciasse, §. quòd tamen, ff. de adult. Angel. refert in d. versi. qui iudex statuit, num. 15. & in sequentibus.*

228 De teste instructo de facti veritate, vt melius recordetur. Licèt dicat testis, se instructum, tamen non vitiatur eius testimonium: dummodò à veritate non recedat: *notauit per alios Mynsing. in obs. 75. cent. 3.* Item objicitur testi, quòd similem causam vel crimen habeat: *Lancilo. in breuiar. in d. Rubr. verbo similem causam.*

229 Item excipitur contra testem, quòd per scripturam deposuit: hoc enim regulariter fieri non potest, nisi in quinque casib. de quibus remissiuè: *notauit Geyl. in obs. 100. in fi. lib. 1. Fel. in c. de testib. ex de testib. dicit Geyl.* quòd obseruet consuetudo in Bohemia, Austria & Bauaria. Objicitur etiam testi, quòd deposuerit contrà illum, cui debuit reuerentiam: *Blanc. in rep. l. fin. ff. de quæst. n. 344. habetur in l. libertor. C. de testib. notauit Saltc. in l. seruos, C. eo. lib.* Quid de Vasal. contra dominum suum feud. *Lancilo. in suo breuiar. in Rub. aggredien. perso. testium, in verb. Vasal.*

230 De teste in facto proprio, & vbi tractatur de eius comodo, quod illi non sit credendum, *consuluit Decia. in consi. 25. vol. 2. sed ibi in pr. vide* de testib. in habilibus & minùs idoneis admittendis, vbi aliàs veritas haberi non possit: maximè in criminalibus, ne maleficia maneant impunita.

231 Imò dictum testis quomodo possit reduci per omnia decem prædicamenta Dialectices: ita quòd appareat, an verum vel falsum dixerit: & bona de ratione testis, deq; alijs multum vtilib. in ista materia, *vide per Bal. in l. data opera, col. 7. 8. 9. 10. & 11. vsq. ad vers. reuertor, C. de his, qui accusa. non possunt.* Et quomodo possint reduci ad concordiam, *docuit Zas. in l. quæ extrinsecus, n. 8. ff. de v. obliga.*

232 De ratione in teste, quomodo sit reducenda ad sensum proprium, *vide eundem Bal. in l. non ignor. col. 3. vers. si de factis, quæ ætatem hominis, C. de his qui accusa. non possunt:* ideoque ibidem omnium sensuum obiecta recenset, & cuilibet sensui sua obiecta attribuit. & dat regulam, super isto non fieri sensationem, nisi per appropinquationem debitam sensibilis rei, ad ipsum sensum: & sic facilè colligere quis potest, an pro statu materiæ bonā dixerit rationem. Et si non dixerit causam scientiæ, depositio eius est nulla: *c. cum causam, ext. de testib.* vel reddidit, sed minus sufficientem & ineptam: *c. præterea, ext. eod.* & hoc intellige, si testis fuerit interrogatus de causa: aliàs valebit testimonium nudè probatum: *vt in c. sicut nobis, ext. de re iud. glo. in d. c. cum causam, de test.*

Quòd tamen in his saltem procedit, quæ ex vno de sensib. immediatè comprehendi possunt: aliàs corruit dictum, si nō dicat rationem, etiam non interrogatus: declarat exemplis *Chil. Köning. in suo processu, c. 78. n. 2. Alex. de Imo. in consi. 155. in 2. col. vers. item non probat, vol. 5.* & datur talis regula. Quotiescunque aliqua res potest sciri difformib. modis, nisi exprimatur modus, quo scitur, illud dictum dicitur obscurum: & per consequens tanquam obscurum non valet: docet per exempla, in modo probandi de valore rei, de dominio, de possessione, *Lancfr. de Oriano, in sua prax. c. 8. de test. depositio. n. 88. Soc. notauit in regu. fallent. regu. 496. & 497. vide ibi declarationes pulcherrimas.* 233

Sed quælibet ratio qualiter sufficiat pro modo subiecti, *declarauit Bal. in d. l. non ignorat, & in d. l. data opera, C. de his qui accusa. non poss. versi. videndum quæ sit nulla.* 234

Et regulariter testimonium de auditu, alieno scilicet, quòd audiuit dici, non valet: *2. q. 1. c. inprimis, vers. sed & de personis, c. licet ex quadam, ext. de testib. l. testium, C. eod. Specu. in tit. de teste, §. 1. n. 53. vers. qui, Spec. tamen ibi in n. 54.* adducit casus septem, in quibus ratio de auditu bene valeat & procedat: adde, quòd subsistat in antiquis, de quib. non existit memoria hominum: *Alex. de Imo. in consil. 116. in fine, vol. 5. text. & ibi Dd. in c. licet ex quadam, de testib.* & intelligitur de antiquitate centum vel ad minus quadraginta annorum: *Innocen. in c. veniens, & in c. quid per nouale, de verb. signifi. declarat Chil. in processu, c. 78. n. 5.* Et sunt aliqui casus, in quib. admittitur testis de auditu: quos ponit *Franc. Ripa. in l. 1. n. 86. ff. si certum petatur, Moder. Hisp. in tract. Ioan. Croti. de testib. 1. quæst. n. 366. Alb. in d. c. licet ex quadam, de testib. col. 2.* 235

Sed aliàs in casib. vbi non habet locum, non probat, neque adiuuante fama publica: *vt per Alex. in consi. 25. col. 2. vol. 4.* nec etiam fauore piæ causæ: *vt per Decia. consi. 154. incip. casus proponitur:* sed tamen testimonium de auditu facit aliqualem præsumptionem seu coniecturam: *Hip. de Marsi, in sing. suo 371. incip. testis de auditu:* & ibi dicit de operatione, effectu, & prodesse istius clausulæ, *idem Hip. in sing. 276. incip. parum & nihil.* Et quòd transferat onus probandi in aduersarium, *notauit Lud. Rom. in sing. suo 345. inc. testimo. de auditu.* 236

Sed testis deponens de auditu, ad hoc, vt eius dictū plenè probet, requiritur: quòd deponat, se ante litem motam audiuisse: si enim dicat, se post motam litem audiuisse, nihil probat, neque semiplenè: quia potest 237

esse,

esse, quòd motio litis traxerit famam istam: *Lud. Rom. in sing. suo 753. incip. omni,* & *text. est in c. licet ex quadam, de testibus.*

238 De ratione. De visu dic, *vt per Spec. in d. tit. de teste, §. 1. n. 55.* & ibi cadit materia. De teste cæco, est tex. *in Auth. de hæred. & fal. §. si verò absunt Bal. in l. non ignorat, & in l. data opera, C. de his, qui accusa. non poss.* Et nota: ratio visus simpliciter prolata, intelligitur de visione perspectiua seu intuitiua: non de visione intellectiua, abstractiua à præsentia corporalis obiecti: *Bald. in d. l. non ignorat, col. 3. versi. verb. tamen visu, C. de his, qui acc. non poss.*

239 De ratione credulitatis, quòd non probet, *notatur per Cyn. & Dd. post gl. in l. testium, C. de testib. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 58. & ibi vide* Ioan. *Andr. in additione. Specul. in d. loco* vult, quòd deponens de credulitate interdum admittatur: *Alex. in consi. 70. in 3. col. vol. 2.* Quinimò, etiamsi testis dicat, se pro certo credere, non probat, etiam præsumtiuè: *secundùm Barto. in l. siue possidetis, C. de probatio.* fallit, nisi adijciat rationem credulitatis, & originem: *c. tertio loco, & c. literis, de præsum.* & fallit, quando depositio tendit ad defensionem, vel quando deposuit testis per rationem naturalem: *Cyn. in d. l. testium, C. de testib. Ioan. Andr. in d. additio. ad Spec. de teste, §. 1. n. 58. Hipp. de Marsi. in singu. suo 19. incip. tu scis. Ang. de Malefi. in versi. qui iudex statuit, nu. 22.* Pro defensione autem quòd plenè probet, *dixit Ioan. de Arno. in sing. suo 24.*

240 Causa, (quia sum vicinus & coniunctus) an, quando, & in quibus casibus talis causa probet, *vide Alex. de Imo. in consi. 50. in 4. colu. versi. item interrogatus, vol. 5. dicit,* quòd sufficiat in his, quæ possunt in genere sciri vniuersaliter per vicinos & coniunctos: secùs, vbi tractatur de probatione aliorum, quæ in genere sciri non possunt; vel in casu, vbi nõ sufficit probatio præsumtiua: quia nõ probat: *Bald. in l. conuenticulam, C. de Episcop. & Cler. Decia. consi. 92. vol. 2. n. 97. & 103.*

241 De ratione, (puto verum,) si dicat sine alia ratione per sensum proprium, non concludentem, non probat: secus, si sic ponat cum ratione: ratio enim trahit ad se dictũ, & dat esse dicto: *Bal. in d. l. conuenticulam, C. de Episc. & Cler. idem Bal. in l. data opera, C. de his, qui accus. non poss. Chil. in suo processu, c. 78.*

242 Excipitur etiam contra testem, quia celeriter & repentè, antequam audiuerit legi articulum, deposuit: dicit enim, falsum deponere & mentiri, *Lud. Rom. in sing. suo 450. incip. an ille,* & ibi, testis in mora consistens, videtur dubius: & se offerens ad testificandum, habetur suspectus: *dicit Nicol. in addi. ibid. tenuit Hip. de Marsi. in sing. suo 140. inc. testis qui offert:* attamen (dicit) limita & restringe, hoc non habere locum, quando essemus in materia, in qua ageretur de peccato euitando: quia tali casu testi se offerenti crederetur.

Item opponitur testi, quòd vltrò ad te- 243
stificandũ sese obtulerit: quia pro suspecto habetur: *arg. l. quæ omnia, §. sed etsi aduersarius, ff. de procur. posuit Mynsing. in obs. 3. cent. 4. Decian. in consi. 92. vol. 2. n. 125.*

Obijcitur etiam testib. quòd sint singu- 244
lares; illis enim regulariter non creditur: *vt habetur in c. bonæ, de elect. in c. cum dilectus, eo. tit.* neq; possunt coniungi, quotcunq; sint. *Alex. de Imo. in consi. 19. & 20. vol. 4.* non probant, neq; faciunt indicium: *Ang. de Malefi. in versi. qui iudex statuit, n. 12. & ibi in apostill. Hippo. de Marsi. in sing. suo 114. incip. vulgatum & tritum est,* similiter probauit, quòd singulares testes tantum probent, quanutm vnus: *secundùm Bal. in l. iurisiurandi, C. de testib. & alios.*

Sed dat vnam limitationem, scilicet si 245
testes ita sint nobiles, quòd iudicẽ ducant ad indubitatam fidem: iudex etiam tunc nõ debet curare illam singularitatẽ, sed secundũ eos debet iudicare: *dixit mirabiliter & singulariter sic tenere Paul. Castr. in l. admonendi, ff. de iureiurando, Geyl. in obs. 66. lib. 2. n. 10. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 53. num. 18* & ibi de principis depositione, an illi soli credatur.

Neq; iuramentum suppletorium ad te- 246
stes singulares defertur: *Bal. singulariter in l. de quib. ff. de legib. idem Bal. in Rub. C. de proba.*

Sed quomodo ex dictis testium colli- 247
gatur singularitas, scilicet quando dicta testium ex diuersitate factorum separationem recipiunt: *Bal. in l. 1. C. si vnus ex plurib. appellet:* licèt in causis scientiæ non concordant, tamen non sunt singulares, si purè concordant in dicto: dicuntur enim testes deponere ad eiusdem rei finẽ per diuersa verba: *Geyl. in obs. 66. lib. 2. n. 10. & declarat optimè per exempla Lancfr. de Oria. in sua prax. in c. 8. de testi deposi. nu. 23. Et ibi per illum, in vers. circa istã testium singularitatẽ,* vide, qualiter ex cõgrua verborũ interpretatione, testes possint ad concordiã reduci, ne dicantur singulares: secus autem, si fieret aliqua extrinseca suppletio: *allegat Bal. in l. de quib. ff. de legib vide Chil. Koning. in suo processu, c. 81. von den eintzlichen Gezeugen.* Et testes per varia media ad vnum finem tendentes, quòd non dicantur singulares, *dicit Mynsing. in obs. 76. cent. 3.*

Et in quibus casib. vel quando, proban- 248
do in genere (*Cùm furor aut infantia in genere probanda sunt, testes singulares sufficiunt; cum in specie, non sufficiunt. Ita contrarias opiniones domini assessores Cameræ cõciliarunt.*) vel specie singulares testes admittantur, & probent, vel non, *docuit ibid. Mynsing. in d. obs. 76. cent. 3.* in casibus iuris venandi & decimandi, vel in genere aliquid probandi, puta quem esse

furioſum vel infamem, quòd teſtes ſingulares probent; reſpectu enim finis concordare eos voluit, *Geyl. in obſ. 66. lib. 2. nu. 10. & in ſequentibus.*

249 Excipitur etiam contra teſtimonium, quòd productus ſit ſaltem teſtis vnicus: teſti enim vnico regulariter nõ creditur: quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbũ: *c. in omni, & c. licet, ext. de teſti. l. vbi numerus, ff. eo.* ¶ Sunt tamen plures caſus, in quibus vnus teſtis plenè probat, quos ponit Spec. *in titu. de teſte, §. reſtat, in verſ. hoc tamen fallit,* vbi enumerat 30. caſus, in quibus vnicus teſtis plenè vel ſaltem ſemiplenè probat.

250 Dictis caſibus adde vnum: quando videlicet ſumus in cauſis breuioribus: nam in talibus caſibus probatio per vnum teſtẽ, vel per famam dicitur plena, adeò quòd nõ eſt neceſſe deferre iuramentum in ſupplementum probationis: ſimiliter in iudicio poſſeſſorio, vbi dicitur agi de leui præiudicio: *notauit Hipp. de Marſi. in ſing. ſuo 433. incip. trita & vulgaris:* & aliquas fallentias remiſsiuè poſuit, Pet. *de Rauen. in aureo ſuo Alphab. lit. T. verſic. 1. teſtis, col. 1. ibi & regulariter Bart. in l. 1. C. quor. bono. latiùs Iaſ. in l. admonendi, ff. de iureiuran.*

251 Et in caſu ſtari dicto vnius teſtis ex voluntate & diſpoſitione defuncti, cuius ſolius diſpoſitioni ſtaretur, *habetur in l Theopompus, ibi Bar. & gl. ſi ff. de dote prælega. & per illam gloſſam, notauit Guliel. de Lud. in ſing. ſuo 27.*

252 Item dictum vnius teſtis operatur alium mirabilem effectum: quia excuſat accuſatorem à pœna talionis; *ſic per Bal. Hipp. de Marſi. in ſing. ſuo 74. incip. in ore duorum.*

253 Quando ad quæſtionem vel torturam vnus teſtis faciat indicium, vel ſemiplenam probationem, *habetur in glo. penul. d. l. Theopompus, ff. de dote præleg. in gloſſ. l. 2. C. ad l. Iul. maieſt. & habetur in l. maritus, ff. de quæſt. notauit Amanel. de Claris Aquis, in ſing. ſuo 115.*

254 Quòd ſufficiat de aliquo impedimento probando matrimonij, *notauit Lud. Rom. in ſing. ſuo 622. incip. dictum vnius.* ¶ Item vnius teſtis dictum, quòd faciat plenam probationem, quando nulli principaliter præiudicium infertur: & eſt cõmodum alicuius, puta, quòd aliquis ſit baptizatus, vel Eccleſia conſecrata, *tenuit cum Spec. in §. reſtat de teſte, Pet. Gerar. de Petr. Sanct. in ſingul. ſuo 49. incip. nota regula, n. 2.*

255 Item vnus nobilis teſtis facit ſemiplenã probationem: adeò vt in defectum probationis iuramentum ſuppletorium deferri poſsit, ſecundùm formam: *l. admonendi, ff de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. eo. tit. notauit Ludo. Rom. in ſingu. ſuo 694. incip. teſtib. notaui ſupr. in lit. I. verſi. de iuramento ſuppletorio.* Sed illud, (quòd dicatur ſemiplenè probaſſe vnus teſtis,) eſt verũ, ſi deponat cum cauſa: ſecùs, ſi ſine cauſa: *ita dixit Bal. in c. 1. §. non autem de controuerſia inueſtitu. in vſib. feudo. Corſet. in ſing. ſuis. in verb. teſtis 3.* quid de principe, qui ſolus dixit teſtimonium, an probet, (*Siquidem princeps ſeipſum vidiſſe teſtetur, creditur eius dicto, etiam quò ad condemnationem: ſin corãm alijs geſtum eſſe quid intellexerit, & de eo teſtetur, dictũ eius non ſufficit: quia fortaſsis malè informatus eſt.) Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 53. n. 21.*

Sed quæritur, an poſsit rex aliquis vel 256
cõmunitas non recognoſcens ſuperiorem, ſtatuere, vt ſufficiat vnius teſtis dictum, & credatur ſolius Epiſcopi vel Marchionis dicto? habetur, quod ſic, *in c. omnes, 11. q. 1. & dixit Lud. Roman. in ſingul. ſuo 361. incip. tu ſcis.* ¶ Quòd autem Papa non poſsit ſtatuere, vt credatur vnius teſtis dicto contra partem, *eſt tex. in c. iudicas Hyrman. 3. q. 9. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fi. quæſt. 53. n. 20.* ſecùs autem ex iuſta cauſa & in certis cauſis: *vt per Inno. & Abb. in c. nuper, de teſtib. & in l. 1. §. fi. ff de verb. obl.* diſputant Dd. nunquid partes poſsint facere, vt credatur vni teſti? *Lud. Rom. & ibi Pigno. in addi. in ſing. ſuo 715. incip. an Papa.*

Alius eſt caſus, in quo teſti vnico cre- 257
ditur: *qui eſt in gl. fin. Art. 54. lib. 2. LandR. volens,* Das dem Hirten von ſeinem Vihe alleine gegleubet wird/ darumb das gemeiniglich bey dem Viehe nicht mehr dann ein Mann zuſein pflegt.

Creditur etiam Medico vnico, perito 258
de vulnere: *ſecund. Cardi. in Clem. 1. in 12. q. de homicidio, & in c. presbyterum, in gloſſ. eo. tit. notaui ſupr. in lit. M. verſi. de medico.*

Item ſoli nuncio, iurato de executione 259
citationis: *gl. in c. cum parati, in verb. ſuus nuncius, de appella. & notaui ſupr. in lit. C. verſi. de citatione.* De præcone, habetur *in Art. 8. lib. 1. LandR. ibi,* Der Fronbothen Gezeugnüß geſtehet vor zwen Mañ: *vide ibi add. latinam in lit. E.*

Et notarius quòd repræſentet nume- 260
rum duorum teſtium, *dixit Calcaneus in conſi. 48. colum. 3. refert d. addi. latin. liter. E. Arti. 8. lib. 1. LandRecht.*

Sed in aliquibus caſibus requiritur cer- 261
tus teſtium numerus, vltra iſtud dictum, quòd in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: *c. omnium nego. ext. de teſtibus.*

Veluti in teſtamento: quia ibi regulari- 262
ter requiruntur teſtes ſeptem: *l. hac conſultiſsima, C. qui teſta. facere poſſ. de quo ſup. in hac litera, verſi. de teſta.* in codicillis & in donatione cauſa mortis quinque: *l. fi. C. de codicillis:* & ad probandum ingratitudinem contra Vaſallum ad feudi priuationem, requiruntur teſtes quinque: *text. eſt in tit. quot teſtes ſint neceſſa. ad proban. feud. ingratitu. in vſibus feudo.*

In ſimili ad probandam ſolutionem de- 263
biti, in ſcriptis cõtracti, requiruntur quinque teſtes;

testes: *vt in l. testium, C. de testibus.* ¶ Idem in confessione solutionis: *vt in Authe. rogati, C. eo. alius casus habetur in §. oportet verò, Aut. de fide instrumen. Aluerot. ad d. tit. quòd testes sunt necessar. ad proban. seu. ingratitu.*

264 Impugnatur etiam testis dictum variantis & vacillantis: iudex nullo modo potest procedere ad sententiam ferendam pro ea parte, pro qua ipse testis varians & vacillans primò testificatus est: *Inno. in c. præterea, de testibus cogen.* item talis varietas in teste operatur, vt ipse testis possit torqueri: *vt habetur in l. ex liberto, & ibi in gloss. ff. de quæst.* De his & de teste variante, *vide Hipp. de Marsi. in singula. suo 103. incip. varietas in teste.* Variantes autem testes, vel contrarium dicentes, in vno eodemque iudicio, (*Hoc casu neutri dicto standum est.*) in secundo iudicio, (*Communis opinio est, quam & Camera sequitur, primæ depositioni credendum esse, etsi in posteriori iudicio testis contrarium deponat: prima depositio per secundam debilitatur adeò, vt etiā iuramento suppleri non possit.*) vel in iudicio, & extra iudicium, (*Creditur secundæ assertioni iudiciali, ex magis communis opinione, licet nonnihil autoritatis ei decedat ex dicto contrario extraiudiciali, per quod etiam litigator excusatur, quasi causam litigandi habuerit. Mynsing. cent. 6. obseru. 14. Idem Geyl. 1. obser. pract. 104. num. 7. & 8.*) an probent, & an sint puniendi de falso: (*Vtiq;*) & qualiter, *vide Clarum in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 53. à nu. 7. vsq; ad num. 17. ibi, si testis contraria deponat,* cui, primo an vltimo dicto, vel an nulli credatur? *Hipp. de Marsi. & alios Dd. in l. eos qui, ff. ad l. Corn. de falsis, Ang. de Malefi. in versi. falsario, & Mynsing. in obser. 86. cent. 1.2.*

265 Falsum autem vel mendacium dicens non in principali, sed saltem in accessorijs, quòd non criminaliter sed arbitrariè puniatur, *notauit Ioann. de Arnold. in singula. suo 78. incip. intendo.* ¶ Quòd autem testis dictum potiùs sit saluandum, non cauillandum, neque Iudaicè intelligendum: sed coadiuuandum & concordandum, etiamsi verba improprientur, quando aliter concordari non potest: & qualiter istæ concordationes fieri possint & debeant, quò minùs testis de periurio vel falso argui possit, *consuluit Decia. in consi. 40. vol. 2.*

266 De repulsione testium ex officio iudicis. Quòd inhabiles testes iudex teneatur repellere, etiam parte nō petente, *voluit Inno. in c. intimauit, extra de testibus.* Imò iudex quòd de testium habilitate teneatur inquirere, *notauit Corset. in singularibus suis, in verb. testis.*

267 De testibus inhabilibus admittendis. Quando nō potest quid aliter probari, tunc sunt admittendi, si iudici videbitur, quòd sint personæ bonæ conditionis, & sint tales, quæ non peierent: *arg. l. consensu, C. de repud.* & hoc, ne iusticia pereat: *c. dilecto, ad finem, c. veniens, & c. in literis, ext. de testibus.* Quod verum putat, ne veritas occultetur, *Bonifac. de Vitell. in tract. malefi. in Rubr. de testibus, nu. 53.* Et quòd ex necessitate quis admittatur in testem, qui aliàs non admitteretur, *notatur in c. 1. de testib. cogen. in l. consensu, C. de repud. Salicet. in l. ea quidem, in 5. quæst. C. qui accusa. non possunt.*

Et in isto casu necessitatis, quando plures testes non inueniuntur, sufficit vnus testis: *dixit Pet. Gerar. de Petr. Sanct. in singul. suo 100. num. 6.* Et quòd in subsidium admittantur testes non idonei, ne veritas occultetur: siue causa sit criminalis, siue ciuilis, ex crimine vero, vel ex contractu, vel quasi, *probatur in l. Diuus, ff. de quæstionibus.* ¶ Sed quatenus admittanrur cum tortura, vel sine, *notauit Matth. de Mathesi. in sing. suo 188. inci. no. quòd in subsidium; Bart. de hac materia examinauit in l. ex libero homine, ff. de quæst. & ibi Hippo. de Marsi. multos tenentes in hac materia cumulat.* 268

Et quòd probetur per inhabiles, in illis, quæ sunt difficilis probationis, posuit exemplum in crimine læsæ maiestatis, *Pet. Gerard. de Petr. Sanct. in singu. suo 23. num. 8.* Aliud exemplum posuit in probando de falsis taxillis, *Corset. in sing. suis, in verb. mors, 1. nu. 3.* Mynsi. in casu adulterij, *consuluit in respons. 1. deca. 1. respons. nu. 32.* 269

De domestico admittendo, qui aliàs est inhabilis, vide declarationes 32. *per Bernar. Diatz. in regul. fallent. in regula 746. fol. 871.* 270 ¶ Item quòd testes inhabiles vel minùs idonei, in casibus, vbi veritas aliter haberi non potest, admittantur, & credatur eorum dictis, *voluit Hippol. de Marsil. in repet. l. si fortè mulier, C. ad l. Corne. de sica.* Quibus autem cautelis sint admittendi, & cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi nō possit, *notauit ibi in num. 7. vsq; ad num. 21.*

Et quousq; ista doctrina habeat locum, 271 (*Quando videlicet ex natura negotij vel facti verisimiliter habita & actu alij interuenire non potuerunt, & is qui hoc asserit, probare tenetur,*) *pulcherrimè docuit idem Hippo. in singula. suo 73. incip. plures sunt: Et explicat Mynsing. in obseruatio. 16. centur. 3.* quòd etiam de consensu partium testes inhabiles possint habilitari, & attestationes inualidæ ratificari, si modò inhabilitas seu inualiditas sit remissibilis per partes. Et videndum est, an consentiant partes in dicta, vel in personam tantùm, seu in dicta & in personam simul: *tradidit Hip. de Marsi. in sing. suo 92. incip. licè ttestis:* & sic etiā dici potest, quòd testi inhabili, rogato à partibus, credatur: *gl. est in §. & licet, in Aut. de testib. Bal. in l. parentes, C. eo. & habetur in c. in nomine dom. ex. de testib. Mynsi. in obs. 3. cent. 4.*

272 De testibus reprobatorijs, quando sint producendi regulariter, antequam publicentur testimonia priora, *voluit Chil. Köning. in suo process. in c. 84. n. 2. referens Lanfr. de Orian. in sua prax. c. 8. de test. nu. 39.* differens, an sola publicatio impediat, vel an sit necesse, quòd quis testificata didicerit, (*Quòd vtiq; necesse est, atq; hæc verior, communior, & in Camera quoq; approbata opinio est. Mynsi. cen. 6. obs. 59. Geyl. 1. obs. pract. 105. n. 3*) & de ista probatione fienda, *vide Spec. in tit. de test. §. sæpe testes, & ibi nu. 7.* quærit & respondet, an quis suum testem possit reprobare. (*non potest.*) ¶ Et nota, quòd volens reprobare testes, quòd hoc faciat per plures numero, quàm primi fuerint, iuxta notata, *in c. in nostra, de testibus, l. 3. ff. eo. tit. & in hac materia vide Clemen. finalem, de testibus.*

273 De repetitione testium, *vide Chil. in pract. sua in c. 87. von der Wiederverhörung, pertinet ad processum, de quo notaui sup. in lit. P. versi. de probatione per testes.* De testiũ repetitione, quòd admittatur de iure, (*Testis super interrogatorijs vel articulo omisso repeti potest etiam post publicationem, Mynsi. centu. 1. obs. 32. Idem est, si non legitimè recepti sint, Geyl. 1. obs. pract. 105. n. 11. & 12.*) & in Cam. Imp. attestatur *Mynsing. in obser. 64. cent. 3.* sed testis secundariò examinatus, referens se ad primum dictũ, an probet? *docet* (*Iudicantis hoc arbitrio relinquit Bar. an eius depositionẽ admittere velit, necnè.*) *Mynsin. in d. obs. 64. cent. 3. idem in 3. respon. deca. 1. responsorum, nu. 5.* & quatenus testes sunt repetendi, quia noluerunt respondere ad interrogatoria. *idem in d. 3 respon. n. 10. & in seq.*

274 Testis verum tacens, punitur etiam de falso, ac si falsũ diceret: *Viuius dec. 389.* ¶ Testem producens illius personã approbare dicitur, minimèq; cõtra eum etiam in alia causa opponere potest: *Viuius dec. 400. num. 21. lib. 2.* vbi plura de testibus. ¶ Deficientibus alijs probationibus in criminibus obscuris, socij criminis admittuntur in testes contra socios: *Viuius decis. 157. lib. 1.* ¶ Ex quo delicta de nocte commissa sunt difficilis probationis, testes deponentes, se cognouisse delinquentem ad vocem, faciunt indicium ad torturam: *Viuius dec. 169. lib. 1.*

275 Principalis offensus non potest deponere, & si deponit, non facit indicium contra reum, nisi sint alia indicia: *Viuius dec. 168. lib. 1.* ¶ Testes in numero & quantitate discrepantes, an possint saltem in minori summa, in qua concordant admitti, *Antho. de Butr. consi. 52. num. 1.* Item diuersimodè circa æstimationes rerum deponentes, possunt tanquam concordes admitti: *ibid. n. 2.* itẽ quando plures concordant in vna summa, statur parti maiori *ibid. num. 3. Caball. milleloq. 245.* ¶ Non verisimilia deponenti testi non creditur: *Viuius decis. 199. lib. 1.* ¶ Quando testes sunt singulares in eorum dictis, sed tendunt eorum depositiones circa idem factum, faciunt indicium: *Viuius decis. 200. lib. 1.*

De Testium comparatione.

DE testium comparatione, quibus scilicet magis credatur. Testibus, qui reddunt causam, plùs creditur, quàm ijs, qui vera dicunt, sed de causa non sunt interrogati: *Bal. in l. presbyteri, in fin. C. de Episco. & Cler. Corse. in sing. suu, in verb. testis 4.* ¶ Testes tabelliones præferuntur alijs testibus non tabellionibus: *gl. est in Authe. de hæred. & falcidia, §. si verò, in fi. & in prin. gl. magnæ, Decian. consi. 59. vol. 3. n. 4.* 276

Item standum est testibus dignioribus, & melioris famæ; & magis creditur religiosis, quàm laicis: *text. est, & ibi notat Abb. in c. in nostra, de procur. Decian. consi. 59. vol. 3. n. 3.* ¶ Et magis creditur tot testibus, quàm totidem iudicibus: *Corset. in sing. suu in verb. testis 5.* 277

Duo testes masculi præferuntur duab. mulieribus, ratione instabilitatis, quam in se habent: *Bal. in l. fi. ff. de fide instrum. Corset. in sing. suu, in verb. testis 6. Mynsing. in 2. respon. deca. 1. respon. num. 24.* ¶ Item statur plùs testibus, deponentibus quod conforme & consonum est iuri communi quàm alijs, aliter deponentibus; *Innocen. in c. auditis, ext. de præscrip.* 278

Item qui dicunt verisimiliora & aptiora, *Abb. in c. licet causam, ext. de probationib. Corset. in sing. suis, in verb. testis 7. Decia. in consi. 4. vol. 3. n. 25. & 26.* sic magis creditur testibus deponentib⁹, qui verisimiliora & aptiora naturæ deponunt: *Corset. in sing. suis, in verb. testis.* ¶ Item magis creditur testibus deponentibus de innocentia pro reo: *Decia. consi. 4. vol. 3. nu. 38. addit,* etiamsi qui contrà deponunt, sunt digniores: *idem consi. 59. eo. volum. 3. n. 3 & 7.* Nam rei partes sunt fauorabiliores; *l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.* & capienda est via per quam excludamus delictũ: per id, quod voluit *Bart. in l. non solùm. §. sed id probari, ff. de operis nou. nuncia.* Imò verba semper in eum statum capi debent, vt non sapiant delictum: *Decia. consi. 4. vol. 3. n. 33.* 279

Item plùs creditur testib. qui deponunt secund. naturalẽ æquitatem: quia secundum eam dubium facti debet decidi: *Ioan. And. in c. ex literis, de probatio.* ¶ Item plùs statur dicto affirmantis, quàm negantis. *l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbitris, declarat Decian. in consi. 59. vol. 3. n. 8.* 280

Itẽ statur dicto eorũ, qui meliùs cognoscunt: exemplũ est de medico iudicante de vulnere: *vt in l. Constit. ff. Corset. in singul. suis, in verb.* 281

in verb. testis 9. ¶ Item duobus testibus deponentibus de metu magis creditur, quàm mille negantibus, & de spontanea voluntate in contrarium deponentibus: *Innoc. in c. super hoc, de renuncia. Corset. in singul. suis, in verb. testis 10.*

282 Sed supra notatum est, & adhuc potest notari: quòd plus credatur testibus affirmantibus, quàm mille negantibus: *secundùm Abb. in c. in nostra, in fin. de test. & in c. cum in tua, in 3. notab. eo. tit. & Bal. in l. data opera, col. 22. C. de his, qui accusa. non possunt.* ¶ Tamen hoc non habet locum, quando testes negantes essent pro reo: quia eis plùs creditur, vt reus absoluatur: *istam limitationem adduxit Rob. Maran. in repet. l. is potest, ff. de acquir. hæreditat.*

283 Secundò potest dici, quòd ista regula non habeat locum in negatiua credulitatis, & purgationis: *secundùm Abb. in c. bonæ memoriæ, el. 1. in 8. col. de election.* ¶ Item non habet locum, quando plures negantes deponunt de peritia suæ artis: *Corset. in singul. suis, in verb. testis 9. num. 4. & vide declarationem istius per eundem Corset. in singul. in verb. testis 15. vide Petr. Duenn. in regulis fallent. regula 508. Decian. in cons. 4. vol. 3. num. 27. idem Decian. in cons. 58. vol. 3. num. 8.*

284 Speculator *in tit. de test. §. postquam*, pulcherrimè docet iudicem, quomodo testes diuersos ad concordiã reducat, si possit: ita tamen dicit, vt potiùs credat ingenuo quàm libertino, seniori quàm iuueni, honorato quàm inferiori, nobili quàm ignobili, masculo quàm fœminæ, decurioni quàm plebeio, honesto quàm infami, & locupleti quàm egeno, magis alij quàm valdè amico vel inimico, veridico quàm mendaci, morigerato quàm prodigo vel luxurioso, graui quàm leui, item ei qui est bonæ famæ magis quàm ei qui est leuis opinionis; & hoc, quando sunt in pari numero.

285 Sed quando sunt in impari numero, tunc potiùs credat iudex his, quib. magis assistit lux veritatis, & qui aptiora & verisimiliora deponunt: vel præferuntur illi, qui maioris præeminentiæ sunt: *allegat c. in nostra, de testib. Decian. cons. 4. vol. 3. num. 25 & in multis seqq.*

286 Quando autem omnes sunt eiusdẽ conditionis vel honestatis & fidei, tunc statur pluralitati *vt in d. c. in nostra*, quia plurib. creditur: *c. Eccles. vestra, de elect.* vbi maior est numerus, maior præsumitur veritas: *Decian. in d. cons. 4. vol. 3. num. 37.*

287 Sed quid, si sint tot ex vna parte, quot ex alia, & æquè boni: vel si ex vna parte sint plures, ex alia digniores, ita vt dignitas possit numero adæquari? tunc iudex absoluet reum: *d. c. in nostra, de testib. l. ob carmen, ff. eo*

288 Item præferantur testes, qui in humaniorẽ declinant sententiam: *argum. l. maiorem, ff. de pactis*: quod verũ est, nisi actor sit fauorabilior: vel quia stat pro libertate, pro dote, pro testamento, pro legitimatione pro pupillo, pro vidua, pro orphano, pro fisco, pro Ecclesia, vel alias pro alia re vel persona fauorabili: quia tunc est pro actore sententionandũ: *l. inter pares, ff. de re iud. l. si pars iudicantium, ff. de inoffi. test. ista & alia bona dix. Spec. d. tit. de test. §. postquam, aliqua etiam inuenies in cons. Sylua. 94. lib. 2.* ¶ Sed in ista materia quæ sint in testibus cõsideranda, & quibus magis credatur, *vide Mynsing. qui eleganter de isto docet (Primò inspiciendam esse qualitatem testium: deinde qualitatem attestationum, & deniq; numerum testium. Hostiensis & qualitatem producentis adijcit.) in obseru. 38. cent. 4. & idem Mynsing. in obseruat. sequenti 39. docet*: si testes instrumento repugnent, an testibus, vel instrumento credendum sit? (*Si testes in instrumento descripti, illi contradicant, testium potior conditio est. Sin alij testes instrumentum falsitatis conuincere velint, tum minimùm quatuor aut quinq; boni viri requiruntur. Si verò non principaliter de falsitate tractetur, sed vnà ad probandam intentionem exhibeantur testes & instrumentum, iudicis arbitrio relinquitur, quid horum magis sequatur.*) *idem Mynsing. in 2. respons. decad. 1. respons. num. 22. & in sequen. inter alia voluit*: quòd præferantur deponentes pro possidente, vel pro eo, cui assistit lex vel consuetudo, *& ibid. num. 30.* affirmat paucis, quòd numerus testium impleat, quod deficit in fide: *Decian. in cons. 4. vol. 3. num. 25. & in multis seqq. idem cons. 59. vol. 3.* ¶ Testis, qui gessit negotia circa quæ vertitur lis, magis probat, quàm alius: *l. consensu, §. si in plagis C. de repe.*

Item testis carceratus præsumitur magis 289
verum dicere, quàm alius: *argumen. c. visis, 16. in q. 1.* ¶ Item testi repetito, & cum iuramento idem deponenti, plùs creditur: *Bart. in l. vlt. C. de testib.* ¶ Item testis aufugiens, ne contra aliquem examinetur, & tandem se patitur examinari, multum probat *iuxta nota. per glossam & omnes in c. dilectus de testib. & in c. 1. & c. super, eo. de testibus.* ¶ Item testi approbato in tantum creditur quòd non possit improbari: *l. si quis testibus, vbi omnes, C. de testib.* ¶ Item præsumitur pro teste in alio, quando in vno verum dixit: *Inno. in c. fraternitatis, de hæredi. de his omnibus Decian. in cons. 62. vol. 3. num. 26. & in seqq.*

De interpretatione intellectu & sustenta- 290
tione dicti testis. Dicta testis sunt iuuandá, & nõ calumnianda: debẽt interpretari, ne sint captiosa: debent benignè interpretari, vt repugnantiá non inducant: & interpretatio ita est facienda, vt actus potiùs valeat. *Bal. in l. de quib. col. fin. ff. de legib. Ange. in l. ex militari, in fin. C. de test. milita. Decia. in c. tertio loco, de probatio. Alex. de Imol. in cons. 141. & in cons. 56. vol. 2. l.*

quoties, ff. de rebus dubijs, cum similibus: per illa sic consuluit Sylua. in cons. 94. num. 13. lib. 2 Et qualiter sic sint saluanda & concordanda, etiam cum impropriatione verborum, ne testis incurrat periurium vel falsum, *consuluit Decian. in cons. 40. vol. 2. per totum.*

291 Sed testimonium dubium vel ambiguũ, contra producentem venit interpretandũ: *c. in præsentia, ext. de proba. l. inter stipulantem, §. si Stichum, & ibi notat Bart. post gloss. ff. de verb. obligat.*

292 Et nota, quando optima opinio testium est causa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs plena non esset: tunc de optima opinione testium est articulandum, & probandum, & sic eius dictum soluendum & sustinendum: *tenet Matth. de Matthes. in sing. suo 1. in fin. per multa iura, quæ ibi inducit.*

293 Et sunt testium depositiones intelligendæ secundùm vsum loquendi regionis: imò secundùm illum vsum, qui erat tempore depositionis: *Matth. de Mathes. in sing. suo 102. incipien. quòd si capitulum.* Et quòd probationes & dicta testium, ex communi vsu loquendi certa reddantur: & alia bona de interpretatione secundùm vsum loquendi, *vide per Gabri. Saraij in addi. ad d. sing. 102. Matt. de Mathes. notant gloss. & Dd. in l. stipulatio ista, §. hæc quoq;, ff. de verb. oblig.*

294 Sed testis, secundò examinatus, an sufficiat, quòd se referat ad primam suam depositionem? & sufficere dicit, tamen cum salutari aliqua clausula, (*Clausulam hanc, qua testis repetitus ad priorem depositionem se refert, periurij euitandi modum esse scribit: docet etiã petere posse testem à iudice, vt sibi acta primæ depositionis inspicienda dentur.*) *Geyl. in obseru. 104. lib. 1. & ibi* docet, qualiter per contrariam aliquam assertionem derogetur primæ depositioni, vel non.

De Teste, omni exceptione maiore.

295 TEstis est omni exceptione maior, quando nulla imputatio potest fieri contra eum, & penitus nullum patitur defectum: *gloss. in §. item verborum, Instit. de inutilib. stipulat. & gloss. in c. circa litem, de consanguin. & affin.* Et integer testis est, qui à iure nõ repellitur: *l. popularis, ff. de popu. actio. notauit Anto. Blanc. in repet. l. fin. ff. de quæstion. num. 316. & 320.* ¶ Testes omni exceptione maiores, in quibus casibus requirantur, *vide Lancilot. in suo breuiar. in Rubr. aggredien. personas test. in verb. omni exceptione maior.*

De Thesauro.

296 THesaurus quid propriè sit, habes text. *in l. nunquam, vbi pulcra Apostill. ff. de acqui. rer. dom. l. 3. §. Neratius, vbi etiam Apostilla de acq. possess.* ¶ Si vendis mihi domum, in qua postea reperis pecuniam absconditam per te vel patrem tuum, ita quòd non est thesaurus: ad quem pertinebit dicta pecunia? Dic ad te vendentem, si hoc fecisti per errorem: *l. à tutore ff. de rei vend.* secus, si ex certa scientia vendidisti, & nihil excepisti. ¶ Idem est in eo, qui vendidit tunicam, in qua fuit insuta pecunia, & ignorabat: quia pecunia non videtur vendita: *arg. l. 1. ff. de his, quæ in test. delen. Vide de præmissis & similibus pulcrè Aluarotum in tit. quæ sint regalia, circa finem.*

De Tortura seu quæstione.

QVia ista materia per varias quæstiones 297
debet tractari, igitur incipiam à prima, Quid sit quæstio? & propriè loquendo, est inquisitio veritatis per tormenta, & corporis dolorem: *ita dicit tex. in l. item apud Labeonem, §. quæstionis verb. ff. de iniur. iuncta l. 1. §. quæstionẽ, ff. ad Sylla.* vbi licet videre, quot sint tormenta. & cum suprà dicta definitione sunt contenti cõmuniter omnes Dd. *vide Cyn. in Rubr. C. de quæst.* item tortura quid sit, *habetur per Abb. in c. cũ in contemplatione, de reg. iuris,* in quid differat à quæstione. Quòd autem sæpiùs vnum ponatur pro alio, *dixit Grillan. in suo tract. de quæstio. & tortura, in prima quæstione, num. 4. & 5. notatur in d. l. item apud Labeonem, in §. quæstionis, ff. de iniurijs.*

2. Est quæstio: Quot sint species tormen- 298
torum? dicit *Grilland. in secunda quæstione principali sui tract. de quæstionib.* quòd sint multæ ac diuersæ tormentorũ species, referens *se ad* Dd. aliquorum commentaria: *sed refert Hippo. de Mars. in l. 1. in princ. ff. de quæstio.* ibi ponendo 14. tormentorum species: inter alia somni subtractionẽ, & ipse Grillan. affirmat ibi, quòd sit maximum tormentum.

Detentus in carcere, quòd dicatur tor- 299
tus vel torqueri, quia sibi denegatur cibus & potus, vel alterum ex illis, dixit *Ang. de Malefic. in vers. quòd fama publica praeceden. num. 99. versic. quæro, quid si est tale delictum. Et ibi tenuit August. in addi.* quòd denegatio alimentorũ sit tormentum: *allegat gloss. in Clemen. 1. de hæreti. & notata Dd. ibidem,* & isto casu, quòd carcer transeat in speciẽ torturæ, *voluit d. August. & habetur in gloss. d. §. quæ. verb. l. item apud Labeonem, ff. de iniurijs, & ideo in l. 3. C. de Episcop. audien.* prçcipitur iudici, vt visitet carceratos, & curet, vt habeant necessaria: quod est notandum.

Item spoliatus vestibus, & positus ad aë- 300
rem tempore hyemali, dicitur tortus: *d. gl. ad verb. malam mansionẽ, in §. quæ verbo, l. item apud Labeonẽ, ff. de iniurijs.* Sed territus verbis iudicis, adhibito aliquo facto carnificis, cũ ligatione manuum, & applicatione torquendi ad scalam, cum appensione ponderis ad

pedes, vel cum demonstratione instrumentorũ, aut applicatione eorũ ad crura, vel sine adhibitione istorum aliquorum, an dicatur quis tortus: & confessio eius an dicatur in tormentis vel metu tormentorum facta? quòd sic, *dixit eleganter Gandin. de Malefic. in Rubr. de quæst. & tormentis, Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 28. & in seq. Grilland. in tract. suo de quæstionib. in 4. quæst. principal.*

301 De ista materia eleganter docendo formauit 5. torturæ gradus: 1. posuit Territionem: 2. Suspensionem supra terram, ad spacium dicendi vnum Aue Maria vel Pater noster, vel vnũ Miserere, secundùm qualitatem facti & personæ: 3. Quando detinetur suspensus ad spacium dicendi vnũ vel duo Miserere seu paulò plùs: 4. Torturæ gradus est, quando detinetur eleuatus per horam fortè, vel circiter, 5. est quando suspensus detinetur, & ictibus cruciatur: de omnibus istis & singulis, tractauit & declarauit, *d. Grilland. in loco supr. notato, Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 31.*

302 Scabini Magdeburgenses, pro qualitate vel vrgentia indiciorum, pronunciant territionem in præsentia carnificis, tamen sine ictibus inferendam: vel torturam cum ictibus, humaniter tamen infligendã, **Menschlicher weise**: pro chordis, quibus vtuntur Itali, adhibentur communiter scalæ in Germania, & illis torquendis adhibentur, cum vel sine corporis cruciatu.

303 Tertiò cadit quæstio: Quando ad tormenta, vel ad quæstionem procedatur? & proceditur ad illã: quando veritas aliter, vel per alias probationes haberi nõ potest, cùm quæstiones sunt introductæ in subsidium: *l. quoties, C. de quæst. & in l. Diuus. ff. eo. tit.* ¶ Hîc nota, quòd iudici non liceat deuenire ad torturam, quando vult, sed saltẽ, quando veritas aliter haberi non potest: *dicit Angel. de Malefi. & ibi notauit August. in addit. in versi. quòd fama publica præcedente, nu. 64. ibi secundò quæro, an omnia? Gand. in tract. malefi. in rubri. de quæst. in prin. Blanc. in repe. l. fina. ff. de quæstion. num. 12. 13. & 14. Iacob. Nouel. in tract. suo defensionum, in quæstione, An indicia pro reo danda sint? n. 19. & ibi monet iudicem*, vt reus torqueatur ieiunus, non quando comedit, in 5. vel 6. horis antè: vnde dicitur, quòd iudex à tortura nõ possit incipere: *prout notauit Hipp. de Mars. in pract. sua crim. §. constante in multis, versi. imò.* Sic etiam non potest incipere à minis, à metu torturę, seu à terrore aliquo: quia talis metus & talis suspicio torquendi æquiparatur torturæ: *secundùm Bal. in l. interpositas, circa fin. C. de transact.* quem ibi sequuntur Dd. & concludunt cõmuniter, quòd paria sint, cõfiteri per tormẽta, vel metu tormentorũ: *notauit idem Hippo. in pract. crim. §. expedita, in pr. Clar. in pract. cri. lib. 5. §. fin. quæst. 64. n. 5.*

304 Secundò requiritur, vt fiat tortura quòd constet iudici, delictum esse commissum: *prout docuit eleganter Hippo. de Marsi. in pract. sua crim. in §. principium, num. 5. probat tex. notabilis, in l. 1. §. 1. illud autem: & ibi Bart. hæc sentire videtur, ff. ad Syllania. & voluit Bal. in l. si quando, C. vnde vi, habetur in Consti. crim. Carol. V. Arti. 6. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 3.* ¶ Qualiter autem iudex de delicto commisso capiat informationes, & rescíscat probationes, *vide d. Hippo. in d. isto, §. principium, per totum: Angel. de Malefi. & ibi Augusti. in addi. versi. quòd fama publica præcedente, num. 108. Brun. à Sole in consil. suo crimin. num. 13.*

305 Tertiò requiritur, vt iudex deueniat ad torturam, quòd contra inculpatum vel diffamatum vrgeant indicia, si conditio diffamati hoc ipsum patiatur: *textus est clarus in l. milites, C. de quæstio. in l. 1. in prin. in l. de minore, in l. minus, §. in ea, ff. eo. tit. Cyn. in l. fin. C. de quæst. in 2. colum. versi. secundum est: Hippo. de Marsi. in pract. sua crimin. §. successiuè, per totum. Angel. de Malefi. in versi. quòd fam. publica præcedente, num. 4. Blantin. in repe. l. fina. ff. de quæst. & alij Dd. plurimi.*

306 Imò requiruntur indicia, in suo genere vrgentia, verisimilia, clara & perfecta: & talia, quòd sola confessio deesse videatur. *l. 1. ff. de quæst. Hipp. de Marsi. in consi. 63. num. 13. Bald. in consi. 259. num. 4. volu. 1. dicit*, quòd indicia debeant esse luce clariora, in sua specie indiciorum, maximè, quando tractatur de vita hominis: *tenuit Roland. à Valle in consi. 24. num. 24. referens sic secundum Bald. in consil. 77. volum. 3.* quòd indicia debeant esse probabilia & verisimilia, adeò quòd iudex sit quasi certus, quòd arbitrio ipsius relinquitur: eadem & alia plura refert *Bruno à Sole in consi. suo crimina. num. 137.*

Et suprà dicta quòd debeant torturam præcedere indicia, in tantum est verũ, quòd etiam vigore ampli arbitrij potestas: vel cõmissarius non possit ponere torturã, nisi habeat legitima indicia: *Iason & Bal. in l. milites, C. de testa. militis, Iason in l. 1. C. de SS. Ecclesiis, Hippol. consil. 49. num. 7. & 8. consil. 50. num. 2. Felinus in c. cùm oporteat, in 4. notab. de accusat. Calden. in c. ex tenore, de foro competenti.*

307 Et si tortus sine indicijs confessus fuerit, non valebit eius confessio: *l. penal. ff. de quæstio. & ibi Barto. & Angel. Rolan. à Valle in consi. 31. num. 8.* & *num. 11.* etiamsi confessio ratificata fuerit ad banccum iuris: *gloss. est in l. penul. ff. de quæstio.* eleganter notauit cum doctrinis, ampliationibus & limitationibus, Gabrie. *Saray. in additione, ad singul. 55. Matthæi de Matthesil. Hippo. de Marsi. in pract. sua crimin. §. occurrit, per totum: refert per multos Bruno à Sole in consi. suo crimin. num. 158. 159. & 160.*

Imò

Imò iudex, ponens reum ad torturam, legitimis indicijs non præcedentibus, tenetur in syndicatu: *d. Gabrie. de Saray. in d. addi. ad singula. 55. Matthesilani, & eleganter docuit Iacob de Bellouig. in pract. sua crimina. num. 99. in rubrica de quæstionib. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fina. quæst. 64. num. 9.*

308 Nota tamen, quòd confessio territi valeat, etiam nõ præcedentibus indicijs facta: *secundùm Bal. in l. 2. C. quom. appella. recipian. Gabri. Saray. in d. additione, in finalib. verbis.* Item torqueri qui non possunt, terreri tamẽ quòd possint, *dicit Ioan. de Arno. in singula. suo 99. incip. in regno.* ¶ Et quòd in dubio, an indicia sint sufficientia, nec ne, sententia vel consilij requisitio requiratur, *vult Constitu. crimi. Caroli V. in Arti. 7.*

309 Et quòd omnia, modò notata, sint in criminali Constitutione Caroli V. confirmata & disposita, *demonstrat textus clar. in Articul. 20. qui sic dicit:* ¶ Wo nicht zuuor redliche anzeigungen der Missethat / darnach man fragen wolte / vorhanden vñ beweiset würden: soll niemands gefraget werden / (intellige Peinlich / prout designatur in rubro.) Vnd ob auch gleichwol aus der Marter die Missethat bekand würde: so sol doch der nit geglaubt / noch jemands darauff verurtheilet werden. Wo auch einige Obrigkeit oder Richter / in solchen vberführen / sollen die dem / also wieder Recht / ohne die bewiesene anzeigung gemartert were / seiner schmach / schmertzen / kosten vnd schädẽ / der gebür ergetzung / zuthun schüldig sein. Es sol auch kein Obrigkeit oder Richter / in diesem fall / keine Vrfeyde helffen schützen oder schirmen: dz der gepeinigte sein schmach / schmertzẽ / kosten vñ schaden / mit Rechte (doch alle Thätliche handelung aus-
310 geschlossen) wie Recht nicht suchen müge.

Sed inter alia facienda ad præcedentia, habetur & requiritur, *in isto text. item probat Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. n. 12* quòd indicia debeant legitimè formari & probari: sed qualiter hoc, *demonstrat tex. Art. 23 & 30. in d. Constitu. crimin. Caro. V. sic volens* Eine jede gnugsame anzeigunge / darauff man Peinlich fragen mag / sol mit zweyen guten Gezeugen bewiesen werden: *probatur per glossam in l. fin. ff. de quæst. num. 46. versi. septimò præmitto* Quòd indicium, etiam propinquum, debeat probari per testes duos, *habetur per Angelum in d. l. fin. C. fami. hercisc.* & concludit sic post multos, *Brun. à Sole in consil. suo crimi. num. 80. 128. & 129. Hippo. de Marsi. in singul. suo 476. incip. audiuisti.*

311 Et ibi, quales debeant esse testes, *adde VVesenb. in consi. 98 parte 2.* qui ibi multa bona de testiũ refutatione docuit: quòd neq; vnus testis sufficiat, neq; ad indicium formandũ, multò minùs ad condemnationem faciendam: imò quòd neque iuratus eò probet, multo minùs non iuratus. *dicit Decian. in consil. 92. vol. 2. num. 23. & in seqq.*

De modo iurandi per testem, vt scilicet 312
iuret ante depositionem suam, & non post, *vult d. Decian. in d. consi. 92. vol. 2. num. 30. & ibi bona de teste non iurato.*

Sed quòd vnus testis, omni exceptione 313
maior, deponens immediatè de ipso maleficio, probet semiplenè & sic ad torturam, *probatur per Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæst. per Bal. in l. milites, C. de quæstio. & notauit Hippo. de Marsi. in singula. suo 476. incip. audiuisti, in principio, qui ibi allegat multa iura, probat Decianus in consi. 92. vol. 2. num. 34. & veniunt ad corroborationem eorum verb. Constit. crimina. Caroli V. in Arti. 30. Da also gesatzt wird:* Eine halbe Beweisung (als so einer in der Häuptsachen die Missethat gründlich mit einem eintzelichen Zeugen beweiset / das heist vñ ist eine halbe Beweisung) vñ solche halbe beweisung macht auch eine redliche Anzeigung / Argwohn oder Verdacht der Missethat. Aber so einer etliche Vmbständ / Anzeigung / Argwohn oder Verdacht beweisen wil: das sol er zum allerwenigsten mit zweyen guten tugendlichen vnuerwerfflichen Zeugen thun: & debet vnumquodque indicium per se sic probari: *d. gloss. in l. fin. C. fam. hercisc.*

Imò ille testis, qui vult probare de indi- 314
cijs, debet ritè recipi & examinari: aliàs nihil probat: *pulcherrimè notauit Hippo. de Marsi. in singul. suo 342. incip. quando testis.* ¶ Imò testes, in generali inquisitione examinati, denuò examinentur: reo citato, & existente contradictore, & datis interrogatorijs: aliàs nõ præiudicarent: Decia. *in cons. 92. vol. 2. num. 29. & 33* consuluit, quòd recipiantur iurati in præsentia rei, vel sic repetantur, qui pro informatione erant saltem recepti: imò indiciorũ copiam dandam esse reo & quomodo hoc procedat, *docuit iste d. Decian. in d. consi. 92. vol. 2. num. 131. item Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 28.*

Et hoc debet iudex facere cum nomini- 315
bus testiũ, reo etiã non petente: imò debet etiam iudex ex officio dare aduocatum: *post multos alios tenuit Blan. in rep. l. fi. ff. de quæst. à nu. 24. vsq; ad n. 31.* ¶ Intelligas etiam, quando vnus testis probat, quòd concurrant cũ illo vnico teste alia: nam solus sine alijs indicijs, nõ facit indiciũ ad torturã: *Cyn. in l. fin. C. de quæst. Hippo. in d. singul. 342. circa medium.*

Sed quòd præcedente infamia de aliquo 316
certo delicto: saltẽ contra aliquem possint formari indicia, & sic deueniri ad torturam, *notauerunt Angel. de Malefi. in versic. quòd fama publica præcedente, mihi num. 99. & ibi Augusti. in addi. & post alios Brun. à Sole in consil. suo crim. num. 13. 55. & 88.*

Imò quòd non possit inquiri, nisi contra 317
diffamatum, *eleganter docuit d. Brun. à Sole in d. consil. suo crimin. num. 146. & in sequentib.*

& ibi

&ibi inuenies, qualiter bona fama impediat nedum torturam, sed etiam inquisitionem: quòd neq; confessio valeat, facta ad inquisitionem sine diffamatione, *docuit Francis. Hercula. in tracta. suo, de probatio. negatiuæ, num. 198. ibi bona inuenies de confessione.* ¶ Quomodo autem talis diffamatio fiat, *inuenies ibid. apud Bruno. à Sole, in d. consi. num. 13. & 89. & in seqq. docuit Anto. Blan. in l. fina. ff. de quæstio. num. 15. versi. primò præmitto.*

318 Sed quæro: An vnicum saltem indicium ad torturam sufficiat, vel an requirantur plura? respondet *Blan. in repe. l. fin. ff. de quæstio. num. 39.* & facit distinctionem, *de qua ibi vide per eum: & docet Constit. crimin. Carol. V. in Arti. 30. Clarus in practic. crimin. lib. 5. §. fina. quæst. 64. num. 14. (vbi concludit vnicum indicium sufficere, etsi sit remotum à facto: eamq; sententiam communem esse, & communiter in iudicijs obseruari, asserit.)*

Quæ autem indicia valeant, & sint sufficientia ad torturam, nec ne, relinquitur arbitrio iudicis: quia nulla certa doctrina dari potest; *vt in l. 1. §. si expilatores, ff. de effracto. & expila. & Bal. in l. milites, C. de quæst. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 13.* Sed arbitrium iudicis regulatur secundùm dispositionem iuris communis: *Barto. in extrauaganti, ad reprimendum, in verb. videbitur. Blan. per istum, & alia in d. l. fina. ff. de quæst. num. 40. & in seqq.* Ex informatione indiciorum quòd procedatur de similibus ad similia, *habetur in Consti. Caroli V. Arti. 24.*

319 Sunt autem indicia consideranda secundùm tempora tria: Præteritum, Instans & Consequens: *secundùm Blanc. num. 66.*

Ad tempus præteritum, quòd de præterito habuerit quis animum & propositum sic delinquendi, possunt referri sequentia indicia. ¶ 1. Præparationes & orationes indicant pensamentum & homicidium, seu etiam aliud delictum præcogitatum: *Blanc nu. 67. (Decian. in consi. 67. vol. 3 num. 5.* quæ requirantur, vt dicatur inter plures pensamentũ commissum, hoc est, animum & propositũ delinquendi adfuisse, dicit: 1. colloquium præcedens, & tractatum committendi maleficium: 2. ipsam deliberationem & modum committendi: 3. executionem & cõfirmationem delicti, virtute præcedentis deliberationis tractatæ.)

320 Sed quæ possint reum excusare à pensamento, hoc est, ab animo & proposito occidendi, *consuluit idem Decia. in consi. 104. vol. 3.* ¶ 2. Emptio armorũ, quæ frequenter in vsu nõ sunt. ¶ 3. Exercitatio in armis insolita, pro qualitate personę, & loci. ¶ 4. Si fecerit limare vel molare arma, vt facilius inciderent vel vulnerarent: Einer lest eine Wehre scherffẽ oder Polliren/wie mans heist. ¶ 5. Simile potest dici de iure, der etwan zu frembden Schlössern Schlüssel hat machẽ lassen/oder vngewöhnliche Schlüssel/oder instrumenta, damit einer könne Diebstal begehen/ & de furto commisso si constet, & conditio personæ coniecturas admittat: tunc enim ex factis arguitur hominis animus, atq; ex verbis: *l. de quibus, ff. de legibus, l. Paulus, ff. rem rat. habe.* 6. Vel si monuerit quis amicum vel aliquẽ, 321 vt sibi faceret assistentiam, vel dixerit aliqua alia verba, ex quibus iudex arbitrari possit: *Blanc. num. 68. Angel. in l. fina. C. de quæst. textus est in l. 1. §. vi possid. ff. de vi & vi armat.* ¶ 7. Qui veniebat armatus & stipatus ad castrũ meũ, præsumitur, quòd voluerit illud expugnare, vel mihi vim inferre.

Sic etiam ex præparatorijs desumi potest 322 probatio in causa adulterij; nam deosculatio, tactus mammillarum, apparatus, conuiuia, & alia similia præparatoria, probant adulterium: *vt est gloss. 3. & ibi Bart. in l. quòd ait lex, ff. de adulterijs, idem Barto. in l. 2. §. fina. & in l. capite quinto, ff. eo. tit. tex. est in c. præterea, ext. de testib. Blanc. num. 69.*

De clandestino partu, & matris partus 323 interemtione, *habetur text. in Arti. 35. Constitu. crim. Car. V. sic dicens:* So man eine Dirn/so für eine Jungfraw gehet/im argwohn hat/das sie heimlich ein Kind gehabt vnd ertödtet habe: sol man sonderlich erkundẽ/ob sie mit einem grossen vngewöhnlichen Leibe gesehen worden sey: mehr/ ob jhr der Leib kleiner worden/vnd darnach bleich vñ schwach gewesen sey. Wo solches vnd dergleichen erfunden wird/wo denn dieselbe Dirne eine solche Person ist/darzu man sich der verdachten That versehẽ mag: sol die durch verstendige Frawen/an heimlichen stetten/als zu weiter erfahrung dienstlich ist/ besichtigt werden: würde sie daselbst auch argwöhnig befunden/ vnd wil der That dennoch nit bekennen/mag man sie Peinlich fragen. Aliter est text. *in Arti. 36.* Wo aber das Kindlein/so kürtzlich ertödtet worden ist/das der Mutter die Milch in den Brüsten noch nicht vergangen: die mag an jhren Brüsten gemolckẽ werden. Welcher denn in den Brüsten vollkommene Milch befunden wird/die hat deshalb eine starcke vermutung peinlicher Frag halben wieder sich. Nach dem aber etliche Leibärtzt sagen/ das aus etlichen natürlichen Sachen etwa eine die kein Kind getragen/Milch in Brüsten habẽ möge: Darumb so sich eine Dirne in diesen fellẽ also entschüldiget/ sol deshalb durch die Hebammen/oder sonsten weiter erfahrung geschehẽ. De materia probanda virginitatis, *vide pulcherrima per tex. & Dd. in c. penult. ext. de probation.*

Simile potest deduci de indicijs formandis & habendis super clandestina venenatione 324 *in Arti. 37. Consti. crimin. Item:* So der verdachte vberwiesen wird/das er Gifft kaufft/oder sonsten damit vmbgangen: vnd der verdacht mit dem

dem vergifften in vneinigkeit gewesen / oder aber von seinem Tode vortheils oder nutzes wartend were / oder sonst eine leichtfertige Person/zu der man sich der That versehen möchte/ das macht eine redliche anzeigung der Missethat: Er könne denn mit glaublichem schein anzeigen / das er solch Gifft/ zu andern vnsträfflichen sachen gebraucht hette oder brauchen wollen: Auch so einer gifft kauffte/das vor der Obrigkeit in leugnen stünde/vnd doch des kauffs vberwiesen würde/möcht auch gnugsame vrsache zu fragen/wozu er solches gifft gebraucht oder brauchen wollen: Diß ist wieder die Mägde/also offt sie Sagebawm vnnd Singerhun keuffen / kochen vnd trincken: *vide quæ notaui sup. in litera V. versi. de venenis, & poculis amatorijs.* Et quòd in delictis clandestinis faciliùs deueniatur ad torturam, *voluit Clar. in pract. crimin. lib. 5. fin. quæst. 64. num. 6.* Vnicus testis sufficit ad quæstionem accusato adhibendam, in crimine læsæ maiestatis; *l. 1. §. 4. de quæst. v. l. 9. C. de testib.*

325 De transitu non solito: & istud est indicium, nempè quando quis ambulauerit in vijs non solitis: simile, quando quis egreditur ciuitatem, sed non per viam publicam & consuetam: *l. fina. ff. de rer. diuisio. Blan. num. 60. & 71. Decianus in cons. 67. volum. 3. num. 16. notaui supr. in litera R. in verb. de regalibus, versi. de via publica.*

326 Item frequentatio viæ, in qua delictum est commissum, facit indicium: *Blanc. nu. 72.* purgationem istius indicij docuit Nouell. *in tracta. defensio. in quæstione, An indi. reo sint danda, num. 63.*

Armorum delatio, & armorum genus, ostendit animum & præmeditationē ad occidendum: *Blan. nu. 78. & 83. notaui sup. in lit. A. versi. de armis*: purgationem, docuit Nouell. *in tract. suo defensio. in quæst. 67. & 68. & in seqq.*

327 Asportatio, & alienatio bonorum, inducunt etiam malū animum, & præmeditationē ad homicidium: *Saly. in l. fi. C. de quæst. Blan. num. 85. & 86.* istius indicij purgationes, *vide per Iacob. Nouell. in suo tract. defensio. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, num. 122.*

De inimicitia, quòd & illa faciat indiciū cæteris concurrentibus, sed quæ & qualiter contrahatur, *docuit Blanc. num. 90. & in multis seqq. Decia. consi. 67. vol. 3. num. 9. notaui supr. in litera I. versi. de inimicitia: Gandinus in tract. malefi. in rubri. de præsumtionib. & indi. dubita. n. 16. Iacob. Nouel. in tracta. suo defensio. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, num. 41. & ibi num. 42. dicit, de purgatione eius per reconciliationem.*

328 De minis, *Blanc. num. 179. Gandi in tracta. malefi. rubri. de præsumt. & indi. num. 23. Blanc. in num. 183.* docet de eo, qui minatus est, & minas solitus est exequi, vel non, *Iacob. Nouel. in tract. defensio. quæstio. An indicia reo sint danda, n. 50.* & ibi de istius indicij purgatione.

De tractatione, *Blanc. num. 184. & 186. & in Consti. Carol. 5. in Arti. 32. ibiq; de minis.* Sed purgationem istius indicij ex iactatione, *docuit Iacob. Nouel. in tracta. suo defensio. in quæst. An indicia pro reo sint danda, num. 76. & ibi*, de iactationis reuocatione, & de alijs. ¶ Vnd solche neben dergleichen Argwohnen werden gezogen auff alle Missethaten: *sic in Constit. Carol. V. Arti. 25. & 26.* formantur ibi octo indicia, sed tamen ita, vt istorum vnum non faciat indicium, sed requiritur, vt aliqua concurrant, *in d. Consti. Arti. 27.*

In ipso actu homicidij indicia sunt, modus percutiendi: *text. est in c. 1. de homici. & ibi Abbas*: quia percutit quis ex insidijs, vel percutit cum armis, & in capite, vel in alia parte corporis: *Blanc. num. 188.* ¶ Competit indicij mali purgatio, quando habuit arma, & non percussit cum illis: *Nouell. in tracta. suo defension. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, num. 74. id. Nouell. num. 127. ibi.* 329

Ex modo percutiendi existit quidem indicium, sed purgatur, si percusserit cum hasta, vel pomo, quando potuit percutere cū ense: vel quando percussit ad dorsum vel pedē, cùm potuerit percutere ad caput, vel ad alium locum periculosum: nam nō præsumitur, quòd habuerit animū occidendi. 330

Proditio: *Blan. num. 191. notaui sup. in lit. P. versi. de proditore.* ¶ De multitudine vulnerum, qualiter per illam probetur animus interficiendi, *Blanc. num. 195.* ¶ De hoc indicio & de purgatione eius, *vide Nouell. in suo tract. defensio. in quæst. An reo indicia sint danda. nu. 133.* 331

De tēpore, puta de nocte: facit nox indiciū præcogitationis, *Bl. 198.* de hoc indicio & eius purgatione, *Nouell. in sup. d. loco, n. 137.*

Item locus aggrauat delictum, & præcogitationem: *ostendit Blanc. num. 200.* de purgatione, *Nouel. in d. loco, num. 140.* 332

De tortura seu quæstione, *Petrus Greg. in Syntag. lib. 48. cap. 12.* ¶ Torturæ finis quandoq; est pœna, quandoq; indagatio veritatis: *Pet. Greg. lib. 48. c. 12. n. 30. Iul. Clar. §. fi. quæst. 70. vers. plerumq; etiam, fol. 195.* ¶ Tortura non facilè adhibenda ad maleficiorum veritatem inuestigandam: quia res fragilis, fallax & periculosa, sed plus diligentiæ, curæ, industriæ & studij ad deliberandū recidendumq; à iudice exigendum: *Viuius decis. 467. lib. 3.* ¶ Negare cibum & potum, species est tormenti: & idem est ponere in loco, in quo frigore moriatur: *Capyc. dec. 145. n. 2.* ¶ Tortura illata reo, licèt tortus nō fateatur, tamē nullū infert fisco præiudiciū, stante protestatione fisci, circa ea, de quibus reus ipse criminis conuictus fuerat: *Viuius lib. 1. dec. 143.* ¶ Non potest reus torqueri neq; condemnari, stante exculpatione offensi: *Viuius lib. 1. decis. 101.* 333

Ad

334 Ad torturam non est procedendum, nisi præcedentibus indicijs: quæ autem sint talia, habes per Bart. *in l. fin. in 2. colu. de qq.* ¶ Vnus testis idoneus facit indicium ad torturam: *Bart. post gloss. in l. maritus, de qq. & in l. 1. §. idem Cornelio, eod. tit.* ¶ Tortura nō infamat, si fiat pro veritate eruenda: *l. nullam, C. ex quibus cauß. infam. irrog. ibi Bartol. & Salic.* ¶ Ad torturam iudex facilior esse debet, & promptior, in delictis, quæ occultè committuntur: sicut est adulterium, venenare aliquem, falsificare monetam, & similia: *ita dicit Bald. in l. 3. C. de Episc. audien. Alex. consi. 77. vol. 1. num. 9. col. 2.* ¶ Pœna iudicis indebitè torquentis. Si iudex indebitè ad torturam aliquem posuerit, & sequatur inde mors, est pœna capitis: Bart. *in l. quæstioni, ff. de quæst.* vbi dicit, sibi id contigisse, dum esset iudex maleficiorum. ¶ An autem, si non moritur tortus iniustè etiam sit pœna capitis vel iniuriarum, *vide Ias. qui alios refert in l. 1. in 1. colum. quod quisq. iur.*

Post homicidium indicia.

335 Associatio, vel auxilium præstitum, receptatio, & assistentia, faciunt indicia: *Blan. nu. 281. & 202. notaui supr. in lit. A. versi. de auxiliatore, & in lit. R. de receptationibus*: de isto, & simul de participatione, *est text. in Constitu. crimin. Caroli 5. Art. 40.* Item so einer wissentlich vnd gefehrlicher weise / von geraubtē oder gestolenem Gute / Beute oder Theil nimbt: oder so einer die Thäter wissentlich / vnd gefährlicher weise / ässet vnnd trenckt: auch die Thäter oder obgemelt vnrecht Guth / gar oder zum theil wissentlich annimbt / heimlich verbirget / beherberget / verkaufft oder vertreibet: oder so jemands den Thätern / sonst in andern dergleichen wegen / gefehrlich furderung / Rath oder Beystand thut: oder in jhren Thaten vnziemlich gemeinschafft mit jhnen hette / ist auch ein anzeigung Peinlich zufragen vn̄ von andern mehr vrsachen meldet der Text dieses Artickels ferner / de quibus ibi lege. De indicio ex receptatione existente, deq; eius purgatione, *notauit aliqua Nouell. in tract. suo defensio. quæst. An indicia pro reo sint danda, n. 94.*

336 De confessione extraiudiciali, quòd faciat indicium ad torturam: sed, quæ requirantur ad illam, *dixit Blanc. n. 204. & in seqq. notaui sup. in lit. P. versi. de probatione per confessionem* ¶ Purgatur indicium ex confessione extraiudiciali existens, sicut indicium ex iactatione oriens: *de quo Nouell. in tract. defensio. in quæstio. An ind. pro reo sint danda, n. 86.* ¶ De confessione coram incompetenti iudice facta an faciat indicium? *Blan. n. 214. & in seqq.* ¶ Confessio facta in tortura, an faciat indicium, si reus ductus ad ratificandum negauerit? Dd. tenent indicium oriri, *per notata per Bar. in l. vnius, §. 1. in prin. ff. de quæstio. & tenet Bal. in l. in bonæ fidei, colum. 2. versi. item quæro, C. de iureiur.* ratio est: quia variatio in reo facit indicium, & ex ea potest torqueri. *vt per Bald. in l. multùm interest, & per Bart. in l. de minore, §. plurium, ff. de quæst. Blan. docet num. 219.* accipe, si confessus fuerit in tortura, legitimis indicijs præcedentib. antequam torqueretur.

Receptatio literarum cum taciturnitate an faciat indicium ad torturam? *vide Hippo. de Marsi. in pract. sua crimin. §. diligenter, n. 136. versic. quæro etiam de notabili dubio: post eum Blanc. in l. fin. ff. de quæstion. numer. 223.* concludens, quòd non faciat indicium: sed illa taciturnitas quòd probet in ciuilibus, & qualiter, *notaui supr. in litera P. versic. de probatione per taciturnitatem.* ¶ De confessione pœnitentiali, an faciat indicium, *notaui supr. in litera C. versi. de confessione pœnitentiali, seu sacerdoti facta*: adde de confessione, aduocato facta, *Decian. in consi. 92. volum. 2. nu. 120.* ¶ De tractatu, qui dicitur esse, quoties plures conueniunt inter se, & in simul consilium faciunt, & in eandem opinionem deueniunt ad delictum committendum, *est text. in l. & si amici, ff. ad leg. Iul. de adult.* & de ista materia tractatus, *vide Blanc. numer. 225. Angel. in tractat. malefi. versi. & ad hoc colloquium & tractatum, &c.* ¶ De indicijs, demonstrantibus tractatum, *docuit Blanc. de secreta conuentione & loquutione, num. 231. & 232.* de hoc indicio ex secreta locutione, deque eius purgatione, *docuit Iacob. Nouell. in suo tractat. defen. in quæstio. An ind. pro reo sint danda, num. 92.* 337

Rixa secunda, parùm post primam facta, quòd faciat indicium mali animi, *Blan. num. 233. notaui suprà, in litera R. versi. de rixa, & de rixoso.* ¶ Aggreßio, nullis dictis verbis: de tali aggreßione, quòd faciat indicium tractatus, & mali animi, *dicit Blanc. num. 234. Angel. de Malefic. versi. fecit insultum contra dict. Titium.* De insultante & prouocante, *aliqua eleganter notauit Hippo. de Marsi. in pract. sua crimin. §. quoniam, num. 62. vsq. ad fin.* facit indicium sed tollitur in casibus, de quibus: *docet Nouell. in tractat. suo defension. in quæstion. An indicia danda sint pro reo, num. 141.* ¶ De assistentia, quòd similiter faciat indicium ad tractatum, *voluit Blanc. nu. 236 notaui supr. in litera A. versic. de auxiliatore, Angel. de Malefic. versic. d. maleficio astitit.* ¶ Ducens verbis aliquem, sciens malefactores esse in certo loco, & derobatus vel occisus quis si fuerit, habet contra se indicium, quòd sit criminis particeps, & causam delicti quòd præbuerit: *Blanc. num. 238.* 338

Ex persona & vita imputati, etiam sumuntur indicia: vt, quia est persona malæ con- 339

conditionis, vitæ & famæ: vel est persona, quæ talia committere solita est: *Blan. n. 241. pulcherrimè Hippo. de Marsi. in pract. sua crimin. §. diligenter, numer. 99. & in seqq.* non incongruè hîc referri potest *tex. in crimin. Constit. Caroli V. Artic. 39. sic dicens*: item, so Reysige oder Fußknechte gewönlich bey den Wirdten liegen vnd zehren vnd nicht solche redliche dienste/ handthierung oder gülde/ die sie haben/ anzeigen können/ dauon sie solche zehrung ziemlich thun können: die seint argwonlich/ vnd vordechtiglich zu vielen bösen sachen/ vnnd allermeist zu Rauberey: als sonderlich aus vnserm vnd deß Reichs gemeinen Landfrieden zumercken: darinnen gesatzt ist/ das man solche Buben nicht leiden/ sondern annehmen/ härtiglich fragen/ vnnd vmb jhre Mißhändel ernstlich straffen sol. Deßgleichen sol ein jede Obrigkeit/ auff vordechtige Bettler vnd Landtfahrer auch vleissig auffsehens haben.

340 De conuersatione malorum; Quòd faciat indicium, conuersari cum malis, *dixit Blan. num. 253. textus est in l. 3. §. nullus putat. ff. de excusa. tuto. Gandi. de Malefic. in rubr. de præsumptio. & indi. dubita. colum. 2. versi. item habet indagare*: & in præmissis dixit de mala vita, fama, & habitu, qualis quis ex illis æstimetur. De conuersatione cum malis: format ex illa indicium, *Nouell. in tractat. suo defensio. in quæstio. An indicia reo sint danda, nume. 46. & ibi numer. 48. refert*, quomodo præsumatur quis purgatus & emendatus à mala vita: quia per triennium bonæ fuit conuersationis & vitæ; imò propter desistentiam ab iniquo genere viuendi, & reuersionem ad bonam frugem fingitur quis nouus homo: *per Bald. dixit in consi. 52. volum. 5.* & sic docuit de purgatione istius indicij. ¶ De qualitate personæ considerandâ, *docet Blan. in num. 255.* ¶ De qualitate loci, *nota Gandi. in rubr. de præsumpt. & indic. dubitatis, colum. 2. in fin. versi. item consideret.* ¶ De indicio, quod oriri potest ex argumento de communiter accidentibus, *notauit Blanc. num. 257.* Contra solitum & consuetum delinquere, vrget indicium: quia semel malus, semper præsumitur malus, in eodem genere delicti: purgationem istius, *vide per Nouellum in suo tracta. defensio. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, num. 104.*

341 Ex verbis indicia oriuntur: vt ex trepidatione, inconstantia, varietate, ex voce balbutiente, loquela timida, pallore: *est textus in l. de minore, §. plurimum, & ibi Bart. ff. de quæstio. Blan. num. 259.* qui ibi docet, quando ista habeant locum, & in qua variatione: de indicij elisione ex trepidatione, *docet Nouell. in d. tract. suo defen. in quæst. An pro reo indicia sint danda, n. 143.*

Item mendacium dicens, & nõ respondens interrogationi, habet contra se indicium: *Blan. nu. 265.* declarat tamen, de quo mendacio accipiendum sit, *& num. 271.* Tollitur autem & purgatur eiusmodi indicium ex mendacio vel variatione existens, si reus in suis constitutis corrigens dictum suum, reduxerit illud ad concordiam: *Nouell. in tract. defen. in quæstio. An indicia reo sint danda, num. 54.*

De Confessione notatũ est suprà. ¶ Taciturnitas domestici facit indicium ad torturam: *Blan. n. 275. Decia. in consil. 92. volu. 2. ibi*, non indicans vel reuelans res furtiuas, in domo sua repertas: *n. 120.* ¶ Item solicitans, & multùm petens, vt inquiratur, cùm res ad eum non pertineat: dici debet suspectus, & habet contra se indicium: *Blanc. nu. 276. Hippo. de Marsi. in pract. crim. §. diligenter, num. 150.* 342

Ex facto Indicia.

FVga quotupliciter consideranda, vt probet delictum, vel faciat indicium ad torturam, vel non, *Blan. nu. 277.* & de fuga, *notaui sup. in lit. P. versi. de probatione per fugam, & ibi vide: & vide Hipp. de Marsi. in pract. crimi. §. diligenter, nu. 41. & num. 43. docet*; qualiter præsumtio per fugam inducta possit tolli & purgari: *item Blan. n. 263. Iacob. Nouell. in tr. suo defensio. vult*, quòd per spontaneam præsentationem, seu ad carceres oblationem infra tempora ad purgandam moram, vel contumaciam proueniens, indicium ex fuga sit purgatum: *in quæstion. An indicia pro reo danda sint, num. 29.* ¶ De fuga officialis dum syndicatur, *Blan. num. 288.* ¶ Fugatus cum clamore, seu rumore à loco maleficij, habet indicium contra se: *l. itaq. ff. ad leg. Aq. c. si perfodiens, ext. de homicidio.* 343

Fugiens cum gladio euaginato, sanguinolento: & reperto mortuo in loco à quo aufugit, habet indicium ad torturam contra se: *Blanc. numer. 292. Gandi. de Malefic. rubri. de præsumtio. & indic. indubita. num. 10. & 11. Angel. de Malefic. in versi. quòd fama publica præcedente, nume. 46. ibidem in apostilla & addi. Augusti.* & de hoc indicio, eiusque elisione, *vide Nouell. in tract. suo defensio. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, n. 144.* 344

De fuga, fractis carceribus, *vide Hippo. de Marsi. in dict. §. diligenter, numer. 46.* Sed de fugiente de carcere, quando captura fuit nulla, *eundem Hippo. in dict. §. diligenter, nume. 52.* De hoc indicio, deque eius purgatione, *vide Iacob. Nouell. in tractatu suo defens. in quæstion. An indicia pro reo sint danda, numero 101.* 345

De contumacia, an propter illam quis possit torqueri, *Hippo. de Marsil. in practic. sua crim. §. diligenter, n. 136. & post illũ Blan. n. 293.* 346

¶ Si

¶ Si comparendo infra terminum purgauerit contumaciam, purgatum est indiciũ ex contumacia veniens: *Nouell. in d. loco tract. num. 29.* ¶ Prohibens, ne quis capiatur: vel procurans vt aufugiat, vel vadat ne capiatur: habet contra se indicium: *Bonifac. de Vitel. in tract. malefi. in rubr. de indicijs, num. 2. in fin. Blanc. num. 294.* sed eiusmodi indicium quomodo tollatur & elidatur, *notauit Nouell. in tract. suo defen. in quæst. An indicia reo sint danda, num. 111.* ¶ Cum cultello inuentus prope mortuum, *Angel. de Malefic. in versi. quòd fama publ. præced. num. 17.* habet contra se indicium: *post illum Blanc. num. 295.* ¶ Item si visus fuerit cum gladio sanguinolento, & pallida facie, exire de domo aliqua, in qua quis interfectus inuenitur: *Blanc. nume. 297. Angel. de Malefic. vult,* quòd etiam sufficiat ad condemnationem, *d. versi. quòd fama publ. præc. num. 18.* De hisce indicijs, eorumque purgationib. *Nouell. in tractat. suo defensio. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, nume. 144. & 145.*

347 Cadit indicium contra dominum domus alicuius, prope quam reperitur mortuus, si alia vrgeant simul indicia: *Blanc. nu. 298.* indicium sic formari simul fatetur: sed annihilationes *ponit Nouell. in d. loco tract. sui, num. 146.* vel quando mortuus in domo faciat indicium contra inhabitantem domũ, *idem Blanc. nu. 291. Angel. de Malefi. in d. versi. quòd fama præced. nu. 18.* Et de indicio contra aliquos, qui sunt in domo, in qua quis ex illis occisus inuenitur, an præsumatur contra illos? *idem Ang. ibidem n. 53.*

348 Inuentus in loco delicti, indicium contra se facit: *l. 1. §. quid ergo, & §. hic autem, ff. ad Sylla. Blan. n. 300.* ¶ Visus admenare gladium seu vibrare, licet non sit visus percutere, habet indicium contra se, si concurrant alia: *Blanc. num. 302. notaui supr. in lit. A. versi. de admenatione.*

349 Prohibere potens, & non prohibens, culpa criminis carere non videtur: *Gand. de Malefi. in rubr. de præsumpt. & indi. dubit. n. 24. Blanc. nu. 303.* Purgationem, *vide per nouell. in suo tractat. defensio. in quæstio. An indicia pro reo sint danda, n. 98.* & ibi tractatur quæstio, An quis periclitantem iuuare debeat: & non iuuans, an incurrat in pœnam?

350 Pax & transactio, an faciat indicium ad torturam, *vide Hipp. de Marsi. in §. diligenter, n. 178. & Blanc. n. 306. Bal. & alios Dd. in l. transigere, C. de transactio. vide quæ notaui supr. in litera P. versi. de pace:* sed Hippo. *in d. §. nu. 306.* docet de cautelis: Quomodo transigendo quis non dicatur fateri, & sic contra se facere indicium, *Iacob. Nouell. in tract. suo defensio. in quæst. An indicia reo sint danda, n. 58. Idem Nouell. num. 116. dicit,* quòd pax, tractata per communes amicos, faciat indiciũ: sed tollatur, si pax fuerit tractata gratis, nullo dato recepto seu promisso: quia non videtur propter hoc crimen fateri indistinctè: & ibi docet ad longum, quòd pactio priuatorum non inducat impunitatem delicti, & in quibus casibus possit transigi.

Petitio veniæ, an operetur indicium? 351 quòd non, *dixit Hipp. de Marsi. in d. §. diligenter, n. 180. per glossam, in c. exhibita, extr. de homici. Blanc. n. 308. cautelam vide ibi in fine.*

Negligens in puniendo, habet indicium 352 contra se: *Blanc. n. 310.* ¶ Denunciatio decani vel centenarij, an faciat indicium, *dicit Blan. in d. repe. l. fina. n. 396.* ¶ Incantationes, diuinationes, & sortilegia, an faciant indicium, *eleganter notauit Hippo. de Marsi. in pract. sua crimin. §. diligenter, num. 181. Blan. n. 397. & n. 400.*

De nomine malo, & de physiognomia 353 mala, *Blanc. n. 405. & 406.* Expedire autem, habere bonum nomen, *notaui supr. in lite. P. versi. de bona fama:* Et prodest bona physiognomia, *vt voluit Bal. in l. 2. C. quo appella. non recip. Nouell. in tract. defensio. in quæst. an indicia pro reo sint danda, n. 108.*

De signo, vt quia ad tactum occisoris, 354 mortui cadaueris vulnus emittit sanguinẽ. Istud signum in nostris regionibus sæpissimè practicatur, & cæteris concurrentib. ad illud, iudicatur: *de illo Hipp. de Marsi. in pract. sua crim. §. diligenter, n. 181. in fine, & Blan. n. 507.* ¶ Fama quatenus faciat indicium, *vide Blan. n. 311. & vide quæ notaui sup. in lit. P. versic. de proba. per famam: Ange. plenè in versi. quòd fama publica præced. & in versi. non quidem à maleuolis.*

Et nota, quòd furti indicia possint etiã 355 desumi ex indicijs diuersis, concurrentibus in homicidio: de quibus pro casus contingentia cogitari & arbitrari potest: sed de specialib. furti indicijs, *notat Blan. in l. fina. ff. de quæst. n. 409.* ¶ Solitus furari, & sic mala fama, facit indicium contra imputatum: *gl. est in l. inciuilem, ibi Bal. & Sal. C. de furtis:* quod tamen verum est, si concurrant alia: *Blan. n. 411.* purgationem *vide apud Nouell. in suo tra. defensio. quæst. An indi. pro reo sint danda, n. 104.*

Vicinus domui, cuius habet notitiam, 356 in qua factum est furtum, iudicatur, quòd furtum commiserit: *tex. est in l. dominus horreorum, ff. de loca. & ibi Bar.* fallit, nisi vicinus sit homo bonæ famæ: *Blanc. nu. 412. & 413.* ¶ Et inde potest quæri, an hospes vel eius familia possint torqueri pro re furata viatoris in hospitio? *docuit August. in addi. ad Angel. versi. quòd fama publica præced. nu. 107. & ibi in fi.* quærit de custode, an pro re amissa possit torqueri? *Blan. in n. 415. vult:* quòd consideretur non tantùm vita, conditio & fama hospitis,

hospitis, sed etiam viatoris: de hoc indicio contra vicinum, deque eius elisione, *docuit Nouell. in d. loco sui tract. defensio. n. 152.*

357 Res furtiua si reperiatur penes aliquem, indicium est, ipsum esse furem: *l. in ciuilem, & l. ciuile, C. de furtis*: & potest torqueri, nisi possit indicare suum authorem, vel sit aliàs homo bonæ vitæ & famæ: *Blanc. nu. 416.* & de istis declarationibus, nisi possit ostendere, à quo habeat, & nisi sit homo bonæ famæ, locutus est eleganter tam de vicino, quàm de eo, apud quem inuenitur res furata: *Hippo. de Marsi. in repet. qui falsam monetam, num. 121. & 125. ff. ad l. Corne. de falsis. Roland. à Valle consuluit in consil. 45. nume. 39* & quòd bona fama sic sit consideranda, *habetur in Const. crim. Caroli 5. in art. 28.*

358 In casu, quando res furtiua vel furata inuenta fuerit in domo alicuius: quomodo & qualiter hoc debeat probari, & quatenus inde contra dominum possit formari vel oriri indicium ad torturam: quæ autem sint, quæ possint istud indicium infirmare, adeò quòd non valeat contra illum intentatum, *consuluit Decian. in consil. 92. volum. 2. numer. 23. & nume. 81. numer. 90. deducit*, qualiter pro domino domus ignorantia faciat, & quomodo possit probari: quòd non potuerit scire, res illas furtiuas esse in domo sua: contra theoricam, quòd quis non præsumatur ignorare ea, quæ sunt in domo sua: qualiter tandem innocentia istius domini domus deduci, colligi & considerari ex multis circumstantijs, in hoc casu possit, *pulcherrimè d. Decian. in isto d. consi. 92. volum. 2. num. 47. & in seqq. & num. 114. vide*, qualiter spontanea præsentatio faciat maximum indicium innocentiæ: *Hipp. latè in practic. criminali, §. diligenter, numer. 114. in iure Saxon. habetur textus elegans in Artic. 36. lib. 2. LandR. Nouell. in tractatu suo defensio. in quæst. An indicia pro reo sint danda, num. 148. ibi vide de istius indicij elisione.*

359 Et de ista rei inuentione, quòd faciat in istum euentum indicium, *disponitur in Const. crimin. Caroli 5. Art. 43. in princip. in hæc verba*: So der Diebstal bey dem verdechtigen gefunden oder erfahren wird/ das er denselben gar oder zum theil gehabt/ verkaufft/ vergeben oder anworden: vnd seinem Verkeuffer oder Wehremann nicht anzeigen wolte: so hat derselbige eine redliche anzeigung der Missethat wieder sich: dieweil er nicht außführt/ das er solche Güter/ vngefehrlicher/ vnstrefflicher weise/ mit einem guten glauben an sich gebracht habe.

360 Expendens multam pecuniam de illa stampa seu cuneo, cuius fuit pecunia, quæ fuit subtracta, habet indicium contra se: *Angel. in l. milites, C. de quæst. sed Blan. in l. fina. ff. de quæst. n. 420. putat*, non esse sufficiens indicium ad torturam, *sed secundùm Angel. vult*, per illud indicium alia indicia coadiuuari. Simile, quòd eiusmodi indicium super moneta non facilè possit probari, *habetur in glo. 11. Art. 36. lib. 2. LandR.* Denn es könne ohne das wol einer eine solche Müntze deß schlages gehabt haben.

Aliud indicium formatur ratione instrumentorum: denn so der Diebstal mit sonderm speer oder brechzeuge geschehen wehre: so den der verdachte/ an demselben ende gewesen/ vnd mit solchen gefehrlichen speer/ oder brechzeugen vmbgangen/ damit der Diebstal geschehen: vnnd der verdacht ein solche Person ist/ darzu man sich der Missethat versehen mag: ist Peinliche frage zugebrauche: *Art. 43. in medio, in Const. Carol. 5.* 361

Item expendens multam pecuniã, cùm antè esset pauper homo, nec reperitur, vnde habeat, indicium habet contra se: *voluit Barto. in l. fina. ff. de quæstio. argumento textus in l. Quintus, ff. de dona. inter vi. & vxo. Salic. in l. fina. C. de quæstio. concordat text. fina. Art. 43. in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung Caroli 5.* de hoc indicio, & eius purgatione, *in quæst. an ind. pro reo sint danda, n. 130.* 362

Aliud est indicium furti, vt, quando quis visus est exire domum cum fardello sub veste vel pallio, sed quid esset ignorabatur: & si hoc probatum fuerit per duos testes: illud erit vehemens argumentum, quòd subtraxerit res deficientes in domo, & quæ dicebantur furatæ in loco, vnde ille exiuit: *Angel. in l. 2. C. de q. Bl. n. 418. in d. l. fi. ff. de quæst.* 363

Sic etiam exiens de nocte de domo, in qua furtum est factum, habet indicium cõtra se, cùm maximè præsumat contra agentem de nocte: *vt est gloss. in l. furem, ff. ad leg. Cornel. de sica. Blanc. num. 419.* ¶ Item fuga famuli facit contra ipsum indicium, quòd furatus sit rem domesticã amissam: *gl. in §. si verò, in v. factum, in Aut. de exhib. reis, Bl. n. 423.* 364

Res subtracta si cedebat ad commodum imputati, & non alterius, facit indicium contra eum, si accedant, & concurrant alia: *Angel. & Salic. in l. final. C. de quæstion.* ¶ Culpa custodis quatenus habeat contra se indicium, quòd possit torqueri pro indicando fure, *dixit Blan. n. 425.* ¶ Forma pedis furantis, cæteris accedentibus, quòd faciat indicium ad torturam, *idem Bl. n. 426.* 365

Si aliqua res in loco furti erit relicta, & iustificetur alicuius esse, contra eum formatum est indicium, si circumstantiæ patiantur, vel nisi habeat suas defensiones: *habetur in Const. Caroli 5. in Art. 29.* Sic etiam præsumitur contra istum, cuius est scala, quæ reperitur ad fenestram posita: *dixit Blanc. numer. 427. & 428.* de hoc indicio scalæ, eiusque purgatione, *docuit Nouell. in tractatu suo defensio. in quæstion. An indicia pro reo sint danda.* 366

danda, num. 151. Et sic habes aliqua indicia furti.

367 Von verdacht der Reuber gnugsame anzeigung / *habetur textus incriminali Constitutio. Caroli V. Articul.* 38. & *Articul.* 39. ¶ Von heimlichem Mordt genugsame anzeigung: Item so der verdacht vnnd beklagte deß Mordts halber/ vmb dieselbe zeit/ alß der Mord geschehen / verdächtlicher weise mit blutigen Kleidern/ oder Waffen gesehen worden: oder er deß ermordten Haabe genommen/verkaufft/ oder vergeben/ oder noch bey jm hette/ das ist vor eine redliche anzeigung anzunemen/ vnd Peinliche frage zugebrauchen: er könne denn solchen verdacht/mit glaublicher anzeigung oder beweisung ablehnen: das sol vor aller Peinlichen frage gehört werden: *Art.* 33. *in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung Caroli V.* ¶ De indicijs in casu Sodomiæ, quæ sufficiant, & quæ illis ratione testium, & respectu aliarum circumstantiarum opponantur, *consuluit Decian. in consi.* 83. *vol.* 3.

368 De indicio contra aliquem de homicidio in multorum cõflictu & rixa facto, *licet videre ex seq. Art.* 34. Todtschläge/ so in offenbarem schlagẽ geschehen/des niemand Thäter sein wil/ ist denn der verdacht bey dem schlagẽ/ auch mit dem entleibten wiederwertig gewest/ sein Messer gewonnen/vnd auff den entleibten gestochen/gehawen/oder sonst mit gefehrlichen streichen geschlagen hat/ solches ist eine redliche anzeigung/ der geübten That halben/ vnnd Peinlich zufragen / vnnd wird solcher verdacht noch mehr gesterckt/ wo seine Wehre blutig gesehen worden were. ¶ Wo aber solches oder dergleichen nicht verhanden were/ob er denn gleich vngefehrlicher weise bey dem handel gewesen/sol er Peinlich nicht gefragt werden: *Art. in Constitu. crim. Caroli V.*

369 Vom heimlichen Kindhaben/tödtung durch die Mutter/ genugsame anzeigung/ *sunt text. in Art.* 35. & 36. *in Const. crim. Caroli V.* ¶ Von heimlichem vorgebẽ/genugsame anzeigung/ *Ar.* 37. & *istos tex. supr. in hoc versi. scripsi ad literam.*

370 Vom heimlichen Brandt genugsame anzeigung / *sunt verba text.* Wann einer eins heimlichen Brandes verdacht/ oder beklaget würde/ wo dann derselbe sonst ein argwohniger Geselle ist/ vnd man sich erkunden möcht/ das er kürtzlich vor dem Brande/ heliger/ vnd verdächtiger weise/ mit vngewöhnlichen verdächtlichen gefehrlichen Fewrwercken/ darmit man heimlich zubrennen pfleget/ vmbgangen ist/ das gibt redliche anzeigung der Missethat: er köndte dann mit guten gleublichen vrsachen anzeigen/ das er solches zu guten vnsträfflichen sachen gebraucht hett/ oder gebrauchen wollen: *Art.* 41. *in Consti. crim. Caroli V.*

371 Von Vorrähterey genungsame anzeigung/ so der verdacht heliger/ vngewöhnlicher/ vnnd gefährlicher weise/bey den jenigen/ die er verrahten zuhaben/in verdacht stehet/geschehen worden/vnd sich doch stellet/alß sey er von denselben vnsicher/vnd ist ein Person/dazu man solches sich versehen mag/ ist eine anzeigung peinlicher frage/ *Art.* 42. *in d. Const. crim. Caroli V.*

Von Zauberey genugsame anzeigung. Wañ 372
einer sich erbeut / ander Menschen Zauberey zulehren/ oder jemands zu bezaubern betrawet/ vnd dem betraweten dergleichen beschicht/ auch sonderlich gemeinschafft mit Zauberern/ oder Zauberinnen hat/ oder mit solchen verdächtlichen Dingen/ Geberden/ Worten vnd Wesen vmbgehet/ die Zauberey auff sich tragen/ auff die Person desselben sonst auch bericht ist/ das gibt eine redliche anzeigung der Zauberey/ vnnd genugsame vrsach zu peinlicher Frage: *Art.* 44. *in d. Const. crim. Caroli V.*

De indicijs contra fabrificantem mo- 373
netam. Expendens, & habens falsam, vel apud quem stampa ad fabrificandum inuenitur, habet contra se indicium falsi monetarij: *Hippo. de Marsi. in rep. l. qui falsam, ff. ad leg. Cor. de falsis*; declarationes de expendente monetam falsam, *vide ibi per Hippo. nu.* 103. de eo, apud quẽ inuenitur stampa, *n.* 114.

De indicio in crimine hæresis. Eo ipso 374
quòd libri hæresis reperiuntur penes aliquem, indicatur de hæresi, & potest de illa condemnari; *textus est in c. sanè profertur, §. & si fortè* 23. *q.* 2. *per illum text. tenet Lud. Roman. in sing. suo* 326. *incip. eo ipso, Hipp. de Marsi. in d. l. qui falsam, num.* 115. *sed Nicol. Pignol. in additione ad d. singu.* Lud. Roman. limitat tribus modis. 1. Nisi reperiantur penes aliquem, confutandi eos gratia: quia tunc magis commendandi sunt, quàm puniendi: *vt habetur in d. c. legimus, el.* 2. *disti.* 37. 2. Limitat, nisi eos combusserit. 3 Nisi legeret quis, ne eos ignoraret: *d. c. legimus, Hipp. de Marsi. in pract. sua crim. §. diligenter, n.* 92.

Sic etiam ille, apud quem reperiuntur 375
rescripta vel instrumenta falsa, præsumitur falsarius: nisi ostendat, à quo illa habeat: *Hipp. de Marsi. in pract. crim. d. §. diligenter, nu.* 92. *idem Hipp. in l. qui falsam, n.* 116. *tex. est in l. maiorem, C. ad leg. Corn. de falsis c. falsariorum, ext. de crim. falsi.*

Similiter vtens falso instrumento, præ- 376
sumitur, quòd illud fabricauerit, vel illud falsum fieri fecerit, nisi ostendat, vel nominet authorem: *refert Alexand. de Imo. in consi.* 77. *incip. in causa recusa. in prin.* 3. *col. in* 1. *volu.* & potest in argumentum adduci *gl. notabilis in c. coram dilectis, ext. de offi. delegat.* quæ dicit, quòd ille præsumitur procurator alicuius, penes quem reperiuntur acta ipsius causæ: *ff. de Carbon. edict. Hipp. de Marsi. in d. §. diligenter, n.* 94. & 95. *idem Hipp. in d. l. qui falsam, n.* 118. & 119. & *in dictis locis, in §. diligen-*

ter, n. 117. dixit idem Hipp. per iura ibi allegata, quòd si reperiatur carceratus mortuus, penes custodē carceris, & sic in carcere: quòd ipse custos debeat probare, ipsum non esse mortuum dolo vel culpa sua, aliàs præsumi contra eum. Et sic nota casus, vbi quis conuincitur eo ipso, quòd non probatur contrarium: *gl. in l. maiorem, C. ad l. Corn. de falsis, & notaui sup. in lit. P. versi. de probatione, eo ipso, quòd non probatur contrarium.*

377 Dictum mandatarij solum, an faciat indicium ad torturam contra mandantem, *docuit Hipp. de Marsi. in pract. sua crim. §. diligenter, n. 37. vsq. ad n. 41.* quid de dicto offensi, *habetur elegans singu. Hipp. 22. incip. confeßio offensi, notaui supr. in lite. E. versi. de exculpatione:* Purgationes istorum indiciorum existentium ex dicto mandatarij contra mandantē, & ex inculpatione offensi, *docuit Iacob. Nouell. in tractat. suo defensio. in quæst. an indicia pro reo sint danda, n. 86. & 89.* item ex depositione moribundi vel mortui, *idem Nouell. n. 147.* de exculpatione offensi, in mortis articulo cōstituti, *idem Nouell. n. 153.*

378 De dicto socij, an faciat indiciū ad torturam, & alia de socijs, *notaui supr. in litera S. versi. de socijs in criminalibus* Quæ requirantur, vt socij dictum faciat indicium contra socium criminis, *vide in Constitu. Caroli V. Art. 31.* ponit quinque consideranda & obseruanda. ¶ Dictum socij quando faciat indicium, scilicet cæteris concurrentibus, vel solū non, & de istius indicij purgatione, *vide Iacob. Nouell. in suo tract. defension. in quæst. an indicia pro reo sint danda, n. 81. & ibi n. 85.* tractat. de exculpatione socij criminis, quòd multùm prosit exculpato.

379 Sed ista omnia, quæ modò sunt dicta, habere locum: nota, nisi quis poßit docere in contrarium de sua innocentia: ad quā quis admitti debet, etiam non petens, saltem ex officio iudicis. ¶ Imò iudex tenetur, etiam parte non petente, inquirere de innocentia rei. *Bar. in l. libellorum, ff. de accusa. notatur in l. si non defendantur, ff. de pœnis: per ista & alia iura consuluit sic pro reo, Brun. à Sole in consil. suo crim. n. 121.* Es sol vor der Marter der Gefangene in Güte/ doch mit bedrawnuß/ befragt/ seiner vnschuld erinnert: vnd wo er sich zu seiner vnschuld beweisung erbeut/ sol er dazu gelassen werden: *in Const. Caroli V. Art. 46. 47. & 62. & notaui supr. in lit. D. versi. de defensionibus:* & ibi qualiter defensiones rei formentur, *Nouell. in tractat. suo defensio. in quæst. an indicia pro reo sint danda, n. 155.*

380 Secundò habent locum & intelliguntur in homine malæ conditionis, vitæ & famæ: sed secùs est in illo, qui est bonæ conditionis, vitæ & famæ, & qui non est solitus similia facere: quia si res furatæ reperiantur penes illum, non erit talis inuentio indiciū ad torturā contra eum, & non præsumitur per hoc, quòd ipse talia bona furto subtraxerit: *Decia. in consi. 92. vol. 2. Bal. in l. fi. ff. de hær. instituen. Salic. in l. fin. C. de quæst. Hippo. de Marsi. in pract. crim. § diligenter, n. 96. idem Hip. in d. l. qui falsam monet. nu. 124. & 125. ff. ad l. Cor. de falsis.* Imò quòd bona fama legitimè & benè probata, impediat iudicem deuenire ad torturam, non obstante aliquo indicio, *consuluit eleganter secund. iura plurima Brun. à Sole in consi. suo crim. 151. in præcedentib. & in multis seqq. voluit Iacob. Nouell. in tract. suo defensio. in quæst. an indicia pro reo sint danda, n. 33. volens,* quòd per probationē bonæ famæ purgetur indicium, oriens ex mala fama: *VVesenb. in consi. 98. par. 2. n. 24. notaui supr. in lite. B. versi. de bona fama.*

Imò in quantum dictum est de forman- 381
da innocentia rei ante torturam, habet in tantum locum etiam, quòd debet admoneri per iudicem de sua innocentia formanda: & etiā, quòd suppeditet sibi pauperi & egeno ad hoc sumtus, *Art. 47. in Const. cri. Caro. V.*

Sed quando iam reus tortus confessus 382
est, quòd confeßio eius fideliter ad scripturam redigatur, & actori cedatur, *habetur in Const. Caroli V. Art. 47.* Quid confeßio sua operetur, & qualiter debeat perseuerare in illa, ita quòd poßit ex illa comdemnari, *notauit & docuit Bonifac. de Vitell. in suo tract. malefi. in Rubr. quæ indicia debeant præcedere torturam, Brun. à Sole in consi. crim. nu. 156. & in multis seqq. & est tex. in Art. 60. in const. crim. Caroli V.*

Quo moderamine Tortura sit inferenda.

DJe peinliche Frage sol nach gelegen- 383
heit deß Argwohns/ der Person/ viel/ offt/ oder wenig/ hardt/ oder linder/ nach ermessung eines guten vernünfftigen Richters fürgenommen werden: vnnd sol die sage deß gefragten nicht angenommen/ oder auffgeschrieben werden/ so er in der Marter/ sondern sol seine sage thun/ so er von der Marter gelassen ist: *Articu. 58. in Constitu. crim. Caroli V.*

Imò tormenta non sunt in immensum 384
habenda, nec quanta postulat accusator: *l. de minore, §. tormenta, ff de quæst.* Iudex autem considerare debet ætatem, fortitudinem, & debilitatem torquendi: & sic procedere poterit, prout sibi conuenire videbitur: *l. 3. §. fin. ff. de re milita. l. si quis in graui, §. puberes, ff. ad syllan. Decian. in consi. 92. volum. 2. num. 136. Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 33.* Wer Wunden oder Schaden an seinem Leibe hat/ sol also gepeiniget werden/ das er am minsten verletzt werde: *Constitutio. Caroli V. in Art. 59.*

Imò

385 Imò iudices semper in quæstionibus debent habere modum inculpatæ seueritatis, & secundùm terminos legales: quia iudex ipse non debet esse clementior lege: *Bald. in l. cùm fratrem, C. de his, quib. vt indign. Iacob. de Nouell. in tractat. suo defension. in quæstion. An indicia danda sint reo, num. 26.*

Quo ordine Tortura sit imponenda.

386 QVando plures sunt torquendi, à timidiori est incipiendum, & à magis suspecto: *l. 1. §. 1. & in l. inuitus. ff. de quæst. Decian. in cons. 115. volum. 3. num. 5.* ¶ Item si pater & filius sunt torquendi, incipiendum est à filio, in conspectu patris, vt pater timens de filio, faciliùs confiteatur: quia de filio magis, quàm de seipso timet *l. isti quidem, ff. quod met. caus. 1. §. sed veteres, Inst. de noxa.*

387 Item fœmina priùs, quàm masculus: quia citiùs ipsa confitetur, cùm ipsa non sit tantæ constantiæ, vt masculus: *l. filia, C. de inoffic. testa. c. Forus, ext. de verb. signif. dixit Bonifa. de Vitell. in Rubr. qualiter sit fienda tortura, Clar. in prac. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 29.*

Qui confitetur delictũ, qualiter de consocijs & circumstantijs delicti, pro qualitate eius, sit interrogandus.

388 HAbetur in Constitutione crimin. Caroli V.

Von Mord: *Artic. 48.*
Von Verrähterey: *Artic. 49.*
Von Vergifftung: *Artic. 50.*
Von Brand: *Artic. 51.*
Von Zauberey: *52.*
Was für beyfragen mögen geschehẽ: *Art. 54.*

389 Von Nachfragen vnd Erkundigung der bekanten vmbstende: *est text. in Articul. 55. in Constitut. crimin. Caroli V. & pulcherrimè docuit Hippol. de Marsil. in pract. sua crimina, §. principum, per totum.* ¶ Quòd autem tortura sit repetenda in casu, quando in inquisitione circumstantiarum inuenitur, quòd mentitus fuerit, & non vera dixerit, *est text. ad literam in Artic. 56. d. Constit. crim. Carol. V.*

Quæ personæ Torqueri non possint.

390 MIlites, priuilegio militiæ, & fauore Reipublicæ, torqueri prohibentur: *l. milites, C. de quæst. nisi à militia ignominiosè sint dimissi: Salic. in d. l. milites, declarat Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 18.*

Decuriones, eorum filij & nepotes: isti durante decurionat⁹ officio, propter dignitatem officij torqueri non possunt: *d. l. milites, l. decuriones, & l. diuo Marco, C. de quæstio. Bart. in d. l. milites, & Cyn. in d. l. diuo Marco.*

De militibus, decurionibus & doctoribus, quòd non sint torquendi, neque quòd valeat consuetudo in contrarium, *tenet post alios Ludouic. Rom. in singul. suo 494. incip. milites, allegat l. omnes iudices, & ibi Bart. C. de decurio. lib. 10. Bart. in l. 1. C. de aduoca. diuer. iudicio.* & quòd consuetudo talis sit nulla *tenet Nicol. Pignol. in fin. addi. ad Romanum, in d. singul. 494. post multos alios Grill. in tract. suo de quæstionibus & torment. in 6. quæst. principali.* De decurionibus, *Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 20.* De doctore, *Decia. in cons. 92. vol. 2. num. 135. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 16.* 391

Sed illa, quæ dicta sunt de doctore, intelligenda & accipienda sunt de doctore actu legente: quia is dicitur esse in dignitate: *sic declarat secundùm aliquos Gabri. Saraij. in addi. ad singul. 59. Matthei de Matthesil. & tenet Brun. à Sole in cons. suo crimin. num. 146. & 147.* quòd doctor regulariter non possit torqueri: sed in casibus, in quibus veniat torquendus, quòd debeat priùs degradari, aliàs nequit torqueri, *tenet Hippol. de Marsil. in pract. sua crimin. §. expedita, num. 29. in præmissu num. 27.* dixit de milite & de Decurione: notaui de milite, *supr. in litera M. vers. de milite, & suprà in litera D. vers. de doctore.* 392

Quòd autem quilibet miles, doctor vel Clericus, aut quolibet priuilegio munitus, in crimine læsæ maiestatis possit torturæ subijci, sed aliter non, nisi præcedant indicia, *tenet Angel. de Malefic. & ibi August. in addi. vers. & hay tradito, la tua patria, num. 1. est tex. & faciunt glossa, Cynus, Bal. & Salic. in l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. maiest. c. 1. de deposit. casus est in l. nullus, C. ad leg. Iul. maiest. & de isto crimine notaui supr. in litera M. vers. de maiestate.* 393

Item prohibentur torqueri minores quatuordecim annis: sed cũ ferula cædantur, & veritas ab illis extorqueatur: *l. 1. §. puberes, ff. ad Syllan.* vel terreantur: *Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 21.* ¶ Item senes vel qui sunt in ætate decrepita: & quæ sit illa ætas decrepita, dicitur *in l. 3. §. cognoscitur, ff. ad Syllan.* potest tamen terreri: *Clar. d. loco, num. 22.* 394

Item testes non possunt torqueri, nisi interfuerint facto, & vacillent: *l. ex libero, in prin. ff. de quæst.* ¶ Item maiores magistratus, durante officio, non debent torqueri: *argum. l. pars literarum, cum similibus. ff. de iudicijs.* 395

Nec etiam Clerici, presbyteri, & in sacris constituti, nisi sint infames: *Dd. in c. grauis ext. de deposito, Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 23.* Sed an possit Clericus à iudice laico torqueri ad iussionem Episcopi, *idem Clar. in d. §. fin. quæst. 64. num. 25. (Communis opinio est, quòd non: sed communis obseruantia est in contrarium.)*

396 Minor 14. annis potestnè interrogari, & si potest, monumentum ne adfert, vt delatus quæstioni subijciatur? Papa exépla adfirmatiua refert 14. *Arrest. 9. art. 7.* Et senatus consultum Burdogalense, quo iudicis inferioris sententia confirmata fuit, patrem (interfectæ vxoris à duobus liberis ætate minoribus delatum) quæstioni subijcientis: *arg. l. vlt. C. ad l. Cornel. de sicarijs, refert Gothofr. ad l. 10. de quæstionib.* Nota cas. vetulæ, quæ venenũ coniugi nobilis Caroli à Schottendorff in Henzendorff, propinauerat, & ad filiæ testimonium quæstioni subiecta fuit.

397 Item vtilis Reipublicæ cum tortura parcatur: *l. ad bestias, ff. de pœnis, c. illud, de maior. & obedi.* ¶ Nec etiam milites veterani: *Dd. in l. milites, C. de quæstion.*

398 Item non potest torturæ subijci mulier prægnans, donec est grauida: *l. prægnantis, ff. de pœnis: refert Clar. in pract. crim. lib. 5 §. si quæst. 64. num. 23* consuetudinem obseruari, vt etiam post partum editum non torqueatur, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis. ¶ Item testantem mulierem non torquendam.

399 Aduocati quòd torqueri non possint, atque milites, *habetur in l. milites, C. de quæst. & in l. aduocati, C. de aduo. diuerso. iudic. per illa Gand. in tract. suo de quæstion. num. 38.*

400 De consiliarijs ciuitatum, *vide Gand. in d. Rubr. de quæst. num. 38. in fin. & August. in addit. ad Angel. de Malefic. in vers. quòd fama publ. praeceden. num. 102. vers. & an consiliarijs: ciuitatum tenet, quòd suis temporibus potuerint torqueri; & ibi in apostill. incip. & quòd miles, vide alia bona.*

401 De istis personis enumeratis, quòd regulariter torqueri non possint, nisi in casibus, *notat Angel. de Malefic. in vers. quòd fam. publ. praeced. num. 102. & ibid. August. in addi. & ibi vide vnam apostill. bonam Hippol. de Marsil. in pract. sua crim. §. expedita, à num. 27. vsque ad num 43. & ibi num. 45.* vide fallentiam in crimine læsæ maiestatis: *Gand. in tract. suo malefi. in Rubr. de quæst. num. 7. & 38. Bonifac. de Vitell. in tract. malef. in rubr. de quæst. & tormen.* & quæ personæ excusentur ab eis: & ibi notat de fallentijs, seu casibus, in quibus, non obstante priuilegio, non obstante ætate, vel aliquo alio, possit tortura imponi: *vide ibi bona Paul. Grilland. in tract. suo de quæst. & tormen. in 6. quæst. principali, per totum, & ibi num. 9.* Grillan. docet de muto, surdo, cæco & furioso, quòd propter naturæ impedimentum torturæ nõ subijciantur: *per l. §. 3. surdus, & §. cæcus, ff. ad Sillan. Dd. notant in l. milites, C. de quæstion. Cyn. & alij Dd. in l. fin. eod. tit. Chil. Köning. in prin. processus sui, von dem erforschlichen Gericht, in 6. quæst. principali.*

Nota tamen in casu, quando quis non potest torqueri, quòd possit terreri: *Bald. in l. obseruare, in prin. 2. colum. C. quæst. appella. non recip.* quia vultus iudicis in talibus debet esse terribilis: *§. talem verò, in Authen. de mand. princip. & per illa sic tenuit Ioan. de Arnold. in singul. suo 99. incip. in regno:* & hoc verum, si personæ conditio hoc patiatur: *l. milites, §. oportet, C. de quæstion.* 402

Tortura in quibus causis & criminibus inferri possit? respondetur, quòd in omnibus criminibus regulariter tortura plena & grauis, vbi aliter veritas haberi nõ possit, inferatur: *l. 1. ff. de quæst.* intellige in delictis vel criminibus atrocioribus & grauioribus, nõ autem in leuibus: quia ibi sufficit tortura leuior, puta, territio, ne maior pœna sit in inquirendo, quàm in puniendo, quòd esset contra textum: *l. in seruorum, ff. de pœnis:* quòd pro leuiori delicto grauis tortura non inferatur, sed leuior, *habetur in text. l. edictum, ff. de quæstion. Bald. in l. obseruare, in prin. 2. colum. C. quorum appel. non recip. Gand. in tract. malefic. in tit. de quæstion. num. 1. & 2. Grilland. in tract. de quæstion. & tamen in 5. quæstion. principali per totum. VVesenbec. in Paratitlis, ff. de quæstion.* istius est sententiæ, quòd non pro omni causa, sed saltem pro causa atroci, capitali, & vbi pœna corporalis venit imponenda, quis torqueatur, & vbi aliter veritas haberi non possit: *idem tenet Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 4.* 403

Si autem esset persona grauis & honestæ conditionis, aut nobilis familiæ, pro leuibus criminibus contra huiusmodi personam non esset deueniendum ad aliquem actum torturæ, quantumcunque leuis & minimæ: quia ex ea videretur afferri iniuria dignitati siue nobilitati: *textus est in l. milites, §. oportet, C. de quæst.* ibi, *si conditio personarum id requirit: Bald. in d. l. obseruare, C. quorum appella. Bartol. in l. nam omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. per illos Grillan. in suo tract. de quæst. in 5. quæstion. principali, num. 5.* 404

Sed qui in causa ciuili seu pecuniaria, an ibi quis ad torturam possit poni? respondetur, quòd non: nisi causa habeat delictum annexum: *casus est in c. 1. ext. de deposit. & secundùm Bald. in l. sicut, C. ad leg. Corn. de falsis:* & quatenus testes & serui, possint torqueri, *docet Grilland. in d. tract. suo de quæst. in 7. quæst. principali, per totum, Chilian. in processu suo, von dem erforschlichen Gerichte, in 9. quæst. principali:* & ibi in fine docet, quatenus tortura ad pœnam possit adhiberi: *per l. 1. C. de numera. & actua. lib. 12. & ibidem per Bald.* 405

An ex vi pacti quis possit torturæ subijci, vel possit corporali iniuria affici, *Coler. de process. execut. p. c. 6. num. 45. & seqq. folio 192.* 406

De Ter-

De Torturæ repetitione.

407 Utrùm semel tortus iterum possit torqueri? de ista quæstione, *vide Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iura. firman. in vsib. feud. col. 5. circa medium sic dicentem*: semel vel bis sufficienter tortus, perseuerans in negando, iterum potest torqueri, nouis indicijs superuenientibus: *idem tenet Angel. de Malefic. per Bald. in versic. quòd fama publ. præced. num. 95. & ibi cum Augustino*, quòd iudex acriter puniatur, qui semel sufficienter tortum, sine nouis indicijs pertinentibus, secundò vel reiteratò ad torturam ponat: *Bart. eleganter in l. vnius, §. 1. ff. de quæst. Cyn. in l. fina. in 7. quæstione, C. eod. VVesenbec. in paratit. ad Pandect. tit. de quæstio. num. 12. Iacob. de Bellouis. in pract. sua crimin. in Rubr. de quæstion. & qualitate tormentorum, num. 90. dicit*, quòd quæstio non possit repeti nisi duo concurrant: vt quia noua superueniunt indicia, & quòd tortus durauerit in fortitudine corporis sui: *allegat l. vnius, §. 1. ff. de quæstion. sed secundùm illum ibi, & alios, est communis opinio.*

408 Quòd nouis indicijs superuenientib. tortura saltem possit repeti allegatur, *l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. l. socius pro filia, §. nec si prior, ff. de socio, d. l. vnius, §. reus, ff. de quæstio. c. vt circa in prin. & in c. nulli, de electio. in 6.* & alia iura inducuntur ibidem: *Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. num. 46. vsq. ad finem quæst. 64.* ibi, quòd leuiter tortus possit repeti, etiam ex prioribus indicijs.

409 Imò quòd per torturam sufficientem sublata & purgata sint omnia indicia, propter quæ est tortus, quòd iterum torqueri non possit, nisi nouis indicijs existentibus sufficientibus, *vult Decian. in cons. 92. num. 133. & in seqq. volu. 2. & tenet Chil. Köning, in sua practic. Von dem erforschlichen Gerichte, in 4. quæst. principali.*

410 Sed quando quis in quæstione confessus est, & postea negauerit confessionem, neque habeat iustas caussas negandi: facit ista negatio regulariter, tortura quòd possit repeti: *sic dicit Bal. in l. bonæ fidei, C. de reb. cred. & iureiur. & habetur in Constit. crim. Caroli V. Arti. 57. in hæc verba* So der gefangene die vorbestandte Missethat leugnet / vnd doch der arcwohn also vorstehet / vnd vor Augen were: so sol man jhn wieder ins Gefengnus führen / vnnd weiter mit peinlicher Frage gegen jhm handeln: vnd doch mit erfahrung der vmbstende / wie vorstehet / in alle wege fleissig sein / nach dem der grund der peinlichen Frage darauff stehet: es were dann / das der Gefangene solche vrsachen seines leugnens fürwendete / dadurch der Richter beweget würde zuglauben / dz der Gefangene solche Bekantnus aus Jrrsal gethan als dann mag der Richter denselben Gefangenen / zu ausführung vñ beweisung solches Jrrsals / zulassen.

Sed nolens confiteri in tortura, quòd ex probationibus antea receptis, possit conuinci & condemnari, etiã sine alijs tormentis, habetur *in d. Constitut. crimin. Caroli V. Artic. 69.* & de modo producendi & examinandi testes, vt ex eorum dictis sequatur condemnatio, *in Arti 70. 71. 72. & in seqq. in d. Constit. crim. Carol. V.* sed quòd per sequentem torturam elidatur plena probatio præcedens, *tenuit Albert. de Roland. in l. edictum, ff. de quæst. & ita etiam vult Angel. & ibi in addi. August. in tract. suo malefic. in versic. comparuerunt inquisiti, & totum negauerunt, num. 3. 9. & 10. & secundùm illos sic notauit Ioan. de Arno. in singul. suo 98. incip. de facto.* 411

Sed quòd per torturam sufficientem præcedentia indicia, & per reiteratam torturam confessio in prima tortura facta, vel alia indicia superuenientia sint ita purgata, quòd amplius tortus torqueri non possit, nisi adhuc nouis indicijs superuenientibus. 412

Et in istis casibus quibus cautelis carcerati & torti sint carceribus relaxandi & dimittendi, *voluerunt & docuerunt Hippol. de Marsil. in pract. sua crimin. §. quoniam, num. 41. 48. 49. & in seqq. Angel. de Malefic. in d. versic. comparuerunt d. inquisiti, & totum negauerunt: idem Angelus in vers. pro quibus, & quilibet eorum, Antonius Thomas Cæpollæ S. Antonij de Bononia fideiussit: ibi docet*, quando, quomodo & qualiter reus sit fideiussoribus relaxandus: & de ista fideiussione in criminali, *vide Hippo. de Marsil. in repet. Rubr. ff. de fideiuss. num. 210. versic. & ex supra dictu, & num. 366. cum aliquot seqq.* 413

Nach Sächsischem Rechte vnd Gebrauch / wird ein solcher gefangener auff geschwornen Vrfrieden / los gegeben / vnd er ist denselben zu halten schüldig: *de quo habetur in gloss. 3. Arti. 41. lib. 3. LandRecht.* Nach wichtigkeit der Sachen / vnd auch nach vmbstende der Anzeigungen / daraus er gefenglich ist eingezogen vnd gepeinigt worden / mus er auch den Vrfrieden / den zuhalten / vnd an Gleich vnd Recht sich genügen zulassen / thätliches nicht fürzunemen / etc. verbürgẽ: & si non habeat fideiussores, detineatur in carcere: *Angel in d. versic. pro quibus, & quilibet eorum, Antonius fideiussit. num. 16.* & quòd per torturã sic purgentur indicia, quòd debeat carceribus relaxari, *notauit Nouell. in tract. suo defension in quæst. an indicia rescindenda, nu. 157.* 414

Reus semel tantùm est torquendus, nisi in grauibus delictis: *Viuius decis. 143. lib. 1.* 415

De effectu confessionis in Tormentis factæ, & processu super illa habendo.

In criminalibus non statim ad eiusmodi confessionem quis est condemnandus: sed oportet, quòd perseueret in illa, & ratifice- 416

ficet illam sponte pro tribunali, vel ad banchũ iuris, ad alicuius accusationem:& tunc demum potest ex illa sequi condemnatio: *sic tenuit Lancfranc. de Orian. in sua prax. c. 7. de confessione: num. 7. & in seqq. Hippol. de Marsil. in pract. sua crimin. §. quoniam, in prin. & in alijs seqq. & pulcherrima in ista materia sunt videnda secundùm ea, quæ consuluit Brun. à Sole in cons. suo vnico crimin. num. 182. versicul. ad septimum & vltimum obiectum, vsque ferè ad finem, docuit eleganter Iacob. de Bell. in pract. sua crim. in Rubr. de quæstio. num. 95.*

417 Qualiter ad non confessionem spontaneam, vel in tortura extortam, quis ad perseuerantiam & ratificationem sit condemnandus, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, *docuit Angel. de Malefic. in versicul. quòd fama publica præcedente, & c. num. 110. vsq. ad finem, Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæstio. 65.* & ibi quærit & respondet, quot confessiones ad condemnationem sint necessariæ: *Hippol. de Marsil. in pract. sua crimin. §. postquam à num. 14. vsq. ad num. 34. inclusiuè.* ¶ Item, quòd ratificet confessionem post spacium saltem vnius diei, ad banchum iuris:& concedatur sibi terminus breuis duorum vel trium dierum, ad faciendam omnem defensionem, contra confessionem, *docuit Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 40. 41. 42. & 44.* sed quæ possint contra confessionem excipi, *docuit idem Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 55. per totum.*

418 De confessione ficta, ex contumacia videlicet, an reus possit condemnari, *docuit idem Hippol. in pract. crim. d. §. postquam, à num. 35. vsq. ad finem.* ¶ Vnd wie endlich auff Bekäntnus einer zuuerurtheilen sey/ præscribitur ad literam, *in Arti. 60. in Constitut. crimi. Caroli V.*

419 Item reus de crimine conuictus, potest condemnari, siquidem nimirũ sint probationes, luce meridiana clariores, & delictum cum qualitatibus deductis quoq; sit probatum: *Clarus in d. pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 66. per totum.* De exceptionibus, quæ contra testes proponuntur, *Clar. in d. §. quæst. 53. per totum.*

420 An metu tormentorum liceat crimen falsum de se confiteri, *Couar. l. 1. cap. 2. lib. 2. num. 8.*

De pœna iudicis malè Torquentis.

421 SI reus ex grauissimis indicijs in vincula coniectus, & quæstionibus submissus, at postea innocens deprehensus fuerit, ex eo magistratus nullam pœnam incurrit. nam legitima indicia eum excusant. Quia ita viuere debemus, ne criminis quidem suspitio in nos cadat. hoc qui non facit, non magistratum, sed seipsum accusare debet: *Obrech. Iud. c. 8.*

Si ponat aliquem ad torturam sine causa, sine indicijs, dolosè vel malitiosè, puniatur similitudine supplicij, quo tortus puniri debuisset, si conuictus esset: *Bal. in l. fin. C. de his, qui latro. occulta.* ¶ Item si iudex dolosè personam priuilegiatam, extra casum permissum, ponat ad torturam: si in contumeliam ordinis, exitiumque factum sit, pœna capitis sibi immineat: *text. & ibi Salic. & Bald. in l. decuriones, C. de quæstio.* 422

Imò dicit ibi Baldus, quòd de quacunq; tortura, quam iudex facit dolo malo, & sine causa, sit pœna capitis: *idem Bal. in l. 1. C. de priuat. carc. & in Rubr. C. de pœn. iud. qui malè iudica. vide Iustin. de Castoldio in suo tract. Syndic. in col. 33. vers. idem tenetur verò de hoc. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 2.* 423

Si autem iudex subijciat torturæ non torquendum: nõ dolosè, sed aliàs errore per inscitiam vel imprudentiam, vel de facto: puniatur parti ad interesse: *Bal. in d. Rubr. C. de pœna iudi. qui malè iud. vers. quæro, qualiter debeat puniri, & c. facit text. clarus, Arti. 20. in Constit. cri. Caroli V.* ¶ Item punitur, si torqueat mulierem prægnantem: *Bald. in l. interpositas, in fin. C. de transact. notatur in l. prægnantis, ff. de pœn.* 424

Si tortus in tortura vel ex tortura moriatur, quatenus & qualiter iudex puniatur: & qua pœna, secundùm qualitatẽ excessus, *vide Iustin. de Castoldio in d. suo tract. Syndicat. in 34. col. in vers. quidam autem: Clar. in lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 2. & Chilianum in suo processu, Von dem erforschlichen Gerichte, num. 36. quæst. 12.* ponit aliquos casus, in quibus iudex committens teneatur: in fine quærit & respondet, in quantum teneatur, Wann in der Marter ein Balck oder Leiter zerbricht/ vñ der gefangene ein Bein/ Arm/ etc. zerbreche/ oder gantz todt fiel: *vide. Et sic notata sunt aliqua in materia torturæ.* 425

Tormentorum mutatio quando licita, & an iudex pro morte secuta tormentorum occasione, teneatur, *Viuius decis. 362. lib. 2.* 426

De Tractatione inter partes, &c.

TRactatio, habita à partibus, non potest præiudicare, nisi super ea sit firmatum, & conclusum: multa enim tractantur, quæ effectum & conclusionem non sortiuntur: *dicit Alexan. de Imol. in cons. 148. col. 2. vers. cùm ergo, in fin. volum. 5. text. est in l. eleganter, & ibi gloss. ff. de condic. indeb. Bald. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testa. Decianus in cons. 56. volum. 2. num. 15.* ibi de scriptura conficienda, antequam sit confecta & perfecta, quòd non probet: *notaui suprà in litera P. vers. de pœnitentia.* 427

De

428 De Tractatione inter partes, &c. *Raudenſ. de analog. lib. 1. c. 30. n. 163.* ¶ Tractatus quando arguat & demonſtret contractus ſubſecuti naturam, *Menoch. lib. 2. cent. 5. c. 470.* ¶ Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis tractatus: *Menoch. lib. 3. præſumt. 49. n. 2. Alciat. reg. 2. præſ. 24. fol. mihi 285.* ¶ Tractantur multa, quæ nõ fiunt: *Raud. d. lo. Geyl. lib. 1. obſeru. 140. n. 10. 11. & 12.*

De Tranſactione.

429 TRanſactio eſt de re dubia, & lite incerta, non gratuitò, (quod tamen non præſumi, ſed in ſpecie exprimi debet: *Geyl. 2. obſeru. 71. n. 3. & 4.*) tranſigere: pacto aliquo vel dato, vel retento, vel de retinendo promiſſo: *l. tranſactio, C. de tranſactio l. 1. ff. eo. tit. c. ſuper eo, ext. eo. & ibi in gl.* Iſta definitio bene explicatur, quam explicationem ibi vide. Sic tranſactionem definiuit, *Specul. in tit. de pactis & tranſ. in pr.* Poteſt fieri tranſactio inter partes priuatim, vel coram magiſtratu, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis: *l. cum te tranſegiſſe, C. de tranſactio. & l. ſiue apud acta, C. eo.*

430 Tranſactionem ſeu compoſitionem eſſe vtilem, colligitur ex gloſſ. *in verb ad componendum, c. vlt. de tranſ.* quæ vult, quòd iudex concordat priùs partes, quàm ad iudicium eos venire ſinat, ſi poſsit: *5. q. 2. c. primates: textus rotundus in c. ſtudendum, diſt. 90.*

431 De modo tranſigendi in iudicio, vel coram magiſtratu, *poteſt videri text. in Arti. 9. lib. 1. LandRecht.* Si verò conuenerit inter partes, vt fiat in ſcriptis, non dicitur perfecta, niſi fuerit in ſcriptis redacta, partibus lecta & approbata: *argum. §. 1. Inſtitu. de empt. & vend.* Sed qualiter ſuper tranſactione fiat inſtrumentum, ita vt probet de illa, *notauit Geyl. in obſeruat. 71. lib. 2. obſeruat.* dicens, quòd contineat cauſam tranſactionis, & faciat mentionem de dato, retento vel promiſſo.

432 Ex nuda vel ſimplici tranſactione reo oriri exceptionem, & actori doli mali replicationem, *habetur in d. l. ſiue apud acta, C. de tranſact.* ¶ Ex tranſactione pœnali petat reus: vt contraueniens tranſactioni ſoluat pœnam, aut tranſactionem ſeruet: *l. vbi pactum, C. de tranſaction.*

433 De tranſactione pœnali cum pacto rato manente, *habetur in l. pacto conuento, & in l. ſequenti, ff. de tranſact. l. cum proponat, & l. promiſſis, C. eod.* ¶ Ex tranſactione, iuramento firmata, veniens contra illam, notatur infamia: perdit commodum tranſactionis, quod ex ea haberet: ius item priùs competens amittit: & accepta reſtituit: *l. ſi quis maior, C. de tranſactio.* Sed quatenus pœnæ iſtius *l. ſi quis maior,* locum habeant, *conſuluit Decian. in conſ. 10. vol. 1. in prin.*

434 Et generaliter cauſas vel lites, tranſactionibus legitimis finitas, Imperiali etiam reſcripto reſuſcitare nõ oportet *l. cauſas, C. eod.* ¶ Item non minorem auctoritatem tranſactionum, quàm rerum iudicatarum eſſe recta ratione placuit: Siquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerant cuſtodiri: *l. non minorem, C. eod. & c. vlt. ext. eod. tit.*

Item non licet pœnitere tranſigenti, et- 435
iam ſtatim poſt tranſactionem: *l. quamuis, & l. fratris tui, C. eod.* ¶ Pupillus ſine tutoris autoritate, *arg. l. contra iuris 28. de pactis, l. obligari 9. de autor tut. Donell. lib. 3. com. I. C. c. 13. pag. 188.* & prodigus, cui bonis à Magiſtratu hodiè interdicitur, tranſigere nequeunt: *l. 1. l. 10. de curat. fur. l. 3. C. de in integ. reſt. l. 16. cui bonis eſt, ibi Bar. Duar. Cuiac. de verb. obl. Geyl. lib. 2. obſer. 51. n. 2. Diſſent. Accurſ. & Dd. in l. 18. qui teſt. fac. Donel. d. l. 6. de verb. obl.* niſi apertè rem ſuam faciat meliorem: *Borch. de pact. c. 3. num. 12.* ¶ Et tandem, quæ competant remedia contra tranſigentem, & tranſactionem adimplere nolentem, *vide Oldendorp. in enchirid. exceptionum, verſ. de except. tranſact. ibi.* Generaliter igitur ex tranſactione remedia competunt.

Sed impugnatur tranſactio varijs de cau- 436
ſis & reſpectibus: puta, ratione prætextus falſorum inſtrumentorũ: *l. penul. C. de tranſact.* ratione perſonæ tranſigentis: vt, quia cum minore eſt contractum, *l. cum te tranſegiſſe, C. eod.* cum fœmina vel muliere: *de qua ſupr. in litera M. verſ. de muliere.*

Cum furioſo vel mente capto: *l. 1. §. fu-* 437
rioſum & ſeq. de ob. §. furioſi 8. & §. ſed quod 10. Inſt. Inutil. ſtip. ſupr. in litera F. verſ. de furioſo, de homine non ſanæ mentis, licèt ſit infirmus vel æger corpore. *in l. ſanum mente, C. eod.* Ratione cauſæ: vt quia fortè ſine cauſæ cognitione eſt facta: *ſuprà in litera C. verſ. de cauſæ cognitione:* de omiſsione tamen cauſæ *vide l. ſi maiores, C. eo.* Ratione cauſæ, puta ſuper cauſa adulterij interpoſita, quæ regulariter non tenet, & ſuper cauſa falſi: *l. tranſigere, C. eod.* ſic etiam non licet tranſigere ſuper raptu ſeu ſtupro virginis: *vt per Barto. in l. qui cœtu, §. qui de vi, ff. ad leg Iul. de vi publ. vide in addi. latin. fin. Articul. 27. lib. 1. LandRecht.*

Sic etiam tranſactio non cadit ſuper quę- 438
ſtione tutelæ: *tenet Bartol. ſingulariter, in l. prætor, in fin. ff. de tutel. & curat. da. ab his, &c. Et in l. nos, ff. de tutelis, tenet Ludou. Roman. in ſingul. 471.* ¶ Sed de cauſa ſtatus, quòd poſſit tranſigi, & arbitratori demandari, *notat Alciat. in l. fin. C. de tranſ. & per illum Pignol. in additione ad ſingul. Roman. 472.*

Vel ratione falſæ cauſæ, *de qua ſupr. in li-* 439
tera F. verſic. de falſa cauſa. Ratione formæ: exemplum eſt in tranſactione quæ facta eſt ſuper teſtamento vel codicillo, & non ſit facta

mentio,

mentio, quòd visa & cognita sint verba testamenti: quia aliàs non valet: *l. 2. ff. quemad. test. aperiant. & l. de his, ff. de transactio.* vel quia non est scripta, partibus lecta, & ab illis approbata: *argum. §. 1. Institut. de empt. & vend.* Ratione rei: vt quia transactum est super rebus Ecclesiasticis, sacris vel spiritualibus: quòd enim super istis transigi non posit, est textus: *notant gloss. & Dd. in c. super eo, ext. eod.*

440 Item transactiones Vasalli non nocent post eius mortem agnatis: *§. si Vasallus de beneficio suo, in tit. si de feudo conten. fit inter dom. & agnat. Vasall. probatur ex tit. de alien. feud. pater. in prin. & in tit. quibus modis feudum amitt. §. praeterea*: nec in filiam (inquit) Vasallus poterit feudum confirmare, agnatis non consentientibus vel ratum habentibus. Ratione conditionis impossibilis, vel quae cōtra bonos mores est: puta, de successione futura: *l. cum donationis, C. de transact. notaui suprà in litera P. vers. de pactis, facit, §. impossibilis, Instit. de inutilibus stipulat. l. impossibilis, ff. de verbor. obligat.* Ratione enormis laesionis vel inaequalitatis: *Bartol. Bald. Arius Pinel. & alij Dd. in l. 2. C. de rescinden. vend. l. litigatores, §. fin. ff. de arbit. Authen. ne mulier, quae nupt. iterant, §. prospeximus.*

441 Imò quòd transactio, propter laesionem vltra dimidium iusti precij, rescindatur, (*Etsi haec opinio communis sit, contrariam tamen negatiuam, quòd non rescindatur transactio bona fide inita, velut veriorem, Cameram aliquoties secutam esse, Geyl. affirmat.*) sed quomodo ista deceptio vel laesio consideretur, *voluit & docuit Geyl. in obseruat. 70. lib. 2. obseruat. Cam. Imp.* ¶ Sed modum pronunciandi super illa laesione vltra dimidium iusti precij, quomodoq; istud precium consideretur, nempe ad tempus contractus, non ad euentum litis, *vide in Constit. Elect. Saxo. in Art. 34. par. 2.* Arius Pinel. istam quaestionem, an propter enormissimam laesionem rescindatur transactio? pulcherrimè tractat, *in 4. c. primae partis, l. 2. C. de rescin. vend. à num. 12. vsq. ad num. 32.*

442 Sed an iurata transactio propter laesionem enormem rescindatur, & ad rescissionem sit pronunciandum, praescribitur, *in d. Constitut. Elect. Artic. 34. par. 2.* ibi quoque de renunciatione iurata. (*Loquitur Constitu. de transactione super laesione scienter factâ, atq; eo casu rescissionem excludit, quòd per consequentiam ad iuratam extendi potest. Sed in rescissione ista ex Constit. Electoris, non litis euentus, sed laesio ipsa spectatur.*) Ratione metus: *l. interpositus, C. de transactio. & ibi Bald.* Item ratione simulationis vitiatur: *l. cum ea, C. eod. tit.*

443 De alijs modis plurimis infirmandi transactionem, *vide per Oldendorp. in enchiridio exceptionum, versicul. exceptiones contra transactionem.* ¶ Nota: si aduersarius non impleuerit transactionem, iustissima sanè causa est, vt alter quoq; non compellatur ad implendum: *l. qui fidem, ff. de transactio.*

Et tandem in hac materia transactionis, 444 *vide, quae notaui suprà in litera P. versi. de pactis*: possunt plurima colligi & adaptari.

Nota: transactio super fracta pace fieri potest, saluo tamen iure fisci: *declarat Mynsing. (vbi etiam docet, in criminalibus poenam sanguinis ingerentibus transactionem valere: non ingerentibus poenam sanguinis, siue publicū, siue priuatum sit delictum, ante institutam accusationem nō valere ex communi sententia, cuius tamen contrarium vsus forensis obseruet.) in obserua. 79. cent. 2. obseru. Cam. Imp.* sic etiam in alijs criminibus: *l. ius publicum, ff. de pact.* ¶ De transactione super re iudicata super feudo, & quòd transactio rescindatur, propter laesionem vltra dimidium iusti precij, *consuluit VVesenbec. in cons. 70. parte 2.*

De pace in praeiudicium subditorū propter publicam vtilitatem rectè transigere 445 Dominus potest: *Borch. c. 4. de transact. Felin. in c. qui in Ecclesia, in 2. collat. extr. de const. Auth. res quae C. con. delegat. Cicero in 2. de ll.* ¶ Tutor cum pupillo, si ei expedit, & autoritate seu decreto iudicis, de occiso pupilli parente transigere potest: *Specul. de Homicid. vbi Bart. Sachsenrecht lib. 2. Arti. 16.* ¶ Tributis insunt Reipub. nerui: *l. 1. §. 20. ff. de poenis.* A tributo stipendium hodiè nihil distat: *Cuiac. lib. 7. obseru. 3.*

Sed transactione inita de negotio principali, si de expensis nihil sit dictum, an adhuc debeantur? (*expensae, quae ob contumaciam debentur, adhuc peti possunt actione in factum, etiā finitā lite, ideoq; in transactionem non veniunt: aliae expensae peti possunt.*) *vide Mynsing. in obseruat. 48. cent. 4.*

De transactionibus tutorum, curatorum, (*In his necesse est interponi decretum iudicis praeuia causae cognitione.*) & administratorum 446 ciuitatis, (*Administratores ciuitatis sine speciali mandato transigere possunt, si bonâ id fide agant.*) & de decreto iudicis, transactioni interponendo, ita vt valeat, (*si non ambitiosè sed sine fraude transegerit, transactio valet, per l. 12. C. de transact. VVesenbec. in par. lib. 7. n. 4.*) *dicit Geyl. in obseruat. 72. lib. 3. obseru. Cam. Imp.* ¶ Transactio tutoris an noceat pupillo, consuluit, distinguendo casus, *Decia. in cons. 37. num. 41. vol. 1.* ibi inuenies, quòd benè pupillus possit venire contra transactionem tutoris sui, sibi damnosam: & ibidem vide de transactione praelati.

De transactione, *Pet. Greg. in parat. Iur. Can. lib. 3. tit. 3.* ¶ Iudex quādo per viā transactio- 447 nis interponit partes suas, potest interdum aliquid sinceritati detrahere. *c. fi. de transactio.*

Item

¶ Item potest ad transactionem partes cogere citra notam infamiæ: *VVes. in paratit. ff. de his qui not. infam. n. 5. fol. 165. vide folium ab lim. secund. Thess. dec. 89. n. 3. Asin. de exec. §. 3. c. 134. 135. & 139. & seq.* ¶ Fratres inter se nimiùm litigantes iudex potest ad concordiam cogere: aut si hanc recusent, mandare, vt vrbe discedant: præsertim nisi tales sint personæ, quæ Reipub. statum perturbare possunt: *Zas. in l. 1. §. inde quæritur, de noui ope. nunc. refert gl. Gothofr. d. lo. verb. habere, sub lit. 6.* ¶ Transactio generalis non procedit in his, quæ pendent ex testamento: nisi visis cognitisq; verbis testamenti: *Seb. Medic. de reg. iur. Reg. 1. n. 109.*

448 De lite per iudicem inter partes transigentem, & decretum suum interponentem sopita, an & quando resuscitari possit, *Molle. lib. 4. semestr. c. 1.* ibid. quando decretum iudex possit reuocare. ¶ Cõtraueniens transactioni in modico, non incidit in pœnam: *Seb. Med. reg. 5. n. 43.* nisi iuramentum interuenerit: *ibid.* ¶ Transactio quæ non valet vt transactio, vtpote facta post rem iudicatam, vel facta nihil dato vel retento, vel similiter: valet in vim pacti, & omni meliori modo, si sit iurata: *Seraph. priu. 98. n. 9.* ¶ Transactio super re testamentaria facta, nõ inspectis tabulis, est inualida nisi sit iurata: *Seraph. priu. 100.* sicut nec transactio super alimentis futuris fieri potest, nisi iurata: *priuil. 101. vide Dan. Moller. lib. 5. semestr. diff. 22. vide remiss. Dauth. l. 2. num. 2. C. de testa. fol. 538. in princ.* ¶ Transactio super instituta de inofficioso testamento querelã facta, si hæres transactioni non stetit, an iterũ ex querela in officiosi agere possit, *Fach. lib. 1. controu. iur. c. 10.*

449 Transactiones plerumq; sub modo fieri solent: *Moll. lib. 4. Semest. c. 1. n. 19.* ¶ Iuramentum de seruanda transactione inter plures inita, an sit singulis præstandũ, *Modest. Pist. p. 3. q. 116.* ¶ De transactione super crimine, vide quæ in Geyl. *de pace publ. c. 11. nu. 13. & seqq.* ¶ Transactio non retractatur propter instrumenta nouiter reperta: *Schrad. l. admonendi, numer. 209. de iure iur. lim. ibid. 6. modus.* ¶ Transactio gratuita inter accusatũ & accusantem, non probat delictum: *Raud. de anal. lib. 1. c. 31. n. 33.* etiamsi tertius accusati nomine pepigisset: *n. 34.* ¶ De transactione in materia l. transigere, C. de transact. vide omn. optimè *M. Anto. Delrio, in d. l. transigere, Andr. Fach. lib. 1. controu. iur. c. 8. & 9.*

450 Iudex ad euitandas rixas & scandalum, familias nobiles ad concordiam & transactionem cogere potest: *Asin. de exec. §. 3. c. 133.* item potest litigantes hanc ob causam cogere ad compromissum: *c. 123. n. 3. & c. 139.* partim in causa difficili & inuoluta: *Asin. c. 134. 135. & seqq. vide gl. l. si cuius, §. si inter duos verb. iurid. sua componere, de vsufr.* ¶ Quatenus item ad transactionem compellere possit, *vide Iacob. Ayer. in processu, c. 2. obs. 3.* & ad transactionem quæ causæ inuitent, *ibid.* ¶ Regula negatiua limitatur, *in d. Ayer.* Offensus suadendus non cogendus est, vt remittat iniuriam: quia æquitatis ratio non patitur vt quis cogatur inuitus parcere iniurianti, nisi in foro pœnitentiali, *§. fi. inst. de iniur.* Et hoc post factum: ante factũ verò obuiare debet, ne iniuria cõmittatur; *ita Bl. in l. 1. de offic. præf. vrbis.*

Transactio valet in causa matrimonij & conuersationis, & monachationis: *gl. in l. fi. C. de Transact.* ¶ Transactio inita virtute falsorum instrumentorum, est rescindenda: *l. penul. C. de trans. vide in v. sententia.* ¶ Quando quis in transactione sit enormiter læsus, ita quòd contrauenire possit etiam ei iuratæ, *vide Dec. consi. 216. vol. 2. visa transactione plura per Dn. Alex. in consi. 42. volum. 1.* ¶ Transactio est stricti iuris: *§. actionum, Instit. de Act. Alex. in l. si maior 25. annis, C. de Transact.* 451

De Trebellianica.

TRebellianica hodie per testatorem detrahi, prohiberi potest: *vide Soc. in regul. 432.* ¶ Trebellianica & legitima simul detrahi possunt: *vide latè sup. in v. filius legitimam.* ¶ Quid sit Trebellianica, *vide gloss. in §. sed quia, vbi gl. Inst. de fideicomm. hæred.* 452

De Tutoribus.

TVtoris datio, an sit imperij, vel iurisdictionis, vel permissionis, vid. l. *Muto 6. §. tutoris, ff. de tutel. Mynf. in §. sed hoc iure, nu. 7. Inst. de Aut. tut. Gothofr. in d. l. 6. §. tutoris, Musco. de iurisd. n. 164. & seqq. Coras. lib. 5. Miscel. Iur. c. 24. Cuiac. lib. 21. obs. 30. Robert. lib. 4. sent. c. 22.* ¶ Tutor vel curator, cui aliquid relictũ, vt tutelam susciperet, tutelã vel curam sibi delatam non suscipiens, legato priuatur: *l. Nasennius 32. ff. de excus. Borch. in c. vn. nu. 77. quæ sint regal.* ¶ Si fratribus omnib. existentibus minorib. patruus proximior tutelam ex lege administret, & interea maior fratrum ad ætatem perueniat virilem: à patruo in hunc reliquorum tutela deferetur: *l. si tutor, 9. §. si duob. vbi gl. & Bar. de tutel. & ext. dist. per l. non solũ. §. pen. de excus. tuto. VVes. in par. ff. de tut. in fi.* 453

Notandum est, quòd sint quadruplicis generis tutores: 1. Testamentarij: 2. Legitimi: 3. Datiui: 4. Anomali. ¶ De testamentarijs, & quòd pater possit filijs suis in testamento dare tutores, *habetur in §. permissum est, Inst. de tutelis.* ¶ Ob quas causas autẽ testamentarius tutor possit impugnari, ratione testamenti: ratione suæ personæ, qui datus est tutor: ratione mutatæ causæ, propter quã est datus: vel ratione mutatæ qualitatis, qui tutor est nominatus: de istis & 454

alijs multis impugnationib. *vide Spec. in tit. de tutore, §. 1. de testa. tutore.* & ibi de forma testamentariæ tutelæ. Et quòd testamentarijs tutoribus à testatoribus inuentarij confectio possit remitti, *habetur in text. l. fi. §. fi. C. arbi. tute.* (*Potest: & dictum supr. lit. 1.*) ¶ Item admittuntur sine satisdationibus: *Spec. in tit. de tutore, §. 2. n. 2. in fine.*

455 Sed an remittere possit testator rationis redditionē, & in quatenus tutor non teneatur ad illam, *notauit Spec. in tit. de tutore, §. 1. n. 4.* ¶ Distinguendū est in ista remissione: de reliquis enim & præteritis, non autē de futuris, potuit remissionē facere. & regulariter dol⁹ futurus nō potuit remitti. De hac remissione redditionis rationis, non conficiendi inuentarij & non præstandæ cautionis, *vide pulcher. consi. Alex. de Imo. 62. vol. 4. & VVes. in consi. 86. par. 2.* ¶ De legitimo tutore, quòd testamentarijs tutoribus non existentib. tutela pertineat ad legitimos, veluti ad agnatos vel cōsanguineos proximiores, *habetur in tit. Inst. de legit. agnato. tutel.* ¶ Sed quid illi legitimo tutori objiciatur, *vide Spec. in tit. de tutore, §. 2.* istis cognitis iudicari potest, qui sint legitimi tutores idonei: contrariorum enim eadem est disciplina: *Instit. tit. de his, qui sunt sui vel alien. iur.*

456 De tutore datiuo, *est tex. in tit. Inst. de Atil. tutor.* ¶ Sed quæ tutori datiuo objici possint, ratione dantis & ratione dati, & de alijs, *notauit Specu. in titu. de tutore, §. 3. si autem.* ¶ De anomalis tutorib. quales sunt Mater & Auia, quib. modis & quando liberorum tutelā gerere possint, *habetur in l. 2. & in Aut. matri & auiæ, C. quando mulier tutelæ offi. fungi potest.* ¶ Sed quæ possint illis opponi, *docuit Spe. in d. tit. de tutore, §. nunc dicendū est.* ¶ Imò tenentur ad inuentarij confectionē & rationis redditionem, sicut alij tutores: *VVesen. consi. 86. par. 2.* Iure etiam Saxon. iure paterno administrant, & fruct⁹ lucrantur, donec liberi adolescant, & ab ijs separentur: *lib. 2. Art. 11.*

457 Et notandum est circa matris tutelam, quòd illam amittat propter transitū ad secundas nuptias, adeò etiam, quòd illam reassumere non possit mortuo secundo marito: *Mynsi. in obs. 83. cent. 3. obser. Cam. Imp. idem Mynsing. in respon. suo 38. n. 15. & 16.* ¶ Sed in ista materia tutelæ discutiendum est, qualiter tutor quilibet regulariter accedat ad administrationē, & quæ facere debeat.

458 Et notandum est primò, quòd cuilibet tutori vel curatori, antequam administret, debeat decerni administratio à iudice: nec priùs administrare potest, quàm ei decernatur: *l. tres tutores, in fi. ff. de adm. tut. l. fin. §. procul dubio, C. arbitr. tut.* & loquitur ibi expressè text. in tutorib. testamentarijs, vt pater ibi, nisi testatoris: *& notat clarè Salic. ibi in 1. notab.* dicens: nota, quòd tutori etiam testamentario debet priùs per iudicem decerni administratio.

Secundò debet tutor facere inuentariū, 459 antequā administret de ipsis rebus & bonis pupilli: *l. tutores, el. 2. C. de admin. tutor. vbi dicit tex.* Tutores & curatores mox, cùm ordinati fuerint, sub præsentia publicarum personarum, inuentarium rerum omnium, & instrumenta facere curabunt solenniter: aurum, argentū, & quicquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocetur. *l. tutor, qui repertorium, ff. de adm. tutor.* Et debet tutor tale repertoriū conficere, quā primùm potest: *secund. gl. in d. l. tutores, C. de adm. tutor.* Et habet hoc locū in omni tutore, testamentario, legitimo, & datiuo: *gl. in v. persona, in fi. d. l. tutores*: & de isto tutoris inuentario, *notaui sup. in lit. I. in versi. de inuentario, vbi de inuentario tutoris vel curatoris vide.* ¶ Tutor non tenetur ad inuentariū conficiendum, si testator ei remisit inuentarij cōfectionem: *l. vlt. C. arbit. lud. vid. l. 7. de adminis. & per 2. l. tutor. & ibi Gothofr.*

Sed tutor, non conficiens inuentariū, 460 ob dolū, qui à iure præsumitur, tenetur pupillo ad interesse: quid scilicet eius interest, quòd non fuerit confectū inuentarium: & ideo iuratur per pupillum vel minorē in litem, contra tutorē, per quod iuramentum tale interesse æstimatur: *d. l. tutor, qui repertorium, ff. de adm. tutor.* Imò dicit iste tex. quòd ipsum ante factum inuentarium nihil gerere oporteat, nisi id, quod nec modicam dilationem expectare possit.

Sed & per allegationē iustissimæ causæ 461 dolum excludi à tutore posse, *est tex. in prin. istius l. tutor, qui repertorium*: quarū causarum potest esse vna de illis, quòd testator remiserit ipsi tutori inuentarij confectionem: *de quo Alex. de Imo. in consil. 62. volū. 4. & est text. apertus in l. fi. C. arbitr. tutel.*

Tertiò debet tutor conficere librū rationum: & contra non conficientē etiā præsumitur de dolo, iuratur in litē, & ex isto interesse æstimatur: *argu. d. l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor, l. 1. §. officio, ff. de tute. & ratio. distraben. Schurf. in consi. 9. n. 8. cent. 2.*

Et secundùm istum librū rationū cogitur reddere rationē: inde enim apparet, in 462 quas causas fuerint exposita, cùm non credatur simplici eius assertioni: *argu. l. fi. ff. de exercito. Auth. hoc ius porrectum, C. de S S. Eccles. Schurf. in d. consi. 9. n. 9. cent. 2.* volens ibi & in seqq. ad longū, quòd liberatio tutori non prosit, si non plenè & exactè administrationis suæ rationem reddiderit: *l. 1. in prin. ff. de tutel. & ratio. distraben.*

463 Sed non exigitur ab illo ratio, nisi tutela finita: *d. l. 1. in vlt. verb. & l. nisi finita, ff. eo. titu.* ¶ Sic etiam dispositum est in iure Saxo. quòd tutor teneatur ad rationis redditionem, *prout est tex. in Art. 23. lib. 1. LandR.* Aber in dem zweyet sich dz gemeine vnd SachsenR. quia de iure comuni non reddit rationẽ, nisi tutel. fi. *vt d. l. 1. in fi. & l. nisi finit adde tutel. & ratio. distrab.* sed de iure Saxo. tutor hæredi vel hæredib', singulis annis teuetur computare: *d. Art. 23. lib. 1. LandR. in vers. tut. verò.*

464 Vnd ist denn auch der Vormund dz Häuptgut zubewaren/ vnd dauor zu antworten schuldig: er könne denn beweisen/ das es jme ohne sein verwarlosung/ vnd seine schult were vergangen: das müste aber der Vormundt kegen den Kindern/ auff den Heiligen behalten/ alß sie mündig worden/ vnd sonst kegen keinen Mann mehr: der Vormundt sol das thun/ mit seiner selbst handt: *gl. sic dicit in col. 7. circa pr. Art. 26. Weichbildt, in Const. Elect. Saxo. Art. 11. par. 2.* Extenduntur iura Sax. quæ exigunt à tutorib. rationẽ, quòd non solũ habeant locũ in legitimis, sed etiã in testamentarijs & datiuis: quid de anomalis, nempe de patre, (*Pater filium in potestate habens, non tenetur rationes reddere: emancipati tutelã gerens reddit rationẽ. quod & de matre & auia multò magis dicendum erit. Consentit Geyl. 2. obs. pract. 72. n. 14. & seqq.*) matre & auia materna, *VVes. consi. 86. parte 2.*

465 Vnd wie ferne denn der Erbe/ nach deß Kindes tode/ rechnung fodern künne: vnd der Vormundt jme Rechnung vnd bescheid zugebẽ schuldig ist: der Erbe auch der Vnmündigen bey der Rechnung sein/ vnd der Erbe jnen quitiren vnd loß zehlen solle/ *habetur in prosecutione dict. gloss. Art. 26. Weichbildt, col. 7.*

466 De conficiendo inuentario, & ratione reddenda administrationis eius, qui se pro tutore gessit, & de quibus teneatur, *consuluit Decia. in consi. 85. circa finem.* ¶ Sed testator an tutori possit remittere rationis redditionem, vide Alex. *de Imo. in consi. 62. vol. 4.* ¶ Tutoris alicuius inopia: non pupilli, sed contutorũ periculo est: *l. 1. §. nunc tractemus de tut. & rat. dist. VVes. de administ. & peri. tut. n. 7.*

467 Quòd autẽ tutores cohæredes non teneantur ad rationis redditionẽ de iure Sax. *dicit tex. in Art. 23. lib. 1. LandR. in fi. declaratur:* quomodo & de quib. sit intelligendum, *declarat gl. penul. & addi. latina fi. ibid.* quòd accipiatur de personis, in quib. cessat suspicio fraudis & doli, vñ von denen Gütern/ so in gemein vnd nicht besonders besessen würden/ *facit gl. in Art. 26. Weichbild, in 10. col. & ibi* Apostill. inducit aliã declarationẽ, das auch der Vormundt als mitErbe ist/ vnd gesundert Gut hette/ doch in werender Vormundtschafft/ nicht rechnen dörffe: sondern wenn das Kind zu seinen jahren kommen ist/ zu rechnen schuldig sey.

Et tandem quomodo à tutore vel eius hærede exigatur rationis redditio, *vide titul. ff. de tutel. & ratio. distra. & Oldend. in classibus actio. in act. de rationib. distrab.* in iure Sax. *in Art. 11. lib. 1. LandR. habetur in tex.* quòd etiã pater, mater & omnis tutor teneatur ad rationis redditionẽ de bonis: *quem tex. vide declaratum in additionib & gl. ibid. consuluit pulcherr. VVes. in consi. 47. per totũ, par. 1. ibi*, quòd tutor teneatur quolibet anno reddere rationẽ, & de quibus: in casu, quòd iuretur contra ipsum in litem: *ibi in n. 41. & in seqq.* vide aliqua de quietatione. 468

Quòd etiam mater debeat secundùm inuentarium & librum rationũ reddere rationẽ, alias quòd cõtra ipsam in litẽ iuretur, & de alijs contra matrẽ administrantem in bonis liberorum, *consuluit Decian. in consi. 94. vol. 2. n. 15. vsq. ad fin.* 469

Quintò tutor tenetur ad satisdationem, rem pupilli saluam fore: *Inst. & ibi gl. in tit. de satisdat. tutor. vel curator. in prin. l. non quasi, in pr. ff. rem pupilli salu. fore. concordat ius Saxon. in Art. 23. lib. 1. LandR. ibi*, vnd in deß gewiß machen/ das ers jm zu vnpflichte nicht verthun sol/ dieweil das Kind zu seinen jahren noch nicht kommen ist. 470

Sed quòd hoc non sit perpetuò verum, *dicit tex. in d. titu. Inst. de satisda. tutor.* in prin. volens, quòd testamentarij tutores, & cum inquisitione dati non teneantur: *declarat gl. in §. fina. Inst. de tute.* neq; isto casu quæritur, an locuples sit, vel non: quod tamen in alijs consideratur: *l. 1. ff. de confirmat. tutor. & in l. 1. ff. de his, qui satisda. cogan.* intelligitur etiã de tutore testamentario, à patre dato: non autem de dato à matre: *d. gl. fi. Inst. de tutelu.* ¶ Et quis sit huius satisdationis effectus, & alia bona, quando debeat fieri, *declarat gl. in Art. 26. Weichbildt, col. 7. & 8.* 471

Sextò debet tutor vel curator promittere, quòd velit vtilia facere, & inutilia prætermittere in bonis sui pupilli: *gl. est in §. fi. in Auth. vt hi, qui oblig. se habere: fa. l. de curatorib. C. de Episcopal. audi.* ¶ Imò tutor in instrumento tutelæ debet exprimere: quòd aget vtilia, & prætermittet inutilia pro pupillo; si hoc non exprimatur in instrumento, non valet instrumentũ tutelæ: *tex. est sing. secund. Bart. in l. fin. §. omnem, C. de administ. tutor.* per quem tex. dixit, se cassasse multa instrumẽta tutelæ: sic refert secundùm illum & alios Ant. Corf. *in sing. suis, in v. tutor: & ex. d. §. omninò est videndum*, quòd talis promissio debeat fieri ab omni tutore, & curatore: quod nota. 472

Quomodo iam contra tutorẽ excipiatur, & actus eius gesti fiant nulli, & gerendi inutiles: ratione istius, quòd non administrat cum decreto magistratus vel iudicis, quòd non confecerit inuentariũ, librum rationum, 473

tionum, quòd non satisdederit, rem pupilli saluam fore, quòd nõ promiserit vtilia facere, & inutilia prætermittere: & quib. ex alijs causis & circumstantijs varijs opponatur contra tutores, *vide Spec. in titu. de tutore, §. generaliter etiam, per totum: & Hier. Schurffi. in consi. 9. cent. 2. per totum.*

474 Tutoris datio quouis loco & tempore fieri potest, etiam in ecclesia: *Pet. Greg. in partit. iur. Can. lib. 1. tit. 4. c. 13.* ¶ Si tutela est delata matri, (si non nupserit, & si nupserit, veniant alij vocati per testatorẽ:) si mater adimpleuit conditionẽ, & postea mortua fuerit: quòd veniant tutores legitimi, & præferantur testamentarijs, datis sub dicta cõditione, si mater nupserit, *Franç. Viu. lib. 1. dec. 2.*

475 Tutor cum bene administrat in bonis pupilli, loco Domini habetur: siu malè, loco furis: *l. qui tandem, §. si tutor, pro empt. l. interdum, §. qui tutelam, de furt. gl. in l. tutor, de Bonor. posseß.* ¶ Tutor cum pupillo an contrahere possit? Dic, quòd sic, dum̃odo hoc fecerit palàm: *l. non existimo, & l. quotiens, ff. eo.* Tunc autẽ dicitur palàm contrahere, quando fit in præsentia consanguineorum vel iudicis, nec requiritur, quòd in iudicio: *ita dicit Bar. in l. frater à fratre, de condit. indeb. colu. 12. ibi tertio quæro*: quòd contractu imprimis, vide gl. quæ voluit contrariũ, & malè, *in l. singularia, si cert. pet.* vide pulcrè Ias. quando aliquid dicatur clàm fieri, & quando palàm, *in 3. col.* ¶ Hinc diligenter notent tutores hanc cautelã: quòd quando sunt facturi aliquod dubium factũ, quod faciant hoc cum consensu matris, pupilli, vel consanguineorũ: quia tunc, licet malè succedat, tutor non tenebitur de vlla culpa: *gloss. in l. Polla, C. de his quib. vt indignis, in v. pupillo, quam Dd. extollant, vide Ias. in l. bonorum, in 1. col. C. qui admitt.* ¶ Nam præsentia amicorũ facit cessare suspicionem fraudis: *vide Dec. consi. 232. vol. 2. n. 4.* ¶ Tutor administrans, antequam faciat inuentarium præsumitur esse in dolo: *Bar. in l. tutor qui repertorium in 2. col. ff. de administ. tut. Curt. consi. 19. fol. 94. col. 1.*

476 Tutor eandem diligentiam tenetur præstare in bonis pupilli, sicut in proprijs: *l. tutor. §. non est audiendus, de administ. tut.* ¶ Tutor si pecuniã pupilli non conuertat in pupilli vtilitatẽ, tenetur soluere vsuras, & interesse, etiam de iure Canonico: *secund. Abb. in c. conquestus, de vsur. in fi.* ¶ An autem, & qualiter contumacia tutoris noceat pupillo: *vide Bar. in l. 1. §. si procurator, ff. si quis ius dicent. non obtemp.* ¶ An cùm infans aliquem actum cum tutoris authoritate faciat, valeat, ac si ipse tutor solus fecisset? vide contrarias opiniones, quas concordat Alex. *in l. bonorum, in 3. col. C. qui admitt.* ¶ Testator si dedit tutorem, eumq; liberat à ratione, tenetur tamen omnino de ratione, dolo, & lata culpa: *Bar. in l. Aurelius, §. Gaio, de lib. leg. Goz. in l. omnes populi, in 3. q. 5. q. prin. fol. 34. de iust. & iur.* ¶ Tutor in causa pupilli testis non est: *gloss. in l. qui testamento, §. 1. in v. habetur, ff. de testa. Ita Bar. allegando hanc gl. in l. fi. ff. de testib. vide de hoc latè in v. testis.* ¶ Contra tutorem & curatorem, ante finitam tutelam & curã, pro reddenda ratione agi non potest: *Hier. Schurffi. consi. 61. col. 348. n. 1.*

De authoritate Tutoris.

QVo tempore interponenda sit tutoris 477
autoritas in negotio pupillari: *Cuia. lib. 13. obs. 31. Mynsing. cent. 2. obs. 34. nu. 2. & seq.* ¶ Qui actus debeant geri auctoritate tutoris per pupillum, *habetur in tit. Inst. de autorit. tutorum, per totum:* ibi de adeunda hæreditate: de quo etiam *vide Robert. Maran. in l. is potest, ff. de acquir. hæred.* in quantum hæreditas infantis vel pupilli possit adiri, & agnosci per tutorem, ita quòd ad hæredes possit transmitti. ¶ Die Vnmündigen mögen nicht klagen one jren Vormünden/ noch Erbe fodern/ noch besitzẽ/ noch gelübte thun/ noch etwas empfangen: obs auch wol der Mündlein nutz: deß Vormünden fulwort/ sol von seines Mündlins wegen gelübte thun vnd empfangen: *gl. in colu. 14. Art. 26. Weichbildt.*

Es sol auch niemands Vnmündige Kinder zu gerichte ziehen/ ohne jren Vormünden: sondern sollen die klage geleget/ vnd jhren Vormünden gegeben werden: *d. gl. in Art. 26. Weichbildt, in col. 13. in medio.* ¶ Sed quando in isto & alio casu petentib. vel non petentib. pupillis curator ad litem dari possit, (*Stilus Cameræ sic se habet: Cùm pupillus vel minor, cum suo tutore vel curatore litem habet, & alij tutores absentes sint: solet ei dari curator ad litem, sed non nisi petenti. Sin cum tertio quodam lis illis sit, iudex etiam non petenti, dummodò aduersarius hoc petat, curatorem ad litem dabit: vel eum, quem petierit, si vocatus veniat, vel ex officio.*) *docuit Mynsing. in obs. 31. cent. 2.* ¶ Quodq; pupillus non, sed tutores vel coniuncti sint citandi, vt citatio valeat, *notauit idem Mynsi. in obs 35. cent. 2.*

Sed tamen est notandum, quòd senten- 478
tia pro pupillo sine tutore lata: (*Dummodò sit maior infante. Nam si infans sit, nec in fauorẽ eius lata valet.*) item iudiciũm cum filiofam. sine consensu patris agitatũ, in ipsius fauorem valeat, *Mynsi. in obs. 36. cen. 2. Et idem Mynsing. in obs. seq 37. eiusdem cent. 2.* vult per iura, quòd iudiciũ agitatum cum tutore, qui nõ fecit solennia debita, sit iure nullũ: tamen aliud dicit esse in tutore testamentario: sed quæ sunt solennia ista, *notaui sup. in hoc versic.* ¶ Procuratorem autẽ ante litis contestationem non constituit, sed actorem: (*Qua in re iudicis decretum interponere necesse est.*) & pupillus po-

lus potest constituere ante captum iudicium, cum tutoris autoritate: *Mynsi. in obs. 38. d. cent. 2.* ¶ Sed quomodo (*Cum videlicet in Camera confirmati non sunt: nam qui confirmati sunt, non tenentur exhibere tutorium aut curatorium. Itidem qui testamento dati sunt, satis est, si copiam testamenti collationatam exhibeant.*) cum tutorijs & curatorijs, tutores & curatores personas suas standi in iudicio, vel aliâs, legitiment, *notauit Geyl. in obs. 107. lib. 2.* & ibi dicit, quòd in Cam. constituti non necesse habeant producere constitutiones: quid de testamentarijs, quomodo cum collationata copia testamenti personas suas legitiment, *docuit ibid. Geyl. n. 5.*

479 Quatenus tutor & curator possint in iudicio crimi. accusare nomine pupilli, *notauit Salyc. in l. 2. C. de his, qui accusa. non poss. vide ea, quæ notaui sup. in lit. C. versi. de curatore;* ibi de autoritatis interpositione cum alijs inuenies bona. ¶ Quòd tutor nõ possit transactionem facere in damnũ sui pupilli, sed quòd pupillus contra illam restituatur, *consuluit Decia. in consi. 37. n. 41. vol. 7.* & an tutor possit facere pacem de occiso patre sui pupilli, dicit quòd sic, si fiat cum quinq; requisitis, ibi positis: *Dec. in consi. 38. vol. 1. in princ.*

480 Emere vel alios contractus celebrare, quando palàm & bona fide præsumatur tutor cum pupillo. cuius tutelam gerit, *Men. lib 3. præs 80.* ¶ Tutore suadente cum pupillo contrahens, si læsus sit, illũ obligatũ habet: quia præsumitur aliâs non fuisse contracturus: *Men. lib. 3. præsumt. 81.*

De administratione Tutoris, & ad quæ teneatur.

481 Vide *gl. in l. tutoris, in verb. muneris, C. de negot. gest.* vbi habetur, quòd, tutela durante, tutor teneatur omnia gerere: & quòd obligetur tam de omisso, quàm de facto, quodq; teneatur de dolo, culpa lata, & leui, *est tex. in l. quicquid, C. de arbitr. tutel. & in l. tutori, C. de nego. gest. l. 3. §. tutores, vbi glo. in v. in consideranter, ff. de suspec. tuto. l. contract. ff. de reg. iur. & ibi Decius n. 37. Bar. in l. quòd Nerua, col. penul. in 10. quæst. ff. depositi;* & ibi excipit duos casus, in quibus tantùm de lata culpa tenetur: *tradit Bal. in l. quæ fortuitis, col. penult. C. de pig. act. Ang. Aret. in §. action. col. 25. Inst. de actio.*

482 Et licèt tutor de leui culpa teneatur, hæredes tamen tutorum solùm de lata culpa conueniri possunt: *l. 1. & per totum, C. de hær. tuto. Decius in d. l. contract. d. n. 37.* ¶ Hette auch der Vormundt sich Rechtes geweigert/ von der Kinder Gut/ das stunde auff seinem ebentheur/ vnd nicht auff der Kinder: *gl. in Art. 26. col. 9. versi. hette auch Weichbildt.*

483 Imò sic administrare tenetur in bonis pupilli, sicut in proprijs: *§. fina. si verò, auth. vt hi, qui obligatos se habere perhibent.* Siquidem ergo administrauerit, sicut in proprijs, non tenebitur de amissis: *dicente gl. in Art. 26. col. 9. in fin. Weichbildt sic:* Wenn ers bewart/ als obs sein were/ kompt es weg/ oder zu schaden ohn seine verwarlosung/ (die er aber beweisen muß mit sein selbst hand) er beibt es ohne schaden/ so ferne er das seine mit verleuret. *facit gl. in §. quoniam, d. Auth. vt hi, qui oblig. habe. perhibent. tex. est in Art. 23. lib. 1. LandR. ibi.* vnd ist der Kinder Vormundt daran/ biß sie zu jhren jahren komen/ so sol ers jn darnach wieder geben/ vnd darzu alle jr Gut: er könne denn berechnen/ wo hin ers in jren Nutz gethan habe/ oder das es jm raublich/ oder vor vnglück/ vnd ohn seine schult abgangen were. Sic ibi nota, quòd tutor teneatur ad rationis redditionẽ, & ad traditionem reliquorum: quòd autem non teneatur de amissis casu fortuito, & sine sua culpa, *facit tex. Art. 11. eo. lib. 1. LandRecht.*

De curatorum, tutorum & administratorum ciuitatis transactionibus, & quatenus transigere vel donare possint, *vide Geyl. in obs. 72. lib. 2. obs. Cam. Imp.* 484

Tutores autẽ plures vel curatores, quomodo & quando omnes simul teneantur, & ratione diuisionis tutelæ, quatenus ipsis competat beneficiũ ordinis, vel non, docuit distinguendo *Bart. in l. 1. C. de transact. est tex. & gl. in l. 2. C. de diuiden. tutela, in l. Lucius, §. cùm testa. ff. de administ. tuto. habetur in l. tres tutores, §. non solùm, ff. eo. tit. l. 2. C. si tutor non gesserit.* ¶ Quatenus habeant beneficiũ diuisionis, vel non, *notatur in l. 1. & 2. C. si tutor non gesserit, l. si plures, ff. de adm. tuto. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutelis, & ratio. distrah.* & ibi de beneficio cessionis vtilis actionis cõtra contutorem. 485

Quando teneatur tutor fœnerari cũ pecunijs vel nummis pupilli, scilicet quando non habeat, vnde viuat; sed quando sufficiant pupillo redditus, quòd non teneatur mutuare ad vsuras, sed pecuniã cautè reponere, *habetur in Auth. nouissimè, C. de administ. tuto. & in §. quoniam autem, & in §. quòd si mobilis, auth. hi, qui oblig. habe. perhibent. res mino.* 486

Tutor pecuniam pupillorũ, si suppeditet, in emptione prædiorũ collocare potest. Tutius enim est aduersus omnem fortunæ iniuriam, & amissionẽ facultates pupilli in solo consistere: itaq; si cesset in emendo, & pecuniam relinquat otiosam, ad vsuras tenetur: *l. tutor, qui repertorium, §. si post depositionem, de adm. & peric. tut. & ib. VVes. n. 4.* ¶ Tutor ex bonis pupilli salarium petere nõ potest: *VVes. in par. ff. de tutel. n. 4. in fin. per tot. tit.* ob euidentẽ tamen causam à iudice salarium ei constitui potest: *l. à tutorib. 33. §. 3. in fi. ff. de adm. & peric. tut. vbi Bar. & gl. Daar.* 487

de aut. tut. c. 6. VVurmser. lib. 1. titu. 38. obseruatio. 11. ¶ Qualiter autem tutor de malè gestis accusari & infamari posſit, Vnd wie ein Mündlein seines Guts/ durch den Richter möge geweldiget werden/ deß er entweldiget war/ *docet tex. in Art. 41. lib. 1. LandR.*

488 Quis ſit competens iudex ſuper tutore accuſato, Nemlich der LandRichter/ vnnd in Stådten der StadRichter: *gl. in prin. d. Artic. 41. lib. 1. LandR. & ex tex. colligitur in §. & iudicare, & in §. audient. authe. de defenso. ciuitat. l. 4. ff. de offi. præsid. l. 1. §. damni, ff. de suspectis tuto.* ¶ Qui poſsint accuſare tutorẽ, mater, auia, & quilibet alius: *gl. media, 2. colu. d. Arti. 41. lib. 1.* tamen mater vel auia accuſent, interueniente curatore: *& gl. ibi meliùs declarat in Art. 26. Weichbildt, col. 17. in medio.*

489 Imò quilibet poteſt accuſare tutorem, ſi infideliter & falsè verſatus fuerit in bonis pupilli, vel pupillo alimenta denegauerit: *§. si quis tutor, §. sed si quis, & §. nouißimè, Inst. de suspect. tutorib.* pœna eius eſt, vt tanquam ſuſpectus remoueatur à tutela, & infamia notetur: quod verum, ſi ob dolum: ſecùs, ſi ob culpam leuem: *§. suspectus, & ibi gl. Inst. de suspect. tuto.* Vñ wie er derogestalt schaldtbar werde gemacht/ oder nicht/ per iudicis inhibitionem, de ampliùs non adminiſtrando, dixit gl. *1. circa fi. in d. Art. 41. lib. 1. LandR.* ¶ Intellige, quòd etiam neceſſe ſit, quòd per ſententiam iudicis declaretur talis, & tunc reputetur infamis, *prout notaui sup. in lit. S. versi. de sententia declaratoria.*

490 Et nota, quòd pupillo contra tutorem ſuum detur curator ad litem: *Inst. de author. tuto. §. vltimo, notat Mynsi. in obs. 31. cent. 2. obs. iud. Came. Impe.* & ibi habes vnicum caſum, in quo tutor vel curator dari poteſt habenti: cũ hoc cumulantur caſus 6. in quib. poteſt dari tutor habenti tutorem: *in gl. Art. 26. Weichbildt, col. 14. in fi. & col. 15.* ¶ Aliæ multæ cauſæ extant, propter quas tutor redditur ſuſpectus, & à tutela remouetur: quæ enumerantur *in gl. l. fina. in prin. in verb. amoueantur, C. de administ. tutorum.*

491 Præterea nota, quòd munus neceſſariũ eſt, *prout dicit tex. in d. l. fi. in prin. C. de admin. tuto.* ſed poteſt ſe quis excuſare ex multis cauſis, quò minus cogitur ſubire iſtud tutelæ munus: *habentur in tit. Inst. de excusa. tuto & in ff. tit. eo.* enumerantur iſtæ cauſæ, *in gloss. d. Art. 26. Weichbildt, col. 16. in medio.* Es sol aber einer solche Vrsachen vor Gericht beweisen wie recht ist: *dicit ibi d. gl. per l. 1. ff. de excusa. tutor.*

492 Quomodo tutela finiatur, *vide in tit. Inst. quib. mod. tutel. finiat. gl. in d. Art. 26. Weichbild, col. 18.* & in col. ſeq. colligit 8. modos, quibus tutela finiatur: *de quibus ibi vide.* ¶ Sed qualiter eius adminiſtratio, cœpta pubertate pupilli, non finiatur, ſed teneatur illam perſequi tutor, (*Saltem ex Germaniæ consuetudine, qua idem curator qui & tutor est. Potest tamẽ tutor ea non obstante, & finita tutela, rationibusq; distractis, minori curatorem petere; prout in Camera sæpe factum se meminisse Geyl. refert.*) *vide Geyl. in obs. 96. lib. 2. obser.*

De tutela mariti: quæ ſit, quam habeat potestatem & auctoritatem in bonis vxoris ſuæ, & quæ ſit differentia ab alijs tutelis, vel tutorib. *notauit gl. in d. Art. 26. in Weichb. col. 20. circa medium, & in col. seq.* & de iſta tutela habetur *in Art. 45. lib. 1. in Art. 31. eod. lib. 1. LandR.* ¶ De remedijs (*VVes. de curat. furios. n. 5.*) adultorum aduerſus deceptiones tutorũ & curatorum, *consuluit benè VVes. in consi. 52. parte 2.* 493

De tutoribus & reſtitutione bonorum contentorum in inuentario, *Afflict. dec. 13.* 494

De Turpitudine.

TVrpitudinem propriam allegans, & illam contra factum proprium defendere ſtudens, audiendus non eſt: *Specu. de Actor. §. exped. 1. n. 55. per c. inter dilectos, de donat. & c. cum super, de conceß. præbendarum.* 495

Turpitudinem propriam an quis allegare poſsit, *vide Fel. & ibi gl. in c. tertio loco de præsumt. Bar. in l. in iusiurandum, quod ex conuentione, §. procurator, col. pen. de iureiuran.* ¶ Turpitudinẽ ſuam excipiendo, regulariter allegando auditur quiſq;: *ff. de cond. ob turp. cau. per tot. l. 1. C. de lib. caus. 35. q. 3. extraordin.* vide Bar. Brix. *in q. Dom. q. 8.* vbi quærit, an qui fecit profeſsionẽ in manus Abbatiſſæ, animo vt monialẽ ſtupraret, ea tandẽ ingrauidata ad monachatũ poſsit compelli. Quòd excipiendo ſuã turpitudinẽ quis allegare poſsit *vide gloss. & Doct. in c. ex tenore, in v. statuta, de concess. præc.* ¶ Hic nota, quòd etiã Replicando non auditur quis, propriã turpitudinem allegando cõtra eum, qui tractat de damno vitando: *l. viro & vxo. ff. sol. matr. l. apud Celsum, §. Marcell. ff. de dol. excep.* Vel contra eum, qui non fuit particeps fraud. *l. transact. finit. C. de trans. not. Bar. in l. iusiurand. quod ex conuent. §. fi. de iureiur. vide D. Alex. in consi 18. vol. 6. n. 11. in fi. consi.* ¶ Ad reuocandum factum proprium, non admittitur propriæ fraudis allegatio: *l. cum profitearis, C. de reno. don.* 496

Teſtis interrogatus de his, quæ detegunt propriã turpitudinẽ, reſpondere non tenetur: *Soc. in reg. 411.* ¶ Sic etiã poſitionib. per quas quis detegeret delictũ ſuum vel turpitudinẽ, non eſt reſpondendũ: *vt per Bar. in l. qui iurasse, §. 1. de iureiur.* ¶ Et idẽ in turpitudinib. conſanguineorũ, id eſt, eorũ contra quos quis non poteſt cogi ferre teſtimonium: *ita Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, in 2. colu. ff. de hæred. instit. adde Alex. in l. 2. in prin. de iurud. omn. iudic.* 497

De Va-

De Vagabundo.

1 QVis ſit Vagabundus, (*qui nuſquam, quod apparet, certa ſede habitationeq́ conſiſtit, licèt domicilium originis ratione habeat.*) & quem habeat iudicem, (*is per edictum citatur à iudice omnium ſupremo.*) *docuit Geyl. in lib. 1. practic. obſeru. obſeruat. 1. num. 33.* Vagabundus beneficiatus, ſi tam diu abſit, vt dubitetur, an viuat, vel an mortuus ſit: poteſt priuari beneficio, & poteſt alteri conferri. ¶ Item vxor non cogitur ſequi virum vagabundum: niſi ſciens talem duxerit.

2 Item emphyteuta vagabundus cadit à iure ſuo: an Vaſallus teneatur ſeruire domino, qui incipit vagari per mundum? reſpondetur, quòd non.

3 Item debitor non tenetur inuenire creditorem vagabundum, & ſoluere ei debitum, licèt aliàs ſecus: de iſtis & alijs in iſta materia, *vide Corſet. in ſingularib. ſuis, in verb. vagabundus*, & inuenies iſtarum notatarum aſſertionum ibi declarationes & modificationes.

4 Vagabundi in illis locis, vbi delinquunt, puniri debent: *Dd. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. & Dd. in l. abſens, §. prouide, ff. de iud.* ampliandum hoc: idem de raptoribus & aſſaſsinis: *tex. in l. vnica, C. de rapt. virg. ibi ſine fori præſcriptione: ibi Bald. & Salicet. Gemini. in c. perhumani, de homic. in 6.* fallit in quatuor caſibus: *quos poſuit Petrus à Duenn. in regul. fallent. ad regulam. 609.*

De Valore rei conſiderando.

5 VAlor rei alicuius quomodo probetur, & quid in illa probatione teſtes debeat deponere, *notauit Ioan. de Platea in l. hi, qui in verſ. ex ſecunda expoſitione, C. de præd. & omnib. reb. naucul. lib. 11.* ¶ Quale tempus in valore conſideretur, *docuit idem Platea in l. 1. d. tit. de prædijs & omnibus reb. nauic. lib. 11.* conſideretur tempus contractus: item conſiderari debet non quilibet locus, ſed ſaltē locus fori publici, Wie etwas auff gemeinem Marckte gegolten vnd verkaufft worden: *Bart. in l. ſeptē, C. de erog. milit. annon. lib. 12.* & nota pro his, *quæ notantur in l. precia rerū, ff. ad leg. Falcid. in c. 1. de empt. & vend. c. cùm dilecti, & c. cùm cauſa, eod. tit.*

De modo probandi valorem rei, *docuit Bart. in l. fin. d. tit. C. de nauic. lib. 11. notauit Corſe. in ſingul. ſuis, in verb. venditio 2.* & notandum eſt, rē tantum valere pro quanto vendi poſſit, homini tamen ſcienti conditionem eius rei: *gloſſ. in l. mortis cauſa, in fin. ff. de donat. cauſa mortis, Pet. de Rauenn. in aureo ſuo alphab. lit. R. verſ. res tantum valet: vide ea, quæ notaui ſup. in lit. A. verſ. de æſtimatione*, & ibi inuenies inductum Arium Pinel. *in repet. l. 2. C. de reſcin. vend. & vide ſupr. in lit. P. verſ. de precio.* 6

Valorem rei ſuæ quilibet ſcire præſumitur: *Seraph. pr. 90. n. 9. per l. quiſquis, C. de reſcind. vend.* 7

De Valetudine aduerſa.

EXcuſat à contumacia: *l. quæſitum, ff. de re iudica.* 8 Vnd wird als ein rechte Ehehafft gehalten: *Artic. 7. lib. 2. Landrecht*: eſt iuſta cauſa abſentiæ, etiam finito officio: *allegatur l. ſi cui, §. tam diu, ff. ex quib. cau. maio. facit text. in l. ex agentibus, C. de princip. agen. in reb. lib. 12. vbi*; quamuis quis non debeat gaudere beneficijs, conceſsis perſonæ propter adminiſtrationem alicuius officij, ſi ad finem non perducit: fallit, ſi propter infirmitatem non potuit: ponit alia plura exempla, in quibus excuſet aduerſa valetudo, *Petr. de Rauen. in aureo ſuo alphab. lit. V. verſi. valetudo.*

Homines, aduerſa valetudine laborantes, numerantur inter miſerabiles perſonas: 9 *de quibus notaui ſup. in lit. M. verſi. de miſerabilibus perſonis*: de probatione aduerſæ valetudinis vel infirmitatis, *ſup. in litera P. verſic. de probatione infirmitatis.*

De Variatione.

VArietas dicitur iniquitas: *l. ſi quis, C. de reb. credi.* 10 & dicitur res erubeſcenda: *text. eſt in l. fina. C. de modo mulcta.* in teſte eſt maximæ importantiæ: nam operatur, quòd vigore ſuæ atteſtationis iudex nullo modo poſsit procedere ad ſententiam ferendam pro ea parte, pro qua ipſe primò teſtificatus eſt: *ita notauit Inno. in c. præterea, de teſtibus cogen. & Anton. in c. cum, in vltim. colum. de teſtib.*

11 Item etiam varietas in teste operatur, vt iste testis possit torqueri: *vt habetur in l. ex libero, & ibi in gloss. ff. de quaest. Dyn. in regula sine culpa, de reg. iur. in 6.* ¶ Est & alius effectus, quòd propter variationẽ, caeteris concurrentibus, quis possit torqueri: imò potest ad torturam reponi, etiam non existentibus nouis indicijs: *Angelus de Malesi. in verb. fama publ. versic. nonò quaero: allegat hoc voluisse Bartol. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quaestio. notauit Hippol. de Marsil. in singul. suo 103. incip. varietas, Blancus benè declarat in repe. l. fina. ff. de quaestio. num. 259.* de qua variatione autem sit intelligendum, *docet ibid. num. 262. & num. 264.* quis varius, quis vacillans dicatur.

12 Promissor, quando declarauit obscurum in stipulatione deductum, amplius variare non potest: *Barto. in l. quicquid astringendae, §. sed ne rursus, ff. de verbor. obligat.* & testis post dictum perfectum ex interuallo non potest variare: *Matth. de Matthesil. in singul. suo 171. incip. nota, quòd vbicunque: meliùs declarat Gabrie. de Saraij, ibi in sua additione.*

13 Quando pars possit variare responsionem vel confessionem suam, *habetur in gloss. in c. final. de iureiur. in 6. quam sequuntur Dd. Bald. in l. edita, C. de edend. de his latiùs vide d. Gabr. Saraij. in d. addition. ad singul. 171. Matthesil.*

14 Variare an liceat ei, qui semel elegit? dic quòd sic, *secundùm textum in l. si sterilis, §. fina. ff. de actio. empt.* posuit istam theoricam, *Petr. à Duen. in regulis fallentia. regula 612.* cum tribus ampliationibus, & quinque fallentijs. *Notaui quaedam suprà in litera I. versic. de inconstantia, & in lit. M. versic. de mutatione instituti, in lit. P. versic. de poenitentia, & in litera A. versi. de acceptatione*: acceptatio enim partis aduersae impedit variationem: & videnda sunt illa, quae circa variationem vltimarum voluntatum sunt notata sup. *in litera T. versic. de testamenti reuocatione.*

15 Vide huc Pecc. *c. mutare, de R.I. in 6.* ¶ Variatio in homine nõ laudatur: *Pruck. de regal. c. 5. n. 51.* nec voluntatis mutatio praesumitur: *ibid. n. 52. latè*, nec praesumitur mutatum, quod fieri est consuetum: *Seraph. priuil. 74. ante n. 175.* ¶ In pendente à voluntate & animo vnius, potest dari variatio: *Seraph. priuil. 75. n. 8.* & dici solet, quòd faciliùs vnius voluntas quàm duorum tollitur, *ibid.* nam nemo sibi potest dicere legem, à qua non liceret recedere: *ibid. n. 19.* nam voluntas nostra ad actus faciendos, vel non, libera est: *ibid.* ¶ Sapientis est mutare propositum, & consulere veritatem detectam: *Caualc. p. 2. dec. 19. n. 75.* ¶ De variatione actionis. De iure Sax. non permittitur processus, si quis in causa criminali primùm ciuiliter, postea criminaliter agere velit: *Zobel. differ. 9. p. 1.*

De Vasallo.

QVare dicatur Vasallus, quis sit, vnde dicatur, & quot habeat nomina, *dixit & posuit Aluarot. in suis praeludijs feudor. colu. 8. versi. quaero septimò.* ¶ Vasallus non tenetur duplex Domino soluere laudemium, ratione successionum: *Hennin. Göden cons. 25. & VVesenb. cons. 16. par. 1. Hartm. Pistor. lib. 1. quaest. 50.* 16

Quàm fidelitatem, & reuerentiam cogatur Vasallus praestare domino suo, & contrà reciprocè dominus Vasallo suo: quomodo sese gerat Vasallus in petendo inuestituram, & in exhibendo sua officia, & de alijs notaui suprà *in litera F. versic. de feudis, & in aliquibus alijs versiculis seqq.* 17

Aperti iuris est, quòd Vasallus propter feloniam vel delictum commissum, cadat à feudo: prout supr. *in d. lit. F. vers. de feudi priuatione seu amißione* notatum est: sed felonia vel delictum commissum contra dominum, an expiret morte domini: adeò quòd haeredes domini nõ poterint illud opponere Vasallo, & eum priuare feudo si dominus nihil dixerit in vita sua, (*quòd sic regulariter.*) tractauit Hippo. de Marsi. *in repet. l. vnicae, C. de rapt. virgin. num. 63. & num. 67.* 18

Vasallus quatenus sine consensu domini alium possit infeudare de feudo: modò fiat bona fide, syncerè, & sine machinatione vel fraude: nec fiat in alium, nisi qui sit aequalis conditionis, & sub eadem forma, eodem statu, & ijsdem conditionibus: & ista infeudatio agnatis successuris in praeiudicium non fiat: tradidit Mynsinger. *in obseruat. 62. centur. 1. obseru. Cam. Impe.* 19

Vasallus an & quatenus aes alienum à defuncto Vasallo contractum, teneatur soluere, docuit (*Communis distinctio est, vt ex feudo antiquo ex pacto & prouidentiâ, nec filius nec Vasallus aes alienum soluere teneantur, si repudiata haereditate feudum agnoscant. Sin haereditarium sit feudum, soluent aes alienum, nisi cum beneficio inuentarij haereditatem adierint: quod de agnatis indubitatum est.*) Geyl. *in lib. 2. pract. obseru. Cam. Impe. in obseru. 55. & notaui quaedam sup. in lit. D. versic. de debitis haereditarijs.* 20

De Vectigalibus.

VIde quae notaui suprà *in litera R. versicul. de regalibus.* 21

De Venationibus & iure Venandi.

DE Venenationibus & iure venandi, *vide Cassan. de glor. mundi par. 11. consil. 50.* ¶ Von Wildbahnen zuhalten / zujagen / zuhetzen / habetur in Artic. 61. ibidem *in additionibus & glossis, lib. 2. LandRecht*, inuenies ibi: von Freyheiten Wild zu fahen: doch aber 22

von

von der gewalt der Herren / das sie Geheg vnd Wildbahnen mögen anrichten vnd halten: vnd das sie solche Recht per prohibitionē & subditorum acquiescentias præscribiret: vnd von Straffe derselben / so aus den Gehegen vnd Wildbahnen etwas schiessen / oder fahen / wie die jenigen zustraffen / demonstrant tibi text. additiones & glossæ, & optimè docuit Schneidevv. *in tit. de rerum diuis. §. feræ, à num. 8. vsq. ad finem*: licèt extat sententia, *post Specul. Saxon.* Lipsensium, quæ dat pœnam suspensionis ad furcas: quia delictis grassantib. pœnæ sunt exasperandæ; *l. aut facta, §. fin. ff. de pœn.*

23 Tamen iura dubitant, an quis pœna capitis hoc in casu possit puniri, & sub ista pœna an possit prohiberi? dann der text. *in d. Artic. 61. lib. 2. Landr.* sagt: das an Fischen / Vögeln vnd wilden Thieren / niemands seinen Leib vnd gesund verwircken möge: & ibi statuitur sexaginta solidorum solutio: vnd das auch Geldstraffen mögen gewilköret / oder auch arbitrariæ pœnæ: non autem pœnæ capitis können gesetzt vnd exequirt werden / vult Schneid. *in tit. Instit. de rerum diuisione, §. feræ, num. 10. & per text. Saxon. adducit rationes Decius in cons. 97. & in allegato loco d. Schneid. vide Apostill. VVesenbec. liter. B. & C. Zoannetus in tr. de empt. & vendit. n. 192. VVesenb. in par. de acquir. rer. dom. n. 7. Speckh. cent. 1. quæst. 98. Pruck. de regalib. §. venatio, num. 62. Tiraq. de nobil. c. 37. num. 150.* ¶ Domitius Prætor Romanus Siciliā regens, Pastorē, qui aprum captū ei obtulerat, crucifixit: quia ipse ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat: *Valer. Max. lib. 6. cap. 3. de seueritate.*

24 Wie im Fürstenthumb Anhalt darauff geordnet / vide in Constit. *Artic. 26.* Von Wildfahen vnd jagen: wird das Federwild auch mit hinein gezogen. Et præscribitur, welcher gestalt die / so das ius venandi haben / sollen jagen: nemblich / auff Bartholomei anfahen / vnd auff Faßnacht hernacher auffhören: vnd armen Leuten jhrer Samfelder verschonen / bey Straff 20. Thaler. Vnd soll ein jeglicher auff dem seinen bleiben. Die Eyer / junge Vögel / vnd wilde Endten / sollen auch zu vnzeite nicht ausgenommen werden / sub pœna vnius floreni: so offt dar wieder gehandelt.

25 Et in venatione dicit textus in feudalibus verbis, *Artic. 61. lib. 2. LandRecht.* Niemand soll die Saat tretten / durch Jagens oder durch Hetzens willen / nach der zeit / als das Korn geschossen / vñ Glieder gewonnen hat & ibi *in rel. 4.* Wer dieses thut / der soll den Schaden gelten / vnd verbüret drey Schillinge zur Busse.

26 Ius venandi quòd sit seruitus realis, rectè tradidit Zasius *in §. æquè, Institu. de actio. nu. 24. cum sequen. idem consil. 6. incip. illustris, num. 30. lib. 2.* quòd transitoria sit ad hæredes, & quòd pro ea asserenda contra quemlibet possessorem syluæ competat in rem confessoria, firmat pluribus rationibus Zas. *in dd. locis*: & quòd realis seruitus sit iudicata in Camera ex consuetudine Germaniæ, testatur Geyl. *in obseruat. 66. num. 2. lib. 2. pract. obseruat.* quomodo istud ius venandi probetur per actus possessorios, per patientiam & scientiam aduersarij.

Et illud quomodo possit fieri per testes 27 senes, vel alios, & tandē quæ sit forma pronunciandi contra turbantem ius venandi, docet & præscribit d. Geyl. *in d. obseruat. 66. lib. 2.* ¶ Et quòd ingrediens alterius fundum, causa venandi vel aucupandi, initiò domino teneatur iniuriarum, *notauit Schneidevv. in d. §. feræ, num. 6.*

Ius venandi quòd principibus compe- 28 tat, & eos delectet, imò quòd sit militiæ exercitiū: quodq; dominus syluæ seruitutem venandi deteriorem facere, vel antiquā formam mutare non possit: imò quòd officio iudicis sibi possit prohiberi, etiam cū mandatis sine clausula, & sic factum esse in Camera de sua memoria, refert d. Geyl. *in obseruat. 67. lib. 2.*

Et tandem ad quem fructus syluę venato- 29 riæ spectet, (*Cessantibus pactis, vetustā consuetudine vel præscriptione fructus syluestres vtiles vel inutiles syluæ seruienti, pro vsu & alimentis ferarum debentur.*) declarauit d. Geyl. *in obseru. sequenti 68. d. lib. 2. obseruat.* ¶ Sed nota in hac materia illam theoricam: quantum possessum, tantùm præscriptum: Das sich einer nit mehr mit Jagen anmasse / dann jhme gebüret: prout notaui supr. *in litera S. in verbo, de seruitut. rusticor. prædior. versic. de seruitute pascendi pecora.*

Sed quòd ius venandi præscribatur, 30 cùm nō sit de regalibus, affirmat Schneide. *in d. §. feræ. num. 6. & ibi VVesenb. in apostill. lit. C.* Et licèt alicui possit prohiberi, ne venetur in aliqua sylua, & propterea possit puniri: tamen si canes eius extra syluam venari ceperint, & feram in syluam insequantur, licitè illā feram venator capit: si modò cornu nō inflauerit, & canes non instigauerit & licitè canes suos reuocat: *text. est in d. Artic. 61. lib. 2. LandRecht.* Et infertur ex isto, quòd non possint pignorari: *VVesenb in apostill. ad Schneidevv. d. §. feræ. num. 5.* ¶ Sed an capra post prohibitionem fiant capientium, disputat Schneideuui. *in d. §. feræ, nu. 7. (& ibi hoc contrariæ sunt magis communis opinio est fieri capientium.)*

Vide de Venat. Zoannet. *tr. de venat. & Seb. Med. de venat. Piscat.* & aucupio Frid. Pruckm. 31 *de Regal. §. venatio, Ioh. Saresb. tr. de nugis curialiū & vestigijs philosoph. l. b. 1. c. 4.* ¶ Princeps quatenus sub pœna prohibere possit venationem, *Fach. lib. 1. controu. iur. c. 1.* ¶ Venatio an sit in fructu, *Modest. Pist. p. 1. quæst. 15.*

De Ve-

De Venenis & venenationibus.

32 BArtol *in l. eiusdem, §. adiectio, ff. ad leg. Cornel. de sicarijs*, facit triplex genus veneni, & dicit: aliquod venenum est malum ad occidendum: aliquod est venenum bonum ad sanandum: & tertiũ est genus veneni, quod datur ad amorem captandum, vel manu tenendum, & conseruandum: & dicit *in d. §. adiectio, num. 1. in fin. Hippol. de Marsil. per text.* quòd licèt sit triplex genus veneni, attamen vnicum genus, saltem ad occidendum videlicet, puniri leg. Cornelia, de sicarijs: In alijs imponatur pœna mitior: *Hippo. in d. §. adiectio, num. 2. & in fin. de poculis amatorijs.*

33 De pœna aromatarij temerè vendentis aromata venenosa, hominibus fatuis, malis vel suspectis: affirmat eos teneri leg. Cornelia, de sicarijs, Hippo. de Marsil. *in d. l. eiusdem, §. alio senatusconsulto, ff. ad leg. Corn. de sica.* puta, wañ jemands dadurch Schade zugefügt: secus, quando vendunt bonis hominibus, vnd geschicht kein Schade damit.

34 Der textus iuris Saxonici, *in Articul. 13. lib. 2. LandRecht*, sagt rund aus: Wer mit Vergifftnus vmbgehet/ vnd des vberwunden wird/ den soll man auff einer Hordten brennen: *facit l. 1. C. de malef. & mathem.* imò dicit iste textus: *l. 1.* quòd sit plus, hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio: quia qui occidit veneno, proditoriè occidit, dicit Hippo. *de Marsil. in repet. Rubr. ff. ad leg. Corn. de sicar. in princ.* & de hoc delicto, necare veneno, deq; eius pœna, tradidit Salic. *in d. l. 1. C. de malefic. & Ang. in tract. malefi. vers. & ex interuallo, nu. 16. & ibi Augustin. in suis additionib. & remittunt ad Dd. consulentes ibidem apostillæ positæ.*

35 De pœna eius, qui facit abortum veneno, gladio, vel alio quouis modo: de fœtu, qui est in vtero matris, an fuerit animatus, & perfectè creatus, vel non? primo casu respõdet, teneri lege Cornelia de sicarijs: secundo, puniri iudicis arbitrio: Ang. de Malefic. *in vers. & ex interuallo nu. 10.* sed vide pulcherr. declarationes ibidem per Augustin. in sua additione: & dixit ibi, quòd partus animatus dicatur post 40. dies, quod verum esse dicit in masculo, qui citiùs habet animam, quàm fœmina: docet ibi bona, & remittit ad text. & Dd. *facit tex. in l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœn. tex. est in c. Moyses, 32. q. 2. tex. & gloss. in c. consuluisti, 2. q. 4. in l. 1. & l. necare, ff. de liberis agnoscend.*

36 De venenis & Venenationibus, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 31. n. 23.* ¶ Omnis medicina venenum est: & venenorum plura sunt genera inter quæ refertur & diabolicum: *Raudens. d. lo.* ¶ Pœna quæ sit vendentis venenũ, ex quo mors est secuta, *Men. lib. 2. cent. 4. c. 359.*

¶ De præstigijs, præstigiatoribus, Magis, speciebus Magię, incantatoribus, ariolis, aruspicibus, Pythijs, vultivolis, imaginarijs, coniectoribus Chiromanticis, Specularis, Mathematicis, Sallissatoribus, Sortilegijs, Anguribus, vide Ioan. Saresberiensem *in tr. de nug. curiali, & vestigijs philosoph. lib. 1. c. 8. 9. 10. 11. 12.* & de varijs ominibus, *ibid. c. 13.*

Venenum dicitur omne, quod alicui adhibitum, eius naturam immutat: nam & medicamenta venena sunt: *l. qui venenum, de V. S.* 37

De Venetis.

VEneti iuris & iustitiæ ignari, iudicant secundùm conscientiam: *Bonif. de Vitell. in tract. malefic. in princ.* Et ideo dicit Fel. *in c. qualiter & quando, de Accusat. in 19. col. circa medium, ibi Veneti.* Quòd Veneti, quia multotiens iudicant de facto, nõ transeunt eorum sententiæ in rem iudicatam. Volunt enim eas de facto posse reuocari. ¶ Veneti dicunt, se ex longa cõsuetudine iurisdictionem habere in Mari: ita Bart. *in l. iniuriarum, §. fin. de Iniur. De eis vide latiss. Ias. in l. fin. C. de SS. Eccl.* vbi dicit, Eos ab imperatore exemptos ab imperio: & refert Alb. vidisse auream Bullam exemptionis. Idem voluit Bart. *in l. hostes, de Capt.* vbi dicit, quòd illud priuilegium posset reuocare Imperator, quando vellet: cùm liceat ei mutare voluntatẽ: *vide Iason. in l. imperium, de iurisdict. omn. iudic.* ¶ Venerorum ciuitas an sit insula? Dicas, quòd non: *vt per Bald. in cons. 375. prima partis.* Quia tota ciuitas Veneta est fundata in alueo maris, non supra terram, & nullus alueus appellatur insula: *§. item per Alluuionem, Inst. de rer. diuis. vide Ias. in l. si insulam, in 3. col. de verb. obl.* 38

De Verbis, Libera Potestate, vel Libero Arbitrio.

ISta verba licèt sint inserta mandatis, commissionibus, vel rescriptis ad delegatos, vt libero arbitrio, vel potestate procedant: tamen non sublatæ sunt solennitates iuris: ità, vt iura non seruentur, sed omninò non obstantib. talibus verbis, forma iuris maximè erit obseruanda: quia non voluit princeps vnico verbo totam machinã iuris subuertere, Hippo. de Marsi. *secundùm aliquos Dd.* sic tenuit, *in pract. sua crim. §. constante, num. 24. & 25. allegatur l. si quando, C. de inoffic. testa.* plùs ibi dicens Hippo. de Marsi. quòd prætextu liberi & absoluti arbitrij, non possit denegare reo defensiones: item quòd tamen non poterit aliquem torquere, non præcedentibus indicijs. 39

Imò in his, quæ committuntur arbitrio eius, debet iudex seruare æquitatem: *per Ioan.* 40

Ioan. Andr. & alios, sic refert d. Hippol. in d. §. constante, num. 39.

41 Sed scias, quòd iudex habens liberũ arbitriũ in procedendo, non tenetur seruare instantiã: secundùm Barto. in l. fin. in princ. per illum text. ff. locati, Hippo. in d. §. constante, num. 29. item notandum est, quando data est libera potestas iudici in maleficijs; intelligitur esse data in his, in quib. non reperitur pœna expressa: non autem in illis, in quib. inuenitur pœna expressa: quia non debet mutare pœnam, Hippo. de Mars. in d. §. constante, num. 28. voluit Corset. in singul. suis, in verb. statutum. 5. vide gloss. & Dd. in l. quid ergo, §. pœna grauior ff. de infami. & gloss. in Artic. 13. lib. 2. Landr. & quòd prætextu verborum, libera potestate, non possit reo auferri defensio, consuluit Schurf. in cons. 73. circa finem, cent. 2. & quibuslibet verbis quid sit commissum in arbitrium, intelligitur commissum cum iustitia; Gabr. Saraij. in addit. ad sing. 15. Matth. Mathesil.

42 Verbum Esse & Erit, cùm per se ponuntur, habent atq; retinent tempus verbi sui: cùm verò præterito iunguntur, vim tẽporis sui amittunt, & in præteritum concedunt: l. 123. de V. S. ¶ De verbo Fiat, vide Marantam par. 4. distinct. 9. n. 6.

De verbo, Debet.

43 HOc verbum importat necessitatem; c. 1. de dolo & contumacia, & ibi Abb. l. Paulus, el. 1. ff. de re iudic. Petr. Gerar. de Pet. S. in singul. suo 8. nu. 2. Interdum tamen pro ratione materiæ inducit honestatem. Item interdum exponitur per Potest; declarauit Hippol. de Mars. in repet. l. vnicæ, C. de rapt. virg. num. 234. vers. & adde; & ibid. num. 235. inducit, quòd prolatum à testatore, importet necessitatẽ: & tandem istud verbum, Debet, quid importet, vide Dd. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. Bartol. Bal. & Modern. in leg. Gallus, ff. de liber. & posthum. de hoc verbo, Debet, & de verbo, Potest, notauit Robert. Marant. in l. si potest, n. 41. ff. de acquirend. hæred. Et Henning. Göden in consil. de præscript. pign. num. 14. vers. quòd verbum.

De verbis, Oportet, Debet & Potest.

44 QVomodo sint intelligenda, & quid importent hæc verba, docuit Hippol. de Mars. in repet. l. vnicæ, C. de rapt. virg. num. 233. 234. & 236. de verbo Potest, notauit Corset. in singul. suis, in verb. potest.

45 Verba impersonaliter prolata, important ius agendi, nõ autem officium iudicis: Zuch. de miss. in poss. n. 179. & an hoc sit perpetuum, num. 182. Vide Seraph. priuil. 33. num. 69. vsq; ad 73.

De verbo, Videri.

HOc denotat fictionem: Alexan. de Imol. in cons. 114. colum. 2. volum. 5. 46

De verbis, Saluo Iure.

MOdificant & limitant & reseruant: 47 gloss. est singular. in l. item Labeo, ff. familiæ hercisc. notat Dn. Anto. Corset. in singul. suis, in verb. saluo iure, notaui suprà, in litera C. versic. de clausula, saluo iure.

De Verbis, Eingesatzt/ Wiederlösung des Häubtgeldes oder Zinses/ ledig sein.

DIese Wort/ wann sie eins oder alle/ in 48 einer Haubtuerschreibung werden befunden: machen vnd führen sie ein einen Pfandscontract/ contractum pignoraticium; Henning. Göden in cons. de præscript. pignor. nu. 15. 16. & 17.

De verbis, Quandocunq;, Quocunq; Tempore vel Anno.

HÆc verba solent poni in contractibus 49 pignoraticijs, & ad fauorem debitoris: & sunt eius potentiæ, quòd impediant omnem præscriptionem contra ius offerendi precium, & redimendi pignus: casus est in c. 1. in tit. de dato in vicem, l. commissariæ, & per Angel. in Authen. vt Eccles. Roman. gude. spa. 100. annor. argum. ducitur à statuto ad conuentionem: Bald. enim dixit in Rubr. de constitutionibus, valere statutum, vt non currat præscriptio: ergo ita dicemus in conuentione.

Facit gloss. in l. si cum militaribus, de restit. mil. quæ gloss. reputatur valdè singularis secundùm illud: quòd fortiùs operetur partium conuentio, quàm legis depositio. multò plùs impediunt omnem præscriptionem creditori, quando ista verba sunt adiecta, prout communiter fieri solet: (welches Jahres sie dz wieder lösen wollen:) inferunt ista verba liberum animum & liberam voluntatem petentis, quæ est libera & absoluta potestas seu facultas: vt dicit tex. in l. 3. §. 1. ff. de arbitru, in vers. libera & absoluta potestas est. 50

Sed debitori ante oblationem competit ius offerendi per modum facultatis, cui 51 facultati nunquam præscribitur: sicut est ius eundi ad templum vel per viam publicam: quia etiamsi quis per mille annos nõ vadat, semper tamen poterit ire: Iacob. de Aluarot. in tit. de feudo dato in vicem leg. Commis. c. 1. col. 5. versicul. sed videamus per l. viam publicam, ff. de via publ.

Et-

52 Et sic, quando per prædicta verba constat de libera voluntate & facultate: multò fortiùs verba, quandocunque, quocunque tempore vel anno, videntur omnem excludere præscriptionem: cùm id, quod asscribitur nostræ potestati, non subijciatur necessitati: *l. non quicquid, ff. de iudic.* & illud, quod in fauorem nostrum est introductum, non debet nobis nocere, neque contra nos retorqueri: *l. quod fauore, C. de legibus, c. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. & l. nulla, ff. de legibus.*

53 Multò fortiùs stringunt, quando vlteriùs ponitur: vnd wöllens jhn zulösen geben ohn alle Hindernüs vnd Widerrede: facit, quòd voluit Angelus singulariter, *in l. 1. ff. de vsur.* quem sequitur Alex. quòd quando pars promittit aliquid perpetuò attendere & obseruare, nullo tempore currit præscriptio: argumento tex. *in l. quòd si nolit, si quis ita, ibi Bal. ff. de ædilitio edict. & satis de mente Bart. in l. nemo potest, ff. de lega. 1. in penult. colum. versi. quæro statutum, & in l. sicut in annos, ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. Bal. in l. 2. versic. sed nunquid, C. vt in possess. legato. cum similib. Henning. Göden in consil. de præscript. pigno. in quæst. 7. num. 271. & in seqq.*

54 Et sic prædicta verba excludunt omnem præscriptionem, etiam longissimam, puta, propter odium vsurarum, in alijs autem contractib. ista verba, (quandocunque quocunque tempore vel anno,) etiã additis verbis, (nõ obstante præscriptione,) patiũtur restrictionem, vt non excludant longissimam præscriptionem: *d. Henning. Göden. in d. consil. de præscript. pigno. num. 271. cum seqq.*

55 Et quando pacto, de retrouendendo (facto, sub dictione, quandocunque) possit præscribi, consuluit Decian. *in consil. 10. à num. 51. vsque ad finem, vol. 1.* vult, quòd ista dictio præscriptionem in isto casu retrouenditionis longissimi temporis non excludat: *idem Decian. in consil. 21. vol. 2.*

De verbis, Placet, Libet & Volo.

56 VErbum Placet, non est absolutę voluntatis, sed intelligitur arbitrio boni viri: *l. in his, §. sororem, ff. de lega. 1.* Verbum autem Volo, quòd sit absolutæ voluntatis, probatur *in l. cum quidem, ff. de lega. 2. Bartol. & alij in l. si sic, ff. de lega. 1.* Quòd etiam verbum Libet, importet liberam voluntatem, voluit tex. *in l. 1. in pr. ff. de milit. testa. notat Petr. Gerar. de Petra Sancta, in singul. suo 6. incip. notant Dd.*

57 Vel si verba Libuerit & Voluerit, simul iungantur: quia tunc etiam liberam voluntatem important: *text. est notab. in c. 2. de sequest. possess. & fruct. in versic. pro suo distributum libito voluntatis, facit Matth. Matthesil. in singula. suo 15. incipien. nota, quòd verbum:* & ibi remittit ad iura, per quæ docetur de verbis significantibus liberum arbitrium, vel arbitrium boni viri.

De verbo Relictum vel Relinquendi.

REstringitur ad vltimam voluntatem: *l. cum hi, ff. de transact. l. 1. ff. de tabul. exhib. gloss. in c. si plures, in verb. relictum de iure patrona.* sed verificari etiam hoc verbum in alijs, & non tantùm in vltima voluntate, declarauit Andr. Sicul. *Barba. in procem. clemen. in 2. lectu. in 5. colum. in prin.* 58

De verbo, Dotare.

IStud verbum Dotare ius significat, & non nudum actum ministerij: *argumen. l. pater ex prouincia, in fin. ff. de manumis. vindic.* qui ergo dotat ita, vt dotata nõ habeat spem successionis in bonis dotantis: non de alienis, sed de suis bonis dotare debuit: notatũ inuenitur per Corse. *in sing. suis, in verb. statutum, 20.* sic etiam verba statuti verificari debent. 59

De verbo, Non valet.

AN intelligatur ipso iure? & quid de verbo, Non potest, vide Anton. Corset. *in singul. suis, in verb. non valeat.* 60

De verbis, Nullius momenti.

QVòd debeant intelligi ipso iure, notauit Roland. *à Valle in cons. 2. num. 83.* 61

De verbo, Pertinere.

QVomodo accipiendum, & qualiter verificetur in petitorio & possessorio, docuit Geyl. *in obserua. 63. lib. 2. in materia verborum, vide plura, quæ notaui supr. in litera D. versi. de dictionibus.* 62

De verbo, Gaudere.

DEnotat quamcunque possessionem & quemcunque vsum: & in materia successionum denotat institutionem, non possessionem simplicem: *Alexand. in consil. 18. vol. 5. refert secundùm illum & alios, Decian. in consil. 113. num. 7. vol. 3.* 63

De Verbis generalibus & vniuersalibus, Omnis vel Omne.

VErba generalia generaliter intelligenda: *Borch. de feud. c. 1. nu. 28.* (Cuiuslibet aliaque quauis causa & ratione; alio quouis modo,) quòd cõprehendant eiusmodi verba generalia, etiam insolita & maiora, non cogitata atque cogitata, consuluit Menoch. *in cons. 156. vol. 2. num. 22. & in seqq.* Quoquo modo, quomodocunque & qualitercunque quauis causa & occasione euenire, dici vel excogitari possint, *Rolan. à Valle in cons. 5. vol. 1. num. 35.* 64

num. 35. & n. 44. quando vniuersalis dictio adiecta est dictioni, alijs, quæ cùm sit vniuersalis, copulat maiora expresis: gl. in Clem. 1. de re iudic. & Roland. n. 46. de edictione alijs, coniuncta cum signo vniuersali, Alexan. de Imo. in consi. 30. vol. 5. col. penul. vult, quòd eiusmodi verba vniuersalia & generalia non patiantur restrictionem. Sed isti consultores allegati consulunt ibi in casu concessæ immunitatis, quærendum est de casibus alijs vel similibus.

De Verbis enunciatiuis, vel enunciatiuè prolatis.

65 Verba enunciatiua regulariter non disponunt, neque probant: *l. ex hac scriptura, ff. de donat.* nisi fuerint geminata, quia tunc benè probant: *Bar. & Ioan. de Plat. in l. cum scimus, C. de agri. & censi. lib. 11. sequitur Sylua. in consi. 60. n. 26. par. 2.* quòd non probent, tenuit Alex. *de Imo. in consi. 16. col. 3. versi. præterea etiam, vol. 5.* Quòd neque in testamentis inducant legati vel fideicomissi dispositionem, notauit Lud. Rom. *in singu. suo 154. incip. quid si dixit, allegans leg. Iul. §. ex his, ff. de legat. 3. cum vna limitatione.*

66 Fallit in literis Principum, vel Papæ: quia de factis ipsorum & antecessorū bene probant. *gl. est in Clem. 1. de probationib.* Alex. *de Imo. in consi. 15. versi. sufficeret etiam, volu. 5.* ibi innuit, quòd probent verba, enunciatiuè prolata in literis Principum: item probant verba, enunciatiuè prolata in antiquis: *Alex. de Imo. in d. consi. 16. col. 9. vol. 5.* & adducit vnam limitationē prædictæ theoricæ: quòd scilicet verba enunciatiua benè probent fauore dotis, licèt non sic in alijs *Hip. de Marsi. in sing. suo 442. incip. vulgata iuris regula, & vide multas alias declarationes apud Iaso. in l. ex his verbis, C. de test. milit. inuenies fallentias plures. Item vide pulcher. per Decia. in consi. 32. vol. 2. n. 76. & in seqq. inuenies in quibus casib. verba enunciatiua probent.*

67 Verba enunciatiua autoris probant cōtra singularem successorem: *Ioseph. Lud. concl. 16. in fi. illat. vlt.* ¶ De verbis enunciatiuis vide Seraph. *de priu. iur. priu. 92.* ¶ Verba enunciatiua alicuius instrumenti, mentionē facientia de dote, eam probant: *Meno. lib. 3. præs. 7. n. 10.* ¶ Verba enunciatiua, quæ regulariter nō probant, si fuerint geminata probant: *Med. de reg. iur. p. 1. reg. 3. ampl. 118. fol. 114. Schurff. cent. 3. consi. 72. n. 14. Fœn. de mom. temp. c. 20. n. 55.* ¶ Verba iactatoria & adulatoria nihil disponunt: *Dauth. l. fi. ff. de testam. vbi lim. 4.*

68 Vide Seraph. *de priu. iura. 92. vide fol præcedens 610. vide remiss. Dauth. in l. verba testam. 6. c. de testa. n. 3. fol. 549* ¶ Verba enunciatiua, prolata propter aliud in iudicio, faciūt præsumtionem ad tertij fauorē: *Men. lib. 2. præs. 62. num. 7.* ¶ Verba enunciatiua à testatore prolata, creditorib. non præiudicant: *l. Seia, 28. ff. ad senatus consi. Velle. l. Caius Seius de Pig. act.* ¶ Verba enunciatiua fauore vltimæ voluntatis disponunt: *Castell. de testa. ord. in Inst. in prat. ad gl. verb. testament. n. 88. & 89. fol. 61.*

De Verborum intellectu, acceptione, operatione, & effectu.

Verba in dubio prolata, sunt intelligenda secund. subiectam materiam: *Alex. de Imo. in consi. 35. col. 3. circa pr. vol. 4.* & relata 69
ad personā, debent intelligi secundū personæ conditionem: *Hipp. de Marsi. in Rubr. de probat. n. 12. 13. & in vlteriorib. Corse. in sing. suu, in verb. conditio personæ.*

Verbum in statuto vel lege positū, etiā 70
minimum, intelligitur positū cum ministerio operandi: *Hip. de Marsi. in rep. Rub. C. de probat. n. 18.* ¶ Verba quatenus & quando sint accipienda secund. comunē vsum loquendi, vide *Barba. in rep. Rub. de fide instru. à col. 22. vsq. ad col. 28.* Sed quòd secund. comunem vsum, & vulgari modo sint accipienda, cōsuluit Hen. *Gōd. in consi. suo de præscrip. pignor. n. 15. vers. sunt et enim.* Prolata autem à iurisperito, debent intelligi secund. morē loquendi iurisperitorum: *Barba. Sicul. in d. rep. Rub. de fide instru. col. 26. versi. tertiò facit.*

Verba debent intelligi cum effectu: *notat* 71
Hippo. de Marsi. in l. qui falsam monetam, ff. ad l. Corn. de falsis, n. 44 dicit autē idem Hipp. *ibidem, nu. 50.* vt verificata dicatur ista regula, debet ille effectus durare: aliàs non esse satisfactum legi, eò, quia non dicitur factum, quod non durat factum.

Verba etiam præcisa, recipiunt interpre- 72
tationem, & suppletionē ex qualitate & natura rei, super qua proferuntur: *l. 3. §. si quis hær. ff. de statu lib. Alex. de Imo. in consi. 36. col. 2. in fin vol. 4.*

Verba, prolata in vna lege, vel statuto, 73
recipiunt declarationē, vel interpretationē ex alijs legib. vel statutis: *l. non est nouum, cum duab. ll. seqq. ff. de legib. l. vitium, ff. de pet. hær. l. 1. §. & parui, cum gloss. & ibi Bar. ff. quod vi aut clàm.*

Aliud: Verba præcedentia contractus, 74
declarant & restringunt sequentia: & econtra: *l. si cum fundum, ff. de verbo. sign.* & dicta in vno capitulo, censentur repetita in alio, in quo est eadem ratio subintelligentiæ repetitionis: *l. quemad. §. hæc verba, & ibi Bal. ff. ad leg. Aq.* & vna particula scripturæ declaratur per aliam particulā scripturæ, statuti, vel testamenti: *l. si seruus plurium, §. fi. & ibi Bal. ff. de legat. Henning. Gōd. in d. consi. de præscrip. pig. n. 18. 19. & 20.*

Verba debent intelligi in potiori signifi- 75

catu, & digniori: *l. 1. §. biduum, ff. quando appelland. sit*: & ideo in dubio, appellatione sententiæ venit diffinitiua, gloss. *d. §. biduum*: appellatione consuetudinis, venit præscripta: *Alex. de Imo. in consi. 136. vol. 2. facit tex. notabilis in §. sed quotiens, Inst. de iure natur. gent. & ciuil.* & ibi Ange. faciens mentionem de legato Ecclesiæ facto, intelligitur in principaliori & digniori: *Hipp. de Marsi. in l. de vnoquoq., ff. de re iudic. in prin.*

76 Aliud: Verba contractus semper sunt inspicienda & consideranda, ja der Buchstabe schrifft: *arg. c. si cui, in tit. de quib. alijs caus. ext. feud.* ibi vt in feudis, de quo text. meminit Bal. in prælud. feud. in 4. diuisione: vbi inquit, quòd semper recurrendū sit ad tenorem inuestituræ, quia vim cōtractus ostendit: nimirū, quia verba contractus sunt forma cōtractus, & forma est, quæ dat esse rei: sicut, quando contrahitur scriptura, ipsa scriptura idem est, quòd forma: *notatur in l. non figura, ff. de actio. & obl.* & nihil ei addi vel detrahi potest: *Bar. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posth. Hen. Göd. in d. consi. de præscr. pig. n. 24. & 25. Decia. in consi. 21. vol. 2. nu. 3. ibi*, in contractibus non fieri extensionem verborum ex coniectura ta mente.

77 Aliud: Verba debent intelligi secundùm propriam significationem: *l. non aliter, cum simil. lib. ff. de legat. 3.* & in dubio secundū propriam significationem intelligantur: *l. 1. §. quæ in perpetuum, ff. si ager vectiga. vel emphy. pet.*

78 Aliud: Verba statuti, vel alterius alicuius dispositionis, designantia actum, in dubio prolata, de primo actu accipiēda erunt, & in primo actu verificata dicuntur: sic pulcherrimè consuluit Alex. *de Imo. in consi. 16. vol. 4.* inter cætera per iura, quæ dicunt, infinitatem esse euitandam: *l. qui bona, §. fin. de dam. infect.* Exemplum est in venditione fructuum, qui bis in anno percipiuntur: quia intelligitur venditio facta de primis fructib. vel vendito actu successiuo, primus intelligitur venditus: de fructib. tamen intelligitur, nisi quantitas precij faceret, quòd intelligeretur de primis & secundis: *Bart. in l. Paulus respondet, ff. de solution.*

79 Ad id, quòd sermo simpliciter prolatus vno actu, scilicet primo consumetur, perficiatur, & finiatur voluit Alex *de Imo. in d. consi. 16. vol. 4.* & vide And. Tyraq. *in comment. suis ad Boues §. hoc sermone, ff. de v. sig.* qui istā materiam ibi benè per iura illustrat, & amplificat modis 89. addendo appellationem nuptiarum de primis intelligi: cōmendat ibi primas nuptias, dehortando à secundis, si sine animæ periculo fieri possit: recenset quib. per illas fiat iniuria, nempe primo viro vel vxori, & liberis primi matrimonij. Imò non esse tam honorabiles secundas atq; primas,

Et ad supra dictam theoricam, quòd sermo simpliciter prolatus, in primo & vno actu verificetur & finiatur, *posuit d. Tyraq. limitationes n. 33. quas pulcherrimè docet, & de illis declarat.* 80

Aliud: Vbi verba legis vel statuti non conueniunt, neq; legis vel statuti conuenit dispositio: *l. 4. §. totiens, ff. de damn. infect. & ibi Paul. Castr. l. ita autem, in pr. ff. de adm. tuto. Alex. de Imo. in consi. 28. in prin. vol. 4. Hippo. de Marsi. in sing. suo 339. incip. cui non conueniunt.* 81

Sensum magis quàm verba spectari debere, *Ioh. Saxonius in assertione sua de glossis & doctorib. fol. 22. & seqq.* vbi in hanc sententiā multa congesta habes. ¶ Vbi sumus in dispositione hominis, verba debent intelligi de primo actu: secus verò, quando sumus in dispositione legis vel statuti: *Viuius lib. 1. decis. 87.* 82

Verba debent intelligi in potiori significatu: *l. 1. in fin. de act. & obligat. l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. §. sed quotiens, Inst. de iure nat. gent. & ciuil. §. initium, Inst. de inut. stipul.* ¶ Verba debent intelligi secund. qualitatē & conditionem loci, vbi proferuntur: *Paul. de Cast. in consi. 231. Pet. de Anco. consi. 423. & consi. 93. incipiente, ista Domina.* ¶ Verba debent intelligi secund. qualitatem eius, qui loquitur: *Bal. in c. cum venissent, de eo qui mitt. in poss.* Et etiam eius, ad quem proferuntur, & à quo proferuntur: *text. aureus & perpetuò notandus in l. cum filius famil. de leg. 3. Felin. in c. causam quæ, col. 8. de Rescr. vers. 5. Senensis in consi. 37. vol. 3. vide Dd. in l. omnes populi, de Iust. & iu. in prin.* ¶ Verba simpliciter posita, sunt per prius intelligenda: *l. boues, §. hoc sermone, ff. de v. sign. Bar. in l. hoc legatum, de leg. 3. vide de hac reg. latè Ias. in l. qui liberis, §. hæc verba, de vulg.* 83

Verba dubia debent intelligi secundùm cōmunem vsum loquendi: *Bar. in l. Labeo, de supell. leg. vide Corf. in verb.* quia cōmunis vsus loquendi præfertur proprio significatui vocabuli: *Abb. in proœm. Decret. & in c. non sine, in 2. not. de Arb. D. Ias. in l. 2. C. de succes. edict. Abb. & ibi longa & bona Apostill. in c. nonnulli, de Rescrip. vide l. in §. quarto gradu, Inst. de gradib. vbi infertur ad pulcras regulas.* ¶ Verba vulgarium debent intelligi secund. communem vsum loquendi: vulgariū verba literata secundùm artem literarum: *ita dicit Alex. in consi. 26. in 3. vol. Bal. in l. lege, in vlt. col. C. de leg. hæred. vide supr. in verb. subtilitas.* 84

Verba debent intelligi secund. materiā vel contractū, super quo fiunt, etiam ea impropriando: *l. insulam, de præscrip. l. si viro, locat. in pr. vide ad hoc in v. Dictio, & in verb. plena cautio, vide Alex. in l. 1. §. si quis ita, n. 11. de v. obl. vbi limit. latè, de hoc vide Ioh. Lup. in c. per vestras, de Donat.* 85

de Donat. inter vir. & vxor. fol. 4. col. 1. §. 7. incip. intellige hoc. ¶ Et verba impropriantur secundùm naturam materiæ: *15. q. 3. c. rogo vbi gl. facit gl. in c. 1. in verb. hortamur, de testa. & in Clem. 1. de test. & Dd. in c. nam concupiscentia, de const. Dec. in l. 1. in prin. in 1. col. si cert. petat.* ¶ Quod vsque adeò est verum, quòd etiam verbum necessitatis iunctum cum verbo omnino præciso, ratione subiectæ materiæ importat tantùm voluntatem, & honestatē: *tex. est cum gl. in c. 1. de Despons. impub. vide Iaso. in l. 1. in 3. col. de iurisd. om. iud. in gl. in v. potest.* ¶ Hinc est, quòd si verba sunt præteriti & futuri temporis simul, vt est præteritum & futurum coniunctiui, dicuntur vel præteriti vel futuri temporis secundùm materiam subiectam: *l. solemus, de condit. & demonst. l. verbum erit, de v. sign. vide Carol. in l. 1. §. 1. de nou. oper. nunc. in gl. in v. olim, in lect. sua, Bart. in l. omnes populi, in 6. q. prin. de iust. & iur.*

86 Verba debent intelligi propriè, & à propria significatione verborum non est recedendum, nisi constet de contrario: *l. non aliter, de leg. 3. vide ad hanc reg. limitationes 18, per Soc. in reg. 441.* ¶ Sic etiā à verbis contractuum non est recedendum: *d. l. non aliter.* Hoc tamē limita, quando verba cum mente non conuenirent: quia tunc quando de mente constat, à verbis recedimus: *vt not. in dict. l. non aliter, & in l. non dubium, C. de legat.* Quia in verbis non vis, sed in rationis radice consistit: *1. q. 1. c. Marchio.*

87 Nam magis mens legis, quàm verba inspicienda: *gloss. in l. 1. C. de interdict.* Et mens contrahentium præualet verbis: *l. in conuentionalib. de v. sig.* Et verba intellectui & intentioni seruire debent, non contra: *c. intelligentia, de v. sig. & ibi gl. & in c. in his, eod. tit.* Nam sicut anima præfertur corpori, ita sententia & mens verbis: *38. dist. c. sedulo, vide Dec. consi. 70. in fin. vol. 1. vide bonum tex. in l. Celsus. §. si fundum, de contrah. empt.* ¶ Et magis res, quàm verba intuenda: *l. promittendo, vbi verba formalia, ff. de iure dot. bonus tex. in d. l. Celsus, §. si fundus, de contrah. emp. quem ego ad hoc pondero.* ¶ Et quòd potius effectus, quàm nomen contractus attendi debeat, *vide supr. in v. contractus, & Ioan Lub. in c. per vestras, de Donat. inter vir. & vxor fol. 4. col. 1. vbi latè de hoc.* ¶ Et quando verba cum mente non conueniunt, tum ab effectu & mente iudicamus: *vide latè Dec. in consi. 305. vol. 2.* ¶ Et ea, quæ sunt de mente legis, dicuntur in l. expressa, sicut euidens est, quod ex coniecturis colligitur: *l. prætor ait, vbi gl. & Bar. not. de oper. nou. nunc. Barto. in l. 3. de test. tutel.* Hoc tamen limitat, quod sit expressum mente scilicet, non verbis: *ita Soc. in l. cum quid, in 5. not. si cert. petat.*

88 Hic obseruabis, quod voluit Bald. *in Rubric. C. de iur. Emph. in fin.* Quòd, siue in contractu, siue in iudicio, ponatur nomen vnius contractus, & effectus alterius, est iudicandū secundum naturam illius, contractus, cuius effectus positus est: & appositū, quod non conuenit effectui, habetur pro non apposito; *vide Iohan. Lup. in Rep. c. per vestras, de Donat. inter vir. & vxor. §. 7. fol. 8. col. 1. & 2. incipient. intellige hoc, vbi multa de hoc.* ¶ Quinimò mens statuentis, etiam tacita, habetur pro expressa, & seruari debet magis, quàm verba: *l. 3. C. de lib. præt. l. inter vestem, de aur. & arg. l. vide pulcrè & latè ad hoc Hippo. in l. si quis viduam, ff. de qq.* ¶ Et quando ex verbis simpliciter prolatis resultat iniquitas, tunc à verbis recedimus, ipsius legis mens seruatur: *textus est pulcher & formalis, in l. scire, §. aliud, de excusat. tutor. l. 2. C. de nox. Angel. in consi. 6. incip. lata est sententia, vide Alex. in l. 1. in 5. colum. in prin. de leg. 1. adde textum in l. nominis & verbi, §. verbo, de verb. signifi. l. non dubium, in princ. C. de Ll. vide Bartol. in l. curatoris, C. de negot. gest. & in l. actio, ff. eod. facit l. 2. in fin. comm. de leg.* ¶ An potius verba, quàm mens, vel econtra, sit inspicienda, *vide Dec. declarantem, in consi. 305. vol. 2.*

In omni materia talis censetur mens loquentis fuisse, qualem verba prolata demonstrant: & nullum est melius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum: *vide pulcrè Francisc. Curt. in consi. 5. fol. 68. col. 1.* ¶ Cui verba conueniunt, eidem & dispositio: *l. 4. §. toties, de damn. infect. l. hos accusare, §. omnibus, de Accus. Curt. consi. 11. fol. 83. colu. 4.* ¶ Verba, quæ non possunt intelligi propriè, intelliguntur largè & impropriè, ne corruat actus: & hoc procedit in contractibus, libello, sententia, instrumentis, vltimis voluntatibus: *vide latè Iaso. in l. si tibi pecuniam, si cert. pet. vide etiam multas concordantias per Ias. in l. sed & si possessori, §. item si iurauero, de iureiurand.* ¶ Et quòd verba debent impropriari, vt valeat actus, vide Dec. *post alios in l. fin. in 5. col. in 4. not. C. qui admitt. vbi allegat. tex.* ¶ Hinc est, quòd verba ad extraneum sensum sunt trahenda, vbi aliter res salua esse non potest; *arg. l. cum quidam, C. de v. sig. & C. de lega. l. cum quæst. gl. in c. intelligentia, de v. signifi.* ¶ Illa tamen impropriatio verborum, non fit à casu qui minus continet, ad casum qui maius: *secundùm Bart. in l. tutores, de adminis. tut. Goz. in l. fin. lect. 20. C. qui admitt.* 89

Hic nota, quòd non sequitur: illud verbum largo modo significat tale, ergo impropriè. Quia significatum largum alicuius vocabuli, potest esse proprium; hoc videtur velle *Abb. in c. sedes in 3. not. de Rescript. Aret. in l. cum lege, de testib. per illum text. Soc. in vlt. suo consi. contra Cald. vide Goz. in l. 1. de iurisd. om.* 90

iud. lect. 6. vide lecturam D. Liuini, lect. Instit. de act. in prin. in verb. debetur. De hoc vide Abb. in c. cum dilectus, de consuetu. & Goz. in Rubric. ff. si cert. pet.

91 Idem verbum interdum propriè, interdum impropriè ponitur in eadem dispositione diuersis tamen respectibus: *not. in l. 2. vbi gl. & Bart. ff. de offi. proconf. & in l. 1. C. de vsufruct. & in c. Raynaldus, de testa. vide gl. in l. 1. C. quand. crim. act. ciu. praeiud. vide Ias. in Rubr. ff. ad Trebell. ibi tertia conclusio noua est, vide Dec. consi. 69. vol. 1. in vlt. colu. Abb. in c. quoniam, de off. deleg. l. 2. de iurisd. omn. iud. vide Goz. not. in 2. not.* ¶ Hæc regula procedit in libellis, contractibus, sententia & instrumentis, &c. *Adde gl. in v. vsucapiuntur, Inst. de vsucap. in prin. & ibi in lectur. mea varia loca commemoraui, adde gl. in l. 1. §. 1. in verb. fine tutoris, in prin. de acq. possess. vbi Car. not. glo. est approbata in d. l. 2. de off. proconf. & leg. vide Iaso. in l. posthumo, C. de bon. poss. contra tab. col. 12. ibi sed notabiliter. Adde etiam D. Carol. in l. stipulationes non diuiduntur, in 9. q. fol. 135. fa. 2. in prin. ibi nisi dicamus, de v. obl. vbi loquitur de libello saluando, adde tex. in l. sancimus, vbi gloss. not. in verb. reddere, C. de fideiussor.*

92 In qualibet dispositione etiam strictè intelligenda & interpretanda: si fuerit expressum aliquod verbum, quod plura potest cõprehendere ex sui proprietate: tunc omnia illa comprehendit, nec vis verbi restringi debet: *l. cum lege, de testa. vide de hac regula in verb. correctorium.* ¶ Idem verbum potest esse genus & species, diuersis respectibus: *vide post Bart. Goz. in l. imperium, de iurisd. om. iud. vbi multa adducit, eund. Goz. in l. 1. lect. 10. si cert. pet. ibi quarta conclusio, Soc. & Carol. in Rub. ff. solu. matr. fol. 12. Goz. in rep. l. qui se patris super gloss. in verb. facultates, C. vnde liberi.* ¶ Quando vnum verbũ potest intelligi propriè & impropriè, & vt genus & species: tunc in materia statutaria & odiosa debet capi vt species, & propriè. & si idem verbũ potest capi propriè vno modo, & alio modo magis propriè: tunc in d. materia odiosa debet capi magis propriè: *l. 1. §. qui in perpet um, si ager vectig. c. Rudolphus de Rescrip Soc. in consi. 25. vol. 3. col. 3. Soc. in consi. 84. volu. 1. Soc. in l. 1. in 1. not. de vulg. & pup. Goz. in l. 1. lect. 10. si cert. pet.* Hoc tamen limita, procedere in dispositione hominis, secus legis: *vide sup. in v. correctorium.* ¶ Quando autem vnum verbum vt genus & vt species sumatur in statutis, cõtra ius comune, vel in materia fauorabili, *vide Goz. in l. omnes populi, in 6. q. princ. de interpret declarat. lect. 25. de iust. & iur. & eund. in d. repet. l. qui se patris, C. vnde lib. in gl. in verb facultates.*

93 Verba debent intelligi, vt aliquid operentur in statuto, ne sint vacua: *c. si Papa, de priuil. lib. 6. vide Apostill. meam ad Bartol. in l. Diuus. ff. de Fals. l. si quando, de leg. 1.* ¶ Verba legis non debent intelligi adiecta esse frustra, sicut nec verba contractuum, & aliarum dispositionum: *l. hanc legem, de contrah. empt. l. si quando, in princ. de leg. 1. c. si Papa, de princ. lib. 6. l. 3. ff. de iureiur. vbi Alex. not. in 1. no. c. si Romanorum 19. dist. l. si quando, de leg. 1. latissimè Felin. in c. Rudolphus, in 2. colum. de rescript.* ¶ Hoc fallit, nisi fieret in praeiudicium tertij: quia tunc potius interpretatio debet fieri, vt verba sint superflua, quam quòd quis indebitè puniatur, vel quòd iniquitatem contineat: *secundùm Bald. in l. terminato, C. de fructibus & lit. expens. vide Iohann. de Mont. Ferr. in l. omnes populi, in 5. q. princ. ibi limitatur secundo.* ¶ Hæc tamen limitatio fallit, nisi praeiudicium tertij esset modicum: *secundùm Barto. in l. fin. C. si contr. ius vel vtilit. publ. vide Goz. in d. q. 5. princ. lect. 18. in 2. conclusione, eund. in l. fin. lect. 20. C. qui admitt. vide latè Marsi. in Rubric. C. de fideiuss. char. 5. colum. 4. adde ad hanc regulam 10. fall. per Soci. in Reg. 440.*

Verba geminata maiorem habent vim: 94 *not. in l. Balista, ad Trebell. in l. cum scimus, vbi Barto. C. de agri. & censib. lib. 15. Dec. consil. 2. in 6. colum. volu. 1. l. si mulier, la. 2. C. ad Velleia. Moder. in Rubr. de verb. obl.* Vbi, an ex pacto nudo geminato oriatur actio, *Iaso. in l. cum filio, in 8. colu. de leg. 1. in fin. & idem in ead. l. C. 12. in fin.* ¶ Et de geminatione verborum vel actuum, vide pulcram doctrinam *Ioan. de Mont. Ferr. in l. 1. in princ. colum. 8. de verb. obl.* ¶ Verba transposita idem significant: *l. quidam testamento, ff. de poen. leg. non tamen per hoc est verum, Bald. Iohan. Fab. in Rubr. Inst. de bonor. poss.* ¶ Verborum prolixitas à iure respuitur: *l. ampliorem, §. in refutatorijs, C. de Appell.* ¶ Nam volat emissum semel irreuocabile verbum: *gl. in verb. iusta causa, in c. fin. de iureiur. lib. 6.*

Casus multos, in quibus verba pro vali- 95 ditate actus requiruntur, *vide per Ioa. de Mont. Ferr. in l. 1. in prin. in 4. col. de verb. obl. vide in verb. Actus.* ¶ Verba cum effectu sunt intelligenda: *l. 1. §. 1. quod quisq; iur. vbi Bartol. c. in his, vbi bonus text. de verb. sign. l. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum qui in ius vocat. est.* ¶ Verba enunciatiua non inducunt iuris dispositionem: *vide latè Iaso. in Rubr. Inst. de act. num. 5. vide Barto. in l. ex hac scriptura, de Dona. vide Ias. & Dec. in l. vnica, C. quand. non pet. part. vide Alex. in consi. 15. volum. 5. nu. 16. ibi sufficeret.* ¶ Verba enunciatiua inserta in priuilegio principis, licèt cõtineant alieni facti narrationẽ: tamẽ ex antiquo inducunt sufficientẽ probationẽ: *ita Ant. de But. in c. fi. de success. ab intest. ita Alex. consi. 6. vol. 1.* Et dicitur de antiquo, quando excedit metã centum annor.

vt ibi

vt ibi per eum, vide eundem Alex. in consi. 15. vol. 5. n. 10. ¶ Enunciatiua verba an probent, & quòd in antiquis probent, *vide pulcrè Dec. consi. 13. col. 5. vol. 1.*

96 Verba iactantiæ causa prolata non obligant, nec inducunt dispositionem: *l. si. de testa. & tex. in c. cum venissent, de Inst.* per quem text. Lud. Rom. *in repe. Rubr. ff. de arbitr. in 4. col.* dicit, quòd si in præsentia testium roges me: dona librum: & ego respondeam: Non tantùm librum, sed & omnia, quæ habeo in mundo: ex istis verbis non inducitur donatio, ita quòd nec librum potes petere: quia ista sunt verba iactatoria, prolata non animo obligandi. Hanc decisionem sequitur Alex. *in l. si ita stipulatus, col. 2. de v. obl. refert Io. de Mont. Ferr. in Rubr. de v. obl. col. 2. de hoc vide Dn. Ias. in l. 1. §. si quis ita, n. 7. in 5. col. de v. obl. vbi ad q. alias infert, & eund. Iaso. in l. cum quid, in 1. lect. si cert. pet.* Hanc decisionē Lud. Rom. *in d. Rubr. de Arbitr.* refert, & sequitur Cœpoll. *in consi. 26. n. 2. fol. 29. adde l. Dec. ff. de test. mil. §. cæterum, Inst. de mil. test. vide Hipp. de Marsi. sing. 57.* ¶ Sic etiam verba recommendatoria non obligant: *l. si verò non remunerandi, §. cum quidam, ff. Mand.* Nec verba honoris verbalis causa dicta: *vt ibi dicit gloss.*

97 Nec verba, quæ laudis causa dicuntur, obligant: *l. sciendum, de Ædil. edict. l. ea quæ, ff. de contrah. emp. vide gl. in c. nemo, de Elect. lib. 6.* ¶ Nec etiam verba per iocum dicta obligant, vel causa demonstrandi intellectum aliquem: *tex. est in l. obligationum substantia, in fin. ff. de act. & obl.* ¶ Nec etiam verba generalia ad complacentiam alicuius, aliquid operantur vel disponunt: *c. cum venissent, de fide instr. & Ias. in d. l. cum quid, in 1. lect. si cert. pet. Cœpoll. consi. 26. n. 5. fol. 29.*

98 Nec etiam verba per modum libertatis consuetæ vulgariter obligant, vt si dicatur, omnia in ea tua sunt: *vide Alex. in l. ita stipulatus, la. grande, in 1. not. de v. obl.*

99 Vocabulorum disputatio pertinacibus est relinquenda: *l. 2. C. de const. pec.* ¶ Vocabula sunt finita, res infinitæ: *l. 4. de præscr. verb. gl. in l. factum, de act. gl. in §. fi. Inst. de interdictis.* ¶ Vocabula rerum immutabilia sunt, hominum verò mutabilia: *l. si quis in fundi, ff. de leg. 1.*

De Verbis indefinitis.

100 Verba indefinita, licèt videantur æquipollere vniuersali; tamen coërcentur ad speciem, iuxta contractus præcedentis naturam: *Zasius per text. l. venditores, in fi. ff. de verbor. obligat.*

De Verborum prolixitate.

Verborum prolixitas inimica est sapientiæ, & fastidiunt stomachum: ideo bene consulentē debere respondere ad rem, 101
sine verborum multiloquio, sine truffis & generalib. quæ solent apponi ornatus causa: dixit per Senecam & Aretinum, sic consulentem, *Roland. à Valle in consil. 1. in prin.*

Vide in hanc sententiam Castellan. *in rubr. Inst. de testam. ordin. n. 67. & in gloss. verb. sed vt nihil antiquitatis, num. 214. & seq.* 102

De Verisimili seu Verisimilitudine.

Verisimilitudo est maximæ importantiæ, & maximi effectus: operatur, quando prouisio testatoris facta est in vno casu: 103
quod procedat in alio casu, in quo testator verisimiliter idem statuisset: *facit tex. in l. fin. secundùm intellectum Bar. C. de posth. hær. Institu.* simile inducitur de statuentibus secundùm, glossam sing. *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis.*

Magis creditur paucis testibus verisimilia deponentibus, quàm centum verisi- 104
milia non deponentibus: *Bal. in l. testium, in pen. col. C. de test.* & in materia probationum circa testium personas, dicta eorum & processum, multum operari verisimilitudinē, tradidit Hipp. *de Marsi. in singu. suo 343. incip. verisimilitudo, idem Hipp. de Marsi. in sing. 396. incip. verisimilitudo.*

Idem Hipp. colligit plures effectus, & 105
addit, quid operetur ad destructionē non verisimile, *in repet. Rub. C. de probat. num. 108.* Remotū à verisimili, dicitur quædam falsitatis imago: *secundùm Bal. in l. 1. in 3. col. C. de seruis fugitiuis.* Idem Hipp. *in sing. suo 297. incip. remotum,* Alium notandum ibi inducit effectum: quòd faciat magis valere testimonium, sine iuramento factum, quàm quod cum iuramento est datum: in materia confessionis criminis vel delicti, dixit aliqua idem Hipp. *in pract. sua crim. §. expedita, num. 24. & 25.*

Quando dubitatur, quid sit verisimile, 106
standum est arbitrio iudicis; *Raud. de anal. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 23. n. 103. Men. cas. 85. in arbitrar.* ¶ Quando probationes sunt pares, magis creditur verisimili: *Viuius dec. 200. lib. 1. Viuius lib. 1. dec. 199.*

In probationibus, in testibus, & semper 107
debemus inspicere, quod est verisimile: *vt per Bal. in l. scripturæ, in 2. colu. ibi quædam sunt, C. de fid. instr. Inno. & Dd. in c. auditis, de præscr. vide Hipp. in l. si quis viduam, ff. de qq. in 3. colum. facit tex. in l. non est verisimile, ff. quod met. caus.* ¶ Nam quod longè est à verisimili, est quædam falsitatis imago: *vt in pulcra q. Bal. dicit, in l. 1. col. 3. C. de seru. fug. Curt. in consi. 5. fol. 70. col. 2. refert Bald.* ¶ Et maior verisimilitudo vin-

do vincit minorem: *vt Bal. inquit, in l. siue possidetis, circa fi. C. de prob. vide Dec. consi. 100. vol. 1. in causa inquisitionis, in 7. col. prope fi. col. fac. c. in dubijs, de reg. iur. lib. 6. idem Dec. consi. 94. vol. 1. colu. 2. in casu ad ius transmisso, facit text. in c. quia verisimile, de præsumpt. in l. fi. in princ. quod met. caus. Dec. consi. 25. vol. 1. col. 5. vide de hoc multa pulchra in loc. legal. Nicol. Euerh. in loc. 5. à verisimilibus, col. 61.*

De Veritate.

108 Veritatē vbiq; amplecti debemus, quæ opprimi videtur & obscurari, cùm non defenditur: *c. error, 83. dist.* & cum veritatis summa in omnibus reb. habenda sit ratio, & præ omnib. amanda, eius præcipuè obseruatores ICti esse debent: *vt pulcrè Ioh. Hiero. Alb. consi. 17. in pr.* Ideoq; veritas diligenter perscrutari debet: *l. 1. C. de edend.*

109 Veritas rerum errore gestarum non viciatur: *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præs. Spec. tit. de alleg. & disputat. §. porrò, in fin.* Tacere veritatem est peccatum mortale: *c. quisquis, 11. q. 3. c. 1. de crim. falsi.* & ideò possunt pro habenda veritate in casibus testes quæri, etiam per iudicem: *Ioan. de Arno. in sing. suo 63. incip. sæpe contingit, vide Geyl. 1. obs. 100. n. 1.*

110 De veritate, *Tassara, de err. Not. c. 11. Marcel. Cala, tr. de modo articulandi & prob. gl. 1. §. 11. n. 9. 10. 11. 12.* ¶ De veritate, quòd prematur non opprimatur, vide aliqua non inconcinna, apud Coler. *de proceß. exec. p. 1. c. 3. n. 42. & seq.* Item quòd per nostrum negare & asserere non violetur: *Coler. p. 1. c. 3. n. 105.* Et de veritate amanda, mendacio fugiendo, fide seruanda, *Pet. Premus, de secur. promiß. & fide publ. quæst. 7. fol. 38. & seqq. & præcipuè fol. 44. & seqq. Georg. Lorich. in compend. arest. & repræssaliar. in epist. dedicat. ibid.* ¶ Quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur: *Raud. de anal. lib. 1. c. 30. n. 1.* Et ad essentiam rei nō sufficit veritas sine solennitate: *Raud. c. 28. n. 38.* quia altaria iustitiæ spolianda nō sunt suo ornatu & decore: *nu. 39.* ¶ Veritas cōmuni opinioni præferenda: *Coler. p. 4. c. 1. 36. & seq.*

111 Veritas stat in paucis, & verborum adminicula non desiderat: *Raud. de anal. lib. 1. c. 34. per l. 1. C. si vt se ab hær. abstin.* & *Bl. in l. verba superflua, c. de donat.* dicit, quòd tantùm valet vnum verbum effectiuum, quantum mille: & IC. dicit: ad quid multiplicamus sermones: *l. pediculus, §. Labeo & auro & arg. leg.* Ideo Aret. *in præfationib.* plurium consiliorum, cōmendat breuitatē: *vide fol. præced. de verbor. prolixitate.* ¶ Veritati cedit opinio & verisimilitudo: *Seraph. priu. 90. n. 6.* & super omnia vincit veritas: *ibid.* & vtilius est scandalum nasci, quā quòd veritas relinquatur, *ibid.* ¶ Et veritas propter nostrū asserere & negare non violatur: *Coler. p. 1. c. 3. n. 105. fol. 115. vbi multa alleg. adde l. neq; professio, & l. seq. C. de testa.* ¶ Veritatē super omnia amare, colere & sequi tenemur. *Vide omnino Tenninum caut. 1. in princ. vbi multa veritatis encomia, Marsi. de ban. v. sententia, n. 45. l. 1. C. de dedit. libert. toll. l. hoc legatum, de condit. & dem.* & quidē nullo personarū habito respectu: *Castell. in pr. tit. Inst. de testa. ord. ad gl. in v. testament. n. 24. fol. 50. similiter Thess. in præfat. dec. n. 28.*

De modis assequendi veritatē, *Pet. Greg. in synt. artis mirabilis, c. 8.* ¶ Vbi cum veritate autoritas confligit, illius potior quā huius ducenda ratio est: *Ioh. Dauth. in prolegomenis sui tractatus de testa.* ¶ Veritas sæpius exagitata, magis splendescit in lucē: *c. graue 35. q. 5. plura in hanc sent. in Dauth. d. lo. fol. 9.* ¶ Non vbiq; tutū vera loqui, quamuis vbiq; tandē sua vi palmam & victoriā reportatura sit veritas, vincit tandē ipsius veritatis amor, & opinandi saltem facultas, quæ maximè in dubijs libera cuiq; esse debet: *Petr. Greg. lib. 1. de rep. c. 1. fol. 2.* 112

Veritas quæcunq; apparet, semper virescit: *Hier. de Laur. in dec. Rotæ Auen. dec. 1. n. 6.* ¶ Veritas semper est inuestiganda, quærendo, opponendo, & disputando: *Viu. dec. 189. lib. 1.* ¶ Vicarius Imperialis minor est ratione potestatis, quàm Dux: *Raud. de anal. lib. 1. c. 28. n. 9. & ibid. de Vicarijs, n. 10. & 11.* 113

Veritas, verborū adminiculo non eget: *l. 1. C. si minor ab hær. se abst.* ¶ Veritas, rerum errorib. non viciatur. *l. illicitas, §. veritas, ff. de off. præs. l. assumpt. ff. ad mun. l. si forte, de Consti. pec.* ¶ Veritas sæpius exagitata, magis explēdescit in lucē: *gl. antepenul. in c. cum Ioannes, de fid. instru. Ias. in Aut. iubemus, C. de Iud. 2. col. Ias. in l. si is qui pro empt. de vsuc. c. graue 35. q. vlt. Ias. in Rub. de v. obl. in 5. col.* ¶ Istam regulam: Quòd veritas verborū solennitatē non exigat, *l. 1. C. si min. ab hær. se abst.* intellige, quando agitur de obligatione tollēnda: sed quādo agitur de ea inducēda, tunc verba requiruntur: quia hoc difficiliùs fit: *arg. l. Arrian. de act. & obl. & l. fauorabiliores, de R. I. ita dixit Ray. & eum ibi refert Ioan. de Im. quos refert Io. de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 7. de v. obl.* ¶ Veritas nihil aliud est, quā res visu prospecta, & retenta in memoria: *ita dicit Bal. in c. fi. de iur. cal. & ita dicit notari in l. 2. in pr. de aq. plu. arc. refert Alex. in l. 1. in pr. n. 23. si cert. per.* ¶ Quid sit veritas, vide pulcram gl. *in Aut. de instr. cau. & vide in pr. in v. mutatio,* vbi dicit tex. etiam quid sit falsum. 114

De Vestibus.

Vestes annuatim legatæ, relictæ respectu certæ necessitatis, debentur eo tēpore, quo inest necessitas. *l. nec semel, §. si inhibita, C. quand. dies leg. ced.* ¶ Sed vestes hyemales debent præstari ad Cal. VIIbris, æstiuæ ad Calend. April. *l. 1. C. de mil. vest. lib. 12.* 115

notauit

notauit Corset. in singul. suis, in verb. vestis: & Ludouic. Roman. in singul. suo 601. incip. aliud non scimus.

De vestibus, quæ legantur vxori à mari-
116 to, an vestis scissa & nondum parata, apud sartorem existens, debeatur? respondet, quòd sic, Peckius *in tract. suo de testam. coniug. lib. 5. cap. 14. in princ. tenet, quòd sic, Francisc. Cremen. in singul. suo 64. incip. testator legauit.*

117 An veniant vestes prohibitæ portari? respondet, quòd non, Peckius *in d. tract. de testam. coniug. lib. 5. cap. 14. vers. pari modo hoc legatum;* Francisc. Cremen. *in singulari suo 65.* tenet quidem, quòd non veniant istæ vestes, tamē vult, quòd debeatur æstimatio.

118 Panno legato, an debeantur vestes? (*Non debere ait.*) post testamentum factæ vestes an debeantur legatariæ? (*Non debentur, nisi testator vsus sit verbis futurum tempus respicientibus, vel verbis omninò generalibus vsus sit: eiusuè mens ex alijs coniecturis colligi possit.*) vestes lugubres, an post annum luctus peti possint? (*Et hic negatiuè respondetur.*) vestes si æstimatæ sunt à testatore certo precio, an plùs, vel minùs valeant, hoc pertineat ad hæredem? respondetur, quòd nihil addatur, neq; detrahatur. vestes hyemales & æstiuales si legentur, quales & quando debeantur? (*Æstiuales Calend. April. hyemales Calend. Septemb. deberi asserit.*) de istis omnibus quærit & respondet Peckius, *in d. tractat. de testam. coniug. lib. 5. cap. 14. num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

119 Vestimentorum & vestium nomine quæ veniant, notatur *in l. vestimentum, in l. vestis, & in duab. ll. seqq. & l. quamuis, ff. de auro & argen. leg. l. statum, & l. vestis, ff. de verb. sign. in d. l. vestis, ff. de auro & argento leg.* Iurisconsultus discrimen vestimentorū facit, dicendo, quòd aut sunt virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria: addit VVesenbec. *in paratit. ff. tit. de auro & argen. leg. num. 5.* cœnatoria, quorum in cœnis olim vsus erat: & docet, quæ sint in suo genere.

Nosse autem hoc, vtile est: quia ius Saxo.
120 ordnet dem Nechsten des verstorbenē Schwerdtmagen sein Hergewette/ darunter des Mannes tägliche Kleider kommen: *Artic. 22. lib. 1. LandRecht:* vnd der nechsten Spielmagen/ die Gerade/ darunter kommen vnter andern alle Weibliche Kleider: *Artic. 24. lib. 1. LandRecht.* Consulenda ergo fortè erunt verba legis, quæ nomine vestimentorum vel vestiū veniant: nisi consuetudo regionis certa fuerit interpres.

121 Item aliæ vestes sunt preciosæ, aliæ viles vel quotidianæ: habetur de isto ratio in conferendis vestibus: *de quibus supr. in litera C. vers. de collatio. bonorum.*

122 Vestis quid sit virilis, puerilis, muliebris, communis, familiaris, & quid vestis appellatione contineatur, *vide pulcrè ICtum in l. vestis, in l. seq. ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Vestes hyemales fieri debent Calend. Septemb. Æstiuæ Calend. April. *gl. & Ioh. de Plat. in l. 1. C. de vest. mil. lib. 12.* ¶ Quod est notandum pro promissionibus, quæ fiunt familiæ, vt dentur vestes hyemales & æstiuæ.

Vestes Oloberas, id est, aureas, nullus præter principē gestare debet, sub pœna capitis, vel pœna amissionis earundem: *l. 1. cum seq. C. de vest. ol. & de aur. lib. 11. Bart. in tract. de insignib. & arm. pen. col.* ¶ Sartores pro factura vnius vestis vel clamidis, etiam militaris, nō possunt plus vno floreno recipere: *gloss. & ibi Io. de Plat. in l. fortissimus, in fin. C. de veste militari, lib. 12.*

De Vicarijs, seu Vices gerentibus.

VIcarius potest regulariter omnia, quæ 123
potest is, cuius vices gerit: *secundùm Gotfredum, in c. dilect. de praeben. Archidiac. Ioan. Andr. & Gemin. in c. final. de offic. Vicarij, in 6.* accedit, quòd voluit Alexan. *in l. centurio, num. 26. ff. de vulg. & pupill. substitu.* vbi inquit post Oldradum, quòd sicut in donatione facta ab Imper. non requiritur insinuatio: ita nec in donatione regis, seu alterius domini tenentis locum Imper. in terris suis: facit etiam, quod in fortioribus terminis dixit Isern. *in c. Imperialem, in 3. col. in prin. vers. sed an Vicarius, de prohi. feud. aliena. per Feder.* vbi inquit, quòd talis Vicarius generalis potest præstare consensum in alienationibus feudorū, quæ dependent ab Imperio.

Et mouetur optimis rationibus: primò, 124
quia constituendo eum procuratorem generalē, videtur voluisse, quòd omnia transeant in eum: *argument. l. si quis pro eo, §. si nummos, ff. de fideiuss.* sibi enim imputet Imperator, quòd non excepit ea, quæ noluit concedere: *argum. l. veteribus ff. de pactis, l. Labeo, ff. de contrahend. empt.* secundò, quia Imper. in talem creando generalem Vicarium, non debet decipere subiectos, ex quo talem Vicarium posuit loco sui: *arg. l. 1. C. de his, qui veni. æta. impe.* & ideò sufficit, quòd subditi adeant talem Vicarium generalem, nec habent exire territorium pro inueniendo Imp. *idem tenet Afflict. in d. c. Imperialem: sic consuluit secundùm quosdam Roland. à Valle, in cons. 86. in nu 33. & in seqq. lib. 1.*

Sed nota, quòd vicarius generalis non 125
confert beneficia, ad solius Episcopi collationem spectantia: *tex. & gloss. est in c. un. de offic. Vicarij in 6.* nisi ipsi specialiter sit collatio cōmissa: *dicit text. plura de Vicariorum & officialium potestate, potes videre apud commentatores, super d. titu. de offic. Vicarij in 6. & titul. in C. de offic.*

de offic. eius, qui vicem alicuius iudicis vel præsidis obtinet: optimè de Vicario Episcopi & aliorum, eorum prælatione, consuluit Menochius in cons. 52. vol. 1. per totum.

De Vicerectore.

126 VIcerector an gaudeat priuilegijs & preeminentijs rectoris, quæritur? & respōdetur, quòd sic, *per c. præcipimus, quod est fin. 93. distinct. ibid.* tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur: *16. q. 1. c. generaliter, l. vlt. C. de test. mil. Alex. de Imol. in Rub. de offic. eius, cui mand. est iurisd. col. 4. Rom. in sing. 367.* & ibi declarat Pign. *in addi. intellige*, dicit, quādo illud priuilegium vel præeminentia, debetur ratione alicuius qualitatis, quæ æqualiter residet in vicerectore, sicut in rectore: secus, si æqualiter non residet.

127 Quatenus vicerector habeat immunitates rectoris, docet faciendo distinctionem; aut quia constitutus est à rectore, vel à communitate propter mortē, vel discessum rectoris: primo casu nō, secundo verò gaudet rectoris imunitatibus: *Bart. in l. filius. ff. de legationib.* Potest simile capi de quolibet alio subrogato, vel qui alterius locum tenet.

De Victualibus & cibarijs.

128 VErbo victus quæ contineantur, nempe quæ esui & potui, cultui quoq; corporis, quæque homini ad viuendum necessaria sunt: vestem quoq; victus habere vicem Labeo ait. Cætera quoq;, quibus viuendi curandiue gratia corporis nostri vtimur, ea appellatione significantur: *l. 43. verbo victus, cum l. sequen. ff. de verbor. signif. & ibi in gloss. Accursius remittit ad exempla: vide l. fin. ff. de alimen. & ciba. lega. l. quos, §. verbum viuere, ff. de verbor. signifi.*

129 In iure Saxo- werden die cibaria Müßtheil geheissen / alle Hoffspeise / die nach dē Dreissigsten vberbleibt in jeglichem Hoffe des Mannes / oder wo er sie hette in seinen Gewehren: *Arti. 22. lib. 1. LandRecht.* Quæ autem sub isto nomine Müßtheil / cibariorum, vel commestibilium comprehendantur, docet additio 4. latina, *lit. D. ad d. Arti. 22. lib. 1. LandRecht:* & vide aliam additionem, *sequentem, lit. E.* quæ vult restringere textum ad comestibilia, saltem ad annum comparata vel existentia, vt habeat vidua: sed in fine affirmat, quòd consuetudo obseruet contrarium: Et ego memini, pronunciatum esse secundùm text. Nota, pro tuitione status publici, & terrarum & populorum, debent quolibet anno taxari victualia: vt debito precio soluantur & vendantur: *l. 1. §. cura carnis, ff. de officio præfec. vrb. l. decuriones, ff. de admin. re. ad ciuil. pertin.*

130 Et talis taxatio debet fieri post festum natiuitatis Mariæ, quod celebratur die 8. Septembris: *de quo habetur in c. fin. de ferijs, & in l. omnes, C. eod. tit.* & fiunt ista tali tempore: quia omnia tunc sunt collecta ex agris, quę pertinent ad victum & vitam hominum. Et quia in vno anno est maior fertilitas, quàm in altero, debet preciū augeri & minui, secundū exigentiā tēporis: *l. fin. in pr. ff. ad leg. Iul. de annō.*

Fraudantes autem annonam taxatā, pu- 131
niri debent pro qualibet mensura in libris viginti. quæ pœna potest etiam excrescere, secundùm qualitatem & enormitatem delicti: *l. annonam. ff. de extraord. crim.*

Et nota hîc casum, vbi res alienæ possunt 132
taxari cōtra l. nemo, C. de Iudæis, & vbi quis inuitus tenetur vendere contra il. inuitum, C. de contrahend. empt. Sed hic speciale est propter fauorem victus hominum, & quia res expositæ sunt venales: secùs in alijs rebus: quia ibi quilibet censetur moderator & arbiter rerum suarum: *l. in re mandata, C. mand. & hanc distinctionem, vide per Bald. & Cyn. in l. 1. C. de Episcopal. audien.*

Et nota ibi, quòd etiam vestimenta & 133
habitationes, contineantur nomine victus: igitur etiam possunt taxari panni & habitationes; dixit & notauit Iacob. *de Aluar. in tit. de pace tenend. & eius violat. §. post natales, in vsibus feudor.*

Sed nota, quando quis compellitur rem 134
suam vendere, quòd debeat habere iustum precium: *l. animalia, C. de cursu publico, lib. 12.*

Wie im Fürstenthumb Anhalt Vorsehung 135
vñ Anordnung geschehē / welcher massen Fleisch / Brod vñ Wein soll durch die Obrigkeit beschaft / geschätzt / besehen / auch auff die Gewichte vnd Masse acht gegeben werden: damit die Gemeine vnd Armut nicht not leide / noch vbersetzt werde: cū pœnis annexis, den Fleischhawern / Beckern / Brawern vñ Schenckē / auch der Obrigkeit / so nicht einsehen hat / inuenies *in Constitutione Anhaldina publicata 2. Aprilis, Anno M. D. LXXII. Artic. 31.*

De Vicinis.

VIcini præsumuntur scire ætatem & facta 136
vicini, sicut consanguinei consanguineorum: *l. de tutela, C. de in integr. rest. in l. octaui, §. 1. vnde cog. de vicin. l. filiū, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vide latè Bart. & alios in l. 1. Si cert. pet.* ¶ Vicini præsumuntur scire melius facta, conditionem & qualitatem vicinorū: *c. quosdam, & in c. quanto, ext. de præsump. not. in l. in vicinis, C. de nupt. Bart. in l. 1. ff. Si cert. pet.* ¶ Vicinū ab iniuria defendere licitum est, sibiq; suum auxilium partiri: si verò potest & negligit, videtur iniuriantem fouere, & culpæ est particeps: *c. dilecto, de senten. lib. 6. vide Abb. in c. cùm non ab homine, de iudic. num. 13. & 14. idem in socio, suprà vide in verb. socius.*

De Vi-

De Vidua & Viduitate.

137 VIdua, durante viduitate, dicitur adhuc
esse in primo matrimonio: *vt legitur in l.*
fi. C. de bonis matern. & ideò talis vidua gaudet
priuilegijs, quæ habebat propter maritũ, eo
viuente: *gl. & Bart. in l. filij, §. vidua, ff. ad municip.*
138 Et etiam ipsa vidua sequitur forum viri
præmortui: *vt habetur in l. quædam puella, ff. de*
iurisdict. omn. iudic. & ibi per Scribentes. ¶ Quid
lucretur quoq; de bonis mariti præmortui,
notaui supr. *in lit. D. versicul. de dote, donatione*
propter nuptias, & de dotalitio. ¶ Sed secundùm
nostræ regionis Saxonicæ consuetudinẽ cõ-
sequitur tertiam, nisi aliud sit pactum.
139 Sed omnia sunt accipienda de vidua ho-
nestè & castè in viduitate viuente: quia pro-
pter stuprum perdit dotem & actionem de
dote. similiter, atq; si adulteriũ commisisset,
viuente marito: *Hippo. de Marsi. secundùm mul-*
tos Dd. in repet. l. vnicæ, C. de raptu virgin. num. 48.
& num. 53. arguendo de muliere adulterante, ad
viduam adulterantem.
140 Sed vidua, quatenus sic dicatur castè vi-
uere, vt vsumfructum legatum, quousq; castè
vixerit, retineat: docuit Abb. *in c. vt Clericorũ,*
ext. de vita & honestat. Cleric. ¶ Transiens au-
tem vidua ad secunda vota, an dicatur castè
viuere & sic, an perdat legatũ, vide Ioan. *de*
Arn. in sing. suo 3. incip. consueuerunt mariti; sed
perdit tutelam liberorum suorum: imò pro-
pter luxuriosam vitã desinit esse tutrix libe-
rorum suorum, & perdit omnia iura viduita-
tis: sic etiam alimenta, quæ aliàs ipsi deben-
tur ab hęredibus mariti: nisi aliunde habeat,
vnde sese alere posit: *secundùm Cyn. & Bald. in*
l. fin. C. de bonis mater. & voluit secundùm multos
Hippol. de Marsil. in d. repet. l. vnicæ, C. de rapt. virg.
nu. 54. ibi desinit esse tutrix, num. 55. 56. & 57. idem
Hippol in singul. suo 416. incip. plures notant.
141 Sed rapiens viduam honestè viuentem,
punitur, sicut rapiens virginem: & sic in cri-
mine raptus, virgo & vidua pari passu ambu-
lant: quod intelligendum de vidua honestè
viuente: Hippo. declarat *in d. l. vnica, C. de*
rapt. virg. num. 47.
142 Sed talis vidua, quòd etiam numeretur
inter personas miserabiles, & habeat priuile-
gia miserabiliũ personarũ, notaui supr. *in lit.*
M. vers. de miserabilib. personis. vide bonum text.
Paul. *1. ad. Timoth. 5.* vbi instruit Apostolus Ti-
motheum de viduis, & dicit docendo, quæ
verè viduę sint: inter alia pręcipit: viduas ho-
nora quæ verè viduæ sunt.
143 Quæ autem verè vidua sit: quòd desolata
speret in Deum, & instet obsecrationibus &
orationibus nocte ac die: nam quæ in deli-
tijs est, viuens mortua est, dicit. Das auch ei-
ne Witwe nicht schuldig sey/ jres Mannes Gü-
ter zureumen/ ehe sie gebürlichen abgefunden/ ha-
betur in addi. latin. *lit. C. in Arti. 20. lib. 1. Landr.*

Et vidua, recipiens alimenta de domo 144
mariti præmortui, an cogatur laborare hæ-
redibus, & de quibus intelligendum? decla-
rat Alexand. *de Imol. in cons. 133. volum. 4.* ibi
multa inuenies de operibus mulieris & vi-
duæ, marito & hæredibus eius præstandis,
notauit Anton. Corset. in singul. suis, in verb. vxor,
Peckius in tract. suo de testat. coniugum, lib. 5. cap. 10.
& Menochius *consil. 62. volum. 1. in princ. ibi*,
quòd non debeantur, si sine causa non co-
habitet & hæredibus operetur: quia testa-
tor sic posit.
De Vidua & viduitate, *vide infrà verbo vxor.* 145
¶ Viduitatis vox quando intelligatur de pri-
ma vel secunda, *Raud. de analog. vniu. & æquiu.*
lib. 1. c. 15. n. 41. per reg. 1. & 2. analog. ¶ Vi-
duæ, quia viris carent, quibus sint gratæ fu-
turæ, non debent tàm bona ac nitida ferre
vestimenta, quàm quæ maritos habent: hoc
enim omninò maritatæ licet: *Tiraq. l. 2. connub.*
gl. 1. p. 3. n. 35. ex Bl. cons 30. viso testamento excelsi, cir-
ca fi. lib. 5. ¶ Item si pater mandauerit filijs,
vt post mortem ipsius, matrem eorum tàm
honorificè tractarent, quàm pater ipse fa-
ciebat: non intelligitur mandare, vt illi mul-
tùm speciosa vestimenta suppeditent, qualia
pater administrare consueuerat: *Tiraq. d. n. 35.*
¶ Vidua quæ luxuriosè viuit, amittit dotem
& donationem propter nuptias: non minùs
ac ea quæ adulterium viuo marito admisit:
D auth. de substit. effectu subst. vulgaris tertio, n. 180.
& ibi addit. tit. 6. Forster. tr. success. ab intest. lib. 3.
de success. ascend. fal. 3.
Fauendum ita est viduis, in caussis ea- 146
rum, ne alijs iniusticia fiat: *c. ex tenore, de for.*
compet. ¶ Viduæ appellatione venit etiam
ea quæ virum non habuit: *l. malum, §. viduam,*
de V. S. ¶ Vidua si committit stuprum du-
rante viduitate, debet perdere dotem: quia
dicitur esse in priori matrimonio: *Paul. de*
Castr. in l. sororum, C. de his quibus vt indig. & ita
consuluit in cons. 121. vide additionem ad Barto. in
d. l. sororem: Alexandro tamen ibi hoc non
placuit. ¶ Habens virum inutilem, vidua
dicitur & censetur, gaudetq; priuilegijs vi-
duarum: *vide in verb. factum, & in verb. priuileg.*

Vinco, Vinculum.

VIctus victori in expensis debet à iudice
condemnari: quod si iudex (dummo- 147
do hoc petitum fuerit) prætermiserit, de
suo parti læsæ dare compellitur: *l. properan-*
dum, §. sin autem, C. de iud. vbi latiß. Ias. ¶ Si
vinco vincentem te, vinco & te: *l. de acceßioni-*
bus, ff. de diuers. & temp. præscrip. de hac reg. &
fall. vide gl. in Auth. defuncto, C. ad Tertull. vide in-
tegr. cons. Dec. in consil. 211. volu. 2. circa 2. q. &
Francisc. Curt. cons. 5. fol. 67. colum. 3.
Nihil tam naturale, quàm vnum-
quodq; eo vinculo tolli, quo ligatum est:
l. pre-

l. prout, ff. de solut. l. nihil tam naturale, de R. I. Hęc regula procedit, quando vinculum iam est inductum: *vide Ias. in l. 1. C. quan. non peten. part.* ¶ Vinculum spirituale fortiùs, quàm carnale ligat. ¶ Duo vincula fortiùs, quàm vnum, ligant: *l. an sic itaq;, C. comm. de success. l. ante defuncto, C. ad Tertull. & l. de tranq. & pac. arg. contra in l. cũ & si parentibus,* vide gl. *de inoff. test.* vbi, vnum vincit duo. Duplici quem vinculo teneri, grauamen est: *§. sic itaq;, Inst. de Act. vers. placet.*

Vigil, Vigilans.

148 INter desidem & vigilantem debet esse differentia: *l. vt perfectius, C. de ann. except.* ¶ Vigilantibus, non dormientibus, iura subueniunt: *l. pupillus in fin. ff. quæ in fraud. cred. c. inter dilectos, de Don. l. non enim, ex quib. causs. maior. l. seruus, quòd vi aut clàm.* ¶ Vigiles ciuitatis sunt milites: *l. pen. ff. de test. milit.*

De Vindicta.

149 REgulariter nemo sibi ipsimet sumat vltionem, vel vindictam: *l. nullus, C. de Iudæis, l. extat, ff. quòd metus causa, & in l. 1. C. ne quis in sua causa.* ¶ Sed istarum assertionum vide multas limitationes & fallentias per Dd. *in l. vt vim, ff. de iust. & iure, in l. 1. C. vnde vi, in l. si quis in tantam, C. eod. tit. in d. l. extat, ff. quod metus causa, fac. l. 1. & 2. cum nota Dd. ibid. C.*
150 *d. quand. lic. vnicuiq; sin. Iud. se vindic.*

Sed notandum est, ex quo concessa fuerit alicui à lege vel statuto, quòd tamen nõ possit illam facere per alium: *gloss. in l. cum fundum, ff. de vi & vi arma.* Exemplum ponit de marito, qui vult vindicare adulterium vxoris: Ioan. *de Arno. in singul. suo 85. incip. per*
151 *constitutionem.*

Qui manet sine vindicta, manet sine pudore: *l. miles §. socer, de adult.* hunc tex. allegat Ang. *cons. 247.* quem refert Castell. *in prin. tit. Instit. de testam. ord. n. 49. Simon de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 16. n. 138. fol. 328.*

152
De Vi & Violentia.

QVot modis dicatur vis committi, & quot sint species violentiæ, *vide in l. 1. §. quod vi factum, ff. quod vi aut clàm, & notat Lucas de Penna, in l. si coloni, colum. 9. in fin. C. de agricol. & censib. lib. 10. Iason in l. si quando, C. vnde vi, in c. ad audientiam, & in c. sacris,*
153 *quòd metus causa.*

Inter cætera dicitur, cum armis committi violentiam, etiam quando quis saltem haberet arma ad latus, & dato, quòd arma non extraxerit, vel etiam arma deposuerit: *Decius in l. quo tutela, §. vi factum, ff. de regul. iuris,* Alexand. de Imol. pulcherrimè in ista materia consuluit, *in consilio 148. volum. 4.* & ibi docet, qualiter probetur vis & metus: probato videlicet insultu, & illatione minarum: *d. Alexand. in d. consil. 48.*

Item violentia probatur ex voce puel- 154
læ plorantis vel clamantis, quam vicini audiuerunt: *Bald. in l. 1. §. potuisse, per illum text. notat, ff. ad Syllan. notauit Petr. Gerard. de Petra Sancta, in singul. suo 8. num. 3. vide, quæ notaui suprà in litera M. versic. de metu, & in litera P. versic. de probatione metus, & in eadem liter. de pace & treuga.*

De violentiarum speciebus, & quæ re- 155
media pro ijs, *Plot. de in lit. iur. §. 3.* & quibus competant, *ibid.* & pro quibus rebus. ¶ Vim vi repellere licet: *Iacob. Ayerer. in processu obseru. 3. nu. 6. vsq; ad fi. fol. 10. vbi ampl. 8. & lim. 5.*

Vim facit, non solùm qui per vim ab- 156
ducit, sed & qui artibus persuadet fieri: *l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. de iniur. l. 1. §. fin. C. de rapt. virg. l. 1. §. persuadere, ff. de seru. corrupt.* ¶ Aduersus vim custodia parùm proficit: *l. si ea res, ff. de act. empt.* ¶ Vim vi repellere licet, & id ius naturale, omnes leges omniaque iura permittunt: *l. 1. de vi & vi arm. l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil. l. vt vim, vbi latè Dd. de Iust. & iur. & c. si verò, el. 1. de sentent. excom. qui text. loquitur de Cleric. vide limitationes ad hoc per Soc. in Reg. 443.* ¶ Statutum puniens aliquem de vi compulsiua vel ablatiua, non habet locum in eo, qui fregit fenestras domus: quia propriè non est talis vis, sed est vis effractiua, & statuta debent intelligi propriè: *Paul. de Cast. in cons. 20. vide Goz. in l. omnes populi, in 6. q. princ. de Iust. & iur. lect. 25.*

Violentiarum sex genera vide per gloss. 157
in l. 1. C. quòd met. causs. ¶ Vim alieni facti alteri repellere non licet: *vide Soc. in reg. 444.* ¶ Quid sit violentia, violenter factum, & qualiter, & quot modis violentia inferatur, *vide cons. Paul. 27. vol. 1.*

De Vi priuata & publica.

DE Vi priuata, disponit text. *Artic. 43.* 158
lib. 3. LandRecht, dicendo: quarum rerum se homo nõ iure intromittit, si eas iure dimittere compellatur, cum mulcta & emenda his renunciare eum oportebit. ¶ Was man einem ohne Recht nimbt/ oder vorenthelt/ das soll er mit Wette vnd Busse wider geben: weren aber Wunden/ oder Todschlag hierzu kommen/ so ergienge als dann Friedbrechers Recht daruber: *gl. 2. circa fin. in d. Arti. 43. lib. 3. facit Artic. 69. lib. 1. LandRecht.*

De vi publica, disponit Arti. *47. lib. 3. Landr.* 159
& vult, quòd violenter, iniuriosè, vel præter voluntatem ablatum cum emenda restituatur: & supplent iura communia, quòd perdat omne ius, quod habuit in eiusmodi bonis ablatis: *iuxta l. si quis in tantam, C. vnde vi.*

160 Vnd das/so es Bürglich geklaget würde: beklagt man jhn aber darumb peinlich/so gehet es jm an den Leib: *gl. 4. Arti. 43. lib. 3. facit Arti. 13. ibi, kauben, lib. 2. Landr. & Artic. 36. eod. lib. in gloſſ. notaui ſupr. in lit. P. verſi. de pace publica, &c. omninò vide Geyl. in commentar. de pace publica, & eius violatoribus, in cap. 1. numer. 3. pœnam ſtatuit capitalem &c.*

161 Vis publica an eo caſu videatur facta, quando quis ſolus vel armatus alium vulnerat, & de pœna *l. Iuliæ de vi publ. Teſſaur. dec. 35.* ¶ De vi & violentia, *Modeſt. Piſt. p. 3. quæſt. 104.*

De Vino.

162 VInum nouum debet incipi potari Calend. Nouembris, & omitti potatio antiqui: *l. iubemus de ær. mil. ann. Lud. Rom. ſing. 75.*

De Virginitate.

163 VIrginitatis priuilegia enarrantur quædam in gloſſ. *fin. c. penult. ext. de probatio.* & de modo probandi illam inſpectionem, & per inueſtigationem omnium, per quæ melius de illa inſtrui iudex poſsit, vide text. *gloſſ. & Dd. in d. c. penul. de probat. inuenies bona.* Virgo cogitat, quæ domini ſunt, dicit Paulus *1. Corinth. 7.* Sequitur agnum, quocunque ierit, *in Apocalip. c. 14. in princ.*

164 De ſigno virginitatis, nempe de aſpectu linteaminis ſanguinolenti, quòd ſic probetur virginitas contra falſam aſſertionem fortè viri, quòd non ſit virgo inuenta, & de pœna talis viri, vide text. *& gloſſ. in c. hæc imago, 33. quæſt. 5. in Biblijs Deuteronomij cap. 22. & ibi*, per quos, & qualiter, & vbi producatur tale ſignum virginitatis.

165 Virginitas in muliere quando præſumatur, *Menoch. lib. 6. præſ. 89.* ¶ De virginitatis probatione, *Fulu. Pacianus de probat. lib. 2. c. 2. ibid.* de eius laude & priuil. *ibid.* ¶ De dono caſtitatis & virginitatis: *D. auth. de teſtam. fol. mihi 115.* ¶ Tunc ſaluabitur mulier, ſi illos genuerit filios, qui virgines permanſuri ſint; *tex. in iure Can. 33. quæſt. 5.* ex quo iure meritò dicere poſſumus, virginitatem eſſe illam, quæ replet Paradiſum. Non præſumat autẽ quis, tantam gratiam ſua virtute poſſe conſequi, niſi gratia diuina iuuetur. Quoniam in hac carne viuere, & opera carnis non facere, non eſt opus humanum, ſed cœleſte, vt inquit gl. *in c. nuptiarũ, verb. cœleſtis 27. q. 1.* ¶ Sponſa in virginali habitu poteſt incedere, ſi ante conſcenſionem thori coniugalis moriatur ſponſus; ita pronunciatum dicit Moll. *lib. 3. ſemeſtr. c. 23. n. 5.*

166 Virginem ſtuprantis pœnam ponit Abb. *in c. 1. de Adult. & in c. peruenit, eod. tit. & Abb. in c. ſi deduxerit, eod. tit.* ¶ Virginitas ſemel corrupta, à Deo reſtitui non poteſt: *gl. in l. vnic. in verb. non poteſt, C. de rapt. virg.* & Diuus Hieronymus, *in c. ſi Paulus 32. q. 5.* vbi dicit, audacter dicam: quamuis omnia poſsit Deus, tamen virginitatem reſtituere non poteſt: *vide Iaſ. in l. 1. §. ſi vir vxori, de acq. poſſeſſ. in 1. & 2. Lect.*

De Vniuerſalibus (Omnis, Nullus.)

VNiuerſalis & generalis locutio debet 167
reſtringi de habilitate: *l. vt gradatim, de mun. & honor.* An autem & quando fiat reſtrictio, vide Bart. *in l. 1. § nunciatio. ff. de oper. nou. nunc.* vbi ponit pulcram theoricam; vide omninò ad hoc pulcram intelligentiã. Quando talis reſtrictio ſit fienda, & quando non; *per Dom. Franc. Curt. in conſ. 1. in princ. vide pulcerrimè & latiſſimè Iaſ. in l. 1. §. prætor ait, ff. qui ſatiſd. cog.* ego nouiter ad hoc allego tex. *in l. ſed ſi compromiſſum, in fin. ibi omni tempore iuncta gl. ff. de Arbitr.* vbi dicit tex. Quòd omni tempore arbiter eſt cogendus ſententiam dicere, dicit gl. habili, dummodò ſit dies feriatus: adde, quæ vult Iaſ. *in l. 1. in 10. col. Sol. matr.* de dictione ſemper, dum exponit ſemper, id eſt, horis conſuetis; quem omninò ad hoc vide, quia multa ibi cumulat.

Vniuerſalis negatiua debet referri ad o- 168
mnes partes, de quibus locutio fit: *vide Garciam in l. 1. col. 16. in fin. de pact.* Si oratio ſumitur ex vniuerſo negatiuè, ſi aliquid eſt falſum, tota oratio eſt falſa *l. ſi is, qui ducenta, §. vtrũ de rebus dub. Iaſ. in l. 1. §. 1. in 4. col. in princ. de acquir. poſſeſſ.*

Et vniuerſalis negatiua locutio debet re- 169
ſtringi ad ea, quæ referuntur ſecundũ mentem proferentis; per tex. *in §. nullam, in Auth. de hæred. quæ ab int. def.* vbi dicitur, nullam eſſe differentiã inter emancipationẽ & patriam poteſtatẽ. Hoc tamẽ intelligitur, quò ad ſucceſsionem, & ad ſuccedendum ab inteſtato: prout ibi loquitur text. non autem quò ad conferendum, & ad alia: *de quib. per Iaſ. in l. emancipati, in fi. C. de coll. & Goz. in l. ſi quis nec cauſa, Si cert. pet.*

Et quòd vniuerſalis negatiua reſtringatur; 170
adde tex. *not. in l. domum, §. fin. de contrah. empt.* vbi dicit tex. nihil actum eſt, & tamẽ reſtringitur: *vt ibi per gl.* Ad idẽ eſt tex. *in §. præterea, Inſt. de inut. ſtipul.* Vbi verbũ (inutilis) reſtringitur, quòd vel in totũ ſit inutilis ſtipulatio, quando ſcilicet eſt diuerſitas, in qualitate: vel quòd in parte ſit inutilis tantùm, quando ſcilicet eſt diuerſitas in quantitate: *ad hoc vide not. Dn. Carol. in l. 1. §. ſed ſi mihi, fol. 77. fa. 1. de verb. oblig.*

Dictio Nulla, eſt vniuerſalis negatiua: *l.* 171
nulli, C. de Epiſcop. & Cler. l. nullam, C. de infamib. Et qui dicit Omne, nihil excludit: *l. Iulianus, ne leg. 3. l. ſi is qui ducenta, §. vtrùm, de reb. dub. c. ſolite, de maior. & obed.*

Sicus

172 Sicut Omnis omnia includit: *l. Iulianus, de legat. 3. c. solite, de maior. & obed.* Ita vniuersalis negatiua, Nullus vel Nihil, omnia excludit: *l. si is, qui ducenta, §. verum, cum ibi not. ff. de reb. dub. l. nemo potest, cum ibi not. de leg. 1. c. 1. de re iudic. lib. 6. l. Gallus, in princ. in verb. non posse, ff. de lib. & posthum. Curt. consil. 10. fol. 82. colum. 1.*

De Viro bono.

173 Bonitas viri, quòd multas vtiles habeat operationes in iure, affirmatur per Scribentes: nam clarum est in iure, quòd credendum sit bono viro: *gloss. est notab. in l. Titio fundus, ff. de condi. & demonst.* Admittitur vir bonus in casu satisdandi ad iuratoriam cautionem: *gloss. est in l. ff. de ripa munien.* Credens bono viro est excusatus: *dedit exemplum de castellano Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de locato, in Rubr. multùm operatur in teste & medico, vide pleniùs Hippol. de Marsil. in practic. sua crim. §. principium, à num. 8. vsq. ad num. 12. vide eundem Hippol. in repet. Rubr. C. de probat. num. 174. in fin. & ea, quæ notaui suprà in lit. B. versic. de bona fama, & bono nomine, & in lit. T. in verb. de tortura, versic. secundò habent locum.* Sed bonus vir debet curare, ne incidat in malam suspicionem: imò ab omni mala suspicione sese debet liberare: quia omninò ab illo debet esse aliena: *l. inciuilem, ibi Bald. & gloss. C. de furtu, & seruo corrupto.*

174 De vitæ solitudine & societate multa, *P. Greg. lib. 1. de Rep. c. 1. n. 8. & n. 15. 16. 17.*

De Vilitate Vitæ.

175 Vilitas vitæ multa fieri impedit, quæ aliàs fieri possent: exemplum est de patre: nam potest remittere iniuriam filiofamilias factam, filio etiam contradicente: secus est in patre, cuius persona est vilis & abiecta, filij verò persona honesta: neq; enim debet pater vilissimus, filij sui contumeliam ad suã vilitatem metiri: *l. sed & si vnus, §. filiofamilias, ff. de iniurijs.* ¶ Item denegatur actio de dote patri, si sit tam turpis persona, vt verendum sit, ne acceptam dotem consumat: *l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matrimo.* Item quando pater vult filiæ facere lenocinium, cogitur illam emancipare: *l. si Lenones, C. de Episcopal. audien.*

176 Habens quis propter dignitatem beneficium, perdit illud propter vilitatem vitæ: *l. senatoris filia, ff. de ritu nupt. tex. est in l. si patroni, eod. tit. facit text. singul. in l. 2. C. vt intra certum tempus*: vbi propter vilitatem vitæ non irrogatur pœna infamiæ: quia pœna infamiæ nihil ei adderet, vel parùm: & voluit Bald. *in l. consentaneum, C. quomodo & quand. iud.* quòd mulier vilis vitæ, possit detrudi in carcerem.

177 Sed qui sunt vitæ vilis homines, docuit (*quòd vilis non sit, qui pauper est, dummodò bonis moribus sit præditus, honestæ vitæ, & ingenuis natus parentibus.*) Geyl. *in obseru. 95. nu. 17. lib. 2.* Quatenus sponsus dicatur vilis vel abiecta persona, ita quòd dos ipsi propterea à patre denegari possit: & quos producat alios & plures effectus, colligitur ex istis, quæ notaui supr. *in lit. I. versic. de infamibus, & in versic. de ioculatoribus.*

De Vita humana.

178 Quòd possit durare vsq; ad 100. annos, est text. *in l. final. C. de S S. Ecclesiis, in c. in præsentia, de sponsalibus, Alexan. de Imol. in cons. 84. vol. 4.* sed tamen quòd sit incerta, & multis casibus exposita, adeo vt nemo sibi crastinum polliceri possit, probat Martial. *in lib. 1. epigram.* inquiens: Non est, crede mihi, sapientis dicere: viuam. Sera nimis vita est crastina, viue hodiè. Sed cadit quæstio, an emptiones redituum ad vitam vnius vel plurium, atq; incertæ, valeant? respondet, quòd sic, Geyl. *in obseruat. 8. lib. 2.*

179 Homo quamdiu viuere præsumatur, *Men. lib. 6 præs. 49.* ¶ Homo, qui non est aut non potest aut non vult esse in ciuili societate: vel Deus est, qui nullius indigus & sibi sufficiens est: vel bestia, quæ non amat societatem hominũ. Homo quippe animal sociale: *Pet. Greg. lib. 1. de Repub. c. 1. n. 8. Casus d. lib. 1. c. 21. q. 1. & 2.* ¶ Solitaria vita sitne toleranda in ciuitate, *Ioh. Cas. in sua Sphæra Reipub. admin. lib. 1. c. 2. quæst. 3.*

De Voluntate hominis.

180 Augustinus *in lib. 1. Retractationum*, voluntatem sic diffinit, quòd sit animi motus, ad aliquid imitandum, vel non imitandum, vel adipiscendum: ex voluntate ergo fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiscitur: *tex. est in c. 1. circa prin. 15. q. 1.* vnde dicitur, quòd velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini: *l. velle, ff. de reg. iur.* imò spontè non dicitur fieri illud, quod fit ad petitionem: dicit Petr. Anchar. *in Clemen. præsenti, in 5. notab. de censib.* & quòd per obedientiã propria voluntas mactetur, inquit text. *in c. sciendum, 8. q. 1.*

181 Sed de voluntate coacta, quòd dicatur voluntas, sed cum modificatione, vide Decium *in d. l. velle non creditur, ff. de reg. iur. nu. 3. & in seqq.*

182 Voluntas autem declaratur tàm verbis, quàm actibus: *l. quibus, ff. de legibus, ff. de legibus, & l. Paulus, ff. rem rat. haber.* Contraria sunt voluntatis Velle & Nolle, medium est inter vtrunq; Non Velle: declarat Decius *in l. eius est nolle, num. 6. ff. de reg. iur.*

183 De voluntatis cessatione & reuocatione, quòd aliud sit reuocare voluntatẽ, & aliud cessare

cessare illam, vult idē Decius, *in d. l. eius est nolle, n. 7. allegat Bar. in l. more maiorum, in col. fi. ff. de iurisd. om. iud.* in istis iuribus allegatis quærendum de alijs & pluribus: de vltima voluntate seruanda, & de alijs vide, quæ notaui sup. *in lit. T. versi. de testa. vltimæ voluntatis*: fauores aliquos notauit Hip. *de Marsi. in sing. suo 465. incip. aliqua sunt prohibita in vita, quæ tamen conceduntur in morte.*

184 De solennibus vltimarum voluntatum, & pactorum, quæ illarū naturam induunt, consuluit VVes. *in consi. 38. part. 1.* ¶ Quòd verò hominis voluntas sit ambulatoria vsq; ad supremum vitæ exitum, *habetur in l. 4. ff. de alimen. legat.*

185 Sed non præsumitur, quòd quis mutauerit voluntatē, sed potius quòd in ea perseuerauerit, donec de mutatione apparet: *l. cùm hic status, §. 1. & ibi gl. in v. forsitan, ff. de donat. inter vir. & vxor. per l. cùm tacitum, ff. de proba. vbi etiam est bona gl. Decia. in consi. 46. vol. 2. n. 47. & in seq.* Sed ei incumbit probatio, qui affirmat mutationē, vel in casu perseuerantiā: *l. eum qui, & gl. in d. l. cū tacit. ff. de prob.*

186 In dubio voluntas præsumitur talis, etiā contrahentis, vt sit consentanea dispositioni legis vel statuti: *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. text. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, Men. consi. 111. vol 2. n. 17. & n. 48.*

187 Bona voluntas pro facto reputari debet: *Paul. in l. cum hæres, §. Stichus, de stat. lib.*

188 Voluntas quæ est in anima hominis, est in triplici statu, conceptæ scil. prolatæ & scriptæ: *Raud. de anal. lib. 1. c. 2 4. nu. 9.* ¶ De voluntate testatoris, & eius cōsideratione, *Seb. Med. de acq. poss. n. 25. fol. 329. & Men. lib. 1. præs. q. 26.* ¶ Voluntas testatoris debet attendi secund. comunem vsum loquendi: *Ioseph. Lud. concl 38. illat. 104. Declara,* vt sit spectandus comunis vsus loquendi testatoris illius regionis, vnde originem habet testator, non vbi conditum est testamentum: *ibi.*

189 De voluntate dispositionis, *Men. d. q. 26. 27. 28.* ¶ Voluntas & intentio agentis, declararur etiam per actum nullum: *Moller. lib. 2. semest. c. 39. n. 1.* ¶ Voluntas vltima cur suum debeat habere effectum, *Pet. Greg. lib. 1. de Repub. c. 1. n. 23.*

190 Voluntatem testatoris Princeps mutare potest: *Couar. V. R. lib. 3. c. 6. n. 1. versi. primo.* ¶ Voluntatem testatoris ambiguā potest declarare eius hæres: *Iosep. concl. 16. illat. 124. & 126.* vbi declarationes nouem *fol. 57.* ¶ Et testamentum patris, etiamsi sit nullū: *l. fi. de rebus eorum, Thess. dec. 192. n. 12.* ¶ Vltima voluntas quid, *Raud. de anal. lib. 1. c. 27. n. 8. & 9.*

191 Certus de voluntate testatoris, peccat mortaliter illi cōtraueniendo, sub prætextu omissæ solennitatis iuris positiui: *Pet. Dominicus Magdalenus tr. de num. test. in testa. requis. lib. 3. c. 3. n. 47. 49. 56. 96. fol. 122.* ¶ Contra vrbanitatem peccans, non meretur pœnā: 192
lim. nisi inurbane comissa prorsus sint a iure reprobata: *Coler. p. 1. c. 5. num. 60. & 61.* & habitum pro vrbano à lege non præfertur rigori iuris: n. 62. ¶ Legem præcepti, consilij vel vrbanitatis contemnens, qua pœna afficiatur, *Men. lib. 2. cent. 4. c. 380.*

Volo verbū quando inducat dispositionem, *vide Bart. in l. Pamphilo, §. propositum, de leg. 3. & Bar. in l. obliga. & est l. 1. ff. Mand. vbi se remittit ad repetitionem suam, l. cunctos populos, C. de summ. Trin. & fid. cath.* 193

Quod à voluntate alicuius pendet, morte eius extinguitur: *l. 4. ff. loc. Bar. in l. non solum, §. morte, de oper. no. nunc. c. si gratioso, de Rescrip. lib. 6.* ¶ Et quòd ea, quæ à voluntate alicuius pendent, morte finiantur, *vide l. 4. locat. c. si gratiose. de Rescrip. lib. 6. Bart. in l. non solum, §. morte, de op. no. nunc. Alex. in l. centesimus, §. fin. de v. obl. Alex. in l. si stipulatus fuerim illud, aut aliud, eod. tit.* 194

Et si concedo tibi aliquid donec reuocauero, an per mortem intelligar reuocasse, *vide Alex. in d. l. centesimus, §. fi. nu. 11. vide Goz. in l. singularia, lect. 70. si cert. pet.* ¶ Et licet voluntas morte finiatur, *d. l. 4. locati*, tamen mors non ponit contrariam voluntatem: quod infertur ad q. vide sup. *in v. Mand.* 195

Voluntas est ambulatoria vsq; ad supremum vitæ spiritū: *l. 4. de adit. leg. §. disponat, in Auth. de Nupt. l. 1. C. de SS. Eccles. l. si quis, in prin. de leg. 3.* ¶ Voluntas delicti, sicut effectus, punienda: *l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.* 196

Quicquid faciunt homines, intentio indicat omnes: *l. 1. & l. is qui cum telo, C. de Sic. Hip. in l. Diuus, de Sicar.* ¶ Furiosus voluntate caret: *l. qui seruum, de acq. hær.* ¶ Voluntates hominum sunt variæ: *l. quia poterat, ad Trebell.* ¶ Voluntas in lege pro ratione habetur: *gl. in §. furtiuæ, Inst. de vsucap.* 197

Satis lucratur, qui voluntatem suā adimplet: *l. fi. ff. de condit. ob caus. §. præterea, l. si venditor, §. sed si neuter, de in diem adiect. l. fi. de vsu & habit.* ¶ Inter velle & nolle est quoddam medium, scilicet non nolle: *text. & ibi gl. not. in l. 1. ff. de Tribu.* Sic etiam non velle est medium inter velle & nolle: *vt per Alex. in l. qui se patris, in 3. col. in fi.* & ibi alij Moder. *C. vnde lib.* vbi quærunt. ¶ An si dico, nolo esse hæres, dicar repudiasse. 198

Nolle quis dicitur facere, si cessat per cursum anni: probatur in *l. fi. §. 1. ad Trebell. Bar. in consi. 166. circa fi. Ias. in l. si quis arbitratu, in 4. q. Bar. ff. de v. obl.* 199

Nolle & non posse paria sunt: *l. mulier, ad Trebell. l. 1. §. vsus, ff. de Procur. Ferr. in pract. in form. lib. quo agitur ex substitutione, in princ. in verb. substituit vulgariter.* 200

201 Voluntas coacta est voluntas: *l. si mulier, §. pen. ff. quod met. causs. vide Barto. in extra. ad Reprimendum, in verb. videbitur.*

202 De esse voluntatis est, quòd sit libera, nec præcisè cogi potest: *C. de hær. inst. l. cum proponas.* potest tamen cogi necessitate consequentiæ: vide Bar. *in d. v. videtur* ¶ Vbi etiam ponit differentiam inter liberam voluntatem, & arbitrium boni viri.

203 Voluntatis mutatio non præsumitur: *c. cum Martæ, de cel. missa. l. 3. §. fi. de adi. leg. l. Lucius, in fi. ff. de leg. 2. c. maiores, de Baptis. l. eum qui, ff. de prob. l. cum hic status, §. proinde, de Donat. inter vir. & vxor.* ¶ Mutatio morum, an arguat mutationē voluntatis, *vide Bar. in l. penult. ff. de confir. tut.* ¶ Quæ fiunt contra voluntatem facientis, sibi non debent imputari: *c. 1. 2. 3. & in c. itane 32. q. 5. & c. Præsbyteros, 50. dist. vide multa ad hoc per Hip. de Marsi. in l. 1. §. præterea, de qq. in 3. colu. & in l. 1. Chart. 6. ibi decimo octauo, de Sicar.*

204 Quando quis exprimit vel facit illud, ad quod de necessitate tenebatur, illud videtur factū voluntariè: *l. Titia, quæ est lex difficilima, ff. ad l. Falc. vide Bar. in l. 3. §. fi. 2. col. ibi item opp. 1. ad l. Falcid. ff. de leg. 1.* ¶ Voluntas alicuius ex actu etiā nullo declaratur: *l. si ff. de reb. cor. l. legatum, §. fin. de adit. leg. Ioann. de Mont. Fer. in Rub. de v. obl. in vltimis verbis. Hoc vult Bar. in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. vbi Dd. & in l. 1. in 2. colum. de cond. indeb.* ¶ Verbum voluntas simpliciter prolatū absq; dictione Libera, an liberā voluntatē importet, an tantùm arbitriū boni viri, *vide Carol. in l. si quis arbitratu, fol. 140. fa. 2. de v. obl.*

205 Et an contractus in voluntatē alterius remitti possit, & vltimæ voluntates: *vide Soc. & alios, vbi sup.* ¶ Sufficit semel quē voluisse, nam postea nō potest amplius: *l. in diem, vbi plena gl. de hac reg. multa allegat, ff. de aq. plu. arc.* ¶ Quando voluntas vel conatus puniatur, non secuto delicto vel effectu, *vide latè Hipp. in l. qui falsam, ff. de Fals. vide supr. in verb. delictum, in verb. crimen.*

De Vniuersitate.

206 Vide ea, quæ notaui supr. *in lit. C. in versic. de ciuitate, & in versic. de ciue & ciuitate, & in versi. de communione & communitate, & in lit. M. versi. 1. de maio. parte capi.* ¶ Vrbis muros qui transcendit, aut violauit, capite punitur. idque de vrbe Romana intelligendum: *l. vlt. de rer. diuis. Inst. eod.* In alijs verò vrbibus vel castris arbitraria pœna: *glo. & Dd. in d. §. sanctæ, in verb. muri, Roland. à Vall. consi. 84. n. 25. lib. 2. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. q. 68. verb. muros.*

207 Vniuersitas & singuli homines ipsius, an idem sint: *Gabr. lib. 6. concl. quod cuiusque vniuersitatis nom. conclu. 1.* Vniuersitati acquiritur possessio per homines de vniuersitate: *ibid. concl. 2.*

De Voto, & Voce.

Vota religiosa adimplentes excusantur, qui aliàs non essent excusati: *recenset aliqua exempla Hippo. de Marsi. in sing. suo 149. inc. vouentes.* Et tria requiruntur, vt quis obligetur ex voto: 1. Deliberatio; 2. Propositū voluntatis: 3. Promissio subsequens. Iuxta primum & secundum requisitum terminatur, quòd votum calore iracundiæ factum non obliget: *glos. est & determinat per tex. in c. dudum, de conuers. coniuga.* ratio est: Deus enim ad obligandum aliquem sibi, solum cor, non verba respicit: *14. q. 5. c. si quod inuenisti:* & facit tex. qui dicit: militem voluntarium, non coactum eligit sibi Christus: *15. q. 1. c. nota est, Roma. in sing. 514. incip. volo commentare.* 208

Sed qualiter dissoluatur votum, anne per religionis ingressum, vel per matrimonium, docuit Corset. *in sing. suis, in verb. totum.* ¶ De voto facto per minorem, quòd non valeat, neq; impediat matrimonium, consuluit Decia. *in consi. 18. vol. 3.* & contraria soluit. ¶ Habens vocē nomine proprio, & nomine Canonici, an istas voces possit diuidere in voces diuersas? disseritur prò & contra, sed concluditur, quòd non, per Vincen. *in c. quamuis, de offi. deleg.* vbi dicit, quòd delegatus principis, si procedat nomine proprio, & nomine sui collegæ, non potuit ferre diuersas sententias: *& mouetur per text. singularem in c. penul. de electio. in 6.* ratio est: quia qui conscientia putat aliquid iustum nomine proprio, debet censere iustum nomine consocij seu delegantis: *refert, & eum sequitur Abb. in d. c. quamuis, de officio deleg. notauit Corse. in sing. suis, in verb. vox.* ¶ Nominatus à Pontifice in Cardinalē, suspensus, donec declaret sua scripta de hæresi suspecta, quatenus habeat vocem actiuam & passiuā in conclaui, *consuluit Decia. in consi. 8. volu. 1. & ibi de voce multa bona, item de hæresi.* 209

In paritate votorum vel vocum, quorū sententiæ standum, *Thess. dec. 1.* ¶ Vota senatus principis pandens, tenetur capitali pœna: tenetur etiam pœna falsi; *Thess. d. dec. 1. in fi.* ¶ Quis debeat incipere ad votandum in consilio, *Afflict. dec. 1. num. 1.* 210

De Vsufructuario & Vsufructu.

Vsufructuarius dicitur procurator legis, & non potest proprietario, sicut alius procurator, stipulari, vel seruitutē constituere: sed acquisitam benè potest conseruare: *Lud. Roma. in sing. suo 160. incip. procurator potest.* 211

Omnes

212 Omnes fructus rei pertinent ad vſufructuarium, quid autem in vnaquaq; re contineatur nomine vſusfructus, notatur per text. & Dd. *in l. vſufructu legato, in l. item ſi fundi, in l. ex ſylua, & in l. ſequent. ff. de vſufructu.* ¶ Tenetur autem vſufructuarius circa refectionem vel conſeruationem rei, modicā vel paruam facere impenſam, non etiam magnam: *Lud. Rom. in ſingul. ſuo 148. allegat l. ſi domus, ff. de vſu & habitat.*

213 Cogitur præſtare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, ſiue ſit vſufructuarius ex contractu, ſiue ex teſtamento: *l. vſufructu, C. de vſufructu*: an autem non præſtita cautione fructus perceptos faciat ſuos, item quando ſufficiat cautio iuratoria, quodq; ſit procurator domini, & pro conſeruatione rei, quòd poſsit experiri in iudicio, notat Petr. *de Rauen. in aureo ſuo alphabe. liter. V. verſic. vſuſfructus: vide, quæ notaui ſupr. in lit. C. verſi. de cautione vſufructuaria.*

214 Tenetur etiam ad collectam fundi: *l. quæro, ff. de vſufruct. legat.* niſi tanta eſſet ſolutio collectarum, quòd æquiualeret perceptioni fructuum: iſto caſu teneretur proprietarius: *Ludo. Roman. in ſingula. ſuo 157. incip. tu ſcis, Petr. Gerard. in ſingula. ſuo 35. num. 3.* aliud exemplum, ne legatum fiat inane, *poſuit d. Lud. Roman. in ſing. 437.* ¶ An vſufructuarius re abutens eam amittat, an verò ad intereſſe tantùm teneatur, *vide VVeſenb. in par. quibus modis vſuſfr. fin. in fin. Bart. de vſufr. in fin. Zaſius n. 10. tr. de feud. num. 55. in fin.* ¶ Ad *l. generali, §. 1. ff. de vſufruct. leg.* vide Cuiac. *lib. 10. obſ. 39. & lib. 24. cap. 8.*

215 Sed an vſufructuarius omnium bonorum teneatur ſoluere legata, & æs alienum? concluditur contra Barto. quòd non, neq; ad legatorum, neque ad æris alieni ſolutionem ipſum teneri: quæ quòd ſit communis opinio, teſtatur Geyl. *in lib. 2. obſeruat. 146. & tenuit Matth. de Matheſil. in ſingula. ſuo 4. & ibi Gabr. Saray. in addit.* ſed d. Geyl. dat cautelam iſto caſu pro hærede, (*Vt videlicet prius deducto ære alieno & legatis bona vſufructuario vtenda fruenda reſtituat.*) contra vſufructuarium, vt conſulatur ipſi & creditoribus: *in d. obſeruat. 146. lib. 2. numer. 7.* quam cautelam nota.

216 Limitat tamen, quod dictum eſt, vſufructuarium non teneri ad legatorum præſtationem, quòd non habeat locum in annuo legato præſtando: nam ſecundùm magis communem concluſionem legata annua ab vſufructuario omnium bonorum eſſe præſtanda, affirmat Geyl. *in d. obſeruat. 146. num. 8.*

217 Simili modo vxor vel vidua, licèt vſufructuaria omnium bonorum mariti conſtituta fuerit, & conſtitui poſsit, nihilominus liberis exiſtentibus, debet præſtare ipſis legitimam: cum deciſione, (*quòd imò eo in caſu tantùm alimenta ipſi præſtanda ſint,*) dixit, & rationem eius poſuit, Geyl. *in d. obſer. 144. obſeruat. lib. 2. num. 1.* ſecùs, quando tranſuerſales: vel alij extranei eſſent hæredes *docuit Alex. de Imo. in conſi. 29. vol. 4.*

Sed quando ſub conditione vna vel 218
pluribus vſufructuaria fuerit inſtituta, (puta, ſi morata fuerit cum literis meis in vna domo.) neceſſe eſt, quòd impleatur conditio in forma ſpecifica, vt fiat legati capax: *l. qui hæredi, ff. de condi. & demonſt.* Si tamen commodè vel honeſtè in domo teſtatoris, cum liberis morari nequeat, poteſt licitè mutare habitationem: *Bald. in Authen. hoc locum, C. ſi ſecund. nupt. mulie. Geyl. in d. obſerua. 144. lib. 2. num. 10. & 13.* Et iſto caſu, quando legatū eſt ſub conditione, vt habitet cum hæredibus, quid vidua operari debeat hæredibus in domo mariti mortui, notat Bal. *in l. 1. C. de leg. & Bartol. in l. diuortio, ff. ſolut. matrimon.*

An vidua vſufructuaria omnium bono- 219
rum poſsit repetere dotem ab hæredibus, remiſsiuè notauit (*opiniones contrarias*) Geyl. *in d. obſeruat. 144. lib. 2. num. 15.* ¶ Sed an teneatur ad cautionem vſufructuariam, (*Tenetur vtiq;.*) & ad ſolennis inuentarij confectionem, (*Tenetur, niſi teſtator remiſerit, quo caſu deſcriptio bonorū, etiam minùs ſolennis, ſufficit.*) vel an poſsint à teſtatore remitti, & quid iſto caſu faciendum, vide eundem Geyl. *in d. obſer. 144. lib. 2. num. 16. Et in ſequent. obſer. 145.* ad longum tractat, an cautio vſufructuaria poſsit remitti: (*Regulariter non poteſt: eaq; communis eſt opinio, & indiſtinctè locum habet, etiam in ijs rebus, quæ vſu conſumuntur.*) in quibus caſibus remiſsio locum habeat vel non, *vide ibi.*

Sed vſufructuaria, tranſiens ad ſecun- 220
das nuptias, quibus conditionibus retineat vſumfructum, *notatur in Auth. cui relictum, C. de indicta viduitat. tollen.* Tranſitus enim ad ſecunda vota, regulariter non impedit percipere relicta à primo marito: *l. 2. C. de indic. vidui. tollen.* niſi datum vel relictum fuerit ea lege, vt & ſecundis nuptijs interiret: *Auth. hoc locum, C. ſi ſecund. nup. mut.*

Vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis reb. 221
alienis vtendi, ſalua rerum ſubſtantia: *in pr. Inſt. & l. 1. ff. eod.* Eſtque (non admiſsâ Dd. traditione de cauſali & formali) verus, vel quaſi vſusfructus: *Coraſ. lib. 5. miſcel. 3. Diſſent. Paul. in l. 2. C. de bon. mat. Cuiac. ad l. 58. de v. obl.* ¶ Vſusfructusfr. eſt diuiduus: *Hoto. quæſt. illuſtr. 20.* quamuis reliquæ ſeruitutes indiuiduæ: *l. 1. §. 9. ad l. Falc.* ¶ Vſumfructum dominij partem non eſſe, theoricæ veritati conſonum eſt: *l. rectè dicimus 25. de verb.*

verb. signi. l. Mauius, 66. §. fundo, de leg. 2. l. si à reo 7. §. si reo, ff. de fideiuss. item l. 4. de vsufructu & ibi Gothofr.

222 Et nota, vsusfructus sic legatus, donec in viduitate & castè vixerit, quòd per istam dictionem DONEC, annuum legatum sit constitutum, & debeatur quolibet anno: *l. si in singulis, ff. de auro & argento legat. Alex. de Imo. in d. consi. 29. vol. 4.*

Sed legatum vsusfructus omnium bonorum, vxori relictum, alio hærede post eius mortem instituto, an valeat? *Geyl. in obs. 143. lib. 2. obs.* hanc quæstionem pulcherrimè disputat in parte negatiua, sed conclusit pro parte affirmatiua, quòd contrarijs non obstantibus, eiusmodi legatum benè valeat: imò istam affirmationem benigniorem & æquiorem appellat: *vide Barto. in l. Titia, §. fin. ff. de leg. 2. & per illum Paulum Castren. in hac materia consulentem, in consi. 390. incip. quia vxor.*

223 Sed pro istius materiæ, de vsufructu, pleniori cognitione, quid nempe sit vsusfructus? qualiter, & in quibus rebus constituatur? quos fructus vsufructuarius acquirat? ad quem spectent impensæ, factæ in re vsufructuaria? an ad proprietarium, vel vsufructuarium? & quib. modis finiatur, & amittatur vsusfructus? de istis omnibus & singulis in suo ordine, vide Schneidevv. *in commentarijs ad Institu. super titulum de vsufructu, per totum.* An de vsufructu vniuersali relicto vxori, possit per substitutũ detrahi fideicommissum maiorum? quòd sic, respondet Decian. *in consi. 57. vol. 1.* nisi testator illam molestari prohibuerit hæredi suo: *n. 9. & in seq.*

224 De transmissione fructuum rei vsufructuariæ, Wie weit Erbnisse in Leibgedingen/vñ dergleichen/ den Erben der verstorbenen Personen folgen sollen/ wann die Person vor verfliessung der järlichen oder bestimbten zeit abgange/ *habetur in Const. Electo Saxo. Art. 16. parte 3.* & decisum est, quòd percipiant hæredes pro rata temporis, quousq; vsufructuaria vixerit. & dicitur, istam sententiam magis esse æquiorem: *vide quæ notaui supr. in lit. D. versi. de dote, donatione propter nuptias, & de dotalitio, & in litera F. versi. de fructibus feud.* de hac materia simul, & de vsu & habitatione, notata sunt quædam supr. *in lit. S. versi. de seruitutibus vrban. prædior.*

225 Vide de vsufructu notatu digna in Seb. Med. *de acquir. possess. gl. 1. verb. siue ius aliquod p. 3. n. 121. & seqq. multis.* Gabr. qui habet 3. concl. de vsufructu, & Carol. Tapia. *in Authen. ingressi verb. sua c. 16. C. de SS. Eccl.* ¶ Vsusfructus omnium bonorũ legari potest: *Seb. Med. d. lo. n. 163. fol. 343. vbi 6. ampl & 7. lim.*

226 Vsusfructus hæreditatis intelligitur deducto prius ære alieno: *Viuius dec. 367. lib. 2.* ¶ Vsufructuarius quando teneatur soluere debita defuncti: *Couarr. var. resolu. lib. 2. c. 2.* ¶ Relicto vsufructu bonorum suorum à viro mulieri, quomodo vti possit, *Viuius dec. 146. n. 7. lib. 2.* ¶ Vxor in mariti sui testamento vsufructuaria omnium bonorum relicta, liberis prædefunctis licèt substitutũ habentibus, integrum consequitur vsumfructum, cautione de vtendo fruendo salua rerum substantia prius præstita: *Viuius dec. 420. lib. 3.* ¶ Pater in bonis maternis filiæ non habet vsumfructum: *Bart. 11. LandR. lib. 1.* quem refert Dauth. *de testa. fol. 207. sub n. 159.*

Vsusfructus est totius rei vsus ad libitũ, 227
& non tantùm pro personæ indigentia, manente tamen salua substantia rei: *l. 1. ff. de vsufruct. Inst. eod.* vsus, tantùm pro indigentia personæ. ¶ Vsusfructus ab vsufructuario cedi non potest, nisi proprietatis domino: *l. si vsusfructus fundi, de iur. Dot.* An si matri vsusfruct⁹ vna cum filiabus relictus sit, ea mortua vsusfructus cum proprietate consolidetur, an verò potius per ius accrescendi ad filias spectet, *vide Curt. consi. 14.*

De Vsu proprio.

STante statuto, quòd quis sub pœna non 228
extrahat frumentum de ciuitate, quòd non comprehendatur tale frumentum, quòd extrahitur pro vsu proprio, licèt mutauerit postea propositum, & illud vendiderit, notauit per iura Hippol. *de Marsil. in singul. suo 86. incip. statutum.* ¶ Sed scias, quòd isto casu stabitur iuramento, portantis frumentum extra ciuitatem, an portauerit pro victu suo, nec ne. *Ita dixit Ioan. de Imo. in l. cætera, §. final. ff. de legat. 1. Bald. in l. cum proponas, C. de nauti. fœnore.* Aliud exemplum in materia vsus proprij, de non soluendo gabellam, pro equo suo, quem quis equitat per ciuitatem, posuit Hipp. *in d. singul. 86. in fin. potest cogitari de similibus.*

De communi Vsu loquendi.

VVlgi vsus loquendi non facit ius: *Moll.* 229
lib. 1. Semest. c. 26. n. 2. ¶ Statuta fauorabilia, pœnalia, odiosa, intelliguntur secundũ communem vsum loquendi: *Marsil. de ban. verb. cuius, n. 46. & lim. 2. modu, n. 47. n. 48.*

De communi vsu loquendi & eius pro- 230
batione, *Menoch. lib. 2. centur. 5. casu 488.* ¶ Vsus comunis loquendi facit, vt à proprietate verborum recedamus: *Prukm. in rubr. quæ sint regal. n. 4. vbi multa ad hoc Cou. V. R. lib. 3. c. 5. n. 1.* ¶ Vsus comunis loquendi in quacunq; materia, semper præfertur ꝓpriæ significationi: siue ex definitione, siue ex Etymologia, siue etiam ex iuris autoritate procedat: *Seraph. priu. 77. n. 20. fol. 487.* ¶ Communi vsu loquendi nõ probato, comunisq; interpret. sensu, omnino verba sunt intelli-

genda secundum ll. & iurium significationem: *Couarr. d. c. 5. n. 1.* Et testamenta, contractus, similesq; hominum dispositiones, vulgari sermone prolatas vel scriptas, esse interpretandas iuxta vulgarem significationem, *Couar. d. lo. n. 1.* ¶ Abusus rerum plerumque punitur earum priuatione: *Ioh. Frid. Hus. de homin. propr. c. 8. q. 5. nu. 22. & seqq. fol. 172. & n. 24. & seqq. vbi exempl. multis illustratur.* ¶ Sic ob sæuitiam multa in iure conceduntur. *Men. lib. 2. cen. 2. c. 138. & Asin. de exec. §. 3. c. 84. nu. 3. vsq; ad 9. vbi tot exempla.*

De Vsuris & Vsurarijs.

231 QVicquid supra datum exigitur, & quicquid sorti accedit, vsura est: *c. putant, & c. plerique 14. q. 3.* Imò si mutuò dederis pecuniam tuam, à quo plus quàm dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid aliud plus, quam dedisti: siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud: si plus, quàm dedisti, expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, & non laudandus; *c. si fœneraueris, d. c. 14. q. 3.* Imò spes ad antidora, vel aliqua alia liberalitas, nequaquam debet deduci in pactū, conuentionem, vel aliam obligationem: *Gotfredus, & alij in c. consuluit, de vsuris:* quia deducere in pactum: sapit spem lucri.

232 Hinc etiam est, quòd non potest pacisci, vt sibi remutuetur: quia vsura est: *prout tradunt Dd. in d. c. consuluit, de vsuris: consuluit per Dd. & alia iura Hen. Göden. in consi. de præscrip. pignor. in 5. quæst. n. 86. & in seqq.* Imò etiamsi mutuo aliud nomen imponas, tamen potest censeri in fraudem vsurarum esse factū, vnde æquè vsurarium erit iudicandū: quodcunque enim nomen imponas, vsura est; *glo. antepen. in c. in ciuitate, de vsuris.*

233 Imò omnis contrahens ea intentione, vt fortè plus recipiat, dicitur contrahere vsuram: *tex. est in dict. c. consuluit, de vsur.* & sic contractus vsurarius cadit tam in contractu palliato, quàm vero: *d. Hen. Göd. de præscript. pignor. n. 97. vsq; ad n. 100.* ¶ An tutores possint pecuniam pupillorum fœnori collocare, vide Couar. *lib. 3. var. resol. c. 2. Hart. Pist. lib. 1. quæst. 49. n. 20. & seqq.*

234 Quando autem, & in quibus contractibus, fraus vsurarum præsumatur, vide gl. *final. in c. conquistus, ext. de vsuris.* ¶ Contractus emptionis & venditionis cum pacto de reuendendo factus, quando mutuum præcesserit, præsumitur vsurarius: *Lud. Roma. in sing. suo 368. incip. quæro, an pactum: Dd. in c. ad nostram, de emption. & vendit. c. tua nos, de pig. cum similibus.*

235 Et si modicum fuerit precium, præsumitur contractus in fraudem vsurarum: *d. c. ad nostram, de emption. & vendit. tenet VVesenbe. in paratit. ff. de vsuris, n. 14.* præcipuè præsumitur, si emptor consueuerit exercere vsuras: *gl. final. in c. conquestus, de vsuris.* Sic etiam pœna adiecta dationi, intelligitur adiecta in fraudem vsurarum: siue stipulator sit solitus fœnerari, siue non. *Alex. de Imo. in consi. 50. & 51. vol. 4.* & quòd sic non possit pœna peti, notauit per Dd. prò & contrà tenentes, Petr. *de Rauen. in suo alphab. lit. V. versi. de vsura.* Item ex pluribus quòd contractus præsumatur fœneraticius & vsurarius, consuluit Men. *in consi. 110. vol. 2.*

Item præsumitur pactum eiusmodi in fraudem vsurarum adiectum, si contractus resolutio dependeat à facultate emptoris: *Alex. de Imo. in consi. 46. volu. 3.* pulcherrimè docuit Petr. Gerard. *de Petr. Sanct. in singula. suo, n. 2. & in n. 7.* vult, quòd præsumptio vsurarum non procedat in rustico propter iuris ignorantiam. De præsumendo contractu vsuratico, & in specie contractus factus cum Imperatore, quando præsumatur vsuraticius, consuluit Decian. *in consi. 2. vol. 1.* & ibi latè dixit de Imperatore & Principe, & de vsuris. 236

Vsura autem prohibetur in omni iure: in iure diuino videlicet, in testamento veteri, *Exod. cap. 22.* ibi: Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum, quasi exactor, nec vsuris opprimes. Deuteron. *cap. 23.* Non fœneraberis fratri tuo ad vsuras, nec pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliā rem, sed alieno; fratri autem tuo absque vsura, id, quo indiget, accommodabis, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in omni opere tuo. *Prouerb. cap. 28.* Qui coaceruat diuitias vsuris, & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. *Ezech. cap. 18.* Iustus est, qui ad vsuram non accomodauerit, & pignus debitori suo reddiderit. 237

Idem *cap. 22. ibi:* Vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris, meique oblita es, dixit Dominus Deus. *Psal. 14.* Habitabit in tabernaculo tuo, & requiescet in mōte sancto tuo, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit: *& Psalm. 71. In Testamento nouo, Matth. 10. ibi:* gratis accepistis, gratis date. In iure Cano. sunt prohibitæ vsuræ, *in c. super eod. de vsuris:* Ibi est ampliatio, quòd nec quis pro redemtione vitæ captiui vsurarum crimine inuoluatur: *c. quia in omnib. eod. tit.* ibi, quòd careat etiam sepultura: *& c. consuluit, eod. ibi secund. Lucā,* Date mutuo, nihil inde sperantes. 238

Quamuis obligationes res sunt aliæ à corporibus. *§. 1. Inst. de rer. diu.* non tamen inde consequitur, vsuras esse contrarias iuri naturali. Nam si vsuræ ex obligatione causam 239

 sam

iam habent, *vt l. 121. de v. sing. dicitur*, & obligationes ad ius gentiũ vel ciuile referuntur, *l. 5. in fin. de iust. & iur.* dicendum ius vtrumq; naturæ repugnare, quod absurd. est. Vsuræ igitur Iuri naturali contrariæ nõ sunt. Nam si proximi mordendi libidinẽ ab vsuris abstuleris, perindè vsuræ tolerari possent, atq; pensiones ædium conductarum, dimidiũ iusti non excedentes. Nihil enim interest, fructum ex ædibus percipias, an ex nummis: *Gothofr. ad d. l. 121. de V. S.* ¶ An iudex in vsurarium possit inquirere criminaliter, vide Marant. *par. 6. n. 110. & seqq.*

240 Sic, cùm sint prohibitæ vsuræ iure veteris, & noui Testamenti, & de iure Canon. censentur etiam prohibitæ de iure ciuili, Dissent. Marant. *par. 6. num. 108.* vbi dicit Iustinian. Impera. qui fuit vir Catholicus, vsuras permisisse: *per l. eorum qui, C. de vsuris*, cum iura ciuilia non dedignentur imitari sacros Canones: *vt in Authen. de Ecclesiast. titulis, §. de regulis, c. vlt. in fin. cum gloss. fin. de secund. nupt. & c. 1. de noui oper. nunciat.* Imò vsurarius faciens contractus vsurarios, contemnit Deum audaciùs, naturam expreßiùs, scripturas deteriùs, & iura diutiùs: *pulcherrimè ista dixit Alex. de Imo. in consi. 49. vol. 4. & ibi in ista materia vide bona.* Contrarium dicens potest puniri vt hæreticus: *vt in Clem. 1. de vsuris: vide tamen declarationes, positas per Gabr. de Saray. in addit. ad sing. 49. Matth. de Matthesi.*

Propterea etiam Constitut. Imperij de
241 vsurarijs contractibus, in Comitijs Augustanis, anno M. D. & postea anno M. D. XXX. & anno M. D. XLVIII. promulgatæ, contractus vsurarios reprobant, adeoque supremis, medijs, & infimis iudicibus, seriò mandant, ne super eiusmodi contractibus iudicent, neque executionem faciant, imò ipsum vsurarium in amisione quartæ partis sortis mulctant: & Notarius, conficiens huiusmodi instrumenta vsuraria, periurium committit, & ideo infamia notatur, & cadit officio: *textus est in l. iubemus, C. de test. refert Geyl. in obseruat. 4. lib. 2. pract. obseruatio.* Item quòd proxeneta contractus vsurarij, & Notarius scribens instrumentum vsurarium, teneantur ad vsurarum restitutionem, notauit Lud. *Roman. in singu. 275. incip. fui interrogatus, & Hipp. de Marsi. in singu. 181. incip. mandans fieri.* De alia pœna proxenetæ contractus illiciti & sic vsurarij, idem Roman. *in sing. 730. incip. proxeneta.* & Notarij conficientis vsurarium instrumentum, idem Rom.
242 *sing. 385. incip. pone quòd Notarius, n. 3.*

Ipse vsurarius, seu fœnerator manifestus, quòd sit infamis, adeò etiam, quòd super eius testimonio non poßit deferri iuramentum suppletorium, dixit Hipp. *de Marsi. in singula. suo 273. incip. notißimum*, nec etiam eorum libri faciunt fidem: *Matth. de Mathesila. in sing. suis 49. & 196. docuit, & declarauit tamen ibidem Gab. Saray. in additione, quam vide.*

Imò vsurarius manifestus, si non restituerit vsuras realiter, & effectualiter & sine 243
contritione sufficienti decesserit, careat sepultura: *textus & gloss. in c. quanquam, in prin. de vsuris, in 6.* & ibi *in gloss. 1.* declaratur, qui dicantur vsurarij manifesti.

Prohibetur etiam, ne quis intersit vsurariorum manifestorum testamentis, imò 244
non valeat vsurarij testamentum, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro viribus suarum facultatum præstent (vt præmittitur) idoneam cautionem: *est clarus tex. & ibi notant Dd. in dict. c. quanquam, in fin. de vsuris, in 6.*

Sed mouent Dd. quæstionem: testamentum factum ante præstitam cautionẽ, post eius autem præstationem an reconualescat, & valeat? disputant prò & contrà, sed concludunt, quòd reconualescat: *Bart. in l. filio præterito, in fin. ff. de iniusto rup. & irrito testament. Bald. in l. vniuersa, C. de precibus Imper. offerend. Dd. in d. c. quanquam, de vsuris, in 6. Pet. de Rauen. notauit remißiuè in aureo suo alphab. lit. V. vers. vsura.*

Vsurarius manifestus etiam non admittatur ad confeßionem, & careat absolutione: *in d. c. quanquam, & ibi Dd. de vsuris, in 6.* 245
¶ Sed pactum vsurarium, contractui licito adiectum, an totum vitiet contractum? docuit (*quòd non*,) Geyl. *in obseru. 4. lib. 2. pract. obseruat. Cam. Imp.* ¶ Item stipulatio earum, an nullum faciat contractum principalem? (*Negatur.*) idem Geyl. *in obser. 5. lib. 2.* ¶ Sed contractus Antichriseos quis sit, & an sit vsurarius? (*Distinguit post Mudæum, an sui commodi tantùm, vel iuuandi proximi causa creditor hunc contractum celebrauerit.*) vide apud eundem Geyl. *in obs. lib. 3. d. lib. 2.*

Sed ista, quæ superiùs dicta sunt, intel- 246
ligi debent de vsuris lucratorijs, vel de compensatorijs, aut punitorijs, in immensum exactis: eiusmodi triplicem vsurarum speciem fecit VVesenbec. *in paratit. ff. de vsuris, numer. 5.* dicens, cum seqq. quòd vsuræ lucratoriæ sint illicitæ, & turpes: compensatoriæ quòd non sint in vniuersum interdictæ: punitoriæ quòd sint licitæ, deberi enim à tempore moræ, & venire eas ratione interesse: de quo notaui supr. *in litera M. versic. de mora.* docet quæ vsuræ illustribus, nempè annua quatuor in centum: mercatoribus octo: cæteris hominibus sex, quòd olim cõcessa fuerint: & quidem taxat regionem Saxo. illam sex concedere.

Sed hodie dicit, quinq; pro centũ per- 247
cipere vnicuiq; licere, cùm leues sint. Et iuxta taxationẽ istarum cõperi sæpißimè esse pronun-

pronunciatum & exequutum. ¶ Et nota, vsuræ quòd non debeantur, nisi ex solenni stipulatione, non etiam ex nudo pacto: solutæ autem ex conuentione, quòd nõ repetantur, neq; in sortem computentur: *habet in l. 3. C. de vsuris, & in l. Titius, ff. de præscript. verb.* excipe in fœnore nautico vel traiectitio: *l. eos §. in traiectitijs, C. de vsuris: VVesenbec. in paratit. ff. de nautico fœnore.*

848 Vsuræ vltra debitum perceptæ, quatenus computentur in sortem, & quòd extenuent illam, notaui supr. *in lit. F. versi. de fructibus pign.* nota lucrum vsurarum quòd à lege vocetur dulce lucrum: *l. aut prætor, §. si quid, ff. si quid in fraud. creditor.* ¶ De vsuris vsurarum, quòd non debeantur: *habetur in l. fin. C. de vsuris*, non possunt peti, etiamsi sint promissæ, & solutæ repetuntur: *VVesenb. in cons. 72. par. 2. & ibi multa bona docuit in hac vsurarum materia. Et si aliqua in ista materia sint notata.*

849 De vsuris & vsurarijs, *Pet. Greg. in part. lib. 3. tit. 4.* Vsurarius ore lingit, & cauda, sicut Scorpio, stringit: *Bout. de stat. vrb. præsc. §. 11. fol. 45. 46. Raud. d. lo. late.* ¶ De vsuris quædam in Coler. *de process. exec. p. 1. c. 10. n. 28. & seqq. fol. 275.* & an an in mutuo peti possint, & qua quantitate, *ibid. Virg. de Bocat. de manutent. in poss. c. 18. n. 61. & seqq.* Vsura quid, & quo iure prohibita, *Couar. Var. resol. lib. 3. c. 1.* ¶ Sors & vsura, an simul peti possint eod libello, *Mynsing. cent. 1. obser. 57.* ¶ Nauticũ fœnus, de iure ciuili permissum, an hoc ius tollat ius Canonicum, & vtrùm mutuás ea lege, vt propter periculũ susceptũ aliquid vltra sortẽ recipiat, præsumatur nõ aliter fuisse mutuatus, *Fach. in lib. 2. c. 48.*

850 Contractus vsurariúsne sit, cũ quis rustico mutuat ea lege, vt agrũ eius colat iusta tamẽ mercede, *Fach. lib. 2. controu. iur. c. 54.* ¶ Vsurã an committere dicatur is, qui fœnori pecuniam accepit, quam & alijs fœnori dedit, *Fachin. d. lo. c. 55.* ¶ Cõtractus vsurarius sententia firmari non potest: & sententia ista non transit in rem iudicatam: *Ant. de Butr. cons. 28. vbi add. Caballini, verb. indicatã.* ¶ Pœna adiecta promissioni quantitatis, cẽsetur in fraudem vsurarum, quando adiecta est in continenti in eod. instrumento: secus, si ex interuallo: *Fœn. de mom. c. 21. n. 17.*

851 An & quando pactum de retrouendendo, modicitas precij, subsequens locatio, solitum fœnerandi, & huiuscemodi plura, arguant contractum fœneraticium, *Raudens. de analog. lib. 1. c. 30. n. 160. & multis seqq. ad c. vsque fin. item datio in solutum.* ¶ Contractus celebratus sub nomine venditionis vel insoluti, cum pacto de non reemendo, nisi intra certum tempus, & quòd possit reemi cum modicitate precij, & clausulis insolitis, à debitore non habente ad manus pecunias pro soluendo eius debitũ, dicitur vsurarius illicitus, & pignoraticius & fructus cõpensantur cũ sorte: *Caualc. p. 2. decis. 47. aliàs in contract. 1.* ¶ Contractus venditionis & insoluti, quando dicatur licitus, & quando fœneraticius & pignoraticius, *Caualc. d. decis. 47.*

Contractus vsurarius, quot & quibus cõiecturis dicatur vsurarius, *Caualc. dec. 48. aliàs p. 2. decis. 2.* ¶ Locans boues ad laborandum, cũ hoc, quòd æstimentur, & fine locationis soluatur medietas diminutionis æstimationis, itẽ quòd portetur frumentũ ad domum locatoris, & quòd intra certum tempus cõductor probet, mortem & casum absq; eius culpa euenisse, dicitur facere contractũ illicitũ & vsurarium: *Caualc. dec. 49. aliàs p. 2. dec. 3. & dec. 32.* ¶ In materia vsurarũ, si contractus in totũ non est prohibitus, & tota mens non sit deprauata, vtile per inutile non vitiatur: secus, si essent in casu illicito & prohibito, & tota mens esset deprauata: *Caualc. dec. 59. aliàs p. 2. dec. 13. in contract.* 852

Dans pecuniam de Mense Septembri alicui, vt det de Mense Ianuarij tantum oleum in loco suo ad valorẽ cõmunem & currentẽ d. lo. in dicto tempore omnib. expensis, recipiens pecunias, an dicatur cõmittere vsurã, & facere contractũ illicitũ, *Caualc. dec. 60. aliàs p. 2. dec. 14. in contract.* ¶ Et quid, si recipiens pecunias, non soluerit oleũ de Mense Ian. & mense Maij emerit à soluente pecuniã, dictũ oleum per eum soluendum, & promiserit de nouo preciũ illud soluere in tanto oleo de mense alio Ianuarij iuxta cõmunem valorẽ currentẽ in illo loco, expensis omnib⁹ illius, qui soluere debet oleũ. vide *Cau. latè d. dec. 60.* ¶ Emens frumentũ, oleũ, vinum, & similia, & vno tẽpore cũ hoc, quod soluatur tẽpore recollectus, pro pretio currẽti & cõmuni in illo loco, tẽpore solutionis, an dicatur cõmittere vsurã, *d. dec. 60. & ib. plures similes vide casus.* 853

Instrumentum vsurariũ in quolibet cõtractu potest reperiri, coniecturis interuenientibus: *Caualc. dec. 32. p. 2.* ¶ Instrumentũ locationis, quando & quib. coniecturis præsumatur vsurarium, & in fraudem vsurarum celebratum, *ibid. d. dec. 32.* ¶ Pacta illicita, & contra naturã contractus, reddunt contractum vsurarium & suspectũ & omnia pacta & clausulæ sunt simulatæ & suspectæ: *d. dec. 32.* ¶ Pœna adiecta quantitatis dationi, non debetur, vti in fraudẽ vsurarũ apposita: & quid, si à iudice vel statuto adiecta fuerit, *Tess. dec. 98.* ¶ Pactum intra contrahentes factum, vt fructus rei pignoratę in sortem non computentur, an sit vsurarium, *Tess. dec. 97.* ¶ Quando venditur annuus reditus pecuniarius certus, & ad certum tempus, tunc censetur factus in fraudem vsurarum: & fructus percepti sunt computandi in sortem principalem: *Viuius lib. 1. decis. 84.* 854

255 Pendente discussione instrumenti vsurarij, non potest procedi ad ipsius executionem: *Viuius decis. 304. lib. 2.* ¶ Contractus censualis licitus censetur: cuius 13. sunt requisita: *Viuius decis. 369. lib. 2.* ¶ In contractibus vsurarijs vsuræ solutæ computantur in sortem principalem, & illa extenuant. *Viuius decis. 373. lib. 2.* ¶ Vt quis dicatur vsurarius, sufficit probare, quòd publicè pro vsurario habeatur; *Viuius decis. 378. lib. 2.* ¶ Contractus in totum nō annullatur, quando est suspectus de vsuraria prauitate: sed solū pacta illicita habentur pro non scriptis, & de medio tolluntur, & licita firma remanēt: *Caualc. dec. 69. aliàs p. 2. dec. 24. fol. 158. Geil. lib. 2. obser. 4.*

256 Vsuræ in totum sunt prohibitæ: *Raud. de analog. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 12. n. 22.* vbi multos ad hoc accumulat. Quatenus autē cōcessæ, *Dauth. de testam. fol. mihi 140. in add. marg. incip. obijciat.* ¶ Vsurarius manifestus qualiter cognoscatur, *Men. in arbitr. cas. 235. Didac. var. resol. lib. 3. c. 3. n. 4. Gabriel lib. 7. de malefic. cond. 20. vide Schneid. & ibi notata, §. fi. inst. quib. non est permiss. fac. test. Clarus §. vsur. vers. sed hic quæro hoc, in cons. 127.* Et an per testes singulares probetur vsurarius, *Didac. dicto c. 3. n. 5. Cacheran. dec. 72. in fin. Clar. in praxi crim. §. fi. quæst. 53.* & plures remiss. vide *in addit. Caball. ad cons. 28. Anton. de Butr. verb. probetur Raud. de analo. lib. 1. c. 30. n. 159. & seqq. passim.* Et solitus fœnerari qui dicatur, *222. & seqq. Viuius lib. 2. dec. 378.* Et an requiratur sententia declaratū esse vsurariū, *Schrad. in add. ad Modest. P. st. quæst. 97. p. 2.* ¶ An ad restitutionem vsurarum perceptarum teneantur vsurario, mercatores, Institores, Procuratores, & alijs qui eius nomine vsuras exigūt, *Fach. lib. 2. contr. iur. c. 55.* ¶ Iudæus nulla præstita cautione de vsur. reddendis testari potest; *Raud. de analog. lib. 1. c. 22. n. 129.* ¶ Vsurarius manifestus prohibetur sic testari nō solùm per testamentum, sed etiam donationē causa mortis & aliam voluntatem vltimam: *Raud. de analog. vniu. & æquiu. lib. 1. c. 15. n. 45. vsq. ad 49.* De Testamēto vsurarij, in quo instituit filiam, an valeat, *Ant. de Butr. cons. 25.* & eius testamentū quando reddatur nullum, *cons. 28.* ¶ De pœnis vsurariorum, *Couarr. V. R. lib. 3. c. 3. vide Schultz in d. quæst. 97. p. 2. Modest. Pist. n. 10. fol. 258.* ¶ Vsurarius contractus, an præsumatur continere pecuniam debitā ex mutuo, & ex venditione alicuius rei, quæ sunt minoris precij, quàm venduntur, vel omninò nullę, vt puta debita, quę exigi nequeunt? Et quòd sit, & rescindatur contractus, *Capyc. decis. 49.* Debito cadunt tales plus petentes, vel impeditur eius exactio: *Capyc. decis. 175.* ¶ Quāuis pœna adiecta obligationi quantitatis, censeatur facta & apposita in fraudem vsurarum, tamen fallit, si iuramentū sit appositum: *Seraph. priuil. 53.* ¶ Vsuræ quando possint peti loco & tanquam interesse, Thomas Doccius *cons. 33. nu. 11. & 12. refert Raud. de analog. lib. 1. c. 12. n. 28. in fin. Couar. V. Resol. lib. 3. c. 4.*

Vsura est, quicquid vltra sortem exigitur: *c. vsura 14. q. 4. vide pulcrè Abb. in c. cùm sit, in 7. col. de for. & in c. cùm venerabilis, de Except.* ¶ An autem vsuræ de iure ciuili sint prohibitæ, & an tit. in C. & ff. de vsur. sint correcti: & an aliquo casu peti possint, vide Ias. *in l. cunctos populos, in 10. & 11. col.* vbi copiosè in materia vsurarū pulcras quæst. decidendo loquitur, *C. de sum. Trinit. & fide Cath.* ¶ Vsuræ ex veteri & nouo testamento sunt prohibitæ, & ll. canonicis; *tex. & ibi Abb. in c. quia in omnibus, de vsu.* Imò etiam de Iure ciuili: *vide Abb. in c. cùm sit generale, in 7. col. de for. compet.* ¶ Vsuræ num omninò sint prohibitæ; *vide l. Iulianus, §. ex vendito, de act. empt. gl. in c. conquestus, de vsu. l. commissoriè, C. de pact. conuent. l. 2. C. de vsu. rei iud. vide in verb. tutor.* 257

De iure tamen Canonico hodie in contractibus bonæ fidei vsurarum loco interesse petitur, licet non vt vsura: *vide Abb. in c. cùm venerabilis, de Except. & pulcrè eundem in c. conquestus, de vsur.* ¶ Vsuræ prohibitæ etsi sint, lucrum tamen honestum admissum est, etiam de Iure Canonico: *c. per vestras, de Donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. Diuus Seuerus, ad l. Falcid.* vt si quis pecuniam suam dat mercatori, vt honestam lucri partem annuatim percipiat: *vide ad hoc Abb. in d. c. conquestus, & in d. c. per vestras.* ¶ De iure Canonico aliquod peti potest vltra sortem ratione interesse, non solùm damni cōtingentis, sed etiam lucri cessantis: vt, si vendidi tibi rem, & tradidi, & si in termino constituto habuissem preciū fortè lucratus fuissem, quia solitus sum mercari, tenetur mihi ad interesse. Idem est in mutuo, vt si debitor non soluit in termino, possit haberi respectus post terminū ad lucrum cessans: dummodò sit talis persona, quòd verisimiliter iustè fuisset lucratus, & iudex hoc habebit æstimare: *ita not. dixit D. Abb. post Petr. de Anco. in d. c. conquestus. de vsu. vide Abb. in cons. 114. vol. 2. & D. Alex. in cons. 1. vol. 2. & 14. q. 4. per totum, & cons. Carol. & Ioh. de Mont. Ferr. super hoc abs te scripta, qui duo in Iure viri summi contraria consulerunt.* 258

Vsurarum tres pœnas, vide in Corse. *in verb. vsura.* ¶ Vsuræ quo tempore sint soluendæ, an in principio anni, an in fine, vide *gl. in l. pen. §. fin. in gl. fin. C. de præscrip. 30. vel 40. annor.* ¶ Vsurarius manifestus quis sit, *vide Bart. in l. fur est manifestus. de furt.* ¶ Vsurarius an possit esse testis, & an sit infamis, *vide Alex. in consil. 93. volu. 6. vbi multa de vsurario cumulata habes.* 259

De Vti-

De Vtilitate publica & priuata.

260 PVBlica vtilitas quòd præferatur vtilitati priuatæ, *habetur in l. iubemus nullam, C. de SS. Eccles. in Authen. res quæ, C. communia, de leg.* Et ideò dicimus, quòd ratione publicæ vtilitatis, potest iudex remeatum concedere exuli: *casus est singularis in l. non omnis, §. final. ff. de re milit.* item Respublica potest compellere subditos ad vendendū id, quod est corruptibile, & caret spe conseruationis: *casus est singul. in l. 1. C. de cond. in publ. horreis, lib. 10. & de alijs exemplis, vide Petr. de Rauenn. in suo alphab. litera V. versi. vtilitas communis.*

261 Exemplum posui supr. *in lit. M. versic. de moneta*: quòd princeps pro fabricatione publicæ monetæ possit auferre vasa aurea vel argentea subditis, tamen pro iusta æstimatione: *in lit. H. versic. de Hospite*, quòd possit cogi, vt vendat vinum & panem peregrinantibus: & *in lit. T. versic. de tumultu populi*, quòd possit accelerari ad puniendum delictum, pro sedando tumultu populi, imò de infinitis potest cogitari.

262 Imò dic, quòd semper vtilitas publica intelligatur excepta & reseruata dixit in casu aquæ publicæ ducendæ Ioan. *de Plat. in l. si quis per diuinam, C. de aquæ ductu, lib. 11. in fin. verbis allegat gloss. fin. d. l.*

263 De vtilitate publica & priuata, *Georg. Lorich. in compend. arest. & repressal. n. 42. vsq. ad 47. fol. 7. vbi plura in hanc sententiam.* ¶ Multa iure ciuili contra rationem disputandi pro vtilitate communi sunt recepta: *Husan. de hom. proprijs, c. 8. q. 5. n. 97. & multis seqq. latiss. illustrat hoc exemplis, & Seraph. priuil. iuram. 22. n. 18. & 19.* ¶ Publica vtilitas quot modis dicatur, *Pet. Greg. lib. 1. de Rep. c. 1. n. 13.*

264 Vtilitatem publicam quæ respiciunt, & ad eam sunt introducta, eis renunciari non potest, etiam cum iuramento: *c. si diligenti, de for. compet. vide Ias. in Auth. iubemus, C. de iudic.* ¶ Vtilius est, paucis vtilibus incumbere, quàm multis inutilibus prægrauari: *l. 2. §. contrarium autem, C. de vet. iur. enucl.*

De Vtili & inutili.

265 VTile per inutile non vitiari, *habetur in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si certum petat. in l. 1. §. penult. ff. de verb. obl.* declarat ibi Zasius dicendo: hoc verum est in his, quæ separari possunt, sed in indiuiduis non est verum, & in connexis, vtile per inutile vitiari: *dicit per l. Pedius, ff. de arbitris.* Et vide declarationes Dyni ad regulam: vtile per inutile *de reg. iur. in 6.* sed istius Theoricæ vtile per inutile non vitiari, dat bonas declarationes per exempla Petr. *de Rauenn. in suo alphab. lit. V. versic. vtile.*

266 De libello, quando pro parte benè, & pro parte malè sit conceptus, an in totum sit inceptus? *vide Bald. in l. & si sine, C. ad Trebellian. in l. per diuersas, C. mandati, potest cogitari de similibus.*

De Vtensilibus, das ist/ von Gerade.

EIn Weib von Ritterarth nimbt nach 267
Sächsischen Rechten/ aus jres Mannes Gütern/ sampt Mußtheil/ vnd Morgengabe/ auch Gerade: *Mynsing. in respons. suo 38. nu. 17* vnd was dazu für Stück gehören: *habetur in Artic. 24. lib. 1. LandRecht, differ. Iur. ciuil. & Saxon. 1. Arti. 21.* Was mehr dazu gehöre/ nach im Weichbilde *notatur in gloss. Artic. 23. Weichbild*: & vlterius, quæ pertineant ad geradam posuit gl. *in c. 56. Lehnr.* Quòd gerada vel vtensilia deferatur regulariter à defuncta muliere vel fœmina ad proximiorem cognatam, vel à matre ad filiam vel neptem ex filia, habetur *in dd. locis, ibidem in additionibus & glossis, expressus est text. in Art. 31. lib. 1. Landr.* de diuisione vtensilium inter sorores vel filias maritatas & non maritatas, vnd ob der Pfaffe dazu komme/ vide *in Artic. 5. & in Arti. 13. lib. 1. LandRecht.* 268

De forma alienandi vel donandi vtensilia in præiudicium cognatarum, qua ratione & modo inter viuos donatio fieri possit, non autem marito, *habetur in Constitu. Elect. Saxon. Artic. 13. & 14. part. 2.* ¶ Gerade gibt man das hin nicht/ daher sie nicht gefolget oder gegeben wird: & sic ius retorsionis isto casu locum habet: *Artic. 38. part. 3. in d. Constit. Elect. Saxon.* / Idem in rebus expeditorijs, von Hergewette:
Artic. 19. lib. 1. Landr. & ibi in addi. latin. lit. C. 269

Gerada quòd computetur filiæ in legitimam, *voluit d. Constit. Elector. Arti. 11. d. parte 3.*

Item nota: Gerade nimbt man nach gewonheit des orts da der Mann wohnet/ vñ nicht da sie erst ist beradet worden: *habetur in addit. latina, lit. d. ad Arti. 24. lib. 1. Landrecht.* ¶ Nisi de modo succedendi in illa aliter sit pactū, fortè in pactis dotalib. sic scilicet, vt secundùm ius commune Saxon. & non secundùm ius speciale ciuitatis vel alterius alicuiꝰ loci succedatur: *Schurf. in cons. 17. cent. 2. vide.* 270

Item/ wer auch bey des Mannes Leben/ des dinges/ so zu Gerade gehöret/ vnd der Witwen aus des Mannes Gütern/ als stücke zu Gerade gebüren/ etwas versetzt/ das löse der/ oder wolle/ dem es mit Rechte angehören soll: *sunt verba text. in fin. d. Artic. 24. lib. 1. Landr. & facit gloss. 4. ibidem, & sic pronunciari testatur additio latin. in litera P. ibid. Myns. in respons. suo 38. nu. 17.*

Gerada conuersa in pecuniam numera- 271
tam, conditionem & ius pristinum amittit: filia enim mortua illam pecuniā non transmittit ad sororem vel cognatam sed ad patrē: *habetur in addit. latin. in lit. Q. ad d. Artic. 24. lib. 1. LandRecht*, intellige: Wann bahr Geld

darum mb

darumb gegeben oder angelegt/ vel fides de illa sit habita: istam declarationem obseruant Magdeburgenses: simile potest dici de rebus expeditorijs.

De Vulneribus.

272 VVlnerare, siue vulnus propriè est, quando fit scissura vel separatio in corpore: *vt est tex. ad literam, & ibi Florian. in l. si seruus seruum, §. rupisse, ff. ad leg. Aquiliam.* Quid autem, si ex percussione aliqua facta sit tumefactio, an dicatur vulnus? respondetur, aut ex tali tumefactione fit scissura carnis latés, licèt non appareat: vel oportet, quòd per medicū scindatur: quia facit saniem subtus, siue latenter: tunc etiā illa percussio dicitur vulnus, aliàs non: *ita dicit Barto. in l. prætor, §. qui atrocē, ff. de iniurijs: per illum tenet sic Angel. de Malefi. in vers. & ipsum Titium percussit & vulnerauit vna percussione & vulnere in pectore: nu. 1. & 2. Cæpoll. in consil. 41. Bart. in cons. 104. incip. contra Titium processum fuit.*

273 Quòd necessario pro vulnere iudicetur, quando scissura cutis est facta, cum cultello in personam, & quando exiuit sanguis: non enim sufficit leuis scissura, fortè cum vngue facta: quia non iudicatur pro vulnere. Nec in vulnusculo verificari statutum dicit cum alijs August. *in addit. ad Angel. de Malef. in d. versic. & ipsum Titium.* De tumore sine sanguinis effusione illum non iudicari pro vulnere, voluit Augustin. *ibidem in finalibus verb. per Catol. in quæstio. 102.*

274 De sanguinis effusione vide, quæ notaui supr. *in lit. S in verb. de sanguine, versic. statutum de sanguinis effusione.* Et pleniùs materiā istam vulnerum & vulnerantium, inuenies apud Hippol. *de Marsil. in practic. sua crim. §. & quia, per totum.*

275 Im Sachsenrechte/ als im Weichbild/ in glossa circa principium, *Artic. 79.* werden beschrieben dreyerley Wunden:

1. Eine Fleisch-Wunde/ die da ist/ welche gehawen oder gestochen ist/ vnd sich doch zu keiner tödtlichen Wunden zuziehen mag/ vnd ist darumb eine Fleisch-Wunde genand/ dz nicht mehr/ dann das Fleisch/ verwund ist.
2. Eine offene Wunde ist/ die da nicht mercklich tödlich/ noch lähmlich ist/ vnd die allein die weiten hat/ vnd nicht die tieffe/ vñ doch weit zanet/ welchs die nicht thut: dann die Fleischwunde hat alleine die tieffe/ vnd nicht die weite.
3. Eine Kampffbare Wunde ist/ die lenge eines Gliedes/ vnd die tieffe eines Nagels hat/ vnd gehawen ist an gefehrlichen stetten des Lebens.

276 Wann nun geklaget wird Peinlich oder Burglich/ wie dann eine jegliche Wunde jhrer Art nach zuuorbüssen/ *habetur in Artic. 16. & ibidem in addit. & glossa, lib. 2. LandRecht.* Also mit Hand abhawen/ halbem Wehrgeld/ oder mit Wehrbuß/ nach des verwundten geburt. Item/ Es werden viel Wunden höher nicht verbüßt/ dann mit einem halben Wehrgelde: *dicit text. d. Arti. 16. lib. 2. LandRecht.*

Wie aber eine jegliche Wunde zuerkennen/ obs eine Kampffbar/ Offene oder Fleischwunde sey/ Item/ ob der verwundte von derselben gestorben/ statur iudicio Medicorum & Chirurgorum: *de quo notaui supr. in lit. M. versic. de Medicis & Chirurgis.* Item/ wie ein jeglich Glied eines Menschen zuuerbüssen/ *habetur in d. Artic. 16. lib. 2. LandRecht, & notaui supr. in lit. M. versicul. de Membro hominis.* 277

De iure ciuili iudex pro vulnere imponit pœnam arbitrariā: & cōputare debet iudex vulnerato mercedes medicis præstitas, cæteraq; impendia, quæ in curatione facta sunt, præterea operarum, quibus caruit aut cariturus est, ob id, quòd inutilis est factus: *Institut. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun. §. ob hominem, l. ex hoc, ff. si quadru. paupe. fecis. dica. Zabellius in addi. lit. H. Artic. 16. lib. 2 LandRecht, Gand. de Malefi. Rub. de insultu & percussione, num. 40.* 278

Sed nota, quando quis vnico actu & ictu infert plura vulnera cum bidente, quomodo inferens sit puniendus, (*Communis est non nisi pro vno puniendum, sed verior videtur, vt puniatur pro omnibus.*) an pro vno, vel pluribus vulneribus? vide Angel. *de Malefic. in d. vers. & Titium percussit & vulnerauit, num. 3. & ibi Augustin. in addit.* de iure Saxo. punitur pro omnibus in vnam dimidiam emendam: *d. Artic. 16. lib. 2. LandRecht.* Si autem circa vulnerationem vis publica inferatur, pœna fractæ pacis publicæ quis punitur: quia maius comprehendit in se minus: *notaui sup. in lit. P. vers. de pace & treuga, & in hac lit. de vi publica & priuata.* 279

Vulneratus lethaliter quòd dicatur in mortis periculo & momento, *Lazar. Fæn. de mom. temp. c. 5. n. 12.* Et si aliquem de vulnere inculpet, an ei credatur *c. 7. n. 17.* ¶ Statutum imponens pœnā de vulnere, non intelligitur de paruo: *Seb. Med. Reg. 5. n 195.* ¶ Protestatio facta super eo quòd quis aliquē intendit vulnerare, non occidere, nil operatur: *Kogg. de protest. rubr. 1. §. 5. n. 3. fol. 66.* ¶ Artifici vulnerato quomodo interesse decernend. *vide verb. interesse, vel Men. lib. 2. cent. 2. cas. 122.* ¶ Vulnerato quæ competat actio de iure communi, & an competat hæredi, *Modest. Pist. p. 3. c. 107. vide Pet. Iacob. in Praxi, titu. de act. iniur. ex com. n. 16. & add. Schultzen ad quæst. 107.* 280

Si plures vulnerarunt vnum, qui deinde mortuus est: & per Medicos probatum est, quòd tantùm vnum vulnus fuit Lethale, an omnes teneātur pro homicidio, vel nullus, & quales debeant esse Medici, *vide Alex. in cons. 15.* 281

conſ.15.vol.1.Abb. in c.propoſuiſti,de proba. Boniſ.de Vitel.in tit.de inſul.in 7.col.vide ſup.in verb.homic. ¶ Vulnerans cum inſtrumento apto ad occidendum,de iure Communi, licet pro homicidio teneatur,quamuis vulneratus non moriatur; *l.ſi is, qui cum cælo, C. ad l. Corn. de Sicar.l.1.§.Diuus,ff. eod.* Tamen de cõſuetudine & ſtatuto, talis pœna non intelligitur impoſita, niſi effectualiter homicidium ſequatur; *ita vide pulcrè Alex.in conſ.15.vol.1.in 2. colum. in princ.*

282 Vulneratus ſi moriatur,an & quando ex vulnere mortuus videatur, vt de occiſo vulneratus teneatur, *plenè diſcutitur per Socin.in conſ.178.vol.2. primo aſpectu.* ¶ Vulnus an ſit mortale,vel non, *vide Cæpoll.conſ.28.* ¶ Vulneratus decedens ex interuallo, an præſumatur deceſsiſſe ex vulneribus, ſibi prius illatis,& an de hoc ſtandum ſit iudicio peritorum, *vide Corn. conſ. 194. vol.2. incip. circa præſentem conſultationem.* ¶ Vulneratus nõ mortiferè, ſi negligentia periit, de vulnere agetur contra vulnerantem, non autem occiſo: *l. qui occidit,§.fin. ad l. Aquil.* ¶ Si vulneratus non adhibuit Medicum,& moritur, præſumitur ſui culpa deceſsiſſe, & ideo hoc caſu vulnerans non tenetur de homicidio: quando vulneratus iudicio medicorum poterat ſe habere ad vitam,& ad mortem; *gl.eſt aurea,& ibi Iaſ.in l.ſi ab hoſtibus, §. ſi vir vxorem, ſolut. matr. facit l.qui occidit §.fin.ad l.Aquil.& c. tua nos, de homicid.* ¶ Nam damnum, quod ſua culpa ſentit, ſibi imputet: *l.damnum de R.I.* Tenetur ergo de vulnerato tantùm vulnerans; & idem eſt ſi per medici imperitiam eſt mortuus; *vide Boniſac.de Vitell,in tract. Maleſic. in tit. de Inſul. colum.5.*

283 Si vulneratus lethaliter moriens inculpauerit Titium, dicens, ſe ab eo lethaliter vulneratum, hæc aſſertio ſiue inculpatio non ſolùm non probat contra inculpatum: *l.3. §.1.ad Silla.* imò nec facit iudicium ad torturã: ſed ecõtrà, ſi vulneratus in articulo mortis aliquem exculpauerit, iudex illum ex indicijs legitimis nõ poteſt torquere: *vide pulcrè Iaſ.poſt Bal. in l.1. in fin. C. com. de legat.* Hoc etiã videtur velle Bart. *in l.ſi quis in graui, ff. ad Sill. vide Boniſac. de Vitell. in tit. de pace, col. 3. & & Hipp.in ſing.22.* ¶ Vulneratus ſi fecit pacem cũ vulnerante, ſi poſtea moritur, an dicatur feciſſe pacem de morte? Dicas, quòd ſic; *vt per Hypp. in ſingul.16.* ¶ Stante ſtatuto, quòd vulnerans aliquem, vel percutiens cum ſanguine in platea amittat manum, modò quis aliquem pluribus percuſsionibus cum ſanguine vulnerauit, an debeant ſibi amputari plures manus, *vide ſupr. in verb. Iniuria.* An verberans, morte dudũ ſecuta, de occiſo, an de vulnerato teneatur, *vide pulcrè Bald. poſt fin. lecturam, ſuper Inſt. vbi hoc latiſsimè decidit.*

De Vxore.

VXor eſt & dicitur illa, quæ in iuſto matrimonio degit & viuit: *l. vnica, ff. vnde vir & vxor.* appellant homines illas dominas domus: *l. qui Marco, in prin.ff.de annuis legat.* & lex etiam appellat eas dominas; *l. 1. ff. rerum amotar. Bart.in l. Titia, §.fin. ff. de legat.2.* ¶ An vxor in poteſtatẽ viri tranſeat iure Romano, *vide Mynſing. in §. fin. Inſt. de patr.poteſt. VVeſenb. in par. ff. de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Bodi.lib.1. de repub. c.3. Duaren. de nupt. c. 1. Borch. in tr. de grad. pag.36. 37.* ¶ An ſponſa veniat nomine vxoris? optimè docuit (*quòd ſic.*) Geyl. *in obſeruat.89. lib.2.obſeru. Cam.Imper. & notaui ſupr.in lit.S.verſ.de ſponſalibus in fin.* 284

Maritus habet quidem in vxorem ſuam manus iniectionem; licitum eſt ei vxorem delinquentem leuiter corrigere & verberarè: *l.conſenſu, §.1.& in Authen.ibi poſita, & ibi Dd. C.de repud. CC. in c. quemadmodum, de iureiur.* carcerare autem illã non licet: ſecùs in Clerico; *c.placuit, & ibi gloſſ.33.q.2.c.ſicut alterius, 7. q.1.* quòd liceat marito illam verberare & corrigere, voluit Hippo. *de Marſil.in pract. ſua crim. § aggredior, num.81.* 285

Imò quòd cuilibet marito liceat vxorem ſuã rapere, & quòd neq; incidat in pœnam raptus, voluit Ioan. *de Plat. in l.generali, C. de decur.lib. 10. gloſſ. & Abb. in c. quemadmodum, in fi. de iureiuran. Hippol. de Marſil.in repet. l.vnicæ, C. de rapt. virg. num. 258. docet Ludouic. Rom. & ibi habetur in additionibus in ſingul. ſuo 4.* non tamen cum truculenta ſæuitia illam tractare debet. 286

Imò propterea à marito ſuo recedens, non eſt ipſi reſtituenda; quia non poteſt ſecurè cum eò morari abſq; periculo perſonæ ſuæ, nec remedio cautionis poteſt ſufficienter prouideri,& eſt ſufficiens cauſa ſeparandi matrimonium, quò ad torum; quod etiam idem eſt in marito, reſpectu vxoris, ſi ipſa vxor inſidiaretur vitæ mariti,& tentaret eum occidere veneno; *Abb. in c.literas, in 2.col.ext. de reſtitut.ſpoliat.& in d.c. quemadmodum, in fin. de iureiur. c.1. de diuor. per illos & alios Hippol. de Marſil. in vnica, C. de rapt. virg. num. 259. Mynſing.cent. 2. obſeru. 92.* 287

Theorica eſt ſatis vulgaris, quòd quicquid quærit mulier, quærat viro: *per l. Quintus, ff. de don. inter vir.& vxor.& l.etiam, C. eod. tit.* Illa iura procedunt in caſu dubio,& cùm eſſet ſuſpicio turpis quæſtus: aliàs, quando appareret expreſsè, vnde quæſiuerit, puta, pro ſua induſtria & opera omnib. nota, tunc ſibi quærit,& non viro, per iura, quæ volunt, quòd inter virum & vxorem poſsit contrahi ſocietas: *iuxta tex. in l.re iudicata, §.ſi mulier, ff. ſolut. matrim.* quæ aliàs eſſet ſocietas leonina, & non valeret: *l.muli.ff.pro ſocio.* 288

Vnde

289 Vnde sæpiùs fuit responsum de facto in ipsis mulieribus, quæ se exercent in arte texendi, vt propria lucra sint vxoris, & non viri. tamen habebitur consideratio temporis subtracti, quo debebat facere seruitia ipsi mulier in domo: *vt habetur in l. sicut, ff. de oper. liber. & in l. aßiduus, C. qui potior. in pign. habe.* Aliud est exemplum in vxore, lactante alienos infantes: quia & isto casu quærit sibi, & non marito: *d. l. sicut, ff. de oper. liber. ista docuit, & hic relata sunt, per Pet. Gerar. de Pet. Sanct. in sing. suo 99. incip. inter virum: & circa prædicta vide Bald. in l. vxorem, C. de coadi. infecta, Dd. in c. officij, de testamen.* Abb. *in c. literas, ad fin. penult colum. cum sequen. de restit. spolia.* vbi declarat, ad quæ seruitia vxor marito teneatur, & an ei operari & lucrari cogatur: Petr. *à Duen. in regul. fallent. regul. 637.* vult, quòd debeat operari viro & hæredibus, sed declarat duobus modis ibi.

290 Et notandum est, quòd theorica ista: In dubio acquisita constante matrimonio ab vxore, præsumuntur acquisita esse ex bonis mariti: *d. l. Quintus, ff. de donat. int. vir. & vxor.* procedat in vera vxore, non etiam in concubina; Decian. *conf. 237. incip. in casu proposito,* nec in vidua, emente post annum luctus, *Francis. Cremen. in sing. s. o 6 incip. tu scis.*

291 Item locum habet prædictum dogma, quò ad ipsum maritum, eiúsue hæredes, qui possunt obijcere vxori, bona esse quæsita ex mariti bonis: secùs est, quò ad extraneum: *iuxta Bald. in l. si vxorem, colum. vlt. C. de cond. infer.* verùm hanc opinionē nimium restringit text. *in d. l. Quintus,* & veriùs videtur, quòd quilibet, cuius intersit, possit opponere generaliter, vt euitetur mala suspicio. Sed nec in possessorio iudicio hæc præsumptio locum habet: quia in eo mulier obtinere debet, dummodò ipsa sola possideat; *Bald. in d. l. si vxorem, C. de cond. infer.*

292 Secùs si cū marito possideret: quia tunc potiùs præsumeretur possessio mariti, & ipsam possidere iure familiaritatis: *Alexan. in l. qui iure, ff. de requir. possess.* cessat item ista præsumptio, si affirmet vxor, & probet, quòd bona quæ acquisiuit cōstante matrimonio, habuerit ab amasio: *Angel. in repet. l. sciendum, ff. de verbor. obligat.* vel donata sibi fuerint ab aliquo consanguineo: *Fulgos. conf. 198. incip. quæstion. proposita*: idem quoque est, quando constat, mulierem aliunde habuisse, vnde honestè potuit acquirere: vt quia multa bona dotalia habebat, vel erat negociatrix: nā cum isto casu cesset suspicio turpis quæstus, meritò nec præsumptioni locus erit: *hæc per iura prædicta refert Mynsing. in obserua. 92. cent. 2. obseru. Cam. Imper. & tenuit Petr. Gerar. de Pet. Sanct. in d. singul. suo 99. Petr. à Duenn. in regul. fallent. reg. 637. in 2. fallent. & in regula 634. ibi in tribus fallentijs.*

De bonis vxoris, & successione eius in bonis mariti de iure ciuili & consuetudinario, *habetur in Authen. præterea, C. vnde vir & vxor*: vbi succedit in quarta parte. Imò post agnatos & cognatos ad decimum vsque gradum, prætor excluso fisco, ad bonorum successionē virum & vxorem vocat, qui, quæue mortis tēpore in iusto matrimonio fuerit. 293

Sed iure Saxo. maritus bona mobilia vxoris lucratur. *Artic. 31. lib. 1. Landr.* etiam extantibus liberis: mulieri verò tertia pars bonorum mariti cùm plurimū ex consuetudine locorū cedit: vbi ea deficit, debetur illi quarta: *VVesenbec. in paratit. ff. in tit. vnde vir & vxor: notaui de hac materia suprà in lit. B. versic. de bonis mulieris: & in lit. S. versic. de successione coniugum, in lit. T. versic. de testamentis coniugum: ibi bona inuenies notata de coniugū successione ab intestato; & ex testamento. vide ea, quæ notaui in lit. D. vers. de dote, donatione propter nuptias, & de dotalitio.* Quid iuris vxor in bonis mariti in vnoquoque habeat, non est necesse, vt hîc denuò ad literam referantur. Item qualiter præferatur creditoribus mariti, vi tacitæ hypothecæ, & de alijs notaui supr. *in lit. C. versic. de creditorib. & quis eorum alteri præferatur.* 294

De alimentis, vxori vel viduæ præstandis à marito vel hæredibus eius, sup. *in lit. A. versi. de alimentis, in hac lit. V. versic. de vidua & viduitate, consuluit Alexand. de Imol. in conf. 27. vol. 4. Abb. & alij Dd. in c. salubriter, de vsuris. Rom. in l. diuortio. ff. soluto matrimonio.* 295

Quòd maritus vxorem suam etiam indotatam teneatur alere, & maritali affectione prosequi, habetur & notatur per Innoc. *in c. per vestras, de donatio. inter vir. & vxor.* vbi dicit, quòd mulier, nulla cōstituta dote, personam suam pro dote dedisse intelligatur: *Panorm. in c. accedens, in fin. de procurat. idem in c. 1. de adulter. Bartol. in l. obligamus, ff. de action. & obligat.* secus, si dos marito initio promissa sit, eaque postea, contracto matrimonio, non soluatur: quo casu neque eam alere, neque maritali affectione prosequi tenetur: *secundùm Bald. in l final. C. ad Velleian. Panorm. in d. c. accedens, de procurat.* 296

Imò expellere eam, domumq; parentibus vel propinquis remittere poterit: *per tex. in l. si donationis, §. 1 ff. de condic. causa dat.* hæc & alia pulcherrima in ista materia, non solutæ dotis, refert Geyl. *in obseruat. 87. lib. 2. obseruat. Socin. cum 3. fallent. in regul. fallentiarum, in reg. 315. fol. 627.* & ibi inuenies, quòd socer habeat contra generum beneficium, in quantum quis facere possit: *per l. ex diuerso, circa prin. ff. solut. matrimon. Petr. de Rauenn. in suo alphabet. liter. V. versic. vxor.* 297

Imò

298 Imò omnes eò concludunt, ducens scienter indotatam sine dotis promissione, quòd teneatur illam nedum alere, sed etiam viro quòd succedat in quarta, vel tertia, vel secundùm pacta dotalia: *Geyl. in d. obseruat. 87. lib. 2. num. 1. & Pet. de Rauenn. in d. alphab. lit. V. versic. vxor.* eleganter Mynsin. *in obseruat. 64. cent. 1. obseru.* addendo, quòd alatur ex bonis mariti, etiamsi aliunde alimenta habere possit.

299 Qualiter probetur aliqua vxor, docuit Bart. *in l. vxor, §. sed si ea, ff. de adulter.* dicens, quòd si probetur, quòd aliqua tractabatur & reputabatur tanquam vxor, præsumitur vxor: *& notauit Bald. in l. non ignorat, C. de his, qui accusar. non possunt.*

